

R. 15.664

DIVI EPIPHANII EPISCO-

PI CONSTANTIAE CYPRI, CONTRA OCTOA-

GINA HAERESSES OPVS, PANNARIVM, SIVE ARCVLA,
aut Capfula Medica appellatum, continens li-
bros tres, & tomos, siue sectiones
ex toto septem.

IANO CORNARIO MEDICO PHYSICO INTERPRETE. *Mulore Lamparo*

VNA CVM EIVSDEM D. EPIPHANII OPVSCVLIS

multò quàm antea emendatioribus, conquisitis & collatis aliquot inter se exempla-
ribus. Quorum Catalogum verà pagina docebit.

ADIECIMVS PRAETEREA THEODORETI EPISCOPI

Cyri Eranisten seu Polymorphum, in quo tribus dialogis, contra quos-
dam sui temporis hereticos acerrimè disputat.

ITEM.

EIVSDEM, HAERETICORVM IMPROBARVM

nugarum ac fabularum Compendium: Ac diuinorum de-
cretorum, seu dogmatum

EPITOMEN.

Gentiano Herueto interprete.

CVM INDICE RERVM AC VERBORVM LOCV-

pletissimo, & ab innumeris quibus scatebat, haereson erroribus, opera

ac industria Iacobi Fabri doctoris Theologi Sor-
bonici, repurgato.

BIBLIOTECA
GRATIA
13
59
6

DE LA LIBRERIA

DEL REAL COLEGIO MAYOR

Reunido de Santa Cruz, y

Santa Catalina.

E. 4. C. 42 N. 17.



PARISIIS,

Apud Hieronymum de Marnef, & Gulielmum Cauellat,
sub Pelicano, monte D. Hilarij.

1564.



2 400 50



MADE IN FRANCE



B
1564
6

R. 15.664

DIVI EPIPHANII EPISCO-

PI CONSTANTIAE CYPRI, CONTRA OCTOAGINTA HAERESSES OPVS, PANNARIVM, SIVE ARCVLA, aut Capsula Medica appellatum, continens libros tres, & tomos, siue sectiones ex toto septem.

IANO CORNARIO MEDICO PHYSICO INTERPRETE. *Auctore Lamnaro*
VNA CVM EIVSDEM D. EPIPHANII OPVSCVLIS multò quàm antea emendatioribus, conquisitis & collatis aliquot inter se exemplaribus. Quorum Catalogum versà pagina docebit.

ADIECIMVS PRÆTEREA THEODORETI EPISCOPI *Cyri Eranisten seu Polymorphum, in quo tribus dialogis, contra quosdam sui temporis hereticos acerrimè disputat.*

ITEM.
EIVSDEM, HAERETICORVM IMPROBARVM nugarum ac fabularum Compendium: Ac diuinorum decretorum, seu dogmatum

EPITOMEN.
Gentiano Herueto interprete.
CVM INDICE RERVM AC VERBORVM LOCUPLETISSIMO, & ab innumeris quibus scatebat, hæreson erroribus, opera ac industria Jacobi Fabri doctoris Theologi Sorbonici, repurgato.

LIBRARY
B
59
6

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MATOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. L. C. N. 17.



PARISIIS,
Apud Hieronymum de Marnef, & Gulielmum Cauellat,
sub Pelicano, monte D. Hilarij.
1564.

LIBRARY
B
59
6

DIVI EPIPHANII OPERA HOC IN LIBRO
comprehensa, sunt hæc.

Contra octoginta hæreses opus, Panarium appellatum, continens libros tres, & tomos siue sectiones ex toto septem.

Eiusdem D. Epiphaniij epistola, siue liber Ancoratus appellatus, docens de vera fide Christiana.

Eiusdem D. Epiphaniij Anacephalæosis, siue summa totius operis Panarij appellati, & contra octoginta hæreses conscripti.

Eiusdem libellus de mensuris ac ponderibus, & de asterisco ac obelo, deque notis ac characteribus in diuinæ Scripturæ interpretibus per Origenem vsurpatis.

Omnia per IANVM CORNARIVM Medicum Physicum Latine conscripta.
Eiusdem Epiphaniij Historia de Prophetarum vita & interitu, denuo recognita, ac velut de integro conuersa, ALBANO TORINO interprete.


Eiusdem Epiphaniij epistola ad Ioannem Constantinopolitanum Episcopum, varia eruditione salubrique admonitione plena, D. Hieronymo presbytero interprete.

THEODORETI EPISCOPI CŸRI ERANISTES SEV
Polymorphus, in quo tribus Dialogis contra quosdam sui temporis Hæreticos acerrime & subtilissime disputat.

Eiusdem, Hæreticorum improbarum nugarum ac fabularum compendium.

Eiusdem, Diuinorum decretorum, seu dogmatum epitome.

Quæ omnia nunc primum in lucem exeunt, à Gentiano Herveto Avelio latine versa.



OMNIBVS ECCLES. CATHO. ROMANAE FILIIS

GRATIAM, MISERICORDIAM, ET PACEM A DEO PATRE, ET

* domino nostro Iesu Christo optat Jacobus Faber Doctor Sorbonicus. Ad æquissimi in supremo Senatu præsidem à Sancto Andrea.

* *An. 1583. Jo. Meunier in Apparatu. tom. 2. Jacobi Fabri Molinensis Theologi Sorbonici Episcopi pro sacro sacro theol. officio a d. v. in piam. M. de ac. M. de l. p. a. tamen Parisiis apud Jacobum P. per*

Nec ingratum auribus, nec mentibus hominum insuave fuerit observare, præses æquissime, perpetuum ecclesiæ catholicæ cōsensum in doctrina, veroque cultu Dei, his maxime luctuosissimis temporibus, in quibus tanta est opinionum varietas, ut multi nec pessimi angantur animis, dubitantes cuinam cœtu se socios adiungant. Nam dum alij alium magistrum iactant, de cuius sapientia, & pietate ne quidquam gloriatur, nec sine aliorum contemptu. Fit ut cæco iudicio pro eo affectu quæquam illis aut favere intelligunt, aut adversari, eius eruditionem, & integritatem æstimet. Hinc fūdi nostri calamitas, hinc mali nostri labes, hinc similitates, sinistra suspiciones, odia, iurgia, vitiorum cupiditas, insanus tuædæ partis illius cui semel adhaerent amor, nascuntur, quibus seorsum deorsumque voluntur omnia. Ex quo fonte duplex enascitur incommodum. Nam & Evangelij hostes eurrati, in sua pertinacia, & impietate confirmantur; & infirmiores, ac rudiores qui magis propensi errant ad exosculandam veritatem, non parum perturbantur, fluctuant, & incerti quibus se potissimum partibus adiungant. Ex quibus nō paucos cōperias, qui quasi nihil certi de tota fide nostra, ac religione tradi statuitur possit, non modo de omnibus eius partibus, sed etiam de universa ecclesiæ sobole, dubitare incipiunt. Hic nostrum officium sicut & ceterorum christi fidelium esse putavimus præses æquiss. & precibus nostris, & quotidianis admonitionibus inuare infirmos, & imperitiores erigere, ne hac turba, opinionum collusione offensi, ruant præcipites in incertum, indubitatumque interitum. Atque huic malo si satis prospiciunt oculi, potissimum medetur perpetui ecclesiæ christi cōsensus in doctrina, & vero dei cultu observatio. Quemadmodum enim unus est Deus, ita & una aeterna, cōstans minimèque fallax veritas, una religio vera, una fides, una recte vivendi regula, una denique christi ecclesiæ catholica quæ sola verum colendi deum novit, retinetque modum, & deffendit. Huius ecclesiæ qui non est civis, gratia spoliatur, & salute excidit, quantum magis se habere magistros gloriatur, ampullas & sesquipedalia verba in omnes passim eiaculatus: cœtra qui in hoc cœtu ecclesiæ catholice Deum spiritu, veritate colit, veneratur, adoratur, gratia salutis heres dignoscitur: etiam si bubulcum, absit ignominia, magistrum nactus fuerit. Nec enim hæc res tam ab hominis, vel dignitate vel indignitate pedit, quam a spiritus christi magisterio: qui tum verbum suum, tum ecclesiam spōsam, quam veritatis columnam statuit, nobis vitam, & salutis regulam esse voluit. In quo summus exiit omnium sanctorum patriarcharum ante diluivium, & post prophetarum, apostolorum, atque adeo omnium priorum cōsensus, quorum doctrinam & cultum si nos verè retinemus, iam verè in christo gloriari licebit, quod sumus civis ecclesiæ Iesu christi, & domestici, ut inquit Paulus dei, etiam si fractus illabatur orbis, & universa diaboli militia nos exosos habeat: & tanquam prophanos exceretur. De hoc igitur perpetuo cōsensu, nonnulla dicere est animus: ut certo nobis constet: an in eodē cōsensu simus necne an adversarij nostri, qui dum suos magistros iactant, quos ministros appellat, nec finem faciunt ullum, nec modum tenent: sed ferro & igne cursum doctrinæ prophetice, & apostolice intercludere conantur. In huius argumenti tractatione quamplurima sane concurrunt quæ huc, tanquam ad scopum referuntur, hic siquidem necessario quaeritur quisnam sit verè religionis ortus, quæ certitudo, quantum omnium ætatum ecclesiæ in eadem doctrina cōsensus, quibus artibus hippocriticus spiritus veram pietatem, sanctamque religionem oppugnare soleat, demum qua prudètia, pii adversus Sathane insidias, & fraudes uti debeant: me quod contigit primis parentibus sinamus nos ab avorsis à fontibus salutis, ad Cisternas diaboli, humanas ministrorum euangelicorum traditiones & idcirco abduci.

Iam verò unde præsertim originem ducat vera religio, attingendum non esset, nisi tātus quondam fuisset, hodièque esset hominum Sathanicorum furor, qui pro cæco suæ rationis sensu, religiones

instituerit ausi sint: quas ferro, & igne defendant, religionemque eam, quae à solo Deo est, persequantur. Ut vaticinium comprobent, quod de femine serpentis morsuro calcancam feminae mulieris aditum fuit. His multo rectius iudicauit propheta Socrates: qui cum apud Xenophorem interrogaretur quanam esset vera religio respondit, eam esse quam ipse Deus instituit. Nam cum dominus clarè apud prophetam dicit, se abominari doctrinam, & cultus hominum prauorum, extra controuersiam sit nobis, quod vera atque perpetuò constans religio, ab ipso aeterno Deo ortum habeat. Appollo pythius ab atheniensibus interrogatus, quas potissimum religiones teneret: respondit eas quae essent in more Maiorum: Cum rursus obicerent morem Maiorum saepe mutatum esse, ait optimum sequendum.

Nam ut ait Hesiodus, *ἄλλοι δὲ θεοὶ καὶ ἄλλοι νόμοι*. Ad eundem ferme modum hodie aduersarii antiquitatem, vel maliciose ridet, vel inaniter iactant, auctoris verae religionis ementito nomine, quos potius cum Socrate, quamuis ethnico, respondere, quam cum impuro demone conueniret: ut enim spiritus vertiginis Sathan, ita & isti auctoritatis antiquitate ad stabiliendos errores abutuntur. Atque, ut verum fateamur, antiquissima religio optima est: illa quae ab optimo Deo ortum habeat: & non ab antiquo serpente, qui à principio suam religionem in mundum ex diametro cum diuina religione pugnantem inuexit. Habet namque utraque haec antiquitas, suos propagatores, veluti patriarchas quosdam, quos posteriores patres appellarunt: qui à Deo acceptam religionem post se fideliter tradiderunt. Ut sunt patriarchae, sancti reges, prophetae, Christus ipse, & apostoli, horumque successores: de quibus infeliciter gloriantur huius tempestatis haeretici, vsqualei sed quamam est illa sibi perpetuò constans religio, quae eius summa, quaeque partes, tum dignoscitur, cum rem paulò altius repetiuerimus: haec igitur qualia sunt, quinque temporum conditiones, quibus Deus suam maximè vocem indicauit, & signa edidit, aperitissime declarabunt. Ut sunt status ante deperditam innocentiam, tempus reparationis promissa, tempus repetitae promissionis tempus reipublicae mosaicae, ac denique illud completæ promissionis, exhibito Iesu Christo domino nostro. Hisce quinque temporum conditionibus eandem fuisse religionem, & sibi per omnia constantem voce Dei, signisque diuinis ostendere nobis est adiuuandum.

Ante lapsum: quando protoparentis lucida ornatus erat imagine Dei, quam suo vitio postea foedauit, Deus homini & verbum tradiderat, & signum. Requirebat verbum Dei notitiam, ergaque ipsius obedientiam, prohibebat ne quid homo contra Dei interdictum, sub poenae cominatione, tentaret: habebat etiam verbum immortalitatis promissionem, quam fide amplectebatur Adamus. Et arbor vitae, ut aspectabile verbum, idem per oculos in mentem transfudit. Quae omnia eo spectabant, ut Adamus Dei imaginem, tanquam in speculo representans, Deum perpetuò mente coleret, & obsequio celebraret, fuit prouidè in eo statu cultus dei perfectissimus, primo homini praescriptus: qui à nobis etiam post lapsum requisitus fuit, nec ulla, mea quidem sententia, mutatio facta est in substantia religionis ratione: sed horribilis deprauatio secuta est, in toto humano genere, ubi de latione prima deiecti fuerunt protoparentes, adeò ut eiusmodi cultum plene praestare, imò ne ipsum inchoare possit quisquam, nisi ad arborem vitae, quae est Iesus Christus, ei accessus fuerit patefactus. Lapsus igitur genere humano in primis parentibus, Deus rursus suam voluntatem patefecit, verbo, & signo, quibus discitur quo maximo cultu, post ruinam voluerit coli, reprehendit verbo transgressionem sui mandati, verbo promissionem edidit de Messia, qui homo factus solueret Lyvò pro reatu Adae, restitueretque homini imaginem Dei, quam vel peccando ferme amiserat, vel labefactarat, signum adiecit verbo, quod erat veluti aspectabilis, & diuina quaedam concio de Messia. Atque hoc signum erat mactatio, & oblatio pecorum, & frugum terrae. Ex quibus sequitur quod post lapsum requirit Dominus.

Cultum cum eo, haud multum ab similem, qui fuit ante ruinam. Licet forte suis gradibus, eam perfectionem non habeat. Requirit enim hic Deus agnitionem sui: requirit agnitionem nostri peccati: requirit agnitionem Christi, qui est loco arboris vitae, quae erat in paradiso plantata: requirit denique fidem Messiae, & ex fide obedientiam, ut paulatim magis, magisque in homine reparetur imago Dei, per Christum Dominum, ut videlicet in mente resurgat firma Dei notitia, in anima sanctitas: & in omnibus animi viribus obedientia, ex praescripto tum verbi, tum ecclesiae catholicae praestanda: haec sunt, nisi me meus fallat animus, quae principio mosi indicantur. Nam olim οὐκ ἔδειξε τὸν νόμον ἰσχυρῶς ἔδειξε τὸν νόμον ἰσχυρῶς, ut Platonis verbis utamur, melius, & solidius erudiebantur breuibus aphorismis, & symbolis, quam nos longis concionibus. Fuit enim olim ea docendi ratio, cum theologis tum philosophis, communis, & familiaris, ut id quod breuibus aphorismis proponeret, idem certis significarent symbolis. Id vis tibi aperiri cōpendio? audito: lapsus homine hic aphorismus voce Dei est propostus: semen mulieris conteret caput serpentis: symbolum, quod quadam imagine idem significabat, fuit: oblatio diuinitus patribus commēdata. Abel itaque cum suas offerret victimas, in aphorismum propostum respiciebat: & offerrens haec apud se cogitabat. Primum mortem victimae intuens, ad mone-

ad monebatur de morte, in quam incidere genus humanum propter peccatum: quo dolore exulcerabatur animus eius: deinde sanguinem victimae prospectans, ad monebatur facta promissionis de Messia, cuius merito, & intercessionis placavi iram Dei, iuxta promissionem, statuit. Vnde cōsolatio in corde mirum in modum per Iesum Christum excitabatur. Atque ita Abel, imagine Dei in se veluti reparata, verum cultum Deo praestitit: quem postea morte sua confirmauit. Nam cum Cain frater, & hypocrita ipsum à confessione promissi seminis, & vero cultu auocare studeret, potius mortem oppetere voluit, quam in impium fratris decretum consentire, significans hac sua constantia, eum demum verè Deum colere: qui & obedientiam erga Deum, & Christi confessionem omnibus rebus mundi, atque adeò vitæ ipsi, qua nihil homini charius esse solet, anteponat. Ex quibus colliges, eadem propemodum fuisse religionem eorum, ab initio, ante videlicet lapsum, & post. Nam etsi quaedam circumstantiae externae accesserunt, propter naturae deprauationem, reparationisque promissionem: tamen substantia cultus Dei, eadem manebat, ad eundemque finem pertinebat, hic est cultus Dei nempe, qui durauit in ecclesia, quae per exigua fuit vsque ad diluuiū: hoc est annos mille sexcētos quinquaginta sex. Caini enim posteritas, ut rudis erat, carnaliter promissionem intelligens, & persecuta est ecclesiam, & sibi ecclesiae titulum usurpauit, cultumque Dei in prophanā hypocrisim, superstitionemque commutauit. Porro cum hypocrisim, & superstitionem huiusmodi, cum aliis horridis sceleribus, cataclismo punisset Dominus: Noe verbo, symboloque verum Dei cultum restaurat: nec nouum quidem, sed prorsus eundem: qui superstitione Iaphet, & Cam, tyrannide profligata, mansit in familia patriarchae Sem. Is etenim rectè intelligens promissionem symboloque diuina, Deum ex fide coluit eique obediuit quemadmodum Abel, & Noe, cui, cum Deus impium mundum diluuiò perdidisset, propter defectionem à vero, puroque Dei cultu, promissit, & eius posteritati se postea diluuiò mundum non perditurum. Quod promissum, ut ratum fore, confirmaret, arcum caelestem adiecit, promissionis suae quasi quoddam pignus. Quod symbolum cernentes, Noe, & Sem, sancti Abelis exemplo, Deo veram, spiritalemque cultum exhibuerunt.

Sequitur Abrahami aetas, vsque ad tempora Mosi: qua aetate idem cultus, & voce Dei, & nouo symbolo patriarchae est commendatus. Nam decrecente iam sapientia, quae fuit initio, ut verbo clariori, ita euidentiori symbolo opus erat: Verbum igitur hoc fuit Abrahamo propositum, in semine tuo benedicentur omnes generationes terrae, cui additum fuit symbolum hoc, circumcisio genitalis membri in Maaculis, ut ergo verbo docuit, verumque cultum requisit: ita symbolo idem fecit, quod erat doctrina, & carnis expressum veluti quoddam sigillum. Etenim cum ait, benedicentur in semine tuo, aperte insinuat: quorum primum est accusatio: nis totius generis humani propter peccatum, & à Deo defectionem repetitio. Alterum est repetitio promissionis seminis, & beneficium eius, quod Adamo dictum erat: haec ferme formula, semen mulieris conteret caput tuum. Tertium indicatio nostrae imbecillitatis, quod nostris viribus non possimus benedictionem nancisci: sed oportere eam nos obtinere fide viva in semen promissum, hanc fidem patriarchae secuta est obedientia toto vitæ discursu: iuxta praecipuum Domini. Ambula coram me, & esto perfectus: quam quidem, quati fecerit erga Deum ex eo apparet, quod potius elegerit vni genitum Isaac, quem in senectute genuerat cui iam magnificae promissiones factae erant, ad mandatum Dei offerre, quam ab obedientia recedere. Porro quam pulchre verbi interpretationi symbolum conueniat: cum aliud nihil sit, quam veluti aspectabile verbum, tria ob oculos ponas oportet, nempe naturam nostram carnalem vitio esse corruptam, demum promissum esse semen, per quod natura repararetur: tum circōsione carnis comite significari cordis circumcisionem, qua ignorantia Dei amputatur, affectuum impuritas eliminatur, & cordis contumacia contruditur: ut nouus homo nascatur, & in vera sanctitate vetus homo conculetur. Ecce quam pulchre quadrant haec cum prioribus, vox quidem mutatur, sed significatio manet ut intelligamus non aliquam nouam colendi Deum rationem praescribere, quod carnale semen Abrahae malorum praestigis credidit. Quemadmodum enim Cainitae hypocrisim, vel reiecto, vel dissimulato vero verbi intellectu, amplexati persecuti sunt Abelem: ita Ismaelitae in litera circumcisionis haerentes, spiritu neglecto, veros Abrahae filios sunt insectati. Ex quo factum est, ut vetus colendi Deum cultus apud paucissimos remanserit. Nam cum exularent ex Aegypto patres, sola ferme familia Ioseph, Patriarcha Iacob defuncto verum cultum retinuit: tandemque nato Mose in Aegypto, & agente iam 80. annum à promissione facta Abrahae 340. anno. Iterum promissionis verbum repetit, multa addit signa, & ut conseruaretur verus colendi Dei mos, regnum erexit, & sacerdotium: quae omnia ad eundem scopum pertinebant, eundemque cultum Dei spiritualem hominibus commendabant. Nam in deserto ut silentio praeteream rubrum ardentem, & columnas ignis, & nubes, Man, petra, & serpens aeneus ut symbola literae diuinae cultusque Dei proponebantur, quae tria proculdubio praesignabant olim promissum. Man enim, Paulo interprete, cibum spiritalem praesignabat, quo non ui homines per Christum facti, in Christi regno alerentur. Petra potu spiritualem significabat quo credentes refecerentur. Serpens suspensus, Christum in Aram crucis suspendendum pro mundi peccatis adumbrabat: quae homines iustificati & viuificati coram Deo ambularent, & ad perfectionem aspirarent. Iam vero postquam populus in terram promissam quae typus erat caelestis patriae introductus est. Plura adhuc signa, veluti aspecta-

biles conciones ei proposita sunt. Ceremonia multa sunt addita: quarum spiritualis significatio explicat cultum Dei spiritualem, commendatque. Quae quia multa sunt: pauca de multis illustriores eligam. Sacerdotis ornatu, annua oblatio summi sacerdotis, arca foederis, agnus Phae, sanguinis aspersio, quotidiana oblationes, omnia dulces habere meditationes de mediatoris conditionibus, & piorum officio. Lamina aurea diuinitatem Christi significabat: Vestis vero munda, humanitatem, sed ab omni peccato puram & mundam. Quod autem sacerdos semel in anno intravit in sancta sanctorum, typus fuit sacerdotis Christi, qui una oblatione consummaret sanctificandos. Arca foederis significat populum Dei, cum quo expresso verbo pactum fecit Dominus. Tabulae decalogi in arca tegebantur, aurea lamina, quae dicitur propitiatorium, hoc est Christus, qui est propitiatio pro peccatis nostris auferretque in ecclesia, si non ad sit obstaculum, peccata hominum aduersus iram, & horrendum iudicium Dei. Quid quae hoc est aliud, quam semen mulieris conterere caput serpentis? Ita hunc typum explicat Moyses interpres. Apostolus: Iustificamur gratis per illius gratiam quae est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatorium, per fidem in sanguine eius. Quod autem de Agno dicitur, immolabitque eum vniuersa multitudo filiorum Israel: significatur non propter unum, & alterum passum fuisse Christum, sed propter ecclesiam. Haec & alia eiusmodi propemodum infinita legis typica fuerunt symbolicae interpretationes primae promissionis: quas qui intellexerunt cum patribus Adamo, Abele, Enoch, Noe, & Abrahamo, &c. Verum cultum, & spiritualement Deo exhibuerunt non dissimilem, secundum rei naturam, sed omnino eundem. Sed quid hic fiet? sicut Cainitate, promissionem carnaliter intellexerunt, & simbolo addito fecerunt cultum per se ita maxima pars hominum omisso spiritu ecclesiae catholicae & Romanae litera admirata, cultum Dei posuerunt in adiuuentionibus suis, sine fide. Unde fit ut diabolus ruat toto impetu ad perdendam ecclesiam, & ad euangelium, verumque cultum Dei abolendum. Atque id nostra atate furiosius agit, quia nouit exiguum sibi restare tempus, quo liceat ei in ecclesiam Christi saeuire. Quibus autem technis iste aduersarius Christi utatur, res ipsa palam loquitur. Primum enim haereticorum infiniti propere generis, militiam direxit, aduersus quam suum quoque exercitum Dominus Sabaoth armavit: qui vel Sathanae impetum sustinerent, vel ignea tela extinguerent. Ex quibus unum ex principibus (Praeses equis) diuum Epiphanium tibi proponimus. Cuius aduersus octoginta haereses per tomos & sectiones descriptas descriptionem si in quanto honore prosequi debeas, scire vis: leges diuum Augustinum ad Quod multedum. Nec hic importunum fuerit dicere quam arduum fuerit, luculentum ex omni memoria opus, hoc exhibere & in vulgus emitte, cum haecenus nec epistola liminaris, nec index sententiarum, precipuarum, vacarent mendis, erroribus, & haeribus. Omitto hic lubens quot maximis sententiarum indices apposuerimus, & comparatis diuersis exemplaribus librum ab infinitis propemodum mendis quibus scaturiret, vindicauimus, & Deo duce liberauimus. Porro alias haereses superioribus coculcatis excitauit idem Sathanicus spiritus: quas Theodoratus Cyrensis episcopus omni disciplinarum genere instructus, insigni libello prostigauit: quem nos pari labore & industria huic superiori coniunximus: ut intelligas quam diligentes operarios habuerit Ecclesia a primis incunabulis aduersus operantes iniquitatem. Posteaquam autem hac ex parte suas fraudes deprehensas cognouit Sathan, non egit inducias, sed sua impietatis ministros conquisiuit: quales sunt (ut superiores taceam) Berani, Galiani, Lutherani, Libertini, Anabaptistae, Seruetiani, Antinomi, Caluiniiani & Vignalei, qui doctrinam ab initio ad nos quasi per manus orthodoxorum promanantem & sacramenta rursus suo impuro rostro foedare conatur. At vero cum hisce suis conatibus animaduertit se nec ea via posse cursum ecclesiae, verumque cultus Dei impedire: aggressus est alia via qua intestinis disidiis distraheret, ac hostiliter inter se committeret eos ipsos, quos animaduertit feriam praeter ceteris meditari ecclesiae ac catholicae religionis restitutionem, ne scilicet coniunctis studiis & consiliis, hoc tam praeclearum opus unanimis moliantur. Porro subinde quosdam e castris Christi exturbauit, qui apostatae facti, grauisimum damnum ecclesiae intulerunt, inter quos sunt, & fuerunt: qui nouam conciliandi rationem odium ecclesiae catholicae, & Romanae apud imperitos excogitant. Colligunt enim antinomias tum in sacris literis, tum in antiquis patribus, quorum opera Deus est visus, in hac extrema senecta mundi, ad repurgandam reformandamque (ut aiunt) ecclesiam: cum tamen in nulla parte fundamenti doctrinae, & cultus Dei possint ullam veram antilogiam monstrare: ut se in mille formas Prothei isti trasformant, his machinamentis Sathanae, videmus effectum esse: quod obstinati sint facti confirmatiores in sua superstitione, infirmiores ac imbecilliores magna ex parte succumbant: cum piorum omnium ingenti dolore, & nisi Christus accelerauerit suum aduentum, metuendum nobis est, ne rursus superiorum haereticorum, de quibus verba fecimus, tenebris plusquam Cymmeris inuoluantur, & in Aethisimum, quod grauius est, desinant.

Quid nobis, quae hoc, hic faciendum est? Praeses equis.

Cauenda sunt insidia Sathanae: respiciendum est ad exempla maiorum veteris, & noui testamentorum, quorum ceterum in doctrina, cultu, inuocatione sanctorum, nos adiungamus: non turbemur multitudine hostium, non moueat nos numerus trasfugarum, non fragamur animo, cruce & armis, quas pios perferre in hoc mundo iuxta Christi verbum necesse est: non tantum respiciamus ad humilitatem ecclesiae catholicae & Romanae, quae in hac vita humi iacet constra: sed etiam inueniamus Christum triumphantem, qui eos, quos conformes sibi viderit in hac

vita, olim beata immortalitatis gloria ornaturus est, modo coestites perseuerauerint usque ad finem. Meminerimus quoque grauisimam sententiam Christi: Vigilate & orate ne intretis in tentationem. Quod vobis (inquit) dico, omnibus dico, tentat mundus, sollicitat caro, turbant haereticorum agmina, offendunt impura doctrinae, & morum scandala, furiles verborum hominum rixae molestant, curiosa multorum desideria vexant, verum aduersus haec omnia, praesidium tutissimum est inuocatio Dei. Non enim frustra dicit Salomon, Turris fortissima nomen Domini, ad eam confugiet iustus & saluabitur, in inuocatione nostra respiciamus ad ecclesiam catholicam, & apostolicam, & muniamus animos nostros aduersus Mahometicos, & Lutheranorum idolomanias: atque haereticorum nostratum, & nos saepe cogitemus quam firmis, & immotis fundamentis nitatur perpetua doctrina & constans ecclesiae catholicae cultus. Veniant nobis in mentem praedictiones diuinae, quibus ipse Deus suam omnibus voluntatem patefecit, quando loquutus est cum sanctis Patriarchis, & Prophetis, quam suam voluntatem multis stupendis miraculis confirmauit: cum in veteri tum in nouo testamento aspiciamus dulcissimum consensum, & harmoniam Moysi, prophetarum Christi, & Apostolorum, in doctrina & cultu: incitemur ad confessionem tot martyrum, qui cum Abel protomartyre doctrinam caelestem suo sanguine confirmauerunt. Abstineamus a subtilibus argutiis, quibus vinculum pacis, quod est dilectio, soluitur. Oremus igitur cum tota ecclesia Christi Deum omnipotentem, ut in nomine dilecti filii Domini Iesu Christi sibi ecclesiam catholicam, & Romanam in hac vita colligat, & in ea doctrina puritatem, veram euangelij intelligentiam, verumque cultum coferuet: ut ipsum vere colamus, & in omni aeternitate celebremus. Oremus ut omnino gubernet suo spiritu pietissimum nostrum Carolum Galliarum Regem huius nominis nonum, qui ut patri sanctissimo, in regnum successit, ita patrum virtutum haeres existat verissimus: non solum iustitia, & equitatis amanti principis, verum etiam ecclesiae catholicae & Romanae, scholarumque fautor, & patronus verissimus, imo nutritius liberalissimus. Oremus ut Christus suo spiritu regat regni consiliarios, nobiles, & ecclesiarum gubernatores, polliciarum, scholarum, & economicarum: ipsique addat animum, gloriam Dei, veram doctrinam & disciplinam honestatem conseruandi, ut tranquillam & quietem vitam degamus, cum omni pietate, & honestate. Oremus pro omnibus regni statibus, ut omnes dulci, & Christiana concordia coalescant: & alij alios subleuent, quod maiores cogitent inferiores, coheredes regni Dei secum futuros: ut inferiores superioribus obediant in domino, sicut a diuo Apostolo praecipuum esse legimus, ut ita dulcissima harmonia omnium ordinum in hoc regno, atque adeo toto Christiano orbe constituta pacifice & tranquile viuamus. Oremus denique ut Christus, impetus Sathanae reprimat, ac largiatur ecclesiae pastores in vera doctrina, & pietate concordantes: qui recta docendo, & exemplo pia vita gloriam Dei illustrent: quo tandem plene omnes relecta facie gloriam Domini, ut in speculo conspicientes, in eandem imaginem transformemur, a gloria in gloriam, sicut a Domini spiritu. Atque haud scio an melius cuiquam quam tibi, Praeses equis, dicam possint labores restaurando huic operi exantlati & impensi, cum is sis, qui cum multarum rerum bonarum studio summe tenearis: hoc tamen praeter cetera vehementer scire exoptes: qua ratione permoti haeretici veteres, de quibus author noster Epiphanius non minus copiose quam grauius scripsit, tampiam matrem ecclesiam catholicam, & Romanam virulentis suis tum verbis, tum scriptis, exagitarint, diuexarint, deformarint: quod qua ratione factum sit ex scriptione illius, quam verbis meis ex fonte nempe quam ex rituulo discis melius si legas, progressus in via veritatis facies beatius. Si qua legeris, noueris, didiceris denique informanda tum via tum morum conuenientia ad eam quam vera vnaque fidei cultoribus repromisit Dominus: Contuleris. Vale Calend. Iunii. 1564. Ex Musaeo Sorbo.

In spe contra spem.

* iij

ehontici, Cerdoniani, Marciones, Lucianista, Apelleiani, Seueriani, Tatiani. Hæc est summaria repetitio trium tomorum primi libri. Secundi verò libri tomus duo sunt: & in primo quidem secundi libri tomo, qui quartus est iuxta numeri ab initio consequentiam, hæreses decem & octo habentur, hoc modo, Encratista, Phrygasta, qui & Montanista, & Tascodrugita. Tascodrugita autem rursus diuisi sunt à prædictis: Pepuziani, qui & Quintiliani: quibus coniunguntur Artotyrite, Tessaresca decastata, qui pascha vnam anni diem faciunt: Alogi, qui Euangelium Ioannis & Apocalypsim non suscipiunt: Adami, Sampsa, qui & Helcesai: Theodotiani, Melchisedeciani, Bardefianista, Noetiani, Valesij, Cathari, Angelici, Apostolici, qui etiam Apotactici: quibus coniunguntur, qui appellantur Sacciferi, Sabeliani, Origeniani, turpia facientes: Origeniani, ab Origene Adamantio. In secundo autem tomo eiusdem secundi libri, quinto verò iuxta prædictum numerum, hæreses quinque sunt, Paulianista, Manichæi, qui & Acuanista, Hieracista, Meletiani secta in Aegypto, Ariani. Atque hæc est tomorum secundi libri summaria repetitio. Similiter autem & in tertio libro sunt tomus duo. Et in primo quidem tertij libri tomo, sexto autem iuxta prædictum numerum, hæreses septem sunt, Audiani, Photiniani, Marcelliani, Semiarj, Pneumatomachi, qui spiritum Dei sanctum blasphemant, Aeriani, Actiani ab Aetio, qui dissimilitudinem personarum in sancta Trinitate inuexit: cui coniunctus est Eunomius, qui Anomæus appellandus potius fuit. In secundo verò tomo eiusdem tertij libri, septimo verò iuxta tomorum numeri diuisionem, & vltimo totius operis, hæreses quatuor habentur, Dimcrita, qui non perfectam Christi incarnationem confitentur, qui etiam Apollinarista: & qui sanctam Mariam semper virginem, postquam Salvatorem genuit, ipsi Ioseph copulatam fuisse dicunt, quos vocauimus Antidicomarianitas: & qui in nomen ipsius Mariæ collyridem offerunt, qui sanè vocantur Collyridiani, massaliani. Et de recta ac vera fide Apologia, cum compendio doctrinæ, quæ sit sancta catholica & Apostolica Ecclesia. Hæc est summaria repetitio ac inscriptio siue enumeratio, totius contra octoginta hæreses Operis, & vnus pro veritate Apologia, sola illa, hoc est catholica & orthodoxa Ecclesia, in tres libros digesta, ac septem tomos diuisa. Addam porro & primi tomi primi libri contra viginti hæreses summarium indicem ac elenchum. Primum quidem habentur omnium Barbaris-
mi appellatio.
matarum matres, ac exemplaria & appellationes, ex quibus matribus omnes alie ortæ sunt, & sunt hæc primæ quatuor. Prima Barbarismus, quæ per seipsam est, & durauit à diebus Adam in decem generationes, vsque ad Noe. Appellatus est autem Barbarismus, ex eo quod eius temporis homines non habuerint principem quendam, aut vnam concordiam, sed quod vnusquisque pro sua ratione procedebat, & sibi ipsi lex iuxta propriæ voluntatis prærogatiuam fiebat. Secunda Scythismus, à diebus Noe, & postea vsque ad turris Babylonis ædificationem: & post turris tempus, ad paucos annos, ipsius Phalec & Rhagan, qui ad Europæ declinantes regionem, Scythiæ parti & ipsorum gentibus abiudicati sunt, à Tharra ætate & vltius, ex quo Thracæ nati sunt. Tertia Græcismus, à temporibus Seruch, exorsus per idololatriam, & sicut vnusquisque tunc procedebat secundum aliquam superstitionem, ad ciuiliorem vitam, morisque ac statuta, ita tamen vt simulachra tunc ceperint poni hominum genera, quæ tunc sequebantur ac deificabant, per colores quidem ab initio depingentes, ac representantes eos qui olim apud ipsos in honore fuerunt, aut tyrannos, aut præstigiatos, aut qui aliquid fecerunt in vita memorabile, per fortitudinem aut corporum robur. Deinde verò à temporibus Tharra patris Abraam, etiam per statuas idololatriæ errore inducto, primos suos parentes per effigies colentes, & eos qui ante ipsos vita functi erant fabricantes, ex figulari primum arte, deinde quum singulæ artes ad imitationem excitarentur, ædificatores quidem lapidem ad hoc cadentes ac exculpentes, argentarii verò & aurifusores per propriam artis suæ materiam effingentes. Ita etiam fabrilignarij, ac reliqui Aegyptij verò, simulque Babylonij, & Phryges ac Phœnices, huius superstitionis primi autores fuerunt, tum statuaria, tum mysteriorum, à quibus plurima ad Græcos translata sunt, ab ætate Cecropis, & deinceps. Deinde autem & longè postea, Saturnum & Rheam, Iouemque & Apollinem, & alios deos declararunt. Græci verò appellati sunt Hellenes, ab Hellene quodam viro, qui in Græcis habitauit. Aut, vt alij tradunt, ab elæa, hoc est olea, quæ Athenis enata est. Iones autem horum principes fuerunt, velut rei sinceritas habet, ab Ione vno quodam viro ex his qui turrim ædificauerunt, quando linguæ omnium diuisæ sunt. Ob quam causam etiam Meropes omnes appellati sunt, propter partitam vocem, postea verò Græcismus in sectas redactus est posterioribus temporibus, Pythagoreorum videlicet & Stoicorum, platoniorumque & epicureorum ac reliquorum. Diuini porro cultus forma simul fuit, & naturæ lex in viam inducta, separans seipsam ab his gentibus, à iactis mundi fundamentis vsque huc, media existens inter Barbarismum, Scythismum, ac Græcismum: donec coniuncta est diuino ipsius Abraæ cultui, & postea factus est Iudaismus, a temporibus Abraam formam adeptus, & per Moysen septimum ab Abraam, per legem datam ipsi a Deo dilatatus, a Iuda verò quarto filio ipsius Iacob, qui etiam Israel appellatus fuit, per Davidem qui primus ex eiusdem tribu regnauit, perfectum iudaismi nomen sortitus. De his enim quatuor sectis Apostolus compendio dixit: in Christo enim iesu non Barbarus, non Scythia, non Græcus, non iudæus, sed noua creatio. Græcorum differentia sunt, Pythagoræi siue Peripatetici, vnitatem & prouidentiam, & prohibere sacrificare diis Pythagoras docuit, item animata non in cibum assumere, & a vino abstinere. Decevit autem simul, quæ a luna & quæ supra lunam sunt, immortalia esse: quæ verò infra, mortalia. Et transire animas a corporibus ad corpora, vsque ad animalia & bestias omnis generis. Simul autem & silentium exercere ad quinque annorum tempus. Postremum verò seipsum Deum nominauit. Platonici, Deum & materiam ac formam prodiderunt, & mundum factum ac corruptibile esse. Animam verò ingentem, & immortalem ac diuinam. Esse autem partes eius tres, Rationalem, Impetuosam, & cupiditate

cupiditate præditam. Vxores verò omnibus communes esse, & nullum vnam propriam habere debere, sed vnumquemque cum qua velit, illa item volente coire. Transiunt item animarum in diuersa corpora omnis generis animantium. Simul autem & deos ex vno multo docuit Plato. Stoici vniuersum esse corpus docuerunt, & sensibilem hanc mundum Deum putauerunt. Quidam verò ex ignis essentia naturam ipsam habere pronunciauerunt. Et Deum quidem mentem decernunt, & velut animam totius amplitudinis cœli & terræ. Corpus autem eius esse vniuersum, velut dixi, luminaria verò ocularum. Carnem verò omnium perire, Animam autem omnium à corporibus ad corpora transire. Epicurei, atomos & indissibilia corpora, simulariæque & infinita, vniuersorum principium esse statuerunt, & finem felicitatis esse voluptatem docuerunt: & neque Deum, neque prouidentiam, res gubernare. Samaritismus, & ab ipso appellati Samaritæ, hic est ex Iudaismo, ætate quàm deuenirent hæreses ad Græcos, & antea quàm constituerentur ipsorum dogmata, postquam verò esse cepit Græcorum superstitio medium eius ac Iudaismi obtinuit. Originem autem accepit à temporibus Nabuchodonosor & captiuitate Iudæorum. Ipsi Samaritæ inquilini sunt ab Assyrijs in Iudæa, & receperunt solum quinque libros Moysi, quum rex iussisset ipsi a Babyloñe per sacerdotem Esdram appellatum. Omnia Iudæorum habent, præterquam abominari gentes, & neque attingere aliqua: & præterquam quod negant mortuorum resurrectionem, & auerlantur alias prophetias post Moysen. Samaritarum gentes quatuor sunt Gortheni, qui alijs temporibus substituitur quam Sebuæi: Sebuæi, qui propter eandem causam in festis celebrandis à Gorthenis dissentiunt. Esseni, qui neutris aduersantur, sed cum quibuslibet indiscriminatim festa celebrant. Dosithei, in iisdem gentibus velut Samaritæ vitam degunt, circumcisione & sabbato atque alijs. Vriuntur & quinque libris Moysi, amplius autem quàm illi seruare abstinentiam ab animalis, & frequentius in ieiunijs viuunt. Quidam ipsorum etiam virginitatem seruant, alij continenter agunt, creduntque mortuorum resurrectione, quod alienum est a Samaritis. Iudæorum hæreses septem sunt. Scribe, qui legales fuerunt, & expolitores traditionum apud ipsos antiquarum, per superfluam superstitionem, consuetudines seruantes quas non ex lege didicerunt, verum sibi ipsi præscribentes simulachra iustificationis legis. Pharisæi, hoc est separati, qui exactissimam vitam degerunt, & longè alijs integiores. Apud quos etiam mortuorum resurrectio, velut etiam apud scribas, & de angelis ac spiritu sancto, quod sit assensus. Vita item diuersa. Continentia vsque ad tempus, & virginitas, ieiuniumque bis per sabbatum. Vrceorum & patinarum ac potellorum purificationes, velut etiam apud scribas. Decimationes & primitiæ, & assidue præces, & habitus supersticiosus indumentorum, per amiculæ & dalmaticas atque pallia, & per latitudines phylacteriorum, hoc est signorum & notarum purpura, & hmbriarum ac prætextuum in alis palliorum, quæ sanè signa fuerunt continentia apud ipsos ad tempus. Idem etiam generationem ac natiuitates introdixerunt, & fatum. Sabducci, hoc est summi, qui ex genere quidem erant samaritarum, simulque sacerdotis sadduc nomine. Mortuorum autem resurrectionem negabant, & non admittent Angelum neque spiritum, per omnia verò Iudæi erant. Hemerobaptista, hi per omnia quidem Iudæi erant: dicebant autem neminem assequi vitam æternam, nisi quis quotidie baptizaretur. Osseni, quos impudentissimos interpreto. Hi omnia secundum legem perficiebant. Vtebantur autem & scripturis alijs post legem, plerisque verò ex posterioribus prophetis reiciebant. Nasaræi, quos interpretari possis dissipatores, aut rebellatores: omnem carnis esum interdicit, animalis penitus non fruuntur. Vtque ad Moysen & Iesum Naue, sanctis in quinque libris Moysi nomine patriarchis vtentes, eisque credentes, Abraam inquam, Isaac & Iacob, & superioribus, ipsoque Moysæ & Aaron, & Iesu. Verum ipsorum quinque librorum Moysi inscriptorum scripta, docent non esse Moysi, sed alia præter ea se habere affirmant. Herodiani, hi per omnia quidem Iudæi erant, Herodem verò Christum sperabant, & huic tum honorem, tum nomen Christi attribuebant. Hic est primus tomos, continens contra omnes has viginti hæreses. In ipso verò habetur etiam de Christi aduentu tractatio, & veritatis confessio.

Stoicorū placita.

Epicureorū placita.

Samaritarū secta.

Iudæorum hæreses.

Dalmatarum ca.

Phylacteriarum.

I N D E X.

Annianus Ecclesia 224.d
 Annus acceptus 136.d
 Anni Christi 14.d
 Anni ratio & appellatio 254.a
 Anni iuxta cursum lunare ratio 137.b
 Annorum post Christum ratio 342.c Anomœi 162.b & 281.d
 Antichristi qui 29.d
 Antidicomarianitæ 326.c
 Antidicomarianitarum appellatio 327.c Antinoi tēpla 345.c
 Antiochia ad Daphnensita 19.c
 Antisthenis Cynici dogma 344.b.c. Antoninus Verus 146.b
 Antoninus episcopus 196.b
 Antoninus Cesar pius 119.b
 Anysus diaconus Baslij 255.d
 Apator 56.b
 Appellationes Christi 365.c
 Appellæus mensis 9.c
 Apelles sanctus 116.a
 Apelleiani ibidem Apis 4.a
 de Ape & prudenti homine simile 89.b
 Apocalypsis Ioannis 139.a
 eius utilitas 139.a
 Apocalypsis reucitur 129.b.c
 Apogonicus 136.d
 Apollinis vatis vanitas 214.a
 Apollinarius à Laodicea ibidē.
 Aporryma 405.c
 a postoli non statim omnia potuerunt instituire 280.c
 Apostolorum discipuli in Pellā fugiunt. 402.a
 Apostolorum constitutio, liber 119.a. 333.b
 Apostolis quidam se præstantiores esse dicunt 31.c
 Apostolicus liber Marcionis 96.c. 114.a
 Apostolici hæretici 155.c
 Apocæctici ibi.
 aqua Siloam placidè procedens quæ 79.b
 aqua aspergere insanum. 40.c
 aqua quibus locis in vinū muta ta sit 138.b
 aqua in mysteriis vti 119.b.c.
 aquam pro Deo coli 141.c
 Aquæ Siloam 248.d
 aquæ calidæ in Gadara 39.d
 Aquæ vsus in mysteriis 119.c
 in Aquam vnā cum vestibus se immergere 8.b
 Aquilæ interpretatio 401.c
 Ara Dei ignoti 101.b
 Arabia felix 3.c
 Arabum lingua 88.a
 Arabio episcopus Adraoru 269.c
 Arabionis castellum 193.d
 Ararat montes vbi 2.b
 Arbitrium liberum homini 11.b
 Arbitrij liberi vires 167.b.c
 Arbor bona & mala 208.a
 Arca Noe sepe incensa 25.b
 arcē Noe reliquæ in Cardien sium regione 12.b
 Arcesilai dictum de Deo 344.c
 Archelaus episcopus 193.b
 Archelaus apollodori 343.d
 Archontici 88.c
 ex Arena funiculū neclere 58.c
 Argenteus 405.c.d
 Argus ceterum oculos habes 79.d
 Ariminensis synodus 268.a
 Ariomanitæ 395.b.c
 Aristippus Cyrenæus 344.b
 Aristotelis dogmata 344.c
 Aristotelici noui 245.b
 Arius ab alijs hæreticis seipsum eximit 226.a
 Arius Libs genere 224.c
 Arius expellitur ex Ecclesia 155.a
 Arij epistola 225.c. habitus & eloquentia 225. a, argumenta 226.a impudentia 222.a
 Arij simulata penitentia ibidē
 Arij mors velut Iudæ 222.d
 ad Ario loci citati confutantur 229.b Ariani 39.b
 Ariani erroris occasio 227.a
 Ariani simulant verā fidē 270.a
 Arianorum sectæ ordines tres 270.d
 Arianorum sectæ tres 268.b.d
 Arianorum adulatio 235.c
 Armor 88.a Arphal 3.a
 Artan in conspectu patris mortuus ibidem
 Arsenius coram Casare sanus aparet 223.d
 Artaba 405.b Artina 8.c
 Articuli Græcorum vis 8.c
 Artotritæ 227.c
 Asamonæi filii 68.a
 Ascensus Pauli, liber 84.b.c
 Aspis à viperæ venenum mutuo fumeas, prouerbiū 20.d
 Aspides dolio inclusos seipfos consumpserunt 44.a
 Aspidum fabula 18.c.d. oua. ibi.
 Aspidogorgon 19.a. 44.a
 Assamonæi 10.c Assi. 50.a
 Astaroth. 143.d. 38.b Asteria ibi.
 Asterii verba, à Marcello refuta ta 258.b. ab Acacio approbata 259.a
 Asterisci significatio 308.b
 Asteriscorum nomen vnde sit ibidem d
 Asterope 50.d
 Asto vrbs 345.b
 Astrologia damnata 11.a
 Astrologia iuuentor 3.a
 Atactus 88.c
 Athameffum in 50.a
 Athanasius episcopus 223.s
 Athanasius Papa Alexandrinus 268.a
 Athanasius exulat in Italia 223.d
 Athanasius falso accusatur 223.a
 Atarbarba 50.a
 Athenodori Tarsensis dogma A 345.a
 Athyr mensis 134.a
 Atmis 383.d
 de Atomis Epicuri somnium 5.a
 Atropos 50.d Artis 4.a
 Auaricia episcopi Georgii 282.a
 Auaricia obicitur episcopo 279.c
 Auaritia est Deus huius seculi 421.c
 Audiani hæretici 250.a
 Audius relegatur ad Scythas 254.d
 Augarus Edessenorū princeps. 146.b
 Augarus episcopus Cypri Eu- B phrasæ 269.c
 Augustus episcopus Euphrasæ 269.c
 Auran 50.a
 Aurelianus rex 190.b
 Aurelianus & Probus Imperatores Romani 187.b
 Axumitarum lingua 88.a
 Azanix diaconi dicti 41.a
 Azarias & Ozias idem 7.a
 Azur soror Seth 87.b.c
 Bactra 3.a
 Batonis retractio spiritus 91.a
 Balneo Ioannem Euangelistam non esse vsurum 45.b
 Baptizati pro mortuis 34.d
 Baptizat mulier apud Marcionitas 93.a
 Baptizatus Christus VII Idus Nouembris 136.c
 Baptizationes Ebionitarum 38.a
 Baptismus 349.b
 Baptismus vocatur magna circumcisio 6.c
 Baptismus, maior circumcisio 34.c
 Baptismus datur agrotō nemi ne presente 39.a
 Baptismi forma Marci & sodalium eius 77.b
 Baptismus Archontici execratur 89.b
 Baptismi tres apud Marcionitas 92.d
 post Baptisma Nauatiani secundam non ducunt vxorem 152. D 4.b.c
 Baptismata non esse duo 153.a
 Bara 50.a
 Baraciban 10.c
 Barbam

I N D E X.

Barbam secantes Latinos vide- 222.b
 tur taxare 339.c
 Barbarifinus 2.b.c
 Barhelo quid 17.c. 24.a
 Barbelitæ 26.a
 Barcabbas propheta 25.c
 Barcabbas propheta 25.c
 Bardefianus 146.b
 Bardefianitæ ibidem
 Barthenos vxor Noc 25.b
 Bar Iona 351.d
 Barochi⁹ episcop⁹ Arabic⁹ 269.c
 Basanitis regio 37.c
 Basilides hæreticus 19.a.b
 Basilinadorum hæresis 21.a
 Basilius Galata 258.a.b
 Basilius episcopus 265.a
 Basilius Ancyranus 255.c
 Basilius semiarianus 260.d
 Basilius episcopus Cauniorum Lydiæ 269.c
 Basus Tylius 1.d
 Batanza regio 38.b
 Batos 404.b
 Baucalis Ecclesia 224.d
 Bazas episcopus 196.c
 Belim 50.a
 Benedictiones duas accepisse Rubim 8.b
 Beniamin episcopus Hierosoly. 196.b
 Beon serpens 128.d
 Bethula 11.a
 Bibliotheca Ptolemæi Philadelphi 400.c
 Bizantiū Cōstantinopolis 141.d
 Bleusius Arianus 279.d
 Bonæ appellantur etiā creaturæ 241.a
 Bona operari circa hominē 11.b
 Bonum & iustum, idem 93.b
 Borboriani 26.a
 Bosphorus ciuitas 4.a
 Bouios obligare 108.b.c
 Briareum vocat Egzonem 79.d
 Buprestes 86.b
 Bucua 50.a
 Budda 190.b
 Cabarbaricha ciuitas 88.c
 Cabba 25.c
 Cabus 405.b
 Cadaueris appellatio 93.a. 378.c
 Cæsaria 224.c
 Cain quid 87.b
 Cain laudatus 84.a
 Cain filius diaboli 85.b
 Cain Iudæ pater ibidem
 Caiani hæretici 84.a
 Calceamentorum solutio 383.b
 Callaina lana 140.b
 Calligraphi 219.c
 Callinicus in peluso episcopus 222.b
 Callisthenes naturas herbarum descripsit 1.d
 Campfari 140.d
 Camplices 405.c
 Campis Apim in femur gladio percussit 405.c
 Cana adeptam significat 138.b.c
 Canani 231.c
 Candelabrum vas quoddā mysteriorum 223.b
 Canis vmbra sequens 91.b
 de Canē & hæreticis, simile 91.b
 Canes muti, Iudæi 328.a
 Canum rabiei ratio ibidem
 Cantharus 86.b
 Capito episcopus 196.b
 in Carcere disidium episcoporum 221.b
 Carcharias viperam sibilo prouocat 69.a
 Cardyensium terra 2.b
 Caro & sanguis regnum Dei nō possidebunt, quomodo intellig. 218.a
 Caro in spiritū transmutata ibi. 196.c
 Carnis appellatio de operibus carnis 323.c
 Carnis humanæ esus 26.d
 absque Carne nemo 202.a
 à Carnibus abstinent Ebionitæ 42.b
 Carnibus vesci Nazaræi nephas putabant 12.a
 Carpocras hæreticus 31.b
 Carpocratitarum hæresis ibidē
 Carpones 224.d
 Caschara Mesopotamiæ ciuitas 192.a
 Casu habere in mysteriis 228.a
 Cassianus episcopus 196.b
 Castitatis tēpus determinatum 10.c
 Cathari 151.c
 Catharorum appellatio 152.b
 Caulaucauch 24.a
 Celsus ex euangelistis offensus 131.b
 Cendiritis serpens 218.b
 Centimanus fabulosus 179.c
 Centurio in Euangelio 58.b
 Cerafæ serpentis natura 23.b
 Cerafæ vnicornis 279.a
 Cerdon 91.b
 Cerebrum expuere 52.c.d
 Cerinthus hæreticus 33.d
 Cerinthus sepe apud solis Hiero solymis restitit 35.b
 Cerinthus tēpore Petri apostoli vixit 34.a.b
 Cephalenia ibi.
 Ceter 11.a Cesten 50.a
 Calama³.a Chamæleon 341.a
 Cham quare in arcā intromif- 141.c
 sus 86.d
 Chanaan filij 216.a
 Chanaanos Deus legis cur circumuenerit 386.a
 Charisus episcopus Azoti 269.c
 Chartæ nouæ magnæ fructum 47.d
 Cherbon 88.c
 Chœnix 405.b
 Chondrites ibidem b.c
 Choreb Baal 10.d
 Choreb Ochmqd ibidem
 Choreb Ocmol ibidem
 Choreb Sabeth ibidem
 Christus quinto Ianuarii natus 136.e
 Christus anno Augusti 42. natus 14.d 135.d 369.c
 Christus quādobaptizatus 134.b
 Christ⁹ quo anno inceperit prædicare 14.d
 Christus apparet in somnis Iosepho cuidam 40.b
 Christus magnum sabbatū 48.c
 Christus quare filius Dei dictus ab Ebionitii 43.d
 Christus quo anno aduocatus sui passus 136.c
 Christus quare à Iuda traditus secundum Cainos 84.d
 Christus maledictio factus 94.a
 Christus petra 109.a
 Christus omnia implet per enig mata 35.c
 Christus verè corpus de Maria habuit 14.d
 Christus leo dicitur 331.a
 Christus cur patrem rogat, vt det vitam discipulis 232.c
 an Christus ex quatuor elementis suū corpus acceperit 116.b
 Christus peccati exors 376.d
 Christus 14. Calend. April. passus est 128.b
 Christus qualis passus sit 58.a
 Christi sacerdotium 144.d
 de Christi incarnatione varij errores 38.a.b
 Christi ætas anni xxxij, dies lxiij 137.d
 Christi natiuitatis dies qui fuerit 138.b
 Christi nominis numerus 73.c
 Christi appellationes varij 233.d 244.c.d
 Christi mensura apud Elxai 13.a
 Christi debilitas quæ 241.d
 Christi delineatio 375.c
 Christi regnum vbi sit 36.b
 Christi & spiritus sancti mēsurā apud Elxai 41.a
 Christi & spiritus sancti mensura 141.c

Christi aetas 137.d
 Christi in nos beneficia 371.a
 Christi actiones & cogitationes honeste 323.b
 Christi duo valentino 54.b
 Christum Syriaca lingua in cruce sum 244.c
 Christum ad inferna descendisse 243.c.d
 Christum non esse nudum hominem 43.d 142.a.b
 Christum nudum hominem putant Ebionitae 42.d
 Christum clausis foribus ingressum 15.b
 Christum esse passum quidam negant 22.d
 Christum ex Ioseph esse dicunt Ebionitae 38.b
 Christum Cerdon negat genitum ex Maria 38.a
 Christum ex Ioseph esse generatum 31.b
 Christum carnem non suscepisse 30.a
 de Christo & spiritu sancto loci scripturae concordantes 372.b
 de Christo nugae haereticorum 76.b.c
 de Christo venturo propheticae voces 6.c
 in Christo affectus humani 361.a
 a Christo quidam nihil se differre dicunt 31.d
 Christus cur adorandus 380.d
 Chrysippus Solensis nepharias leges scripsit 344.d
 Chyrosoc fluuius 190.c
 Chuthri 7.b
 Chus suscipit Aethiopiā 3.a
 Cibus qui perit, quis 338.d
 Cibyes fons 138.b
 Circumcisiones Petri, liber à Clemente scriptus 42.b
 Circumcisio & sabbatum se mutuo destruebant 48.c
 Circumcisionis vetus institutum 5.d
 Circumcisionis Christi causae 46.d
 Circumcisus Christus in spelunca 14.d
 Citium cypriorum insula 45.d
 Ciuitas sancta quae 281.d
 Claudius medicus & sophista 193.b
 Clauis David 163.a
 Cleantis dogma 344.d
 Clemens Alexandrinus vel Atheniensis 64.d
 Clemens confutauit Valentianorum errorem 62.b
 Clemens contemporaneus Petri 32.d
 Clementis epistolae encyclicae 42.b

Cleobius & cleobulus 130.c
 Cleobulus sophista 193.b
 Clerici facti à defunctis primis vxoribus 39.b
 Clericorum gradus quinque 259.d
 Cocho 50.d
 Cocabavel chochaba 37.c
 Cochaba 83.d
 Codda 25.a
 Cœcitas ex diabolo 279.b
 Cœli septem, septem vocales enunciant 71.c
 Cœlorum multitudo 27.d
 Cœlos multos confinxerunt Basilidiani 21.b
 Cœne Dominice verborum expositio 368.c
 Coessentialis quid 272.c
 Coessentialitatis vocabulum 246.a
 Coessentialis vox rescitur 269.a
 Cogitationum & actionum ratio in nobis quae sit 180.a
 Cogitationum duo in nobis generata 181.b
 Cognitio duplex 237.b
 Cognitiones in scripturae duae 357.b
 Cognitio filij vnica 358.a
 Cognitionis vocabulum 357.d
 Columba cur laudata 83.c
 Columba vnica 345.b
 coluba Ecclesia catholica 79.b
 Colorbasus haereticus 78.b
 colorbasianorum dogmata ibi. 91.b
 creationis rerum stolidi ratio 75.a
 creatum vnum quodque manere in propria sui habitus figura 171.b
 creatura quomodo dicatur filius Dei ab haereticis 265.c
 creaturae nomen in omnibus creatis est feruum 332.a
 creaturarum perpetuitas 170.d
 creaturae Dei perfectae 301.c
 Critolaus Phaselita 344.c
 crucis signaculum 41.c
 cubiatha 50.a
 cubticus 190.b
 cudri 7.b
 cultianus praeses Thebaidis 221.a
 cyathus 405.c
 cypros 406.a
 coryllus episcopus 196.c
 cyrillus hierosolymitanus 270.a
 cyrion episcopus doliches 269.c

esse 174.c 175.b
 corpus mortis quod dixerit Paulus 181.c
 corpus idem quod cecidit, resurgere 379.b.c
 corpus spirituale resurrecturum 52.a
 corpus Christi quale resurrexit 173.a
 corpus est fluuius 165.a
 corpus non est imago Dei 261.b
 corporis & carnis yocum significatio quae sit 178.c
 corporis appellatio 376.b
 corporis animalis & spiritualis ratio 182.c
 corporis impedimentum 174.a
 corpora pro hominibus seruis 369.a
 corruis 345.c
 corrumpere se propriis manibus 29.a
 de coruo prouerbiū 197.a
 corus mensura 404.a
 cotyla 405.c
 cranij sine Caluariae appellatio nis ratio 110.b
 crapula vitium 122.b.c
 crates à Thebis Bœoticis 344.c
 crateas herbarius 1.d
 creauit, & genuit vocum vltimur receptus 271.b
 creans spiritum, quomodo intelligendum 351.c.d
 creationis rerum stolidi ratio 75.a
 creatum vnum quodque manere in propria sui habitus figura 171.b
 creatura quomodo dicatur filius Dei ab haereticis 265.c
 creaturae nomen in omnibus creatis est feruum 332.a
 creaturarum perpetuitas 170.d
 creaturae Dei perfectae 301.c
 Critolaus Phaselita 344.c
 crucis signaculum 41.c
 cubiatha 50.a
 cubticus 190.b
 cudri 7.b
 cultianus praeses Thebaidis 221.a
 cyathus 405.c
 cypros 406.a
 coryllus episcopus 196.c
 cyrillus hierosolymitanus 270.a
 cyrion episcopus doliches 269.c

Daden 27.d
 Dadli 11.a
 Dalmaticae 10.b 391.b
 Dauid subannatur ab Ebionitis 43.c.d
 Dauid primus ex tribu Iuda resgnauit

gnauit 5.c
 Decimationis typus 6.c
 Decorem induit, quomodo sit accipiendum 244.a
 Decius rex Romanus 161.b
 Defunctorum ratio 350.c
 circa Defunctos Graecorum ritus. Deggim 11.a
 Denarius numerus in scripturis 76.a.b
 Dentium stridor, quomodo accipiendus 165.c
 Deus omnia in omnibus 247.d
 Deus vnus, & vnus Dominus, quomodo accipiendum 145.d
 Deus excitauit Christum ex mortuis 248.a.b
 Deus visus ab hominibus 252.a
 Deus in carnem cur venit 238.c
 Deus expers affectus 84.c
 Deus vnus bonus est 240.c
 Deus & Deus verus 352.c
 Deus huius seculi 211.a
 Dei omnipotentia 370.a
 Dei dicta vera esse, etiam si non intelligamus 250.b.c
 Deo templa non esse aedificanda 344.d
 Deum nemo vnquam vidit 252.a
 Deum in multitudinem deorum Stoici diuidunt 4.b
 Deum esse mentem 344.d
 Deos duos ponunt Cordoniani 91.b
 de Diis apud Graecos mysteria quando initiu acceperint 4.a
 Deitas passionis exors 380.a
 Deitatem non suscipere aetatem 376.b.c
 Dexariche 30.a
 Dextra, & sinistra quae Valentiano 56.b
 Dextri ac sinistri ratio 63.a
 Dextram porrigedi causa 178.b
 Diabolus an sit factus 167.b
 Diabolus dominus mundi 55.c
 Diabolus malus non est creatus 208.b
 Diabolus lucifer stella 167.c
 Diabolus peccatum appellatur 179.c
 Diabolus per mendacium decipit etiam 85.b
 Diabolus in serpente locutus 81.b.c
 Diabolus est ipse Iudas 85.b
 Diabolus filius Sabaoth 89.b
 Diabolus cur Dominum tentauit 89.c
 Diaboli insidia post Christi aduentum 88.a
 Diaconi in Ecclesia quale ministerium olim 336.a
 Diaconia 335.d 348.d
 Diaconia officium in Ecclesia 335.c.d
 Diagoras Hercule exussit 383.c
 Dialectici mundi 245.b.c
 Dichyson 576.c
 Dictamni appellatio 129.a
 Didrachmon 405.c
 Digamia ratio 152.b
 Dimercitae haeretici 327.c
 Dimercitarum appellatio ibidem 193.b.c
 Diodorus herbarum scriptor 1.d
 Diogenes Smyrnaeus 344.b
 Diogenes poeta 67.b
 Diogenis Cynici dogma 344.c
 Diogenis Babylonij dogma ibi. 224.d
 Dionysij Ecclesia 224.d
 Dioscorides materiarius 1.d
 Dipladis serpentis natura 78.a
 Discipuli Domini 335.c
 Discipuli Christi in Pella habitantur 37.c
 Disputationum publicarum quis fuerit modus 255.d
 diuinationes marcosforū 70.a.b
 Diuitiae caelestes 339.a
 Dius episcopus 196.b
 Dixae ecclesia 224.d
 Doctrinae male inuentorū 3.a
 Dogmatistae an coinquent &c. 8.c
 Dolichianus episcopus 196.c
 Donatiani 155.a
 Dormire in eodem loco viros & mulieres 338.b.c
 Dormiendi imago 172.b.c
 Dosithei 7.c
 Dosithei historia 9.d
 Dositheorum dogmata ibidem 405.d
 Draco ostracites 150.a.b
 Draconis audacia 91.a
 Drax 405.b
 Druggus quid 127.a
 Dryinas serpens 190.a
 Duodenarius numerus in scripturis 75.c
 Durius equus 17.d
 E apud Graecos 17.d
 Ebionaei 13.b
 Ebion & Ebionitae 338.a
 Ebion Hebrais inops 42.d
 Ebion in balneo perit 404.b
 Ebrietas Noe 160.d
 Ecclesia catholica, principium omnium religionum 9.c
 Ecclesia per vniuersum orbem dispersa 161.a
 Ecclesia catholica, principium 22.d
 Ecclesia nauis similis 136.a
 Ecclesia martyrum 221.d
 Ecclesiae Dei dona 123.c

Ecclesiae corruptus status 223.a.b 230.c
 Ecclesiae Dei adherendum 326.d.
 327.a
 Ecclesiarum dissidium 251.b
 Ecclesiarum praesides victum quibus suppeditare debeant 279
 in Ecclesia prohibita 343.c.d
 in Ecclesia dignitas 17.b
 ab Ecclesia aliquando plij se separant ob vitia sacerdotum 250.a
 Ecclesiae in Iudaeorum vrbibus à Iosepho extractae 41.b
 Ecclesiam Alexandria multae 224.d
 Ecclesiastica administratio vni delegata 221.b
 Editio sexta 403.a
 Edom ciuitas 3.d
 Egæonem vocant Briareum 79.d
 Eli 90.a
 Electus ex multis milibus, de quo d' catur 366.b
 Eleemosyna 394.c
 Elementa quinque apud Manichaeum 198.a
 Eleusius Cyzicus 268.c
 Eli 90.a
 Elilaeus 17.d
 Elior 90.a
 Elifaus episcopus Diocletianopolis 269.c
 Ellel patriarcha Iudaeorum 39.a
 Elozus 37.d
 Floim 90.a.b
 Elops serpens 160.a
 Elud 88.a
 Elxai pseudopropheta 12.c
 Elxarus pseudopropheta 38.c
 Emacafemes 10.d
 Empedocles Metonis Agtiginus 344.b
 Emphibochae 50.b
 Emptio & precium nostrum 214.c
 Encratitae 119.b 22.a
 Encrides pro acrides à Iudaeis suppositum 41.a
 Enoch filius Jared 22.a
 Enoch mortem non vidit 81.b
 Enoch translatio 182.d
 Enoch resurrectionis exemplum 382.a
 Epactarum ratio 134.b
 Epictetus episcopus Corinthiorum 316.b
 Epicuri doctrina 5.a
 Epiphanes haereticus 2163.d
 Epiphaneis museum 63.d
 Epiphanon 30.d
 Epiphanius pauimenti compositio contra Marcionem 94.c
 Epiphanius seculum 1.c 123.b 369.

I N D E X.

danodestia 411.c.350.b.273.d
 Epiphanijs sermo Ancoratus 232.a
 Epiphanijs liber de fide 232.a
 Episcopus an differat a presbytero 280
 Episcopi quando constituti 280.b.c
 Episcopu sine diacono esse, impossibile est ibi. Episcopus
 160.c. Episcoporum Hierosolymorum ordo 196.b
 Episcopos duos Alexandria nunquam habuit 223.a
 Epistolæ encyclicæ Alexandri 225.b
 Epithetorum nominu ratio 328.d
 Eporcista 349.a erat aliquando quando non erat, Ariani dictu 367.a
 Erroris cæcitas 24.c. Esaiæ Ascensorius, liber 219.c
 Esau, b. Esdras instruit Samaritanos 7.c
 Essem vocabulum 246.a.265.a
 Essem 50.a. Esus carniu 44.c
 Esus post resurrectionem 201.b
 Esu, mulier 345.b
 Esu ex costa Adæ edificata, non formata 333.a
 Esu quomodo saluabitur 220.a
 Esu semen quomodo accipiendum 332.d
 Euagrius episcopus Mitylenes insularum 269.c.d
 Euangelium Ioannis multis calumnias impetum 135.a
 Euangelii secundum hebreos 119.b.c
 Euangelii Philippi constitum 29.b
 Euangelii Ioannis Hebraicu 39.d
 Euangelij Ioannis ratio 60.b
 Euangeliorum quatuor summa 366.d
 Euangelicæ historiæ conuentia & ordo 133.d
 Euangelistarum cõsonantia 227.d
 Euclees ab Aesculapio resuscitatus 378.b
 Eudoxius episcopus 269.c
 Eunuchi triplices 150.d
 Eunuchorum appellatio unde 151.a.b
 Euphrosinum secta 150.c
 Euphemite 337.d
 Eusebius episcopus Sebastie 269.c
 Euseb. Eregellæ episcopus, exul 39.b
 Eusebii Nicomediæ episcopi fraus & malus animus 223.b
 Eustathius Sebastus 266.c
 Eustathius episcopus epiphaniæ 269.c
 Eustathius episcopus 265.a
 Eustathius Arianus 279.d
 Euctus Armenus 88.c
 Eutyches notarius Basilii 255.d
 Eutyches episcopus 265.a
 Eutychianus episcopus Patarorum Lycie 269.c
 Eutyches episcopus Eleutheropolis 268.b.c
 269.c
 Euzoius Antiochenus 268.b
 Exapaphos 50.d
 Extrasis quid 124.b
 Extremitates æqualitates, prouerbium 335.a
 F
 Faciamus vox, non vnus numeri significatiua 395.a
 Fatum, siue generatione aut nauitatem non esse 11.a
 de Febrienti & hæretico simile 219.d
 Fecit vox dignitatis 235.a
 Fenestra mortis 9.a
 Fermentum pro malitia 66.d
 de Ficu & homine simile 168.d
 Fides Acacii 269.a
 Fides Basilii & Georgii semiarianorum 261.b.c
 Fides vera quæ sit 61.a
 Fides Synodi Seleucie 269.b
 Fides Seleucia damnata 273.a
 Fides verba præcedat 271.d
 Fides non ex syllogistica hominum opinione consistit 305.a.b
 Fidei catholicæ enumeratio 388.a
 Fidei confessio Epiphanijs 346.b.c
 Fidei confessio Paulini episcopi 321.d
 Fidei sigillu 266.b.c
 Fidei in Seleucia editæ exemplum 268.d
 Fidei veræ confessio 78.a
 Fidei confessionis exemplum 260.a
 in Fide minus eruditu qui dicantur 61.c
 Filius dilectionis 366.c
 Filius nō potest facere quicquid a seipso 248.a
 Filius dei non est creatura 284.c
 Filii gloriam imminuēt 360.a
 Filii hominis appellatio 149.d
 Filii appellationis ratio 228.d
 Filii Dei multi 262.a.b
 Filiiuigeniti & Spiritus sancti notiones ex Mose 9.a
 Filii nomina 373.c
 Filium Patrē dixit Sabellius 226.a.b
 Fleuisse Iesum, ex Luca ab orthodoxis exemptum fuit, at hoc die habetur 361.a
 Flora femina 65.c
 Feminarum multiplicem coitum permiscere quidam 23.d
 Neq; foris, neq; intus, prouerbium 71.a.b
 Formosauxor, Sedi 87.a.b
 Fortuna mixtura 337.a
 Fratres Domini quibus 329.d
 Formam fugientes in ignem inueniunt, prouerbium 222.c.d
 Funiculū ex arena necere 158.c
 Furtum Iudeorum in Aegypto 258.c
 Furta probat Theodorus 344.b
 G
 In Gadara aquæ calidæ 39.d
 Gadi 11.a
 Gaius episcopus Hierosolym. 196.b
 Garizin mons 8.a
 Gasphenorum lingua 88.a
 Gaudium ex veritate Dei 148.b
 Gaza Hebræis quid 39.c
 Gazareni 345.d
 Gazophylacia Iudeorum in Tiberia de 38.d
 Gebalmons 8.a
 Geminorum duorum consultius 136.c
 Generationum ab Adā ad Christum Catalogus 342.a.b
 Geneson calculi variant in exemplaribus 148.b
 Genitos, & Gennitos differunt 163.c
 Geniti appellatio reprobara 267.c
 Genitum æquiuocum pro genito & facto 287.d.288.a
 Gentium omnium variæ religiones & hæreses 345.a.b
 Geon fluuius 190.c
 Georgius episcopus Alexandria 282.a
 Georgius Laodicensis 258.b
 Georgius Alexandrinus 420.c
 ciditur 224.b.281.d
 Georgius Semiarianus 260.d
 Gephart 88.a
 Germanion episcopus 196.c
 Germanus episcopus Petroru 269.c
 Githartu civitas in Samaria 17.a
 Gnostici 23.c
 Gnosticorum hæresis 25.a
 Gnosticorum libri 62.c.d
 Golme 47.d
 Gomon 405.b.c
 Gordius episcopus 196.b.c
 Gorpheus mensis 9.c
 Gortheni 7.c
 Gorthenorum hæresis 9.c
 Gradus Clericoru quinque 259.d
 Gratianus episcopus 196.b
 Granum frumenti quod sit appellatum 184.b
 Græca nomina apud hebreos in astronomia recepta 10.d.11.a
 Græcismus 3.a
 Græcismus quando cœperit 5.c
 Græci poetæ, omnium hæresim occasio 30.b
 Græcorum dii 384.a
 Gymnastus episcopus 265.a
 Gygen vocant Briareum 79.d
 H
 Habitatio hominū prima post diluuium 2.d
 Habituum, & voluntatum ratio 306.c

I N D E X.

306.c
 Hamorrhus serpens 127.c
 Hæresis quando cœperit 3.a
 Hæreses seipfas polluant 377.d
 Hæreses quot 355.b
 Hæreses septē apud Iudeos ante Christi in carnē aduentū 9.d
 Hæretici quibus remedijs fugandi. 129.a.b
 Hæreticorum imago 154.c
 de Hæreticis & igne simile 36.d
 Hæresis Cirenæus 344.b.c
 Helcesæi 141.b
 Helena Simonis Magi 17.b
 Helena Homerij ibid.c
 Helias resurrectionis exemplum 382.a
 Heliodorus episcopus Sozuse Penapolis 269.c
 Helioplitidarum orgia 345.c
 Hellenes cur dicti Græci 390.c
 Heorticus episcopus 265.a
 Heracleon 91.b
 Heracleon hæreticus 79.c.d
 Heracleonitarum dogmata ibi. 344.b
 Heraclides Tarentinus 61.d
 Heraclitus Blefsonis Ephesonis 344.b
 Heracliti dictu de idolis 383.c.d
 Hercules ligneus a Diagona exustus 542.b
 Hermeas Manichæus 194.a
 Hemero baptistarum stulta ablutio 11.c.d
 Hermon episcopus 196.c
 Heri ac nudistertius, prouerbium 73.d
 Herodes pro Christo habitus 13.d
 Herodes Idumæus vel Afcalonita ibi. Herodes Antipatri filius ibi. Herodianorum hæresis ibi. Hesiodi triginta secula 50.b
 Hesiodi Theogonia 49.d
 Heua serpens 345.b
 Hexapla 162.a
 Hexapla, & octapla, cum dicta 400.a
 Hieracitæ 218.d
 Hierax 218.d
 Hieracis hæresis 144.d
 Hierocles Alexandria præses. 221.b
 Hierophantæ 345.d
 Hierosolyma deuastata à Tito Cæsare 13.c
 Hilarionus episcopus 196.c
 Hippolytus scripsit contra Valentinianos 62.b
 Hircus Mendæus 345.d
 Holce 405.d
 Homerij patris ambigua 99.b
 Homocionem nomen cetero ad ostentationem confusus 69.d
 Homo materialis, & animalis 56.d
 Homo quid 376.b
 Homo, nō homo Christus 263.d
 Homo primus 203.b
 Homo quare creatus 167.a
 Homo opificium Dei ornatißimum. 169.c
 Homo seminaliter dominium habet producendorum germinum 301.d
 Homo secundus à celo 256.a
 Homo spiritalis. 57.a
 Hominis præstantia 166.d
 Hominis forma stolidè expensa 75.d
 Hominis formatio delirata 82.b.c
 Homini non ex hac arida terra factum qui intelligendum 56.d
 Homines edulium principum 213.c
 Homines duos ab initio esse formatos 19.c
 Homines pro diis culti 334.a.b
 Homines esse edēdos dicit Chrysippus 344.d
 hominum genera tria 58.b
 Hominum ordines tres apud Valentinus 52.b
 Homousios 353.a
 Hospitalitas 349.d
 Humiferi fabula 197.a
 Hydria 406.a
 Hydri serpentis natura 25.a
 Hyginus episcopus Romanus nonus à Petro & Paulo 91.b
 Hymenæus episcopus 196.c
 Hymnus trium puerorum 358.d
 Hymni 349.c
 Hypatius ibid.
 Hypatianus episcopus 269.c.d
 Hyperion 50.d
 Hyperechius episcopus 265.a
 Hyphe 405.b
 Hypocausta Adamianoru 140.d
 Hystera creator cœli ac terræ 84.b
 I
 Iacobus 23.c.d
 Iacob quare frater Domini 329.a.b
 Iacob quare curam suorum ossium habuerit 8.b
 Iacobus episcopus Hierosol. 196.b
 Iacobus frater Domini virgo 38.b
 Iacobus Apostolus episcopus 196.b
 Iacobus Naziræus factus ibid.
 Iacobi fratris Domini sanctitas 331.a
 Iacobi Apostolum, virginè Ialdabooth 23.c.d
 Ianitores 349.a
 Iao 27.d
 Iao nominis ratio 55.b
 Iapheth filius 346.b.c
 Identitatis ac similitudinis ratio expressa 266.d
 Idololatria quando cœperit 3.b
 Idolorum cultus origo 390.b
 Iechonias & zelus idem 7.a
 Ieiunare bis in sabbato 10.d
 Ieiunium vnus diei 9.c
 Ieiunium quarta, & pro sabbato decretum, seruandum esse 281.a
 Ieiunium ordinatum an sit seruandum 280.a.b
 Ieiunium magnu & paru 48.b
 Ieiunium quorundā monachorum 36.d
 Ieiunium aliquid animæ cõfert 66.d
 Ieiunia statuta 349.a
 Iephthæ filia deificata 314.b
 Ieremias 33.d
 Iesus quid Hebræis factus 36.c
 Iesus nominis numerus 73.b
 Iesus Naue inter prophetas numeratus 215.c.d
 Iesus nomen in signe 72.a
 Iesus Nazareus appellatus 37.b
 Iexes pseudopropheta 12.a
 Iezan 3.c
 Ignis reprobatus 13.a
 Ignis nō accipit corruptibilem materiam propter incantationem 41.c
 Ignis & hæreticis simile 36.d
 Ignorantia multos excæcat 215.b.c
 Ignorantiæ malum 82.a
 Imago Iesu 33.a
 Imago Dei non perdit ab Adam ibidem.a
 Imaginis ratio 271.b
 secundum Imaginem quomodo accipiendū 250.b.c.368.b
 de Imagine regis & hæreticis simile 58.c.d
 Imago cuius esse debet 258.c
 Immodicum omne vbique molustum 122.b.c
 Imperitia nihil peius 215.b.c
 Impudentia frontem perfricuit 132.a
 Inachus fluuius 4.a
 Incantatio quando cœperit 2.a
 Incantationis vanitas 40.b
 In cantamenta Iudeorum 41.c
 In incarnatione nulla transmutatio 388.c
 Indorum mercimonia 190.b
 de Infantibus & hæreticis simile 233.c
 in Inferno patres detentos 177.b
 Inferni descensus Christi 137.c
 In geniti nomen nō esse in Scriptura 458.c.267.b.c.14.
 In geniti ac geniti voces, cur excogitate 265.d
 Iniusticia quando primum cœperit 2.a
 Infidie hominum piis in bonu cedunt 5.d
 Interpretes septuaginta quomodo vixerunt 399.a

I N D E X.

Interpretes sacre Scripturæ 39.a	Isaëlitarum ingratitude 387.a	Leucippus Milesus 344.a
Interrogatio Deo obiicitur fal- sè pro ignorantia 387.a	Iudaismus quando initium coe- perit 3.c	Leuis episcopus Hierosoly. 196.b
Inuidia semper magnis succes- sibus aduersatur 315.d Io 4.a	Iudaismi forma post Græcifi- cium 3.c	Leuitæ Gnosticonum inter sei- plos miscentur 29.a
Ioannes Baptista non arundo 27.a.b	Iudæi secundi 187.b	Leuitici 23.c Lex olim nulla 2.b
Ioannes eorū vox fuerit 235.c.d	Iudæi filij diaboli cur sunt dicti 209.a	Lex corporalis & spiritualis 270
Ioannes filius tonitruī 263.b	Iudæi vnde dicti 5.b	c. Lex Dei sancta 179.b.c
Ioannes episcopus 222.b	Iudæi filij sunt proditoris Iudæ 90.b	Lex iudex transgressionum 2.b
Ioannes episcopus Hierosoly. 196.b	Iudæorum ignorantia 359.b	Lex & propheta reficcatæ arbo- res 213.b
Ioannis Euangelium Cæcili- us prætoris 129.c	Iudæorum incantamenta 41.c	Lex trifarium diuisa 65.d
Ioannis euangelij ratio 13.c.d	Iudæos sine Christo non iusti- ficari 149.c	Lex iusto non est posita 212.c
Ioannis Euangelium Hebraicè translatum 38.d	Iudas diabolus 85.b.209.a	Legis ac prophetarum repræhē- sio 211.d Legis vsus 6.a
Ioannem Apostolum, virginem fuisse 151.a	Iudas quare Christum tradide- rit 85.b	Legis & Euangelij differētia 6.b
à Ioanne miraculū editum 45.b	Iudas laudatus 84.d	Legis Mosaicæ ratio 65.c
Iobelai 87.b.c	Iudas episcopus 196.b	Legislator qui sit 67.a.b Legem nō esse trifarium diuisam 68.a
Iobis locus explicatu s de resur- rectione 382.b	Iudæ parer, Cain 85.b	Leges tres Paulū asserere 181.b
Ioc 3.d	Iudæ euangelium 84.b	Legibus an sapiēs viuere debeat 344.b Liber pro vtero 47.d
Iolaus Bithynus 1.d	Iulianus episcopus 196.b.c	Libri alienigenæ 89.a
Iones vnde 87.c	Iulianus Apostata 224.a.b	Libri viginti duo 404.c
Ioseph anni 329.b	Iulianus episcopus Hierosoly. 196.c	Libri rudæorū viginti septē 6.b
Iosephus comes ex Iudæo Chri- stianus sit 39.a	Iulius Romanus episcopus 223.c	Librorum Diuinorum apud He- bræos ratio 399.b
Ioseph filij quatuor & filia duæ 329.b.c	Iulus vermis 140.b	Liberius Romanus episcopus 279.d Libra 405.c
Ioseph qui vir fuerit 329.b	Iulus reptile 315.b	Licinianum gymnasium 224.d
Iosephus quidam Ecclesiam Christi condidit 39.a.b	Iupiter Metin filiam deuorans 30.b	Limnisci nota 400.a
Ioseph historia tota 329.b	Iuramentum Dei 35.d	Lingua ex doao sunt Spiritus 10.a.b Linguarum diuisio 87.d
Ioseph filij ex alia vxore 35.b	Iurare quidam nolunt 349.d	Literæ viginti duæ 404.d
Ioseph filij & filia 359.c	Iusurandum in Diuinum cul- tum 12.c	Literæ propria ferē in omnibus gentibus 194.a
Ioseph resurrectionis speciem osteridit 8.b	Iustificatio triplex 374.c	Literæ Cappæ positus ratio 74.c
Ioseph cur Virginem sibi tradi- tam habuit 329.a	Iusticiæ ac bonitatis ratio 68.c	Literarum mira expensio ibi.d
Iosif episcopus 196.b.c	Iustinus Samarita genere 119.a	Literarum Græcarum ratio 71.b
Ionintianus beatus 224.a.b	Iustinus martyr & philosophus ibidem	73.d.de Literis mira stultitia he- reticorum 71.b.c Lobon 3.a
Ionis scelera 384.a	Iustus episcopus Hierosolym. 196.b	Lōginus episcopus Afcalonita 225.b Longinus Cassius consul 136.c Lubar mons 2.b.c
Iones multi sunt ibidem.b	Iuuenula pro virgine 47.c	Lucas vbi prædicarit 132.c
Ira Dei aduersus peccatores 85.d	Iuuenularum innumeratū ap- pellatio 343.c	Lucæ euangelij ratio 131.a
Irenæus Apostolorum succes- sor 22.c.d	L	Luciani duo 115.c Lucianistæ ibi
Irenæus inter Celtas 52.d	Labdacus propheta 191.b	Luminarium creatio 204.a
Irenæus episcopus Tripolis Phenices 269.c	Laboratores 349.a	Luminaria esse naues 198.c
Irenæi locus transcriptus 55.c	Laborum Euangelij ratio 339.b	Lunæ cursus ratio 254.b
Irenæi locus de Marcosis 70.b	Lacerre solaris natura 141.c	Lunam animis impleti 204.d
Isaacij 3.d	Lacheffis 50.d	Luppicianus prætor 338.a.b
Isascilans ibidem	Lametrade ibidem.a	Lux & lux vera 352.b
Isidorus hæreticus 64.b	Lamphecudamphech 50.a	Lux vera, & lux citra additionē, 233.b
Isis 4.a	Lazari ætas ante resuscitationē, & post 201.a.b	Lybes serpens 160.a
Ismaelitæ 3.c.d	Lazari historia 363.b	Lydorum lingua 88.a
Ismaelitæ circumciduntur 48.d	Lernæ parrus mirabilis 330.d	M
Israel dignitatis nomen 3.d	Lectorum ordo 349.d	Macaris episcopus 196.c
Israelitæ 5.b	Leontius Apocopus 225.c	Macedonius Constantinopoli- tanus 168.b.c
Israelitæ vnde appellati 3.d	Leontius episcopus Lydiæ 269.c	Magiæ scholæ 31.a
	Lethec 404.a.b	Magiæ inuentor 3.a
	Leroius episcopus 265.a	Mago

I N D E X.

Magorum historia 47.a	Mariam Ioseph cognouit quo- modo intelligendam 332.b	Meletiani 221.a
Magusæ apud Persas 345.d	Mariam Christum post resurre- ctionem adorasse 309.b	Melissus Ithagensis 344.a
Magus episcopus Themisorū Phrygiæ 269.c	Mate mortuum 12.c	Membra hominis cccxxiij. 22.c
Maledictio legis, crux 214.d	Mares 406.a	Memnonius episcopus 265.a
Malicie nomina 195.b	Martianus propheta 90.d	Memphis à quo ædificata 4.a
Malum non habere fundamen- tum 22.b	Marsippus philosophus 193.b	Memphitarum orgia 345.d
Mali ac boni naturarum confi- deratio 206.c.	Marthana 12.d	Memyx 91.d
Mali consideratio 194.d	marthys femina ibidem	Menander hæreticus, discipulus Simonis magi 18.d
Mala facientes apud Gelos lau- dantur 345.b	Marthiades propheta 90.d	Menandrum imitatus est Mani- chæus 203.c
Mala, bona esse natura 32.a	Martyriani 338.b	Menandrianorum hæresis 28.d
Manes captiuus 191.d	Marryrum quorundam vitia 251.b	Mendacium nullum, ær fide 103. b.c
Manes excoriatur 193.d	Martyrum duplicium probatio- nes 176.d	Mendacium non habere substā- tiam 193.b.c
Manis appellatio 190.b	Masemon 50.a	Mendidij ecclesia 224.d
Manis discipuli 191.d	Masmaron 280.d	Mens Christi quid 325.d
Manem populus lapidibus ob- ruere conatur 193.b.c	Masfaliani 338.a	Mens non est substantia 276.a
Manichæus sub Galieno vixit 403.c	Mathias episcopus Hierosoly- mitanus 196.b	Mens Deus ibidem
Manichæi quare strata sua super harundines faciant 193.d	Matthæi Euangelium Hebraicè scriptum 37.a.d	Mentis functiones in homine 324.c
Manichæi libri ibidem.a	Matthæi Euangelium apud Iu- dæos mutilatum 41.d	Mentis vsus 323.c
Manichæi dogmatum catalogus 198.a	Matthæi Euangelio Cerinthus vitur, sed non toto 34.c	Mentem Christum habuisse 322.d
Manichæi dogmatum contra- dictas 199.d	Matthæi Euangelij ratio 130.a	Mentem in Christo negantes ta- xari 315.d. 322.b
Manichæorum doctrina 192.b	Matthæi lectio interpolata 7.a	Mensium appellationes diuersæ 9.b
Manna quid 118.d	Mater vitæ Manis 202.d	Mensium nomina apud Aegy- ptios 137.c.d
Marcelli epistola ad Manichæū. 192.d	Mater viuentium 332.b.c	Menstrui sanguinis ætus 26.c
Marcelli confessio fidei 257.b	Matris octonarij nomina 63. a.b	Mensura sancta 404.b
Marcelli pietas 192.a	Materiæ significatio in Scriptu- ra 80.c.d. 196.b	Merexa 50.a
Marcelliani hæretici 257.a	Maximilla prophetissa 123.a	Merinthiani 35.c
Marcellina decepta à carpocra- tianis 32.d	Maximona Hierosolymita 268.d	Merinthus 130.c.d
Marcionistæ 92.a	Maximus episcopus Hierosoly- mitanus 196.c	Meropes 390.c
Marcion à patre excommunica- tur. ibi.b	Mazabanus episcopus 196.c	Metropum appellatio 21.d
Marcion filius episcopi ibi.a	Mechenoth 280.d	de Messe simile 154.b
Marcion Cerdoni successit 92.a	Mediator Dei, & hominum, Ie- sus Christus 365.c	Mesori mensis 9.c
Marcion resurrectionem carnis negat 92.c.d	Medicæ materiæ scriptores 1.d	Metin filiam deuorauit Iupiter 30.b
Marcus hæreticus 70.a	Medimnus 404.b	Metra 24.c
Marcus episcopus 196.b.c	Megaralia 345.b	Metropator 56.b
Marcus in Aegyptiorum regio- ne prædicauit 36.d	Melchisedec quis sit 143.c	Metreta 405.b.c
Marcus episcopus Arethusiæ 268.a.b	Melchisedec, Sem esse creditus est. 144.d	Metrodorus Chius 344.a
marci Euangelij ratio 130.c.d	Melchisedec pater, & mater ac genus 220.c.d	Medicoth 280.d
Marcosiorum hæresis 70.a	Melchisedec, Spiritus sanctus habitus 219.b	Miliarsium 406.a
Marcionis scripta 94.c	Melchisedec nō est spiritus san- ctus. 220.c	Millenariorum hæresis 326.c
Maria quomodo honoranda 337.a	Melchisedec panem, & vinum proposuisse Abrahamo 145.a	Mina 405.d
Maria læna dicitur 331.a	Melchisedeciani 143.c	Mineræ multæ 384.b.c
Maria prophetissa 332.a	Meletius Aegyptius 221.a	Misacem suscipere Aegypti for- tem 2.d
Maria cur Ioanni à Christo cō- mendata 330.b	Meletij integritas 272.b	Mistreni 88.a
Mariæ historia 336.b	Meletij concio 270.b	Mithridates rex herbarum scrip- tor 1.d
Mariæ virginis corpus assum- ptum. 107.b		Mnasis 404.b
		Mneme 405.d
		Modius iustus 404.b.c
		Molurus serpens 160.a
		Momazani 11.a
		Monacha

I N D E X.

Monachatus	348.c	Mulier sapientes duæ	332.c
Monasterium ab audio constitutum	254.d	Mulierum ministeria in ecclesia	335.d
Monasteria laborantium suis manibus	338.d	Mulierum malicia	336.b
Monanista	123.a	Muris aranei natura	146.a
Montanus propheta	ibid.	Musarum inuocatio	1.a
Montani propheta qualis ibi d.	ibid.	Muscarum veluti densa turba ac populosa, prouerb.	180.c
Mors quid	167.d	Myagrus serpens	153.c
Mors curiuenta	ibidem	Myoxi natura	378.a
Mortis causa ridicula	198.c	Myoxi ex vipera interitus	186.a
Mortis causa	205.d	Myli	346.a
Mortis fenestra	9.a	Myteria interna	349.b.c
Mortis suator Hegesias	344.b	Myteria Græcorum	345.b
Morte voluntaria Dositheus ob iit	9.d	Mysteriorum ecclesie ritus	42.c
mortuorum stulta redemptio	80.a	N	
Mortuos non esse abominabiles	8.c	Narcissus episcopus Hierosolymitanus	196.c
Moses	280.a.281.b.c	Nazaræorum secta	11.d
Mosech	87.d	Nazalis Domini	349.a.b
Moses filius Iochabeth & Ambram	184.d	de Natandi arte simile	152.a.b
Moses vbi pro Deo habeatur	141.d	Natiuitas Christi & crucifixio	329.d
Mosis vocatio	280.c.d	Natiuitatis geminæ ratio	202.a
Mosis corpus à quibus sepultum	9.a	Natiuitatis Christi ratio	231.c.d
Mosis miracula	184.d	Naturarum in Christo ratio	327.c
Mosis funus ab angelis curatum	9.a.185.a	Nauatus	151.c
Mosis virga resurrectionis speciem habet	8.b	de Navi & heretico simile	146.b
Mosis libri à Nazaræis non accepti	11.d	Nazaræi ciuitas, nunc est vicus	37.b
Mosis libri quinque quid continent	8.a	Nazaræi, Nazoræi & Nazaræi ibidem	
Mossæcorum lingua	87.d	Nazaræi vocati Christiani	35.d
Mundus quid	210.c	Nazaræorum à Christianis differentia	37.c
Mundi consumptio per ignem	57.d.196.c.206.c.d.	Neapolis ciuitas	144.a
Mundi diuisio à Noe in filios suos facta	486.b	Nebelvini	405.c
Mundi ætas trigesimo Christi anno fuit 5509 annorum	204.c	Nebroth tyrannus	3.a
Mundi exarsio	170.c	Necessarij ac voluntarij ratio	155.d
Mundi exordium	2.a	Necyophagi	345.a
Mundum ab angelis esse factum dicunt Menandriani	18.d	Nicæa scriptor bestiarum	1.b
Mulier fortis quæ sit	382.a	Nicæa synodus quæstionem de sancto Spiritu ignorauit	259.a.b
Mulier Christiana ab incantationibus tuta	40.a.b	Nicæa synodi 318 episcopi	549
Mulier, Satanæ opus Scuerianis	118.c	Nicæa synodi autoritas	316.b.c
Mulieres sine circumcissione saluantur	48.d	Niceratus naturas herbarum descripsit	1.d
Mulieres nefungantur ministerijs in ecclesia publicis	335.c	Nicolaitarum hæresis	23.c
Mulieres non sacrificant ibid.	b	Ninus contemporaneus Abraham	33.b
Mulieres officia virorum peragunt apud Seras	345.a.b	Noe propheta	2.c.d
Mulieres duæ adorantur	141.b	Noe quare ad multos annos struxerit arcam	25.b.c
		Noe figura Christi	48.c
		quæ significat ib. Noerus anoe-	
		tus 147.d Noetus, & Noetiani	
		ibi.a.b Nomi quid	21.a.b
		Nomina varia Patris, & Filij, & Spiritus S.	276.b.373.c
		Noria Noe vxor	25.b.c
		Norie Pyrrha dicta	1bi.

O rigenes

I N D E X.

Origenes taxatur	87.b	pascha an sit peragendum	280.a	repuziani	ibidem
Origenes neruum sibi in corpore excidit	162.a	pascha ludæorum	44.b.c	Perditionis significatio	171.a
Origenes Adamantius	161.b	pascha esus quando factus est	137.b	Perça regio	141.b
Origenes diis gentium thus sacrificat	ibidem.c	pascha duo apud Ioannē	135.d	Peripateticorum errores	5.a
Origenes coactus ad prælegendum.	ibidem.d	pascha esse peragendū	280.a.281.a	Peristera vox supputatur ex numero literarum	72.b.c
Origenis laus	400.a	pascha quid fuerit	140.d	Periuria admittit Theodorus	344.b
Origenis allegoria de tunicis pelliceis	370.a	paschatis habendi ratio	253.c	Perpetuus carnis interitus	27.a
Origenis libri de principijs, erroribus referti	ibi.b.c	passionis Christi simile ratio	231.a.308.a.362.d	Perfarum mos in pœnis sumen dis	191.c.d
Origenis errores	162.b	paschatis in ecclesia ratio	122.d	Persecutio ab arianis	273.b
Origenis labores in scripturis sacris	161.d	paschatis festum transmutatum	253.a	Persecutionis fons	41.a
Origenij	260.a.b	patriarche vnde	3.d	Persequutio crudelis in Christianos	224.a
Orus numen	345.c	pater ludæorum diabolus	85.a	Persei dogma	344.d
Ossendorum hæresis	12.b.c	pater solus verus Deus, quomodo accipiendum	232.d	Pestis vnde	198.c
Ossium siccorum ratio apud Ezechielem	165.b.c	Pater, quomodo pater	373.d	Petronius Niger	1.d
Ostracitæ procliuas	91.a	Pater spiritus quomodo filium genuit	365.d	Petrus episcopus Hippo Palæstini	269.c
Oues rubrica illiniunt Ægyptij	12.a	Pater cū filio vnus est Deus	389.b	Petrus Alexandria archiepiscopus.	221.a
Ozias & Azarias, idem.	7.a	Pater maior me, quomodo accipiendum	356.d	Petrus Anachoreta	88.d
		Parris nomina	373.c	Petri principatus, & præstantia	354.a
		Patri & filij nomen ad aliquid est	267.b	retri & Pauli obitus duodecimo	
		Patrem passum esse dicunt Noetiani	147.b	Neronis anno	32.d
		de Patre & Deo simile	68.c	Petulant ia quādo cœperit	2.a
		Patres ante filios mortui sūt	3.b	Phadan	3.d
		patrophilus Arianus episcopus	39.b	Phalangium tetragynum	79.c
		Paulinus episcopus	321.d	Phares quid	10.c.d
		Paulinae distionis ratio	170.a	Phares in deserto	3.c.d
		Paulus episcopus Emises	269.c	Pharia insula	399.a
		Paulus locos quosdam scripturæ mutauit	263.a	Pharisæorum hæresis	10.c.d
		ante panis esum oratio Manichæorum	199.a	Pharisæorum appellatio vnde sit ibidem b.	
		paul' cōtra Ebionē defēs'	45.b	Pheleg quid	342.d
		paulus Samosatenus	187.b	Phibionitæ	23.c.d.26.a
		paulus accusant Ebionitæ	42.c	Phibionitarum oblationes	27.c.d
		Pauperes natura; & pauperes spiritu	215.a	Phidæ statuarij factum	167.a
		peccare nostrum	102.a	Philicadus episcopus Augustadaru Phrygiæ prouinciæ	269.c
		peccati cognitio ex lege	179.b	Philistia	5.d
		peccati sui vnusquisque homo causa	203.b.c	Philistionis dogma	25.b
		peccati & mali origo	107.a.b	Philippus episcopus Hierosolymitanus	196.b
		peccatorum nulla ratio apud Aetium	283.b	Philippū diaconū non habuisse potestatem imponēdi	17.a.b
		peccatorum diuersitas	200.a	Philo herbarum naturas descripsit	1.d
		Peccatum in medio euentis & vendentis	153.c	Philonis scripta	36.d
		iuxta pedem loqui	149.a	Philosabbatius Iudæus	131.b
		Peleus sacerdos	221.b.c	Philistion fabulator	197.a
		pellam habitant Christiani	38.b	Philistion poeta Comicus	17.d
		Pellicearum tunicarum ratio	168.a	Philosophi Græci ex Euangelistis offensi	131.b
		pellicæ tunice expensæ	182.b	Philosophorum decantatē hereses	4.a.b
		pellicæ Salomonis quid significent.	79.b	Phœbus episcopus Polycbalanæ Lydiæ	269.c
		Pemphtredon	97.d	Phœnicis historia	338.a.b
		Pentecoste	349.a	Phœnecia metalla	221.d
		pascha tria à Domino perfecta sunt.	138.a	Pholes 406. a Photiniani	255.b

I N D E X.

Phylacteriorum significatum. 10.b.391.b
 Phylalus serpens 128.d
 Phylali dolositas 91.a.b
 Phrygatae 123.a
 Phryges ibidem
 Phrygi genus unde deductum 3.b
 Prygia combusta 122.a
 Pierij ecclesiae 224.d
 Pilati acta 128.b
 Pisium simulacrum 167.a
 Planetarum nomina apud Haebros 10.d
 Plato contra seipsum 5.a
 Platonis de Deo & animabus errores 4.d
 Platonis doctrina ibidem
 Platonis dogmata 344.b
 Platonis doctrinam multas haereses dedisse 64.a
 Platonis dogmata 390.d
 Plenitudo quid 214.b
 Pneumatomachi 273.c
 Poenitentia vna saltem 151.c
 Poenitentiae bonum 153.a
 poenitentiae ratio 221.b
 ob Poenitentiam inter episcopos dissidium 221.c
 Poetarum fabulas resurrectionem adstruere 378.b
 Pontifex Christus, quomodo dicitur. 364.b
 Pontificum Romanorum series 32.d
 Porphyrio 50.d
 Porphyrius ex Euangelistis offensus. 131.b
 Pollux episcopus prouinciae secundae Libyae 269.c
 Populi stoliditas cum pseudo prophetis 141.b
 Porcorum submersio 201.a
 Posidonij Apamei dogma 345.a
 Possibile omnipotenti Deo 320.b.c
 Potamon Heracleae episcopus 223.b
 Potamonis libera lingua 223.b
 Potestatis abusus. 152.b
 Potestatum caelestium ac mundanarum ratio 89.c
 Praxiphanes Rhodius 344.c
 Praeceptorum figuratorum rationes 66.d
 Praedictionu An scripturae licentia 85.d
 Praepitij resectio 402.c
 Praesces aliorum audiani non admittunt. 255.a
 Praecepta sacra 345.b
 Primitia Christus quomodo dicitur. 380.b
 Primogeniti appellatio 332.a

Princeps mundi quis 210.a
 Principum crucifixio 203.d
 Principia omnium rerum exigua, tempore auferunt 280.c.d
 Principia duo simul esse non possunt 91.c.d
 de Principiis Manichaeorum stulticia 194.b
 Priscilla prophetissa 123.a
 Priscilliani 127.c
 Priuatiue dictorum ratio 305.d
 Proclianus 350.d
 Prolici dogma 344.b
 Promissio Dei intransmutabilis 35.d
 Prophetarum quomodo Deum videntur 252.c
 Prophetas intelligentiae prophetas esse, & non veritatis 43.d
 Prophetarum futura velut praeterita narrant 336.c.d
 Prophetarum quomodo habeantur apud Manem 199.a.b
 Prophetarum similitudo 125.a
 Prophetarum probatio 123.c
 Prophetas omnes & legem reicit Marcion 92.d
 Prophetas Deum vidisse 211.d
 Prophetas ex bono Deo esse, Si mon Magus negat. 18.a
 apud Prophetas omnia in veritate dicta 124.d
 Prophetiam Ebionitarum reprobanant 43.b
 Prophecia donum virginitatis 332.a
 prophetias in nostram fidem impleri 176.c
 Protagoras Menandri, Abderitae deos esse negat. 344.a.b
 Prouerbiorum loci a paulo mutati 263.a
 prouerbiorum ac parabolarum ratio 230.a.364.c
 prunicus quid 17.c.23.d.82.b.83.a
 psalmos confingere recentes 219.c
 psalterij libri quinque 399.c
 Plus 88.a
 plus accipit aexiomatias partes 2.d
 ptocotropheum 279.c
 ptolemaeus stoculus scholae Valentiniani 52.d
 ptolemaeus episcopus Thmucos Augustonices 269.c
 ptolemaei epistola ad Iudaeos in Hierusalem 401.b
 ptolemaei philadelphiae bibliotheca 400.d
 ptolemaei reges quot fuerunt 401.b
 ptolemaitarum haeresis 65.a

publius episcopus 196.b
 pueri compunctio 127.b
 pueri conceptus 381.b
 pueros saluos fieri 219.d
 puertia Christi 135.b
 puluis haereticorum collectus 141.c
 pyrtha Deucalionis vxor 25.b
 pyrthonij 344.b A
 pyrthon ab Elide nullum dogma philosophorum probabat ibi b
 pythagorae doctrina 5.a
 pythagorae Samij haeresis 343.d
 pythagorae errores 5.a
 pythagoricus quaternarius 53.b
 pyxidis significatio 262.b

Quadragesima 349.b
 Quadrans 405.d
 Quartadecimani 128.a.b
 Quaternitatem inducentes 328.c
 Quinta editio 403.a B
 Quintiliani 127.c

R
 Rabboni 90.a
 Rabbia ciba 68.a
 Rana rubra 186.b
 Rapinae vocabulum 365.c
 Redemptio mater inuisibilium 77.a
 Redimere tempus 94.a
 Reginarum appellatio & numerus sexagenarius 342.a
 Regina quas partes occupauerit 29.
 Regum Rom. successio 403.c.d
 Religionum varietas 349.c
 Resurrexisset Christum Cerinthus negat 349.c
 Resurrexisset Christum Cerinthus negat 349.c
 Resurrectio carnis, non spiritus 106.
 Resurrectio de lapso & resurgente dicitur 172.a
 Resurrectio probatur multis scripturae locis 380.d.381.a
 Resurrectio corporum probatur ex libris Mosi 8.b
 Resurrectio Christi qualis 380.a.b.
 Resurrectionis ratio 377.d
 Resurrectionis testimonia 185.c
 Resurrectionis imago 165.d
 Resurrectionis modi duo 185.b
 Resurrectionis mortuorum signum in libris Mosi 8.b
 Resurrectionis Christi si qua 106.b
 Resurrectionis modus 381.c.108.a
 in Resurrectione homines erunt sicut angeli 171.d
 Rhinocorura 215.d
 Rhino

I N D E X.

Rhinocorurorum regio 386.a
 Rhodanusia regio 71.b
 Rhyacus 50.d
 Romania 224.d.190.c
 Romania Ariana haeresi polluta. 224.c
 Romani episcopi autoritas 223.d
 Romanorum Imperatorum successio 369.c
 Romanorum regum anni imperij 401.c
 Ruffi, & Rubellionis consularatus 136.c

S
 Saba quas partes suscepit 2.d
 Sabaoth quid sit 89.d.28.a
 Sabbatum quid significat 6.c.d
 Sabbatum secundum primum 138.d
 Sabbatum magnum 216.c.48.c.d
 Sabbati ieiunium cur fiat 92.c
 Sabbati solutio ac referuatio prouisa occasione 215.c
 Sabbata varia 48.b
 Sabellius, & Sabelliani 153.d
 Sabellij 387.b
 Sabellij error 158.b.228.c
 Sabitha 405.c
 Sacerdotium 348.d
 Sacerdotum ratio 144.a
 Saclam 27.d
 Sacrificiorum ratio 109.c
 Saddai 90.a
 Sadderia 50.a
 Sadducei vnde dicti 9.d.10.a
 Sadduceorum doctrina 10.a
 Secula Valentino excogitata 258.d
 Secula triginta Valentini 50.a
 51.b.d
 Saites 405.c
 Salem quae ciuitas 144.a
 Saluationis modi multi 214.b
 de Saluatore opiniones diuersae ac variae 78.c
 Saluatum neminem ante xv. Ti. berij annum 214.a
 Salutis nostrae securitas vbi sita. 375.a
 Samaria accepit simulacra 7.b
 Samaritae ibi.391.b
 Samaritae secti in quatuor haereses 9.b
 Samofatae ciuitas 187.b
 Samofatitae ibidem
 Sampsaei 141.b
 Sanctus ter geminum 359.b
 Sanctus admodum 336.b
 Sanguis locutus 186.a
 Sapientia carnis quid 177.d
 Sapientia multiplex est 229.c
 Sapientiae vocabulum 34.d

Sapientissimum silentium, vnde sem filij 216.a
 semarij 260.c
 semini humani esus 26.b.c
 senarius numerus insignis 72.c
 senarij numeri ratio ibidem
 seneca episcopus Hierosolym. 196.b
 seps animalis natura 81.b
 sepharurati 7.b
 seps vipera a putredine appellata 35.c
 septuaginta discipuli 15.c
 septuaginta duo interpretes quo modo vixerint 399.a
 serapion episcopus. Antipyrgi Libyae 269.c
 serapionis ecclesia 224.d
 serapij simulacrum Athenis 161.b.c
 seras episcopus ex Paratone Libyae 269.c
 serpens aeneus Mosi 83.a
 serpens diabolus dicitur in scriptura 81.d
 serpentis prudentia duplex 83.b.c
 serpentis fraus 81.c
 serpentem osculantur Ophitae & colunt 82.d
 serpentium multiplicitas permixta 91.a
 seth 27.d
 eius puritas 86.d
 seth sursum raptus 90.c
 seth esse Christum 87.a
 sethiani 86.b
 sethianorum libri 87.a.b
 seuerinus episcopus 265.a
 seuerus & seueriani 118.b
 serua dicitur Venus apud Ebraeos 10.d
 sexangulatio 342.b.c
 siccorum esus 349.b
 sicima est Neapolis 338.a
 siclus 405.c
 signum primum Christus natali suo fecit 134.b
 similis essentiae significatio 272.c
 similia de Christi natiuitate 228.b.c
 similitudinis, aequalitatis acidetitatis ratio 283.d
 similitudinis ratio 282.b.263.c
 similitudinum vsus 366.a
 similitudinum in scriptura ratio 325.c
 simo Cyrenaeus passus pro christo 21.d
 simon magus a philippo baptisatus 17.a
 simo magus in medio vrbis Romae collapsus, interit 18.b

B

I N D E X.

Simonis magi hæresis	17.a.b.c	Tascodrugitæ	123 a	Trinitatis falsa opinio	377.c
Singularia pro pluralibus, & vicissim	201.d	Tascodrugitaru appellatio	127.a	Trinitatis sanctæ mysteriu	372.
Sirenes vocis iucunditate odiu ergo homines occultant	173.d	Tascus quid	ibid.	Trinitatis sanctæ mysterij explicatio	158.b
Socrates Elmagli	343.d	Tatianus & Tatiani	119.a.b	Trinitatis sanctæ personaru distinctio	148.b
Solis cursus ratio	254.b	Tela	11.a	Troporum ratio	362.b.c
Solitudo	348.c	Tenebræ & peccati caligo	209.b	Tunicarum pelliceatum ratio	174.b
Somni ratio	124.b	Terminus quæ potentia sit	53.d	Turpes hæretici	160.a
Sophistæ Theologi	173.c	Terræ diuisio inter tres filios	215.d	Typhlops serpens	157.c
Sophistæ velut pictores	173.d	Noe	128.a	Tyrbon discipulus Manis	192.a
Sor	11.a	Tessarecædecaturæ	128.a	V	
Spiritus S. adorandus	276.b.373.b.c	Testamentum mortis	212.c	Valens episcopus	196.b.c
Spiritus S. in columbæ specie apparuit	159.a	Testameta ambo non esse vnus doctoris	ibidem.d	Valens rex Arianus	233.d
Spiritus Dei quomodo profundaperferretur	355.a	Testimonium trium	354.b	Valens Pannoniæ episcopus	223.c
spiritus sanctus appellationes	126.d	Thaletis Milesij hæresis	343.d	Valentini epistola	51.a
spiritus immundi seipfos subue-rentur	126.b.c	Thamodan	50.a	Valentinorum hæresis	49.c
spiritum s. impugnantes	355.d	Thardeadie	ibidem.a	Valentinorum differentia decem	ibidem
spiritum & mentem esse diuersa	376.a	Thartuu	50.a	Valentinianorum dogmatu inconstantia	61.d
spiritum s. non esse creaturam creaturæ	240.b	Theodotus Atheos	344.b	Valefij	150.b
spiritus multi in scriptura	276.d	Theodorus Iohannis Euangelium negat	141.d	Vallis falsa	12.c
374.a		Theodoriani	ibidem	Vananin	50.a
stater	374.a	Theodosius editio	402.d	Vaphris episcopus	196.b
stellio	128.a	Theodosius episcopus Philadelphie Lydie	269.c	Vbucua	50.a
stephanus episcopus Prolemaidis Libyæ	269.c	Theone ecclesia	224.d	Vduuac	ibidem
stips Mariæ, liber	28.d	Theophrastus Ephesus	344.c	Vduo	ibidem
stoici refutantur	4.c	Theras	87.d	Vechame	ibid.
stoici quid de deitate sentiant	4.c	Thermetis dea	334.b	Veneficium quando inceperit.	2.a
strangæ fluuius	390.d	Therfi mensis	9.c	Venerem singulis diebus exercere	23.c
stratotici	23.c.26.a	Thessalorum lingua	87.d.88	Verbum carne assumpsisse	319.a
strato ex Lampfac	344.c.d	Thiras	3.a	Verbi filij Dei epitheta	356.d
sublimnisci nota	400.c	Thobel	3.a.87.d	Verbi ad verbu differentia	265.b
substantiarum nominis ratio	266.b	Thomim	11.a	Vires veteres qui	223.c
suedrorum ecclesia	391.a	Thronus David quid sit	36.b	Vxor viri que	132.b
sylvanus Tarfensis	26.b.c	Thracum appellatio	3.b	Vxores communes apud Valentinianos	57.c
symbolum paruam	257.d	Thracum lingua	87.d	Vxores communes habent secundiani.	64.a
symeon episcopus Hierosoly.	196.b	Thracum origo	390.b	Vxores patribus multæ non in vna domo	340.a
symniachus episcopus	196.b	Thraconis imitamentum	24.b.c	X	
symniachi interpretatio	402.b	Thobias episcopus Hierosoly.	196.b	xenodochium	279.c
synaxis abominabilis	25.d	Traditionem excedunt Ecclesiæ	250.c	xenophanes Orthomenis Colophonius	344.a
synodi circa paschatis festiuitem olim congregatæ	261.a	Traditiones Iudæorum	101.b	Z	
synusis	353.a	Traditiones seniorum quadruplices	68.a	zachariæ cædis causa	28.d
syroru literæ apud Persas	194.a	Traditionum vsus	157.a.201.a.b	zacchæus hæretic	346.a.369.a.b
T		autoritas	144.b. ratio 281.d.	zacchæi	26.a
Tabernaculum Christum repræsentare.	139.a.b	Transformatio Christi	248.c	zelus & Iechonias, idem	7.d
Talentum	406.a	Tria cana	405.b	zembran	3.c
Talentum	405.c	Tria perfecta	236.d	zenon Citiensis	344.d
Talpa descriptio	140.b	Tribuum sacerdotalis ac regiæ cognatio	331.b	zenonis stoici doctrina	4.c
Tarſianus	350.c	Tricenarius numerus in Scripturis	75.d	zeno Eleates	344.a
		Trieritide	345.d	zizaniarum parabola	209.d
		Trinitas in creatione	360.a	zodiaci circuli ratio	75.b.c
		Trinitas semper cum propria gloria.	308.c.d	zopyros vespa	118.a.b
				zoroastres	3.a

I N D E X.

340.b	SCRIPTURÆ LOCA	Matt.7. Non noui uos	235.b
Virgæ Moſis transmutatio	381.c	Matt.10. Efflore prudentes sicut serpentes	83.b
Virginitas à Gnosticis ridetur	28.c	Matt.11. Quid exiſtis in deſertu vt uideretis arundinem	27.a
Virginitas interdicta apud Ebionitas	38.b	Matth.11. Quis ex uobis habet amicum	100.b.c
Virginitatis in Ecclesia ratio	125.b	Matt.11. Venit filius hominis edens & cer.	43.c
Virginitatis laus	219.a.b	Mat.13. Gratias ago tibi pater, domine cœli & terræ	77.a
Virginitatis veræ ratio	161.a	Matth.13. Omnis blasphemia te mittetur	142.a
Virginitati aduersari	12.c	Matth.13. Explica nobis parabola lam zizaniarum	209.d
Virginitate laudat Marcion	92.c	Matth.13. De fermenti parabola	59.a
Virginitatem improbant Ebionitas	42.b	Matt.15. Honora patrem tuum, &c.	66.b
Virginis appellatio	43.d	Matt.19. sunt eunuchi ibi.c	ibi.c
Virginis apud Gnosticos quales	28.c	Matt.19. Non omnes capiunt dictum hoc	213.d
Virgines que nubere iussæ à Paulo.	156.c.d	Matth.22. Nemo bonus, nisi vnus Deus	240.c.357.a
Virtutis multæ species	ibi.	Matt.22. Neque matrimonium contrahunt	30.a
Vitalius episcopus	327.c	Matt.26. Pater transeat à me potulum hoc	242.a.362.
Vitæ Christianæ renunciationis ratio	338.c	Matt.27. Deus meus, Deus meus vt quid dereliquisti me	243.a
Vnca	405.c	Luc.1. Quomodo fiet istud quia virum non cognosco	44.a
Vnigenitus etiam omnipotens appellatur	310.d	Luc.4. Proficiebat sapientia & ætate	364.a
Vnguentum euacuatum	341.b	Luc.5. Abi, ostende te ipsu sacerdoti	98.b
Vnus Deus, & vnus Dominus, quomodo accipiendum	145.d	Luc.5. Vt autem sciatis quod potestatem habet filius	ibi.
Vduo	148.d	Luc.6. Et omnis turba que rebar ipsum tangere	90.c
Vocatio nostra non coacta primum	126.d	Luc.6. sufficiens est discipulo vt sit velut magister eius	48.d.48.a
Vranus Tyrtius	268.b.c	Luc.18. Magister bone quid faciendum mihi	103.b
Vranius episcopus Tyri	269.c	Ioan.1. in principio erat verbum &c.	79.c
Vrina se prolui	8.b.c	Ioan.1. Omnia per ipsum facta sunt	59.d
Vrſacus falsus testis	223.c	Io.3. Quia prior me erat	235.c.d
Vxor viri que	132.b	Io.3. sicut exaltauit Moſes serpentem in deſerto	83.d
Vxores communes apud Valentinianos	57.c	Ioan.6. Nisi comederitis carne meam	27.b
Vxores communes habent secundiani.	64.a	Ioan.2. Quid mihi & tibi cure est mulier	336.a
Vxores patribus multæ non in vna domo	340.a	Ioan.8. Vos ex satana estis	90.a
X		Ioan.8. Vos filij estis patris vestri diaboli	85.a
xenodochium	279.c	Ioan.10. Ego & pater vnus sumus	150.a
xenophanes Orthomenis Colophonius	344.a	Ioan.10. Pater maior me	230.a
Z		Matth.7. Tradidit marſupiu	85.b
zachariæ cædis causa	28.d		
zacchæus hæretic	346.a.369.a.b		
zacchæi	26.a		
zelus & Iechonias, idem	7.d		
zembran	3.c		
zenon Citiensis	344.d		
zenonis stoici doctrina	4.c		
zeno Eleates	344.a		
zizaniarum parabola	209.d		
zodiaci circuli ratio	75.b.c		
zopyros vespa	118.a.b		
zoroastres	3.a		

I N D E X.

Ioan. 17. Glorificauit, & rursus glorificabo 246. d.
 Ioan. 17. Velut, & ego, & tu vnū 244. d.
 Ioan. 17. Da ipsis vitam habere in se ipsis 232. b. c.
 Ioā. 20. Ianuis clausis venit 183. a.
 Ioan. 20. Ne me attingas 29. a.
 Ioan. 20. Vado ad patrem meū, & patrem vestrum 239. d. 240. a. 304. d. 305. a.
 Act. 13. Notum sit vobis tota domus Israēl 235. d.
 Act. 7. Ecce video cælum apertum 117. d.
 Act. 20. Vidilinteum demissum ex quatuor initiis 34. a.
 Act. 10. De esu carniū 44. b.
 Rom. 10. Debitor sum Græcis, & Barbaris 5. c. d.
 Rom. 7. Non enim quod volo, facio 169. a.
 Ro. 7. Ego autem vinebam sine lege 177. a.
 Rom. 10. Cofide creditur ad iustitiam 11. d.
 1. Cor. 7. Velle omnes esse sicut me ipsum 333. d.
 1. Cor. 9. Nūm boues curæ sunt Deo 108. c.
 1. Cor. 10. Patres nostri subnube erant 108. d.
 1. Cor. 11. Vir non debet comam nutrire 110. a.
 1. Cor. 14. Volo quinque verba mente mea ibidem.
 1. Cor. 14. Psallam mente, psallam spiritu 323. d.
 1. Cor. 15. Cur baptizantur pro ipsis 34. d. 35. a.
 1. Cor. 15. Oportet ipsum regnare 246. c.
 2. Cor. 12. Noui enim raptū vsq; ad tertium cælum 176. b. c.
 Gal. 3. Christ⁹ nos redemit 94. a.
 Gal. 4. Si quidem sunt qui dicuntur Dei 24. c.
 Gal. 5. Manifesta sunt opera carnis 107. a.
 Ephes. 4. Vnus Deus ex quo omnia 284. c. d.
 Eph. 5. Redimētes tempus 94. a.
 1. Ioan. 4. Omnis spiritus qui nō confitetur 29. d.
 Iuda, Velut bruta corrumpuntur 28. b.

I N D E X R E R V M M E M O R A B I L I V M I N L I B R O S D.

Theodoretī aduersus hæreticos descriptus.

Aaronis penitentia 528. a
 Abrahæ factæ promissiones cuiusmodi 421. a. b. c.
 Abrahæ polygamia 526. a.
 Abrahæ semen 421. b.
 Abrahax 487. c.
 Abstinentia quatenus Ecclesiæ probata 527. 528. a.
 Achamoth 489. a. b.
 Acetum ex vino 420. g.
 Actorum locus 427. b.
 Adamantius 484. c.
 Adamas 490. b.
 Adamitæ 488. a. b.
 Adelpheus 504. c.
 Ademes, Carystius.
 Adonai 491. c.
 Adnanitæ 486. d.
 Adrianus hæret. 495. c.
 Acon, Valentini 488. c.
 Aconium fabule 511. c.
 Actiani 501. d.
 Actius ibi. a. b.
 Agennetha 491. c.
 Agnus, & Ouis cur appellatus Christus 465. d. 466. a.
 Agrippa Castor 487. c.
 Agrostis serpens 483. c.
 Aia 510. a.
 Alcibiades 427. a. b.
 Alda 424. b.
 Alexander Taber. 6. hæreticus 495. c.
 Alexander pontifex 500. d. 501. a. b.
 Ambrosij de Verbo incarnato sententia 429. a.
 D. Ambrosij locus 474. d.
 Amphibia 511. b.
 Amphilocheius episcopus 504. d.
 Ambrosij de Verbo incarnato sententia 433. c.
 Ambrosij locus 453. b.
 Anastasis 521. a. 475. c. d.
 Andæus Andiani 503. 504. a.
 Angeli à deo facti 512. c.
 Angeli paruulorum quomodo videre faciē dei dicantur 422. 423. a.
 Angeli etiam quidam principes ogentium 512. e.
 Angelorum ministerium cuiusmodi ibidem. a.
 Angelorum myriades multæ 512. a.
 Angelorum natura, & creatio ibidem.
 Angelus an visus Deus ante carnem, assumptam 422. d.
 Angelis non tribuenda hominū incontinentia 512. a.
 Anima hominis cuiusmodi, & ante corpus præexistat 514. a. b.
 Anima hominis vnā tantum 431. b.
 Anima immortalis existēs, quomodo mortem subire dicatur 450. b.
 Anima plantatis, vitalis, vegetatiua 435. a. b.
 Anima præstator hominis pars 436. a.
 Anima pro corporis temperatura 514. d.
 Anima quid 514. d.
 Anima vna cum corpore creata ibidem. c.
 Anima immortalitas, quomodo à philosophis asserta 514. a. b.

I N D E X.

Apostoli, serui Christi 508. a.
 Arca, Christi typus 430. d.
 Archontici 490. a.
 Ardaban 496. c. d.
 Ariani 502. c.
 Arius 500. c. eiusdē mors 501. b.
 Arij error 436. c. 437. c.
 Aristotelis, prouidentia representata 515. a.
 Ariana secta bipertito diuisa 502. c.
 Armenius 492. b.
 Artemon hæreticus 437. a.
 Asclepiades 49. d.
 Ascodrutæ Ascodrupitæ 489. d.
 Asperiones veterum 528. a.
 Assimilatio, non idem quod natura 423. b.
 Athanasij de verbo incarnato sententia 428. c. 431. c. d.
 Athanasij locus 449. d.
 Athenodorus 497. c.
 Attici episcopi locus 457. a.
 Aurelianus 497. c.

B

 Baptistandi ritus Eunomianorū 502. b. c.
 Baptismus, resurrectionis Typus 521. a.
 Baptismi Vis & effectus 520. d.
 Barbelioce 490. a. b.
 Barbeloth ibidem.
 Barcabas propheta 487. c.
 Barcopti propheta 487. c. 487. a. b.
 Bardisanes 492. b.
 Basilides hæreticus 437. a.
 Basilij de Verbo incarnato sententia 432. c.
 D. Basilij locus 451. c. 475. a.
 Benedictio prima, hominum generi data, quæ 525. c. d.
 Blastius 492. b. 493. b.
 Borboriani 490. a. c.

C

 Caini 491. a.
 Callistus 499. c.
 Calx 420. c.
 Canistræ 486. d.
 Canius 435. c. d.
 Carnales etiam apostoli dicti 436. a. b.
 Caro domini panis & triticum appellata 424. b.
 Caro domini velum & vestis dicta 423. c. d. & Indumentum 517. d.
 Caro etiam pro sanctis 436. a. b.
 Carnem suscepisse deū quomodo dicatur 435. a.
 Carnes qui dicti 436. a.
 Carpocrates 487. d.
 Carystius Ademes 491. c.
 Castor Agrippa 487. c. d.
 Cataphryges 499. a.
 Cathari 500. a. Caulacua 487. c.
 Cerdo 492. b. hæreticus 437. a.
 Cerinthus 496. b. quādo suam hæresim sparserit 495. a. b.
 Chabrai Vicus 486. d.
 Character substantiæ dei Christus 508. c. 1. col.
 cherubim 512. b. chrimatistis 8. c.
 Christus cur ante passionem nūquam portis clausis apparuerit. 453. b. c.
 Christus cur cibo vsus post resurrectionem 446. a.
 Christus cur non solum Deus sed etiam homo appellandus 436. a. b. 437. d. 438. a. inde 440. b.
 Christus cur totam naturam humanam acceperit 516. c.
 Christus, Deus verbum homo factum 435. c. d.
 Christus non solum homo, sed & simul Deus appellandus ibi.
 Christus primitiæ eorū qui dormierunt 482. c.
 Christus primogenitus ex mortuis, quomodo dictus 482. b. c.
 Christus quatenus sine patre, & matre 439. b.
 Christus quomodo factus male dictum 429. c.
 Christus quomodo imago patris 429. c. d.
 Christus quomodo sacerdos dictus 425. a.
 Christus sacerdotij Melchisedec archetypum 439. b. 440. a.
 Christus semen Abrahæ & filius David 426. b. c. inde 441. b.
 Christus vnigenitus dei filius 507. 508. a. inde altissimus 508. a.
 Christi aduentus cuiusmodi futurus ad iudicium 482. a.
 Christi angor passionis tempore 518. a.
 Christi ante carnem susceptam & post incarnati, diuersa nomina 435. c. d.
 Christi cum Melchisedech colatio 439. b.
 Christi diuinitas impatibilis 482. a.
 Christi facta non omnia tanquā regula 446. a.
 Christi humanitas, itēque diuinitas, quibus rebus declarata 449. a. 455. c. d.
 Christi humanitatem qui negando dicatur 437. a. item diuinitatē qui eodem 440. c.
 Christi incarnatio nihil aliud quam vna cum diuinitatē 441. d. 442. a.
 de Christi natura quomodo discernendum 443. d.
 Christi dicitur nature 44. d. 442. a.
 Christi nomen vnde 516. b.
 Christi nomina ipsi cum seruis suis communia 447. b.
 Christi post resurrectionē corporis natura cuiusmodi 446. b.
 Inde Christi sacrificium 440. a.
 Christi sacrificij typus Mosaica sacrificia 445. c.
 Christi secundus aduentus cuiusmodi futurus 522. d.
 Christi seruatoris dispensatio siue incarnatio 516. a. inde Christum eam naturā suscitasse, quā suscepit 519. a.
 Christum eundem & bonum esse, & iustum ibidem. b.
 Christum perfectam humanam suscepisse naturam 518. b.
 Christum suscepisse etiam animam cum corpore 518. a.
 Ioā. Christostomi locus 454. a. b.
 Cicuta quatenus bona 515. c.
 Clemens Stromateus 484. c.
 Cleobani 485. d.
 Cleobius 495. d.
 Cleomenes 499. b.
 Color basij 490. a. b.
 Communis & proprii discrimē. 419. d.
 Continentia quatenus inter cōiuges licita 526. b.
 Cōtraria Cōtrariis curari 437. b.
 Coptiæ 510. a.
 Cornelius Ro. episcopus 499. 500. a.
 Corpus deterior hominis pars 436. a.
 Corpus domini etiam post eius ascensionē ita vocari 447. a. nec esse mutatum eod. inde
 Corpus domini, velum, vestis, et indumentum, &c. dictum 423. b. c. 424. b. 434. b. c.
 Corporis & sanguinis domini mystica symbola cuiusmodi. inde. 471. c.
 Corporis humani formatio cuiusmodi 514. a.
 Corporis naturam Christo cuiusmodi, etiam post resurrectionem 445. b.
 Corporis partium vsus laudabilis, & abusus, cuiusmodi 460. a.
 Corporis priuilegia cuiusmodi 515. a.
 Corporis proprium quid 443. c.
 Corporis resurrectio 457. b.
 Corpora sanctorum quatenus

corpore Christi æqualia futura 447.a.b
 Cossianus 489.c
 Creationis materia cuiusmodi 510.511.a
 Creationis opifex qui 510.a.b
 Cyrilli locus 455.c.457.a
 Cyrtiani 502.b
D
 Dæmones an ingenti 512.d
 Dæmones an iustè puniantur, 513.a
 Dæmones suapte sponte mali, ibidem
 Damasi episcopi locus 474.d
 Danielis de antichristo propheta 523.c
 Danielis locus 524.a
 Daodes 504.d
 Davidis genus extinctum 426.a
 Davidis semen, & eidem factæ promissiones 425.b.c.d
 Davidis semen & regnum quomodo æternum 426.a
 Davidis penitentia 528.a.b
 Davidis factæ promissiones 518.b.c
 Deffatio quid Paulo 424.b
 Deipara Maria 505.b
 Deus æternus 507.c
 Deus ante carnem assumptam non visus angelis 422.d
 Deus Creationis opifex 510.a.b. inde
 Deus cur omnia quàm possit, non possit peccare, &c 461.a
 Deus in omnibus laudandus 514.a.b
 Deus inuisibilis, infinitus, incorporeus 507.a.b.c
 Deus inuisibilis quomodo visus 422.c.d. inde
 Deus Logos 444.d
 Deus qualem animam susceperit ibidem.d
 Deus quatenus videri ab hominibus dicatur 422.d
 423.a. & angelis ibid.b
 Deus tantum vnus 506.c
 Deus verbum homo factum, Iesus Christus 435.c.534.c
 Deus verbum immutabile 435.c.479.b.480.a
 Deus verbum quomodo gustasse mortem dicatur 460.b
 Deus vnus vniuersorum principium 506.c
 Dei benignitas 486.a
 Dei filius cur homo factus & appellatus 517.b
 Dei nomina 510.a
 Deo etiam Corporis membra attribui a scriptura 444.b.c

Deum incarnatum esse quomodo dicatur 420.b
 Deum non esse malorum causam 524.a
 Deum non solum creatorem esse omnium sed gubernatorem etiam 515.a
 Dextra dei 453.a.b
 Diabolus an ingentus 512.d. 513.a
 Diabolus cur non etiam mortis particeps effectus 460.d
 Diabolus omnis vitij & iniquitatis pater & magister ibid.c
 Diaboli casus ob superbiam 513.a.b
 Diaboli de Christo testimoniū 508.a
 Diaboli improba machinatio 495.a
 Diaboli malignitas 486.c.a
 Diabolo natura immortalis 460.d
 Diabolum initio bonum creatum, sua sponte ad vitium declinasse 513.b.c
 Diagonæ impietas 515.a
 Dies pro passione 460.b
 Diodorus episcopus 494.c.498.a. contra hæreses 484.c
 Dionisius Alexandrinus episcopus 496.c.497.b.c
 Diuina natura impatibilis 477.b. 482. a. item inuisibilis 422.c
 Diuinam naturam circumscribi non posse 462.a
 Diuinorum deceptorum epitome Theodoretii 484.c.506.b. inde
 diuinis scriptis adicere aliquid vt insanum est, ita explicare eadem pium, & sanctum 496.d
 Diuinitatis natura impatibilis 462.c
 Doritæ 517.c
 Dolio perforato haurire 424.c
 Donatistæ 503.a. eorundem infania ibidem inde
 Dositheus 495.c
 Dosthiani 486.d
 Duliani 503.a
E
 Ebion 496.a
 Ebionitæ ibidem
 Ecclesiæ decreta non instar sententiæ pronuntianda 460.b
 464.b.c. Edefa 472.b
 Elcesai 497.a. Elcesai eodem
 Elementa humani corporis cuiusmodi 4.514.b.c

Elcusius episcopus 501.d
 Eloth, Eloi, El. 510.a
 Emeia vrbs 478.a
 Encratistæ 491.d.492.a
 Encratitarum error 514.d
 Ennea 488.a.b
 Enthusiastæ 504.d
 Ephtæ in Syrus 492.c
 Epicuri impietas 515.a
 Epigonius 499.a.b
 Epiphanes 488.b.495.d
 Erantistes quid 418.b
 Esaye locus 424.a.426.c. inde
 Esctinosc 428.a.455.a.480.a
 Essentia 419.c
 Euangelium secundū hæbræos 496.a
 Euangelium secundum Petrum ibidem
 Euangelij locus 440.d.441.a. 446.a.46.a.b
 Euchitæ 504.b.514.c
 Eudoxiani 502.b
 Eudoxius 502.a
 Eunomiani 502.b.c
 Eunomius 501.d
 Eunomij hæresis 437.c
 Eunuchi qui, & quatenus probati Christo 525.a
 Euphrates Peraticus 491.c
 Eusebius Cyzico præfectus 501.d
 Eusebius Emeenus 493.b
 Eusebius phoenix 494.c. eiusque de diuinitate inopabili sententia 478.a
 Eusebij duo 484.c
 Eustachij de verbo incarnato sententia 431.b
 Eustachij episcopi Antiocheni locus 449.b.452.a
 Eutyches. Eutichiani 505.c
 Futyichistæ 486.d
 Exaconitæ 502.c
 Exodi locus 436.a
 Ezechielis locus 513.b
F
 Factum est 420.d.421.a
 Fati fabulam per prouidentiam explodi 515.a
 Fidei simplicitas 505.a
 Fidei vere beatitudo quæ 456.a
 Figuræ appellatio 438.b.c
 Figuræ non habere omnia quæ habet archetypum 440.b.438.c.439.c
 filij dei ingressi ad filios hominū non de angelis accipiendum 512.a.b
 De Filio Dei orthodoxa traditio 507.d.508.b. inde
 Firmilianus episcopus 497.c
 Flavianus episcopus 504.c. eiusdem de verbo incarnato sententia

sentia 429.a.433.b
 Flavianus locus 455.b.479.b
 Florinus 492.b
 Factum in vterio non prius quam formatum fuerit animari 514.d
 in Forma dei esse 452.a
 Fornicatio prohibita 527.a.b
 Fraudatio quid Paulo, in conuigio 526.b
G
 Gaius episcopus 496.c
 Gelasij de Verbo incarnato sententia 429.a.b
 Gelasij locus 476.c
 Genesis locus 419.d.423.d.424.a.436.a
 Genus 419.c
 Georgius Laodiceus 494.c
 Georgius contra hæreses 484.b.c.
 Germanica vrbs 501.c
 Gitchæ 486.a
 Gnostici 488.b.c
 Gnosticum hæresis 522.b
 Gorthæus 495.d
 Gortheni 486.d
 Gregorius magnus 497.b.c
 Gregorij Nazianzeni de Verbo incarnato sententia 428.c.432.c
 Gregorij Nazianzeni locus 452.a.475.a
 Gregorij Nissen de Verbo incarnato sententia 433.a
 Gregorii Nissenilocus 452.d.453.a
H
 Hæresion autores etiam apostolorum tempore 495.c
 Hæresion origo 418.a.b. contra hæreses qui potissimum ex Verberibus scripserint 484.b.c
 De Hæresibus futuris etiā Christum prædixisse 498.c
 Hæreticarum fabularum compendium 484.a
 Inde, &c 484.c
 Hæretici philosophis gētilium deteriores 514.a
 cum Hæreticis agendi ratio optima quæ 437.a.b
 Hebion hæreticus 484.c
 Helena Simonis Magi 486.c
 Helenus episcopus 497.b
 Heracleon 489.c
 Hermas 504.d. Manetis discipulus 494.b
 Hermogenis hæresis 491.d
 Hermophilus 496.d
 herodes Afcalonita 426.a
 Hieremij locus 422.a.b
 Hilani locus 455.c.d

Hippolitus martyr 429.d.493.b
 Hippoliti de Verbo incarnato sententia 430.d
 Hippoliti locus 448.b.472.a
 Hircorum duorum sacrificium mosaicū Christi typus 465.c.d
 Historiæ etiam figuræ 466.a
 Hoc est corpus meum 424.c
 Homo animal compositum, & ex quibus 435.d.436.a
 Homo dei imago 439.d
 Homo naturæ nomen 437.b.c
 Hominis admiranda formatio 514.a
 Hominis appellatiōe non minus quam dei Christo competere 436.b.437.438.a.440
 Hominis, & filij hominis appellatio Christo cur suscepta 518.b
 Hominis diuisio iuxta sacræ scripturam 516.c
 Omousios omousios 505.a
 Hydroparastare 491.d.492.a
 Hymenus 495.a.b
 Hypostasis 419.
 Iacobus patriarcha polygamus 526.a
 Iacobus quomodo frater domini appellatus 470.a
 Ialdabaoth 510.b.511.c.d
 Iap 489.a
 Iasæ 510.a
 Iesus seruator 516.b
 Iesu appellatio 435.c.d
 Ignatius Antiochenus Episcopus, eiusque de Verbo incarnato sententia 429.d.430.a. inde
 Ignatii locus 448.a.471.c
 Imaginum à rebus quas significant discrimē 438.c.439.c.440
 Immutabile esse, trinitatis commune 420.a.b
 Imperatoris boni officium 440.c.d
 Impietatis fundamentum iniqua vita 495.b.c
 Incarnatio quid 422.a
 Incarnationis Christi ratio 443.a
 De Incarnatione Verbi Christi diuersæ hereticorum sententiæ 516.a
 Indumentum pro Carne 423.b.c.444.c
 Initiatis solum licitū orare 528.c.d
 Insufflatio dei in faciem Adæ, quid 514.d
 Intercessoris appellatio diuersa Moyli & Christi 438.c
 Intercessoris nomine & huma-

nitatem, & diuinitatem significari ibidem.b
 Ioannes Antiochenus 429.a.b
 Ioannis constantinopolitani de Verbo incarnato sententia 433.d
 Ioannis episcopi Constantinensis polioseus 470.c
 Ioannis euangelistæ de Cerintho vaticinium 496.c
 Ioannis locus 428.a.c
 Iobilocus 514.d
 Iohel 493.d
 Irenæus 493.b.a. Polycarpo infestus 429.d
 Irenæus contra hæreses 482.b.c.486.487.a
 Irenæi de Verbo incarnato testimonium 487.b
 Irenæi laus 448.a.471.c.487.b
 Isaac Christi typus 465.b
 Isidorus hæreticus 487.c
 Iudas proditor 491.b
 Eius euangelium eodem Iudæorum patriarcha non ex Dauidis cognatione, sed Herodis 426.a
 Iustinus martyr, & philosophus 484.b.c.486.d
L
 Labor viribus merendus 459.a
 Labyrinthus Sigeus 496.497.a
 Lotarius episcopus 504.d
 Legis Veteris cũ noua lege collatio 520.b. inde
 Leges vitæ quæ generationi conuenientes datæ 520.b
 Lingua ad piæ loquendum instituta 487.b
M
 Macedoniani 503.a
 Macedonius ibidem
 Malachio 497.c
 Maledicere, à Christianis alienum 422.c
 Maledicere quatenus liceat ibid.c
 Manes hæreticus 437.a.b. præstigator 484.c. eiusque hæresis 493.b
 Manetis discipuli 494.b
 Manichæorum nugæ 445.a
 Manichæorum hæresis inuentor 418.a
 Manus dei 507.b.513.c
 Manuū operatio pro affectione 514.a. Marcellus hæreticus 497.d.437.a. Marcio hæreticus 492.b.c.519.b.437.a
 Marcionis secta in quot & quanam dogmata sit diuisa 489.b
 Marcus hæreticus 489.c
 Martyrium quanto studio expectandum 431.b
 Masbothei 486.d
 B iij


I N D E X.

Materia creationis, cuiusmodi 515. 511. a	Mufanus 492. a	Peraticus Euphrates ibidem
Matrimonium ab hæreticis da- natum 524. d. 525. a. 526. c	Mulcorum mos 459. a	Pericum suplicium 494. c
Matrimonij benedictio 525. c	Mutationi naturæ conuenit ap- pellationis mutatio 420. 421. a	Petri locus 483. a
Matrimonij iteratio non impro- bata Paulo 526. 527. a	N	Phemionitæ 490. a
Matrimonij laus ex nouo testa- to 526. a. Inde	Nā afini 490. a	Philippus episcopus 493. b
Matrimonij lex à Paulo cōtinua- ta, 525. a. b	Natalis 496. d	Philumenes propheta ibi.
Matrimonij scopus 526. a	Natura velut statuarius dei 521. a. b.	Photina 490. a
Matthæi locus 425. a	Nauatus 499. d. c	Photinus hæreticus 437. a.
Maximilla 499. a	Nauati arrogantia 527. a	Phyletus 495. b
Medendi diuersa ratio pro mor- borum diuersitate 457. b	Nauatiani 499. d	Platonis de prouidentia opinio 515. a
Medendi ratio optima quæ ibid.	Nazoræi 496. b	Pneumatomachi 503. a
Media in rebus humanis cuius- modi & quæ 515	Nepos 500. a	Pœnitentia cuiusmodi sacris li- teris approbata 4527. b
Medici munus 449. d	Nestorius 505. a	Polemio polemiani 504. a
Melchisedech quatenus Christi figura ibi. a	Nicea Synodus admirabilis 471. a. b.	Polymorphos, quid 418. b
Melchisedechi sacerdotium 438. c. d.	Nicolaus diaconus 498. d	Potitus 493. b
Melchisedechiani 497. a	Nicolaitæ ibidem. c	prepon ibidem
Meletiani 503. b	Noctus 499. b	Primogenitus ex mortuis quo- modo dictus Christus 482. b. c.
Meletius episcopus eod.	Nominibus personarum etiam corpus appellari sepe in scri- pturis 466. c. d. inde	Principium omnium vnum 506. d
Mellis dulcedo 506. b	Nuptiæ secundæ non improba- tæ Paulo 526. 527. a	Priscilla 498. 499. a
Menander hæreticus 437. a. 486. d	O	Proclus 500. a
Meminx membrana 514. c. d	O Afis 505. c	Prodicus 488. a. b
Menophantus Ephesius 501. c	Ophiomorphos 491. a	Prodicus filius transgressionis post baptismum factæ typus 528. c
Messaliani 504. b. 520. d	Opium quatenus bonum 515. c	prognostici 497. a. b
Methodius episcopus 429. d	Oratio initiatis solum concessa 528. c. d	promissiones Christi & Dei de certa beatitudine 522. c
Methodij de Verbo incarnato sententia 431. b	Orationis Vis 504. b	proprii & communis discrimē 419. d
Michael angelus 512. c	Origenes 487. a	De profelytibus 520. a
Michaelæ 491. a	Origenis error 454. a	proschitis 418. c
Micheæ locus 422. a	Orthodoxus 418. c	protarchon 490. b
Miltiades 499. a	P	prouidentia Dei omnia admi- nistrari inde 515. a. d
Mixtionis meræ ac pudicæ exē- pla 445. b	Panis appellatione corpus Do- minum 424. b	prouidentiæ Dei per omnia ac- quiescendum 515. c
Modestus episcopus 493. b	Panis vitæ appellatio 447. d	prunicos 490. b. c. d
Monastica vita non ex necessi- tate 428. 429. a	Patcarum fabula 515. a. b.	psaltis locus 419. d. 422. b. inde 507. b.
Monoimus 491. d	Pati per consensum 478. b	psaryriani 502. c
Montanistæ 499. a	Patroclus 499. a. b	Ptolemæus hæreticus 489. c
Montanus hæreticus ibid.	Patrophilus 501. c	Pythagoræ metempichosis 488. a
Morbi utilitas 506. c	Paulus Samofatenus 497. b	pythagoricus quaternio 522. b. c
Mors Messor 512. a	Paulus quando prædicare cœpe- rit 437. a	pytheciani 502. d
Mors peccati pœna 459. c. d	Paulilocus. 421. a. c. 422. a. c. 423. c. 424. 425. a. 426. c. 427. b. c. 428. b. 429. c. Inde 528. b.]	Q
Mortis cur omnes finis facti participes 464. a. b	Peccatum non esse naturæ, sed mali instituti 421. a	Quarti decimariorum hæresis 449. b. c
Mortis pater diabolus, mater pec- catum ibidem a	Peccatorum curationem omni doctrina Christi doceri 528. c	Quaternio pythagoricus 511. c
Mosaica sacrificia Christi sacrifi- cij typus 465. c	Pepuza vicus 499. a	Queis
Moses quatenus intercessor di- ctus & deus eod. inde 438. b	pepuziani ibidem	
Mosis locus 512. a	Peratæ 491. c	
Mulier adiutrix Vocata a Crea- tore 525. c		
Mulieris vsus 512. a		

I N D E X.

Quies labori interponenda 459. a	Simon Cyrenæus 487. b	ni locus 453. c
R	Simon hæreticus 437. a	Thomas Manetis discipul. 494. b
Rerum humanarum diuisio 515. b	Simon Magus Samaritanus 484. b. eius hæresis 486. b	Titus episcopus ibidem. c
que bonæ, malæ, mediæ eod.	Simoniani ibidem. d	Titus contra hæreses 484. b. c.
Resurrectio Christi tanquam fi- deiussor communis resurre- ctionis 482. c	Species 419. c	Trasformatio quid Paulo 521. c
Resurrectio cur anastasis Græ- cis 521. a	Spiritus S. 420. a	Transgressionis post baptismum factæ typus 527. b
Resurrectionis modus Ezechie li Visus 521. 522. a	Spiritus idem per Euangelistas, & apostolos operatus 421. a	Trinitatis commune, esse immu- tabile 419. 420. a
Resurrectionis mortuorum as- sertio 506. a	Spiritus sancti dignitas 509. d	Trinitatis tres hypostases 436. c
Resurrectionis typus baptismus 521. a	Spiritus sancti ex deo, & patre substantia ibidem a	Trinitatis vna substantia, & im- mutabilis 419. b. 479. b. 504. a. b
Resurrectionis typus in semini- bus ibidem. b	Spiritus quomodo patrem, & filium vocet scriptura 419. 420. a	Triticum pro carne domini 424. b
Resurrectionem esse corporis, & animæ non diuinitatis 519. a. b	Splendor gloriæ dei Christus 508. c	Troglytæ Trogloditæ 502. c. d
Resurrectionem qui non credi- derint 521. a	Sporacius 484. a	Tygi appellatio 438. c. d
Rhodon contra hæreses 484. b 493. b	Stratioticus 490. a	V
S	Substantia 419	Valentinianorum hæreses 448. b. c.
Sabaoth 490. a. 510. a	Superbia diabolo casus causa 513. b	Valentinus hæreticus 347. a. b
Sabbas 504. d	Symboli explicatio 471. a. b	ciusque hæresis 488. b. c
Sabellius 497. c. 499. a	Symbolæ corporis, & sanguinis domini 422. a	Velum pro carne domini 423. b
Sabellij error 436. 437. a	Simmachus 496. b	Verbum dei filius cur dictus 408. c
Saddai 510. a	Syneras 493. b	Verbum pro voluntate 514. a
Sacerdotum proprium 425. a	Syrus 501. d	Verbum quomodo Caro factum 420. b. c. 421. b. 422. c. 427. d 428. b. c
Sacla 493. d. 513. d. 514. a	T	Verbi incarnatio quomodo san- ctis patribus intelligatur ib. c. d
Samana 491. a	Tabernaculum pro carne 479. d	Veritas natura & deus & homo 438. c
Sanctorum corpora quatenus Christi corpori conformia fu- tura 447. a. b	Taspyriani 502. d	Veritatis patroni officium 459. b
Sanguis vitæ 424. a	Tatianus syrus 491. d	Veritatis potentiam per id quod fieri non potest, significari 461. c
Saturnilus 487. a. 495. c	Technologia ex theologia 502. b	Veritatis vis 459. a
Scripturæ mos loquendi homi- nibus qualis 504. a	Templum dei 524. b	Veritatis vires firmæ & stabiles 498. c
Scripturam lecturo apud inuita- da 459. a	Templum pro Christi carne 431. c. sine corpore 476. c	Viatorum mos 419. b
Scythianus 493. c	Tenebrarum vsus 506. c	Vector romanorum episcopus 496. d
Secundi hæresis 489. b	Tessarescæ decatitæ 499. b	Virginitatis vsus 525. b. c
Semei 478. a	Testamenti, & veteris, & noui vnus dator 520. a	Virginitas quibus damnata, aut approbata 524. d
Seraphim 512. b	Theodoretus aduersus hæreses xii. libri 509. a	Vitio quid 442. a
Sermonis organa 514. a	Theodoretus de prouidentia libri 516. a	Vnionem esse inconfusam diui- nitatis & humanitatis in Chri- sto 480. c
Serpens æneus Christi typus 465. d	Theodoretus de Sancto spiritu li- bri tres 510. a	Vnio quid 442. a
Serpentis æneus cultus 492. 493. a	Theodoretus diuinorum decreto- rum epitome 484. c	Vnionem esse inconfusam diui- nitatis & humanitatis in Chri- sto 480. c
Seth 492. a	Theodoretus ecclesiastica histo- ria 501. c	Vnio quid 442. a
Sethiani 490. c. 491. a	Theodoretus mystici li- bri 520. d	Vnionem esse inconfusam diui- nitatis & humanitatis in Chri- sto 480. c
Seueri hæresis 492. a	Theodoretus laus. in epit. Hermeti	Vnionem esse inconfusam diui- nitatis & humanitatis in Chri- sto 480. c
Seueriani eodem	Theodorus episcopus 429. c	Vnionem esse inconfusam diui- nitatis & humanitatis in Chri- sto 480. c
Seueriani de Verbo incarnato sententia 429. b	Theodorus hæreticus 437. a	Vnionem esse inconfusam diui- nitatis & humanitatis in Chri- sto 480. c
Seueriani episcopi locus 456. c 424. b	Theodorus Tomoplycus 501. d	Vnionem esse inconfusam diui- nitatis & humanitatis in Chri- sto 480. c
Simesones 504. d	Theodorus 489. c. 496. 497. a	Vnionem esse inconfusam diui- nitatis & humanitatis in Chri- sto 480. c
in Similitudine hominis factus, quid 428. c	Theognius perinthius 501. c	Vnionem esse inconfusam diui- nitatis & humanitatis in Chri- sto 480. c
	Theophilus Antiochenus epi- scopus 491. d. 493. b	Z
	Theophili episcopi Alexandri- zenobia	Zachariæ locus 447. a
		zenobia 497. a

F I N I S.



Epiphanius Episcopi Constantiæ Cypri, contra

OCTVAGINTA HAERESES OPVS PANARIVM,

Sive Arcula aut Capsula Medica appellatum.

IANO CORNARIO MEDICO

Physico interprete.



MVVM Aggrediar fidem, itemque incredulitatem, rectamque ac diuersam opinionem annunciare ac prodece, mentionem faciam principii iacturam mundi fundamentorum, & eorum quæ consequuntur, non propriis viribus confusus, neque à propria ratione concitatus, sed velut Deus omnium Dominus ac miserator suis Prophetis reuelauit, & per ipsos nos omnium cognitione, quantum humanae naturæ possibile est, dignatus est. Et quum incipiam de his statim considerare, primum quidem non in parua sollicitudine constitutus sum, verum etiam valde timeo, ut qui moliar opus non vulgare. Et inuoco ipsum sanctum Deum, *Musarum invocatio*

& vniuentum ipsius filium Iesum Christum, & sanctum ipsius Spiritum, quod nostræ tenuitatis mentem illustret, ad illuminationem cognitionis illorum. Græcorum equidem scriptores, poete & oratores, ubi fabulosum aliquod scriptum aggrediuntur, Musam aliquam inuocant, non Deum: diabolica est enim ab ipsa sapientia ac terrena, & non ex supernis descendens, velut scriptum est. Nos autem inuocamus sanctum vniuersorum Dominum, ut adiuuet paupertatem nostram, & inspiret sanctum spiritum suum, ut nihil ascititium in promissum scriptum comportemus. Atque hoc ipsum petentes, nostræ insufficientiæ nobis confici iuxta fidei mensuram ac proportionem, ipsum nobis legitur obsecramus. *epiphanius seculum.* Sic autem scopus omnibus lectoribus de omni quaestione, quod occasione & temporum sunt inuenta, quæ exigua mens nostra exercitata comprehendere potuit. Et sane non omnino promittimus omnium quæ in mundo sunt tractationem. Nam & ineffabilia sunt & effabilia, inenarrabiliaque & numero incōprehensibilia: & quatum quidem ad homines attinet, nemo ea assequi potest sed à solo vniuersorum Domino cognoscuntur. Verum promissio nostra item, & falsa humanæ mentis opinionis, ab erroneis viris in mundo dispersa, ab eo tempore quo homo formatus est in terra, usque ad nostra tempora, hoc est regni Valentini & Valentis annum vni decimum, & Gratiani septimum. Porro quæ à nobis ad legentium notitiā peruenient, ea partim ex dicendi studio nouimus, partim ex auditu perceptimus, in quædam vero propriis auribus ac oculis incidimus. Et quorundam quidem radices & dogmata, exacta narratione nos tradituros esse confidimus, quorundam vero partem aliquam, prout facta sunt, atque hæc partim ex libris veterum scriptorum, partim ex auditu hominum, qui menti nostræ exactam fidem fecerunt, nouimus. Hoc autem totum opus collegimus non per nos ipsos aggressi, non promissionibus nostram dicendi tenuitatem excedentibus immorati. Nam & hunc ipsi sermonem, quem Deo volente componere instituimus, viris philosophis, aliis aliis debilitatem nostram pugentibus, et velut loris, ut ita dicam, instigantibus, adortus sumus, velut vestra præstantia per propheticas nobis litteras scribens petiuit ac exposulauit, o venerandissimi ac optimi fratres Acaci et Paule in presbyterio consortes. Quandoquidem igitur vndiquaque non sine Deo petitionum suffragiis consideratis, propter excellentem seruatorum Dei dilectionem huc descendere dignus factus sum: non per verborum eloquentiam, non lepiditate aliqua dicendi, sed simplici loquendi idiomate, simplici sermone, certitudine vero eorum quæ sermone declarantur, dicendi initium faciam. Et Nicander quidem scriptor bestiarum et reptilium naturas cognitas fecit. Alii vero scriptores de radicibus ac herbis prodiderunt, velut Dioscorides materiarius, Pamphilusque, ac Mithridates rex, Callisthenes et Philo, Iolaus item Bithynus, et Heraclides Tarentinus Crateas herbarius, Andreas, Basus Tylius, Nicestratus, Petronius Niger, Diodorus, et alii quidam. *scriptores materia medicæ.* Eodem modo etiam nos sectarum radices et opiniones reuelare conantes, non in detrimentum legentium, sed velut relati scriptores studio habuerunt, non ut malum indicarent, sed ad timorem et cautionem humanæ naturæ, ut mala & perniciose cognoscerent homines, seque præmunirent, & potentiam Dei effugerent, per animaduersionem et repudiationem. At si qui in talia iam incidissent, et ab eiusmodi insidiis pertulissent, aut per insufflationem, aut per morsum, aut aspectum: hinc de his solliciti, auxiliares radices ac herbas præscripserunt, ad predictorum reptilium improbitates irritas faciendas. Sic etiam nobis studium est, per relatorum et vestram dilectissimi fratres exhortationem, ut malorum reptilium ac bestiarum, tum formas tristes, tum morsus lethales reuelemus. Ad oppositionem vero horum, quæcunque possumus in compendio dicere, vnum atque alterum verbum, ad

Mundum ordinem

repellendum ipsorum venenum, & seruandum eum qui Dominum sequi velit, siue ex sua sententiam siue inuitus in eadem reptilia hereseon ac sectarum dogmata illapsus, instar atidotorum apponemus. Etenim ab initio Adam sexta die formatus est terra, & accepta insufflatione vificatus est. Non enim velut quidam putant à quinta die incepit, & in sexta formatus est. Decepta est enim mens eorum qui hoc dicunt. Erat autem simplex & innocens, non nomen aliquod aliud adeptus, non opinione, non doctrinam, non vitæ discretionis appellationem nactus, quam Adam tantum vocatus, quod hominē interpretari possis. Huic formatur ex ipso similitis ipsi vxor, eodem corpore, & eadem insufflatione, filij vero gignitur huic masculi ac foemelle. Et vbi vixisset annos noningentos triginta, naturæ debitū exoluit. Huius filius fuit Seth, huius vero Enos, & per successionem Cainan, Malaleel, Jared. Quemadmodum autem traditio habet quæ ad nos deuenit, hinc incepit fraus in mundo fieri: & ab initio quidem per inobedientiam ipsius Adam, deinde per ipsius Cain patricidium. Nunc autem in temporibus Jared, & vltra, veneficiū, iacantatio, petulantiā, adulteriū & iniusticiā. Nō opinio aliqua aliā, non doctrinā imultra, sed vna lingua, vnum genus in terra illo tempore dispersum. Huic Jared nascitur filius nomine Enoch, qui complacuit Deo, & non reperiatur: transfuit enim ipsum Deus, & non vidit mortem. Enoch autem genuit Mathusala, Mathusala Lamech, Lamech Noe. Et iustum dei iudiciū, aquæ inuadatione orbi terrarum inuecta, omnem hominum & aliorum animantium carnem deleuit. Seruauit autē in arca per præceptum ipsum Noe, qui complacuit ipsi, & coram ipso gratiam inuenit. Seruauit item tres filios ipsius, Sem, Cham, Iapheth, & propriam eius coniugē, & trium filiorū tres vxores, vt hominum animæ octo in arca tunc seruatae sint à diluuiū aquæ. Et de enim genere ferarum & animalium, tum pecorum, tum aliorum in terra, ad constitutionem rursus substantiæ omnium in mundo, de quibus dā bina & bina, de aliis septem & septem. Atque sic præterit decima generatio, per annos bis mille ducentos sexaginta duos. Et inuadatio sedata est. Et Noe ac domus eius, reliquæ mundi manserunt. Nondum autem erat diuersa opinio, non gens aliqua discors, non nomen hereses, imò neque idololatria. Quando vñ vnusquisque homo iuxta propriam opinionem procedebat, Lex enim vna nufquam erat, quifque enim sibi ipsi lex erat, & pro propria ratione pergebat, quemadmodū apud (Apostolum vsus est, non solum barbaris: sed etiam aliarum sectarum. Ait enim in Christo enim Iesu, non barbarus, nō Scythia, non Græcus, nō Iudæus.) quum Barbarissimus tunc appellabatur in decē generationibus tēplis cognomen. Post diluuiū vero requiescit arca Noe in montibus Ararat per mediam Armeniorum: & Cardyentium terram, in monte Lubar appellato, istic priua habitatio hominum fit post diluuiū. Et illic Noe propheta vineam plantat, & loci habitator fit: Nascuntur autem filii eius, ipse enim non amplius generauit filii & filiorum filii, vsque ad quintam generationem, annis sexingentis quinquaingenta nouem, præter Sem. Secundum consequentiam verò sermonis, genealogiam vnus filij recenset. Setaque genuit Arphaxad, Arphaxad, Cena Hala, Hala Heber pium & religiosum, Heber Phalec, & nihil erat in terra, non heresis, non opinio alia atque alia, sed solum homines vocabatur vnus labii & vnus linguae: Erat autem solum impietas & pietas, lex naturæ & vnus cuiusque voluntatis propositum secundum naturam, & neque à doctrina, neque ex libris scriptorum error & seductio non iudaismus, non heresis alia aliqua, sed sicut nunc est fides, quæ iam in sancta catholica Ecclesia versatur, quæ ab initio fuit, & postea rursus reuelata est. Si quis enim pro veritatis studio excedere velit, sancta & catholica Ecclesia principium omnium est, ex hoc nimirum scopo. Adam protoplastus formatus est, non circumcisus, sed carne præputium habens. Non autem erat idololatra, et nouit patrem Deum, et Filium, et Spiritum sanctum. Propheta enim erat. Itaque quum non haberet circumcisionem, non erat Iudæus: et quum simulachra non adoraret, aut aliud quid, non erat idololatra. Propheta enim erat Adam, et nouit quod Pater dixit Filio, Faciamus hominem. Quid igitur erat? Neque circumcisionem habens, neque simulachra colens, sed Christianismi formam ostendens. Sic etiam de Abel, et de Seth, et de Enos, et de Enoch, et de Mathusala, et de Noe, et Heber, vsque ad Abraam accipiendum est. Operabatur autem tunc et pietas et impietas, fides et incredulitas, fides quidem Christianismi imaginem continens: incredulitas autem, impietatis & iniquitatis formam exhibens, contra legi naturæ, vsque, ad præiudicatum tempus. Quinta igitur generatio post diluuiū, quum multiplicarentur iam homines, ex tribus filiis Noe, per successionem filiorum filii geniti sunt septuagintaduo numero, principes & capitanei in mundo. Quum autem se extenderent, & vltra procederent à monte Lubar ac sinibus Armeniæ, hoc est à regione Ararat, consistunt in campo Senaar, quem sanè delegerat. Situs est autem campus Senaar nunc in regione Persica, quæ olim erat Assyria. Illic itaque conuerti consilium inter se inuenit, de ædificanda turri ac vrbe. Verum à regione ad Europam in Asiam declinantes, appellati sunt omnes iuxta regionis appellationem Scythæ. Extruunt autem turrim, & ædificant Babylonem, & non habuit complacentiam Deus in opere de mentriæ ipsorum dispersit enim & diuisit ipsorum linguas, & ex vna in septuagintaduas distribuit, iuxta numerum virorum tunc repertum. Vnde & Meropes hi vocati sunt, propter diuisam vocem. Et turrim quoque ventorum impetu euerit. Diuisi igitur sunt per omnem terram, ad dextram ac sinistram, partim reuersi vnde processerant, partim vterius ad orientem progressi. Alii vero Libyam occupauerunt, vt etiam si quis de his certior fieri velit, inuenit sanè singulos qui secesserunt in singulis patriis, quomodo forte acceperunt. Sic Misacem suscipit Aegypti fortem, Chus Aethiopiā, Pius Axiomaticas partes, Regma & Saba partes ad Garamorum regionem sitas. Et vt ne in longum extendam hic præmiam, redibo rursus ad propositum, & secundum successionem rursus consequentiam apprehendam Inter Heber & Phalec, & turris ædificationem, & primam urbem post diluuiū extructam, in ipsa ædificatione

ædificatione principum de cætero consultationis accipit Nebroth, de congregatione ac tyrannid e Nebroth enim regnar, filius Chus Aethiopiis, ex quo natus est Assur. Huius regnū in Orech fuit, & in Arphalac Chalamia. extruit autem & Thiras, & Thobel, & Lobon, in Assyriorum regione. Hunc dicit esse Græci Zoroastrem, qui vltra progressus ad orientales partes, Bactra inhabitat. Hinc iniquitates in terra distributæ sunt, inuenit enim hic fuit malæ doctrinæ, astrologiæ & magiæ, velut quidam de hoc Zoroastre tradunt. Verum vt rei veritas habet, hoc tempus ipsius Nebroth gigantis erat, non longe autem inter se ambo distant tempore, Nebroth & Zoroastres. Phalec autem genuit Rhagan, Rhagan Seruch, quem interpretari possis irritationem. Et incepit inter homines idololatria ac Græcismus velut cognitio quæ ad nos deuenit, habet. Nondum autem in statuis & in sculpturis lapidū aut lignorū aut ex argento & auro, aut alia materia factis, sed solū per colores & imagines, hominis mens in seipsa maliciam excogitauit, & per liberū arbitrium rationisque ac mentis vim, pro bonitate iniquitatem reperit. Nascitur ipsi Seruch filius Nachor, Nachor autem genuit Tharra. Hinc fieri cœperunt statuae, ex luto ac arte figurari, per industriam huius Tharra. Durauit autē hoc studiū in vigesimam generationem vsque ad hunc, annis ter mille trecentis triginta duobus. Et nullus vnquam ex prioribus hominibus filius ante patre mortuus est, sed patres ante filios vitam finientes, filios successores relinquebant: & ne quis dicat de Aber, nō enim morte propria mortuus est, donec Tharra emulū Deo per propriā versutiā cōmentus erexit. & ex vltione similia his quæ fecit recepit, dum etiam ipse per propriū filiū ad æmulationē prouocatus est. Vnde admiratione ducta diuina scriptura adnotauit dicēs: Et mortuus est Arrā in conspectu Tharra patris, in terra natiuitatis suæ. Vsque ad hunc permāsit Scithica quædam successio ac appellatio, Nondū autē erat aliqua heresis, non dū inuenit aliquid aliud, quā sola scortatio, & ex cogitatio simulachrorum. Et postea deificauerunt aut infelices tyrannos, aut præstigiatores spectra orbi terrarum exhibētēs, monimēta ipsorū venerantes, & lōgo tempore postea Saturnū & Iouem, Rheaque ac Lunonem, & alios deinceps. Deinde vero Acinacem coluerunt ex Scythiis Sauromatæ, Odrysumque Thracum primum patrem, ex quo Phrygum genus deducitur: vnde & Thracæ à Tharra cognomento appellantur, qui in turris ædificatione genitus fuit. Processit autem degenerauitque omne tempus, hinc erroris initio sumpto vsque ad prædictum tempus, vias deinceps inquinans. Scriptoresque ac historiographi hinc initium sumpserunt, ab Aegyptiorum fabulis deditæ gentis errore collectione facta, vnde sanè veneficia ac magiæ repertæ sunt. Translata autem sunt hæc ad Græcos ab ætate Cecropis. Et erat hoc tempore Ninus in Assyriis, & Semiramis, contemperanei ipsi Abraam, & Aegyptiorum octauus & decimus potentatus. In Sycione autem tunc solum regnabant, cuius regni initium fuit Europis. Et Deus diligit ipsum Abraam, eadem sanctæ catholicæ & apostolicæ Ecclesiæ forma in præputio fidelem, & in pietate perfectissimum, in scientia prophetam, in vita euangelicam habentem conuersationem. Domi enim pater honorum fuit, & vocatus est per verbum, & domesticis suis renunciauit, & vocanti obediuit, velut Petrus & Andreas, & Iacobus ac Ioannes. Et vt ne rursus longam faciā orationē, in summa dicam. Quū ad ānos nonaginta nouē peruenisset hic propheta, à Deo respōsus accipit de circumcissione, & hinc incipit forma Iudaismi post Græcismum. Et erat à iactis fū damētis mudi vigesimaprīma generatio. Anni vero ter milleni quadringenti triginta vnus: & Iudaismū initium accepit. Scythismus enī à diluuiū vsque turrim & Seruch fuit, a Seruch autē vsque ad Abraam & huc Græcismum. Ab Abraam vero nondum cognomē heresis erat: sed solum qui eandē pietatē habebant, Abraamē ab Abraam vocabantur. Filii vero huic fuerunt octo: solū autē Isaac heres erat, propter ea quod & ex sententia patris vobis debebat, pietati intentus, & iuxta promissionem Dei patri donatus erat. Habebat autem ante hunc Ismael ex ancilla Agar. Chettura vero peperit ipsi filios sex, qui dispersi sunt in fœlicem appellatam Atabiam: Zembram, & Iezan, & Iesboc, & Soye, & Emmadem, & Madiam: & qui ex ancilla natus est, nomine velut dixit, Ismael. Occupat autem hic & extruit appellatam Phares in deserto. Nascuntur autem huic filii numero duodecim, ex quibus sunt tribus Agarenorum, siue Ismaelitarum, qui nunc Saraceni vocantur. Isaac vero gignit filios duos, Esau & Iacob, & appellabatur tunc genus piorum Abraamē & Isaacii. Quum autem separatus esse Esau ad Idumeam ac meridiem ipsius Chanaan sitæ regionis & orientalis, habitator fit montis Seir, & ciuitatem extruit Edom appellatam. Huic autem gignuntur filii, & præ sunt Iddumæ singulis iuxta successionem, qui etiam Edom appellabantur, Ex quo quintus est iuxta successionem Ioc, subtræcto Abraam ex hoc numero, & ab Isaac numeratione facta. Isaac enim genuit Esau, Esau Raguel, Raguel zara, zara Ioc, prius quidem vocatum Iacob, postea vero appellatum Ioc, paulo ante tentationem quæ ipsi accidit. Vigebat autem circumcisio. Iacob porrò fugit iram Esau fratris sui, ex consilio patris & matris, in Mesopotamiam Phadan, vltra Mesopotamiam Susoba: & ducit illinc vxores ex propria cognatione quatuor, quæ pariunt ipsi filios duodecim, Patriarchas appellatos. Quum vero reuersus esset ad Chana autidem terram, ad patrem suum Isaac, ac matrem Rebeccam, visum ipsi obuenit ex Deo, iuxta Iordanis excursus, vocant autem torrentem Iacob, vbi vidit castra angelorum. Et ecce inquit, homo à vespera, & colluctatus est ipsi vsque ad auroram: quem angelum significauit Scriptura, qui per benedictionem dat Iacob dignitatis nomen, Israel videlicet. Quum autem illine transfisset Iacob, nominauit nomen loci, Speciem Dei, quoniam qui ad ipsum per benedictionem dixerat, Non amplius vocabitur nomen tuum Iacob, sed Israel vocabitur: ita distinxerat dicens, Fortis fuisti cum Deo, & cum hominibus potens eris. Ab hoc tempore Israelitæ appellantur. Et ipse Israel post descensum Ioseph in Aegyptum, descendit quoque cum vniuersa domo sua, filiisque & nepotibus, eorundemque vxoribus atque aliis, cum septuaginta animis. Moratum est autem genus Israel in regione

Patres ante filios moriebantur.

Scythismus

Thracum appellatio.

Iudaismus

Agareni ad Saraceni.

Israelita.

Aegyptiorum per generationes quinque. Iacob enim genuit Leui & Iudā, & reliquos decē patriarchas. Leui autem genuit Gaath, Iudās vero genuit Phares. Gaath genuit Abraam, Abraā genuit Mosē. Phares autem genuit Esrom, Esrom vero genuit Aram, Aram genuit Aminadab, Aminadab Naasson, tēpōmō Mosis. Et Naasson quinta generatio est secundum Leui. Exit Israel de terra Aegypti per rubrū mare in signis ac miraculis Dei, & castrametatur in eremo Sina. & responsis datis ex Deo seruo ipse Mosis, ut numeraret à viginti annis vsque ad quinquaginta, viros qui possent educere gladium: sumit arma bellica, reperitque virorū myriadas sexaginta duas, hoc est sexcenta viginti milia, in superque octo milia & quingentos. Illo porrò tempore erat Inachus apud Græcos notus, cuius filia Io, quæ & Atthis appellatur, de qua etiam Attica regio vocata, ex qua item Bosphorus, & eiusdem nominis ciuitas Bosphorus in ponto Euxino nominata. Appellatur autem ipsam Aegypti Isim, eamque velut deam adorant. Illi vero cognouimus est etiam fluius, Inachus appellatur. Atque hinc initium habuerunt mysteria & traditiones de diis apud Græcos, prius apud Aegyptios & Phrygas, Phœnicēsq̄ & Babylonios male excogitata, & ad Græcos translata, de Aegyptiorum regione à Cadmo & ipso Inacho, qui prius Apis vocatus fuit, & Memphin ædificauit. Sed & ab Orpheo & quibusdam aliis eadem mysteria initium sumpserunt, & in hæreses ac sectas composita sunt postea ab Epicuro, & zenone Stoico, & Pythagora, ac Platone. Et quo tempore ceperunt corroborari, vsque ad tempora Macedonia & Xerxis regis Persarum, post expugnationem Hierosolymorum primū, & captiuitatem Nabuchodonosor, & vsque ad tempora Darii, & Alexandri Macedonis. Plato enim illo tempore notus erat, & qui eum præcesserunt, Pythagorasque & postea Epicurus. Vnde sanè, velut dixi, occasionem sumpserunt, & ad statum perueniunt scripta, ac libri apud Græcos. At post hoc tempus decantatæ hæreses Philosophorū inter se errore quidem conuenientes, & eadem via procedentem scientiā idololatriæ ac impietatis cōtexentes: verum eodem errore in seipsas contractæ, altera ab altera differunt.

Stoicorum hæresis, ex ordine quinta.

ET Stoici quidem de deitate hoc sentiunt, Deum dicunt esse mentem, quæ sit vniuersa huius visibili molis, cœli videlicet ac terræ, & aliarum rerum, velut in corpore anima. Patiuntur autē iidem vnam deitatem in multas partialas essentias, in solē & lunā, & sidera in animam & aerem, & alia. Trāsitus item tradunt animarum à corpore in corpus, vbi de corpore decedunt. Eisdemque corpora ingrediti ac rursus generari dicunt, & per multum errorem hanc impietatem retexunt: partem autem Dei & immortalē animam ducunt. Habuerunt principem zenonem suæ stoæ siue porticus, de quo multa narrarunt. Alii enim dixerunt, ipsum Cleanthis cuiusdam filium à Tyro oriundi. alii Ciritensē ipsum dicunt ex Cypro insularē, & Romæ aliquandiu vixisse, postea verò Athenis hoc dogma proposuisse in porticu, stoæ Græcis appellata. Quidam duos zenonas esse aut, alterum Eleatem, & prædictum: & tamen ambo sic docuerunt, etiam si duo fuerint. Afferit igitur etiam hic materiam cōtemporaneam Deo appellandam esse, vna cum aliis sectis: fatum itē esse, ac generationē, ex quo omnia gubernantur, ac afficiuntur. Quomodo igitur cōpendiaria hæc nostra tractatio, aduersus huius vitia, auxiliariē medicamentum recensere poterit: ita ut nō multo minor magnitudine rei fiat defensio? Verum summati ut ne omnino transeurram, ad hunc dicam. Vnde accepisti, dō bone, huius doctrinæ narrationem: aut qualis spiritus sanctus cœlitus te alloquitur est, de tuo errore? Duo enim simul cōtemporanea, materiam & Deum violenter afferis. Cadet autem, & incōstans est ratio tua. Confiteris enim quendam esse opificem, quem etiam omnipotentē dicis, hunc vero in multitudinē deorū diuidis. Cuius autem opifex, siue cōtemporanea fuerit materia ipsa? Erit enim per se sui ipsius domina, quæ à nulla causa principii accipit, & nemini subiecta est. Si vero opifex ab hac accipit tutelam, qui ipsa reperit, imbecillitas quædā fuerit, et collatio ei qui contribuit, propter inopiam, quo nō ex propriis, sed ex alienis subiectis, proprium opificium producat. Et de animarum transiitione à corporibus ad corpora, multa est adulteratæ mentis tuæ perueritas, o tu vltro nec sapiens, qui scientiam apud homines iactas. Si enim pars Dei est, & immortalis, corpora vero miserabilia, non solum ferarum & reptilium, & omnis generis bestiarum vilis simarum, formationis ipsius coniungis, quæ, velut tu dicis, à Deo essentiam habet: quidnam fieri possit hoc magis flagitiosum? Fatum deinde introducis, velut ex ipso fiant ea quæ homini ac aliis accidunt. Verum ex vno dicto summatim totum tuum fabulamentum subuertetur. Si enim fati est, sapientem fieri, prudentem euadere, rationalem generari ac irrationalem, aliisque omnia: cessent leges, domini natur enim fatum adulteris, & aliis. Magis autem pœnam dabunt stellæ quæ necessitatem inducunt, si coactus quis facit id quod aggreditur. Verum de his aliis amplius dicam. Sint ociosa scholæ, quiescāt sophistæ, & rhetores, ac grāmatici, medicique, ac reliquæ scientiæ, mechanicarumque artium innumera multitudo, & nemo amplius docet, si ex fato scientiarum suppeditatio, & non ex literarum doctrina humanæ naturæ contingit. Si enim fatum eruditum & doctum efficit, ne discat quis ex doctore sed ex natura accipiat peritiam stamina volentes Parcæ, iuxta tuorum adeo factuorum verborum erroneam sententiam.

Platonici, hæresis ex ordine sexta.

AT hæc aduersus zenonem & Stoicos à me dicta sint. Plato vero simul & ipse eadem via fertur, per animarum de corporibus ad corpora transiitionem, & per multitudinem deorum aliisque idololatrias ac superstitiones. Non autem de materia omnino æqualiter cum zenone & Stoicis sentit. Nouit enim ipsum Deum, omnia vero facta & existentia ex vero Deo potentias quasdam factas esse. Esse autem primam causam, & secundam, & tertiam. Et primam quidem causam esse Deum secundā vero causam, ex Deo quasdam potentias productas esse. per ipsum verò et potentias factam esse

Inachus.

Io siue Atthis & Isis.

Stoici refutati.

esse materiam. Sic enim dicit: Cœlum simul cum tempore factum est, simul enim etiam dissoluitur. Verum priorem suam de materia sententiam destruxit. Dixit enim alicubi, materiam Deo cōtemporaneam esse.

Pythagorici, hæresis septima.

AT hunc porrò Pythagoras & peripatetici, profitentes se delinere vnum Deum, verum etiam aliis philosophis, ipsorumque commentis addicti sunt. Et tum ipse, tum sodales eius rursus æqualia his dicunt, nefandam ac impiam sententiam de animarum de corporibus discessu, & ad alia corpora transitu, & de corporum corruptione. Hic postremum in Media vitam finit. Corpus autem dicit esse Deum, hoc est cœlum: oculos vero ipse esse velut in homine, solem & lunam, ac reliqua sidera, & in cœlo elementa.

Epicurei octaua secta.

EPICURUS deinceps omnia absque prouidentia geri, in mundum induxit, Ex atomis vero omnia producta esse, ac rursus in atomos decedere ac resolui, & omnia sua sponte ex casu esse, ac mundum substiisse, natura semper generante, ut quæ rursus consumetur, & rursus ex ipsa succedat, & nunquam desinat, dum et à seipsa nascitur, et in se ipsam conteritur. Esse autem vniuersum ab initio, instar oui, spiritum vero draconis speciem circum ouem, velut coronam, aut velut cingulum constringere naturam. Quam autem voluerit violentia quadam vltra tempus coactare omnem materiam, siue omnium naturam, sic quidem rerum naturam in duo hemisphæria diduxisse, et deinde ex hoc atomos in diuisibilia corpuscula secreta esse. Leuia enim et tenuiora vniuersæ naturæ rursus emersisse, hoc est lucem et æthera, et tenuissimam spiritus partem grauissimam vero ac lutulentam deorsum inclinata esse, hoc est terram, id est ipsam siccitatem, et humidam aquarum essentiam. Vniuersa verò à seipsis, et per seipsa moueri in circūuolutione poli et astrorum, ut à draconis speciem habente spiritu adhuc omnia impellantur. Et ex parte quidem de his diximus, eodem vero modo quatuor has sectas oblectionis compendium subuertemus. Hinc et paulo prius quoque de cætero poeta, velut dixi, et oratores, ac historiographi, astronomique et qui alios errores induxerunt, et mentem ad infinitas malas causas ac institutiones præparauerunt humanam comprehensionem turbauerunt, ipsique tenebras offuderunt: et factus est hic primus error, excogitatio simulacrorum, et infœlicitas doctrinæ. Erant autem omnia diuisa, Græcismus et Iudaismus. Iudaismus non prius appellatus, sed per Israeleni cognomen piæ religionis adeptus, donec successiones factæ sunt. Naasson enim in deserto tribus, Iuda tribus factus, generat Salmon, Salmon generat Boos, Boos gignit Obeth, Obeth gignit Iesse inter pios Israelitas appellatos. Iesse generat Dauid regem, qui primus ex tribu Iuda regnauit, ex quo deinceps per successiones reges ex semine ipsius, ita ut filius patri successerit, constituti sunt. Erat autem ante ipsum Dauid natura primus rex in Israel, Saul, filius Geis, ex tribu Benjamin: & non successit ei filius, sed translatus est regnum per Dauidem primum ad tribum Iuda. Nam ipsi Iacob primus filius nascitur Rubin, secundus Simeon, tertius Leuis, quartus Iudas, ex quo appellantur Iudæi, qui ad hoc nomē lapsi sunt propter tribum iuda, eius qui ex genere piorum fuit. Vocabantur itaque paulo antè Israelitæ, qui & iudæi. Vique ad hoc tempus coniunctæ fuerunt quatuor generationes, quatuor terrarum partium, quum diuisa fuerint hæc per tempora vsque ad hoc tempus hic à me indicatum, & vltius. Hoc est ab Adā vsque ad Noe, Barbarismus: à Noe vsque ad turrim & Seruch, post duas generationes. Scythica superstitiō: & postea a turte & Seruch & Aram, vsque ad Abraam, Græcismus. Ab hoc & successoribus in pietatis studio ipsi Abraam coniunctis, à semine eius per successiones, hoc est à Iuda, Iudaismus. Cuius rei testimonium mihi præbet spiritu plenus, & sanctus Dei apostolus Paulus, sic dicens In Christo Iesu nō barbarus, nō Scyllā nō Græcus, non Iudæus, sed noua creatio. Nā ab initio quū creata esset creatura, & noua esset, nullum aliud nomen habebat. Cum his conuenit rursus id quod in alio loco dicit: Debitor sum Græcis et barbaris, sapientibus et stolidis. vbi sapientes quidem appellantur Iudæos, stolidos vero Scythas, et ait, Debitor sum. Hinc totum genus Israel Iudæi vocabatur, à temporibus Dauid. Et durauit hic mos ut omne genus Israel, tum Israelitæ, tum Iudæi vocarentur, à temporibus Dauid ac filii eius Solomonis, et filii Solomonis Roboam inquam, qui post Solomonem regnauit in Hierusalem. Quo vero non præteream Iudæorum religionem, et ne relinquam indicare propositum opinionis ipsorum scopum, pauca de multis apponem. Omnibus enim manifestissimè sunt res Iudæorum. Quapropter non magnum suscipiam laborem in hoc argumento, ut accuratissimè exponam: sed ut quæ necessaria fuerint, pauca de multis hic apponam Iudæi itaque ab Abraam per successiones existentes, et ipsius pietatem edocti, circumcisionem Abraam habent, quæ iuxta præceptum Dei accepit nonagesimum nonum annum agens, ob causam supra à me relatam. quo videlicet eius semen in quietum in terra aliena, non auerteret ut nomen Dei, sed in corpore ferret signaculum, commonefactionis gratia atque indicii, quod in patris ipsorum pietate perseverarent. Filius autem huius circumciditur octaua die, velut Dei vaticinium habebat. Et in confesso quidem est, quod ex præcepto Dei circumcisio tunc fuit. Verum per figuram erat tunc constituta, velut in progressu postea ostendemus. Permanserunt itaque in circumcisionis ritu, & pietati addicti iidem Abraam per successiones filii, ab ipso videlicet ac deinceps Isaac, & Iacob, & huius filii, tum in Chananiide terra Iudæa, tum in Philistia tunc appellata, nunc vero Palestina vocata, imò etiam in Aegypto. Iacob enim, qui & Israel, cum vndecim filiis suis descendit in Aegyptum, annum agens vitæ suæ centesimum, trigentesimū Ioseph autem alter eius filius iam in Aegypto regnabat, vendit à fratribus ob inuidiam. At vero Dei gubernatio cooperans iusto quæ bona sunt, in fidiis ipsi Ioseph structas in admirationem conuertit.

A iij

Plato contra seipsū

Israelitæ.

Iudæi vnde dicit.

Philistia Palestina

Legis vsj

Libri Iudaeorum 27

Legis & Evangelii differetia

Descendit itaque, velut predixi, Iacob & filii eius, & vxores ac nepotes, animarum numero septuaginta quinque in Aegyptum, velut tradit primus de quinque libris Moysi, haec omnia manifeste declarans. Perseuerarunt autem isthic ad quinque generationes, velut saepe iam dixi, nunc vero necessitas incubuit ea repetendi. Manserunt enim generationes quae a Iacob numerantur per Leui, ex quo sacerdotes constituti sunt, & per Iudam, ex quo progressu temporum regnavit ex Dauid. Et Leui quidem gignit Caath, & alios. Caath gignit Amra, Amra gignit Mosen & Aaron pontificem. Hic Moyses educit filios Israel per potentiam Dei ex Aegypto, velut habet secundus legis liber. Porro quae fuerit vita ac conuersatio filiorum Israel vsque ad hoc tempus, non ita clare vt euidentissimum sit, dicere possumus sed hoc: solum, quod in studio pietatis ac circumscriptione fuerint: etiam si scriptum sit, quod multiplicati fuerint in terra Aegypti filii Israel, & viles ac redundantes facti sint, ipsum enim tempus eiusdem cohabitationis ac permixtionis, propter socordiam omnino utilitatem effecit. Quae vero ipsis gustanda essent, & quae reprobanda, aliaque quae legis, distinctione seruare ipsis preceptum est, nondum manifeste adnotatum est. Vbi vero egressi essent ex Aegypto, in secundo exitu ipsorum anno, legislatione Dei digni fuerunt, per ipsius Moysi manum. Lex autem a Deo ipsis data iustarum pedagogi, sicut etiam erat lex pedagogus, corporaliter quidem distinctione facies, spirituales vero expectationem habens, docebat circūcidi, sabbatum agere, decimare omnes ipsorum foetus, & omnia quae apud ipsos gignebantur ab homine vsque ad pecus: & primitias dare, & quinquagesimam & trigessimam: credere Deo soli, ipsumque colere, & in monarchia quidem ac vnus principatu predicabatur nomen, in monarchia vero trinitas seper annu ciabatur, & inter eminentissimos apud ipsos credebatur, hoc est prophetas & sanctos Sacrificiaque ac cultus diuersos vnueris regi Deo in deserto offerebant, in celebritate fixorum tentorium a Mose constituta, per formas ipsi a Deo indicatas. Susceperunt itaque iudei etiam prophetas voces de christo venturo, & qui appellaretur quidam propheta, esset autem Deus & vocatus quidam esset Angelus, verum filius esset Dei, & homo in carne vturus esset, & inter fratres recedens, velut omnes diuinae scripturae habet maxime Deuteronomii liber legis quintus, & qui deinceps habetur. Habebat porro hi Iudaei vsque ad reditu ad captiuitate Babylonis, libros & prophetas hos. 1. Genesim. 2. Exodum. 3. Leuiticum. 4. Numerum. 5. Deuteronomium. 6. Iosue. 7. Iudicum. 8. Ruth. 9. Iob. 10. Psalterium. 11. Proverbia Solomonis. 12. Ecclesiasten. 13. Canticum canticorum. 14. Primum librum regnorum. 15. Secundum regnorum. 16. Tertium regnorum. 17. Quartum regnorum. 18. Primum paralipomenon. 19. Secundum paralipomenon. 20. Duodecim prophetas. 21. Esaiam prophetam. 22. Hieremiam prophetam, cum lamentationibus & epistolis ipsius, ac Baruch. 23. Iezechielem prophetam. 24. Danielem prophetam. 25. Primum librum Esdrae. 26. Secundum librum Esdrae. 27. Librum Esther. Atque hi sunt viginti septem libri a Deo Iudaeis verum viginti duo, iuxta numerum Hebraicarum literarum numerati, propterea quod decem libri in quinque duplicantur, sed de his alibi manifeste diximus. Sunt & alii duo libri apud ipsos ambiguae lectionis, Sapientia Sirach, & Solomonis, citra alios quosdam libros apocryphos. Omnes autem hi sacri libri Iudaismum docebant, & legis obseruationes, vsque ad Domini nostri Iesu Christi aduentum. Et recte sane processissent Iudaei in legis doctrina, si Christum suscepissent a pedagogo, lege videlicet, ipsis praedicatum ac denunciatum, vt suscepta ipsius deitate, etiam aduentum ipsius in carnem didicissent, non dissolutionem legis, sed legis complementum. Nam figurae in lege fuerunt, veritas autem in Euangelio. Illic enim circumcisio fuit carnalis, quae inseruit tpe, vsque ad magnam circumcisionem: hoc est baptisum, qui circumcidit nos a peccatis, & obsignat nos in nomine Dei. Et erat illic sabbatum, detinens nos in magnum sabbatum, hoc est in requiem Christi, vt in Christo sabbatum agamus a peccatis. Et erat illic agnus irrationalis, qui sacrificabatur deducens nos ad magnum agnum ac caelestem, pro nobis & toto mundo mactatum. Et erat ille decimatio muniens nos, vt ne ignoremus literam iota, denarium numerum, primum elementum nominis Iesu. Quandoquidem igitur figura ducti sunt, & non peruenerunt ad perfectionem, per legem & prophetas, aliisque ac totum librum praedicatum, eieci sunt ab agricultura, & ingressi sunt gentes, ita vt illi amplius seruari non possint, nisi ad Euangelii gratiam reflexerint. Omnes enim iustificationes ipsius obolite sunt, quum singula testimonia hoc confirmant, velut habet tota Scriptura. Verum in summa ab vno testimonio, indubitata & insuperabilem contra ipsos sententiam dicemus: ex quo clare videre datur, suffragium contra ipsos latum, dum dicit: Quaecumque anima non audiet prophetam illum, exterminabitur a tribu sua, & ex Israel, & subter caelum: tanquam Dominus ea quae mysticae per legem tradita sunt, perfectae & ad salutem muniturus sit: & qui non audiat ipsum neque admittat, non habeat salutem, etiam si legem fecerit: quum lex non possit hominem perficere, propterea quod iustificationes corporaliter in ipsa scripte sunt, & in Domino nostro Iesu Christo vere compleantur. Atque haecenus a me dictum sit de Iudaismo. Nam paucorum mentionem feci, vt ne in totum eos silentio preteream, sed in parte ostendam. Omnibus enim notum est contra ipsos argumentum, & ipsorum confutatio. Offendimus autem & principium vnde habuerunt introductionem, quod ab initio ex Abraam patriarcha pietatis vocantur pii, ex eo quod sunt de semine ipsius. A nepote vero ipsius, videlicet Iacob, qui & Israel, Israelite. Ex diebus vero Dauid, qui regnavit ex tribu Iuda, vocabantur Iudaei ac Israelitae omnes duodecim tribus, vsque ad Solomonem filium Dauid, & vsque ad Roboam filium Solomonis, ne potem vero Dauid. Et iuxta increpationem Dei, & indignitatem ipsius Roboam, dissectae sunt duodecim tribus, & factae ac versatae sunt duae cum dimidia, cum Iuda, hoc est cum ipso Roboam: & nouae ac dimidia, cum Hieroboam. Vocabantur autem nomine tribus Israelitae & Israel, regno subiectae sub Hieroboam filio Nabath in Samaria. Duae vero in Hierusalem, Iudaei appellabantur, & regebantur a Roboam

Matthaei lectio iter polata.

Samaritae vnde dicit

a Roboam filio Solomonis. Et factae sunt rursus regum successiones. Roboam genuit Abia, Abia genuit Asa, Asa Iosaphat, Iosaphat Ioram, Ioram Ochoziam, Ochorias Ioas, Ioas Amesian, Amesian Azarian, appellatum Ozian: Azarias, qui & Ozias, Ioatham, Ioatham Achaz, Achaz Ezeciam, in temporibus autem Ezeciae & Achaz, captiuae ductae sunt tribus ex Israel in fines Medorum. Postea Ezecias genuit Manasse. Manasse Amon, Amon Iosiam, Iosias Iechoniam, qui & Zelum appellatur, itaque Amasias dicebatur. Hic vero Iechonias genuit Iechoniam appellatam Sedechiam, & Ioacim. Et ne mo de hoc ambigat, immo potius miretur exactam rationem hoc loco vtiliter studiosis expositam, qui Christianae doctrinae gratia sincera exemplaria contingere volunt. Qui sane statim cum vtilitate benigni esse cogentur, vbi lucrati fuerint dictum hoc, quod a quibusdam indoctis rerum Euangelicarum ad ambiguitatem, velut emendandi gratia, deletum est. Nam quum sanctus Matthaeus trifariam enumeret generationes, & ab Abraam vsque ad Dauid recensat quatuordecim generationes: duo priores numeri clari reperiuntur, nullum defectum habentes: ad Iechoniam enim tempora continent. Verum tertius numerus non item quatuordecim generationum reperitur, vt iuxta successionem nominum completum habeat, sed decem & trium. Nam aliqui Iechoniam cum altero Iechoniae perientes, numerum duplicatum esse putauerunt. Non erat autem duplicatio, sed numerus clarus. Ex nomine enim patris filius nominatus fuit Iechonias Iechonie. Itaque detracto pro pietatis studio vno nomine, ex ignorantia huc delati, defectuolum fecerunt propositum argumentum, iuxta numeri quatuordecim nominum promissionem, & multi experimenti habitum corruerunt. Fit itaque hinc a tempore Iechonie captiuitas in Babylone. In hoc tempore captiuitatis accesserunt seniores ipsius Nabuchodonosor in Babylone, rogantes vt mitteret aliquos de suis ad inhabitandum terram Israelitidem, vt ne regio in materiam eluxurians disolaretur. Et exaudiuit ipsorum preces, nec rem differerebat, & quatuor genera suorum mittit, Chuthaeros, Cudaeros, Sepharueros, & Anagogaucos: qui vna cum simulachris suis ascendentes inhabitauerunt tunc Samariam, hac terra sibiipsis delecta, eo quod pinguis esset ac fertillissima, Quum autem temporis progressu hi a bestiis dilaniarentur, leonibus, petheris vris, & aliis prauis feris, mittunt legatos in Babylone, rogantes, & vehementer admirantes de eorum qui prius inhabitauerant firma sede ac vita, quo potuerint sustinere bestiarum rapinas ac violentiam, Rex vero acerbitis senioribus percunctatus est de ipsorum vita, quomodo transerint dum in Iudaea morarentur, & quomodo effugerint bestiarum impetum, quum tantus sit bestiarum incurfus, tantaque pernicies in illa regione. Illi vero Dei legislationem ipsi indicauerunt, & prudenter ipsi reuelarunt probabilem opinionem, non posse illic gentem consistere, quae non legem Dei caeli per Mosem datam perficeret. Esse enim Deum terrae protectorem, non velle autem transgressiones in ipsa a gentibus alienigenis fieri, per idololatriam, & alia, ipse vero curam gerens rei & verissimam declarationi fidem habens, exemplar legis petiuit. Illi autem vbi liberaliter dedissent vna cum lege etiam Esdras quendam sacerdotem, mittunt ipsum doctorem legis a Babylone ad erudiendos Assyrios in Samaria confidentes, Chuthaeros videlicet antea nominatos, ac reliquos in lege Moysi. Contingit autem hoc anno plus minus trigesimo captiuitatis Israel ac Hierusalem. Erudit itaque Esdras, & qui ipsi successerunt, genus illud in Samaria, & appellati sunt Samaritae, qui legem per Esdras a Babylone venientem susceperunt. Praeterea autem tempus anorum quadraginta aliorum, & soluta est captiuitas, & rediit Israel a Babylone. Subit animum meum admiratio, quo modo contigit quatuor gentes & quatuor haereses in eadem gente fieri, primam videlicet Essenorum secundam Gorthenorum, tertiam Sebuorum, quartam Dostheorum. Atque hinc iam mihi initium fit promissae tractationis contra haereses: & vt causam declararem, summam dicam. Quae verò est alia, quam quod a lingarum multisida vocis alteratione tribus factae sunt. In singulis autem tribus ac patriarchis diuersae gentes praesidebant. Omnis autem gens regem sibi ipsi in caput praeficiebat. Contigit autem ex hoc, bellum esse & aduersitates ac symplegades, dum gentes cum gentibus committuntur, & singuli propriam voluntatem praefere nituntur, & vicinorum res ad seipsum trahere student, propter inexplebilem nostram in vita habendi cupiditatem. Sic etiam in hoc praedicto tempore, vbi vna religio Israelis, & scriptura secundum legem, dilapsa est ad alias gentes, Assyrios inquam, ex quibus Samaritae inhabitatores euaserunt, contigit etiam opinionem scindi, & deinceps processit error, & disseminata est dissensio, ab vno pio Dei cultu, ad multas adulterinas opiniones, prout vnicuique visum fuit, & se in scriptura exercitatum esse putauit, & docuit quisque iuxta propriam voluntatem. Samaritae, nona secta.

Samaritae igitur a diuina scriptura vsque ad haereses progrediuntur, post predictas Graecas haereses, sex propriis rationationibus per metis stupiditate hominibus inductas. Vniuersi itaque genus Samaritae vocabantur. Interpretari autem possis Samaritae custodes, propterea quod custodum locum in terra obrinebant, aut quod custodes erant constitutionis secundum legem Moysi. Appellabatur & mons vbi confederunt, Somororum, itemque Somer, ab antiquo quodam Somoro filio, Somer vltro sic nominato. Erat autem hic Somer filius vnus viri de genere Pherezaorum & sergesaorum, qui tunc habitabant terram, ex successione existentes filii Chanaam, qui terram hanc rapuit, quae nunc Iudea aut Samaria appellatur, quum esset filiorum sem, & non ipsorum propria: propterea quod ipse Chanaam fuerit filius Cham, patris ipsius sem. Atque hoc modo contigit vt ex diuersis causis Samaritae sint appellati, ex Somer, ex Somoro, ex custodia terrae, ex custodia doctrinae legis. Differunt hi a Iudaeis, primum quod non data est ipsis prophetarum post Mosem scriptura, sed solum quinque libri Moysi dati semini Israel, in exitu profectiois ab Aegypto. Genesis videlicet, & Exitus, & Leuiticus, & Numeri, & deuteronomium, Appellatur autem in Hebraealingua sic Brestith, Vellestmoth, Vatica, Vaieda-

Mosis libri quinque quid contineant

Resurrectionis mortuorum probationes ex Mose

Mortuus non esse ab omnibus

Articuli regnorum vis

ber, Ellehadbarim. Et disseminatum quidem est in his quinque libris resurrectionis mortuorum signum non tamen clarè prædicatum est, & dispersum est in ipsis, de vniuerso filio Dei, & de sancto Spiritu, & contra simulachra. Verum clarior in ipsis monarchia introducitur, in monarchia vero spiritualiter Trinitas annunciat. Porro hi accepta lege, studium habuerunt deponendi idololatrias, & agnoscendi vnum Deum. Quibusdam vero non fuit studium exactius cognoscendi. Verum errarunt tales, & non clarè totam fidem patrem, & vitæ nostræ sinceritatem comprehenderunt, & mortuorum quidem resurrectionem ignorant, ac non credunt. Spiritum autem sanctum non admittunt, nam & ipsum ignorant. Et hæc hæresis reprobans quidem mortuorum resurrectionem, depellens autem idololatriam in ipsa vero per ignorantiam simulachra colēs reperitur, propterea quod abscōdita sunt simulachra quatuor genitum, in monte apud Garizin per calumniam vocato. Nam si quis exactè de monte Garizin perscrutari velit, huic sciendum est quod ad Hierichuntē siti sunt duo montes, tum Garizin, tum Gebal trans Iordanem, ad orientē Hierichuntis, velut habet Deuteronomium, & Iesū Naue liber. Itaque simulachra colunt ignari, ex eo quod vndiqueque intēti sunt ad montē, dum orent videlicet quia sanctificatus est. Impossibile est enim scripturā mēiti, quæ dicit, Perseuerarunt facere legē, & adorare sua simulachra vsque in hodiernum diē: velut in quarto libro Regnorum habetur. Cōvincitur autē ipsi vndiqueque de resurrectione mortuorum, primum ex Abel, quod post mortē sanguis eius Dominum alloquitur. Sanguis autē non anima est, sed in sanguine anima est, & non dixit anima clamat ad me, ostēdens quod est spes resurrectionis corporum. Sed & Enoch trāsatus est, vt non videret mortē, & non reperiebatur. Sed & Sarra post mortificationē vteri eius, & post siccitatem cōsuetum fōtē, rursus viuificatur ad feminis deiectionē, & animum filium concipit, ac parit iuxta pmissionē, ob spē resurrectionis. Quin & Iacob propriorū ossū curā gerēs, velut de non pereuntib⁹ præcepit. Et non hic solum, sed etiā Ioseph eadē consequētia præcipiens resurrectionis speciem ostendit. Sed & virga Aaron germinauit quum siccā esset, & fructum produxit in spem vitæ mortua corpora nostra resurrectura esse significans, ad resurrectionem vero tendens. Sed & Mosis virga similiter lignea, iuxta voluntatem Dei animabatur, & serpens siens resurrectionem indicabat. Præterea Moses benedicens Rubin dicit, Quæro Rubin, et ne moriatur: quum olim vita defunctus esset, vt vitam post mortem esse ostenderet, iudicium autem secundæ mortis in condemnationem. Quapropter duas benedictiones ipsi contulit, Quæro dicens, in resurrectione, & ne moriatur, in iudicio: non mortem quæ per corporis discessum contingit dicens, sed eam quæ contingit per condemnationem. Sufficiens itaque hæc aduersus hos. Habent autem & alias quasdam dementiæ consuetudines antiquas. Quod videlicet vna se proluunt, vbi ab externis venerint polluti nimirum. Et quod in aquam se vnā cum vestibus immergunt, vbi contigerint alium ex alia gente. Iniquationem enim putant, aliquem attingere, aut alium quendam hominem alterius dogmatis tangere. Multa enim horum dementia. Quomodo vero statim ipsorum amenia deprehendatur, adhibentem ô admiranda, & scies. Mortuum equidem statim abominantur, quum ipsi mortui sint operibus. Testantur enim non vnum testimonium, sed multa, mortuum non esse abominabilem, sed quod per anigmata lex hoc dixit. Non enim duo aut tria testimonia ad hoc nobis suffragantur, sed myriades numero sexaginta duæ, hoc est sexcenta vicena milia, in deserto, & aliæ totidem, & ultra. Et adhuc multo plures, quæ loculo ipsius Ioseph testimonium præbent, qui per annos quadraginta in toto castrorum ordine gestabat, et neque abominationem pariebat, neque inquinabat. Dixit autem vera Lex ipsa, Quod si quis contigerit mortuum, manebit impurus vsque ad vespem, & lauabitur aqua, et purificabitur. Insinuat autem hoc ad dominum nostrum Iesum Christi mortificationem, secundum passionem ipsius in carne. Ex articulo enim discretionem nominis significat. Vbi enim articulus additus est in vno aliquo determinato ac manifestissimo, omnino confirmatio propter articulum contingit. Citra articulum vero de vno quocunque tandem in definitè accipiendū est, velut verbi causa, si dixerimus *Basilis*, id est rex, non meū quidem significauim⁹, sed non clarè eum qui determinatur ostendimus. Regem enim dicimus & Persarum, & Medorum, & Elamitarum. Si vero dixerimus, addito articulo *Basilis* minimè ambiguum est significatum. Nam rex de quo quæritur, aut de quo dicitur, aut qui cognoscitur, aut alicuius imperium habens, per articulum indicatur. Et, si dixerimus *Theos*, id est Deus, sine articulo, quemlibet deum gentium diximus, non Deum verum. Si autē dixerimus *o Theos*, palam est quod ab articulo, verum significamus, qui est & cognoscitur. Sic etiam quum dixerimus, *Antropos*, id est homo, & *o Antropos*, Et siquidem dixisset Lex, si contigeritis *Neerō*, id est mortuum, de omnibus suffragium latum fuisset, & simpliciter omni mortuo quæsitū dicitio incumberet. Quum vero dicit, Si quis contigerit *o Neerō*, ad vnum quendam ferr ductum: dico autem Dominum, velut supra à me declaratum est. Dixit autem hoc lex per enigmatis insinuationem propter eos qui iniecturi erant manus in Christum, & cruci tradituri: quoniam opus habebant hi purificatione, donec occideret ipsi dies, & exoriretur, ipsis alia lux, per baptismum aquæ lauacri regenerationis. Velut etiam suffragatur mihi hic Petrus, dicens: Israelitis in Hierosolymis, qui dicebant ad ipsum. Quid faciemus? propterea quod ipse dixerat ad illos: Hunc Iesum quem vos crucifixistis, & punctis corde, dixit: Penitentiam agite, & baptizetur vnusquisque in nomine Iesu Christi Domini nostri, & remittentur vobis peccata. & accipietis donum sancti spiritus. Itaque non de mortuo dicit lex. Si vero etiam de mortuo, de alio determinatio lex dicit, velut alibi ipsa interpretatur. Dicit enim: Si præterierit mortuus, claudite fores ac fenestras vestras, vt ne inquinetur domus, velut dixit de auditu peccati: Si audieritis vocem peccati, aut speciem delicti videris, claude oculos tuos a concupiscentia, & os a vanitate verborū, & aurū a sono prauo, vt ne mortificetur tota domus, hoc est anima & corpus. Quapropter etiam propheta dixit, Si ascenderit mors per

per fenestras: & non penitus de his fenestris dicit, alioqui occlusis fenestris, nunquam moretemur, fenestras vero sunt nobis corporis sensus, visus, auditus, & alii per quos mors in nos ingreditur, si per ipsos peccauerimus. Sepeliuit igitur Ioseph ipsum Istacl, & non abominatus est, & post mortem prolapsus in faciem, ipsum osculatus est, & non scriptum est quod lauit, vt purificaretur. Sepeliuerunt angeli velut traditio quæ ad nos deuenit, habet, corpus Mosis sancti, & non lauerūt: imò neque inquinati sunt angeli à sancto corpore. At vero rursus timeo, ne in finem extendam quæstionis solutionem. Ab vno autem & altero sermone dabitur sapienti, vt discat de Domino iuxta rationem per contrarium. Si vero etiam de spiritu sancto dabitur mihi breuiter dicere, non vtique distulero. Palam itaque statim Dominus dicit ad Moysen: Adduc mihi in montem septuaginta seniores, & accipiam de spiritu qui in te est, & confundam super ipsos, & defendet te. De filio autem, quomodo cognoscamus, pater dicit: Faciamus hominem secundum imaginem nostram ac similitudinem. Faciamus autem, non est vnus significatiuū, & pluit Dominus super Sodoma & Gomorra, ignem & sulphur à Domino de celo. Cæterum de prophetis, quoniam prius dati erant ipsis quinque libri Mosis, non amplius iuxta alias scripturas processerunt, sed solum iuxta quinque libros Mosis, & non iuxta reliquos deinceps sequentes. Et si quis etiam nunc ipsis dicat de aliis, de David videlicet & Esaiæ, & sequentibus, non suscipiunt, sed immorantur traditio ni à propriis ipsorum patribus inuētæ. Atque huc vsque dictum sit à me de Samaritis, breui quidē sermone, propter metum quem proficio, ne latius promissum opus extendam.

Contra Essenos, primam Samaritarum sectam, & ex ordine X.

IN quatuor hæreses Samaritæ sectæ sunt, verum æqualiter inter se sentiunt, de circumcissione & sabbato, & de aliis quæ sunt in lege. In exigua & omnino aliqua re, singulæ hæ præcipuè tres sectæ inter se differunt, exceptis solis Dositheis. Permanserunt enim Essenii in prima institutione, nulla extensione facta, post hos Gortheni, discesserunt paululum ab aliis, quoniam contradictio quædam in medio ipsorum exorta est, inter Sebuæos inquam, & Essenos, ac Gorthenos. Habet autem contradictio hoc modo: Lex præcipiebat Iudæos vndiqueque congregari in Hierosolyma sæpe, & præsertim tribus anni temporibus, in festo Azymorum, in Pentecoste, & in celebrare fixorum tentorium, Scenopegia appellata. Habitabant autem Iudæi sparsim in finibus Iudææ & Samaritæ. Oportebatque ipsos per Samaritidas regiones iter facere, dum peterent Hierosolyma. Quum igitur quodam tempore conuenissent, congregationem habentes ad celebrandam festiuitatem, symplegades ac aduersitates hinc exortæ sunt. Sed & quando ædificabat EIdras Hierosalem, post reditum ex Babylone, cupiuerunt Samaritæ conferre auxilium Iudæis, ac simul ædificare, & prohibiti sunt ab ipso EIdra ac Neemia.

Contra Sebuæos, secundam Samaritarum hæresim, & ex ordine XI.

ET tunc Sebuæi ex ira ac indignatione transposuerunt tempora prædictarum festiuitatum, primum quidem ob iram EIdræ, deinde propter relata causam, quæ ad pugnam ipsos prouocabat per prætereuntes. Locant autem hi nouum mensē Azymorum, post nouum annum, qui fit in autumno, hoc est post mensē Therfi, qui Augustus apud Romanos appellatur, Mesori apud Aegyptios, Gorpiaus apud Macedones, Apellæus apud Græcos. Hinc hi anni principium ducunt, & statim azyma perficiūt. In autumno vero Pentecostem faciunt. Scenopegiā autem tunc celebrāt, quū Iudæi Azima & Pascha.

Contra Gorthenos, tertiam hæresim Samaritarum, & ex ordine XII.

NEC verò sequuti sunt Sebuæos alii, verum Essenii quidem vicini ipsis, eadem quæ illi faciunt. Gortheni vero & Dosithei contentionem aduersus Sebuæos habent. Et celebrant ipsi festiuitates, Gortheni inquam & Dosithei, quum Iudæi celebrant & Azima & Pascha, & Pentecostem, & Scenopegiā & ieiunium apud ipsos receptum vnus diei. Alii vero non sic faciunt, sed peculiariter cum Essenis, velut diximus.

Contra Dositheos, quartam hæresim Samaritarum, & ex ordine XIII.

Dosithei verò ab his differunt multis modis. Resurrectionem enim confitentur, & politia apud ipsos sunt, ab animatis abstinent. Sed & quidam ex ipsis continent se à nuptiis, postquam in nuptiis vixerunt. Alii etiam virginitatem seruant. Eodem modo etiam circumcissionem & sabbatum habent, & quod non attingunt aliquem, eò quod omnem hominem abominantur: fama tradit ipsos etiam seruare ieiunia, & exerceri. Verum causa cur hæc senserit ac docuerit Dositheus, hæc est. Hic à Iudæis originem ducens, Samaritarum gentibus permixtus est: & quum in doctrina legis processisset, & in expositionibus apud ipsos primas venatus esset, & ipsas assequutus non esset, & in nulla existimatione apud Iudæos haberetur, declinauit ad Samariticum genus, & hanc sectam produxit. Et quū postea ob propriam sapientiæ excellentiam in speluncam secessisset, inaniterque ac simulata religione, in ieiunio persistisset, ita mortuus est, velut fama refert, ob inopiam panis & aquæ, ex voluntario nimirum proposito. Post dies autem aliquot, tradunt quosdam venisse ad ipsum visitandum, & reperisse corpus fœtidum, ita vt vermes ex ipso proreptarent, & nubes muscarum circa ipsum congregata esset. Atque hæc quidem sunt differentia cognitionis prædictarum quatuor sectarum, quantum de his ad nos peruenit. Quæ sane subuertuntur per ea quæ contra ipsas dicta sunt. Redeo autem rursus ad inductiones iuxta tempore successionem factas, quo & pecora erroris congregem, & contradictionem aduersus ipsa producam, in eo quod noxia ipsorum in situata reuelam, & per sermonis compendium eiuculationem veneni malorū ac perniciosorum reptilium redarguam.

Contra Sadduceos, primam Iudæismi hæresim, & ex ordine XIV.

POSThas relatas Samaritarū, & superius Græcorū indicatas sectas, septē fuerūt hæreses apud Iudæos, ante Christi in carnem aduētū, in Iudæa ac Hierosolymis, prima Sadducæi, qui fuerūt auulsio à prædicto Dositheo. Cognominant autem hi se ipsos Sadducæos, nimirū à iusticia cognomine proficiscēte. Sede

Fenestra mortis.

Filii vniuersi, & Spiritus sancti notiones ex Mose.

Messu ap pellatio - nes diuer se.

Dosithei historia:

Sedec enim significat iusticiam. Fuit & olim sacerdos quidam, nomine Saduc. Verum nō perseverauerunt hi in præceptoris sui doctrina. Reprobant enim hi mortuorum resurrectionem, eadem cum Samaritis sentientes. Non assunt autem angelos, quos Samaritæ non reprobant. Spiritum vero sanctū ignorant, non enim sunt hoc digni facti, omnia æqualiter cum Samaritis obseruant: non erant tamē hi Samaritæ, sed Iudæi. In Hierosolymis enim sacrificabant. In reliquis vero omnibus cum Iudæis cōspirabant. Subuertuntur porro etiā hi à fide digna Domini voce, quam ipsi contra seipfos attraxerunt, per questionis solationem, quando accesserunt ipsum dicentes, An possit esse mortuorum resurrectio: & quod septem fuerunt fratres, & primus vxorem duxit, & sine liberis decessit, & secundus accepit ipsam, quum Moses iubeat in vxorem accipere, vxorem fratris sine liberis defuncti, & adduci ipsam fratri, ad excitandum semen defuncti. Accepit igitur hanc, inquit, primus & secundus, & mortui sunt, similiter etiam reliqui omnes septem: in resurrectione ergo mortuorum, cuius erit hæc vxor? quandoquidem septem habuerunt ipsam. Dominus autem dixit: Erratis, ignari scripturarum, & virtutis Dei. In resurrectione enim mortuorum, neque vxores ducunt, neque nubant, sed similes angelis sunt. Quod autem resurgent mortui, Moses vos docet, velut Deus ipsi vaticinatus est, dicens: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, Deus viuentium, & nō mortuorum. Et obturauit os ipsorum, sunt enim hi capti faciles, & non potentes resistere ex vna quidem hora aduersus veritatem.

Contra Scribas, secundum Iudæismi hæresim, & ex ordine XV.

Post hos Sadducæos, Scribæ fuerunt per medium temporis, aut etiā cum ipsis ætatem degerunt. Qui sanè expositores legis fuerunt, velut grāmaticā quādam scientiā exponentes, reliqua quidem velut Iudæi facientes, verum superfluā quādam sophisticā expositionem inducentes: nō solum secundum legem viuentes, sed etiam abundantius vxorum demerfiones ac purificationes seruantes, poculorum item ac patinarum, & aliorum ministerii vasorum, tanquam videlicet ad sinceritatem ac sanctitatem dispositi, crebro manus lauantes, crebro item purificationes quasdam per aquas, & lauacra, detergētes. Habebāt autem simbrias quasdam significatiuas politię ipsorum, ad ostentationem elationis, & laudem spectantium, & phylacteria apud seipfos pallis addebant, hoc est latas notas purpuræ. Possit autē aliquis putare, quandoquidem etiam in Euangelio hæc vox habetur, de emuletis sermonem fieri. Nam & amuleta aliqui phylacteria nominare solent, Verum sermo in totum nihil de his habet, sed quoniam stolas, siue pallia, tales inducebant, & dalmaticas siue amacula, ex latis notis siue signis purpuræ paratas ac prætextas. Notas autem purpuræ, phylacteria transnominare solent hi qui exacte loqui volunt. Quæ de causa etiam Dominus phylacteria secundum illos dixit. Indicat autem & consequentiā appellationis phrasim, & simbrias palliorū: ut simbrias dicat oras ac margines, phylacteria vero signa ac notas ipsius purpuræ. Dicit enim, Dilatis phylacteria, & simbrias palliorum vestrorum magnificentis. Nam simbrias ac prætextas quosdam in quatuor alis amiculi vnusquisque habebat, ex ipso stamine illigatos, quo tempore continenter agebant, aut virginitatem exercebant. Singuli enim determinatum castitatis, aut continentię tempus habebant, & hæc ipsorum exemplaria erant, ad declarandum hominibus suam profectiōnem, vt nemo contingeret scilicet sanctificatos. Expositiones autē, siue repetitiones apud ipsos quatuor erant: vna in nomen Moysi prophete: secunda in præceptorem ipsorum, Aciban appellatum, siue Baracibam: tertia in Andan, siue Annam, qui & Idas, quarta in filios Assamonæi. Ex his quatuor repetitionibus, siue expositionibus sunt quæ apud ipsos recepta sunt sapientiæ opinione. Pleraque vero insipientię nomine laetantur ac celebrantur: quædam etiam loco electæ doctrinæ prædicantur ac diuulgantur.

Contra Phariseos, tertiam Iudæismi sectam, & ex ordine XVI.

His duabus sectis cōsequenter annexa est pharisæorū hæresis, qui eadē cū his sentiebāt, scribis inquā, quos interpretaris legis doctores, conuertebantur enim cū ipsis etiā legisperiti. Verū pharisæi alia etiā præter hos sentiebāt, ac maiores politias habebāt. Quidā enim ipsorū quī se exercebāt, præscribebāt decemū, aut octemū, aut quadrienū, virginitatis siue continentię. Et frequētius orātes, crebrius certamē hoc aggrediebātur, vt ne videlicet corporale quid ipsis accideret, aut clādestinē per somnia tristis corporis defluxio cōtingeret. Et alii ex ipsis asserēs sibi ipsis parabāt doctrinā tantū latitudine, & in has se ad vesperā locabāt, vt si quis dormisset, in paup̄m decideret, & rursus excitaretur ad orationē, per hoc quod vigilatē vitā haberet, quātū eius fieri possit. Alii lapillos ex aquis collectos sibi ipsis subternebāt, vt dū his pūgerētur, nō in profundū somnū deferrerēt, sed vigilatiā sibi ipsi parare cogenterent. Alii spinas prostrato habebāt, ob eandē causam. Ieiunabant autē bis in sabbato, secūda & quinta die. Decimabant decimationes, dabant primitias, trigemas & quinquagesimas. Sacrificia ac vota exactissime exolvebant. In prædicto vero scribarum habitu progrediebantur, per amacula & alios ornatus, ac muliebria pallia, in latis crepidis & calceamentorum sigulis procedētes. Dicebantur autē pharisæi, eo quod separati essent ab aliis, propter spontaneam suam religionem apud ipsos receptam. Plures enim Hebraica lingua separationē significat. Cōstebantur autē hi resurrectionē mortuorum, credebantque angelos & spiritum. Ignorauerunt autē filium Dei, velut etiam alii. Sed & fatum, & Astronomiā apud ipsos valde in vsu erat. Statim itaque Græca nomina ex erronea astronomia, in Hebraica lingua aliis nominibus apud ipsos transnominata sunt, velut sol Emacafemes, luna Iereccabalana, vnde & myni Græcis appellatur ierec enim myni, id est mensis dicitur, à quo luna illam apud Græcos appellationē habet. Mars, Choreb, Ocmol, Mercurius, Choreb, Ockmod. Iupiter, Choreb baak. Ven⁹, Serua, siue Lued. Saturnus, Choreb, Sabeth. Appellatur & aliis apud ipsos nominibus, non potui autem exactē horum cōgnomē exponere. Sed & nomina apud erroneos illos inaniter in elementorū numerū recepta, quæ anima lia vocāt, et per quæ sceleratē mūdū impietate perduxerūt, ea rur⁹ Hebraicē sic appellāt, T elaa, Sor, Thomim

Phylacteriorum significationum Dalmaticæ.

Expositio quatuor apud scribas.

Pharisæorum appellatio vnde sit.

Planetarum nomina apud Hebræos.

mim, Saratan, Arti, Bethula, Momazani, Acrab, Cefet, Gadi, Dadli, Deggim. Hæc sanè nomina pharisæi Græcorum vanitatem sequenti transnominauerūt, ita vt arctem apud illos appellatum, T elaa nominant, taurum, Sor, geminos, Thomim, cancrum, Saram, leonem, Arti, virginem, Bethula, libram, Momazani, scorpionum, Acrab, sagittarium, Cefet, capricornum, Gadi, Aquariū, Dadli, pisces, Deggim. Porro hæc non ad turbandos lectores à me dicta sunt, neque vt vilitatem doctrinæ eorum qui inconstantem & insanam astronomiā stoliditatem mundo inuexerunt, confirmem. Dicitur enim à veritate, quod hæc inconstans est, & erronea. Dicta item sunt à nobis multa in aliis locis, ad subuertendos eos qui generationem & fatum esse putant, & præsertim in præmio huius operis summam nobis contra ipsos actum est. Verum vt ne quis putet nos per calumniam contra aliquos ferri, & non exquisitam ex traditionibus veritatem exponere, hæc à nobis nominatim relata sunt. Extrema autem ipsorum dementia, ac non vulgaris stultitia, quod quum resurrectionem confiteantur, & iudicium iustum decernāt, fatum esse dicunt. Quomodo enim potest iudicium esse, & fatum? ex duobus enim necessarium est alterum, aut si generatio est, non esse iudicium: propterea quod qui facit, non à seipso facit, sed secundū necessitatem domini ipsius fati, aut si iudicium est, & reuera minā nobis inrentatæ sunt, & leges iudicāt & qui malum fecerunt, penam dant, & legem iustā esse confitemur, & iudicium Dei verissimum: ocio sum esse fatum, & penitus nullam constitutionem habere, quādo propterea quod possit peccare, & nō peccare, ab alio peccatorum supplicia sumantur, alius vero laudē ferat rectē factorum, & in hoc vtriusque differentia determinata sit, vt etiam vna voce iusta, in compendiarie veritate, dicere liceat id quod per Elaiam prophetam ex persona Domini dictum est: Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedis. Si vero nolueritis, neque me audieritis, gladius denorabit, & consumer vos vnā os domini hæc locutum est. Quare omnibus manifestū est, clarūque, ac minimē ambigū, quod liberū arbitriū exhibuit nobis Deus, per seipsum loquutus, si volueritis, & nolueritis. Quare circa hominem est bona operari, aut malas res appetere. His itaque inelamanda sunt frequētius & multipliciter, & non per vnā vocē, sed sæpe, ea quæ à Saluatore nostro ad ipsos dicta sunt: Væ vobis scribæ, & pharisæi, ac hypocritæ, quia reliquistis grauiam legis, iudicium & misericordiā, & decimatis anethū, & menthā, & rutā, & purificatis externā poculi ac patinæ partē: interna vero plena est immundicia & intemperātia. Et putatis iustum esse iurare per id quod est super altare, ipsum vero altare apud vos iureiurādo solutum est. Et per cælū iurare, nihil esse dicitis: Si vero quis iurauerit per eū qui supra ipsum est, hoc iustum est apud vos. Nōne altare gestat id quod ipsum incūbit, & cælū thronus est eius qui super ipsum cōsiderat? Et vos dicitis, Si quis dixerit patri ac matri corbā, quod est, donū quodcunque ex me in tuū cedet cōmodum, & nō amplius honorabit patrem: & reprobatis mādātum Dei, per seniorum vestrorum traditionē. Et circumitis mare & aridā vt faciatis vnum prosclytum & accessorium: & quum factus fuerit, facitis ipsum filiū geænæ, duplo magis quā vos estis. Quid igitur præstātiis his sanctis verbis, cōtra illos quis apponere possit? Imō arbitror etiā ipsos saluatoris nostri vocibus & veris verbis cōtectos esse, ad quæ ne breuissimo quidē momento oculari obuertere potuerūt.

Contra Hemerobaptistas, quartam Iudæismi sectam, & ex ordine xvii.

Ad has porro consequitur hæresis Hemerobaptistarum appellata, nihil quidem ab aliis euariās, sed eadem cum scribis ac pharisæis sentiens, noui tamen solum adæquata Sadducæis in mortuorum resurrectione, sed etiam in incredulitate, & aliis. Hoc autem præcipuum hæc secta habet, quod & in vere & autumno, in hyemēque & æstate semper quotidie baptizatur, vnde & cognomen hemerobaptistarū accepit. Denit enim, aliter non posse hominem viuere, si non quis singulis diebus in aqua mergeretur, ita vt abluatur ac sanctificetur ab omni culpa. Carerum & aduersus hanc ipsam ex vno dicto nobis subuersio continget. Quoniam incredulitatis apud ipsos magis quā fidei ratio habetur. Redarguit enim ipsos conscientia ipsorum, dum quotidie baptizantur, tanquam spes hesternæ diei apud ipsos mortua sit, fidēque ac sanctificatio. Si enim per vnum baptismum procederent, considerent profectō huic, velut viuenti & immortalī in æternum. Quando vero hodie quidem lauantur, non corporum ablutionis gratia, sed propter peccata: cras vero rursus lauantur, pronunciat præteritum heri baptismum mortuum esse. Si enim non pridianum mortuum esset, postera die non alio opus habuissent ad purificationem peccatorum. Et si omnino non abstinēt à peccando, putantes quod purgabit assidua singulis diebus peccantes, vana est ipsorum opinio, & vanum ac friuolum est eorum studium. Neque enim oceanus, neque omnia fluenta, ac maria, fluuiūque perpetui, ac fontes, vniuersaque imbriperā natura in vnum congressa, peccata delere potest: quando quidem non iuxta rationem: neque ex præcepto Dei fit. Penitentia enim purificat, & vnum baptismum per mysteriorum nominationem. Præteribo autem & hanc sectam, quum ipsorum insanæ remedium sufficere me ostendisse putem, quantum sanè hic legentibus propositum est.

Contra Nazaræos, quintam Iudæismi hæresim, & ex ordine xviii.

Consequenter vero aggrediar ea quæ sunt in secta quæ Hemerobaptistis successit, & Nazaræorum appellatur. Qui sanè Iudæi sunt genere, à Galaatide & Basaniti de regione, & locis ultra Iordanem originem trahentes, velut fama ad nos delata tradit. Ex ipso vero Israel est hæc secta: in omnibusque iudæis, nihil vterius ferē supra relatas sentiens. Circumcisionem enim similiter habebat, sabbatum idem seruabat, festiuitatibus iisdem addicta erat. Non tamen fatum introducebat, neque astronomiam. Et patres quidem suscipiebat, qui in quinque libris Moysi habentur, vsque ad Moysen, qui in diuino cultu recte præfesto clari fuerunt: dico autem Adam, & Seth, & Enoch, & Mathusala, & Noe, & Abraam, Isaac, Iacob, Leui, & Iesum Naue. Ipsos autem quinque libros Moysi non assuuebat, sed confitebatur quidem Moysen, & quod legem accepisset, credebatur: non autem hanc, inquit, sed aliam. Vnde omnia quidem Iudæorum seruant, quum sint Iudæi. Victimam autem non macabant, neque

Astrologia dānata. Fatū, siue generatiōnem, aut natiuitatē non esse.

Liberum arbitrium.

neque animatis fruebantur, sed nephas erat apud ipsos carnis vesci, aut ipsas sacrificare. Dicebant enim fictos esse hos libros, & nihil horum à patribus factum esse. Hæc erat Nasaraorum differentia ad altos, ut etiam confutatio ipsorum non in vno loco, sed in multis manifesta sit, primum quidem quod confitentur patres, & patriarchas, ac Mosem. Quum enim alia Scriptura de his non dicat, vnde contigit ipsis cognitio nominum ac recte factorum ipsorum patrum, si non ex ipsis Pentateuchi scriptis? Et quomodo possibile est in eodem verum & falsum esse? & Scripturam in parte vera dicere, in parte falsa referre? quum Saluator noster dicat, Aut facite arborem bonam, & fructus bonos, aut arborem vitiosam, & fructus vitiosos. Nō potest enim arbor bona fructum vitiosum facere, neque arbor vitiosa fructus bonos producere. Vana igitur est ipsorum sententia & expositio, ut quæ à multis subuertatur, vrpote quæ non solum quæ in scripturis sunt, decantentur, sed etiam ipsi loci miraculorum editorum restet, primū ubi arietem Abraam obrulit Deo, mons Sion vsque in hunc diem appellatus, sed & ubi quercus Mabræ ubi angelis vitulus oppositus est. Er ubi Abraam angelis apposuit paratas carnes, non relinquens ipse earum participationem. Quin & ouicula in Aegyptiorū regione mactata, adhuc apud Aegyptios traditio celebratur etiam apud idololatrias. In tempore enim quando pascha illic fiebat, est autē tunc principium veris, quum primum sit equinoctium, omnes Aegyptii rubricam accipiunt per ignorationem, & illinunt oves, illinunt arbores, sicut ac reliquas, prædicantes ac dicentes, quod ignis in hac die combussit aliquando orbem terrarum, figura autem sanguinis ignicolor, remedium auxiliare est talis ac tantæ plagæ. Quomodo vero nō possumus ostendere de consequentia, quum adhuc hodie reliquæ arcæ Noe ostendantur in Cardienſium regione: Er si quis omnino quæſierit, reperiet etiam reliquias altaris. Nam consequens est ipsum illas reperiturum esse in ima montis parte, ubi mansit Noe, egressus ab arca, & ubi obrulisset de animalibus mundis & adipibus Domino Deo, quando audiuit sibi dici, Ecce dedi tibi omnia velut olera fœni, macta & comede. Præteribo autem rursus ad hanc inducitiam ac stolidam hæresim, relatis illis modicis verbis contentus, quæ à nostra tenuitate sunt dispersa hoc loco, in oppositionem erroris prædictæ sectæ. *Contra offenos, sextam Iudaismi hæresim, & ex ordine XI X.*

Post hanc rursus alia quedam hæresis est illis implicata, & Offensorum appellata. Iudæi autem sunt hi, velut etiam prædicti, moribus hypocritæ, mentis industria verituti. Originem vero ducunt, velut traditio ad nos delata habet, à Nabatica regione & Ituræa, Moabiti dæque, & Arcilitide, quæ est ultra Vallem salſam, ita in diuina scriptura appellata superincubente regione. Est autem illa, mare mortuum vocatum. Hoc autē Offensorum genus, si quis nomen interpretetur, forte genus appellatur. Coniunctus est his postea Elxai appellatus, in temporibus Traiani regis, post Saluatoris nostri aduentum, qui fuit pseudopropheta. Conſcripsit autem hic librum secundum prophetiā videlicet, aut velut secundum diuinitus inspiratā sapientiā. Tradunt etiā de alio quodā lexico huius fratris fuit autem hic homo erroneus moribus, fraudulentiæ mētis, à Iudæis oriundus, & cum Iudæis sentiens, non autem secundum legē cōuerſans, verūm alia pro aliis obiter introducens, & propriā suā hæresim seducens. Salem, & aquā, & terrā, & panem, & cælum, & æthera, & ventum, iustitiam ipsi in diuinum cultum præſcriuit, ac tradidit. Aliquādo vero rursus alios septem testes præscripsit, Cælum in quā, & aquā, & spiritus, & sanctos (velut ait) angelos orationis, & oleum, & sal, & terrā. A duerſatur autem virginitati, & odio habet continentiam, & cogit ad nuptias. Imaginaria vero quædā velut ex reuelatione introducit, hypocritas autem docet, dicens non esse peccatum, etiā si simulachra ipsos adorare contingat, perſequentis tempore in stāte, si solum in conscientia non adorent, & si quid etiā confiteatur ore, non autem in corde. Atque huius rei testem adducere fraudulentiū ille impostor non erubescit, Phinees sacerdotem quendam de genere Leui & Aaron, & prisci Phinees, qui in Babylone tempore captiuitatis adorauerit Dianam, & in Susis effugerit perniciem mortis corā Dario rege. Quare omnia ipsius falsa sunt & vana. Hic igitur sursum coniunctus est prædictæ sectæ. Offensorum appellare, cuius reliquæ in hunc diem restat in eadem Nabatide terra, & ultra ad Moabitidem, quod genus nunc Sempſenſium appellatur. Imaginatur autē hunc vocari virtutem obuelatā, propterea quod el appelletur virtus, xai vero obuelatum & occultum. Vniuersa vero huius professionis elatio refutata est, & in magnā confusionem incidit apud eos qui veritatem considerare, ac exactē cognoscere possunt, Nā à temporibus Conſtāti, & eorum qui nunc sunt reges, vsque huc palā redarguuntur. Ad Conſtātiū enim vsque ex genere ipsius Marthus scēmina quædā & Marthana eius soror, in ipsorum regione pro diis adorabatur, quoniā ex semine prædicti Elxai erant. Mortua est autē Marthus ætate paucos annos, Marthana vero huculque fuit. Quarū etiā sputa, & reliquias corporis sordes auferebāt erronei illi hæretici, in illa regione, in auxilium videlicet morborum: nihil tam efficebant. Verūm error sepe pertinax est, & ad fraudē præoptus. Cæca enim est malitia, & error stolidus est. Et quandiu tēpus tero de præſtigiatore hoc loquēs, & de his quæ contra veritatē mentitus est, primum quidem docens abnegationem Dei, iuxta simulationem detestandorum idololatriæ sacrificiorum participem fieri debere iubens. Deinde decipiens audientes, abnegare iubens propriam fidem ore & non habere peccatum asserens. Quare incurabilis est ipsorum morbus, & curationem non admittēs. Si enim os quod confitetur veritatem, præparatur ad mendacium, quis crediderit cor ipsis non esse fraudulentiū? Quando diuina scriptura palam pronuncians in spiritu sancto docet. Corde creditur ad iustitiam, ore vero confessio ad salutem. Sed & rursus Christum nomine confitetur, dum dicit, Christus magnus ille rex: non tamen omnino ex dolosa & adulterata tractatione nugacissimi libri eius comprehendit, an de Domino nostro Iesu Christo narrauit. Neque enim hoc determinat, verum Christum simpliciter dicit, velut alium quendam significans, aut expectans, prout nos ex his deprehendimus, prohibet enim orare ad orientes, asserens non oportere sic intendere, verum faciem

Vallis salſa.
Mortuum mare.
Elxai
pseudopropheta.

Marthus
& Marthana.

ciem ad Hierosolyma conuerrere ex omnibus partibus, ita ut hi qui in orientibus sunt, in occasum Hierosolymis intendant: qui verò in occidente, in orientem iisdem, qui in meridie, in septentrionem: qui in septentrione, in meridiem, ut vndiquaque facies ex opposito Hierosolymis intenta sit. Er vide mihi impostoris insaniam. Detestatur sacrificia & victimas velut à Deo alienas, & neque omnino Deo à patribus ac lege vnquam oblatas, & dicit illic oportere orare in Hierusalem, ubi erat altare & sacrificia, neque carnis esum apud Iudæos, & alia, & altare, & ignem velut à Deo alienum. Aquam verò esse idoneam, ignem autem alienum esse asserit per hæc verba: Filii procedite non ad speciem ignis, quia erratis. Error enim est hæc res, vides enim (inquit) ipsum proximè, & est procul, ne procedite ad speciem ipsius, verum ite magis ad vocem aquæ, & multa sunt ipsius fabulamenta. Deinde describit Christum esse quendam virtutem, cuius etiam mensuras significat, viginti quatuor scēnorum in longitudinem, hoc est miliariorum nonaginta sex: latitudinem vero scēnorum sex, id est miliariorum viginti quatuor, & crassitudinem similiter ementur, & pedes ac reliqua fabulamenta. Esse autem & sanctum Spiritum, & ipsum scēminei sexus, similem Christo instar statuæ super nubes, & in medio duorum montium stantem. Er reliqua silentio præteribo, ut ne legentium aures ad fabulas concitem. Quibus porro verbis & inanibus vocibus postea in ipso libro decipit, quum dicit: Nemo quærat interpretationem, sed solum in oratione hæc dicat. Er hæc ipsa nimirum ex Hebraica lingua translulit, velut ex parte deprehendimus, quum nihil sint ea quæ ipse imaginatur, lubet enim dicere, Abar anid moib nochile daasim ani daasim nochile moib anid abar selan, quæ si interpreteris, hanc sententiam exhibent: Prætereat humilitas ex patribus meis, condemnationis ipsorum, & conculcationis ipsorum, & laboris ipsorum, conculcatione in condemnatione per patres meos, ab humilitate præterita in apostolatū perfectionis. In ipso autē omnia hæc implentur. Euacuata est enim ipsius virtus & error. Si vero de verbo ad verbum iuxta tenuitatem vocum ipsarum, quis audire velit interpretamentum, etiam hoc ipsum facere non cūctabimur, sed pro officio per omnia in gratiā eorum qui audire volunt, ipsa illius verba, ipsorumque interpretationem palam apponam, & habet res ita: Abar, prætereat, anid, humilitas, moib, ex patribus meis, nochile, cōdemnationis ipsorum daasim, & conculcationis ipsorum, ani, & laboris ipsorum, daasim, cōculcatione nochile, in condemnatione moib, per patres meos, anid, ab humilitate, abar, præterita, selan, in apostolatū perfectionis. Hæc itaque hæresis supra relata Offensorum, degit quidem Iudæorum politiā, secundum sabbati celebrationem & circumcisionem, & quod facit omnia quæ in lege sunt. Solum autem reprobatur libris similiter ut Nasaraei: sectam vero facit hæc, quum diuersitatē habeat ab aliis sex Iudæorum sectis. Proinde sufficit ad huius euersionem, quod aliena est à Deo: quum Dominus manifestè dixerit, quod sacerdotes in templo prophanant sabbatum. Hæc autem sabbati prophanatio, quid aliud est, quæ quod nullus operabatur aliquid operis in sabbato, sacerdotes autem in templo sacrificium perficientes, sabbatum solvebant, prophanantes illud per assiduum animalium cædem, præteribo ad hanc hæresim. Hic enim Elxai cōiunctus est rursus Ebionæis, qui post Christum fuerunt, imò etiam Nazoræis, qui postea vixerunt, & vsq sunt ipso quatuor hæreses, quoniā delectantur ipsius errore. Ebionæi, & post ipsum Nazoræi, Offensio, qui ante ipsum, & cum ipso vixerunt, & Nasaraei supra à me indicati. Hæc vero hæresis ex numero est septem illarum quæ fuerunt Hierosolymis, & quæ illic manserunt vsque ad aduentum Christi: & post Christi in carnem aduentum, vsque ad deuastationem quæ facta est à Tito rege, fratre Domitiani, filio vero Vespasiani regis, post expugnationem vero Hierosolymorum permansit tum hæc, tum alia, modico tēpore, quæ videlicet hæreses appellantur, Sadducæorum inquam, & Scribarū, Phariseorum, Hæmerobaptistarum, Nasaraorū, Offensorū, & Herodianorū: donec singulæ pro occasione & tēpore dissipatæ ac solutæ sunt. Sufficiens est autē, ut ex ipsa illorū insaniam & verborum iactatione, lethalis illius veneni remediū habeamus, & omnia nobis ipsis prudenter præparemus, ad impurā ipsorum doctrinam ac loquelā destruendā, maxime quū Dominus statim dicat, tū in lege, tum in Euāgelio, Non erunt tibi Dei alii præter me. Non assumes nomē alicuius alterius ad iusurādū. Er, Nolite iurare neque per cælū, neque per terrā, neque aliud aliquid iusurādū, sed sit sermo vester est, est, & nō, nō, quod enī supra hæc est, ex maligno illo est. Ego vero de hoc Dominum vaticinatum esse arbitror, propterea quod futuri essent qui dictū essent, per alia nomina iusurādum præterdi oportere. Primū igitur non oportet iurare, neque per ipsum Dominū, neque aliud quod dā iusurādū. Nā maligni illius est iurare, malignus igitur est & qui in Elxai loquutus est, qui coegit nō solū per Deum iurare, sed etiā per salē & aquā, & per æthera ac vêtum, & per terrā atque cælum. Satis est autē velut in trāſitu, ut qui curari velit, duorum illum præceptorum antudoro, in oppositione erroris ipsius vtatur. Verum præterita huius nugacitate ac fraudulenta hæresis, deiceps septimæ hæresis cōfutationē faciā, quæ apud ipsos Iudæos tunc recepta fuit: & est hæc.

Contra Herodianos, septimam Iudaismi hæresim, & ex ordine XX.

Post hanc & has sectas, rursus septima hæresis erat Herodianorum appellata. Nihil autem habebant hi diuersum, sed toti sunt Iudæi vani ac hypocritæ. Verum Herodē putabant hi Christum Dominū, qui in omnibus scripturis, legēque, ac prophetis expectatur, & ob ipsum decepti, Herodem iactabāt: inducti ex dicto hoc, vñ cum hoc quod etiam in gratiam eius qui tunc rex erat, inaniter gloriabatur: Nō deficiet princeps ex Iuda, neque dux ex scēmoribus ipsius, donec venerit cui reseruatur, aut velut alia exemplaria habent, Donec venerit cui restant quæ referuntur ipsi. Nam Herodes Antipatri filius fuit, Aſcalonitæ cuiusdā aditui ac ministri simulachri Apollinis, cuius Antipatri pater, Herodes quidē erat nomenclitius autē hic erat Antipe. Captus autē est ab Idumæis idē Antipater: atque illic in Idumæa de gēs, genuit Herodē. Quū autē pater pauper esset, & præcio redēptionis filii, Antipatū inquam, redimere nō posset, per multum tēpus in seruitute permansit, postea vero liberatus est ex collatione ciuium, vñ

Ignis reprobatus.

Christimē
Iura apud
Elxai.

Oratio Elxai.

Hierosolyma deuastata à Tito Cesare

Herodes pro Christo habitus.

vna cum filio Herode, & ad propria deuenit. Quapropter aliqui ipsum vocant Idumæum, Alii vero Acalonitam norunt. Postea vero amicus factus est Demetrio, & procurator Iudææ constitutus est, & in noticia Augusti Cesaris fuit, & à procuratoris officio profectus & accessorius fit: circumciditurque tunc ipse cum Herodes filius, ad quem fors regni Iudæorū deuenit. Erat autem rex in Iudæa, sub Cæsare Augusto, socius ac confederatus existens. Quandoquidem igitur ex alienigenis hic regnavit: duravit autem regnum per successionem à Iuda & à David, itaque principes ex Iuda & patriarchæ: translatum verò fuit regnum ad alienigenam: credibile visum est suspitioni errorum, ut ipsum esse Christum putarent, ac deciperentur ex relati dicti consequentia, nempe, Non deficiet princeps ex Iuda, donec veniat cui referatur: ut accipiamus, inquit, quod huic reservatum est. Defecerunt enim illi, & hic non de genere Iuda, imò neque omnino de Israel est, huic autem reservatum est, esse Christum. Verum redarguunt ipsos ea quæ sequuntur. Quod ipse est expectatio gentium, & in ipso gentes sperabunt. Quæ autem gens in Herode spem habuit: Quæ vero gentium expectatio, Herodem expectavit? Quomodo vero illud apud ipsos impletum erat: Dormiuit ut leo, & ut catulus leonis, quis excitabit ipsum? Vbi autem lauit in sanguine stolam suam Herodes, aut in sanguine vix amiculum suum: sicut Dominus noster Iesus Christus corpus suum proprio sanguine resperxit, & in sanguine vix amiculum suum? Veri cōsidera quæ dico, dēque tibi Dominus intelledū in omnib⁹. Quo enim ostēderet purgationē status populi Domini venit per doctrinā proprii sanguinis ad purgandū dētes hominū in sanguine nidoris ac nefandi sacrificii inquinatos. Et quid opus est multa dicere? multa enim sunt, & non admittit tēpus sermōne aduersus prædictas hæreses prolongare. At hæc quidē septē hæreses fuerunt in Israel, tū in Hierusalē, tū in Iudæa. Quatuor vero antea relata: apud Samaritanos in Samaria. Pleraque vero deletæ sunt. Non amplius sunt scribæ, non amplius pharisæi, non amplius Sadducæi, non amplius Hemerobaptistæ, non amplius Herodiani: soli autē aliqui, atque hi rari reperitūtur, vnus fortassis aut alter, Nasareni, vltra supernā Thebaidē, & vltra Arabiā. Item Ossenorū reliquiæ, non amplius iudaissantes, sed Sampsis cōiunctæ, per successionē vltra mortuum mare habitantibus. Nunc vero Ebionæorum hæresis cōiunctæ sunt. Et contigit quidē ipsos desinere à Iudaismo, verum valut radicem, aut corpus reptilis bestię dissecari, & ex ipso nasci bicipitem, ac radice carentem serpentem, in vno corpore semisecto enatū ac dependentem. Hucusque tractatum à me est de quatuor sectis Samaritarum, & septem Iudæorum, de quibus non amplius restant quàm tres quidem Samaritarum, Gortheni videlicet, & Dosithei, ac Sebuæi. Essoni vero non ita valde apparent, sed velut in tenebris defossi sunt ac consulti. Apud Iudæos autem, non amplius quàm Iudæorum & Nasaræorum, Osseni enim transferunt à Iudaismo ad Sampseniū hæresim, & non amplius neque Iudæi sunt, neque Christiani. Atque de relatis mihi hæc vsque huc dicta sunt.

Præsentia Christi, & aduentus in carnem, ac veritas, vnaque ac sola in Deum fides.

Statim autem accessit pederentim Domini nostri Iesu Christi in carnem aduentus, qui sanè relatas septem hæreses deprehendit in Hierosolymis, extrinxit autē ipsas potentia eius atque dissipauit. Deinceps vero post eius aduentum, posteriores omnes hæreses fuerunt: dico autem, postquam annūciatū est euangeliū, ac bonum nūncium Marię in Nazaret per Gabrielem: & post totum in summa Christi in carnem aduentum, deindeque assumptionem. Complacuit enim Deo, ut ad salutem hominum proprium filium demitteret, ut in vtero virgineo conciperetur, qui verbum est de cælo, ex paternis sinibus generatus, sine tempore, ac sine principio, & ut descenderet in extremis diebus, Dei verbum existens, ex Deo patre verè generatum, qui coessentialis est patri, & nihil à patre immutatus, sed immutabilis & inalterabilis, purūque ab affectibus, & pœnitens non patiens, compatiens autem nostro generi. Qui descendit de cælo, & conceptus est non à semine viri, sed per Spiritum sanctum, & verè corpus de Maria habuit, sibiipsumque carnem de sancta matre efformauit, & animam ac mentem humanam accepit, & totum id quod est homo, excepto peccato, in seipsum per suam deitatem cōiunxit, natūque est in Bethleem, circumcisus in spelunca, oblati in Hierusalē, in vlnas acceptus à Simeone, & testimonium accepit ab Anna, filia Phanuelis, prophetissa, delatus est in Nazaret: venit sequenti anno, ut conspiceretur coram Domino, in Hierusalē, versatus est in Bethleem propter cognationem, gestatus à matre: delatus est rursus in Nazaret, & iuxta secundum anni circuitum, in Hierosolyma & Bethleem venit, similiter à propria matre gestatus. In Bethleem verò in domum descendit cum propria matre, & Ioseph iam senē, & cum Maria de gente, & illic secundo natiuitatis suæ anno conspectus ac visitatus est à Magis, à quibus adoratus est, & dona accepit: & in eadem nocte, quum Ioseph responsū ab angelo accepisset, in Aegyptum assumptus est, illincque rursus post duos annos reuersus est, mortuo Herode, quum successisset Archelaus. Nam trigessimotertio anno Herodis, quadagesimo vero secundo Augusti Cesaris, nascitur Saluator noster in Bethleem Iudææ. Descendit autem in Aegyptum trigesimo quinto anno Herodis. Redit autem ab Aegypto post mortem Herodis. Quapropter in triginta & septem annis principatus ipsius Herodis, puer erat quatuor annorum, quando Herodes impletis annis triginta septem, vitam finiuit. Archelaus vero nouem annos regnat: in cuius regni principio, egressus Ioseph de Aegypto vnā cum Maria & puero, quum audiisset Archelaum regnare, secessit in partes Galilææ, & habitauit tunc in Nazaret. Archelaus autem generat Herodem iuniorem, & regnat Herodes nono anno regni patris Archelai per successionem.

Quo tempore tredecim anni supputantur aduentus Christi in carnem. Decimooctauo autem anno Herodis, appellati Agrippæ, incēpit Iesus prædicare, & tunc baptisma à Ioanne accipit & prædicat annū acceptabilem, ita ut nemo ipsi contradiceret, neque Iudæi, neque Græci, neque Samaritæ, neque quicquam

*Christus
quādo
natus
sit.*

quam alius. Deinde contradictionem sustinens, prædicauit annum secundum: & facti sunt anni decem & nouem eidem Herodi, Saluatori vero trigessimosecundus. Vigesimo vero anno Herodis tetraarchæ appellati, fit salutaris passio, & à passione alienitas, ipse mortis gustus, vsque ad crucem patientis in veritate, à passione vero alieni ac illasi manētis in deitate. Christo enim passio pro nobis carne, inquit scriptura, & crucis. Mortificatus carne, vniuersatus autem spiritu, & crucifigitur, sepelitur, descendit ad inferna in deitate & in anima, captiuam ducit captiuitatem: & resurgit tertie die, vnā cū ipso sancto corpore, cōiunctis corpus deitate, quod non amplius soluitur, non amplius patitur, non amplius moritur domino subiectum est, velut Apostolus, inquit, Mors ipsi non amplius dominatur: ipsum corpus verè, ipsam carnem, ipsam animam, ipsa illa omnia, non aliud quoddam præter id quod est corpus, sed ipsum quod est corpus, confirmans in vnam vnitatem, in vnam deitatem, carnale incorruptibile, corporale spirituale, crassarum partium, renuium partium, mortale immortale, quod non vidit penitus corruptionem non relicta anima in inferno, non partito organo ad peccatum, non polluta mēte per mutationem, sed ut vniuersa quidem hominis acceperit, vniuersa vero etiam perfectæ serauerit, indulgentē deitate verè incarnationi, ad rationales ac honestos vsus, eos inquam qui ex corpore & anima & mente humana perfectionem requirunt, hoc est famem, sitim, stertum, tristitiam, lachrymas, somnum ac quietem. Hæc enim non sunt peccati species, sed verissimæ incarnationis signum, quod deitas vera inistit in humanitate, non ea quæ hominum sunt patiente, sed deitate simul in ea quæ honesta sunt & fieri oportebat, cōsentiente ac comprobante, & ea quæ extrā peccatum sunt, & mutationem interdicitam. Resurrexit, & clausis foribus ingressus est, ut crassarum partium corpus renuium partium ostenderet, ipsum quod erat cum carne & ossibus. Nam vbi ingressus esset, ostendit manus, & pedes, & latus punctum, ossa itē, ac neruos, & reliqua, ut ne essent imaginatio ea quæ videbantur: fideique & spei nostræ promissionem faciebat per seipsum perfectè, & conuersabatur non in apparentia, sed in veritate. Et erudiens docuit regnum cælorum prædicare in veritate, magnum illud ac summum significans discipulis, ac dicens, Docete gentes: hoc est, transferte gentes à malitia ad veritatem, à seclis ad vnam vnitatem: baptisate ipsos in nomen Patris, & Filii, & sancti Spiritus, in dominicam nominationem trinitatis, sanctum ad regniū sigillum, ut ostenderet ex nomine nullam alterationem esse vnius vnitatis. Vbi enim qui baptizantur, iubentur ab ipso baptizari in nomen Patris, certa est glorificatio: in nomen filii, non deficientis est nomenclatura: in nomen Spiritus sancti, non diuisa est coniunctio, neque ab vna deitate ab alienata. Et assumptus est in cælum, in ipso corpore & anima, & mente, cōiunctis his in vnam vnitatem, & vnam spirituales substantias: eaque diuina effecta, sedet in dextra patris, missis prædicatoribus in vniuersum orbem terrarum, Simone Petro, & Andrea fratre ipsius, Iacobo & Ioanne filiis Zebedæi, quos olim elegerat, Philippo & si Bartholomæo, Matthæo, Thoma, Iuda, Thaddæo, Simone Zelote. Iudas enim Iscariotes ille, etiam antea inter duodecim numeraretur, proditor factus, resectus est à sancto apostolorum catalogo: demisse porro etiam alios septuagintaduos ad prædicandum, ex quorum numero fuerunt septem viduis præfecti, Stephanus, Philippus, Prochorus, Nicanor, Timon Parmenias, & Nicollas: Antea hos vero Matthias, qui Iudæ loco connumeratus est inter apostolos. Post hos autem septem, & Matthiam ante ipsos, Marcum, Lucam, Iustum, Barnabam & Apellem, Rufum, Nigrum, & reliquos septuaginta duos. Post hos deinde omnes, & vnā cum ipsis, Paulum sanctum apostolum, per propriam vocē de cælo, apostolum, simulque præconem gentium, & completorem apostolicæ doctrinæ elegit. Quem comperimus sanctum Lucam de numero septuagintaduorum dispersorum existentem ad se conuertisse, & sibi sectatorem fecisse, cooperatorem in euangelio, simulque apostolum. Atque sic perfectæ est vniuersa euangelica tractatio vsque ad hoc tempus. Et hucusque procedet mihi sermo de viginti seclis & de consequentia breuiter à me pro viribus relata, euangelica videlicet illuminatione, quæ in mundo per ipsum & discipulos ipsius facta est: quibus sanè similia colligere ac apponere vaticinia & prophetias licet, ex lege, & psalmis, & aliis, atque sic consequentias ac ductus videre, & certitudinem comprehendere, quod non est spiritus, sed verus, & à veterē Testamento prædenunciatus, minimèque ambiguus Christi in carnem aduentus, & euangelica doctrina. Quo vero non in molem immensam operis huius tractationem extendam, his contentus ero. Deinceps vero in progressu, opiniones quæ postea vitæ accreuerunt ex malo prætextu, similiter exponam, quum iam vndecim à Iudæis & Samaritanis, & nouem ante hæc ex Græcis & Barbaris, ac aliis profectas, ante Christi aduentum, & vsque ad ipsius tempus, moderatè enumerauerim.

De Nazoræis, siue Christianis.

Nazoræorum, hoc est Christianorum, vocatus est per modicum tempus Christianismus, à Iudæis, et ab ipsis adeo Apostolis, quum Petrus dicat, Iesum Nazoræum virum designatum ex Deo, etc. Postea vero ab Antiochia vocari cœpit Christianismus. Est autem et natura hæresis Nazoræorum, de quibus in sequentibus loco ferente dicemus.

Finis primi Tomi primi libri.

*duo decim
apostoli.*

*septuaginta
discipuli.*

1. Simoniani, à Simone Mago, qui temporibus Petri apostoli fuit, de vico Citibarum Samaria. Hic à Samaritis originem habebat, Christi vero nomen solum subiit. Docuit autem turpia facere, & coitum iniquitatis, uxorum in differentiam, à corporibus vero reprobare resurrectionem, & mundum dicit non esse Dei. Imaginem autem suam, velut Iouis, & scorti quod cum ipso erat, nomine Helena, Minervæ figuræ discipulis suis adorandam proponebat. Dicebat insuper seipsum Samaritis quidem patrem, Iudæis autem Christum.

2. Menandriani, qui ab hoc Simone per Menandrum quendam originem habuerunt, differunt autem in aliqua re à Simonianis. Hic enim ab angelis mundum factum esse dixit.

3. Saturniliani, qui in Syria Simonianorum turpiloquiū corroboraverunt, alia vero à Simonianis predicabant, ad maiorem admirationem. Originem vero à Saturnilo habuerunt, qui eum ipse velut Menander, ab angelis mundum factum esse dicebat, atque his solum septem, iuxta superni patris sententiam.

4. Babilidiani, eiusdem turpis operationis operatores, à Babilide, qui una cum Saturnilo Simonianorum & Menandrianorum discipulus fuit: & aliqua similiter sentiebat, in aliquibus vero dissentiebat. Dicit autem trecentos sexaginta quinque celos esse, & his nomina angelica imponit: propterea quod etiam annus tot dierum sit, & Abraxas nomen virtutis, quod sex numerum CCCLXV. & dicit esse hoc nomen Spiritum sanctum.

5. Nicolaitæ, Nicolao, qui viduis ab apostolis presectus fuit, hic ob zelum propriæ uxoris, turpia facere discipulos suos, una cum aliis docuit. Et de Cambucanob & Prunicis, atque aliis barbaricis nominibus, quæ mundo scelerate innoxie.

6. Gnostici, qui eisdem hæreses susceperunt, verum plus omnibus istis turpitudinem furiose operati sunt. In Aegypto autem Sitatotici appellati sunt, & Phibionitæ. In superioribus vero & orientaliibus partibus Secundiani: in aliis partibus Socratitæ, apud alios Zacchæi. Alii vero Goddianos ipsos dicunt. Alii Borboritas ipsos vocant. Hi Barbelo & Barbero iactant.

7. Carpocratiani, à Carpocrate quadam in Asia, qui omnem turpem actionem perficere docebat, & omne studium peccati. Et nisi quis inquit, per omnia pergressus fuerit, & voluntatem omnium demonum & angelorum perfecerit, ad supremum celum transcendere non poterit, neque principatus & potestates præterire. Dicebat Iesum animam

intellectualem suscepisse, & quum nosset superna, ea hic annunciasse. Et si quis similia Iesu faceret, eum eadem virtute prædicare. Legem vero cum mortuorum resurrectione reprobavit, velut sectæ à Simone orta, & hucusque relecta. Huius fuit Marcellina illa in Rhoma. Imagines fecit occulte Iesu & Pauli, & Homeri, & Pythagoræ, ipsisque suffium faciebat, easque adorabat.

8. Cerinthiani, qui & Merinthiani. Hi à Cerintho & Merintho Iudæi quidam circumcissionem iactantes, mundum vero ab angelis factum esse dicentes. Iesum vero iuxta profectum, Christum appellatum esse.

9. Nazoræi: hi Christum confitentur Iesum filium Dei, omnia autem secundum legem faciunt.

10. Ebionæi prædictis consimiles Cerinthianis & Nazoræis, quibus coniuncta fuit aliqua parte Sampsæorum & Helcesæorum hæresis. Qui Christum dicunt creatum esse in celo, & sanctum ipsius Spiritum. Aduentum autem Christum in Adam primum, & iuxta tempus exiisse ipsum Adam, & rursus induisse. Atque hoc ipsum ainitu perfecisse ipsam in aduentu suo in carnem. Quum autem Iudæi essent, Evangelii vrsi sunt, carnis esum abominantur, equam pro Deo habent. Christum vero hominem, in aduentu in carnem induisse, velut dixit. Asidue mergitur in aquis, æstate ac hyeme, ad purificationem videlicet velut etiam Samaritæ.

11. Valentini, carnis quidem resurrectionem reprobant, Vetus testamentum spernunt, itemque prophetas, legentes quidem & suscipientes ea quæ ad similitudinem sectæ suæ figurate exponi possunt. Verum alia fabulamenta obiter inducentes. Tringinta seculorum nominationes dicunt masculorum ac feminarum, simul ex patre vniuersiū generatorum, quæ & Deos putant & secula. Christum vero de celo corpus intulisse, & velut per canalem Mariæ ipsam penetrasse.

12. Secundiani, quibus coniungitur Epiphaneus & Isidorus, qui & ipsi iisdem coniugationibus vrsi sunt, eadem cum Valentino sentientes, alia vero ab ipsis quodammodo exponentes. Apponunt iidem turpem operationem docentes reprobant autem etiam hi carnis resurrectionem.

13. Ptolomæi, & hi discipuli Valentini fuerunt, quibus coniungitur Flora. Eadem vero etiam ipsi de coniugationibus dicunt, sicut Valentino & Secundiani, Verum in quadam parte etiam hi inter se differunt: Atque hæc est summa secundi tomii primi libri tredecim hæreses continens.

Contra Simonianos, primam hæresim a fide in Christum Dominum nostrum, ex ordine vero XXI.



MONIS Magi prima est hæresis, quæ à CHRIS T O initium accepit. Hæc ipsa in nomine CHRISTI non recte, neque facili ductu, sed iuxta adultæstatam apud ipsos corruptionem, miracula operatur. Hic Simon præstigiator erat, & à Gittharum ciuitate in Samaria originem habebat, quæ nunc vicus existit. Incantationibus autem Samaritas decipiebat, fallebatque, & inescabat. Dicebat se ipsum esse magnam virtutem Dei & ex supernis descendisse. Patrem vero dicebat seipsum esse apud Samaritas, apud Iudæos vero se filium esse dicebat. Passim autem se non passum esse, sed solum apparentem. Blanditus est idem Apollolis, & ipse similiter cum aliis baptizatus est à Philippo cum multis. omnes vero præter ipsum, susceperunt magnorum Apostolorum presentiam, & per impositionem manuum ipsorum acceperunt Spiritum sanctum. Nam quum Philippus diaconus esset, non habebat potestatem imponendi manus, vt per hoc daret Spiritum sanctum. Quum autem Simon non haberet rectum cor neque cogitationem rectam, sed turpi lucro & studio pecuniarum intectus esset, & à prauo proposito suo multum decederet, offerebat pecunias Petro apostolo, vt daret ipsi potestatem exhibendi Spiritum sanctum per manuum impositionem: ita ratione secum inita, quod dare vellet multis pro modica pecunia, atque sic per exhibitionem Spiritus, multas pecunias cumulare ac lucrari. Hic igitur mente præditus praua, & à diabolico Magiæ errore decepta, & promptus semper ad ostendendum prauitatis suæ barbarica ac demum negotia per præstigtias suas progressus in medium, & prætextu nominis CHRIS T I veratratum melli committens (quod venenum est ab ipso correptis) ipsum que ex maligno suo errore, sub nominis CHRIS T I dignitate exhibens, mortem his qui ipsi fidem habuerunt, induxit. Quum autem natura esset lasciuus, reuerentia promissorum suorum compunctus, corruptam opinionem circularibus ab ipso deceptis induxit. Nam vbi reperisset sibi ipsi mulierem circulatoricem, Helenam nomine, à Tyriorum vrbe ortam, ipsam in vxorem ducit, non indicans se contra suæ consuetudinem cum ipsa habere, verum in abscondito, turpitudine mulieri permixtus ille præstigtia, fabulosa quamdam amoniatem discipulis suis exponebat. Nimirum dicens seipsum esse virtutem Dei magnam. Coniugem vero scortatricem, Spiritum sanctum esse dicere ausus est, & propterea hanc se descendisse dixit. In vnoquoque vero celo transformabar, inquit, ad formam eorum que sunt in vnoquoque celo, vt latet angelicas meas potestates, & peruenire ad intelligentiã, que sanè est hæc, quæ & Prunicus, & Spiritus sanctus appellatur, per quam angelos creauit. Angeli vero mundum & homines creauerunt. Esse autem hanc Helenam illam antiquam, ob quam Troes & Græci ad pugnam detenerunt. Dicebat autem fabulam quandam ad hæc. Quod virtus ex supernis dilapsa seipsam transformasset, verum potest de hoc allegorice tradidissent. Nam per supernam virtutem, quam Prunicus dicunt, quæq; apud alias hæreses Barbero, siue Barbelo appellatur, pulchritudine suã ipsam ostendisse, & postea ipsos fregisse, & propterea missam esse in congregationem principii qui mundum hunc creauerunt, & ipsos angelos ad bellum propter ipsam venisse, ipsam autem nihil passam esse, sed preparasse vt mutuas cades in se ipsos operarentur, propter eam quã immisit in ipsos erga se ipsam concupiscentiam. Et quum detinerent ipsam vt non posset sursum ascendere, coibatur cum ipsa quilibet in vnoquoque corpore muliebris ac feminei habitus, trãseunte ipsa à corporibus muliebribus, ad diuersa corpora humane nature, brutoruq; pecoru, ac alioru. Quod per ea que ipsi operarentur, dum occidunt, & occiduntur, imminutione sui ipsoru per sanguinis profusione efficeret: illa vero rursus vites colligens, rursus deinde celum conscendere posset. Erat autem hæc & tunc apud Græcos & Troianos, & superioribus temporibus priusquam mundus fieret, & post mundum per inuisibiles potentias æqualia eiusdem formæ fecit. Hæc ipsa vero est, quæ nunc mecum est, & propter hanc descendit, sed & hæc meum aduentu expectabat. Hæc enim est intelligentia, quæ apud Homerum Helenam appellatur, & de hac causa cogitur ipsam describere Homerus, supra turri stãtem, & per facem ostendentem Græcorum contra Phrygas insidias. Exprimebat autem per splendorem, velut dixi, superni luminis indicationem. Quapropter etiam apud Homerum, Durium equum Græcis appellatum, hoc est ligneum excogitatum esse, & de industria factum præstigiator ille dicebat, qui est ignorantia gentium, & quæadmodum Phryges trahentes ipsum per ignorantiam, propria perniciem attraxerunt: sic etiam gentes, hoc est homines, extra meam cognitionem, per ignorantiam attrahunt sibi ipsi interitum. Sed & Mineruam rursus eandem dicebat, quæ intelligentia esset apud ipsum appellata, vtens nimirum ille impostor sancti Pauli apostoli verbis, transiurans veritatem ad suum mendacium. nempe, Induite thoracem fidei, & galeam salutis, & ocreas, & gladium ac scutum. Hæc omnia ad Philistionis imitationem, deceptor ille in ludibrium & nihil aliud conuertebat, quæ ab ipso Apollolo propter solidam mortem, & fidem pure conuersationis, & virtutem diuini ac cælestis sermonis dicta sunt. Quid enim dicam: hæc omnia in mineruæ formã mystice figurauit. Quapropter rursus dixit, velut antea dixi, ostendens illam suã vxorem, de Tyro ipsi acceptam, veteris Helenæ cognominem, omnia ipsam appellans, Intelligentiam, Mineruam, Helenam, & alia. Et propter hæc, inquit, descendit, hæc enim est illa in Euangelio scripta erronea ouicula. Sed & imaginem quãdam tradidit suis, velut quæ ipsius sit, & adorãt ipsam in specie Iouis. Quin & aliam Helenam imaginem tradidit ipsis, in figura Mineruæ, & adorant has hi qui ab ipso decepti sunt. Mytheria vero proponebat turpitudinis.

Simo Magus baptizatus à Philippo. Dignitatis in Ecclesia ratio.

Helena Simonis Magi.

Prunicus quid sit.

Barbelo quid sit.

Helena Homeri.

Equus Durius.

Philistion poeta comicus.

nis, fluxusq; corporū, quo honestius exponam, virorum quidem per defluxū, fœminarum verò per consuetos menses, collectione quadam turpissima ad mysteria colligi, atq; hæc esse mysteria vitæ, cognitiovisq; perfectissimæ, quod ipsum sanè maxime contingit ei qui intelligetiam ex Deo adeptus est, vt abominationem potius putet & mortem, quàm vitam. Idem etiam nomina quædam supponit principatum & potestatum, cœlosq; diuersos tradit, & in vnoquoq; firmamento ac cœlo virtutes quasdam exponit, & nomina barbarica his indit. Non posse verò alteri seruari aliquè, nisi huc mysticum ductum didicerit, & alia sacrificia patri vniuersorum per eos principatus ac potestates offerre. Esseq; seculū hoc ac mundū (dicit) à principatibus ac potestatibus malicie in imminutione constructum. Corruptionem autem tradit ac interitum carnis solum, animarū verò purificationē, atq; hanc si per ipsius errorem linguam in mystico ductu persistant. Et sic incipit Gnosticoꝝ appellatorum principū. Non esse autem legem Dei, sed sinistra virtutis dicebat. Neq; prophetas ex bono Deo esse, sed alterius atq; alterius virtutis, & prout vult, vnicuiq; decernit, legē quidē cuiusdam; Dauid autem alterius, Esaiam alterius, Ezechielem rursus alterius, & singulos prophetas vni principatui desert. Esse autem hos omnes ex sinistra virtute, & extra complementum. Omnem verò qui veteri Testamento credit, mortem subire. Subuertitur porro huius dogma ab ipsa veritate. Si enim ipse fuerit virtus illa Dei magna, & scortum quod vixit cum ipso, Spiritus sanctus, velut ipse ait, dicat quod est nomen virtutis, aut qua ratione epitheton mulierculæ inuenit, sibi ipsi verò non omnino. Quomodo verò tempore quodam per successionem, naturæ debitum in romanorū vrbe per soluisse reperitur, quando in media Romanorū vrbe miser ille collapsus mortuus est? Quomodo autē potest mundus Dei boni non esse, quando ex ipso omnes boni permutati sunt? Quomodo verò fuerit sinistra virtus, quæ in lege ac prophetis loquuta est; quum de aduentu c h r i s t i boni Dei prædixerit, & mala omnia interdicit? Quomodo autem non fuerit vna deitas & idem spiritus noui ac veteris Testamenti, quando Dominus dixit, *Non veni soluere legem, sed implere.* Et vt ostenderet quod lex ab ipso annūciata esset, & per Moysen donata, euāgelica verò gratia per seipsum & aduentū suū in carnem prædicata esset, dixit Iudæis: [Si Moysi crederetis, crederetis vtiq; mihi, ille enim de me scripsit.] Et alia multa sunt, quæ præstigiatori opponi possunt. Quomodo autē turpia vitalia erunt, nisi sanè demonū hæc fuerit opinio; quando ipse dominus in Euangelio dicit ad eos qui ad ipsum dicebāt: [Si sic habet causa viri & vxoris, nō cōducit cōtrahere matrimoniū.] Ipse verò ad illos dixit, [Nō omnes hoc capiūt. Sūt enim eunuchi, qui seipso castrauerūt proter regnū cœlorū.] Et ostēdit, quod natura abstinere à coniugio, donum est regni cœlorum. Rursus in alio loco de venerandis nuptiis, quas ipse Simon turpiter corrupens, propriam persequitur concupiscentiā, dicit: [Quos Deus cōiunxit, homo non sepatet.] Quomodo verò rursus erro propriarū nugarū oblitus, seipsum redarguit, velut ignorans quæ prædixit: Quum enim dixerit, quod ab ipso facti sunt angeli per ipsius intelligentiam, rursus dixit se transformatū esse per singulos cœlos, vt lateret ipsos in descēdēdo. Num igitur ipsos timēs latebat; & quomodo timebat nugarum angelos, quos ipse fecit? Quomodo verò non omnibus prudentibus seminum erroris ipsius confutatio facile cōperietur, [quādo in principio fecit Deus cœlū & terrā,] inquit Scriptura: & cōcinnē ad hūc sermonē Dominus in Euangelio dicit, velut ad Deum patrem proprium, Pater domine cœli & terræ. Si igitur creator cœli & terræ, est Deus pater Domini nostri I E S V C H R I S T I: omnia frustra à Simone calumniatore dicta sunt, & hoc quod ab angelis mūdus in imminutione factus est, & omnia alia quæ in sanus ille erro mundo obloquens expulit, & fraudem quibusdam ab ipso deceptis induxit. Atque hæc mihi in summa aduersus huius hæresim dicta legentibus sufficient, ad occasionem veritatis ac sanationis, & ad redarguendum eos qui per huiuscemodi bestialem corruptionem, ignorantibus iniuriarum inferna conantur. Transibo autem, & rursus ad alterius sectæ confutationem pergam. Est enim in ipso muratio ac dubitatio, quum ipse quidē sit seductor, forma verò nominis c h r i s t i inducit, velut ab ortuorum serpentium generis corruptio, ex fœcundis ouis aspidum & aliarum viperarum producta, quemadmodum inquit Prophetas: [Oua aspidū ruperūt, & qui de ouis ipsorū edere volebat, inuenit fœcundū, & in ipso basiliscum.] At quum per virtutem c h r i s t i, velut dixi, hunc verbis ac doctrina veritatis percusserimus, & ipsius perniciem disperferimus, deinceps dō dilecti, etiā ad alias consequentes hæreses transeamus.

Simō Magnus in medio vrbis Romæ lapsus, interit.

Aspidum ouis.

Aspidum fabula.

Contra Menandrianos, secundam à Christi aduentu hæresim, & ex ordine XXII.

Hic deinceps coniungitur Menander quidam, qui origine à samaritis ducta, aliquo tempore huius simonis discipulus fuit. Similiter autem & ipse mūdum ab angelis factum esse dicebat. Seipsum verò virtutem ex supernis à Deo demissam dicebat. Verūm hic maiorem nequitiam vltra priorem ad homines decipiendos operatus est. Dicebat enim seipsum missum esse ad salutem videlicet, & ad congregandum aliquos ad suū mysteriū, vt ne angelorum qui mundū fecerūt, principatūque ac potestati dominio premerentur. Similia autem omnia velut præceptor ipsius cōtinebat, & prestigias aliasque incantationes nō intermittebat. Et nihil de doctrina euariabat, quā id solum quod seipsum maiorē præceptore iactabat. Ceterū in idem vitium in quod præceptor ipsi incidit, & ipse deprehensus per eandem doctrine veritatis confutationem subuertetur. Nam & ipse subuersus est, & hæresis eius quàm maxime desit. Transgrediar porro ipsam, & ad aliam procedēs deueniam. Vereres re vera narrant fabulā, quod ex multis aspidibus in vno testaceo vase collectis, & in fundamētis quatuor angulorū, vniuscuiusq; delubri simulachrorū in Aegypto extructorū depositis, si

tis, si qua ex his fortior aliis reperta fuit, ea reliquas aggressa deuorauit. Et vbi per se mansisset, & alimento non abundaret, cōuerfa seipsam à cauda deredere incœpit, & vsq; ad aliquā corporis partē se adedit. Et sic non amplius perfecta mansit, sed dimidiū serpentis genus existens. Quapropter etiā hanc Aspidogorgana uocauerunt. Quare intelligitis vos; verus quidē esse hoc, & quod nunc nō amplius reperitur, sed deletū est. Quemadmodū etiā hæc hæresis penitus fugata est. Et habuit quidem contradictionem à nobis, ipsa verò per potentiam c h r i s t i deleta est. Hanc itaque transgredientes, ad sequentes deinceps pergamus.

Aspidogorgon.

Contra Saturnilianos, à Christi aduentu hæresim, & ex ordine XXIII.

Post hunc Saturnilus quidam surrexit, & ipse illinc, à Menandro inquam, & prioribus, occasione bus arreptis. Hic in Syria habitauit, hoc est Antiochia ad Daphen sita, & multam quādam artem ac experientiam erroris mundo inuexit. Duo enim hi sodales ac cōdiscipuli fuerunt, Basilides & Saturnilus. Et Basilides quidē ad Aegyptum secessit, & illic tenebrositates profundæ erroris sui prædicauit. Saturnilus verò in prædicto loco degens, similiter velut Menander, mundum ab angelis factum esse annunciauit. Vnum autem esse patrem ignotum, eundemque fecisse virtutes & principatus ac potestates. Angelos verò à superna virtute discessisse. Et septem mundum, & quæ in ipso sunt, fecisse. Mundum verò secundum diuisionem vnicuiq; angelo sorte obtigisse. Eisdem autem angelos simul congressos cōsiliū inuisse, & communiter hominem fecisse, iuxta formam vocis ex supernis incumbētis: quum quum nō possent incumbentem detinere, propterea quod cūestigio recurreret, imitari voluerunt. Et hominem quidē formatum ab ipsis, nulla de causa quā ob talem occasionē, Quoniam inquit, lux eadem ex supernis prominens, irritamētum quoddam iisdem angelis induxit, vt ad desiderium supernæ similitudinis, hominis signētum ac structuram facere aggrederētur. Quādo quidem enim amabant supernam lucem, desiderio & iucunditate capti, appareris ac rursus disparentis ab ipsis: & quum amarent ipsam, & nō possent eius amore exsatiari, propterea quod in momento eadem lux reuolaret, eius rei gratia dixisse inquit angelos (sic enim præstigiator confingit) faciamus hominem ad imaginem & ad similitudinem, refecto eo quod in Genesi dictum est à Deo, nostram: quo videlicet error ipsius verisimilitudinem haberet, tanquam scilicet alii quidem faciant, imago verò alterius sit, dum dicunt, Faciamus hominem ad imaginem & ad similitudinem. Quum autem factus esset, inquit, homo, & propter impotentiam suam non possent ipsum perficere, iacuisse ipsum & se voluisse in terra situm, instar vermis reptilis: non potuisse autem neq; se erigere, neq; aliud quid facere, donec superna virtus inclinata, & misericordia mora, ob propriam suam imaginē ac formam, ex miseratione scintillam virtutis suæ demisit, & per ipsam hominem erexit, atq; sic viuificauit. Scintillam nimirum, animam humanam dicens, & hac de causa animo scintillam seruari oportet, reliquum vero totum hominis petire. Et in homine quidem id quod ex supernis descendit, post tēpora quædā reuerri, quod verò ex infernis est, interire. Et seipsum asserit præstigiator in forma hominis venisse, & specie tantum: omnia verò in apparentia fecisse, hoc est natum esse, ambulare, cōspici, passum esse. Ab hoc autē falso nomine appellata Scientia, rursus profunditati prauitatis ipsius apponi incipit, quæ à Simone quidem inuitū & occasionem accepit; verū adiecta est alteri insignio ri nugacitati, cuius confutationem postea dicemus. Asserit enim hic angelos, & deum Iudæorum vnum ex ipsis esse dicit. Discessisse verò eundem & eisdem à sua potestate. Seipsum autem Saluatorem missum esse à patre, ex sententia virtutum, ad destructionem Dei Iudæorum, & ad salutem credentium. Esse autē ipsos qui huius sunt hæresis, eos qui scintillā patris ex supernis acceperunt. Duos enim ab initio homines formatos tradit, alterum bonum, & alterum malum. Ex quibus duobus esse genera hominum in mundo, bonum & malum. Quando quidem verò dæmones malis auxilio fuerunt, eius gratia in extrema die venit, velut dixi, Saluator, ad opem bonis hominibus ferendam: & ad destruendos malos ac dæmones. Matrimonium porro contrahere, & generare, idē scurra ex Satana esse dicit. Vnde etiam plures ex ipsis ab animatis abstinere, quo per simulatam suam vitam, aliquos ad suam fraudem illiciant. Prophetias verò idem circulator ait, partim ab angelis mundi opificibus prædictas esse, partim à Satana. Sed & ipsum Satanam angelum esse dicit, repugnantem angelis mūdi conditoribus, maxime verò Deo Iudæorum. Quum verò hæc dicat bestialis ille, omnino sanè eam ipse se conuinceret, vnum Deum confiteri, & ad vnam monarchiā vnitatem totum reducere. Si enim angeli fecerunt, angeli verò rursus à superna virtute causam habent vt sint, igitur nō ipsi causa sunt formationis hominis, sed superna virtus quæ angelos fecit, ex quibus etiam homo constructus est. Etenim instrumentum non est causa eorum quæ ab ipso sunt, sed is qui operatur ipsum opus per instrumentū, per quem fit opus: velut etiam scriptū est: Non glorificabitur terra citra trahentem ipsam, &c. Sic equidē video, quod neque gladius causa est cædis, sed is qui gladio cædē aggressus est. Et instrumentum efformandi ceram, non potest per seipsum facere ea quæ effinguntur, sed is qui & instrumentum, & ipsum signentum fecit. Igitur neque angeli causa sunt, sed is qui angelos fecit: alioqui præcepisset ipsis, vt ne facerent hominem. Si enim contrā opponit supernæ virtutis, siue potentie ignorantiam, & quod non nouerit de futuris, præter ipsius voluntatem peractis: bon a voluntas fuit, sua manu angelos fecisse ad utilitatem constructionis hominis, quem volebat facere: quæ sanè fecit angelos, & non præcepit vt non perferent conatum, hoc est hominis formationem, velut fabulosum ipsorum opificium haber. Aut rursus interrogandus est nobis fabulator: Nouerat superna virtus quod facturi essent? Etiam, inquit. Igitur si nouerat, ipsa fecit, & non illi. Si verò nō-

23. Hæresis Saturnilianorū Antiochia ad Daphen sita.

Basilidis & Saturnili hereticorū ad se minandas hæreses prouincia materia hæresis horum.

Blasphemia aduersus Christum. Error manicheorū. Eudemōis et Chacho demonis. Sinistrum de prophetiis iudicium.

Nugatio fabulatoris de virtute diuina.

uerat quidem non volebat autem, verum prater sententiam ipsius aggressi sunt ipsi conatum, qua ratione non prohibuit? Si vero impotens fuit ad prohibendum, primum vitium est, quod angelos ab ipsa factos, contra se ipsam ad sui ipsius oppositionem ac irrationem fecit, secundum vero, quod quipotuit, non prohibuit, sed auxilium contulit ad prauum apus ab angelis factum. Si vero non tulit opem, & quum vellet prohibere, non potuit: magna quaedam debilitas fuit in ea quae voluit, & non potuit, & fortior utique fuerit caterua angelorum ab ipsa facta, quam ipsa quae causa est angelorum ab ipsa factorum. Vndique igitur deprehenditur ipsius haereticis argumentum, quod magis ad inconstantiam dilabatur, quam ad veritatem accedat. Si vero nouerat quidem, necessarium autem hos fecit, quod fas non est facere prater ipsius voluntatem, rursus ad alium vitium dilabatur, & ne vnum quidem reperietur complementum in superna virtute, iuxta ipsius rationem. Verum adhuc amplius adiiciamus, ipsum interrogantes: Dic nobis, o bone vir, qui per fenestras prospexisti (vt ita nugas circa sublaqueum) & in prospectando quomodo creati essent angeli, considerasti, & opificium ipsorum circa hominis formationem speculatus es, & superne virtutis machinamentum inuestigasti: nouerant hi quid formaturi essent, aut ignorabant? Si vero ignorabant, a quo cogebantur per ignorantiam perficere? Non, inquit, ignorabant, nouerunt enim id quod facere volebant. Supernam itaque virtutem nouerat hos hoc aggressuros, aut ignorabat non ignorabat. Fecit igitur ipsos vt hoc facerent, aut non? Non, inquit: fecit enim ipsos solum, hi vero prater ipsum aggressi sunt facere figmentum. Igitur hi quidem nouerunt, illa vero superna virtus ignorabat, iuxta tuam aded rationem, o omnium hominum stolidissime. Et erit quidem hominum structura constans, & autores huius angeli in cognitione erit: virtus vero quae angelos fecit, in ignorantia. Vanissimum profecto hoc fuerit, ac stultissimum, quod opus est perfectius ipso opifice, & artifex imbecillior angelis ab ipso factis, qui causa sunt humanae constitutionis. Quare necessarium vndique quae conuincit totum ad eundem creatorem vnum illum, & ad vnam monarchiam reducere. Deus enim pater fecit hominem, & omnia secundum propriam voluntatem, & non angeli, neque secundum consilium. Nam in eo quod dixit Deus, [Faciamus hominem, ad imaginem nostram] dixit: & non ad imaginem simpliciter. Conuocabat enim ad opificium suum, coopificem uerbum suum & vniuersum: velut habet intelligentia fidelium ex veritate procedens, & ipsa veritatis sinceritas: quemadmodum etiam in aliis pluribus palam de hoc & per longum fecimus confessionem, quod Pater aduocat Filium vt simul creet hominem, per quem etiam alia omnia fecit. Non autem aduocare solum dixerim Filium, sed etiam Spiritum sanctum. [Verbo enim Domini caeli firmati sunt & Spiritu oris ipsius ipsorum.] Sicut autem volens, sicut non volens, Saturnilus in qua, huius sectae princeps, cogitur omnino vnum Deum confiteri, Deum ac Dominum vniuersorum creatorem & opificem, simulque etiam hominis. Confundetur autem per omnia ac omnes modos, velut calumniator ac sycophanta, tum in sermone de prophetis, tum in turpi venerandarum nuptiarum accusatione. Ipse enim Dominus noster IESVS CHRIS TVS palam exclamat in Euangelio, dicitque, ac concinit prophetae, nepe, (Qui loquitur in prophetis, ecce adsum.) Et rursus, (Pater meus vsque huc operatur & ego operor.) Quo vero ostendat quid operetur Pater ipse & ipse, pronunciauit, dicens his qui interrogauerunt ipsum, an oporteat dimittere uxorem suam ex omni causa: Quomodo scriptum est. (Fecit Deus hominem masculum, & foemina fecit ipsos.) & rursus post alia: (Huius gratia reliquet homo patrem & matrem suam, & adhaerebit uxori suae, & erit duo in carne vna.) Et statim apposuit, dicens: Quos Deus coniunxit, homo ne separet.) Quare vbiq; docet Saluator, creatorem hominum Deum esse vniuersorum, suum vero patrem. Et quod nuptiae non ex Satana, sed ex Deo sunt, primum quidem Dominus dicit: (Quos Deus inquit, coniunxit, homo ne separet.) Et rursus sanctus Apostolus, Veneranda nuptiae, & lectus impollutus.) His vero quae natura sunt viduae, similiter praecipit per Titimotheum, dicens: (Iuniores viduas relicite, postquam enim lasciuierint contra CHRIS TVM, nubere volunt.) Et post alia, (Nubate, liberos gignate, domum gubernate: intragreges libere legem ponete, quae ex Deo est, & per autoritate hominibus donata est. Caeterum de opinionibus contra prophetias Dei ab ipso per calumnia productis, quod non sint ipsae ex Deo, innumera dicere licet, velut ipse vniuersus dicit, ornatu suum annuncians, primum quidem. (Abraham pater vester desiderauit videre diem meum, & vidit, & letatus est.) Et rursus, (Si crederetis Moysi, crederetis utique mihi, de me enim ille scripsit.) Quis autem ex rebus & lententibus, & intelligentibus ex Deo adeptis, non redarguerit impostorem Saturnilum, quum sciat in gloria reuelatum Saluatorem, ad declarationem ac testificationem veritatis, aliter gloriam suam non ostendisse, quam in medio Heliae ac Moysi, qui etiam ipsi in gloria propria cum ipso conspecti sunt. Alia item quaecumque talia sunt, quae ab ipso Domino in toto nouo Testamento dicuntur, confirmationem faciunt legis & prophetarum, & totius veteris Testamenti ad nouum, quoniam vnus Dei sunt ambo, velut quum dicit: (Veniet ab orientibus, & requiescant in sinibus Abraham & Isaac & Iacob in regno caelorum.) & quae sequuntur. Et rursus illud quod ex persona David de ipso praedictum est, (Dixit Dominus domino meo, sede a dextris meis.) Et rursus id quod ab ipso dicitur pharisaeis: (Nunquam legistis, lapidem quem reprobauerunt aedificantes.) Sed & Lucas Euangelista affirmat, ipsum Saluatorem post resurrectionem ex mortuis visum esse in via Nathanaeli ac Cleopae, & admonuisse hos ex prophetis, quod sic oportuerit CHRIS TVM pati, & ex mortuis resurgere tertia die. Et in summa nihil est in Domino in carnem aduentu, quod dissonum sit a prophetis prophetarum. Verum hucusque de saturnali haeresi dictum sit, vt ne tempus in summa circa stultas ipsius propositiones, & ipsius subuersiones, inuolutus. Ab hac porro digressus, deinceps Basilidae condiscipuli huius ac erroris haeresim declarabo. participant enim hi velut veneno mutuo inter se sumpto, iuxta manifesstum prouerbium, velut aspis a vipera venenum mutuo accipiens: eiusdem enim scholae ac

Angelis non tribuitur creaturae facultas. Opus imperfectius est opifice. Creatio non est ex consilio angelorum.

Veritate scripturae inuolatur Saturnil nuptiarum accusator

Nuptiae autem satanae non sunt.

Scripturae non fauent Saturnilo

Confirmatum non est refutatum veritate veteris.

A

B

C

D

confessus inter se sunt. Per se autem vterque haeresim constituit, ac erexit: & maliciam quidem alter ab altero collegit, disensionem vero in seipsis crexerunt. Sicut igitur hic instar viperae, a superioribus transumptum venenum Basilidae imperiuit, sicut Basilides huic: tamen perniciosum horum venenum, & a talibus reptilibus profectum, per doctrinam Domini velut per antidotum destructum ac dissipatum a nobis relinquatur. Nos autem inuocantes Deum, o dilecti, ad sequentia pergamus.

Contra Basilidianos, quartam a Christo, & XXIII ex ordine haeresim.

A Basilides igitur, quae admodum supra indicatum est, ad Aegyptiorum regionem missus, illic vitam degerebat. Deinde venit in partes Prosopita & Athribita. Imo etiam circa Saitem, & Alexandriae & Alexandriopoliten praefecturam, hoc est vicinos circum circa Alexandriae locos, quos nomos, hoc est pasqua, sicut praefecturas Aegyptii vocant. Inuenit autem & hoc in tuam utilitatem, o philologe, ad discendi studium ac claritatem, & ad piam constitutionem, ac locutionem eorum quae diuina scriptura posita sunt, & in dubiam ambiguitatem deueniunt, propter imperitiam. Vbi enim in sancto propheta Esaiam inuenis scriptum de Nomis vrbis, velut Tanos, aut Memphos, aut de nomo Bubasta, Aegyptiorum more vicinos circum circa locos cuiuscumque ciuitatis, & praefecturas ac pasqua ipsa significat. Atque hoc studiosorum gratia ad me declaratum sit. Erat itaque in talibus praedictis circulator, illicque vitam transigebat, ex quibus sanè etiam hucusque haeresis ipsius videretur, ex ipsius doctrina initio accepto. Et incipit quidem praedicare excessum, super condiscipulum suum praestigiatorem illum in Syria relictum, quo videlicet ea quae super illum sunt, enarrans, audientes amplius persuadere videretur, placareque, ac congregare multitudinem super locum suum Saturnilum & de caetero imaginarias quasdam fabulaciones disserens ac distendens, incipit quidem sic, vt quod verum est, dicam, non ex sua ipsius intelligentia graui ac perniciose auspicatus, sed occasione arripit ex Saturnilo & Simone praedicto. Vult autem alibi ipsa tractare, & in maiorem molem enarrare ac exponere fabulamenta. Erat, inquit, vnum ingenitum, quod est solus vniuersorum pater, ex hoc eminauit, inquit, mens, & mente verbum, ex verbo, intelligentia, ex intelligentia, virtus & sapientia: ex virtute & sapientia, principatus, potestates, angeli. Ex his autem potestatibus ac angelis dicit factum esse supremum caelum, deinde etiam angelos alios. Eos vero qui ab ipsis facti sunt angelos, rursus fecisse secundum caelum, & ipsos rursus alios fecisse angelos. atque hi qui ex ipsis facti sunt angeli, tertium rursus fecerunt caelum. Et sic qui singularem caelum, & rursus aliud atque alios construxerunt, vsque ad trecentorum sexaginta quinq; caelorum numerum processerunt, a supremo vique ad hoc quod nobis proximum est caelum. De impietate autem fuerit, infamiam hanc inductione nugacitati ipsius credere. Verum prudentibus deprehensum facili est nugatorius huius sermo, & opinio quomodo ad excellere & immensam improbitate, mentem suam absurdè emouit. Decernit enim miseritium ille hominulus, velut poetico quodam furore correptus, vnicuique caelorum principi nomina, eo proposito vt per haec quae poetico more confingit nomina, fidem reperiat apud eos qui non sana mente praediti sunt, ad deceptum animarum perniciem. Quin & magicis artibus ac curiositatibus impostor ille additus esse non desit. Postea vero dicit ab his qui in proximo nobis sunt caelo, & a virtute quae in ipso est, haec creatura facta esse, ex quorum angelorum numero vnum dicit Deum, quae priuatim Iudaeorum solū esse ait, ita vt etiam hunc vnum conumeret angelis, quibus ipse per imitationem nomina cofinxit. Et ex ipso formatū esse hominem dicit, & hos simul cum ipso diuissile mundum, iuxta sortem & multitudinem angelorum, huic autem obtigisse ex forte genus Iudeorum. Blasphemata autem ipsum omnipotentem Dominum, qui verè est Deus solus, & non alius. Patrem enim ipsum esse cofitemur Domini nostri IESVS CHRIS TV. Hunc ille negans, vnum vult ipsum declarare de numero angelorum ab ipso effectorum, velut indicatum est. Venisse autem Iudaeos in sortem ipsius, & eundem esse supra quam reliqui angeli sunt contumacior, & eduxisse filios Israel ex Aegypto, pertinacia brachij proprij, propterea quod violentior & magis pertinax sit quam alij. Vnde propter contumaciam ipsius consilium iniisse eundem ipsorum Deum, praestigiator ille blasphemata, omnes alias gentes generi Israel subiiciendi, & propterea instruxisse bella. Sed & multa alia contra sanctum Deum laxata lingua, & elato ore, miseritimus ille loqui non veretur. Ob hoc enim, inquit, hanc gentem, etiam aliae gentes bello impetuerunt, & multa mala ipsi intulerunt, propter aliorum angelorum emulationem, quoniam propulsari velut contempti ab ipso, etiam ipsi proprias gentes, contra gentem Israel commouerunt. Atque hac de causa bella vndique, & semper, seditionesque, contra ipsos exortae sunt. Haec est impostoris illius ad persuadendum versutia. Quin & idè de CHRIS TV, velut qui in apparitione apparuerit, opinatur. Esse autem ait ipsum phantasia in eo quod apparuit, non esse autem hominem, neque carnem suscepisse. Cofingit porro nobis alium fabulae ac dracmaris actum, secundus ille imitator in tractatu de cruce CHRIS TV, non IESVS VM passum esse asserens, Sed Simonem Cyrenaeum. Na quoniam dum Dominus de Hierosolymis exiret, velut Euangelij series habet, coegerunt quendam Simonem Cyrenaeum ad portandam crucem: hinc reperit, vt ne quicquam suae tragodiae cofingeret. Et illi inquit, in eo quod portabat crucem, transformauit in suam speciem, & seipsum in Simonem, & pro seipso tradidit Simonem vt crucifigeretur. Quum autem ille crucifigeretur, stabat ex opposito inuisibilis IESVS, deridens eos qui Simonem crucifigebat. Ipse vero discessit ad caelestia, tradito Simone ad crucifigendum, & illatus pro celsis ad caelum. Verum ipse Simon crucifixus est, & non CHRIS TV. IESVS enim, inquit, sublatus in caelum, penetravit oes virtutes, donec restitutus est ad proprium suum patrem. Hinc enim est, inquit, filius ille patris praedictus, qui missus est in auxilium filiorum hominum, propter seditionem quam vidit pater iter homines, & inter angelos. Et hic est, inquit, salus nostra, qui venit & nobis solis haec veritatem reuelauit.

Aspis a vipera venenum mutuo sumens prouerbium. Haereticus mutuos tradit operas.

24. Haeresis Basilidianorum. Patria Basilidis. Nomi pasqua circū vrbes, & praefecturae.

Circulatoris haeresis qualis. Fallax oratio ex figmento.

Caeli cccclxv.

Impostura ex veteris artibus.

Blasphemia in deum.

Inuidiam ponit in angelis. Excogitata causa de bellis Israelitarum.

Phantasia cum hominem dicit Christum Simonem Cyrenaeum passum.

B iij Atque

Figmenta
circulato
ris.

Renocat
à marty
rio.

Aperta
authori
tas scrip
tura con
tradogma
hæretici
ipfius.
Fatu præ
ceptoris
discipuli.

Malū sub
stantiā nō
habet.

Abraxax.

Membra
minis. ccc
lxiii.
Irenæus.

Abraxax
quid est.

Recusatur
hæc hære
fis ab in
cōueniēti.
Virūque
testamētū
redarguit
hæresiar
cham.

Atque hæc quidem sunt nugæ fabulamenti circulatoris illius. Sed & hinc omni immundicia profectum capiente, quæ à Simone Mago initium accepit, omne studium malicie ac petulantie discipulos suos perficere præcepit hic error, & viros ipsi fidē habentes, cum mulieribus multiplicē quandā mixturam prauī propositi docet. Quare dicit Apostolus, propter hos & similes ipsi, reuelatur iram Dei & iustū iudicium, super eos qui veritatē in iniustitia detinet. propter hæc enim causam voluptatis scilicet, multi in hæresim delabuntur, quum reperiant locū licenter perficēdi voluptatē suā in turpibus operationibus. Rursus autē docet ac asserit, nō oportere martyriū subire. Qui enim martyriū lubit, mercedis exors reperietur, quum martyriū sustineat pro eo qui hominē fecit. Sustinet enim martyriū pro crucifixo Simone: vnde verō ipsi merces cōtulerit, quando moritur quidē pro Simone crucifixo, pro CHRISTO autē hoc se facere cōfiteretur, & ignorat se mori pro eo quē non nouit: oportet itaq; cōtentum esse, & nō prius captiuitate detentū mori. Deprehēdetur autē hic diabolicā potestātē cōtra animas inducere, vt q̄ abnegationē Dei ipsas doceat, quādo ipse Dominus dicit, [Abnegatē me corā hominib⁹, abnegabo & ego corā patre meo q̄ in cælis est.] Sed & idē circulator, Nos, inquit, sum⁹ hominē, alij verō oēs sues & canes, & ob id dicit, [Ne proficiatis margaritas ante porcos, neq; date sanctū canib⁹. occultat enim suā iniustitiā ab his qui mēte præditi sunt, reuelat autē ipsius schola his qui ab ipso decepti sunt. Quandoquidē enim verē turpe est dicere ea quæ apud ipsos dicuntur, ac si dicit quod corā hominibus oportet cōfiteri veritatem. nos enim sumus homines, alij verō sues, ac canes, velut prædixi. lubet autē solū de patre & suo mysterio nemini reuelare, sed silērio in seipso tacere, ac canes, velut prædixi. lubet autē solū de patre & suo mysterio nemini reuelare, sed silērio in seipso tacere, & duobus de decē millibus. Et suggerit discipulis suis dicens: Vos omnia cognoscitis, nemo autē vos cognoscat. Quod si ipse & sodales eius interrogēt, Iudeos quidē seipso nō amplius esse dicunt. Christianos autē nondū factos esse, sed negare semper: habere autē in seipso tacitē fidē, & nemini ostēdere, veritatem suā cōfessionē, propter turpis operationis & prauæ doctrinæ suæ illiberalitatē. Habuit porō principium prauæ ipsius excusationis causam, à quærendo & dicendo, vnde esset malum. Vnusquisq; autem ex proprio opere ac negociatione declarabitur qualis est. Mercator itaq; hic malorum ille mali operator, & non bonorum, velut etiam Scriptura dicit. Quærentes mala, deprehēdent mala. Neq; enim vnquam malum erat, neq; radix malicie fuit, neq; in substantia malum existit. Verū inducitur per occasionē vniciq; facienti malum inest, in non faciente verō, non inest: velut in superioribus declaratum est. Nam Dominus vbi omnia fecit, dicit, Ecce omnia valde bona: ostendens quod malum non habet fundamentū, neq; ab initio existit, prius quā ab homine initium fuisset. per nos enim fit, & per nos non fit: proinde in eo quod omnis homo potest facere nō malum, & potest facere malū, quum quidem fecerit, est malum, quum verō non fecerit, non est malum. Vbi igitur mali radix est, aut ipsa substantia prauitatis: Carterum ad multam stultitiam hic progressus est, dum dicit, quod Virtus suprema mentem produxit, Mens verbum, Verbum intelligentiam, Intelligentiam virtutē & sapientiam, Virtus verō & sapientia potestates & principatus & angelos. Dicit autē super has virtutē esse, & principatū Abraxax, propterea quod nomen Abraxax numerū referat CCCLXV. si ex ipsa voce Græcis literis scripta à Beza, numeri collectio fiat. Quare etiam ex hoc testimonio fabulamētū fuit trecentorū sexagintaquinq; cælorum cōfirmare conatur. Quibus cælis etiam locorum digestiones poeticis diuisionibus pares constituere studeus, non negligenter machinatur. illorum enim vanas speculationes ad propriū charactērem acceptas, tum ipse, tum sectatores eius, ad causam propriā idola facientis, erroneāq; ac confictā doctrinā transtulerunt, & volunt horum confirmationem à similibus numeris facere, nō minis videlicet Abraxax, quod CCCLXV numerum habet. Nimirū indicantes, per ipsum habere etiam annum CCCLXV dierum numerum per circuitum. Verū lapsa est nugax ipsorum ratio. Reperitur enim annus dierum trecentorum sexagintaquinq; & horarum trium. Deinde hinc dicit, Et homo habet tredecim sexagintaquinq; membra, vt vniciq;que virtuti attribuat vnum membrum. Vnde & in hoc lapsa est ipsius excogitata ac falsa doctrina. Sunt enim in homine membra CCCLXIII. Porō beatus Irenæus, apostolorum successor, ne hoc subtiliter tractans, improbitatem ac inefficaciam huius redarguit. Subuertentur autem etiam nunc nugæ Basilidæ, qui ex supernis descendit, & superna clarē perstrauit. Imō potius ex supernis delapsus est, à veritatis scopo. Nam si hoc cælum ab angelis qui in ipso sunt, factum est, ipsi verō à superioribus, & superiores rursus à superioribus: igitur suprema virtus, quæ & Abraxax appellatur, omnia fecisse comperietur, & vniuersarum rerum causa esse, & nihil citra ipsam factum esse reperietur, quando ipsa & causa & primum exemplar ab ipsis prædicatur: & mundi huius immutationem ac defectum apud ipsos appellatum, non ab aliquo factum esse, sed à primo principio & causa posterioribus productis. Interrogandus autem est ipse à nobis: Quæ ratione ad tantam multitudinem nos, ò bone vir, perducis, & non potius ad principium, hoc est ad vnum Deum omnipotentem: quando omnino siue sic dicis, siue sic, vnā causam omnium Dominū cōfiteri oportet. Sed & de tractatione de CHRISTO proposita responde tu fabulosa huius narrationis effector. Si Simon crucifixus est Cyrenæus ille, ergo non per IESVM salus nostra perfecta est, sed per Simonem: & non amplius speret mundus saluari se per IESVM CHRISTVM, qui non est passus. Neque enim Simon saluare potest, qui nudus homo est, & nihil aliud. Simul autem & synchophantiæ nomine condemnas vnigenitum filium Dei, si alium pro seipso bonus ille Dominus tradidit, coactum ad mortem. Et erit de cætero somnium. Imō potius malignitatis ac nequitie opus, quia CHRIS TVS nequitia quadam seipsum occultauit, & alium pro seipso tradidit. Et calumniabitur quidē stultitia tua veritatem, nihil autem efficere poterit, vt quæ ab ipsa veritate redarguatur, quod hoc signum nullā cōsistentiā habēs inducat. Nā veritas penitus redarguit hunc hæresiarchā, in veteri

in veteri ac nouo Testamento. Omnibus enim notū est, quod CHRIS TVS volens ad passionem deuenit, & voluntate propria ac proprii patris, & bona voluntate sancti Spiritus assumpsit carnē, homo factus inter nos, in perfectione Deus existens, ab initio ex patre genitus, sine principio, sine tempore. In extremis verō diebus in vtero virginis esse dignatus, & corpus in seipsum efformauit, & genitus est in veritate, & homo factus est in certitudine, quo in ipsa carne pro nobis pateretur, & animā daret, p̄ propriis: quibus velut ipse redarguit hos, dū dicit, [Ecce ascēdimus ad Hierosolyma, & filius hominis tradetur, & occidetur, ac tertia die resurget.] Itē dū ad filios Zebedæi dicit, [Potestis bibere poculū quod ego bibiturus sum?] Testatur & apostolus Petrus dicens, [Mortificatus carne, viuificatus autē spiritu.] Et rursus, [Qui passus est pro nobis carne.] Itē Ioānes dū dicit, [Si quis dicit CHRIS TVS non in carne venisse, hic Antichristus est.] Beatus autē Paulus dicit, [Gustauit mortē, mortē autē crucis:] Sic etiā Moyses præcīnens, dixit, [Videbitis vitā nostram pendentem corā vobis in ligno.] Vita autem nostra non est Simon Cyrenæus, sed Dominus noster passus vt nostras passiones dissoluere; & mortuus morte carnis, vt mortis aculeum confringeret; & digressus ad inferna, vt adamantinos vates comminueret. quod vbi fecit, eduxit animarum captiuitatem, euacuauitq; infernū. Non igitur mortis causa fuit CHRIS TVS Simon, quum ipse seipsum tradiderit. Quid enim dicit, ò omnium hominum miserrime? Non potuisset liberē loqui, & secedere ab ipsis, nisi crucifigi voluisset. Sed ludum nequitie faciebat Dei verbum, & alium pro seipso tradebat ad mortem, ac crucifigendū. Qui dicit, ego sum veritas, & vita dicit. Vita autem non vtiq; alteri mortem construxerit, & veritas non occultauerit id quod ab ipsa fit in veritate, neq; alia pro aliis ostenderit. Non enim amplius veritas comperietur veritas, si seductionem operatur, & opus suum occultat: per contrariam autem deceptionem rem gerit. Et vt in summa ex omnibus dicam, & non linguam faciam orationem. Vt mūdo à scandalis, & operantibus iniquitatem: Quot homines sibi ipsi tenebras inuenērūt, ite nq; aliis qui postea tenebris ipsorum crediderunt. Prudentibus autem apparebit veritas. Verūm Basilidæ, & talium tractatio, opus erroris declarabitur. Atque hæc mihi de hac hæresi, & hac fabula dicta sint. Hinc verō ad aliam hæresim pergam. Cui enim non deprehenso facilis erit hæc hæresis, quod fabula quedē sit, & ad Cerastræ serpentis modum sit arena obruta, per cornu verō in aere eminens, & perniciem incidentibus in ipsam afferēs. Sed & cornu peccatorum Dominus contriuit, cornu autem iusti solum exaltabitur, id quod est fides veritatis. Quapropter quū & hūc cōtinerimus doctrina veritatis, ad sequētes trāscamus, Deū adiutorē inuocātes: Cui gloria, & honor, & adoratio in secula seculorū. Amē.

Contra Nicolaitas, XXXV. ex ordine hæresim.

Nicolai vnus fuit de septem diaconis electis ab Apostolis, vnā cum Stephano sancto & primo martyre, & Prochoro, & Parmena, atq; aliis. Hic ab Antiochia originem ducens, pro seletus accessorius fit. postea verō vbi suscepisset sermonem de prædicatione CHRIS TVI, etiam ipse coniunctus est discipulis, & inter præcipuos primas obtinuit. atque hinc inter electos ad viduarum curam tunc connumeratus est. Postea verō in ipsum subit diabolus, & decepit cor ipsius eodem cōm prædictis errore, ita vt amplius prioribus illis sauciaretur. Nam quum hic haberet vxorem formosam, & ab ipsa se continuisset, ad imitationem eorum quos Deo additos videbat, aliquatenus tolebat: nō tamē in finem suę intemperantię dominari potuit, sed volens velut canis, ad propriū vomitum reuertī, præteritus quodam non ita bonos sibi ipsi venans, excogitabat ad proprii affectus petulantie defensionem, ea que magis ipsi conferebant. Deinde igitur à proposito elapsus, cum propria vxore coibat minime curiosē. Postea verō erubescens se victum esse, & veritatem deprehēdi, audebat dicere. Nisi quis singulis diebus venerem exerceret, nō posset particeps fieri vitæ æternæ. Ex alio enim ad alium præteritum cōfugit. Nam quum videret coniugē suam pulchritudine quidē decorā, verūm humilitate ferri, zelotypus erga hanc factus est, & de aliis ex propria petulantia iudicans, primū in sultum in propria vxorem faciebat, calumnias quasdā ipsi inferens per sermones. Tandē verō seipsum detrahit, non solū in vsum carnis eum qui est hominibus secundum naturam, sed etiam in blasphemā sulpicionē, & peruersi moris detrimētum, & maligni erroris ingressum. Atq; hinc hi qui falso appellatā scientiam iactant, in mundo exoriri cœperunt. Gnostici, inquam, & Phibionitæ, & Epiphanius sectatores appellati, Stratioticiq; ac leuitici, atq; alij plures. Vnusquisq; enim horum ipsius sectam ad suos affectus attrahēs, in numeras malicie vias excogitauit. Quidam enim ipsorum quendam Barbelo glorificat, quam supernē esse dicunt in octauo cælo. Hanc autem à patre productam esse aiunt: matrem verō ipsam esse dicunt, alij Ialdabaoth, alij Sabaoth: filium verō huius dominum obtinuisse septimi cæli, per audaciam quādā ac tyrannidē. Dixisse autem inferioribus, Ego sum (inquit) primus, & qui postea, & præter me non est alius. Verūm Barbelo, ipsam audiuisse sermonem hunc ac plorat se. Hanc autem semper apparere principibus in bono formæ, & deprædari ab ipsis semen per volūptatem ac effusionem, quo nimirum eandem virtutem in diuersos dispersam, rursus reportet. Et sic extali argumento, turpiloquiū sui mysterium mundo inuexit. Et quidam ex prædictis, velut dixi, per multam malignitatem, in multiplici feminarum coitu, turpibusq; ac intollerabilibus actibus, quos ne dicere quidem fas est, versari docuerūt. Quemadmodum etiam alicubi sanctissimus Apostolus dicit. [Quæ enim occulte ab ipsis sūt, turpe est etiā dicere.] Quod si quis velit oppositam ex Spiritu sancto huius sectæ euerionē videre, huic cognoscendā est ex sancti Ioannis Apocalypsi, qui scribēs vni Ecclesiæ ex persona Domini, hoc est Episcopo isthic constituto, cum virtute sancti angeli in alrari, dicit: [Habes autem quid boni, quod odio habes opera Nicolaitarum, quæ & ego odi. Alii verō Prunicum quendam colunt, velut etiam hi, Et rursus fabulosē ad hanc opinionem turpis operis, suos affectus perficientes, dicunt. Prunici virtutem colligimus à corporibus per fluida, genituram

Christus
mortis
causa non
fuit Simo
ni.

Cerastræ
serpentis
natura.
veritas a
gitatur,
sed non de
letur.
Hæresis
25.
Nicolai
tarum.
Patria ni
colai.
Nicolans
diaconus
fuit.
Prouer
bium.
Imtemp
rantia Ni
colai cir
ca res ve
neras.
Impuden
tia Nico
lai impie
tati per
missa.
Origonul
torum hæ
resum.
Barbelo
quid sit.

Effrenata
cupiditas
hæretico
rum.

ram videlisset ac mensas. De quibus paulo post, quum de ipsis singularim dicere aggredieremur, exacte narrabo: non ut polluam aures auditorum, aut lectorum, sed ut prudentibus odium magis excites aduersus ipsos, & auersionem ab operatione malorum: non calumniam strues scelestis illis, sed per veritatem ea quae ab ipsis sunt, in apertum triumphum ducens. Alij porro ex praedictis Ialdabaoth glorificant, dicuntque ipsam esse primam filium, velut dixi, Barbelo. Et ob id dicunt oportere, ipsi dare honorem, quia multa reuelauit. Vnde & libros quosdam in nomine ipsius Ialdabaoth efformantes confingunt, & nomenclaturas infinitas barbaricas principum ac potestatum inuoluoquo caelo, aduersantium humanae animae. Et multae animo insidiae sunt, quae per ipsorum errorem humane generi tenduntur. Alij rursus Caulaucauch eodem modo glorificant, principem quendam hunc sic appellantes, decipere conantes imperitos per nominum terriculamenta, & confictam barbaram nominis appellationem. At verò expertis, & his qui ex Deo acceperunt, de singulis nomenclaturis, & vero argumento, scientiae Dei gratiam, quomodo non cognitu facilia sint fabulosi erroris ipsorum dogmata & promissa? Prunicum enim vbi dicunt, id totum est voluptatis ex corde excogitatio: & quicquid eius vocis cognationem respicit, lasciuiae ac scortationis significationem habet, & corruptionis aggressionem. In his enim corpora stuprant, & Graecus quidam loquendi modus est, *iniquitate* *trahit*, id est stuprauit hanc. Vnde etiam Graecorum impostores, qui res Graecas in fabulis describunt, de pulchritudine dicunt, quod pulchrum est prunicum. Sed & de Caulaucauch quis legentium non riserit? quod dictione Hebraicae probe dictas, & Graecae recte expositas, & nunc apud eos qui Graecae legunt manifestas, & nihil obliqui habentes, ipsi in simulachrorum affectiones, & in formas, & in substantiuos principatus, & vti ita dicam, statuarum figmenta efformant, apud simplices per imaginationem errorem dispergentes, ad turpis & fabulosae artis ipsorum conseminationem. Caulaucauch enim in Esaiam scriptum est, & est quaedam dictio in duodecima visione, vbi dicitur: [Tribulatione in tribulatione, spem in spe, adhuc paululum, adhuc paululum expecta. Quare etiam ipsa Hebraica verba integra hic apponam ad verbum, velut scriptum est. Nam saulafau saulafau, significat tribulationem in tribulatione. Caulaucauch caulaucauch, spem in spe: zierfau zierfau, Adhuc paululum, adhuc paululum expecta. Vbi igitur est istorum fabulamentum? Vbi voluptarius conceptus phanatica ipsorum doctrina? Vnde mundo zizania? Quis est qui coegit homines sibi ipsos attrahere perniciem? Si enim scientes transmutauerunt nomenclaturas ad imaginationem perditionis, sibi ipsi palam mali autores fuerunt. Si verò ignorantes dixerunt ea quae non nouerunt, nihil ipsis miserius est. Stulti enim haec sunt, velut verè videre licet omni ex Deo intelligentia adepti. Voluptatis enim gratia, tunc seipso, tunc obediens perdidit ac perdit. Spiritus enim erroris, est velut flatus in tibia, diuersis motibus concitatus vnusqueque; stolidum contra varietate. Nam & ipsa tibia imitamentum est draconis, per quem locutus est diabolus, & decepit Euam. Ab illius enim figura ad imitationem tibia ab hominibus ad decipiendum facta est. Et vide mihi figuram quam is qui tibia canit, in tibia facit. Qui enim tibia canit, rursus nutat, & ad dextram ac sinistram se flectit, similiter vitille. His enim figuris etiam diabolus vititur, vt blasphemiam contra caelestia ostendat, & quae in terra sunt dissipet, & simul occupet orbem terrarum, & ad dextram & ad sinistram pessundat eos qui errori credunt, delectanturque, vocibus erroneis, velut musico instrumento. Porro alij ex ipsis vana quaedam nomina effingunt, dicentes: Tenebrae erant, & profundum & aqua. Spiritus autem per medium horum, diuisione ipsorum fecit. Tenebrae verò indignabatur, & molestiae erat spiritui, recurretesque implicatae sunt spiritui, & genuerunt (inquit) quaedam Metra appellata, quae sane genita concepit in eodem spiritu, Ex Metra verò producta sunt quatuor secula. Ex quatuor autem seculis, alia quatuordecim. Et factae sunt tum ad dextram, tum ad sinistram, lux & tenebrae. Postea verò post omnia haec, productum esse quoddam turpe seculum, atque hoc permixtum esse Metra supra indicatae, & ex hoc seculo turpi ac Metra, natos esse Deos, & angelos, & daemones, & septem spiritus. Deprehenditur autem ipsorum error ex hoc, quod quum ab initio vnum patrem dixerint ac definitum, postea multos deos pronunciauerunt, ex quo ostendunt ipsum errorem ea quae ab ipso falsa profecerunt, contra seipsum armate, & seipsum destruere, veritate semper ex omni parte emergente. Quid igitur dixerit aduersus te o Nicolae? quid disputauerit? Vnde nobis affers turpe seculum, & radicem prauitatis, & Metram gignentem, & deos multos & daemones? Apostolus enim quum dixit, Si quidem sunt qui dicuntur Dei, non esse hos ostendit. In eo enim quod dicit, qui dicuntur, ostendit ipsos in eo quod dicuntur solum esse, non esse autem substantia, sed per quandam opinionem. [Nobis autem, inquit, vnus Deus,] his videlicet qui cognitionem veritatis habent: & non dixit qui dicitur Deus, sed qui est Deus. Si autem nobis vnus Deus, non amplius multi sunt Dei. Et Dominus in Evangelio dicit: [Vt cognoscant te solum verum Deum,] quo euerteret opinionem eorum qui fabulosa dicunt, & multos deos esse putant. Vnus enim noster est Deus. Pater & Filius & Spiritus sanctus, tres substantiae, vna dominatio, vna deitas, vna glorificatio, non multi dei. Vbi verò completur per te o Nicolae, id quod a Domino dictum est? [Sunt Eunuchi, qui eunuchi facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt: & sunt eunuchi, qui seipso castrauerunt propter regnum caelorum.] Quomodo tute ipsum & credentes tibi seduxisti, per lasciuiam ac turpem operationem, veritatem Dei in iniusticia ac iniquitate detinens ac docens? Vbi verò a te impletum est illud? De virginibus praecipuum Domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam consequutus, bonum est sic esse. Et rursus. Virgo curat ea quae Domini sunt, quomodo placeat Domino, vt sit sancta in corpore & in spiritu: & quaecumque sunt quae de sanctitate & continentia ac virginitate proferre liceat. a te enim omne cœnum immunditiae impudenter introducitur. Verum scopus hic mihi propositus sit, vt legentes per duo aut tria haec dicta, ridiculam haeresim tuam destructam videant,

Ialdabaoth quis sit.

Caulaucauch quis sit.

Illicite ad sideria à graecis descripta.

Esaiam locutus.

Tibia dracons imitamentum.

Verba illius soria.

Erroris cecitas.

Diaper opinionem.

Falsitas opinionis Nicolai ostenditur.

Haeresis ridicula.

deant. Caterum hinc progressus consequenter coniugatam huic haeresi, velut materiam in multa vbertatem eluxuriantem, & spinarum vndiquaque cunitarum destitutam, aut multitudinem lignorum ac farmentorum in agro reficcatorum ad exultationem paratorum ostendam, propterea quod per eandem miserabilis illius Nicolai sectam, velut per agrestis scabiei, aut lepra inuisionem, alia corpora ex aliis corporibus corruptum sunt: ita partim conuicti sunt ex ipso, partim ex his qui ante ipsum fuerunt, Simone dico & aliis, ex quibus occasiones arripuerunt Gnostici, id est cognitores appellati, verum penitus condemnandi propter improbitatem ac turpem actionem in operibus immundis. Nam quum tevera hunc primum modicè continentem, deinde à continentia digressum, instar hydri serpentis, qui ex aqua in terram reuertitur, & rursus ad aquam redit, per calami cernis nobis in manu traditum percussimus ac perdidimus, deinceps ad sequentes haereses transeamus. *Contra Gnosticos appellatos, sectam ex ordine. XXVI.*

Gine fructus ipsi (id quod omnibus manifestum est, ac facile deprehensum, non modo credentibus sed ferè etiam incredulis) in mundo effloruerunt. Nam Metram & turpitudinem & alia dicere quomodo non ridiculum videtur omnibus hominibus, Graecis & Barbaris, sapientibus ac stolidis. Multa verò calamitas est, & maxima miseria; eos qui in condensatione ac errore sunt, immittere nobis sectarum principes, & in nos insurgere velut ferarum multitudinem, & vexationes ac graueolestias pruritusque ac attritiones nobis inducere, per fabulosum ipsorum errorem. Hi autem illi Nicolae conuicti, & rursus ex ipso velut ex secundo serpentis aut aspidis ouo scorpium geniti, quaedam inanis soni nomina nobis introducunt, & libros faciunt, Noriam quendam librum appellantes, & ex opinione Graecae superstitionis, fabulosas nugae ac imaginationem apud ipsos Graecos transmutantes, sic mendacium veritatis implicant. Haec enim Noriam dicunt esse Noe uxorem. Vocant autem Noriam, quod ea quae apud Graecos ementia sunt, barbaricis nominibus ipsi transformantes, deceptis ab ipsis imaginationem inducant, at sanè per interpretationem Pyrrhae nomen faciant, Noriam hanc ipsam appellantes. Nora enim in Hebraica lingua non ita exacta, ignem significat, qui pyr Graecis dicitur, imò etiam in Syriaca lingua. Verum Esauti appellatur apud Hebraeos exacte loquentes, ipse ignis. Itaque contigit ipsis, vt per ignorantiam & imperitiam hoc nomine vsi sint. Neque enim quae Pyrrha est apud Graecos, neque Noriam ab ipsis excogitata, sed Barthenos vxor Noe fuit. Nam Graeci dicunt Deucalionis vxorem Pyrrham appellari. Deinde causam proponunt hi qui Philistionis dogmata nos bis rursus producunt, quod hunc voluerit saepe cum Noe in arca versari, non permissa est, principe (inquit) qui mundum creauit, volente ipsam perdere, vna cum aliis omnibus in diluuiio. Ipsam vero cœdente in archa, eamque incendisse, non semel atque iterum, sed saepe. Vnde sanè ad multos annos arca ipsius Noe structura deuenit ac extensa est, eo quod saepe ab illa fuit incensa. Erat enim, inquit, Noe obediens principi. Noriam verò superbas virtutes reuelauit, & de virtutibus ipsam Barbelo conuictam principis, velut etiam alia virtutes. Et fabulam subrexit: Quod oportet ea quae spoliata sunt à superna matre, per principem qui mundum fecit, itemque alios deos qui cum ipso sunt, & angelos ac daemones, à virtute quae in corporibus est colligere, per defluxum masculorum ac foeminarum, & in summa, malis referta omnem suam tenebrarum cacitatem ostendunt. Multum enim temporis insumerem, si hic descriptionem de his factam exacte recensere vellem, ita vt absurda falsò appellatae cognitionis ac scieatię dogmata singularim exponerem. Alij porro ex ipsis diuersimodè rursus afflicti, oculosque suos lancinantes ac lancinati, Barcabam quendam prophetam introducunt, dignum ipsorum nomine. Cabba enim, Syriaca lingua scortationem significat, Hebraea verò occisionem: Et rursus exponitur, quarta pars mensura. Ludibrio autem & visu, imò potius miseratione dignum est huiusmodi factum, apud eos qui nomen hoc norunt in propriis linguis. Afferunt autem nobis ex hoc admirando Propheta turpem narrationem, quod corruptibilibus corporibus permisceri persuadeamur & à spe excidamus, non verentes ipsis verbis scortatoria ac amatoria Veneris facta recensere. Alii rursus ex ipsis confictum & illiciens quoddam inducunt poema, cui nomen imposuerunt, Euangelium perfectionis. Et re vera non est hoc euangelium, ac perfectio luctus. Omnis enim mortis perfectio in tali diaboli subseminatione continetur. Alij verò non verentur dicere. Euangelium Euam, in nomen enim ipsius, nimirum vt quae inuenit nomen cognitionis, ex reuelatione serpentis qui ipsam alloquitur est, rationem supponunt ac suggerunt. Et quemadmodum in instabili mente ebriosi ac delirantis, non aequalia possunt esse verba, sed alia ex risu effecta, alia fletu plena: sic impostorum illorum per omnes modos prauitatis subseminatio facta est. Procedunt autem à stultis testimoniis ac visionibus, in euangelio quod iactant. Sic enim tradunt: Stabam in monte alto, & videbam hominem longum, & alium mutilum, & audiui velut vocem tonitruum, & accessi ad audiendum, & dixit ad me, & ait: Ego tu & tu ego. Ego vbi sanè fueris, illic ego sum, & in omnibus sum sparsus, & vnde volueris colligis me. Me autem colligens, te ipsum colligis, at o diaboli subseminationem, vnde mentem humanam euertit, & ad stulta ac non consistentia à veritatis doctrina distrahit. Non est enim ferè opus mentis compositi, vt ex scriptura, aut exemplis, aut alia aliqua re, horum euerfionem faciat. Qui enim reuera ratione praeditus est, statim ipsorum fatuitatis fabulam, & adulteratum opus cognoscit ac deprehendit. Haec itaque & talia introducunt Gnostici Nicolai haeresi copulati, à veritate excidunt, non solum mentem eorum qui ipsis fidem habent, euerfientes, sed etiam corpora & animas per scortationes ac multiplicem coitum in seruitutem adigentes. Ipsam enim suam synaxim ac communionem turpitudine multiplicis coitus polluunt, comedentes ac contingentes tunc humanas carnes, tum immundicias, vt ne audeam quidem totum eloqui, nisi sanè cogerer, propter excellentem animi mei dolorem, ab his quae vanè ab ipsis

Gnostici qui sunt. Hydri serpentis natura.

Gnostico-rum haeresis 26.

A scola Nicolai exortum sunt. Noriam pyrrha dicta.

Noe vxor Barthe. Philistion poeta.

Noria superbarum virtutum reuelatrix.

Barcabas propheta. Prophecia impudica.

Visiones ementiae.

Synaxis a hominibus.

ab ipsis sunt stupore percussus. Ad qualem magnitudinem ac profunditatem malorum, hostis hominum diabolus dicit in ipso creditis: ut polluant & mentem & cor, & manus, & ora & corpora, & animas eorum qui ab ipso in tanta cæcitate cruditi sunt. Timco autem ne forte magnam hoc venenum totum reuelent, velut cuiusdam Basilisci serpentis faciem, ad perniciosam magis legentium quam ad coiretione[m]. Polluit enim reuera aures, magna huius audacia blasphemia collectio, & hæc turpitudinis coacternatio ac narratio: & fraudulentiæ huius turpis operationis cœnosa maleuolentia. Apud quosdam autem Borborianj appellatur. Alij Coddianos ipsos cognominant. Coddia enim Syria lingua dicitur patria, aut eam. Ex eod quod non possint aliqui cum ipsis cibum sumere, sed priuatim inquinatis edulia dentur, & quod non possit quis vel panem cum ipsis comedere propter gnet. inquinatorem. Et propter cohabitatores, separatos ipsos habentes, Coddianos cognominauerunt. Iidem in Egypto Stratiotici vocantur, & Phibionitæ, velut supra ex parte dictum est. Quidam tamen ipsos Zacchæos appellant, alij Barbelitas. Attamen quia neque præterire possunt in totum, cogoratio in no effari. Nam & sanctus Moses Spiritu sancto plenus scribit: Si quis viderit eadem, & non maledicantur, nifestauerit, maledictus fuerit talis. Quapropter non possum magnam hanc eadem, & magnam istam lethalem operationem silentio præterire, & non declarare. Fortassis enim vbi declarauero prudentibus hunc lapsum, velut puteum interitus, timorem ac horrorem inducam, ad hoc ut non solum vitent, sed etiam lapidibus impertant obliquum illum serpentem, ac basiliscum in profundo barathro latitantem, vt ne appropinquare quidem alicui audeat. Atque hæc quidem iam de ipsis relata, quum pauca quadam sint, in parte locentur. Ingrediat autem in domum profunditatis lethalis de ipsis narrationis. Diuersa est enim apud ipsos peruersa voluptatis ipsorum doctrina. Primum equidem communes vxores habent, & si quis peregrinus accesserit de ipsorum dogmata, signum est apud ipsos virorum ad foeminas, & foeminarum ad viros, in extendendo manum, ad salutationem videlicet, subter palmam, contrectationem quandam titillationis per hoc se induere ostendentes, quod eiusdem religionis sit qui accessit. Hinc igitur mutua cognitione accepta, statim ad epulationem conuertuntur. Larga verò & opipara edulia, carnis esum, & vini potum apponunt etiam si pauperes fuerint. Ex hoc autem vbi compotatur, & venas (vt ita dicam) satietate impleuerunt, ad castitiam se conuertunt. Et vir quidem concedens vxorem alteri ad ipsam dicit, Surge, fac dilectionem cum fratre. Miseri autem illi vbi inter se mixti fuerunt, & re vera erubescere dicere turpia quæ apud ipsos sunt, iuxta Apostoli illius sancti dictum, nempe, Quæ apud ipsos sunt, turpe est etiam dicere: attamen non erubescam dicere, quæ ipsi facere non erubescunt, vt omnibus modis horrorem incuriam audientibus turpia quæ ab ipsis perpetrantur facinora. Postquam enim inter se permixti fuerunt per scortationis affectum, insuper blasphemiam suam in cælum extendunt. Et suscipit quidem muliercula, itemque vir fluxum a masculo, in proprias suas manus, & stant ad cælum ieiunantes, & immundiciam in manibus habentes, & præcantur nimirum Stratiotici quidem & Gnostici appellati, ad patrem, vt aiunt, vniversorum, offerentes ipsum hoc quod in manibus habent, & dicunt: Offerimus tibi hoc donum corpus CHRIS TI, & sic ipsum edunt, assumentes suam ipsorum immundiciam. Et dicunt, hoc est corpus CHRIS TI, & hoc est pascha. Ideo patiuntur corpora nostra, & coguntur confiteri passionem CHRIS TI. Eodem verò modo etiam de foemina, vbi contingerit ipsam in sanguinis fluxu esse, menstruum collectum ab ipsa immundicie sanguinem, acceptum in communi edunt, & hic est (inquiunt) sanguis CHRIS TI. Quapropter etiam quum in Apocryphis legerint: Vidi arborem ferentem duodecim fructus in anno, & dixit mihi, hoc est lignum vitæ: ipsi figuratè interpretantur ad fluxum muliebrem singulis mensibus fierentem. Porro vbi inuicem coeunt, liberorum generationem auersantur, & interdunt. Non enim ad generandam sobolem corruptio apud ipsos instituta est, sed voluptatis gratia, diabolo illudente talibus, & seductam errore Dei creaturam subannante. Verum voluptatem quidem perficiunt; in seipos verò assumunt ac ingerunt immundicie suæ semina: non ad liberorum generationem deiicientes, sed ipsi turpitudinem edentes. Si verò etiam quis præoccupatus fuerit, vt immittat deiectionem defluxus naturalis, & prægnans facta fuerit mulier, quid grauius ac horribilius designent tales, audi. Detractum enim foetum, quocumque tandem tempore id aggressi fuerint, accipiunt; & in mortario quodam pistillo tundunt, & ammixto melle ac pipere, & aliis quibusdam aromatis ac vnguentis, ad auertendam nauseam, sic congregati omnes porcorum ac canum horum sodales, participes sunt contusi pueri. Atque sic humana carnis esu peracto, deinceps preces fundunt ad Deum, quod non illufum est nobis (inquiunt) à principe concupiscentiæ, sed collegimus delictum fratris. Et profecto hoc perfectum pascha ducunt. Sed & alia horrenda ipsi audent. Quum enim rursus insaniam in seipsis conceperint, imbutis manibus turpitudinis suæ deflexu surgunt, & manus suas inquinatas habentes, nudi toto corpore præcantur, tanquam per huiusmodi operationem inueniant dicendi apud Deum libertatem. Corpora autem sua, tum muliebricia, tum virilia noctu ac diu curant vnguentis, balneis, epulationibus, concubitibusque & ebrietatibus vacantes. Et detestantur ieiunantem, dicentes quod non oportet ieiunare. Principis enim eius qui seculum fecit, est ieiunium: verum oportet nutriri, vt corpora sint robusta, quod possint fructum reddere in tempore suo. Vtuntur autem & veteri & nouo Testamento. aduersantur autem eum qui loquutus est in veteri Testamento, & vbi verbum reppererint aliquod quod contra ipsos sententiam habere potest, dicunt hoc à spiritu mundano profectum esse. Si vero aliqua sententia ad similitudinem concupiscentiæ ipsorum formari poterit, non vt habet verbum, sed velut habet mens ipsorum decepta, hanc ad cupiditatem suam transfurantes,

Noë's Basilisci facies.

Coddia quid apud Syrios.

Phibionitæ.

Stratiotici.

Vxores communes.

Hereticorum conuicia.

Seminis humane sus.

Menstrui sanguinis esus.

Humana carnis esus.

Scripturas sacras pro libidine interpretantur.

tantes, dicunt ex spiritu veritatis ipsam processisse. Et hoc est (inquiunt) quod dixit Dominus de Ioanne: Quid exiistis in desertum, vt videretis arundinem quæ à vento agitatur: quoniam nõ erat (inquiunt) perfectus Ioannes, agitabatur enim à multis spiritibus, ad similitudinem arundinis quæ ab vno quoque vento commouetur. Et quum quidem veniebat spiritus principis, Iudaismum prædicabat: quum vero Spiritus sanctus, de CHRIS TO loquebatur. Et hoc est, aiunt, quod qui minor est in regno cælorum, maior est illo: de nobis (inquiunt) dixit, nam qui inter nos minor est, maior illo existit. Et statim obturantur talium ora ab ipsa veritate. Ex coniunctis enim palam veritas ostenditur, & locutionis promissum explicabitur. Si quidem enim Ioannes mollibus vestibus amictus fuisset, & in domibus regu vixisset, recta esset pro ipsis locutio, & recta ad ipsum redarguendū esset. Si vero dixit, Quid exiistis, vt videretis hominem mollibus vestibus amictus: & non sic habebat: non ad Ioannem mollia non gestantem sermonis conuicium referendum est, sed ad eos qui sic Ioannem se repturos esse putant, & ab his qui in ædibus regum sunt, sepe per simulationem adulatorum admiserant. Sperabant enim hi se à Ioanne laudes adepturos esse, ac prædicationes ob delicta quæ quotidie ab ipsis fiebant. Quum vero non reperissent, ad subuertendos ipsos à Salvatore, dictū est, Quid putabatis, vos repturos esse hominem assentientem vestris affectibus? velut apud eos qui molles vestes gestant. Non sic. Non enim est Ioannes arundo, quæ hominū sententiis agitatur: aut qui ab vnaquaque simulatione ac fraude, instar comotæ arundinis commouetur. Quandoquidē vero dixit, Inter natos mulierum non est Maior Ioanne: vt ne putarent aliqui etiam in ipso Salvatore maiorem esse Ioannem, quoniam & ipse Saluator à muliere semper virgine Maria natus est per Spiritum sanctū, cautos nos faciens dixit: Qui minor est in regno cælorum, maior est ipso, hoc est tempore aduentus ipsius in carnem. Quandoquidem enim post natiuitatem Ioannis, semestri tēporis intervallo natus est Saluator, maior videlicet ipso existens, erat enim semper, & est, cui vero hoc non manifestum est? Igitur vanè omnia apud ipsos conficta sunt, à bonis ad mala transfurata. Et libri quidem ipsorum multo sunt. Interrogationes enim quasdam Mariæ edunt. Alij in prædictum Ialdabaoth, & in nomē Seth multos libros proponunt, & alias reuelationes ipsius Adam dicunt. Alia item Euangelia in nomine discipulorum conscribere ausi sunt, Non erubescunt autem dicere, ipsum Saluatorem nostrū & Dominum IESVM CHRIS TVM hanc turpem operationem ipsis reuelasse. In magnis enim interrogationibus Mariæ, (sunt enim parua quoque ab ipsis conficta) proponunt ipsum reuelare ipsi, vbi assumperat ipsam in montem, & præcatur esset, & ex latere suo mulierem eiecisset, & cū ipsa commiseri cœpisset. Et sic nimirum ipsum, vbi defluxu suū assumpsisset, indicasse illi, quod oporteat sic facere, vt viuamus. & Maria turbata, ac in terram collapsa, ipsum rursus illam leuasse, ac ipsi dixisse, Cur dubitasti modica fidei? Et didit quod etiā hoc est quod dictū est in Euangelio: [Si terrestria dixi vobis, & non credidistis, cœlestia quomodo credetis?] Et hoc, [Quum videritis filiū hominis redeūtē vbi erat prius: hoc est defluxum in se suscipientē, vnde etiam exiuit.] & quū dixit: [Nisi comederitis carnē meā, & biberitis meum sanguinem.] Et quum discipuli turbaretur ac dicerent, quis potest hoc audire: dicunt, quod de turpitudine ipsi sermo erat. Quapropter etiam conturbati fuerunt, & abiierunt terrorum. nondum enim erant (inquiunt) in complemento firmati. Et quū dicit David, [Erit velut lignum quod plantatū est iuxta decursus aquarū, quod fructū suum dabit in tēpore suo: de turpitudine viri, inquit, dicit, in exitum aquarum. & quod fructum suum dabit: voluptatis, inquit, in fluxum dicit. Et foliū eius non defluet: quoniam nõ sinimus ipsum in terram cadere, sed ipsi ipsum edimus. Et vt ne testimonia ipsorum in mediū adducēdo, magis lædā quam profim, ea de causa multa præteribo. Alioqui omnia quæ ab ipsis dicuntur, hic apposuissem, ac publicassem. Nā quod dicitur, inquit, posuisse Raab coccinum in fenestra. Non erat, inquit, coccinum, sed membrum muliebris naturæ, & coccinum menstruum sanguinem dicit. Et quod dicitur, [Bibe aquas de vasis tuis:] de hoc dicitur. Afferunt autem carnem perire, & non resurgere, esse vero hæc principis. Verum virtutem quæ in menstruo sanguine est, & in ipsis genitalibus feminibus, animam esse dicunt: quam colligentes, inquit, edimus: & quocumque nos edimus: siue carnes, siue olera, aut panem, aut aliud quid, gratificamus creaturis ac omnibus animam colligentes, & nobiscum ad cœlestia transferentes. Quapropter etiam omnium carnis vescuntur, vt miseremur, inquit, generis vestri. Aiunt autē eadem animam esse & in animalibus, & in fetis, & in piscibus & serpentibus ac hominibus insitam esse: itemque in oleribus, & arboribus, ac fructibus. Et qui ex ipsis Phibionitæ appellantur, offerunt turpes suas oblationes scortationis hic à nobis antea relatas, non in omnibus trecentis sexagintaquinque, quæ ipsi effinxerunt, principum videlicet, illudentes mulierculis, ac dicentes: Coito mecum, vt te offeram sursum ad principem. Et per singulos coitus nominant vnus cuiusdam nomen barbarum, ex his qui apud ipsos seducti fuerunt. & sanè præcantur dicentes, offerimus tibi, vt offeras illi. Rursus vero in alio coitu, rursus alii se offerre dicit, vt & ipse alij offerat. Et donec trecētos sexagintaquinque lasciuie casus ascenderit, aut potius fecerit, per singulos nomen quoddam inuocat, hoc ipsum agens. Et incipit rursus per eodē descendere, eadē turpitudines perficiens, & deceptis illudens. Quū itaq; ad tantam numeri molem peruenerit septingentorum triginta casuum, hoc est coituum turpium, & nominum apud ipsos fictorum: tunc de cætero audet talis, ac dicit, Ego sum CHRIS TVS, quoniam ex supernis descendi per nomina trecentorum sexagintaquinque principum. Cæterum maiorum secundū ipsos principum hæc nomina esse dicūt, in primo quidem cælo esse Iao principem. In secundo vero Saclam principem scortationis. In tertio Seth principem. In quarto vero dicūt esse Daden. Quartum enim ac tertium cælum esse asserunt. Imò etiam aliud quintum, in quo dicunt esse Eloaam, qui & Adoneus appellatur. In sexto vero alij Ialdabaoth esse dicunt, alij Elilæum, alij etiam se

Vitiosa de Ioanne Basilica intelligit, Mollibus vestitur adulator.

Libri Gnosticonum.

Sinistrade scripturis sacris hereticorum opiniones.

Perpetuæ carnis interitus.

Animam omnibus animalibus eadē.

Turpitudines in coitu. Cælorum multitudinem.

eriam septimum caelum constituit, in quo aiunt esse Sabaoth. Alij hoc negant, & Ial daboath in septimo esse pronuntiant. In octavo vero eum quæ Barbelo appellatur, & patrem vniuersorum & dominum eundem per se patrem, & CHRIS TVM alium per se genitum, & CHRIS TVM hunc qui descendit, & ostendit hominibus hanc cognitionem, quem etiam IESVM dicunt. Non esse autem ipsum à Maria natum, sed per Mariam ostensum: carnem vero ipsum non suscepisse, sed solum apparen- tiam esse. Tradunt autem Sabaoth, alij asini formam habere, alij porci: quapropter mandatum est inquit, Iudæis, vt porcum ne edant. Esse autem ipsum creatorem caeli ac terræ, & caelorum qui post ipsam sunt, & angelorum suorum. Cæterum animam in exeundo hinc pertransire per hos prin- cipes, non posse autem penetrare, nisi in cognitionis, imò potius cõdemnationis huius complemen- to fuerit, & saturata principum ac potestatum manus effugerit. Esse vero principem qui continet ac possidet hunc mundum draconis specie præditum, ac deuorare animas non in cognitione existentes & per caudam rursus detorquere in mundum, & hinc in porcos, & alia animalia, ita vt per ipsa rur- sus rursus ferantur. Si vero quis inquit, in hac cognitione fuerit, & collegerit seipsum ex mundo per menstruum sanguinem, & per hos concupiscentiæ fluxus, eum nõ amplius hic detineri, sed præ- dictos principes transscendere, transire vero aiunt ad Sabaoth, & calcare in caput ipsius, effreni lin- gua blasphemantes: atq; sic transscendere ad supernam partem, vbi est mater viucentium Barbero si- ne Barbelo appellata, & hoc modo animam saluari. Sed & pilos muliebres eundem habere miseri illi dicunt, putantes nomẽ Sabaoth principẽ aliquẽ esse, ignari quod vbi dicit Scripturam, [Hæc dicit Do- minus Sabaoth: nõ nomẽ alicuius dixit, sed nomẽ glorificationis deitatis. Sabaoth enim interpreta- ri poteris ex Hebraica lingua, dominum virtutum. Vbi enim in veteri Testamento nomen Sabaoth scriptum est, virtutem significat. Vnde Aquila vbiq; Adonai Sabaoth interpretatur dicens, Domi- nus exercituum. Hi vero omnibus modis sariosi, contra suum dominum, eum qui non est quærun- t, & cum qui est amiserunt, imò potius seipsum perdiderunt. Sunt & alia quæ nugantur, quibus diuexari, est ipsorum insaniam recensere. Quidam vero ex ipsis mulieribus ad coitum nõ vietas, propriis suis manibus seipsum corrumpunt, & suam corruptionem in manus sumunt, & sic edunt, vtentes ementi- to testimonio. [Manus hæc suffecerunt non solũ mihi, sed & his qui mecum sunt.] Et rursus hoc. [Ope- rantes propriis manibus, vt possitis etiam non habentibus impetrari.] Quare de his Arbitror cõmo- tus est & Spiritus sanctus, in apostolo Iuda, in catholica, in qua, epistola ab ipso scripta. Iudas autẽ hic est qui frater Iacobi & Domini dicitur. Ostendit enim ipsos Spiritus sanctus per vocẽ Iudæ, quod ad brutorũ similitudinẽ corrumpantur & corrumpan- tur, [qui dicit quod quæ quidẽ non sciunt, in his igno- rantes capiuntur. quæ vero sciunt, in his velut bruta corrumpuntur. Instar canũ enim & suũ corruptio- nem à seipsis perficiunt.] Canes enim & sues, item q; alia animalia sic corrumpuntur, & defluxum à corporibus suis edunt. Nam verẽ somniantes, carnem pollunt, dominationẽ autem ignominia afficiunt, maiestates verò blasphemant. At Michael archangelus disputans cum diabolo de corpore Moysi, non tulit blasphemiam sermone, sed dixit, [Increpet te Deus. At hi quæ non sciunt natura liter, ea blasphemant. Nam sancta sanctorum, quæ cum sanctificatione nobis tradita sunt, blasphemant ipsi dum in turpitudine transmutantur. Et hæc sunt quæ contra apostolos dicere ausi fuerunt, velut etiam beatus Paulus inquit: [Quare quidã ausi fuerunt nobis dicere, Faciamus mala, vt veniant in nos bona, quorũ iudicium iustũ est.] Quot verò alia producere possim cõtra blasphemos testimonia? Hi enim sunt qui propriis manibus corrumpuntur, & non hoc solum, sed & qui cum mulieribus coeunt: & deinceps multiplici cum sãm̃inis commixtione exatiati, in seipsum mutũ exardẽt, vtri in viros, velut scriptum est, erroris remunerationẽ in seipsis recipientes. Exoleti enim ipsi facti, beatos prædicant se mutũ, velut qui rem præclaram susceperunt. Imò etiam decipiunt credulum ipsis mulie- bre genus, illud peccatis referunt, & variis cupiditatibus ductum. Dicunt enim deceptis ab ipsis, Il- la virgo tot annis corrupta est, & quotidie corrumpitur, nullam enim societatem ipsorũ lasciuia ha- bet, sed quanto magis quis apud ipsos turpia operatur, tanto plus laudatur. Illas autem virgines esse dicunt, quæ nunquam in mundana commixtione nuptiarum, iuxta naturalem consuetudinem fue- rint vsque ad seminis deiectionem, sed coeuntes semper ac scortantes, verũ antequam absoluta sit voluptas, remouentes masculinum communionis ipsarum corruptorem, & relatum turpitudinem in cibum sumentes, ad similitudinem impropitatis ipsius Selom erga Thamar: & quæ à virginitate hanc artem didicerunt, vt corrumpantur quidem, non suscipiant autem corruptionis mixturam ac defluxum. Blasphemant autem non solum Abraham, & Moysen, & Heliam, & omnem chorum pro- phetarum, sed etiam Deum qui ipsos elegit. Sed & alia innumera apud ipsos cõficta in literas referre ausi sunt, Stirpem etenim Mariæ, librum quendam esse dicunt, in quo horrenda quædam ac per- niciosa experientes referunt. Ex hac enim causa (inquit) Zachariam occisum esse in templo, quo- niam visum viderat, & extimore volens narrare visionem, otis obturationem perulit. Vidit enim (inquit) in hora suffitus, quum suffitum faceret, hominem quendam stantem asini formam ha- bentem: & quum egressus esset, ac dicere vellet. Vt vobis quem adoratis, obturauit ipsius os ille qui visus est ab ipso in templo, vt loqui non posset. Quum verò aperiret os suum vt loqueretur, tunc reuelauit ipsi, & occiderunt ipsum, & sic mortuus est Zacharias. Ob hoc enim præceptum est sacerdoti, ab ipso legislatore, vt habeat tintinabula, quo quum ingrediatur ad faciendum sacra, is qui adoratur audit tintinabulorum sonitu se occultet, vt ne deprehendatur forma ipsius expressa faci- cles. Est autẽ vniuersum stoliditatis ipsorum studiũ deprehensu facile, & ludibrio pleni. Si enim om- nino visibilis erat is cui sacra fiunt, neq; occultari certe potuit. Si verò occultari omnino potuit, inui- sibilis nõ erat. Et rursus aliter ipsos alloqui licet: Si visibilis erat, corpus igitur erat, & non spiritus.

Si vero

Christus
Mariæ fi-
lius nega-
tur.
Species
guberna-
toris mun-
di.

Sabaoth
quid sit.

Ementia
testimo-
nia ad le-
gẽdã spur-
ciam.

Iuda apo-
stoli locus
sancta cõ-
spureatur
ab impijs.

Laudat se
maleficia-
tis.

Stirps Ma-
riæ, libri
appella-
tio.

Zacharie
cadis cau-
sa ridicu-
la.

Stolidi
disputa-
tio eorũ.

Si vero spiritus erat, non amplius inter visibilia expenditur. Quomodo igitur id quod inter visibi- lia non estimatur, à tintinabulorum sono prouidebat sibi ipsi subterfugium? Quam enim ex natura habeat ut sit inuisibile, non videri poterat si non voluisset. Si vero etiam visum esset, non iuxta ne- cessitatem visum esset, ita vt natura ipsum duceret ad conspectum, sed per gratiam, non timore & præocupatione præter expectationem circa editum sonum, visionem suam in propatulum propo- nentis. & sic omnibus modis falsus & confictus ipsorum sermo dilabitur. Multa præterea alia sunt delerya quæ dicunt, & quidem quæ Zacharias non sit occisus statim, sed superstes fuerit dies aliquot post Ioannis natiuitatem, & prædixerit de Ioanne, & de aduentu CHRIS TI, & natiuitate in carne, ex sancta virgine Maria, per spiritũ sanctũ, velut dicit: (Et tu puer propheta altissimi vocaberis, præi- bis enim ante faciẽ Domini, vt pares eius vias, & conuertas corda patrũ ac liberos, & inobedientes in intelligentia, & cetera. Quod vero alia referre possem de nugacitate ipsorum, atque in quinamẽtis? Porro qui Leuitæ apud ipsos vocantur, non miscentur sãm̃inis, sed ipsi inter se mutuo miscentur. Et hi sunt præcipui apud ipsos, & laudatissimi. Derident deinde eos qui politiam ac vitam honestã ex- ercent, castitatem quæ ac virginitatem, velut frustra laborem insumant. Proferunt autem in nomi- ne Philippi sancti Apostoli confictum Euangelium, Quoniã reuelauit mihi (inquit) Dominus, quid oporteat animam dicere, in eo quod ascendit ad caelum, quomodo singulis supernis virtutibus re- spondere. Nam cognoui me ipsam (inquit) & collegi me ipsam vndiquaque, & non seminavi liberos princi- pi, sed eradicaui radices ipsius, & collegi mebra dispersa, & noui te quis es. Ego enim (inquit) ex supernis sum, & sic (inquit) dimititur. Si vero reperta fuerit genuisse filiũ, detinetur infernẽ, do- nec proprios liberos possit recipere, & retrahere in seipsam. Atque hæc sunt deliramenta ac fabulae ipsorum. Quemadmodum & de sancto Helia blasphemias dicere audent. Quando assumptus est (in- quiunt) rursus deiectus est in mundum. Venit enim (inquit) vna ex daemonibus, & tenuit, & dixit ipsi, Quo vadis: habeo enim liberos à te, & non poteris ascendere, & hic dimittere liberos tuos. Et dixit (inquit) Helias, Vnde habes liberos à me quum ego in castitate vixerim? & dixit illa (inquit) (Certe quando insomnia somnians sæpe in defluxu corporum euacuatus es, ego etã quæ assump- si à te femina, & genui tibi filios. Multa vero est stulticia eorum qui talia dicunt. Quomodo enim potest daemon, qui spiritus est immundus & incorporatus, corpora assumere? Si vero etiam à corpo- ribus assumit ac concipit, non amplius est spiritus, sed corpus. Quum autem corpus est, quomodo est inuisibile & spiritus? & multa est stoliditatis ipsorum aduersitas. Volunt enim testimonium con- tra ipsos ex epistola Iudæ, magis pro seipsis videlicet producere, dũ dicit: [Somniantes carnẽ quidẽ pol- luunt, dominationẽ autẽ ignominia afficiunt, maiestates vero blasphemant. Non dixit autem beatus Iudas, frater Domini, de his qui somniant in corporibus: statim enim inferat ostendit: quod de som- niantibus dicit, qui loquuntur velut per somnia verba sua, & non per sobrietatẽ vigilantis rationis. Nam & de doctõribus in Hierusalẽ dicit Elaias: [Omnes canes muti, non potẽtes larrare, somniantes concubitus: & cetera. Et sanẽ hic in epistola Iudæ ostendit docẽs, [Somniantes cõcubitũ, quæ nõ sciunt dicentes, & ostendit quod non de insomnia in sumno dicit, sed de fabulosa ipsorum tragœdia ac nu- gacitate, quæ velut per somnum proferunt, & non à sana mente. Cæterum reuera molestus sum omni- bus referendo. De enim solius est occludere huius graue olẽtiæ profunditatẽ: & transibo ex hoc lo- co, præcatus vniuersorũ regẽ deũ, vt nemo in hoc cono hereat, & neq; mēs mea particeps fiat fastidie immundiciae. Primũ equidẽ apostolus Paulus prauitatis ipsorũ radicẽ excindit, de viduis iunioribus præcipiens. [Viduas (inquit) iuniores reicie, postquã animas lasciuierunt cõtra CHRIS TVM nu- bere volũt, habentes iudiciũ, quoniã primam fidem reiecerunt. Verũ nubant, liberos gignant, do- mum gubernent.] Si autem Apostolus dicit, eas debere liberos gignere, ac domum gubernare: hi vero interdicit liberos generationem, serpentis est & prauæ doctõrĩe conatus. Victi enim vo- luptate scortationis, excogitant sibi ipsi immundiciã prætextus, quo videantur suam petulantiam ex- plere. Et oportebat quidem hæc neque dicere, neque digna putare quæ in literas referantur, verũ sepe licet velut mortuum quemdam fastidium, & pestilentem graue olentiam exhalantem, vt ne etiã per aures lederet homines. Et si quidem præterisset talis hæresis, & non esset amplius in mundo, bonum esset hæc sepe licet, & neque omnino de ipsa dicere. Quandoquidẽ vero & peragitur, & vos inhor- tari estis nos, vt de omnibus dicamus, partes ipsius coactus recensui, vt veritatẽ non silẽtio prætereã sed exponã, ad auertendos quidem auditores, ad confusionẽ vero eorũ qui faciũt. Vnde enim non li- cuit nobis ostẽdere cades apud ipsos, & mōstrofa opera, & mysteria diaboli, ex versuria eiusdẽ dia- boli attonitis illis daras. Et statim quidẽ redarguuntur de eo quod imaginantur ac prætextunt de li- gno, in primo psalmo relato, Quod dabit fructum suum in tẽpore suo, & folium eius non defluet. Superius enim positũ est: [In lege ipsius meditabitur die ac nocte.] Legẽ autẽ & prophetas hi ab- negãt: si vero legẽ domini abnegãt, vñã cum lege etiam cũ qui loquutus est in lege: calũniis impetit. Errat autẽ opinio, & à veritate exciderunt. Et iudiciũ futurũ nõ putant, neque resurrectionem con- fiteantur. Quæ vero faciũt in corpore voluptate repleti, his fruũtur, diabolicis voluptatib; ac concupi- scẽtiis debachates. Ita penitus & vbiq; à veritatis doctõrina redarguuntur. Ioãnes enim dicit. [Si quis venit inquit, ad vos, & nõ fert doctõrinã hæc.] Qualẽ vero dicit [que nõ cõfiteatur CHRIS TVM in carne venisse Antichristus est.] & nõc Antichristi multi sũt, nimirũ quũ hi Antichristi sũt, q; CHRIS TVM in carne venisse non consentunt. Sed & ipse Saluator dicit: [Qui digni facti sũt regno caelorũ, neq; matrimoniu contrahunt: neq; eloquãtur, sed sũt equales angelis.] Et non hoc solum, verũ vt etiã ostẽderet manifestã castitatẽ, & sanctimoniam per sanctificationẽ, dicit Maria: Ne me attingas, nõ- dũ enim ascendi ad Patrẽ, vt ostẽderet puritatẽ non participantẽ corporibus, & immixtam, Sed & in alio loco

Sõnia In-
terpretan-
tium.

Castium
Zacharie
Lenita.

Euangelii
Philippi.

Helia af-
sumptio.

Iuda apo-
stoli lo-
cus.

Nugato-
rie inuen-
tiones ad
luxuriã.

Prætextus
immundi-
tia.
Per aures
leditur
homo.

Falsa in-
terpreta-
tio primũ
Psalmi.

Antichri-
sti quis sint

alio loco dicit vaticinas Spiritus sanctus, tunc propter priores, tunc propter posteriores: [Beata sterilis & impolluta, quae non nouit concubitum in delicto, & eunuchus qui non operatus est manibus iniquitatis:] quod etiam rescinderet per fabulas, ipsorum turpes in manibus actiones. Quod verò etiam alia dicere licet velut quum Apostolus dicit, [Quae nupta non est, & virgo, curat quae Domini sunt, quomodo Domino placeat:] hoc autem dicit, ut cui delatum est, non frustra ostendere castitatem in veritate ex Spiritu sancto. Deinde vero his quae reuerendas nuptias habet, dicit: [Honorabiles sunt nuptiae, & cubile impollutum.] A

Sortatores autem & adulteros iudicabit Deus. Sed & contra ipsos exclamat, scribens Romanis, ac turpia reuelas eorum qui improbas actiones operantur, dicens. [Nam & feminae naturalem suum vultum mutant in innaturalem. Et de masculis, Masculi in masculis turpitudinem operantes. Quin & in epistola ad Timotheum de his dicit: [In extremis diebus instabunt tempora periculosa: erunt enim homines voluptatum amantes potius quam amantes Dei.] Et rursum. [Prohibentes contrahere matrimonium, iubentes abstinere a cibis, caetero in iusta conscientia habentes.] Nam matrimonium contrahere cum temperantia prohibent, & liberos gignere verant: ardent autem in conscientia, sortantes quidem, & corruptione sustentantes, verum prohibentes liberos gignere. Etenim & ipsa quae apud ipsos dicitur oblatio, cenosiam existit, etiam ab antiquo per Prophetam ostenditur, quod serpentis sit caro, & non Domini. Absit. Sic autem dicit, [Tu contriuisisti capita draconis, & dedisti ipsum escam populis Aethiopiae.] Reuera enim serpentis esca est abominabilis illorum superstitione. Et Aethiopes denigrati peccato, qui hoc mysterium eius qui nunc quidem Iupiter appellatur, olim verò praestigator fuit, & à quibusdam frustra Deus putatus est, perficiunt. Nam ex Graecis fabulis omnes sectae collectum sibi ipsi errore proposuerunt, ita ut ad aliam sententiam deteriorē transmutarint. Introducunt enim poetae Iouē suā filiam Metin deuorasse. Infantem autem nemo vti que deuoravit, velut sanctus Clemens turpes deorum Graecorum actiones irridens dixit: Nam Metin deuorans, non puerum deuorare potuit, sed propria genitura. Quid verò aliud dixerim? aut quomodo excussio luto sum hunc laborē? quum velim quidem dicere, & non velim, sed cogar, ut ne videar quid de rebus his occultare: & timeam ut ne horrida ipsorum B

delicta reuelando, aut pollua, aut offenda, aut eos qui voluptatibus ac cupiditatibus ducuntur, ad curiosus de hoc inuestigandum impellam. Attamen ego quidem innocens fuerim, & vniuersa sanctae catholicae Ecclesiae spes, & omnes qui hunc librum legerint, ab hac subseminatione, & maligna diaboli improbitate. Si enim velim alia quae apud ipsos dicuntur ac fiunt, referre, quae talia sunt & tanta, & his adhuc maiora ac minora: & si velim etiam velut auxiliare sanationis medicamentum, instar antidoti aduersus singula dicta opponere: in magnam molem huius operis tractationem extendam. In hac enim haeresim, & charissimi, etiam ipse incidi, & ex ore eorum qui hanc tractant, haec in propria persona audiui. Mulieres autem sic deceptae, non solum de his verba apud nos fecerunt, & talia nobis reuelant: sed etiam in Aegypto illa perniciose ac flagitiose Archimagiri terra, eadem effreni audacia nos attrahere in inuentute nostra, lasciuia concitae aggressae sunt. Verum qui tunc adstitit sancto Ioseph, etiam nobis affuit. Et eum qui illum liberauit, nos indigni ac insufficientes inuocantes, ubi misericordiam consequuti sumus, & perniciosas ipsarum manus effugimus, Deo sanctissimo hymno decantato, etiam ipsi dicere potuimus, Cantabo Domino, gloriose enim glorificatus est, equum & insensibilem forem proiecit in mare. Non enim simili iustitiae illius virtute, sed suspitione ad Deum misericordiam assequuti, seruati sumus. Improperabant enim mihi perniciose illa mulierculae, & deridebant me, velut indicabant ipsae sibi ipsi mutuo illudentes, nimirum, Non potuimus, in quibusdam, seruare adolescentem, & dimissimus ipsum in manibus principis perire. Nam quae ex ipsis formosior fuerit, ea se ipsam velut inescationem circumdat, quo dicere possit eos qui per ipsam decepti sunt seruatos esse, pro eo quod perierunt: & opprobrium deinceps turpium est, formosioribus ipsis obiectibus, Ego sum vas (inquiunt) electionis, quae possum seruare eos qui decipiuntur, tu verò non potuisti. Erat igitur haec quae illicientem hac fabulam agebat, forma ruinae suae speciosissime, verum mente improbitatis suae vniuersam diaboli turpitudinem habentes. At misericors Deus ab improbitate ipsarum nos liberauit, ut etiam post lectos à nobis ipsorum libros, & verè cognitam ipsorum opinionem neque abductus sum, & effugerim, ac tunc non inescatus fuerim, sed studium adhibuerim, ut etiam Episcopis illius loci ipsos ostenderem, & nomina in Ecclesia occultata deprehenderem, quo iidem ciuitate exigerentur (erant autem nomina circiter octuaginta) & ciuitas à zizaniosa ac spinosa ipso rum materie purgaretur. Caeterum ubi quis in memoriam reuocauerit supra factam à nobis promissionem, fortassis etiam collaudarit quod confessi sumus nos in aliquos ipsorum incidisse, quaedam verò ex libris cognouisse, quaedam verò ex auditu & testimoniis viro rum fide dignorum, & veritatem nobis ostendere valentium accepisse: quemadmodum etiam hic ob studium veritatis locum non sumus transgressi, sed ostendimus, quod haec est vna de sectis quae nobis obuenerunt, & clarè de hac dicere potuimus, non ex his quae fecimus (absit) sed quae ex adè didicimus ab his qui nos ad hoc per sua serunt, & non obtinuerunt, veram spem suam de me perdendo perdidit, & non assequuti sunt scopum fraudis in nostram miseram animam ab ipsis, & diabolo qui est in ipsis constructus: ut vna cum Dauide dicere possimus, Spicula puerorum factae sunt plagae ipsorum, & quae sequuntur. Et, Couertetur labor ipsorum in caput ipsorum, & iniquitas ipsorum in verticem ipsorum descendet. Quae admodum igitur illapsi & elapsi sumus, & legimus & scimus ac condemnauimus, & seruati transiimus, sic etiam te lectorem adhortamur, ut legas ac condemnes, & transilias, ut ne incidas in venenum improbitatis horum reptilium. Sed etiam si aliquando in aliquos ex serpentaria illa schola incidas, statim arrepto ligno per Dominum nobis parato, in quo Dominus noster CHRISTVS affixus est contra caput serpentis, dicas: CHRISTVS crucifixus est pro nobis, effigiem nobis relinquens salutis

Veritate doctrinae redarguitur.

Oblatio eorum qualis.

Gracii poetae omnium sectarum casus.

Verba ob scena noceant.

Iupiter Metin filiam deuorans.

In hac haeresim se ille in inuentute coisretur. Terra Archimagiri quae est.

Exhortationes hereticorum ad decipiendum.

Liberatus ab hac haeresi.

Quod expersus est timebat.

Medicina contra vim serpentis.

salutis. Nam crucifixus vti que non esset, si non carnem habuisset. Quum autem carnem habeat, & crucifixus sit, crucifixi nostra peccata: per fidem haere ex veritate, & non subducor languido errore serpens, & sufficit doctrinae ipsius. Porro deinceps o charissimi, hac praetergressus, ad alias asperas sermitas accedam, non ut eam, sed ut procul volentibus ostendam, ut asperiores quidem cognoscant, verum effugiant per angustam & arctam viam, quae ducit in vitam aeternam: & relinquunt latam ac spaciosam, & spinosam, & offendiculis plenam, & lasciuia ac sortatione refertam. Cuius sortationis ac petulantiae similitudinem in reptili saeuissimo videre est, cui nomen veteres indiderunt, doioris partus exortem viperam appellantes. Est enim talis viperae natura similis horum improbitati. Nam per virilem aut muliebrem naturam turpitudinem perficientes, haec feminum deiectionem interdunt, disperdetes liberorum generationem creaturis ex Deo donatam, velut etiam Apostolus dicit, remuneracionem erroris in seipsis recipientes. &c. Sic sanè tradunt & doloris pariedi exortem viperam, concupiscentiam affectu demulsum, tum faminam ad masculum, tum masculum ad feminam circumplicari, & simul per os hiantem masculum caput immittere, illam verò affectu detentem huius caput abscindere, & sic ab ore destillans virus in seipsam deglutire, & ipsam ex hoc gemellos, marem ac foemellam concipere, qui in ventre maturi facti, & non habentes unde gignatur, latus matris sauciant, & sic gignantur, ut & patet & mater ipsorum pereat. Quapropter nomen inditum est, ex eo quod dolores partus non experitur. Grauis autem & horrenda supra omnia reptilia est vipera, ipsa in seipsa interitum operans, & per os turpitudinem concipiens. Cuius similis est haec stoliditas ac infana haeresis: cuius quum & caput, & corpus, & omnia ex ipsa genita, hic cotruerimus ligno vite ad alias considerandas procedamus, Deum auxiliarium inuocantes. Cui honor & imperium in saecula saeculorum, Amen.

Vipera natura.

Contra Carpocratitas, XXVII ex ordine haeresim.

Carpocras quidam alius fuit, qui sibi ipsi nephariam falsae mentis suae doctrinam conflavit, & peiores omnibus relictis mores habuit. Ex omnibus enim his, Simone, Menandro, Saturnilo, Basilide, Nicolao, & ipso Carpocrate, in superque ex protextu Valentini, falso appellatae scientiae haeresis producta est, quae suos sectatores Gnosticos nominauit, ex quibus Gnostici iam à me declarati, id est cognitores ac scientes, condénabiles potius his moribus appellandi. Haec verò rursus superne quidem vnum principium dicit, & partem vniuersorum, & ignotum & inominatum, similiter velut alicui inducere volens. Mundi autem, & quae in mundo sunt, ab angelis factum esse, qui longe sunt patre illi ignoto inferiores. Hos enim à superna virtute defecisse dicit, & sic mundum fecisse. Haec s. v. m. verò Dominum nostrum ex Ioseph generatum esse dicit, quemadmodum omnes homines ex semine viri ac mulieris geniti sunt. Esse autem ipsum similem omnibus, verum vita praecelluisse, temperatiusque ac virtute & iusticia. Quandoquidem verò inquit, validam praeteris hominibus habebat animam, & memoria tenebat ea quae visa erant ab ipsa superna, quando & circumferentia ignoti illius patris erat, demissa sunt (inquit) ab eodem patre in animam ipsius virtutes, quo visorum ab ipsa recordata & potentia corroborata, angelos mundi fabricatores effugeret, in eo quod per omnia mundi negotia procederet, & actiones quae ab hominibus fiunt, & opera absurda ac nefaria quae in occulto fiunt: & quo per omnes actiones liberata eadem (inquit) anima in se v. ascenderet, ac reuertetur ad eundem patrem ignotum, qui virtutes ipsi ex supernis demisit, ut per omnes actiones procedens & liberata, sursum ad ipsum penetraret. Quin & similes ipsi animas, aequalia ipsi amplexas, eodem modo liberatas, sursum volasse ad ignotum patrem, in eo quod omnes actiones perfecerunt, similiter ab omnibus semotas, de caetero liberatas esse. At in se v. animam in ludaeorum moribus educatam, ipsos contempsisse. & propterea virtutes accepisse, per quas potens exigere affectus, qui hominibus in supplicium adfuit, mundi fabricatores transcendere valuit. Non autem solum ipsam in se v. animam hoc potuisse: sed etiam eam quae potest per actiones progressa, mundi factores angelos transgredi. Et ipsa si accepit virtutes, & similia fecerit, quemadmodum anima in se v. velut praedixi. Unde ad magnum factum progressi hi qui ab impostore hoc decepti sunt, se ipsos etiam ipso in se v. preferendos putant. Alij verò ex ipsis non Iesu inquit, sed Petro & Andrea & Paulo, & alijs apostolis se praestantiores esse, ob excellentiam cognitionis, & propter ampliorem per actionem diuersorum transituum. Alij verò ex ipsis dicunt se nihil differre à christo in se v. Domino nostro. Animam enim ex eadem circumferentia sunt, & similiter velut anima Iesu omnia contempserunt. Et omnes animae, inquit, eadem virtute dignae factae sunt, quae etiam Iesu anima digna facta est. Quapropter etiam has per omnem actionem procedere, velut ipsa Iesu anima pertransiit. Si verò quis rursus possit supra Iesum contempnere, excellentior ipso erit. Aggrediuntur autem hi qui ex nefaria hac schola sunt, omnigenos conatus horribili ac perniciosorum operum. Magia enim apud ipsos excogitata est, incantationesque diuersas ad omnem machinationem inuenerunt, ad amorem & ad illectamenta. Quin & assessores daemonum sibi ipsi attrahunt, ad hoc ut per multas praestigias in magna potestate, omnibus dominentur quibus velint, & ut vnusquisque quamcumque actionem aggredi audeat, nimirum se ipsos decipientes, ad perfectionem occaecatae mentis ipsorum. Nam tales aggressiones quae per tot actiones inualuerunt, & angelos mundi opifices, atque ea quae in mundo sunt contempserunt, transgrediuntur eorundem fabulorum (non enim dixerim mundi opificum) potestatem, quo supernam libertatem amplectantur, & volarum sursum versus adipiscantur. Sunt autem ex Satana subornati ac producti, in opprobrium ac scandalum Ecclesiae Dei. Indiderunt enim sibi ipsi cognomen Christianorum, ad hoc ut gentes per ipsos offendantur, & sanctae Ecclesiae Dei utilitatem

Magia schola.

rem, & veram prædicationem, propter illorum nefaria facta, & incomparabilem improbitatem auerſentur & vt gentes ipſorum aſſiduo nefaria opera conſiderantes, putent etiam ſanctas Dei eccleſias tales eſſe, & auerſant, velut dixi, aures à Dei ac veritatis doctrina, vel vbi vident ſaltem aliquos ſi militèr blaſphemias profere. Et hac de cauſa plures ex gentibus, vbi cunq; viderint tales, ne accidat quidem nos ob communionem accipiendæ doctrinæ, aut audiendi verbi diuini, & neque aures ad mouent, imptobis ſceleftorum illorum factis conſternati. Degunt autem hi in luxu, & omnia ad corporum voluptatem operantur, nos autem omnino non accedunt, niſi forte ad inefcandas animas inſtabiles maligna ſua doctrina. In nulla enim re nobis ſimiles ſunt, ſed nomine ſolum appellari gloriantur, quo conſictum nomen improbitatem ſuam operentur. At condemnatio horum, velut ſcriptum eſt, iuſta eſt, quemadmodum ſanctus Paulus dixit: Ob malas enim actiones ipſorum, retributio ipſis reddetur. Na quum mentem ſuam licenter inſaniæ expoſuerunt, innumeris voluptatum affectibus ſeipſos tradunt. Aſſerunt enim, quod quecunq; apud homines mala eſſe putantur, ea mala non ſunt, ſed natura bona. Nihil enim eſt natura malum, verum hominibus putantur eſſe mala. Et hæc omnia ſi quis fecerit in vna hie præſentia, non amplius in aliud corpus tranſiſtius anima, vt rufus infra reflectatur: ſed in vno, omni actione tranſacta diſcedet liberata, & non amplius quid de beas, de actionibus in mundo. Qualem autem actionem diſcere rufus timeo, vt ne ſterquilini occulati canalem reuelent, & quibusdam videat peſtilentis graueolentiæ inductionem operari. Attamen quando quidem ex veritate dependemus, meipſum cogam vt in poſtorum illorum facta reuelans, & caſtius loquar, & à veritate non excedam. Quid verò aliud quàm omnem nefandam ac ſceleftam actionem, quam non phas in ore ferre, hi perpetrarunt, & omnem ſpeciem virilis coitus, ne libidinoſæ ad mulieres conſuetudinis, in ſingulis corporis membris, incantationeſq; ac veneficia & idololatrias perficientes. Et hoc dicunt eſſe operationem redditiõnis debitorum in corpore, ad hoc vt non amplius accuſentur, neque opus aliquod actionis ab ipſis exigatur: & hac de cauſa animam non auerſari, poſt diſceſſum hinc, etiam rufus ad tranſitum in aliud corpus procedere. Ita enim habet ipſorum libri, vbi ſi quis prudentia præditus legat, admittetur ac ſtupreat, & non credat, quod hæc ſic ab hominibus fieri, non ſolum his qui ciuitatem nobiſcum inhabitant, ſed etiam his qui cum beſtiis, & ſimilibus beſtiis ac pecoribus, ferre dixerim quæ canes ac ſues faciunt, facere audeat. Aiunt enim, oportet penitentiis his omnibus vt, vt ne egreſſæ animæ aliquo opere relicto, ea de cauſa reuertantur in corpus rufus, ad faciendum ea quæ non fecerunt. Et hoc eſt, inquit, quod IESVS in Euangelio dixit per parabolam, *Sis beneuolus aduerſario tuo, dum fueris in via cum ipſo, & da operã vt ab ipſo libereris, ne forte aduerſarius tradat te iudici, & iudex miniſtro, & miniſter conuiciat te in carcere. Amen amen dico tibi, non exiſtis illinc donec extremum perſolueris quadrantem.* Fabulam porro quãdam conſingunt idem, ad parabolæ huius interpretationem. Et aduerſarium eſſe aiunt vnum ex angelis qui mundum fecerunt, & ad hoc ipſum ſubornatum eſſe, vt adducat animas ad iudicem quæ hinc de corporibus exeſit illinc verò tedar guuntur, quod non fecerunt omnem operam atq; actionem. Dari autem ipſas à principe miniſtro, eſſe autem miniſtrum angelum, miniſtratem iudici mundi opifici, in hoc vt ferat rufus animas, & in diuerſa corpora concludat. Eſſe autem aduerſarium hunc quæ diximus, dixiſſe Dominum in Euangelio, quem ſanè ipſi vnum angelum de mundi opificibus eſſe aiunt, nomẽ Aboli habentem. Carcerem enim dicunt eſſe corpus. Extremum autem quadrantem volunt eſſe tranſitum ad alia corpora, & in ſingula præſentia perficere extremam corporum actionem, & nihil amplius relin qui ac reſtare, ad nefarium quicquam faciendum. Oportet enim, inquit, velut diximus, omnibus pergreſſis ac ſingulatim perpetratis, liberatam redire ad ſupremum illum ignotum, tranſgreſſam mundi opifices & opificem. Dicunt item rufus, quod oportet animas vel in vna præſentia tranſitus ad corpora omnibus peractis, de cætero ſuſum liberatas abire. Si verò non in vna præſentia peregerint, per ſingulas præſentias tranſitum ad alia corpora, paulatim peracta vniuſcuſq; nefarii opera operatio ne, de cætero liberari. Quin, & rufus dicunt: Dignis hæc recenſere dignamur, quo faciant ea quæ videntur eſſe mala, non ſunt autem natura mala, vt edocti liberentur. Cæterum ſignaculum per cauterium, aut nouaculam, aut ſubulam immittunt, ac incutiunt Carpocratiani, in dextram inferiõrẽ auriculam, his qui ab ipſis decepti ſunt. Peruenit e quidem iam ad nos fama, quomodo Marcellina quædam ab ipſis decepta, multos corruptit tẽporibus Aniceti epiſcopi Romæ, qui Pio & ſuperioribus ſucceſſit. Etenim in Roma fuerunt primi, Petrus & Paulus apoſtoli idẽ ac epiſcopi, deinde Linus, deinde Clemens, deinde Clemens, qui contemporaneus fuit Petri & Pauli. Huius mentionẽ facit Paulus in epiftola ad Romanos. Et nemo mireretur quod ante ipſum alij epiſcopatu aſſuſerunt, quum ſub apoſtoliſ hic fuerit contemporaneus Petri ac Pauli: nam & illi contemporanei apoſtolorum fuerunt. Siue igitur adhuc ipſis ſuperſtitibus à Petro accepit impoſitionem manuum epiſcopatus, & eo refulato remora tus eſt: dicit enim in vna epiftola ſua, Secedo, ab eo, erigatur populus Dei (hoc enim in quibusdam commentariis reperimus.) Siue poſt apoſtolorum ſucceſſionem à Clero epiſcopo hic conſtituitur, non ita clarè ſcimus. Veruntamen etiam hic potuit ſuperſtitibus adhuc apoſtoliſ, Petro videlicet ac Paulo, alios epiſcopos conſtituere. propterea quod Apoſtoli ſæpe ad alias terras ablegabatur, propter CHRISTI prædicationem, non potuit autem vrbs Roma ſine epiſcopo eſſe. Paulus enim in Hiſpaniam profectus eſt, Petrus verò ſæpe Põrum & Bithyniam viſitauit. Poſſibile eſt autem, poſtquam diſcedit ac reſtaſſit Clemens (ſi modò ſic factum eſt, rationem enim ſic in eo, non decerno) poſtea poſt obitum Linus & Cleti, quorum vterq; ad duodecim annos epiſcopatum tenuit, poſt ſancti Petri ac Pauli obitum, qui cõtingit duodecimo anno Neronis, hunc rufus coactum eſſe ad ſuſcipiendum epiſcopatum. Attamen epiſcoporum in Roma ſucceſſio hanc conſequentiã habuit, Petrus & Paulus

Mala bona eſſe natura.

Marcellina. Romano-rum potitum ferries.

Petri ac Pauli obitus, anno xii. Neronis

& Paulus, Linus, Clemens, Euareſtus, Alexander, Xyſtus, Teleſphorus, Euareſtus, Hyginus, Pius, Anicetus, qui ſuprà in catalogo indicatus eſt. Et ne quis miretur, quod ſingula ita exactè recenſemus, per hæc enim ſemper claritas oſtenditur. In temporibus itaque, velut diximus, Aniceti, prædicata Marcellina Romæ degens, perniciem doctrinæ ipſius Carpocrati euomens, multos illic incertos perdidit. Atque hinc factum eſt initium Gnoſticorum appellatorum. Porro habent imagines per colores depictas, quidam etiam ex auro & argento, ac reliqua materia, quas ſanè imagines IESVS eſſe dicunt, & hæc IESVS imagines ſub Pontio Pilato factas eſſe, quando inter homines verſabatur. Habent autem eas imagines occultè. Inſuperque philoſophorum quorundam, Pythagoræ, Platonis, Ariſtoteliſ & aliorum, cum quibus philoſophis etiã alias imagines IESVS collocant, collocataſq; adorant, & gentium myſteria perficiunt. Erectis enim his imaginibus, de cætero gentium mores ſeruant. Qui verò ſunt gentium mores alij, quàm ſacrificiũ atque alia? Cæterum ſolius animæ ſalutẽ eſſe dicunt, & non corporum. Oportet itaque hos ſubuertere omnibus viribus. Nemo enim contemnat ſermonem, maximè ab impoſtore proficiſcentem. Verum dixerit quis, Non ſunt hæc deprehenſuſa facilia, ac ſtultitiã plena? At aliquando etiã ſtulta perſuadent inſipientes, & prudentes peruerterunt, ſi non adſit mens in veritate exercitata. Quum itaque etiam hic incidit in Simonis ac reliquorum magiam, per eadem quoque hunc ſubuertemus. Si enim ignota & innominata virtus, cauſa fuit aliorum angelorum, quæ eſt ignorantia apud eandem, hoc eſt patrem vniuerſorum, ſi non nouit quæ facturi eſſent angeli ab ipſo facti, & ſi ignorauit quod defecturi eſſent & facturi quæ ipſe non vellet? Aut hos quidem fecit, ſciens quod facturi eſſent quæ ipſe non vult, ab ipſis verò facta ſunt, certè ipſe erit qui per cognitionem & bonam voluntatem fecit quæ illi auſi fuerunt. Si itaque, velut dixi, nouit quidem quæ facturi eſſent, non voluit autem vt facerent, qua ratione eos qui fecerunt fecit, ad hoc vt facerent quæ ipſe non vellet? Si verò ipſe quidem fecit angelos, vt facerent ea quæ ab ipſis ſunt, igitur voluit fieri, & ideo eos qui fecerunt antea creauit angelos. Et ſi creauit ad hoc vt facerent, reſtat autem & interdicit quæ ab ipſis ſunt, calumnia ſanè fuerit quæ in medio verſatur. Si autem concedebat quidem ipſis vt facerent, vult autem quæ ab ipſis facta ſunt, hoc eſt homines & animos, rufus ad ſeipſum recipere præter horum voluntatem: profecto auaritia in medio erit, & nihil aliud, quum rapiantur homines qui ſub angelis ſunt, ab eo qui ſuperne eſt præter horum voluntatem. Imò etiam imbecilitas fuerit, quando quidem quum non potuerit ipſe ſibi ipſi facere, rapit quæ facta ſunt ab his qui ab ipſo facti ſunt. Et erit de cætero fabula ac ſtultiloquium, quod infernæ quidem virtutes tranſgredi poſſint intermedias, intermedias verò crucientur, quum cauſæ ſint inferiorum. Et quod infernæ ſuper medias ad ſuperam ſaluantur ac liberantur, dico autem animæ eorum qui ſunt in hac creatura. Non ſit autem ſuperius illo potens ad faciendum, vt qui imbecili iudicetur. Hi verò qui ab ipſo ſunt facti, potentes ſunt facere quæ ipſe non volebat, aut volebat & non poterat. Neque enim poteſt id quod ille ſibi deſiderat eſſe malum, neque à malis factum eſſe. Si enim malum eſſet, oportebat perdere. Si vero omnino pars aliqua operis ſeruatur, non amplius opus malum eſt. Et ſi pars ipſius ſeruata reperiri poterit, neque qui fecerunt mali fuerint, vt qui quod ſeruatur fabricauerunt. Si verò omnino ex angelis eſt anima, & ex ſuperis vim accipit deducta, profecto angeli plus ſalutis aſſequentur, quia anima quæ ab ipſis facta eſt, ſeruatur, etiam quum mala ſit. Quum autem ipſa ſaluetur, non amplius mala fuerit anima que ab angelis facta eſt: neque angeli mali fuerint, ex quibus ipſa anima exiſtit. Omnibus porro ſana mente præditis cognitum facile fuerit, quod dementię plena eſt tota hæc circularoria officina. Confundentur autem rufus hi, etiam ab iſdem ſermonibus. Si enim IESVS non ex virgine Maria, ſed ex femine Ioseph & eiusdem Mariæ, hic autem ſeruatur, ergo etiam ipſi ſeruabuntur qui hunc genuerunt. Et ſi Maria & Ioseph ac opifice ſunt, igitur opificem creatorem dixerunt. & non amplius in defectu ac inmiſtione erit qui Ioseph & Mariã fecit, & quib; ex IESVS de ſuperno ignoto patre exiſtit. Si verò etiam ipſe IESVS ab angelis eſt, & opifex vnus eſt angelis, ergo in vnã abſurditatem omnes cadent, in quã etiã angeli inciderunt. Et inconfians ac inſtabilis fuerit tragœdia ab ipſis conſicta, veneno plena, & omni viroſa doctrina reſerta. At quum hæc velut draconis caput, ligno ſidei ac veritatis repererim, & in terra crepare fecerim, alias etiã deinceps beſtias aggreſſi, ad ipſas perdẽdas, pgreddiemur.

Contra Cerinthianos ſive Merinthianos, XXXVII ex ordine hæreſim.

Cerinthus porro rufus, à quo Cerinthiani dicuntur, ab hac beſtiali reptilium ſeminio venenum mundo inferit, ſed ferè nihil aliud præter prædictum Carpocrati. Verum eadem malefica venena mundo producit. Eaſdem enim cum prædicto calumnias etiam hic in CHRISTVM euomit, ex Maria ac femine Ioseph CHRISTVM genitum eſſe, & mundum ſimiliter ab angelis factum eſſe. Nihil enim hic à priore euariuit in doctrinæ illius introductione, ſed in hoc ſolum quod ex parte additus eſt Iudaïſmo. Aſſerit autem hic legem & prophetas ab angelis datos eſſe: & eum qui dedit legem, vnum eſſe ex angelis qui mundum fecerunt. Degebat hic Cerinthus in Aſia, & iſthic prædicationis initium fecit. Iam verò de hoc dicamus, quod etiam hic prædicauit, non à prima & ſuprema virtute mundum factum eſſe. Ex ſuperis autem ex ſupremo Deo, poſtq; adultus factus fuit IESVS, ex femine Ioseph & Maria genitus, deſcendiſſe CHRISTVM in ipſum, hoc eſt ſpiritum ſanctum, in ſpecie colũbæ in Iordane, & reuelat ipſi, & per ipſum poſteris ignotum patre. Et propterea poſtquã venit virtus in ipſum ex ſuperis, virtutes perpetrat: & vbi ipſe paſſus eſt, id quod ex ſuperis venerat, à IESVS ſuſum volaſſe: paſſum autem eſſe IESVM, ac rufus reſurrexiſſe. CHRISTVM verò quod ex ſuperis venerat in ipſum, illaſum ſuſum reuolaſſe, hoc eſt id quod venerat ac deſcenderat in ſpecie columbæ. Et non IESVM eſſe CHRISTVM. Lapſus eſt autem etiam hic, velut videtis vos omnes qui veritatis amatores

amatores estis. Dicit enim legis datorē non bonū esse, cuius legi obedire videtur, palām est autē quod velur bona. Quomodo igitur malus bonā legē dedit? Si enim bonū est non adulterum esse, & bonum non occidere, quāto magis bonus fuerit qui hoc praecepit? Si sanē eum qui malum non fecit, bonum confitemur, quomodo mala facere accusabitur is qui bonum cōsultit, & qui bonam legem dedit? Verū in sanus est vir qui tālia aggreditur. Hic porro est, o charissimi, vnus de his qui corā apostolis turbationem operati sunt, quando Iacobus scripsit in Antiochiam, epistolam his verbis. *Nominus quosdā ex nobis ad vos venisse, ac turbasse vos, sermonibus quos nos narrauimus.* Et hic vnus est de his qui restiterunt sancto Petro, quando venit ad sanctum Cornelium, vbi accessit ipsum dignas factus visio- ne angeli, & Petrus dubitauit, & vidit visionem lintei, & quae in ipso erant: & audiuit à Domino, vt nihil inquinatum aut immundum diceret. Hic igitur vbi Petrus reuersus esset in Hierusalem, multi- tudinem circuncisorum commouit, dixitque quod ingressus esset ad viros praeputium habentes. Fecit autem hoc Cerinthus, priusquam in Asia praedicaret praedicationē suam, & in profundius perditio- nis suae barathrum incidere. Nam quum ipse circuncisus esset, aduersitatis videlicet gratia contra fi- deles in praeputio, per circuncisionem venabatur praetextum ac occasionem. Quum autem Dominus semper curam hominum habuerit, & claritatem veritatis in filiis veritatis munierit, & sancto Petro apostolo dederit, vt & ipsum & socios ipsius redarguerit, manifesta sit Cerinthi amentia. Dicit enim sanctus Petrus: *Ego eram in ciuitate toppe, & vidi in meridie circa horam sextā, lintē demissum ex qua tuor principis, in quo erant omnia quadrupeda & reptilia, & dixit mihi, macta & ede.* Ego autem dixi, *Domine nequaquā, quia nunquā inquinatum aut immundum ingressum est in os meum.* Respondit autem mihi rursus vox de caelo. *Quae Deus mūdauit, tu ne iniquines. Et ecce extē plō duo viri aderāt in domo. Et dixit mihi Spiritus, Vade cum ipsis, nihil basitās.* Et deinceps recēlet velut in parabola, hāc quae ad ipsū dicta sunt. Et quod nō tunc docuit, donec Dominus euidenter ostendit ipsi, quae per sermones ac figu- ras ipsum docebat. Statim enim vbi aperuisset ipse os quando venit in Caesarem, illapsus est Spiritus sanctus in Cornelium & quum vidisset Petrus, dixit: Num quis potest impedire aquam, ab his qui digni facti sunt accipere Spiritum sanctum, velut etiam nos ab initio? Hoc verō totum mysterium erat, & benignitatis Dei erga homines opus, quo & factus Petrus, & quilibet cognosceret, quod non ab hominibus est salus gentium, sed ex Deo. Anticipauit enim Deus dare donum Spiritus, & visio- nem angeli, & laudem orationis, & ieiuniorum ac bonorum operum: quo apostoli, & praesertim sanctus Petrus, in eo quod ipsis conceditum erat, non auerfarentur eum qui ex Deo in veritate vocatus esset. Verū hāc tunc quidem tractata sunt ac commota à p̄dicto pseudapostolo Cerintho. Quem ad- modū etiam aliās seditionē tum ipse tum socij ipsius excitauerūt in ipsis Hierosolymis, quādo Paulus rediit cum Tito, & hic dixit, quod viros praeputiatos secum adduxisset, & de hoc facto protulit, In- quinauit (inquit) locū factū. Quapropter etiā Paulus dicit. *Sed neque Titus qui mecum est, quū Graecus sit, coactus est circūcidere, verū propter aliū de indultos falsos fratres, qui surresperūt vt specularēt ac explo- rarēt libertatē nostrā, quā habemus in CHRISTO, quibus neque ad horam cessimus in subiectione:* Et p̄putiatos, praecipies dixit: *Ne circūcidamini, CHRISTVS vobis nihil proderit.* Durauit autē circūcisio tpi in seruies, donec maior circūcisio accessit, hoc est lauacrū regenerationis: velut omnib⁹ manifestū est, & clarius ostenditur ex his quae ab apostolis dicta sūt, maximē sancto Apostolo. Dicit enim sic: *Qui bus neq; ad horā cessimus in subiectione.* Omnibus porro volētibus cōsiderare ea quae ab apostolis tunc facta sunt, admirationi esse potest, quomodo ea q̄ apud hāc haeresim ex verutia spūs erroris perpetra- ta sunt, characterem ac imaginē ostendūt eorū qui per hāc haeresim inter apostolos cōmotionem excita- rūt. Quū enim defecissent hi, & in pseudapostolos mutati essent, & alios pseudapostolos misissent, ve- lut etiā iam antē dictū est in Antiochia ab initio, & ad alios locos, qui praedicabāt. Nisi circūcisus fue- rit & seruauerit legē Moysi, non poterit saluari: nō vulgaris tunc turbatio facta est, velut dictum est. Et hi sunt qui à Paulo dicti sunt pseudapostoli, operatores dolosi, qui se transformant in apostolos CHRISTR. Vtuntur enim euangelio secundū Matthaeū, ex parte, nō toto. Verum p̄pter sermonē ge- nerationis in carne, etiā hoc testimoniū ab euangelio afferūt, rursus dicētes: Sufficiens est discipulo, vt fiat velut magister. Quid igitur dicunt? Circūcisus est IESVS, circūcidere etiā tu. CHRISTVS secundū legem cōuersatus est, & tu ipse eadē facito. Vnde etiam quidam ex his, velut à venenis subre- pti, credūt verisimilibus persuasionibus, propterea quod CHRISTVS est circūcisus. Paulū verō re- probant, propterea q̄ non obediuit circūcisioni. Imō etiā reiciūt ipsum, propterea quod dixit: *Qui- cumque in legē iustificamini, ex gratia excipistis. Et, Si circūcidimini, CHRISTVS vobis nihil proderit.* Hic autē Cerinthus stolidus, & stolidorū magister, rursus temerarius dicere ausus est, CHRISTVM passum esse, crucifixū, nōdum autē surrexisse. Resurrecturum autē esse, quum vniuersalis mortuorum resurrectio fiet. Incōstantia igitur sunt apud illos & verba & dogmata. Vnde etiā Paulus prurbarus, his qui fidē nō habēt resurrectioni mortuorum futurae, dicit: *Si mortui non resurgunt, neque CHRISTVS resurrexerit. Et, Edamus ac bibamus, cras enim moriemur, Et, Ne decipiamini, Mores bonos, colloquia cor- rumpunt mala.* Rursus dicentes CHRISTVM nōdum surrexisse, eodem modo confutans, dicit, *Si CHRISTVS non resurrexerit, inanis est praedicatione nostra, inanis etiam fides nostra. Reperimur autem, & falli testes Dei, quod excitauerit CHRISTVM, quem non excitauit.* Tanquam apostoli quidem praedi- cent CHRISTVM resurrexisse, quā dā verō haereses dicant CHRISTVM non resurrexisse, & mor- tuos non resurgere. In hac enim regione, Asia inquam, imō etiam in Galatia, valde viguit horum do- ctrina. De quibus etiam ex traditione res quaedam ad nos deuenit, quod quidam apud ipsos de vita decesserunt, morte praecipiti citra baptismū. alij verō pro ipsis in nomen ipsorum baptizentur, vt ne vbi resurrexerint illi in resurrectione, p̄cenas dent, cō quod non acceperunt baptismū, & subditū

Baptiza-
ri alios
pro aliis
iam mor-
tuis.

subditi fiant potestati quae mundum fecit. Et hac de causa traditio quae ad nos deuenit, eundem san- ctum Apostolum dixisse ait: *Si omnino mortui non resurgunt, cur & baptizantur pro ipsis?* Ceterum alii rectē hoc dictum interpretantes dicunt, quod morti vicini si fuerint in pietatis doctrina instructi, ob hanc spem ante obitum lauacro digni fiant: ostendentes quod qui mortuus est, etiam resurget, & ob id indiget remissione peccatorū per lauacrum. Horum verō aliqui CHRISTRVM nondum re- surrexisse praedicant, verum resurrecturū esse cum omnibus, aliqui verō, quod omnino mortui non re- surgent. Quapropter. Apostolus medium se interponens, vtroque hos ac reliquas haereses eadem o- pera subuertit, & in tractatione de mortuorum resurrectione, & in testimoniis quae subtiliter perse- quitur, constantem affirmationem fecit resurrectionis mortuorum, & salutis ac spei, dicens: *Oportet corruptibile hoc induere incorruptibilitatem, & mortale hoc induere immortalitatem.* Et rursus. CHRISTRVS resurrexit primitiā eorum qui dormierunt: quo vtrisque sectis refutatis, in pollutam doctrinā praedicationem ex veritate doceret, eos qui volunt scire veritatem Dei, & salutarem doctrinam. Vn- diquaque igitur facilis deprehensio fuerit Cerinthus, & qui ab ipso decepti sunt, miseri illi, & alius quoque perditionis ac interitus autores facti: quum diuinā scripturā clarē nobis ac eny cleatē omnia exponant. Neque enim ex semine Ioseph est CHRISTRVS. Alioqui quomodo signum fuerit ipsa ge- neratio? Et hoc quod ab Esaia dictum est, quomodo amplius consistit? qui dixit, *Ipsē Dominus dabit vobis signum, Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium, & c.* Quomodo verō illud cōplebitur, quod dictum est à sancta virgine ad Gabrielē, *Quomodo erit hoc, quoniam virum non cognosco?* & quod ipse angelus dicit: Spiritus factus superueniet in te, & virtus altissimi obūbrabit tibi, & c. Quomodo verō non redarguetur ipsorum dementia, quum euangelium clarē dicat: *Quod inuēta est in vtero habens, priusquam ipsi congressi fuissent.* Clarē verō cognoscere datur, quod neque omnino cōgressi sunt, ab- sit vt hoc dicamus. Alioqui post crucem non prospexisset, vt ipsam Ioanni sanctae virgini commēda- ret, dum dicit, *Ecce mater tua.* Et idem, *Ecce filius tuus.* Oportebat enim ipsum eam tradere ac com- mendare cognatis illius, aut filiis Ioseph, siquidem fuissent ex ipsa: Iacobo inquam, & Iose, & Iudae ac Simeoni, qui filii erant ipsius Ioseph ex alia vxore. Neque enim quod vsus sit virgine omnino reperit- ur, postquam enim genuit, virgo impoluta permansit. Verū de his iam in alio opere clarē à me trā- factum est, ac transfiguratur. Hic verō ex parte velut in transcurso de hoc argumento dictum est, vt ne dum aliorum morsum curationem facere volo, & aliorum venenorum medelam atque auxiliū p- ponere studeo, ad alia ipsos lectores conuertam. Veruntamen ex omnibus vana & impostoria horum doctrina esse comprobabitur ei qui prudentia praeditus est, vt quae ab apostolis quidem redarguatur, apud prudentes verō condemnetur, ex Deo autem & veritatis eiusdem praedicatione reiciatur. Por- rō hi ipsi rursus Merinthiani appellantur, velut fama ad nos perlata habet. Siue autem ipse Cerinthus itidē & Merinthus appellatur sit, non omnino de hoc certi sumus. Siue alius quis fuerit Merinthus no- mine, illius auxiliarius, Deo notum est. Iam enim diximus, quod non solum ipse in Hierosolymis sa- pe restiterit apostolis, sed etiam sodales ipsius in Asia. Attamen siue ipse sit, siue alius ipsius auxiliari⁹ qui similia ipsi sensit & operatus est, nihil refert. Vniuersa enim ipsorum doctrinā improbitas, hanc imaginem habet Cerinthianā quae ac Merinthiani simul hi vocantur. Et quum hāc de horrenda ac in- star reptilis venenata ipsorum improbitate recensuerimus, rursus ad sequentes procedemus, gratias quidem agentes Deo, quod horum malorum dogmatum pelagus innoxii ac illaesi transtiterimus. p- cantes autem, vt etiam in sequentibus, velut in bimaria ac efferā breuiā illapsi, non laedamur, sed salu- tem assequamur ab ea quae apparebit nobis in exponenda veritate, in eo quod nos ipsam cōfirmamus & inanem illam garrulitatem refutamus. Equidem si quis velit considerare, ac figuras harum de- scribere, & hāc reuera bicipiti cuidam serpenti assimilabitur, propter nominis duplicitatem, vīperā videlicet, quae seps à putrefactione, siue putredine appellatur: & quae corpus quidem torum pilis tri- bris exornauit, non habet autem neque caprae neque ouis naturam, aut pellem sed reptilis: & perni- ciam inducit per morsum his, quos contingit: eos verō qui ipsi credunt, subuertit, alicubi ex veteri re- ligatione ea quae in nouo testamento sunt subuertens, alicubi per doctrinas falsas, velut de nouo testa- mento sumptas, contra apostolos ex circūcisione in CHRISTRVM credentes falsas accusationes cir- cumferens, Cuius & putredinem, & venenum, & dentes, quum ligno veritatis percusserimus ac con- truerimus, ad sequentes (velut dixi) procedere per virtutem Dei studebimus.

Contra Nazoraeos, XXIIX, ex ordine sextam.

NAzoraei deinceps post hos sequuntur, qui simul cum illis fuerunt, aut etiam ante ipsos, aut cum ipsis & post ipsos, & tamen contemporanei. Neque enim exactē dicere possum, vtri alteris suc- cesserunt. Verū, sicut dixi, contemporanei inter se fuerint, similes opinionones habuerunt. hi enim sibipis nomen indiderunt, non CHRISTR, non ipsum nomen IESVS, sed Nazoraeorum. Et tunc sanē omnes Christiani Nazoraei similiter vocabantur. Contingit autē vt modico tēpore appellati sint Iesū, priusquā in Antiochia in itinere sumerent discipuli vt appellaretur Christiani. Vocabantur autē Iesū, propter Iesū opinor. Quandoquidē Dauid ex Iesū, ex Dauid autē per successionē seminis Ma- ria, ita iplēta diuina scriptura in veteri testamēto, dicēte Domino ad Dauid: *De fructu ventris tui po- nā super sedē tuā.* Vereor autē si singulis his tractādīs argumētis, ne lōgā huic operi narrationē asciscā, quū harū rerū mētionē faciā, cōmouēte me veritate, vt speculatiōes iter dicēdū occurrētes retegā. Quū enī Domin⁹ dixerit ad Dauid: *[De fructu v̄tris tui, ponā super sedē tuā: & hoc, iurauit Domin⁹ Dauid & nō poenitebit eū: manifestū est, quod itramutabilis est Dei pmissio. Et primū, quod iuramētū apud Deū, qd aliud est quāqd dicit Domin⁹, Per meip̄m iurauit. Non enī per maiorē habet De⁹ iurādū, sed neq; iurat De⁹, verum ad declarationē cōfirmationis, sermo ille v̄i habet. Cum iuramēto enī iurauit*

Paulilo⁹
de resurre-
ctiōe mor-
tuorum.

Ioseph
sponsima-
ria, filii
ex alia
vxore.

Merinthi-
ani.

Seps vīpe-
ra à putre-
dine ap-
pellata.

Nazoraei
vocati
Christiani
Iesū Chri-
stiani dicit

C ij Dominus

Dominus David: De fructu ventris tui, ponā super sedem tuā. Testantur autem apostoli, quod ex femine David opo rebat CHRIS TVM generari, velut etiam generatus est Dominus noster IESVS CHRIS TVS. Omittam autē plura testimonia, vt ne (velut dixi) longius orationē extendā. Fortassis autem dixerit aliquis, Si CHRIS TVS genitus est ex femine David secundum carnē, hoc est ex sancta virgine Maria, qua ratione super sedem David non sedet: Venerunt enim, inquit Evangelium, vt nge rent ipsū in regem: quo cognito secessit, & occultatus est in Ephraim ciuitate deserti. Quum igitur per uenerimus nos ad locū huius dicti, & interrogati simus de hoc testimonio ac proposito, Qua ratione carnaliter impletum non est in Salvatore, vt sedeat sup thronum ac sede David (quidam enim pu tauerūt hoc impletum nō esse) rem ipsam velut se habet, referemus. Nulla enim diēctio sanctā Dei scri pturæ intercedit. Thronus igitur David & regia sedes, est sacerdotiū in sancta Ecclesia, quā dignitatē regiam, simulq; pontificam simul cōiunctim largitus est Dominus sanctā Ecclesiā suā, trāsllato in ip sam throno David nō deficiente in æternū. Illic enim per successionē durauit thronus David vsq; ad ipsū CHRIS TVM, nō deficiētibus principib; ex Iuda, donec venit cui restabāt qua reserua bātur ipsi, & ipse expectatio gēritū, inquit. Desierunt enim in CHRIS TI aduētū principes p successiōem ex Iuda, q; vsq; ad CHRIS TVM pāsiderūt. Intercedit enī ordo, & cessauit, quando ipse natus est in Bethleē Iu dæ: tpe Alexandri, qui erat de genere sacerdotali ac regio. A quo Alexādro intercedit hæc fors, a tpi bus ipsius & Saalinæ, q; etiā Alexādra appellatur, in tpiibus Herodis regis, & Augustini Romanorū im peratoris. Hic Alexāder vnus ex vnctis & p sidiis existēs, etiā diadema sibi ipsi imposuit. Cōiunctis enī duabus tribubus, regia ac sacerdotali, Iuda in quā & Arii, & tota tribu Leui, sic reges ac sacerdot es fiebant. Nihil enim ex ænigmatis sanctæ scripturæ aberrauit. Tunc verō deinceps rex alienigena Herodes, & nō amplius successores David diadema imponebāt. trāslata regia sede in CHRIS TO in sancta Dei ecclesia in æternum, ex duplici origine dignitatē habēs, regia ac sacerdotali. Et regiā qui dē a Domino nostro IESV CHRIS TO iuxta duos modos, & quia est ex femine David regis scun dum carnē, & quia ipse est rex maior à seculo secundum deitatē. Sacerdotalē verō, quia ipse pōtifex, & pōtifex pfectus, cōstituito statim Iacobo fratre appellato & apostolo, episcopo, q; primus fili; ipsius Ioseph natura erat, frater autē Domini vocabatur, ppter cōuersationem. Erat enim hic Iacobus filius Ioseph, ex vxore Ioseph, nō ex Maria, velut multis locis hoc à nobis relatum est, ac manifestius declara tum. Sed & reperimus ipsum eo q; ex David esset propterea q; esset fili; Ioseph, etiā Naziræū factū. Er at enim primogenitus ipsius Ioseph, ac factificat; . Insup verō etiā sacerdotio ipsum functum esse, iux ta vetus sacerdotium reperimus. Quapropter etiā permittēbatur ipsi semel in āno ingredi ad sāctā san ctorum, velut lex pōtifex pcepit, sicut scriptum est. Sic enim multi retulerunt āte nos de ipso, Euse bius & Clemēs, atq; alij. Sed & solum siue braçteā in capite gestare ipsi licebat, quādmodum relati fide digni viti in suis cōmentariis testati sunt. Sacerdos itaq; est, velut dixi, Dominus noster IESVS CHRIS TVS in æternum, secundū ordinē Melchisedec, simulq; rex iuxta ordinē ex supernis, vt trāsferat sacerdotium simul cum lege. Ex femine verō David, ppter Mariā, sedēs in throno in æternū, & regni ei; nō erit finis. Oportebat enī ipsum nunc trāsferre ordinē, tum sacerdotij, tum regni. Nā regnū ipsi; nō est de terra, velut dixit in Euāgelio ad Pōtiū Pilatū: Regnū meū nō est ex hoc mūdo. Nā cū CHRIS TVS oīa impleat p ænigmata, argumēta de ipso pposita ad aliq; vsq; mēsurā puenerunt. Nō enim venit vt regni pgressum acciperet, q; sepe regnat, largitus est autē sub se cōstituitis regnum, vt ne diceretur à parnis ad maiora procedere. Manet enim thron; ipsius, & regni eius nō erit finis, & sedet sup thronū David, ita vt regnum David vñ cum pōtifcātu trāsulerit ac largitus sit seruis suis, hoc est pōtifcibus catholice ecclesie. Et multa sunt q; de hoc dici possunt. Veruntamē quādo ad locum deueni vt dicerēt ob quā causā Iessei appellabātur, priusq; vocaretur Christiani q; in CHRIS TVM crederētur, ea de cau sa diximus, q; Iesse pater fuit David. Et siue ex Iesse, siue ex noīe IESV Domini nostri, appellati sunt Iessei, propterea q; ex IESV procederēt, quū discipuli eius essēt. aut propter noīnis Domini etymo logiā: IESVS enim in Hebraica lingua curator appellatur, aut medicus, & saluator: nihilominus hoc nomē habuerunt, priusq; ipsi Christiani vocarentur. Ab Antiochia autē velut suprā meminimus, & si cut veritatis ratio habet, discipuli & vnuerſa Ecclesia Dei, Christiani vocari cœperunt. Repereris autē o studiose, etiā hoc argumētum in cōmētariis Philonis, in libro de Iesseis ab ipso inscripto. Qui hor um cōuersationē, & laudes horū exequēs, & monasteria ipsorū in viciniā circum Mariā paludē recē sens, nō de aliis quibusdā narrauit q; de Christianis. Hic enim quū esset in regione, Mareotū autem lo cum appellat, & deductus esset ab ipsis ad monasteria eius loci, magnā vtilitatē assequutus est. In die bus enim paschatis illic versatus, & vitā ipsorū vidit, & quomodo quidā per sanctā paschatis hebdo mada omni esu dilato degebant, alij verō interpositis duobus diebus edebant, alij etiam in vespem. Tunc igitur vocabātur Iessei per modicum tēpus, post assumptionē Saluatoris, & Marco in Aegy ptiorum regione euāgelium p dicate. Iuxta hæc tpa rursus aliqui ex apostolis prodierunt, scētatores nimirum, dico autem Nazoræos, de quibus hic tracto, qui erant quidem genere Iudæi, & legi addicti ac circuncisionē habētes. Verūm quemadmodum qui de specula ignē cōspicati sunt, nō intelligūt qua de causa illi rogū incēderunt, nū vtilitatis ac vſus alicui; gratia hoc faciūt, aut vt vitē suę obsonia ad esū p ignē parēt, aut vt lignorum quorundā ac sacramētorum, q; ignis cōsumere solet, extirpationē faciāt. Sic etiā ipsi per imitationē igne accēso, seipſos incēderunt. Quū enim solum nomē IESV audiuiſset, & diuina signa q; per apostolorū man; fiebāt, vidisset etiā, ipsi in CHRIS TVM credebāt. Gnari verō ipsū ex Nazaret in vtero conceptum esse, & in domo Ioseph educatum, & ppter ea in Euāgelio IESVM Nazoræum

Thronus David quid.

Christi regnum ubi sit.

Iacobus episcopus.

Iesus quid habeat sit. Christianorū appellatio. Philonis scripta.

Nazoræum

Nazoræū vocari, velut etiam apostoli IESVM Nazoræū dicunt, virum approbatū, & in signis & in miraculis, &c. hoc nomē sibi imposuerūt, vt Nazoræi appellētur, non autē Naziræi, hoc est san ctificati. Hęc enim dignitas olim primogenitorum fuit, ac Deo dicatorū. De quorum numero vnus fu it Sampſon, & alij post ipsum, & multi ante ipsum. Sed & Ioānes baptista ex eisdem sanctificatis Deo vnus fuit, & vinum ac siccera non bibit. Talibus enim hæc vita velut dignitati congrua decebatur. Alii verō Nazaræos seipſos vocauerunt. fuit enim Nazaræorū hæresis ante CHRIS TVM, & CHRIS TVM non nouit. Sed & omnes homines Christianos Nazoræos vocabant, velut dixi, & sic accu san tes Paulus apostolum appellat: Hunc hominē inuenimus pestem & peruerſorem populi, p sēdem que sectā Nazoræotum. Sanctus autē apostolus non negat quidem nomē, nō confitens horū hæresim sed nomen ab aduerſariorum malignitate propter CHRIS TVM sibi illatum benignē suscipiens, co ram tribunali dicit: Neque in templo inuenerunt me cum aliquo disputantem, aut congregationē ali quā turbæ faciētē, neque quicq; eorum ob qua me accusant feci. Cōfiteor autem hoc tibi, quod iuxta viam, quā hi sectā ac hæresim appellant, sic Deū colo, credens omnibus quæ scripta sunt in lege ac p phetis. Et non mirum est quod A postolus seipſum cōfiteatur Nazoræum, quum omnes tunc Christia nos hoc nomine appellarent, propter Nazareth ciuitatē, alio nō existente nominis vſu ad hoc tempus, quam vt homines CHRIS TO credentes se appellarent, de quo scriptum est quod Nazoræus vocabi tur. Nam etiam nunc homines omnes hæreses æquiuocē Christianos vocant, qui Christiani non sunt, Manichæos inquam, & Marionistas, Gnosticosq; atque alios. Et tamen vnaquæque hæresis, etiā si ali ud nomen habeat, hoc gaudens suscipit, quia per nomen ornatur. Videntur enim se ob nomē CHRIS TI iactare, non item fidem & opera. Sic etiā sancti CHRIS TI discipuli, tunc discipulos IESV se libetèr ap pellant. B ipsos vocabant, velut etiam erant. Quum autem ab aliis Nazoræi appellabantur, non renuebant, sco pum considerantes eorum qui ipsos sic appellabant, quod videlicet propter CHRIS TVM ipsos sic vocabant. Nam & ipse Dominus IESVS Nazoræus vocabatur, quemadmodum habent Euangelia Iesus Na zoræus ap pellatus. & actus A postolorum, propterea quod in Nazareth ciuitate, quæ nūc vicus est, educatus esset in do mo Ioseph, natus verō secundum carnem in Bethleem ex Maria virgine desponsa ipsi Ioseph, qui in eandem ciuitatem transmigravit, postquam à Bethleem digressus in Galilæa habitauit. Porrō relati hi hæresiotæ, de quibus hic verba faciō, omisso nomine IESV, neque Iesseos se vocauerunt, neque in Iudæorum nomine permanserunt, neque Christianos seipſos appellauerunt, sed Nazoræos, à loci videlicet Nazareth vris cognomine. Per omnia verō sunt Iudæi, & nihil aliud. Vtūtur autem hi non solum nouo testamento, sed etiam veteri, velut etiam Iudæi. Non enim renunciauerunt legi & prop heris, & receptis apud Iudæos libris, velut antea relati, neque aliud quid hi sentiunt, sed iuxta præ dicationem legis, & sicut Iudæi omnia rectē cōfiteantur, absque hoc videlicet quod in CHRIS TVM credunt. Conſentitur enim & mortuorum resurrectionem, & ex Deo omnia facta esse. Vnum autem Deum profitentur, & huius filium IESVM CHRIS TVM. In Hebraica verō lingua optime sunt exercitati, nam apud ipsos lex & propheta, & recepti à Iudæis libri, Regnorum videlicet, & Paralipomena, & Esther, & alij omnes hebraicē leguntur, velut etiam apud Iudæos. Verūm in hoc solum à Iudæis differunt, itemque Christianis: quod Iudæis quidem non consentiunt, eo quod in CHRIS TVM credunt. Cum Christianis verō non conspirant, eo quod adhuc legi sunt alligati, circun cisionique ac sabbato, atque alijs. De CHRIS TO verō non habeo quod dicam, an etiam ipsi præ dicta Cerinthi improbitate ducti, nudum hominem ipsum putent: aut velut veritas ipsa habet, per Spiritum sanctum ex Maria genitum esse affirmant. Est autem hæc Nazaræorum hæresis in Ber ræorum regione circa cauam Syriam, & in Decapoli circa Pellæ parres, & in Basanitide quæ Co caba appellatur, & Cocaba hebraicē dicitur. Illinc enim initium factum est, post discessum à Hie rosolymis, omnibus discipulis in Pella habitantibus, quū CHRIS TVS iussisset relinquere Hierosolyma ac secedere, quoniam passura esset obsidionem. Et hæc de causa Berræam habitantes illic, velut dixi vitam debebant. Hinc Nazoræorum hæresis initium habuit. Errauerunt autem & hi circuncisionem iactantes. Et adhuc tales sub maledictione sunt, non potentes legem implere. Quomodo enim pote rint implere ea quæ dicta sunt in lege? Nempe, ter in anno videberis coram Domino Deo tuo, circa azimorum festiuitatem, & tentoriorum fixorum celebritatem, & Pentecosten, in loco Hierosolymorum. Conclusa enim lege, & his quæ in lege sunt expleti non potentibus, omnibus san nē mente præditis manifestum fuerit, quod CHRIS TVS venit completor legis, non legem de structurus, sed legem implerurus, & maledictionem ablaturus contra legis transgressionem decretā. Postquam enim Moſes omne mandatum præcepit, ad finem libri peruenit, & totum in maledictio nem conclusit, dicens: Maledictus omnis qui non perseuerat in omnibus verbis que scripta sunt in hoc libro, vt faciat ea. Venit igitur soluens quidem ligata vinculis maledictionis, largiens autem nobis pro paruis impleri non potentibus, maiora & non alterum alteri pugnantiā ad operis impletionem, velut priora illa. Sic enim etiam antea per omnes sectas, sepe de sabbatismo & de circuncisionē, & que alijs elaborauimus, quomodo Dominus nobis perfectiora largitus est. Quomodo igitur po terint tales excusationem habere, qui Spiritui sancto non obediuerunt, per apostolos ad eos qui ex gētibus crediderūt loquuto: [Ne onus imponatis, præter ea à quib; necesse est abstinere, sagine scili cet, & siccato, & scortatione, & eo quod simulachris sacrificatū est. Quomodo verō non excedent à gratia Dei: quum Paulus apostolus dicat, [Si circuncidimini, CHRIS TVS vobis nihil proderit. Qui in lege gloriamini, ex gratia excidistis.] Sufficiet igitur & in hæc secta, breuis hæc nostra disserta tio, facile enim tales deprehendere ac confutare, & sunt magis Iudæi, & nihil aliud. Verūm hi Iudæis valde inimici sunt. Non solum enim Iudæi hos odio habent, sed exurgentes manē, & in meridie, & Nazoræos.

Ignominio sum nomē Nazaræorum apud veteres.

hæretici se christianos libetèr ap pellant.

Iesus Nazoræus ap pellatus.

In quo dif ferant à Iudæis.

Nazoræo rū a Chri stianis dif ferentia.

Cocaba quid sig ner.

Maledic tione con clusit li brum mā datorū suo rā Moſis.

Desertatio Iudæorum corra na valde inimici sunt.

C iij circa

Matthæi Evangelium hebraicè scriptum.

circa vesperam, ter in die quando preces perficiunt in suis synagogis, detestantur ipsos ac execratur dicentes: Maledic Deus Nazoræis. Nam his amplius aduersantur, propterea quod quum ex Iudæis ipsi sint, IESVM prædicant esse CHRISVM, id quod aduersissimum est his qui adhuc Iudæi sunt & CHRISVM non susceperunt. Habent autem Matthæi euangelium perfectissimum hebraicè. Apud ipsos enim hoc clare, quemadmodum ab initio scriptum est Hebraicis literis, adhuc seruat. Non noui autem etiam genealogias ab Abraam vsque ad CHRISVM amputatas. At quando etiam hanc hæresim velut debilem vesperam, & dolorem per venenum inducentem depræhédimus, & per veritatis doctrinam cõtriuimus, ad sequêtes, o charissimi, pergamus, à Deo auxilium implorantes.

Contra Ebionæos, XXX. sectam.

Ebion. Ebionitarum Hæresis 30. Hæresis cõpillata ex omnibus aliis.

Ebion, à quo Ebionæi, deinceps sequens, & similia his sentiens, multiforme monstrum, & (vt ita dicam) fabulosæ illius multipicis hydræ serpentariæ formam in seipso exprimens, rursus in mundo exortus est, ex horum quidem schola existens, verum alia præter hos prædicans ac exponens. Quemadmodum enim si quis copulasset sibi ornamentum ex diuersis lapillis perniciosiss, & vestem variegatam, & splendide se exornasset: sic hic vicerersa, quicquid horrendum est ac perniciosum & abominabile, informeque ac incredibile, & odio plenum, id à singulis sectis accepit, & seipsum in omnes efformauit. Samaritarum enim habet abominationem, Iudæorum nomen, Oseorum verò & Nazoræorum ac Nasaræorum opinionem, Cerinthianorum formam, Carpocratianorum improbitatem, & Christianorum habere vult appellationem, non enim profectò etiam actionem & mentem, & sciêtiã, & Euâgeliorum ac Apostolorum de fide assensum. Verum mediis, vt ita dicam inter omnes existens, nihil est: sed in ipso impletur quod scriptum est, Penè eram in omni malo, in medio Ecclesiæ ac synagoga. Quum igitur Samarita quidem sit per abominationem, nomen abnegat, Iudæum autem seipsum confitens, Iudæis se opponit: & quidem consentiens ipsis in parte, velut postea in demonstrationibus de hoc, & in ipsis confutatione Deo opitulante declarabimus. Hic enim Ebion contemporaneus horum fuit, ab ipsis verò cum ipsis procedit. Primum porò ex affricu & semine viri, hoc est Ioseph, CHRISVM natum esse dixit, velut etiam antea à nobis dictum est, quod eadem cum aliis in omnibus sentiens, in hoc solum differebat, quod in lege Iudaismo addictus erat, circa sabbatum ac circumcissionem, aliãq; omnia quæ apud Iudæos ac Samaritas perficiuntur. Adhuc plura verò hic præter Iudæos, velut Samaritas, peragit. Ad didit eni, vt obseruet cõtingere aliquos ex aliis gèribus & quoridie si quado mulieri cõiunctus fuisset, & ab ipsa surrexisset, baptizabatur in aqua, si copia esset marina, aut etiam aliis. Sed & si occurrisset alicui regressus ab immersione in aquas ac baptismi, similiter rursus decurrebat ad immersionem, atq; hoc sæpè vnã cù vestimètis. Nûc verò interdicta sunt omnia apud ipsos, virginitas, & cõtinètia, velut etiam apud alias similes huic sectas. Tunc eni virginitatem magnificabat, nimirum, ppter Iacobû fratrem Domini: & suos libros ad seniores ac virgines scribit. Initiû aut huius cæpit post Hierosolymorû captiuitatem. Quandoquidè enim oēs in CHRISVM credêtes eo tpe in ceteriore regiõe habitabât, maiori ex parte in Pella ciuitate quadam Decapolis, quæ in Euangelio scripta habetur, ppe Batanæã & Basanitidè regionè, tunc edigrèssi, & ipsi isthic vitã degètib; , ex hoc occasio cõtingit Ebioni. Et incipit quidè habitatio nẽ habere in Cocaba vicu quodam, in partibus Carnaim, Arnè, & Astaroth, in Basanitidè regiõe, velut fama ad nos plata habet. Hic sanè malã suã doctrinã auspicatur, vn de & Nazoræi supra mihî in dicatî sũt. Hic eni cõiunctus illis, & illi huic, vtique de ppria improbitate alteri imptiuit. Et differunt quidè alter ab altero in aliqua re, verû in mētis perueritate se mutud expresseferunt. Iã verò in aliis quoque libris, in aliis item sectis, dictû à me est, de loci Cocaborû situ, & de Arabia plõgũ. Et primũ quidè Ebiõ, velut dixi, CHRISVM ex semine viri, hoc est ipsi Ioseph, esse decreuit. Tèpotis verò pgressu, & hucusq; sectatores ei, ppria mēte ad incõstantiã ac hæsitatiõnẽ cõuerfa, alii aliter apud ipsos de Christi narrãt. Fortassis aut ab eo q; cõiunctus fuit ipsi Elxæus pseudo ppheta, apud Sãpènos, & Oseños, ac Helcessæos appellatos, velut ille imaginatiõnẽ quandã de Christo, & de sctõ Spũ recẽsent. Quidã eni ex ipsis etiã Adã Christũ esse dicunt illi primũ formatũ, & à Dei inspiratione insufflatũ. Alij inter ipsos ex supnis quidè esse, præ oib; verò creatum esse, vt q; spũs sit, & sup angelos sit oib; q; dominetur, & Christi; appelletur, & illic seculum forrit; sit: veniat aut huc quãdo vult, velut etiã in Adã venit, & patriarchis apparuit corpore iaduto, & ad Abraã venit, & Isaac ac Iacob. Idè in extremis dieb; venit, & ipsum corp; Adã induit, & cõspectus est hõ: & cracifix; est, & resurrexit, & ascèdit. Rurs; aut quãdo volunt, dicũt nò, sed in ipsũ venit spũs, q; est Christi;, & induit ipsũ qui Ies; appellatur. Et multa est apud ipsos vertigo, aliã aliter atque aliter de ipso tractãtib;. Et suscipiunt quidè etiã ipsi Euâgelium secundũ Matthẽũ: nã hoc solo etiã ipsi velut Cerinth; & Merinth; vtuntur. Appellãt aut ipsũ Euâgelium secundũ Hebræos, sicut reuera habet, quod Matthæus sol; Hebraicè & Hebraicis literis, in nouo testamẽto Euâgelii editiõnẽ ac prædicatiõnẽ fecit. Iã verò etiã alii dixerunt, Euâgelium secundum Ioãnẽ de Græca lĩgna in Hebræã trãslatum esse, & in Iudæorũ gazopgylaciis haberi, his videlicet q; sunt in Tiberiade, & repositum esse itet apochrypha, velut quidã Iudæi ad fidẽ cõuerfi exactè nobis exposuerunt. Qui & librum actũ Apostolorum similiter ex Græca lĩgna in Hebraicã cõuersum, fama refert illis in gazopgylaciis haberi, vt etiã ex hoc Iudæi hi q; legerũt & nobis recẽserunt, in Christum crediderũt. Erat aut ex ipsis quidã Ioseph non scriptor & historiographus ille vetus, sed a Tiberiade, qui temporibus Felicis Cõstãtini Imperatoris illius senioris vixit, & ab ipso Imperatore Comitum dignitatem assequutus est, & potestatem accepit edificandi ecclesiã Christo in eadem Tiberiade, & in Diocæsarea, & in Caprenaum, & aliis ciuitatibus. Et multa passus est ipsis Iudæis, priusquam Imperatori manifestaretur. Hic Iosephus inter dignitate præstantes viros apud ipsos connumeratus erat. Sunt autem hi post patriarcham

Quod scriptum impletur in eo.

Actus Ebionis.

Dogmata eius impropria.

Pellam habet Chri stiani.

Cocaba.

Elxæus pseudo propheta.

De resumpro corpore Adam committũ.

Gazopgylacia Iudæorũ in Tiberiade.

Comitum dignitas.

Quum igitur Samarita quidem sit per abominationem, nomen abnegat, Iudæum autem seipsum confitens, Iudæis se opponit: & quidem consentiens ipsis in parte, velut postea in demonstrationibus de hoc, & in ipsis confutatione Deo opitulante declarabimus. Hic enim Ebion contemporaneus horum fuit, ab ipsis verò cum ipsis procedit. Primum porò ex affricu & semine viri, hoc est Ioseph, CHRISVM natum esse dixit, velut etiam antea à nobis dictum est, quod eadem cum aliis in omnibus sentiens, in hoc solum differebat, quod in lege Iudaismo addictus erat, circa sabbatum ac circumcissionem, aliãq; omnia quæ apud Iudæos ac Samaritas perficiuntur. Adhuc plura verò hic præter Iudæos, velut Samaritas, peragit. Ad didit eni, vt obseruet cõtingere aliquos ex aliis gèribus & quoridie si quado mulieri cõiunctus fuisset, & ab ipsa surrexisset, baptizabatur in aqua, si copia esset marina, aut etiam aliis. Sed & si occurrisset alicui regressus ab immersione in aquas ac baptismi, similiter rursus decurrebat ad immersionem, atq; hoc sæpè vnã cù vestimètis. Nûc verò interdicta sunt omnia apud ipsos, virginitas, & cõtinètia, velut etiam apud alias similes huic sectas. Tunc eni virginitatem magnificabat, nimirum, ppter Iacobû fratrem Domini: & suos libros ad seniores ac virgines scribit. Initiû aut huius cæpit post Hierosolymorû captiuitatem. Quandoquidè enim oēs in CHRISVM credêtes eo tpe in ceteriore regiõe habitabât, maiori ex parte in Pella ciuitate quadam Decapolis, quæ in Euangelio scripta habetur, ppe Batanæã & Basanitidè regionè, tunc edigrèssi, & ipsi isthic vitã degètib; , ex hoc occasio cõtingit Ebioni. Et incipit quidè habitatio nẽ habere in Cocaba vicu quodam, in partibus Carnaim, Arnè, & Astaroth, in Basanitidè regiõe, velut fama ad nos plata habet. Hic sanè malã suã doctrinã auspicatur, vn de & Nazoræi supra mihî in dicatî sũt. Hic eni cõiunctus illis, & illi huic, vtique de ppria improbitate alteri imptiuit. Et differunt quidè alter ab altero in aliqua re, verû in mētis perueritate se mutud expresseferunt. Iã verò in aliis quoque libris, in aliis item sectis, dictû à me est, de loci Cocaborû situ, & de Arabia plõgũ. Et primũ quidè Ebiõ, velut dixi, CHRISVM ex semine viri, hoc est ipsi Ioseph, esse decreuit. Tèpotis verò pgressu, & hucusq; sectatores ei, ppria mēte ad incõstantiã ac hæsitatiõnẽ cõuerfa, alii aliter apud ipsos de Christi narrãt. Fortassis aut ab eo q; cõiunctus fuit ipsi Elxæus pseudo ppheta, apud Sãpènos, & Oseños, ac Helcessæos appellatos, velut ille imaginatiõnẽ quandã de Christo, & de sctõ Spũ recẽsent. Quidã eni ex ipsis etiã Adã Christũ esse dicunt illi primũ formatũ, & à Dei inspiratione insufflatũ. Alij inter ipsos ex supnis quidè esse, præ oib; verò creatum esse, vt q; spũs sit, & sup angelos sit oib; q; dominetur, & Christi; appelletur, & illic seculum forrit; sit: veniat aut huc quãdo vult, velut etiã in Adã venit, & patriarchis apparuit corpore iaduto, & ad Abraã venit, & Isaac ac Iacob. Idè in extremis dieb; venit, & ipsum corp; Adã induit, & cõspectus est hõ: & cracifix; est, & resurrexit, & ascèdit. Rurs; aut quãdo volunt, dicũt nò, sed in ipsũ venit spũs, q; est Christi;, & induit ipsũ qui Ies; appellatur. Et multa est apud ipsos vertigo, aliã aliter atque aliter de ipso tractãtib;. Et suscipiunt quidè etiã ipsi Euâgelium secundũ Matthẽũ: nã hoc solo etiã ipsi velut Cerinth; & Merinth; vtuntur. Appellãt aut ipsũ Euâgelium secundũ Hebræos, sicut reuera habet, quod Matthæus sol; Hebraicè & Hebraicis literis, in nouo testamẽto Euâgelii editiõnẽ ac prædicatiõnẽ fecit. Iã verò etiã alii dixerunt, Euâgelium secundum Ioãnẽ de Græca lĩgna in Hebræã trãslatum esse, & in Iudæorũ gazopgylaciis haberi, his videlicet q; sunt in Tiberiade, & repositum esse itet apochrypha, velut quidã Iudæi ad fidẽ cõuerfi exactè nobis exposuerunt. Qui & librum actũ Apostolorum similiter ex Græca lĩgna in Hebraicã cõuersum, fama refert illis in gazopgylaciis haberi, vt etiã ex hoc Iudæi hi q; legerũt & nobis recẽserunt, in Christum crediderũt. Erat aut ex ipsis quidã Ioseph non scriptor & historiographus ille vetus, sed a Tiberiade, qui temporibus Felicis Cõstãtini Imperatoris illius senioris vixit, & ab ipso Imperatore Comitum dignitatem assequutus est, & potestatem accepit edificandi ecclesiã Christo in eadem Tiberiade, & in Diocæsarea, & in Caprenaum, & aliis ciuitatibus. Et multa passus est ipsis Iudæis, priusquam Imperatori manifestaretur. Hic Iosephus inter dignitate præstantes viros apud ipsos connumeratus erat. Sunt autem hi post patriarcham

cham A postoli appellati, assidentque patriarchæ, & cum ipso sæpe assidue in nocte ac die degunt, cõsulendi gratia, & vt referant ad ipsum ea quæ sunt in lege. Patriarcha autem illo tempore Ellet nomine erat. Arbitror enim Iosephum sic nomen ipsum duxisse, si non ex tempore fallor: ex genere verò Gamaliel erat, qui apud seipsum patriarcha fuit. Ratiocinari autem licet, velut etiam alij prodiderunt, hunc esse gneris illius primi Gamalielis, qui temporibus Saluatoris vixit, & secundum Deum consilium dedit, vt abstineret ab insidiis contra apostolos struendis. Quum autem morti vicinus esset Ellet, cupiuit Episcopum curacionum vrbis Tiberiorum ad se venire, & accepit ab ipso sacrum lauacrum in excessu, per medicæ curacionis prætextum. Ipsum enim per prædictum Iosephũ, velut qui medicus esset, accersuit, & omnibus à se remotis Episcopum rogauit, dicens, Largire mihi signaculum in cõsilio. Ille verò accersitis ministris, præcepit aquam parari, velut qui morbi gratia auxilium aliquod adhibere vellet, quum per aquas grauter ipse patriarcha ægrotaret. Ministri autem fecerunt infusa: non enim nouerunt, quum patriarcha pudoris gratia omnes à se remouisset. Quare sic sacro lauacro ac sanctis mysteriis patriarcha dignus euasit. At verò Iosephus mihî ipsi hæc reculit: ex ore enim ipius hæc omnia audiui, & non ab aliquo alio, in senecta ipsius, circa septuagesimum ætatis ipsius annum, aut etiam vltra. Ab ipso enim per ductus sum ad Scythopolim. Cum enim migrasset à Tiberiade, possessiones illic in Scythopoli præclaras acquisiuit. Nam in domo ipsius beatus Eusebius Italiæ Episcopus vrbis Fregellæ, à Constantio ob fidem Orthodoxã fugatus, hospitio exceptus erat, & ad huius visitationem ego & alij fratres illuc profecti, etiam ipsi apud ipsum diuertimus. Ex conuersatione verò ipsius Ioseph intra ædes eius, & de rebus ipsius percunctantes, & cognoscentes quod ex illustribus apud Iudæos fuit, exquirentesque ipsius propositum, & quomodo ad Christianismum deuenit, hæc omnia clarè audiuimus, & non ex auditu alterius cuiusdam. Vnde etiam memoratu digna ad credentium edificatiõnẽ opinati, ea quæ circa virum sunt transacta, propter ea quæ in Hebraica lingua translatã in gazophylaciis reposita sunt: non incassum omnem rem prædicti Iosephi apud nos posuimus. Erat enim vir qui non solum Christianus fidelis fieri dignus factus est, sed qui etiam Arrianos valde notauit. In illa enim ciuitate, Scythopoli inquam, solus hic Orthodoxus fuit, omnes verò alij Arriani. Et nisi comes fuisset, & Comitis dignitas Arrianorû persecutiõnẽ ab ipso prohibuisset nõ sustinuisset hic vir in vrbe morari, præsertim sub Patrophilo Arriano Episcopo, qui multũ potes fuit & diuitiis, & austeritate, & apud regem Constantium noticia, ac dicendi libertate. Erat porò & alius quidã iunior in vrbe ex Hebræis rectam fidem habens, qui nõ ausus fuit in aperto, sed occultè nos visitabat. Verissimile verò quiddam ac ridiculum Iosephus narrabat, & puto etiam hæc ipsum vera dixisse. Dicebat enim, quod mortua ipsius conthorali, veritus fuerit in ipsum raperent Arriani, ac clericum efficerent. Sæpe enim blandi ipsi fuerant, & si hæresi ipsorum crederet, polliciti maiores profectus, vel etiam Episcopatum, qua de causa dicebat se alteri vxori cõiunctum esse, quo ipsorum electiõnes effugeret. Verum redeo ad narratiõnẽ argumenti de patriarcha, & ipso Iosepho, vt si qui legere velint, per illius verba à me relata, id ipsum exactè clarum faciamus. Etiã velut ille narrabat patriarcha lauacrũ insipienti, per commissuras in foribus introspicens, inquit, considerabam quæ ab Episcopo ac patriarcha fiebant, menteque recondëbam, & apud meipsum reponebam. Et idem patriarcha auri molem quandam satis magnam in manibus habens, extenta manu Episcopo dabat dicens, Offer pro me: scriptum est enim, Per sacer dotes Dei ligati ac solui in terra, & erunt eadem ligata ac soluta in celo. Quum igitur hæc facta essent, inquit, & aperta essent fores, interrogabatur patriarcha à visitantibus, quomodo per auxilium se haberet, & confitebatur se opprimè habere. Etenim notat quod dicebat. Postea verò quum Episcopus per duos aut tres dies sæpe ipsum visitaret in medici prætextu, obdormiuit patriarcha cum bono deposito, tradito proprio filio valde iuuene, ipsi Iosepho & alteri cuidam æquissimo. Omnia itaque peragebantur per hos duos, propterea quod patriarcha adhuc puer & infans esset, & in manibus ipsorum educaretur. In hoc tempore quum mens Iosephi sæpe vexaretur per mystica quæ facta erant in lauacri tractatiõne, considerabat quoniam faceret. Et erat quædam gazophylacij domus conclusa, gaza autem in Hebræa lingua significant thesaurum. Quum itaque multa cogitarent de hoc gazophylacio, propter conclusionem per sigillum, Iosephus clandestinè ausus id aperuit, & pecunias nullas reperit, verum libros pecuniis præstantiores. Legens autem inter hos, velut iam dixi, Euangelium secundum Ioannem, de Græca lingua in Hebræam translaturũ, inueniebat etiam Actus apostolorum. Quin & Euangelium secundum Matthæum, Hebraicam plantam. Et his perlectis, rursus animo vexabatur, tristatus quodammodo de fide CHRISVI. Iam verò ad duoduo argumentis compunctus, nimirum librorum lectiõne, & mystico patriarchæ ductu ac imitatione: & tamen corde indurabatur, qualia fieri solent. Quum autem in his artereretur, adolescit puer relictus ab Ellet, qui in patriarcham educabatur. nemo enim alius rapit principatus apud Iudæos: sed filius patri succedit. Vbi igitur ad vigintem ætatis adolescens peruenisset, corrumpent ipsum quidã in cõtanei ociosi, & aduerti malis. Fortassis autem vt puto, illas hic vocabatur. non tamen certò scio: propter ips. Transulerunt itaq; cõtanei iuniores, ad multa mala studia, ad corrupendas mulierculas, & libidines scelestas, ita vt per magicas quasdam incantatiõnes conarentur ipsi optulari ad proteruitatem illecebras quasdam perficiendo, & per prastigias cogendo liberis mulieres, vt necessariò perducerentur eò vt ab illo corrumperentur. Iosephus autem, & ille alter cum ipso senex, necessariò puerum comitantes, ægrè ferebant, & sæpe reprehendebant ipsum atque verbis admonebant. Ille verò magis adolescens obediens, occultans turpia, & negans. Neque enim audebat Iosephus aperto sermone eloqui illius facinora, sed velut per scientiam exhortabatur. Proficiscuntur itaque ad Gadara ad aquas calidas, quo loco singulis annis conuentus celebratur. Accedunt enim vndiquaque qui lauare volunt ad dies aliquot, morborum videlicet

Ellet patriarcha Indorum Christii nus fit.

Iosephus comes ex Iudæo Cbristia nus factus Eusebius Fregellæ episcopus exul.

In gazo phylaciis reposita habrai ca trãslatiõ nes.

Clerici facti a defunctis vxoribus.

Aurum oblatũ per pōtificem in expiatiõnẽ peccati.

Patriar chæ infas.

Gaza Hebræis thesaurus. Euâgelii Ioãnis, cõtũs apō stolorum Hebraicè.

Adolescẽtia corruptela.

Aquæ calida in Gada ra.

cer deponendorum gratia: id quod diabolicum est strategema. Vbi enim miracula à Deo facta sunt, ibi aduersarius perniciose sua retia ponere anticipauit. Nam viri & feminae illic lauuantur. Iuxta Sycyriam verò femina quaedam libera in balneo erat, formae pulchritudine excellens. Et adolescens ille proteruitatis suae consuetudine illectus, deambulans in aere, latus suum ad feminae latus affricuit. Illa autem signauit se in nomen CHRISTI, vt quae Christiana esset: cui neque necessarium erat delinquere, & inter viros ac feminas lauari. Contingunt autem haec simplicibus & idiotis hominibus, qui per praceptorum negligentiam non sunt muniti doctrina. Et tamen vt ostenderet Deus sua miracula, adolecenti suus conatus non successit, ipsi inquam, patriarchae. Misit enim ad ipsam, & munera constituit: illa vero nunciis contumelia affectis, non flecebatur proterui illius inani opera. Hinc auxilium eius cognito adolescentis dolore, quem ex femina illa coeperat, aggrediuntur maiores quaedam praestigias construere, velut ipse Iosephus mihi per longum clarè exposuit. Abducunt enim miserum illum adolecentem post occasum solis, in propinquas tumbas (sepulchra autè sic appellantur, speluncae videlicet in pennis effossae ac constructae) illuc abducunt praedictum adolecentem praestigiatos qui cum ipso erant, & incantationes ac eurationes & studia impietatis plena in ipsum faciunt, & in nomen praedictae feminae. Ceterum ex voluntate Dei haec in mentem veniunt alterius senioris qui cum Iosepho erat, & ille sentiens quae fiebant, ea Iosepho comunicat. & primum quidem miserum seipsum pronuncians, dicit: Miseri (inquunt) nos o frater, & perditionis vasa, cui assidemus: Iosephus autè causam percunctatus, non prius audiuit ex ipso praesermones, quam vbi senex corruptum ipsum manu abduxisset eò, vbi conuentum perditum illi cum adolecentulo in monumetis incantationis gratia faciebant. & praeforibus quidem stantes, quae ab illis fiebant, auscultabant: illis vero egredientibus, secedebant. Nondum enim multa vespera erat, sed velut esse solet ad solis occasum, oculo adhuc obscure videre potente. Post exitum igitur impiissimorum è monumento, ingressus est Iosephus, ac deprehendit eam alia quaedam curiositatis studia humi prostrata, quibus vbi vrina & sanguinem adiecerant, & puluerem immiscuissent, illi egressi sunt, velut ille dixit. Cognouit autè insidias, ob qualem feminam haec ab ipsis malefice perpetrata essent, & obseruabat an praualerent. Vbi igitur non praualerunt praestigiatos (nam per signaculum CHRISTI, & fidem, femina auxilium praecipit) cognouit adolecentem per tres noctes tolerare, ac expectare feminae accessum. deinde verò pugnare aduersus eos qui hanc curiositate fecerant, quod assequutus illa non esset. Hoc tertium instructionis ad fidem opus Iosepho contigit, quod non valuit incantationis vis, vbi erat nomen CHRISTI, & signaculum crucis. Non tamè per suauis est, vt Christianus fieret. Postea porò apparet ipsi in somnis CHRIS TVS, dicens: Ego sum IESVS quem patres tui crucifixerunt, verum crede in me. Ille verò nondum persuasus, incidit in morbum magnum, & desperat. At Dominus rursus apparet ipsi, iubens vt credat in ipsum, & fanitatem assequatur esse promittens. Ille verò promissione facta rursus sefellit, & in duricia permansit. Recidit autè secundario in morbum, eumque similiter desperatum, relictumque velut moriturus à cognatis suis Iudaeis, quod mystice ab ipsis semper fieri solet, id ab his audiuit. Nam vir quidam senior legisperitus eum accedens in aurem ipsius insurrexit, dicens, Crede in IESVM crucifixum sub Pontio Pilato praeside qui filius est Dei, & ex Maria postea natus est, & CHRIS TVS Dei est, & mortuus resurrexit: nam ipse veniet iudicare viuos ac mortuos. Hac ipse Iosephus palam mihi recitauit, id quod rectè dicere possum. Sed & ab alio quodam tale quid audiui, qui adhuc Iudaeus erat, propter metum Iudaeorum, sed inter Christianos saepe versabatur, & Christianos colebat ac diligebat, atque mihi comes erat in deserto Bethel & Ephraim, dum ad montanam regionem ascenderem à Hierichunte, & obicerem ipsi de CHRISTI aduentu, ipso nihil contradicente. Quum autem admirarer, & interrogarem ipsam causam (erat enim & legisperitus, & contradicere potens) cur non contradiceret, sed persuaderetur tota calia de CHRISTO IESV Domino nostro audiens: reuelauit mihi etiam hic, quod morti vicinus audiuerit ab ipsis susurrum in aurem, nimirum IESVS CHRISTVS crucifixus filius Dei te iudicaturus est. Verum haec mihi de his, & circa hunc sermonem hoc loco, velut quae reuera audiui, apposita sunt. Iosephus autem adhuc aegrotabat, & quum audiuisset à seniore, velut dixi, cum aliis, IESVS CHRISTVS te iudicaturus est: adhuc obdurabatur. At Dominus rursus ex benignitate sua per somni visum, Ecce, inquit, sano te, sed tu vbi surrexeris, crede. Vbi autem conualuisset rursus à morbo, non credidit. Itaque sano ipsi rursus Dominus apparet per somnium, conquerens de ipso ob quam causam non crederet. & promittit ipsi Dominus dicens, In certitudinem fidei si quod volueris signum diuinum in nomine meo operari, inuoca me, & ego faciam. Erat autem quidem insanus in ciuitate, qui nudus per vrbes circubat, in Tiberiade videlicet. & quum saepe vestis indueretur ipsi, eam dilaniabat, velut tales facere solent. Iosephus igitur volens experiri visionem, dubitans autè ad huc, verecundia detinebatur. Assumit itaque huc intrò, & praclusis foribus, acceptaque aqua in manum, eaq; crucis signaculo signata, insanum hominem reserpsit, ac dixit, In nomine IESV Nazoraei crucifixi, egredere daemone ab ipso, & sanus fiat. Homo verò magno clamore edito, humum prolapsus, & multa spuma ab ore emissa lancinatus, ad multum tempus immotus permansit. Iosephus itaque putabat hominem mortuum esse. Ille verò post tempus, perfricta facie surrexit, & conspicatus suam nuditatem, seipsum occultauit, & manus pudèdit praededit, non amplius sustinens propriam nuditatem videre. Itaq; amiculo ex his quae apud ipsum Iosephum erant, indutus, ad statum prudetiae ac modestiae deuenit, ipsiq; viro ac Deo magnas gratias egit, gnarus quod per ipsum salus sibi contigisset, & virum per vrbes praedicabat. Et sanè hoc signum notum factum est Iudaeis qui illic erant, & multus rumor sequebatur ex his qui dicebant, Iosephus Gazophylaciis apertis, & inuento nomine Dei scripto, eoque lecto magna signa facit. Erat autem verum quod ab ipsis dicebatur, sed non sic velut ipsi suspicabantur.

Feminae christianae Religio.

Dolor adolecentis ob libidinem.

Praestigiatos in cantationes.

Incarnationis variationes.

Signo crucis munia mulier liberatur.

Apparitio Christi.

Legis periti sanum filium.

Probatum altera apparitio Christi facta.

Obstinatio adolecentis.

Eiectio demonis per aspersioem aquae in modum crucis.

Nominis dei in gazophylaciis Inscripti virtus.

Adhuc

Adhuc verò permansit Iosephus obduratus corde. Sed benignus Deus occasiones semper praebens salutis bonas his qui ipsum diligunt, eas exhibet hominibus qui digni facti sunt vita aeterna. Accidit enim vt postquam adoleuisset Iudas patriarcha, de quo antea diximus (fortassis enim hoc ipsi nomen erat) primum ac remunerationem apostolatus Iosepho daret. Et hic cum epistolis ablegatur in Cilicum terram, illincque reuersus ab vnaquaque Ciliciae ciuitate, decimas ac primitias de his qui in prouincia Iudaeorum sunt, exegit. In hoc autem tempore propius se Ecclesiae applicat, haud scio in qua ciuitate: in amicitiamque venit eius loci episcopi, qui clandestinè ab ipso Euangelia petiuit, ac legit. Quandoquidem igitur velut apostolus, sic enim apud ipsos, velut dixi, dignitas appellatur, potentissimus esset, & ad constitutionem bonae disciplinae legis (sic enim se facere praetendebat) multos malos constitutos synagoga principes, & sacerdotes ac praesbyteros & Azanitas, quos ipsi diaconos aut ministros interpretantur, deponeret, & à dignitate amoueret, in multorum inuidiam deuenit: qui velut vlcisci ipsum conantes, curiosè hunc obseruare, & quae ab ipso fiebant, inuestigare non parum studebant. Et ob hanc sanè causam curiosiores acruarum in domum ipsius irruerunt, & deprehendunt ipsum Euangelia perlegentem, librumque occupant, & virum rapiunt humi trahentes, ac clamantes, & non vulgares torturas ipsi inferentes, & abducunt quidem ad synagogam, & flagris ipsum caedunt. & per legem hoc certum primum ipsi contigit. Instat autem episcopus ciuitatis & abstulit ipsum. Aliquando verò deprehenderunt ipsum in itinere quodam velut ipse nobis narrauit, & proiciunt ipsum in Cydnum fluuium. Quum autem à fluctibus raperetur, cogitarant ex coniectura ipsum submersum esse, ac periisse. Verum ipsum paulò post sacro lauacro adhibetur: seruatus enim fuit. Ascendit autem ad comitatum, & Constantini regis amicus euadit, & obtulit atq; exposuit omnem ipsi suarum rerum statum, quomodo eminentissimam apud Iudaeos dignitatem habuisset, & quomodo visiones Dei ipsi penitus apparuissent, CHRIS TVS ipsum vocante ad sanctam vocationem, & salutem fidei ac cognitionis suae. At bonus ille Rex, quum CHRIS TVS seruus esset in veritate, & zelum Dei inter reges post Dauidem & Ezechiam ac Iosiam haberet, honorem dat ipsi, velut iam dixi, dignitatis in regno suo. Comitem enim ipsum constituit, iustitiaeque in seipso petere quicquid vellet. Iosephus autem nihil petiit, praeterquam vt maximum hoc beneficium à rege consequeretur, vt praemitteretur ipsi per maius datum regium, quo CHRIS TVS Ecclesias aedificaret in ciuitatibus ac vicis Iudaeorum, vbi nunquam quicquam potuit ecclesias extruere, propterea quod neque Graecus, neque Samaritanus, neque Christianus inter ipsos esset: & hoc maxime in Tyberiadem, & in Diocæsarea, quae & Sepphurin appellatur, & in Nazareth, & in Capernaum. Obseruatur enim apud ipsos, vt non sit aliquis alterius gentis. Iosephus itaque acceptis literis & potestate vna cum dignitate, in Tyberiadem venit, habens etiam epistolas vt de regis expensis sumptum faceret, imò etiam ipse stipendiis à rege honoratus erat. Incipit itaque in Tiberiade aedificare. Templum autem maximum prius in vrbe fuit, & puto Adrianum hoc fuisse vocatum. Quum verò hoc Adrianum imperfectum permansisset ciues ad publicum balneum id instaurare conabantur, quo comperto Iosephus ex hoc occasionem habebat. Et vbi inuenisset id per lapides quatuor cubitorum ac quatuor pedum ad aliquam altitudinem euectum, hinc incipit facere Ecclesiae structuram. Erat autem opus calce & alia materia, caminos itaque extra vrbem multos facere iussit, fortè septem numero: fornaces autem vernacula lingua uocant, At verò callidi & omnia facere audentes Iudaei, à praestigis apud ipsos fieri solitis non abstinerunt. Incantationibus enim quibusdam ac curiosa sedulitate ignem ligare ac disperdere generosi illi aggressi sunt, sed non perfectè potuerunt. Cessabat itaque ignis & non operabatur, sed extra propriam, vt ita dicam, naturam constitutus erat. Vbi autem hi qui combustilem materiam igni addere iussi erant, lingua videlicet suae sarmenta, nihil effectissent, Iosepho rem ipsam significauerunt. Comotus igitur vir ipse, & zelo erga Dominum correptus, extra ciuitatem currit, & vbi aquam in vasa effertur inuisisset, accepto vase aquae coram omnibus (multitudo enim ingens Iudaeorum confluerat ad spectaculum, euentum videre cupidi, & quid Iosephus facturus esset) magna voce crucis signaculum proprio suo digito vasi imposuit, & inuocato nomine IESV sic dixit: In nomine IESV Nazoraei, quem crucifixerunt patres mei, & omnium horum circumstantium, fiat virtus in hac aqua, ad reprobationem omnis incantationis ac magiae quam hi fecerunt, & ad efficaciam potentiae ignis ad perficiendam domum Domini. Et sic accepit aquam in manum, & de aqua singulos fornaces reserpsit, & dissoluta sunt incantamenta, & ignis coram omnibus emerfit. Turba uerò praesentes clamore aedit, Vnus Deus qui auxiliatur Christianis, secesserunt. Porò quum saepe illo viro molesti essent, postea parte aliqua templi in Tiberiade extructa, & parua Ecclesia absoluta, sic illinc discessit. Ad Scytopolim verò digressus, illic permansit, verum in Diocæsarea & aliis quibusdam vribus perfectè aedificauit. Haec autem facta à me hic relata sunt, librorum interpretationis gratia, quomodo à Graeca lingua in Hebraicam Euangelium secundum Ioannem translatum est, itemque Actus apostolorum. Et sic hic huius historiae ac narrationis finis. Reuertar autem ad Ebionem. Nam propter Euangelium secundum Matthaeum, sermonis progressus coegit me apponere consequentiam cognitionis ad nos perlati. Itaque in Euangelio apud ipsos secundum Matthaeum appellato, non integro autem & pleno, sed corrupto ac mutilato (Hebraicum autem hoc appellant) habetur, quod fuerit quidam vir nomine IESVS, & ipse annorum circiter triginta, qui elegit nos, & venit in Capernaum, ingressusque est in domum Simonis appellati Petri, & aperto ore suo, praetereans stagnum Tiberiadis dixit: Elegi Ioannem & Iacobum filios Zebedaei, & Simonem, & Andream, & Philippum ac Bartholomaeum, & Iudam, & Thadaeum, & Thomam, & Simonem Zeloten, & Iudam Iscariotè, & te Matthaeum sedentem in telonio vocaui, & sequutus es me. Vos igitur volo esse duodecim apostolos, in testimonium Israëli. Et erat Ioannes baptizans, & egressi sunt ad ipsum pharisaei, & baptizati sunt, &

Azanite, diaconi diēti. Persecutiones ob lectionē Euangeliorum.

Ecclesia in Iudaeorum vribus à Iosepho extructa. Adrianū templum.

Iudaeorum incantamenta.

Crucis signaculum. Aquae benedictae vis ad dissoluenda incantamenta.

Euangelium Matthaei apud Iudaeos mutilatum est.

tota

Encrides Pro Acridis ad Iudaeis suppositum.

Ioan. Baptismae Baptismus.

Ioan. Baptismae Teimoniu de Christo in Baptismo.

Error haereticorum in genealogia Christi.

Principium tollunt Evangelii Mat. Cur negant hominem esse Christum.

Circumcisiones Petri liber a Clemente scriptus.

Epistola Clementis encyclicae.

Mysterium Ecclesiarum scriptum.

Christum a patre creatum dicunt.

Paulum erroris arguunt.

Calumniam conversionem Pauli.

Scripta eiusdem traducunt.

Ebion Hebraeis inops.

tota Hierosolyma. Et habebat Ioannes indumentum ex pilis cameli, & zonam coriaceam circum lumbos suos. Et cibus eius (inquit) mel siluestre, cuius sapor erat ipsius manna, velut encris, hoc est aquosa dulcedo in oleo: quo videlicet veritatis sermonem in mendacium conuerterent, & pro acridis, id est locustae voce, encrida hoc est aquosam olei dulcedinem, in melle facerent. Principium autem Evangelij apud ipsos sic se habet. Factum est in diebus Herodis regis Iudaeae, venit Ioannes baptizans baptismum penitentiae in Iordane fluuio, qui dicebatur esse ex genere Aaron sacerdotis, filius Zachariae & Elizabeth, & egrediebantur ad ipsum omnes. Et postquam multa dixit, infert, quod populo baptizato, venit etiam Iesus, & baptizatus est a Ioanne. & ut ascendit ab aqua, aperti sunt caeli, & vidit Spiritum Dei in specie columbae descendentis & ingredientis in ipsum. & vox facta est ex caelo, dicens, Tu es filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est. Et rursus, Ego hodie genui te. Et statim circumfulsit locum lux magna. Quem ubi vidisset, inquit, Ioannes dicit ad ipsum, Tu quis es Domine? & rursus vox ex caelo ad ipsum, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est. Et tunc (inquit) prolapsus Ioannes ante ipsum dicebat, Rogo te Domine, tu me baptiza, ille vero prohibuit ipsum, dicens: Dimitte, quia sic est decorum omnia impleri. Vide vero mihi adulteratam apud ipsos vndiquaque doctrinam, quomodo omnia clauda, obliqua, & nullam rectitudinem habentia. Etenim Cerinthus & Carpocras eodem vntes euangelio, ab initio Euangelij secundum Matthaeum, per genealogiam volunt declarare CHRIS TV M ex femine Ioseph & Mariae esse. Hi vero alia quadam cogitant. recisis enim genealogiis apud Matthaeum, initium faciunt, velut antea dixi, dicentes, Factum est in diebus Herodis regis Iudaeae, & Caiphae pontificis, venit quidem Ioannes nomine, baptizans baptismum penitentiae in Iordane fluuio, & caetera. Quandoquidem enim volunt IES VM quidem reuera hominem esse, velut antea dixi, CHRIS TV M vero in ipso factum esse eum qui in specie columbae descendit, quem ad modum iam etiam apud alias sectas inuenimus ipsi coniunctum, & esse ipsum CHRIS TV M ex femine viri & mulieris genitum: rursus negant ipsum esse hominem, nimirum a sermone quem dixit Saluator, quum annunciaretur ipsi, Ecce mater tua & fratres tui foris stant: nimirum, Quae est mater mea, & qui sunt fratres mei? & extenta ad discipulos manu, dixit: Hi sunt fratres mei & mater mea, qui faciunt voluntatem patris mei. Hinc, velut dixi, omni nequitia referunt Ebion per multas formas ostendit seipsum esse monstrosum, iuxta ea quae supra sunt a me relata. Vtuntur autem & aliis libris, nimirum circuitionibus Petri appellatis, per Clementem scriptis, multa corruptentes in ipsi, & pauca vera relinquentes, velut ipse Clemens ipsos per omnia redarguit in epistolis quas scripsit encyclicis, quae in sanctis Ecclesiis leguntur: quod alium habeant characterem fides ipsius & sermo, ab his quae ab illis sub nomine ipsius in circuitionibus corrupta sunt. Ipse enim virginitatem docet, & illi non admittunt. Ipse enim laudibus vehit Heliham & Dauidem & Sampsonem, & omnes prophetas, quos illi abominantur. Itaque in circuitionibus totum in seipsum transferunt, meatientes contra Petrum multis modis, velut ipse quotidie se in aquam immerferit, purificationis gratia, velut etiam ipsi. Ab animatis item & carnibus ipsum abstulisse, & ab omni edulio alio ex carnibus factum dicunt, velut etiam ipsi faciunt. Nam & ipse Ebion & Ebionitarum penitus ab his abstinent. Quum autem interrogaueris vnum ex ipsis, qua de causa animatis non vescuntur, non habentes quod dicant, respondent imprudenter ac dicunt, propterea quod ex coitu & commixtione corporum talia sint, non vescimur. Quare ipsi toti ex permixtione viri & mulieris producti abominabiles sunt, iuxta ea quae ipsi ex ore suo nugaciter euomunt. Baptisma porro etiam ipsi accipiunt, praeter hoc quod quotidie baptizantur, & in aquas se mergunt. Mystera autem faciunt ad imitationem sanctorum in Ecclesia, ab anno in annum per azimos, hoc est non fermentatos panes. Et alteram mysterij partem per aquam solam. Duos vero quosdam constituunt ex Deo ordinatos, vnum quidem CHRIS TV M, alterum vero diabolum. Et CHRIS TV M quidem dicunt futuri seculi accepisse sortem. Diabolo vero hunc mundum concreditum esse, ex praeepto videlicet omnipotentis, ad petitionem vtriusque ipsorum. Et ea de causa IES VM genitum esse ex femine viri dicunt, & electum, atque sic secundum electionem filium Dei vocatum, ab eo qui ex supernis in ipsum venit CHRIS TV M in specie columbae. Non dicunt autem ex Deo patre ipsum genitum esse, sed creatum, velut vnum archangelorum, verum maiorem illis esse, ipsum vero dominari & angelis & omnibus ab omnipotente factis: & venisse ac exposuisse, velut Euangelium apud ipsos appellatum habet, nempe, Veni ut destruar sacrificia: & nisi cessaueritis a sacrificando, non cessabit a vobis ira. Et haec atque eiusmodi sunt apud ipsos studia. Actus vero Apostolorum alios esse dicunt, in quibus multa habentur impietate ipsorum referata. Vnde non oscitanter se contra veritatem armarunt. Scilas enim quasdam, & in ipsis scalis expositiones Iacobi proponunt, velut qui exponat contra templum & sacrificia, contraque ignem in altari, & alia multa vanitate plena. Nam & Paulum hic accusare non erubescunt, per conficta quadam verba ex maleficio ac errore pseudoapostolorum suorum: Tarsensem quidem ipsum, velut etiam ipse confiteatur, & non negat, dicentes: verum ex Graecis ipsum esse asserentes, occasione accepta ex loco ob veritatis studium ab ipso dicto, nempe, Tarsensis sum, non ignobilis vrbis cuius. Deinde asserunt ipsum esse Graecum, & ex patre Graeco, ascendisse autem in Hierosolyma, & per tempus illic mansisse, concupiuisseque filiam sacerdotis in uxorem accipere, & huius gratia profelytum & accessorium factum esse, & circuncium esse. Deinde quum puellam assequutus non esset, ira concitatum esse, & contra circuncisionem scripsisse, & contra sabbatum ac legem. Caeterum omnibus modis sycophantam agit callidus ille serpens, & inops mentis. Ebion enim Hebraeis inopem significat. Inops enim reuera & mente, & spe, & opere est, ut qui CHRIS TV M nudum hominem putet, atque sic in inopia fidei spem de ipso habet. Profecto ipsi seipso iactant, ac inopes asserunt, propterea quod, inquit, temporibus apostolorum

postolorum vendiderint bona sua, & posuerint ad pedes apostolorum, & ad inopiam ac renunciationem venerint, & ob id ab omnibus inopes vocantur. Sed neque hoc verum est apud ipsos, sed natura reuera Ebion vocabatur, iuxta prophetiam optior, Inops & miser: nomen ex patre suo ac matre sua adeptus. Quot vero alia horrenda & adulterata improbitateque referta apud ipsos exercentur? Quum enim quis ex ipsis, aut in morbum incidit, aut a reptili morsus fuerit, descendit in aquas, & inuocat cognominem in Elxai relata, caeli ac terrae, salis & aquae, ventorum & angelorum iustitiae, inquit, & panis ac olei, & incipit dicere, opem ferre mihi, & remouere a me dolorem. Tam vero etiam superius a me ostensum est, quod Ebion quidem haec non nouit, verum postea sodales eius coniuncti ipsi Elxai, haec buerunt quidem Ebionis circuncisionem & sabbatum ac mores, ipsius autem Elxai imaginationem, ut putent CHRIS TV M quidem esse imaginem viro similem hominibus inuisibilem, miliariorum nonaginta sex longitudine, nimirum schenorum viginti quatuor, laritudinis vero schenorum sex, miliariorum viginti quatuor, crassitudinem autem secundum aliam quandam mensurationem metiuntur. Coram ipso vero stetit etiam Spiritum sanctum in specie foeminae inuisibiliter, & eundem eiusdem mensuram esse. Et vnde (inquit) cognouit mensuras, quonia vidi a motibus, inquit, quia capita ipsorum praeminebant. Et quum mensuram montium didicissem, cognoui CHRIS TV M & Spiritus sancti mensuras. Iam vero mihi de his dictum est in Ossaorum haeresi. Nunc autem in digressione haec recensui, ut ne quae apud singulas gentes ac sectas sunt, & apud alios quoque reperuntur, per obliuionem a nobis repetita putentur. Hic igitur Ebion etiam ipse in Asia habuit praedicationem, & Romae: radices autem spinosarum propaginum habent a Nabathea & Paneade ut plurimum, a Moabitideque, & Cocaborum regione, in Basanitide terra, vltra A draas Sed & in Cypro. Cogunt autem adolecentes ad ducendas uxores praeter aetatem, ex mandato videlicet praeeptorum apud ipsos. Seniores enim habent hi, & synagogae principes. Synagogam autem appellant suam Ecclesiam, & non Ecclesiam. CHRIS TV M uero nomine solum gloriantur. Et non solum vnus nuptiis coniunctionem facere permittunt, sed si quis velit etiam prioribus nuptiis disunctis, alteris copulari, vique ad secundas ac tertias nuptias. Omnia enim apud ipsos licenter peraguntur. Abraam confitentur & Isaac & Iacob, Mosemq; ac Aaron, Iesumque Naue, qui simpliciter Mose successerit, nihil autem fuerit. Post hos non amplius aliquem prophetam confitentur. Sed etiam reprobant ac substant. Dauidem ac Solomonem. Similiter Esaiam & Hieremiam, & Danielem ac Ezechielem, Helihamque ac Heliham reprobant. Non enim assentiantur ipsis, blasphemantes ipsorum prophetias. Sed & solum Euangelium suscipiunt, CHRIS TV M autem prophetam veritatis dicunt, & CHRIS TV M filium Dei, iuxta profectum & coniunctionem cultus ac ductus qui ex supernis ipsi accessit. At vero prophetas intelligentiae prophetas esse dicunt, & non veritatis. Ipsum autem solum volunt esse prophetam, & hominem & filium Dei, & CHRIS TV M, & nudum hominem, velut diximus. Verum ob virtutem vitae peruenisse ad hoc ut filius Dei vocetur. Neque enim totum quinque librorum Mosis opus admittunt, sed verba quaedam reiciunt. Quum autem ipsi dixerit de animatum esu, quomodo Abraam apposuit angelis vitulum & lac, aut quomodo Noe comedit & audivit a Deo dicente, Macra & comede: & quomodo Isaac & Iacob immolarunt Deo: similiter & Moses in deserto illis quidem fidem non habet, & dicit, Quid opus est me legere ea quae sunt in lege, quum venerit Euangelium? Vnde igitur tibi contigit de Mose & Abraam nosse? Noui enim quod confitemini ipsos esse iustos, & quod ipsos patres veteros inscribitis. Deinde respondet ac dicit, CHRIS TV M sibi reuelauit, & plerumque ex lege maledictis impetit, Sampsonem, Dauidem, Heliham, Samuelem, & alios. Redarguitur autem vndiquaque circulator ille a Saluatore, qui palam & in summa ex vna dictione totam ipsius fraudulentam doctrinam confutat ac dicit: [Venit Ioannes in via iustitiae, neque edens, neque bibens, & dicunt Demoniu habet, Venit filius hominis edens ac bibens]. Et non omnino quod etiam vulgaria non e derit Ioannes, aut quod qui dlibet ederet Saluator, ut suspicari quis possit, etiam de interdictis. Verum Scriptura emphasim indicat veritatis, ut edacem ipsum esse ac potorem, nihil aliud sit quam carnes edere, ac vinum bibere, & non edere, neque bibere, quod carnes non assumpsit & vinum, sed locustas solum & mel Ioannes comedit. Manifestum est autem, quod & aquam assumpsit. Quis vero non nouit Saluatorem, ubi resurrexit a mortuis, edisse, velut sancta veritatis Euangelia habent, quod datus est ipsi panis, & fructum piscis affi: quibus acceptis comedit, & dedit discipulis, velut etiam circa mare Tiberiadis fecit, ubi & edit, & distribuit. Et multa sunt quae de hoc dicere possim. Oportet autem me exacte ad confutationem verborum ipsorum marcidorum ac putridorum, quae ab ipsis praedicantur, peruenire, & ipsorum subuersionem facere. Et primum quidem de CHRIS TV M, quod nudus homo non sit, dicendum est. Non potest enim is qui per omnia homo genitus est, signi gratia mundo dari, velut de ipso prauaticinatus est Spiritus sanctus, quando ad Achaz dicit, [Pete tibi signu]. & quum ille non peruenisset, tunc inquit Propheta: [Ipse Dominus dabit vobis signum, Ecce virgo in vtero habebit]. Virgo autem non appellatur, quae vtro coniuncta est, & nuptiis copulata mulier. Sed illa proprie virgo dici poterit, quae citra virum conceptionem Dei Verbi in veritate habuit. Velut etiam ipse Esaias in alio loco dicit: [Vox clamoris ex vrbe, vox ex templo, vox Domini retributionem reddentis inimicis. Antequam partu

Adultera improbitas ebionitarum.

Christi spiritus sancti mensura apud Elxai.

Regiones ubi seminavit dogmata sua Ebion.

Propheetas reprobant.

Propheetia intelligentiae non veritatis.

Verbum scripturam respiciunt.

Circulatoris reprehensio ex scriptura.

Signa probati euangelii.

Christum non esse nudum hominem.

Virginis appellatio.

Virginei pariter propheta a deo. Quomodo

Quomodo verò non cognoscetur, velut Hieremias de ipso dicit: (Homo est, & quis cognoscet ipsum?) de ipso narrans Propheta dixit. (Quis cognoscet ipsum?) Si verò de nudo homine dixisset, omnino sanè & pater ipsum cognouisset, & mater, cognatique ac vicini, contubernalesque ac concives. At quoniam ex Maria est genitum ac factus, ex supernis verò venit Deus Verbum, non à semine viri, sed ex Patre quidem ex supernis genitus in veritate, sine tempore, & sine principio, in extremis verò diebus in vtero virginis nasci volens, & ex ipsa carne in seipsum efformare: ob id dicit Propheta, Et homo quidem est, quis verò cognoscet ipsum? quoniam Deus ex supernis venit nigenitus, Deus Verbum. Multa porrò miseria est errorum illorum, dum prophetarum & angelorum testimonia obliterant, & Ebionis impostoris admittunt, qui suam voluptatem explere vult, & Iudaica tractat, & à Iudæis alienatus est. Velut quando Gabriel virgini bonum nuncium ferebat, ipsa dicente, (Quomodo erunt hæc, quia virum non cognosco): certitudinem compromittens dixit, (Spiritus Domini superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, quæ propter & quod nascitur ex te sanctum, vocabitur filius Dei). In eo enim quod dixit: Quod nascitur, ostendit carnem quidem ab ipsa, & aliam incarnationem: ex supernis verò à cælis, virtutem altissimi, & Spiritum sanctum obumbrare sanctæ virgini, & ex supernis descendisse vni genitum Dei, Deum Verbum, & quomodo incarnatus est, & quomodo ab ipsa in veritate natus. Quot verò alia huiusmodi sunt? Soleo autem, velut promisi, non latius expatiari, vt ne opus mihi ad magnâ molem exerceat. De aliis verò consequenter exponam, quæ & contra Petrum, & contra alios apostolos ementuntur. Dicit enim, quod Petrus singulis diebus immersionibus in aquas vsus sit, priusquam ipse panem assumeret. Et vide ipsorum calumniam, & subdolam circulatoriæ ipsorum doctrinæ fraudem. Ab eo enim quod ipsi inquinati sunt, & lasciuius enim hoc faciunt in terra ad persuasionem suæ certitudinis, aqua largè vtuntur, quo videlicet se ipsos decipiant, purificationes se habere putantes. Et hæc in apostolos debacchari non erubescunt, & quidem quum Dominus redarguat ipsorum improbitatem, in eo quod Petrus dixit, quando venit ad lauandum pedes ipsius, (Non lauiabis pedes meos in æternum), & illatio à Salvatore exiit, (Nisi laueris pedes tuos, non habes partem mecum). Et illo rursus respondente, (Non solum pedes, sed & caput): dicit Dominus, (Qui lotus est semel, non opus habet nisi vt pedes solum lauet, est enim mundus totus). Ostendit igitur, quod non oportet immersionibus vt, & moribus inutilibus, & præceptis ac doctrinis hominum, velut etiam in altero Evangelio concordat cum Propheta, & dicit: (Populus hic labiis me honorat, cor verò ipsorum procul est à me. Frustra autem colunt me, docentes doctrinas & præcepta hominû). Alioqui quæ de causa indigna batur pharisæis ac scribis, vtentibus lotionibus vceorum ac poculorum, & aliorum vasorum, & lauandibus manus crebrè? Et perfectè pronunciat, quod illotis manibus edere, non inquinat hominem. Quare non solum immersiones horum subuertit, sed etiam lauare manus superfluum esse ostendit. & volentis manus lauare, non esse nocuum. Quomodo verò de euf carnium non statim ipsorum dementia redargueretur: primum quidem Domino edente pascha Iudæorum: pascha autem Iudæorum agnus erat, & azyma, hoc est panes non fermentati, & edebant ut carnes agnæ igne assatæ, velut etiam discipuli eius dicunt: (Vbi vis vt paremus tibi vt edas pascha?) Et ipse Dominus dicit, (Abite in ciuitatem, & inuenietis hominem portantem amphoram aquæ, & sequimini ipsum quocumque ingressus fuerit, & dicite patrifamilias, Vbi est diuersorium, vbi faciam pascha cum discipulis meis? Et ostendet vobis cœnaculum stratum, illic parate). Rursus autem ipse Dominus dicit, (Desiderio desideravi hoc pascha comedere vobiscum). Et non dixit simpliciter pascha, sed hoc pascha, vt ne quis ad suam rapiat opinionem. Pascha autem erat, velut dixi, carnes assatæ igne, & alia. Verum ipsi dissipata verborum veritatis consequentia, dictum immutauerunt, id quod omnibus manifestum est ex coniunctis verbis. Et discipulos quidem fecerunt dicentes, Vbi vis vt paremus tibi vt edas pascha? Et ipsam videlicet dicentem, Non desiderio desideravi carnes, hoc pascha comedere vobiscum. Vnde verò non reprehenderetur ipso rum malicia, quum consequentia clamet, vocè Non esse appositiciam. Nam pro eo, quod dixit. Desiderio desideravi, ipsi apposuerunt aduerbium Non. Ipse verò reuera dicebat. Desiderio desideravi hoc pascha comedere vobiscum. At illi adscripta voce carnes, se ipsos seduxerunt, maliciose agentes ac dicentes, Non desiderio desideravi hoc pascha carnes comedere vobiscum. Clare autem ostenditur quod & pascha perfecit, & carnes edit, velut antea dixi. Sed & per visionem redarguuntur, quæ reuelata est sancto Petro, per linteam habens omnes in se feras ac pecora, reptilia & volatilia, & per vocem Domini dicentem: (Surge, macta, & comede). Et quum Petrus diceret, (Nequaquam Domine, nihil inquinatum aut immundum ingressum est in os meum): dicit Dominus, (Quæ deus purificauit, tu ne inquinans): Reperietur enim ex duobus modis, veritatis confirmatio. Si quidem enim dicent, contra omnia edulia sanctum Petrum sermonem extendere ac dicere. Nunquam inquinatum aut immundum introiuit in os meum, vt & boues & capras & oves & volucres, inquinata apud ipsum dicantur, statim redarguantur ex priore ipsius vita. Nam postquam uxorem duxisset, & liberos suscepisset, & socrum haberet, conuenit Saluatorem, ex Iudæis originem ducens. Iudæi autem & carnibus vescuntur, & carnis esus apud ipsos non est abominabilis, neque interdictus. Itaque quum ipse ab initio carnes ederet, aut etiam si dixerim vsquequod cum Salvatore conuersionem incepit, ostenditur quod nihil inquinatum dixit ex his quæ non inquinata dicuntur. Nam non contra omnia produxit inquinatum & immundum, verum de his quæ lex inquinata & immunda dixit. Quum autem hoc demonstratum sit, quod non de omnibus carnibus ipse dixit, velut inquinatis & immundis, sed de his quæ in lege inquinata sunt & immunda: Deus sanctæ CHRIS T I Ecclesiæ characterem tradens, dixit ipsi, vt nihil inquinatum duceret. Omnia enim sunt munda, quæ cum gratiarum actione ac benedictione Dei accipiuntur. Imò etiam si de uocatione gentium ænigma habuit, vt ne putaret eos qui sunt in præputio inquinatos aut immundos, tamen

Testimoniorum angelorum obliteratio.

Mendacia Ebionis contra Apostolos.

Consuetudines abrogant.

Esus carnium Paschalium deorum.

Depravata scripturas.

Carnes animalium immundas dicunt ex vitio.

Esus carnium apud Iudæos licitus.

Verba dei ad Ecclesiam sponsam.

dos, tamen indicatio Petri non de homine opinionem habuit, sed de interdictis in lege, id quod omnibus clarum est, & nugatoria ipsorum ratio vndiquaque dilabitur. A postolorum autem nomina ac persuasionem eorum qui ab ipsis decepti sunt, per prætextum suscipiunt, libròque ex nominibus ipsorum fingentes, scripserunt ex persona Iacobi & Matthæi, & aliorum discipulorum, inter quæ nomina etiam Ioannis apostoli nomen recensent, vt vndiquaque ipsorum dementia deprehendatur. Non solum enim redarguit ipsos omnibus modis, dum dicit, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum & Deus erat verbum.* sed etiam quod sanctorum prophetarum testimonia, ex Spiritu sancto procedens, & ea quæ à Salvatore dicta sunt, exactè exponens, in singulis argumentis in CHRIS T O impletis proponit. A quibus prophetis hi se ipsos abalienarunt. Et statim ostendit, quomodo his qui ad Ioannem Baptistam à pharisæis missi fuerant, ipse Ioannes responderet, dicens: *Ego vox clamantis in deserto, dirigite viam Domini, quemadmodum dixit Esaias propheta,* Et rursus ipse Ioannes dicit, testimonio à prophetis accepto, à Davide, inquam, quando Dominus mensas numulariorum euerit, ac dixit: *Ne facite domum patris mei domum emporij: memor eius quod scriptum esse, Zelus domus tuæ exedit me.* Et rursus ipse Ioannes dixit, quod Esaias vidit, quum esset in Spiritu sancto. Rursus autem idem sanctus Ioannes prædicans in Asia, mirabile opus fecisse narratur ad veritatis delineationem. Quum enim vitam degeret admirandam, & dignitatem veritatis ipsius decentem, & penitus non laueretur, coactus est à Spiritu sancto progredi vsque ad balneum, dixitque, accipite mihi quæ pertinent ad balneum. & quum comites ipsum sequentes mirarentur, venit ad ipsum balneum. & vbi peruenerat ad eum qui lauantium vestes suscipere solet, interrogauit, Quis est intras in balneo? At olearius seruandis vestibus inseruiens (in gymnasiis enim hoc officium aliquorum est, quotidiani alimenti acquirendi gratia) ad Ioannem dixit, Ebion intus est. Ioannes verò statim intelligens Spiritus sancti ductum, ob quam causam impulsisset ipsum vsque ad balneum venire, velut dixi, memoriæ videlicet gratia, vt relinqueret nobis veritatis argumentum, qui sint serui CHRIS T I & apostoli ac filij eiusdem veritatis, qui verò vasa diaboli, & portæ inferni, non valentes contra petram, & edificatam supra ipsam sanctam Dei Ecclesiam: statim vbi se ipsum turbasset, & leuiter fleuisset vt omnes audirent, in testimonium ac declarationem impollute veritatis doctrinæ, Festinate, inquit, fratres, egrediamur hinc ne cadat balneum, & pereamus cum Ebione qui intus est in balneo, propter ipsius impietatem. Et nemo miretur de eo quod audit, Ioannem cum Ebione congressum esse. Multo enim tempore beatus Ioannes in vita permansit, & vsque ad Traiani regnum durauit. Quod autem omnes apostoli auerterent Ebionis fidem, & alienam à sua prædicatione & ab apostolico caractere duxerint, omnibus manifestum est. Cæterum de sancto Paulo quomodo ipsum maledictis inceperunt, multa dicere possum. Primum enim dicunt ipsum esse Græcum, & ex gentibus, proselytum autem factum esse postea. Quomodo igitur ipse dicit de seipso, [Hebræus ex Hebræis, ex semine Abraham, de tribu Beniamin. iuxta legem pharisæus, abundantiùs amulatores existens paternarum mearum traditionum. Et in alio loco dicit: Israëlitæ sunt, & ego: semen Abraham sunt & ego. Et circuncisus octauo die. Et educatus apud pedes Gamalielis. Et, Hebræus ex Hebræis]. At ô horribilium reptilium horrendi furri, & draconiformes sibili, & vanitatis venena. Cuius vero testimonium recipiemus? Ebionis & sodalium eius, aut sancti Petri dicitis, [Sicut scripsit vobis frater me⁹ Paulus, quoniam sunt profunda ac difficilia intellectu, quæ in docti parumque firmi detorqueat per suâ ignorantia]. Rursus autem sanctus Paulus etiâ ipse testatur de his quæ à Petro dicta sunt, dicens: [Et Iacobus & Ioannes & Cephas, qui videbatur esse columna, dextræ dederunt mihi & Barnabæ societatis]. Est enim Tatenssem seipsum dixit, nõ ex hoc omnino datur occasio, his qui voces venant ac obseruat ad suâ ipsorum & credentium ipsis subuersionem, rem ita se habere. Nam & Barnabam dicit Ioseph aliquando vocatum, Barnabam verò transnominatum, hoc est filium consolationis, Leuiten, Cyprium genere: & non omnino quia Cyprius erat, non erat à Leui. Sic etiam sanctus Paulus, etiam si à Tarso originem trahebat, non erat alienus ab Israël. Nam quum dispersi essent multi temporibus Antiochi illustris, & aliis temporibus quando incidit bellum, captiui facti ac dati in obsidionem, qui quidem captiui abducti sunt, permanserunt in quibusdam locis: qui verò hac de causa recesserunt, habitauerunt vbi quisque locum occupauit. Quemadmodum etiam sanctus Hieremias de Israël dixit, velut sæpe hoc ipsum contigit, vt effugerint à facie hostium. Ait enim: Et ad Citienses si deuenieris, neque illic tibi requies erit. Omnibus autem manifestum est, quod Citium Cypriorum in insula appellant. Citij enim Cyprij sunt, ac Rhodij. Sed & in Macedonia genus Cypriorum ac Rhodiorum habitauit. & ea de causa habetur in Machabæis, quod exiuit semen ex terra Citiensium. nam ex femine Græcorum est Alexander Macedo. Cæterum loco & sermone ita ferente, historiam de his recensui, quod mutatione locorum & habitationis facta, multi ex femine Israël per successionem alias regiones inhabitauerunt. Dicebantur enim etiam singulas regiones patrias habere. Quemadmodum etiam filia Iethor defensionem Moysi patri nunciauerunt, quomodo remotis pastoribus, pecora ipsorum potasset, & illæ profectæ de hoc proprio patri narrauerunt. Et quum ille diceret, Cur festinatis hodie venire ad ipsum? dixerunt. Vir Ægyptius liberauit nos à pastoribus, & hausit aquam, & potauit pecora nostra. Et statim idem dixit ad ipsas, Cur non adduxistis ipsum huc vt ederet panem? Quis autem non nouit quod Moses est filius Ambræ & Iochaber, Ambræ verò Chaath, Chaath Leui, Leui Iacob, Iacob Isaac, Isaac Abraham? Et non ab eo quod vocatus est Moses Ægyptius, omnino nobilitatis ac seminis interdidit consequentia. Hi igitur qui ab Ebione seducti sunt, relicta via, ad multas distortas vias & accliuem semitam mentem conuerterunt. Amplius autem circuncisionem se habere iactant, hoc esse putantes signaculum ac characterem patriarcharum ac iustorum qui secundum legem vixerunt, per quam illis se adæquatos esse opinantur:

Miraculi à Ioanne editum.

Paulus contra Ebionem defensus.

Citienses Cyprij dicuntur.

opinantur: & sanè à CHRISTO, eius confirmationem ducere volunt, velut etiam Cerinthus. Nam & hi iuxta nugatorium illius sermonem dicunt: Sufficiens est discipulo vt sit sicut magister eius. Circumciscus est enim, inquit, CHRIS TV S, & tu circumciscere. Et vt per omnes modos confundantur erroris semina, quemadmodum frenum mari ex Deo definitum est, claustraq; ac portæ arenæ terminus, & præceptum hoc: Hucusq; progredieris, & non transgredieris, sed in teipso conterentur fluctus tui, inquit: Sic etiam hi in seipsis confunduntur. At illic quidem ex diuino præcepto ad bonum ordinem maris, ex Deo dicta est termini ratio. Hic verò malicia & error à seipso excæcans mentem, & piam rationem auersans, contra seipsum velut fluctus excitans, impias prius prædicatas ab ipsis opiniones aliis fluctibus in seipso collidens, & in seipso semper conterens, seipsum Iestruere anticipauit. Aut quemadmodum horrendum reptile quod seipsum vastat, & ad caudam conuertitur, hanc arrodens, & sic seipsum consumens. Hoc enim factum esse tradunt tempore quodam ab aspidibus, conclusis in dolis, ita vt singulæ alias consumpserint, & quæ reliquis sæuor ac magis immanis fuit, sola relicta superferit, quam fame coactam à propria cauda seipsum depascere incepisse, tradunt quidam naturalium rerum scriptores in Ægyptiæ regione. Vnde & congruenter nomen ipsi imposuerunt, propter caput Gorgonis, Aspido gorgona hanc appellantes. Sic etiã vana sapietia præditus Ebion, & sodales eius, seipso confundunt, & ab initio illa destrunt, ob quæ etiam se iactant, CHRIS TV S enim seipsum non circumcidit, puer enim erat. Gloria verò misericordie Deo, quod seipsum proposuit Ebion, vt vera non confiteretur, vt & hoc ipsi in confutationem cederet. Si enim dixisset ipsum Deum ex supernis venisse, & circumciscum esse octauo die à Maria: quum tunc Deus esset, & permisisset ex propria voluntate, exhibuisset sanè circulatori probabilem circuncisionis rationem. Quando verò nudū hominē ipsum natum esse, & ab hominibus circumciscum profert, non amplius causa est puer, etiam si octauo die circumciscus est. Non enim seipsum circumcidit, sed ab hominibus circumciscus est. Nam pueri non circumcidit seipso, & neque autores sunt suæ circuncisionis, sed parentes ipsorum. Illi enim quū parui sunt, pueriliter se gerunt ex ignorantia, & neque sciunt quid ipsis à parentibus contingit. Nos autem & Deum ipsum dicimus de cælo venisse, & in vtero virginis Mariæ per tēpus quātū pueri in vtero gestari solēt, permāsisse, donec perfectè à virgineo vtero incarnationē dispensationis mysterium sibi ipsi disponeret: per quod mysterium etiam circumciscus est verè, & non in apparentia, octauo die. Venit enim ad implendum legem ac prophetas, & non ad dissoluendum: & non vt legem alienam pronunciaret, sed ex ipso datam, & quæ vsque ad ipsum in figuris permaneret, quo in ipso & per ipsum rursus quod deficiebat in lege, impleteret, vt figuræ ad spiritualem perfectionē progressæ in veritate & ab ipso, & ab apostolis ipsius prædicarentur, non amplius figuræ existentes, sed veritas. In hoc enim implebatur id quod in lege dictum est, quod vsq; ad ipsius tēpus durauit, & in ipso cessauit, atq; in cōplementum transmutatum est, quod videlicet dixit, Sepphura, [cessauit sanguis circuncisionis filij mei]: & non dixit, [circunciderunt puerum meum]. Non enim disponebat missus angelus vt circuncisio fieret, sed neque sanguinem circuncisionis timens recessit, sed admonitionis gratia, quod puer sanguinem circuncisionis sedaturus esset, vbi quod audiuit, disposuit, discessit. Atque audi qualis puer, præterquam de quo dixit Propheta. [Et volent quod fuissent igne combusti, quia puer natus est nobis, & filius datus est nobis]: gentiū quidem puerum ostendens in veritate, quo veram incarnationem significaret. Filius vero datus est nobis, inquit, vt ostendat Dei verbum ex supernis & filium Dei ipsum iudicatum esse, & in vtero incarnatum esse, & vtraque habere, Deum & hominem, ipsum Deum, ipsum hominem, ipsum filium ex supernis datum esse, ipsum puerum genitum esse, in quo cessauit circuncisionis sanguis: velut etiam in Euangelio dicit, quando veniebat Græci volentes ipsum videre, & veniebat ad Philippum, & dicunt ad ipsum: [Ostende nobis IESVM]. Et Philippus Andræ, & Andræ IESVS dixit: Quidam Græci voluit te videre. & statim Dominus respōdet dicens: Nunc venit gloria Dei. vt ostenderet circuncisionē quidē præterisse, carnalem illam, & quæ figuræ inseruuit ac tempus. Verum in carne præputium habere in spiritu maiorem circuncisionem, quæ speculatur CHRIS TV M, & ipsum in veritate comprehendit. Si verò volunt hi dicere, quomodo igitur CHRIS TV S circumciscus est? audient. Iam ò vos seducti, ostendimus vobis ob quam causam circumciscus est. Nam propter multas causas circumciscus est quidem & primū vt ostenderet seipsum in veritate carnè assumptis, propter Manichæū, & eos qui dicunt, in specie ipsum apparuisse. Deinde vt ostenderet quod non esset coessentialis corpus deitatis, velut Apollinarius inquit: sed neque ipsum ex supernis detulisset, sicut dicit Valentinus, & vt confirmaret circuncisionem, quam olim dederat, iustè inseruuisse vsque ad suum aduentum. Et vt non haberent Iudæi excusationem. Si enim non fuisset circumciscus, poterant dicere, Non potuimus CHRIS TV M suscipere. Et aliàs oportebat ipsum, qui præceperat Abraham vt circumcideretur, signaculi apparentis gratia, dati verò ad figuram veri ac inuisibilis, nunc circumcisci, & hoc signaculum confirmare. fiebat enim apparens illa circuncisio propter hæsitacionem ipsius Abraham, quando sanctus & iustus ille in dubitatione dixit, Num centum annos nato filius gignetur? & Num Sarra ancilla gignet filium? Et statim Dominus, Accipe mihi arietem triennem, & capram, & vaccam, & cætera, circa solis occasum vbi vidit faces ignis, & clibanum, & alia, dixit ipsi Deus per increpationem; Semen tuum iniquilium erit in terra aliena, & in seruitutem adigent ipsum per annos trecentos, certitudinis gratia propter hæsitacionem ob quam dixisti. Num centum annos nato filius gignetur? At vt ne seruitute pressum semen, ab idololatriis ac incredulis Ægyptiis, obliuiscatur Dei patrum ipsius, imposuit ipsi & ipsis circuncisionem carnalem, vt videntes recordentur ac reuerentur, & non negent ipsum. Et durauit hæc vsque ad CHRIS TV M. & hæc de causa etiam ipse circumcisci voluit, & homo factus est in veritate ex supernis progressus ex patre Deo verbum. & non deposuit deitatem, sed carnem gestauit

Aspidogorgona

Circuncisionis Christi causæ.

stauit in veritate, perfectamque incarnationem habuit, ac circumciscus est, omnia disponens in veritate vt & Iudæi, velut dixi, excusationem nõ haberent, & Manichæi atque alij redarguerentur. & vt circumciscus rationabiliter circuncisionem dissolueret, & aliam maiorem ostenderet, non velut qui non haberet, & sibi ipsi constitueret, sed qui haberet quidem, ostenderet autem quod hæc non amplius esset opus, sed maior. Et quod statim genitus Deus erat, & non nudus homo, Magi clarè ostendunt. Nam post duorum annorum tempus, vt ostenderunt Herodi tempus stellæ, à bimatu; & infra, progressi in Hierusalem iidē Magi vbi interrogarunt & cognouerunt quod in Bethleem gignitur, rursus exiuerunt Magorum stella deducente ipsos, & venerunt à Hierosolymis in Bethleem, & ingressi inuenerunt ipsum cum matre sua Maria, & prolapsi adorauerunt ipsum, & obtulerunt munera. Si itaque statim adoratur, non nudus homo est qui genitus est, sed Deus. Et nõ potest triginta annos, & nõ potest baptisma, CHRIS TV S sit: sed statim CHRIS TV S natus est à Maria virgine, Deus & homo. Quapropter etiam angeli statim hymnis celebrant dicentes, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, inter homines bona voluntas. & nunciant pastoribus dicentes, Natus est vobis CHRIS TV S Dominus hodie in ciuitate Dauid. Et non solum hoc ò decepte Ebion ostenditur, sed etiam à duodecimo anno reperitur sedens in medio sacerdotum ac seniorum, interrogans ipsos, & quærens cum ipsis, & admirabantur ob sermonem gratiæ qui progrediebatur ex ore ipsius. Et non post trigessimum annum hoc faciebat, vt dicere possis quod ex quo Spiritus venit in ipsum, CHRIS TV S factus est, sed statim à duodecimo, velut dixi, anno, quemadmodum scriptum est in Lucæ Euangelio: imò etiam prius. Quum adhuc puer esset, inquit, ascendebant Ioseph & Maria in Hierusalem, vt adorarent in festo, & reflectebant. & remansit IESVS, & querebant ipsum in itinere, & inter cognatos suos, & non reperiebant. Habebat enim Maria cognationem. Quum autem reflexisset & reperisset ipsum, dixit ipsi: Quid nobis fecisti fili? ecce ego & pater tuus dolentes querebamus te. in loco enim patris Ioseph ipsi fuit, non enim erat ipsi pater secundum naturam. Deinde Dominus ad ipsam dixit: Quid est quod querebatis me? non sciebatis quod in his quæ patris mei sunt, oportet me esse, significans quod templum in nomen Dei, hoc est patris ipsius ædificatum est. Si itaque à puero nouit templum, & patrem, non profecto nudus homo genitus est: neque post trigessimum annum, postquam venit in ipsum species columbæ, filius & CHRIS TV S vocabatur, sed statim in his quæ Patris ipsius sunt, ipsum esse oportere docuit. Quod autem Ioseph non erat pater ipsius, sed patris loco, audi eundem Euangelium dicentem, qui videlicet antea scripsit, ex persona Mariæ, Ego & pater tuus dolentes querebamus te. quomodo rursus scribit, Erat autem IESVS incipiens esse annorum circiter triginta, filius existens, velut putabatur, ipse Ioseph. In eo enim quod dicit, velut putabatur, ostendit ipsum non esse filium ipsius, sed putari. Deficere me tempus exponere pergentem ea quæ pertinent ad declarationem veritatis, & ad confutationem inaniter sapientis Ebionis, & adulteratæ ac vanæ ipsius doctrinæ. Vnde enim non fuerit manifestum, quod non pater erat Ioseph, sed loco patris habebatur? Ecce enim (inquit) virgo in vtero habebit, & patris filium. & non dixit, Ecce mulier. Et rursus in alio loco dicit: Et pariet iuuenula, & dicent, non peperit. Quadoquidem enim aliqui Manichæorum & Marcionistarum dicunt ipsum genitum non esse, ob id pariet, & dicent, non peperit, quoniam non peperit Maria ex semine viri. Et hi furiosi fallò dicunt ex semine viri ipsam genuisse. Genuit iuuenula in veritate, & quod iuuenula virgo vocatur, & huius reliquæ purificatio erant inquinatum, audi legem dicentem: Accipe mihi iuuenulam fuluam: vt electum vas Mariæ ostenderet, propter igneam ruborem deitatis Saluatoris conceptum in virgine, ignis enim est Deus (inquit) consumens. & dixit lex, Iuuenulam in qua iugum non ascendit super collum: vt ostenderet virginem iuuenulam, quæ non nosset iugum nuptiarum viri. Sed quid opus est mihi plurima disputare, quomodo rursus EIsaias ex persona Domini dixit, Accipe tibi frustum chartæ nouæ magnæ: frustum quidem, propterea quod sit virgo ex semine viri, resecta autem sit à mixtura viri, & quod resecta sit à naturali hominum consuetudine. Omnes enim hominæ ex semine viri gignuntur. CHRIS TV S vero natiuitas, secundum naturam quidem ex muliere virgine Maria incarnationem habuit, præter naturam verò resecta est à consequentia secundum humanitatem: velut etiam Iacob de ipso dicit, Ex germine filij mi prodiisti: & non dixit, ex semine prodiisti. & hæc de causa dicit sanctus EIsaias propheta, imò potius Dominus ipsi dicit, Accipe tibi frustum chartæ: speciem consuetudinis significans, in qua omnia scribunt filij hominum, velut etiam in centesimo trigesimo octauo psalmo dicit, In librum tuum omnes scribentur, dies formabantur, & nemo in ipsis. Libro enim assimilauit vterum, Et ob id Dauid dicit, Imperfectionem meam viderunt oculi tui, hoc est seminatum priusquam ego effigiarer, I liber pro cognouisti me, & adhuc priusquam ego seminatus essem. Hebræus porrò mirabiliter verbum declarat, im perfectiorem enim Golme vocauit, quod significat similitudinis grumum siue granum, nimirum quod nondum in panem deuenit, ac pistum est, sed velut à grano frumenti sectus grumus, aut tenuis particula quæ ex similitudine sit, sic æqualem speciem formam quæ fecatur ex homine ad seminacionem exacte loquens ostendit, & dicit in Græcæ linguam sermone translato imperfectionem, hoc est non factam adhuc in vtero formationem, ac ante vterum, viderunt oculi tui. Nouit enim omnia Deus priusquam fiant, velut scriptum est. Cæterum per librum & frustum, vterus significatur. Et non dixit, siue me tibi ipsi chartam, sed frustum, ob proprietatem præter hominum consuetudinem: chartæ, propter aptitudinem vteri ad hoc vt inscribatur: nouæ, propter nouitatem virginis & impollutam integritatem: magnæ, magna enim re vera est Maria sancta virgo, coram Domino & hominibus. Quomodo enim non dixerimus hæc magnam, quæ incomprehensibilem concepit, quem cælum & terra capere non potest? Ipse autem quum incomprehensibilis sit, secundum proprium propositum ac voluntatem volens comprehensus est, & non necessariò, nec coactus. Quapropter magnum est frustum, & nouum:

Iuuenula pro virgine.

Liber pro vtero.

Chartæ no- ue magna frustum.

nouum magnum, propter miraculum: nouum; quia virgo. Et scribe (inquit) in ipsum stilo hominis: & non dixit, Scribe in ipsum quis stilo hominis. neque dixit, scribe in ipsum homo: vt ne prætexitur reperiret Ebion. Si enim dixisset, scribe in ipsum homo, habuisset quod diceret, homo Ioseph seminavit, & ex semine viri genitus est CHRIS TVS. Verum Esaia ante septingentos quinquaginta tres plus minus annos dixit, scribe, vt à tempore interualli omnis veritas conspiciatur, quod nemo potuit antè septingentos quinquaginta tres annos seminare cum qui gigni deberet. Num igitur frustra dicit propheta, Scribe non, sed vt ostenderet Spiritum sanctum qui erat in propheta, ipsum effectorem fieri conceptionis aduentus CHRIS TVI, in carnem in veritate. Spiritus enim sanctus superuenit in te inquit angelus Gabriel ad Mariam, & c. At verò stilo hominis, est imagine hominis. Homo autè CHRIS TVS IESVS mediator Dei & hominum. Nam ex supernis venit. Deus verbum, ex Maria verò homo, non de semine viri genitus. Et propterea statim dicit propheta, Et ingressus sum ad prophetissam, vt ostendat prophetissam Mariam, & non vxorem Achaz, velut quidam errant, propter Ezechiam dicitum esse putantes. Iam enim Ezechias vnde xim annos natus erat. Nono enim anno regni patris sui hoc verbum prædicebatur, *Ece virgo in vtero habebit*. Et postquam mortuus esset Achaz, vbi quatuordecim annis regnasset, statim dicit Scriptura: *Et regnavit Ezechias, & erat annorum viginti, dum ipse regnabat*. Quomodo igitur quum in regno patris sui, qui quatuordecim annis regnavit, prædicebatur Emanuel, qui ex virgine gignitur, Ezechias gignetur, qui viginti annorum regnavit post patrem suum? & non magis apparebit his qui ratione præditi sunt, quod iam fuit natus, quando Propheta prædixit verbum illud, tempore regni Achaz patris Ezechia: præsertim quum non fuerit prophetissa vxor Achaz, velut omnibus manifestum est. Maria autem est quæ dixit, & vaticinata est, *Ex hoc tempore beatam me dicent omnes generationes terre*. Ad quam ingressus est Gabriel, & nunciauit quod Spiritus venturus esset in ipsam, qui in Esaia loquutus est: & gignet filium, Dominum nostrum IESVM CHRIS TVM per Spiritum sanctum, & non à semine viri, velut illi desipientes & errantes maledica lingua effutiant. Porro confutatus est vani illius etiam sabbatismus, item que circuncisio, & quotidiana in aqua demersiones ab ipso factæ. In sabbato enim plurima curare IESVS studet, & non solum curat, sed etiã per duos modos medetur, præcipit enim curatis in sabbato, vt grabatum tollant, ac vadat. Sed & in sabbato lutum subegit, & cæci oculis imposuit. Est autem opus lutum subigere. Vnde gnari apostoli quòd solum esset sabbatum, ab ipso cum ipso cõuersatione ac doctrina, vellunt spicas in sabbato, torrentiq; ac edunt. Erat autem sabbatum secundarium primum, velut habet Euangelium. Varia enim sabbata de creuit lex. Aliud quidem, quod secundum septenarium dierum numerum reuoluitur, natura sabbati: aliud verò propter subiacetes nouilunio secundum lunam, & consequentes festiuitates. velut dies fixorum tentoriorum, & dies paschatis, quando agnũ mactant, & azyma comedunt. Insuper autem vnũ ieiunium ieiunant in anno, quod dicitur magnum, & aliud quod appellant paruum. Quando enim incidunt hi dies, aut in secunda sabbatorum, aut in tertia, aut in quarta, sabbatũ etiã ipsum ipsis decernitur. Quapropter post factã azymorum diem, & definitã sabbati diem, in sabbato ex natura, quod post azymorum diem in sabbatum computatũ fuit, inueniunt transeuntes per sata, & euellunt spicas, & torrebant ac edebant, ostendentes quod solum esset vinculum in sabbato decretum, quum venisset magnum sabbatum, hoc est CHRIS TVS, qui quieros nos fecit à peccatis nostris. Cuius figura erat Noe quem vbi pater eius genitum vidisset, iuxta prophetiam imponebat ipsi nomen Noe, dicens, Hic quietos faciet nos ex peccatis nostris, id est duris operibus nostris. Noe verò à peccatis quietos non fecit, sed in CHRIS TVM prophetauit Lamech, qui per Noe significatur in veritate. Noe enim requiem significat. Et Sebeth, quod sabbatum ac requiem interpretaris, est CHRIS TVS, in quo quietus factum est Christus. Pater, & sanctus eius Spiritus, & omnes sancti homines in ipso quieti facti sunt, quiescentes à peccatis. Hic est magnum illud sabbatũ, & perpetuum, cuius figura erat parũ sabbatũ, quod inferuiebat vsque ad ipsius aduentũ, præceptũ ab ipso secundum legẽ, & solutũ in ipso, & impletũ in Euãgelio. Sic enim dixit, Dominus est filius hominis, etiam sabbati. Vnde discipuli cõsidenter sabbatũ soluunt. Nam & sacerdotes ante ipsos sabbatũ soluerant, mactantes & Deo victimas offerentes, vt ne cessaret victima perpetua, & quæ quotidie offertur. Non solum autem ipsi sacerdotes prædicebant soluendum esse sabbatũ per hoc quod non cessabant, sed etiam ipsa circuncisio sabbatũ solvebat. Quum enim sæpe gigneretur puer in sabbato, sublatio ac destructio sabbati per circuncisionem fiebat. Sic vtrisque dissolutio prædicebatur. ostenditur enim, quod circuncidentes genitũ in sabbato, si exactè supputare voluerint octauã diem, inuenientes ipsam incidentẽ in sabbatũ, & circuncidentes, opus penetrarũ, & sabbatum soluunt. Si verò distulerunt, vt ne soluãt sabbatũ, non a deinceps peragunt circuncisionẽ, & soluunt circuncisionem, & terminũ præcepti octo dierũ de ipsa. Imò neq; erat perfecta prima circuncisio, sed signi gratia data est, & ad cõmonefactionẽ ipsorum postea, & propter hæsitationẽ ipsius Abraham, velut dixi, obiurgati: & figuræ gratia illius magnæ circuncisionis, quæ omnia secundũ æqualitatem implet in his qui digni sunt. Et enim si hæc sanctificationis gratia erat & hæreditatis regni cælorum, ergo priuata est Sarra regno, & Rebecca, & Lia, & Rachel, & Iochabeth, & Maria soror Moysi, & omnes sanctę mulieres, & nõ poterunt esse hæredes regni cælorum, quũ nõ potuerint circuncisionem Abraham habere, quã Deus ipsi dedit, iuxta horũ rationem. Si verò non priuatæ sunt hæc regno cælorum, quãquã non participes fuerint circuncisione: nihil ergo valet nunc carnalis circuncisio. Quid verò iactat Ebion circuncisionẽ: quãdo etiam idolatræ & scelerati Aegyptij circuncisionem habent. Sed & Saraceni, qui & Ismaelitæ, circuncisionem habent. Et Samaritæ ac Iudæi, & Idumæi, & Homeritæ. Pleriq; verò ex his non propter legem hoc faciũt, sed temeraria quãdã cõsuetudine. Et in summa multũ tẽporis cõsumo, dũ in huius nugis versor, propterea quod ipse frustra nititur in hoc dicto, quod ipse Saluator dixit, *Sufficiens, est discipulo*

Esaia lo-cus expli-catus.

Sabbata varia.

Sabbatum magnũ est Christus.

Circuncisio & sabbatũ se mutuo destruebant.

Saraceni Ismaelita.

scipulo vt sit velut magister eius. vt & ipse iactare possit suam circuncisionem, propter ipsius Christi circuncisionem, quæ sanè in Christo rectè peracta est. Attamen quando bestialis ille vult hunc sermonem de imitatione Christi accipere, non cunctabor ostendere quòd nõ propter hoc dictus est. Statim enim declarat Dominus, dicẽs, quòd nõ propter hoc dixit, sed propter persecutiones, & Iudæorũ in ipsum debacchationem: & dicit: Si me persecuti sunt, etiam vos persequentur. Si me odio habuerunt, etiã vos odio habebunt. Non me dicitis dominum & magistrum? & bene dicitis, sum enim. Si igitur patrem familiãs Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos ipsius? Et non potest seruus esse super dominũ suum, neq; discipulus super magistrum suum. Sit autem absolutus per omnia discipulus, velut magister hoc est, paratus ad persecutionem & maledictionem, & quicquid mali inferitur. Vnde sanctus Paulus dicit: Imitatores mei estote, quemadmodum & ego Christi. Et non quod ille dominum suum imitabatur, velut non oportebat. neque enim dicebat, Deus sum, aut filius Dei sum, aut Deus Verbum sum: sed, Ego sum minimus apostolorum & Velut abortiuo visus est etiam mihi. Si verò tu Ebion hoc dictũ accipis de imitatione CHRIS TVI, & à circuncisione quam inaniter iactas, vis esse velut magister, imò magis velut dominus: ne in circuncisione ipsi te assimila, non enim tibi proderit. Trãtulit enim Dominus huius tempus, velut per multos testes clarè demonstrauimus. Venit enim, & impleuit, data perfecta circuncisione mysteriorum suorum, non in vno solo membro, sed toto corpore obsignato ac circuncisio à peccatis: & non vnam partem populi saluans, hoc est viros solos, sed etiam totum populum Christianorum in veritate, viròque ac mulieres simul obsignans, & ad regni cælorum hæreditatem liberaliter, & non defectuose vni solum virorum ordini per imbecillitatem, signaculum exhibens, sed vniuerso populo per signaculum mandatorum ac bonæ doctrinæ regnum cælorum reuelãs. Si verò velut Dominus esse vis, ò Ebion, hoc est velut magister, longè falleris. Ne in circuncisione illi assimilare: sed euoca Lazarum ex monumento, aut alium mortuum suscita, leprosos munda, aut cæcis visum restitue, aut paralytũ resolutum sana, si potes. Non potes autem, quia contrariè facis, incredulitate & vinculis carnis, & iustificationibus legis inexplēbilibus occupatus. Si autè hæc facere non potes, vt non potes, propter tuam prauam fidem, non dico velut CHRIS TVI: non enim potes assimilari Deo, quum corruptibilis homo sis, & errore deceptus: imò neq; nomen CHRIS TVI in diuinis signis inuocare poteris: & si inuocaueris, nihil efficiet. Si verò etiam omnino operaris vt paralyticum restituas, habuit vtriq; id per nomen Iesu quòd urrexit, & intelligentiam ab ipso accepit, vt tuum sabbatũ non sufferat, sed per nomen eius qui ipsum sanauit, discat, Tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam in sabbato. Iam verò à me relatum est, quòd diuersimodè vnusquisq; ipsorũ de Christo sentit ac pronunciat. Aliquando quidẽ idẽ Ebion, ex affricũ nudum hominem ipsum genitum esse dicens: aliquando autem ab ipso appellati Ebionæi, filii superne ex Deo virtutẽ adeptum esse asserentes, & hũc in tempore Adã ipsum induisse ac exuisse. Quorũ diuersas opiniones in virtutẽ Dei subuertimus. Et quid mihi opus est amplius cõmorari in importuno & reciprocantem aquam habentib. locis qui alicubi alluuntur, alicubi exsiccantur, ex quibus piscium eruptiones sæpe fiunt, & pedibus eorum qui ripas horum locorum adeunt, damnum, velut iam dictũ est, inferunt: ex eo quod inter pisces reptilia quãdã sunt venenũ eiaculantia, pastinacæ in quã, & dracænæ, carchariaq; ac murenæ. Præteribõ itaq; locũ, rursum Deo gratias agens, quod & hanc hæresim in tergum reiecinus, non osecitauer, sed diligenter confutata. Ad alias autem deinceps nõ ipsos ò charissimi demus, diuino auxilio implorato, quo promissionis complementum ipse per nos perficiat.

Contra valentinos, qui & Gnostici appellantur, XXXI hæresim.

Post hos Ebionæos appellatos, quorum improbitatem pertransiuimus, & per Dei virtutem confuentes aliarum ferarũ formas promissimus, venena item reptilium ac morsus incutientes, vt pote in doctrinis ipsorum, velut in hiatu bestiarũ venenum eiacularis, aut horredũ reptilis & basilisci cõceptas ad Valentini hæresim explicandam transibo, confutationem ipsorum pro viribus facturus, qui sanè etiã Gnosticorũ nomẽ sibi ipsi imponũt. Et horũ quidẽ differẽtię sunt decẽ, in vna plaga sũnj ipsorũ, & cõiugationibus, & octonariis, & masculorũ ac feminarũ feculis vicisim æqualiter percussis, Et nõ amplius quidẽ iuxta tẽpora ordinis successione digerã, sed iuxta progressũ ab altera ad alterã digrediar. In vno enim tempore hi omnes velut fungi ex terra eruperũt, & velut abominabiliũ ac graueolentiũ herbarũ germina, & gramẽ spinosum, & velut latebra multorũ scorpionũ, ex vno omnes tẽpore in vitã excreuerũt. Et sicut antea dixi, in star fungorũ sua deformitate sub vnũ cõtactũ apparuerũt. Velut etiã sancto Irenæo iã de ipsis dictũ est: cõtẽporanei enĩ hi fuerũt. Vnusquisq; autẽ ab altero malã occasione colligetes, aliusq; ab alio ampliorẽ adhuc doctriñẽ gratiã cupiẽs, sibi ipsi prauẽ inuẽtionis differẽtiã effigiarũt, & omnes Gnosticos se ipsos nominauerunt, Valentinus inquam, & qui antea ipsum fuerunt Gnostici: imò & Basilides, & Saturnilus, & Colorbalus, Ptolemæus itẽ, & Secũdus, atq; Carpocras, & alij cõplures. Cæterũ etiãsi omnes hic nominauimus, propter exortus omnĩũ in vno tẽpore cõiũctionẽ, tamẽ prauæ sationis vniscuiusq; maleuolentiã priuatẽ ac seorsim explicabimus. Interim verò ad propositũ hæresarchã & tragœdię portã deueniemus, Valentiũ in quã, & ipsius doctrinã. Valentinus igitur hic tẽpore succedit his qui antepositi sunt, Basilidi & Saturnilo, Ebionique ac Cerintho & Merintho, & sodales ei. Hi enĩ omnes vno tẽpore in vitã exorti sunt: modico autẽ tẽpore preceserũt Cerintho & Meritho ac Ebio. simul enĩ cũ his qui ante ipsos indicati sunt, excreuerũt. Patriã quidẽ ipsi, aut vnde natus sũt, pleriq; ignorãt: nulli enim scriptori curã fuit huius locũ ostendere. Ad nos autẽ per auditũ fama quãdã peruenit. Quare nõ præteribõ, vt ne etiã huius natalẽ locũ indicem. In ambiguo quidẽ est, an vera dicturi simus: ramẽ famã ad nos perlatã silẽtio nõ præteribõ. Dicunt enim ipsum fuisse Phrebonitẽ Aegypti maritimum, in Alexandria verò institutum esse Græcorum literis. Vnde & imitatio Theogonia Hesiõdi, deorum triginta apud ipsum Hesiõdum relatorum. Et ipse fabulosa gentium poësi

Bestialis Ebio cur dicatur.

Venit christus promissio propterea nomen sexum.

Inuocatio nominis Iesu ab im pollutio nihil efficiet.

Impunè ripsas nemo pedibus conculcat

Hæresis 31 Valentinorum.

Valentinorum differẽtię decem.

Ordo tractandorũ dogmatũ. Dissentiũt inter se a more superbia.

Cur patria eius ignoretur

Hesiõdi Theogonia.

D in mente

in mente sua concepta, & ab his qui cum ipso & antea ipsum à veritate exciderunt, opinionem adeptus etiam ipse velut Hesiodus, aliis nominibus in alia transmutatis, mundum decipere voluit. Nam & hic *Vnde pluralitatem* triginta deos ac cælos adducere vult, quorum primum est Profundum, velut ipse mente delirus dixit: quomodo sanè & opinionis ipsius fundator Hesiodus chaos primum deorum dixit. Cui autem non clarum est, chaos & profundum eandem significationem habere? Vide verò mihi circulatoris illius tragicam fabulam, & improbam doctrinam. Triginta enim hic, velut dixi, secula adstruere vult, quæ & deos nominat, quindecim masculos, & totidem feminas esse dicens. Singula autem secula *Triginta secula Valentini.* marem & feminam, & iugum ac par, ipse & cõplices eius dicunt. Quindecim verò dualitates esse aiunt, quas coniugationes appellant, numero autem esse secula triginta. Vnamquaque verò feminam gignere ex masculino sequètia secula. Esse autem hæc, velut subiectum est, fœmineo nomine semper ad masculinum palam appolito. A mpsiu, Auran, Bucua, Tgarthuu, Vbucua, Thardeadie, Merexa, Atarbarba, Vdua, Cestè, Vduuac, Eflam, Amphaim, Eflumè, Vananin, Lamertade, Athameflumin, Allora, Cubia tha, Thamadon, Saddaria, Oren, Lanaphechudamphech, Emphiboche, Bara, Aflì, Vchame, Belim, Dexariche, Mafemon. Et sic quidem compositi sunt, velut iuxta coniugationem maris & fœminam. In consequentia verò iuxta successionem, sic: Ampsiu, Auran, Bucua, Tharthuu, Vbucua, Thardeadie, Merexa, Atarbarba, Vdua, Cesten, Vduuac, Eflam, Amphaim, Eflumen, Vananin, Lamertade, Athameflumin, Allora, Cubiatha, Thamadon, Saddaria, Oren, Lanaphechudamphech, Emphiboche, Bara, Aflì, Vchame, Belim, Dexariche, Mafemon. Horum nominum interpretationes hæc sunt. Profundum & Silentium, Mens & Veritas, Verbum & Vita, Homo & Ecclesia, Paracletus & Fides, Paternus & Spes, Maternus & Charitas, Sempermens & Intelligentia, Voluntas, quæ etiam Lux & Beatitudo, Ecclesiasticus & Sapientia, Profundus & Mistic, siue, Coitus, Ageratus, id est, nō senescēs, & Vnio, Per se naturalis & Commixtio, Vnigenitus & Vnitas, Immobilis & Voluptas. Iuxta numerū verò successionis & consequentia, à superinominato patre, qui & Profundum apud ipsos nominatur, vsque ad hoc quod iuxta nos est cælum, numerus horum triginta sic se habet. Profundum, Silentium, Mens, Veritas, Verbum, Vita, Homo, Ecclesia, Paracletus, Fides, Paternus, Spes, Maternus, Charitas, Sempermens, Intelligentia, Voluntas, siue Lux, Beatitudo, Ecclesiasticus, Sapientia, Profundus, Mistic, Ageratus, Vnio, Per se naturalis, Commixtio, Vnigenitus, Vnitas, Immobilis, Voluptas. Atque hæc quidem est triginta seculorum ab ipsis fabulose confictorum tragœdia, & iuxta cõiugationem spirituum videlicet complementi vaniloquium. Quæ si quis comparans his quæ apud Hesiodum & Stesichorum, & alios Græcos poetas sunt, adponat, inuenit sanè ex comparatione quod eadem sint, & nihil aliud. Et ex hoc cognoscet, quod nihil aliud admirandum illi miraculorum hæresarchæ myticè se dicere profitentur. Nihil enim aliud quàm confictam Græcorum poëticam fabulosam gentium erroris ac doctrinæ expresserunt, nulla mutatione facta, quàm aduleratæ apud ipsos barbaricæ nominum effictionis. Sic enim dicit & Hesiodus: Primum omnium fit Chaos, sic Profundum dicunt deinde Nox, Erebus, Terra, Aether, Dies, Amor, Meris siue consilium, Mors, Aerumna, Fatum, Nemesis, Momus, Amicitia, Interitus, discordia, Senectus, Ate, Desiderium, obliuio, Somnus, pugna, Voluptas, contumelia, Læticia, splendor, Quies, fraus, Iucunditas, Lis. Et hic quidem numerus masculorum ac fœminarum secundum consequentiã, hoc modo numerum trigessimum habet. Si verò quis velit inspicere, quomodo hi fingentes vnum ad aliud coniungunt, is sic compererit coniuncta ac coniugata inter se, prout poësis visum fuit. Nam profundum nocti ac silentio coniunctum, terram genuisse fecerunt. Alij verò cælum, quod etiam Hyperionem vocauerunt. Idem verò terræ coniunctum, mares ac feminas genuisse dicunt: & eos qui sequuntur similiter, vsque ad totam ipsorum productionem, velut infinita & delirata ipsius profundi nugacitas habet. Inuenias autem sic coniuncta ac coniugata, & hoc modo componi potètia, Chaos, Nox, Erebus, Terra, Aether, Dies, Amor, Meris, Mors, Aerumna, Fatum, Nemesis, Momus, Amicitia, Interitus, Discordia, Senectus, Ate, Desiderium, Obliuio, Somnus, Pugna, Voluptas, Contumelia, Læticia, Splendor, Quies, Fraus, Iucunditas, Lis. Si verò quis ipsorum figmento attendat, & cognoscere velit quomodo à mundanis ac Græcis poëmatibus hi attoniti facti sint, frustra velut insania correpti, excogitates quæ non oportet, ad vanum & inutilem laborem, is inuenit ipsos tanto magis seductos. Vnde adhuc altius etiam perfrutantes, putauerunt se sua propria furiosa mente etiam defectum relictum excogitasse, quem relictum defectum, & omnipotentem, & opificem appellant, & creatorem essentiarum. A quo rursus etiam posteriorem octonarium post septem cælos dicunt secundum primum octonarium assimilatum creatum esse, cū ipse fuerit in octonario, & septem cælos post seipsum fecerit. Et velut defectui relictum impermixtū quoddam & non effœminatū seculū cõiungere voluit, quod ad cõplementū hic venerit, & ad inquisitionem animæ, quæ ex supernis à materna sapientia venit. Iam verò & Achamoth nomen exprimentes cõfingunt, quæ etiã Saluatorē vocant, & terminū, & crucem, & finitorem, & traductorē, & Iesum qui per Mariã velut per canalem pertrãsiuit. Esse autem ipsum lucē à saperno Christo, & ob id patronymicè ac denominatiuè vocari lucē, propter supernam lucem: & Christum, propter supernum christum: & verbum, propter supernum verbum: & mentem similiter Saluatorem dici. *Achamoth.* Semper verò transgredi suum patrem, illum opificem. Simul autem secū sursum ferre obedientes ipsi, ad supernas complementi coniugationes. Et ò horū nugacitatem & tantam vanitatem. Apponam autem, velut antea dixi, etiam velut ipsi coniugarunt poëticis & gentilibus, fabulamentis suam ipsorum nugacitatem. Post tricenarium autem numerum, vnum nomen medium & non effœminatū, & post ipsum rursus secundum coniugationem octonarium, inuentum ab opifice, qui rursus sic componi potest, & sunt nomina hæc. prim⁹ & xepaphos, Porphyrio, Clotho, Rhyacus, Lachesis, Epiphania, Atropos, Hyperion, Asterope. Et hæc quidem horum poëtarum scena est, habēs & alias multas nomen claturas deorum

Vnde pluralitatem deorum posuit. Triginta secula Valentini.

Fictio prodigiosa.

Triginta secula Hesiodi.

Hyperion quid sit.

Coniugationes fabulosa.

Furiosa mentis excogitatio.

Achamoth.

deorum apud ipsos nominatorum, masculorum ac fœminarum, aliter atque aliter apud quosdam appellatorum, qui etiam trecentorum sexagintaquinque numerum efficere possunt, & amplius, in occasionem ac pretextum aliarum sectarum, quæ rursus hoc tragicum argumentū somniantes aggressi sunt ac instituerunt. Nam post prædicta nomina, Hesiodus & Orpheus ac Stesichorus genitum esse dicunt Cælum & Tartarum, Saturnum & Rheam, Iouem & Iunonem, & Apollinem, Neptunumque ac Plutonem, & innumeros deinceps qui apud ipsos nominantur. Multus enim est horum fraudulentus ex *A suspitione error,* qui ubi nominum vanitatem concepit ac excogitauit, multas fabulas confinxit. Et hic est qui mentem illorum deceptorum seducere videtur, Ridicula verò statim omnibus comperiuntur hæc, qui secundum Deum illuminatam mentem habent. Porro præteritis his, rursus ex ipsorum libris, ad verbū, & iuxta dictionis seriè, lectionis in quã ac libri ipsorum, hic appositione faciã, & sunt hæc. Apud prudentes, apud animales, apud carnales, apud mundanos, Mens magnitudine inabolibilis, inabolibilibus salutem. In nominatorum ego & arcanorum ac supercœlestium mentionem apud vos faciam, quæ neque à principibus, neque à potestatibus, neque à subditis, neque ab omnibus intelligi possunt, verum soli immutabilis intellectui manifesta sunt. Neque enim ab initio ipse per se pater in seipso complectebatur omnia, in seipso in innoticia, quem quidam seculum ageraton, id est, non senescens appellant, semper iuuenem, masculum ac fœminam. Qui semper complectitur omnia, & non in aliquo continetur. Tunc intelligentia in ipso voluit illam quam aliqui, Notionem siue Intelligentiam dixerunt, alij Gratiam, propriè, propterea quod ipsa suppeditauit thesauros magnitudinis his qui sunt ex magnitudine. Qui autem vera dixerunt, Silentium appellauerunt: quia per cogitationem, citra sermone, omnia ipsa magnitudo perfecit. Sicut igitur antea dixi, In corrupta aternitas volens vincula rumpere, magnitudinem effœminauit, ob appetentiam quietis ipsius. Et hæc ipsi mixta edidit patrem veritatis, quem propriè perfecti Mentem nominauerunt, quoniam exemplar prius existentis ingeniti erat. Postea verò Silentium naturalem vnitatem lucis profudit cum Mente. Erat autem ipsorum conuentio, ipsum velle: & edit veritatem. Veritas autem à perfectis propriè nominata est, quia verè similis erat matri suæ Silentio, ipso Silentio hoc volente à diuisionibus lucis, tum masculi tum fœminæ, æquale esse, quo percipias, & hæc in ipsis manifestaretur, his qui ex ipsa sunt, in ipsa insensibilia lumina diuisa. Postea Veritas maternam preferens lasciuiam, effœminauit patrem suum in seipsum, & coierunt sibi ipsi in corruptibili mixtione, & non senescente commixtione, & edit quaternarium spirituale masculum & fœminam, exemplar prius existentis quaternarij, qui erat, Profundum, Silentium, Pater, Veritas. Hic autem quaternarius ex Patre & Veritate, est Homo, Ecclesia, Verbum, Vita. Tunc completètis omnia profundi voluntate, Homo & Ecclesia paternorū recordari verborum, coierunt inter se, & edit hæc duodenarium lasciuorū, masculum & fœminam. Masculi itaq; sunt, Paracletus, Paternus, Maternus, Sempermens, Voluntas, id est lux: Ecclesiasticæ fœminæ verò, Fides, Spes, Charitas, Intelligentia, Beatitudo, Sapientia, Postea verò Verbum & Vita, etiam ipsi laudis donum effingentes, inter se comunicauerunt. Erat autem ipsorum communicatio ipsa Voluntas, & congressi ediderunt Denarium lasciuorum etiam ipsorum, masculorum ac fœminarum. Ex quibus mares sunt, Profundus, Ageratus, Per se naturalis, Vnigenitus, Immobilis. Hi cognominationem in gloriam omnia completentis fecerunt. Fœminæ verò, Mistic, Vnio, Commixtio, Vnitas, Voluptas. Et hæc cognominationem in gloriam silentij ascierunt. Perfecto igitur per patrem veritatis tricenario numero, quem ignorantes terreni numerant, & cū venerint ad ipsum, non amplius numerum inuenientes, ad circulum reuertitur, rursus ipsum numerantes: est autem hic, Profundum, Silentium, Pater, Veritas, Homo, Ecclesia, Verbum, Vita, Paternus, Maternus, Paracletus, Sempermens, Voluntas, Ecclesiasticus, Fides, Spes, Charitas, Intelligentia, Beatitudo, Sapientia, Profundus, Ageratus, Per se naturalis, Vnigenitus, Immobilis, Mistic, Vnio, Commixtio, Vnitas, Voluptas: unis qui omnia complectitur, in superabili prudētia docuit vocari alterum octonariū, pro eo qui prius erat principalis octonarius, qui in tricenarij numero manet: non enim erat magnitudinis prudentia, in numerum cadere: & cõstituit pro masculis masculos, Vni, Tertium, Quintū, Septimum: & fœminas, Binarium, Quaternariū, Senarium, Octonariū. Hic igitur Octonarius est, qui vocatus est pro eo qui prius erat octonario, profundo, patre, homine, verbo & silētio, veritate, ecclesia, vita: qui vnitas est luminibus, & factus est tricenarius absolutus, & prior ille octonarius quietus: quando profundum egressum est per magnitudinis fulcimentum vniri cū tricenario, hic tricenarius erat. Nam reuera Pater veritatis conuenit cum Ecclesia, & Maternus habuit vitam, & paracletus vnitatem, & vnitas vnibat patri veritatis, & pater veritatis erat cū Silentio. Verbum verò spirituale comunicabat spiritui mistione & incorruptibili cõmixtione, faciens finē ipsi per se matris, in diuisibile suam requiem. Tricenarius igitur absolvens profunda mysteria, penitus nuptiarum exors, in incorruptibilibus viros incorruptibiles edidit, qui sanè Vnitatis filii nominati sunt, & delineari nequeunt. Erant itaq; serè extra prudentiam, quiescentes sine intelligentia. Nam quod quis facit, si non de eo vniersaliter cogitat, non facit. Tunc sanè geniti sunt viri, quorū multitudinē ad numerum effari necesse nō est: cogitare verò facile est. vnusquisq; enim proprium nomen sortitus est, propter arcanorū mysteriorū cognitionem. Silentium igitur volens omnes ad electionem cognitionis impellere, cõmificuit se secundo opposito octonario mistione incorruptibili, voluntate autē intellectuali. Erat autē intellectualis ipse vnitas, Spiritus sanctus, qui in medio est sanctarū Ecclesiarum. Hoc itaq; ad secundū octonarium demisso, peruasit etiã ipsum cū ipsa vniri. Nuptia igitur perficiebatur in octonarij partibus. ita vt vniretur sanctus Spiritus vni, & binarius tertio, & tertius senario, & octonarius septimo, & septimus binario, & senarius quinto. Totus autē octonarius cõuenit cū voluptate non senescēte, & incorruptibili mistione. Nō enim erat separatio inter ipsos, verū cõmixtio erat cum voluptate irreprehensibili: & edidit Quaternarium.

Deorum masculorum & fœminarum numerus.

Valentini epistola.

Agerato deus.

Aeternitas omnia produxit. Quaternarii virtus cõstituentia.

Silentii gloria.

Octonarij alius principali cõstitutus.

Fabula de communicatione diuinitatis inter personas diuinas. Tricenarii virginæ nuptiarum cõpletio in octonario.

rium lasciuorum, nō effeminatorum. quorū nomina hæc sunt: Fructuarius, Finitor, Munerator, Emeritus, Traductor. Hi Medietatis filij appellati sunt. Atq; hæc quidem ex parte librorū ipsius appōita, hucusq; à me dicta sint. Fecit autem hic prædicationem in Aegypto. vnde sanè velut reliquie viperæ ossiū, adhuc in Aegypto sementis ipsius restat, in Arabiæ, & Prosopite, & Arsenoite, & Thebaide, & inferioribus partibus regionis maritimæ, & Alexandria politæ præfectura. Sed & Romæ reuersus prædicauit. Verūm ad Cyprum progressus, velut naufragium natura corporaliter passus, à fide defecit, & mentis motus est. Antea enim pietatis ac rectæ fidei partem in prædictis locis habere putabatur. Verūm in Cypro deinceps ad extremam impietatem deuenit, & seipsum in ea quā prædicabat improbitate penitus immergit. Dicit autē ipse, & sodales eius, Dominum nostrū Iesum Christum, velut dixi, & Saluatorem, & Christum, & Verbū, & crucem, & traductorem, & finitorem, & terminū. Ex supernis verò corpus delatum esse asserunt, & velut aquam per canalē, per Mariam virginem penetrasse: nihil verò à virgineo vtero accepisse, sed ex supernis corpus habere, velut dixi. Non esse autem ipsum primum verbū, neq; CHRIS T V M post verbum, eum scilicet qui supernus est in supernis seculis. Verūm hunc asserunt datum esse ob nihil aliud, nisi solum vt veniret & saluaret genus, quod ex supernis est spirituale. Ceterū mortuorum resurrectionem negant, fabulosum quiddam ac nugatorium dicentes. Non hoc corpus resurgere, sed aliud quidem ex ipso, quod sanè spirituale vocant, verūm illorū solum qui apud ipsos spirituales atq; animales appellantur, si sanè animales iuste vixerint. At materiales & carnales & terrenos vocatos penitus perire, & omnino non saluari: secedere verò vnamquamq; essentiam ad proprios suos productores, ita vt materialis materiæ tradatur, carnalis & terrena terræ. Tres enim hominum ordines esse dicunt, spirituum, animalium, carnalium. Ordinem autem spirituales seipfos dicit, quem admodum etiam Gnosticos, & neque labore opus habentes aliquo, quā sola cognitione & arcanis mysteriorum suorum verbis. Quisque verò ipsorum quodcumque voluerit, intrepidè facit, & nullius rei curiosus est. Omnino enim saluari suū ordinem dicunt, vt qui spiritualis existat. Alterum verò ordinem hominum in mundo, quem Animalem vocant, à seipso saluari non posse, nisi labore & iusta operatione seipsum saluauerit. Materialem autem hominum ordinem in vita, cognitionē capere non posse asserit neq; suscipere hanc, etiam si velit qui ex hoc ordine procedit, verūm simul cum anima & corpore perire. Suum verò ordinem spirituales saluari cum corpore, quod aliud quoddam interius est, & ipsi corpus spirituale imaginantes vocant. At animales fatigatos laboribus & opificē transgressos, sursum dari angelis qui cum CHRIS T O sunt, nihil corporum ferentes, sed solum animas in perfectione cognitionis ipsorum repertas, & has opificem transgressas, dari angelis qui sunt cum CHRIS T O, in nymphas ac sponsas. Talis est ipsorum tragedia, habet etiam plura his. ego verò solum ea quæ natura necessaria duxi, vt in propatulum venirent, recensui, prout cognitio ad nos deuenit, vnde originem traxit, & quibus temporibus vixit, & à quibus occasiones accepit, & quæ sit ipsius doctrina, simulque cum quibus hoc malum in vitam exortum est, ex parte doctrinæ ipsius ostendi. Reliquam verò ipsius nugacitatem non volui à seipso componere, quum repererim apud sanctissimum Irenæum, priscum illum, opus contra ipsum conscriptum. Cum itaque hæc pauca hæc recensuerim, quæ deinceps sequuntur, ex prædicto viro seruo Dei, Irenæo inquam, integrè apponam. habent autem sic: Quidam emissi ad veritatem, introducunt sermones falsos, & genealogias vanas, quæ sanè quæstiones magis exhibent, velut Apostolus dicit, quā ædificationem Dei in fide: & per improbè collectam vim persuadendi, mentem imperitorum seducunt, ipsosque captiuos ducunt, maliciose tractantes eloquia Domini, prauis expositores probè dictorum sientes: & multos subuertunt, abducentes ipsos prætextu cognitionis, ab eo qui vniuersa creauit ac ornauit: velut qui altius quid ac maius habeant quod ostendant Deo, qui cælum & terrā & omnia quæ in ipsis sunt fecit, probabiliter quidem inducentes per verborum artificium simplices ad querendi modum. Verūm improbè perdentes ipsos, in eo quod maledicam & impiam ipsorum mentem efficiunt erga opificem, & in eo quod non diiudicare possunt mendacium à veritate. Nam error per seipsum non ostenditur, vt ne denudatus deprehendatur: sed amiculo splendido callidè ornatus, vt etiam ipsa veritate veriorum seipsum exhibere videatur imperitoribus, per externam apparentiā, quem admodum à quodam præstantiore nobis dictum est de talibus, quod preciosum lapidem smaragdum & magnæ æstimationis apud quosdam, vitrum contumelia afficit per artem illi assimilatum, vbi nō affuerit qui probare potest. Quum verò amixtum fuerit æs ad argentum, quis poterit facile hoc integrè probare: Quo igitur non per nostram culpam corripiantur aliqui, velut oues à lupis, nō nocentes ipsos propter externas ouillæ pellis insidias: quos cauere Dominus ipse nobis præcepit, similia quidē loquentes, dissimilia verò sentientes: necessarium arbitratus sum, vbi incidissem in libros ac cōmentarios Valētini, velut ipsi dicunt, discipulorū, & vbi cum aliquibus ipsorum cōsistatus sum, & opinionē ipsorū deprehēdi ac prostrari, vt significarē tibi d̄ charissime mōstrōsa & profunda mysteria, quæ non omnes capiunt, quoniā non omnes cerebrum exspuerunt: quo & tu ea doctus, omnib. qui tecum sunt, ipsa manifesta facias, ipsosq; admoneas vt dementiae & in CHRIS T V M blasphemix profunditate vitent. Et sanè prout vires nostræ tulerint, opinionē eorū qui nunc falsa docent, de Ptolemæo loquor, qui sterculus est scholæ Valētini, breuiter & clarè recēsebimus & occasiones dabimus pro nostra mediocritate ad illā subuertendā, aliena esse & inconuenientia veritati, ea quæ ab ipsis dicuntur ostēsur: etiam si alias ad scribendū non simus assueti, neq; in arte dicendi exercitati, sed ipsa dilectio nos impellat ad significandū tibi, & omnibus qui tecum sunt, ea quæ hæcenus fuerunt occulta, nunc verò per gratiam Dei in apertum venerunt dogmata. Nihil enim est occultum quod non reuelabitur, & nihil absconditum quod non cognoscetur. Nec verò requites à nobis qui inter Celtas versamur, & circa barbarā linguam vt plurimum occupati sumus, artem dicendi, quam nō didicimus, neq; facultatē scriptoris, in qua exercitati non

Dispersa dogmata hæresum in Aegypto.

Leuis mutatio.

Prima hæresis eius.

Negant resurrectionem in proprio corpore.

Hominiū ordines tres.

Singulorum ordinū explanationes.

Irenæi locustans scriptus.

Vnde error nondiagnoscitur.

Æs argenteo permixtum egrè probatur.

non sumus: neque fucum verborum, neque vim persuadendi, quam nō nouimus: sed simpliciter & verè ac vulgari more tibi ex amore scripta, tu amāter suscipies, & ipse apud te ipsum ea augebis, vt potes qui potentior nobis existis, & hæc velut semina ac principia a nobis accipis, & in mentis tuæ amplitudine ad maiorem fructum producendum multiplicabis ea, quæ paucis à nobis sunt relata: & potenter declarabis his qui tecum sunt, ea quæ debilitat à nobis sunt prolata. Et sicut nobis studiū fuit, cum tu iam olim ipsorū opinionē cognoscere cupueris, vt nō solū tibi ipsam manifestā facerem, sed etiā instructio nem darem, quo ipsam falsam ostenderem: sic etiam tu liberaliter aliis inseruias, iuxta gratiā tibi à Domino datā, ad hoc vt non amplius distrahanur homines ab ipsorū persuasionib. quæ tales sunt. Dicunt enim in inuisibilibus ac innominatis altitudinibus, quoddam esse seculum perfectum præexistēs. Hoc verò etiam primum patrem, & Profundum appellant. Esse autem ipsum incomprehensibile & inuisibile, sempiternūque ac ingenitum, & in quiete ac requie multa per infinita temporum secula fuisse. Cum ipso autem esse & intelligentiam, quam sanè etiam Gratiā & Silentium nominant & cogitasse aliquando hoc Profundū, à seipso omnium rerum principium producere ac emittere: & hanc emissionē quam emittere cogitauit, etiam velut semen deposuisse, & hoc velut in vtero, in eo quod cum ipso est Silentio. Hoc verò suscepto semine eo, prægnans factum esse, & peperisse Mentem, similem & æquale ei qui emisit ipsam, & quæ sola capiat magnitudinem patris. At Mentem hanc etiā vniuenitū vocāt, & patrem & principium omnium. Simul autem emissam esse cum ipsa veritatem, & esse hunc primum & ab initio productum Pythagoricū quaternarium, quem etiam vniuersorū radicem vocant. Est enim Profundū & Silentium, postea Mens & Veritas: sensisseq; hunc vniuenitum propter quæ emissus esset, & emisisse etiam ipsum Verbum & Vitam, patrem omnium post ipsum futurorum, & principium & formationem totius complementi. Ex Verbo verò & vita emissum esse per cōiugationem, hominem & Ecclesiam, & esse hunc primarium octonarium, radicem ac substantiam omnium, quatuor nominibus apud ipsos appellatum, profundū & mentis, & verbi & hominis. Esse enim vnumquemq; ipsorum masculū & feminam, hoc modo primum quidem, Primum patrē vnitū esse per coniugationem suā intelligentiā. Vniuenitum verò, hoc est Mentem, veritatem. Verbum autem, vitam: & hominem Ecclesiam. Hæc verò secula in gloriam patris producta, voluisse & ipsa de suo glorificare patrem, & emisisse emissiones in coniugatione, Verbum quidē & vitam post emissionem hominē & Ecclesiam: alia decē secula emisisse, quorū nomina hæc dicunt, Profundus & Mistio, Ageratus & Vnio, Per se naturalis & Voluptas, Immobilis & Cōmixtio, Vniuenitū & Felicitas. Hæc sunt decem secula, quæ item ex Verbo & Vita emissæ esse asserunt. Hominem verò etiā emisisse cum Ecclesia secula duodecim, quibus hæc nomina tribuunt: Paracletus & fides, paternus & spes, maternus & charitas, sempermens & intelligentia, Ecclesiasticus & beatitudo, Voluntas & sapientia. Hæc sunt triginta erroris ipsorum secula, quæ silentio occultantur, & nō cognoscuntur. Hoc inuisibile & spirituale est secundū ipsos complementum trifariam diuisum, in octonarium, & denarium, & duodenarium. Et propterea dicunt Saluatorem (neque enim Dominum appellare volunt) triginta annis nihil in aperto fecisse, ostendentē horum seculorū mysteriū. Sed & in parabola operatorum in vineam missorum, triginta hæc secula manifestissime indicata esse asserunt. Mittitur enim alij circa primā horam, alij circa sextam, alij circa nonam, alij circa vndecimā. Dū enim relatæ horæ inter se componuntur, tricenarium numerum explent. Vna enim, & tres & sex & nouem & vndecim, triginta sunt, per horas autē secula indicata esse volūt, & hæc esse magna & admiranda ac arcana mysteria, quæ colligunt ipsi: & sicubi quid ex his quæ in scripturis dicuntur, suo figmento ad aptare ac assimilare possunt. Itaq; primum Patrem à solo eo cognosci dicunt qui ex ipso natus est, vniuenitū videlicet, hoc est Mentē: reliquis verò omnibus inuisibilem ac incomprehensibilem esse. Mens autem sola, ex ipsorum sententia, delectabatur conspectu patris, & magnitudinis immensæ ipsius cōsideratione gaudebat, & reliquis quoq; seculis magnitudinem patris communicare meditabatur, qualis & quantus esset, & quod sine principio ac incomprehensibilis esset, & quod oculis percipi non posset. Deinceps autē ipsum Silentium ex voluntate Patris, propterea quod velle omnia ipsa ad notionem & desiderium inquisitionis prædicti primi patris sui perducere. Et reliqua quidē secula similiter tacitè quodā modo desiderabant productorem seminis sui videre, & radicem principio carentem cognoscere. plurimum vero præ aliis impellebatur postremum & nouissimum duodenarii ab homine & Ecclesia producti seculum, hoc est ipsa sapientia: & pertulit affectum citra complexum coniugis sui, ipsius voluntatis, Quæ affectus initium quidem habuit in mente & veritate, irruit autem in hoc seculum peruersum per prætextum quidem dilectionis, per culpam verò temeritatis, propterea quod non cum patre perfecto societatem habuisset, velut mens ipsa. Affectum autem esse inquisitionem patris. Volebat enim (velut dicunt) magnitudinem ipsius comprehendere. Deinde cum non posset, propterea quod rem impossibilem aggredere, in valde magna angustia fuisse, tum propter profunditatis magnitudinē, tum quod imperferutabilis est pater. Itēque ob amorem erga ipsum qui semper ulterius præ dulcedine ipsius extendebat ita vt postremum consumpta fuisset, & in vniuersam essentiam resoluta, nisi in fulcientem, & (extra inenarrabilem magnitudinē) vniuersa conseruantem potentiam incidisset. Hanc autem potentiam etiam terminum vocant: à qua conseruatum ac falcitum esse hoc seculum dicunt, ita vt vix redierit ad seipsum, & patrem incomprehensibilem esse crediderit, & priorem cogitationem deposuerit, cum affectu qui ex perturbata illa admiratione successerat. Quidam verò ex ipsis, ad affectum sapientiæ & conuersionem, fabulantur ipsam impossibilem & incomprehensibilem rem aggressam, peperisse essentiam informem, qualem natura feminea parere poterat, quam vbi considerasset, primum quidem contristatam esse, propter partus imperfectionem: deinde timuisse, quum neque ipsum esse perfectè haberet: postea mente motam esse ac desperasse, quarentem

Fantasticum seculū quale.

Pythagoricus quaternarius.

Decem seculorum emissiones.

Triginta secula Valētini, per Christum approbata.

Horarum parabola Christi cōpositiōes.

Mentis ex contemplatione patris delectatio.

Vnde sit affectus.

Terminus quæ sit potentia.

Essentia informis productio.

quarentem causam, & quomodo absconderet id quod factum esset. Dum verò sic in affectibus versaretur accessisse conversionem, & ad patrem decurrere tetasse, & aliquatenus hoc ausam viribus defecisse, & simplicem patris factam esse. Cum ipsa verò etiam reliqua secula rogasse, & praesertim mentem ipsam. Hinc dicunt primum initium habuisse essentiam ignorantem, & tristitiam, & timoris & admirationis. At pater praedictum terminum ob hanc per vniuersum Silentio, aliquando & super masculinum & super feminam esse volunt. Hunc verò terminum, etiam crucem, & redemptorem, & fructuarium, & finitorem & traductorem vocant. Verum per hunc terminum dicunt mundatam esse ac confirmatam sapientiam, & restitutam coniugio. Separata enim cogitatione ab ipsa vna cum affectu separatam ac ablatam esse, & extra complementum esse, cogitationem verò ipsius vna cum affectu separatam ac ablatam esse, & extra complementum esse, esse quidem spiritualem essentiam, quae naturalis quaedam cōcitatio existit: in formem verò & sine specie, propterea quod nihil comprehendit, & ideo fructum debilem & existimatum ipsam dicunt. Postquam autem separata fuit haec extra complementum seculorum, materque ipsius restituta est proprio coniugio, vniuersum rursus aliam cōiugationem emisit, iuxta prouidentiam Patris, vt ne quod seculum similiter vt illud afficeretur, **C H R I S T V M** & Spiritum sanctum, ad confirmationem ac fulcimentum complementi, à quibus absoluta esse secula, **C H R I S T V M** enim docuisse ipsa, coniugij naturam, ingeniti comprehensionem cognoscentia, idonea esse ad declarandum inter ipsa Patris agnitionem. Et quod neque capi neque comprehendere potest, & quod neque videre neque audire ipsum datur, sed per solū vniuersum cognoscitur. & causam quidem aeternae perpetuitatis ipsius Patris reliquis omnino incomprehensibilem esse. Verum generationis ipsius ac formationis comprehensibilem esse, per quam sanè aequalis est. Et haec quidem iam emissus **C H R I S T V S** inter ipsos operatus est. At verò Spiritus sanctus adaequata ipsa omnia gratias agere docuit, & veram requiem induxit. Et sic forma ac sententia omnia secula aequalia constituta esse dicunt, ita vt omnia masculini sexus, Mentis & verba, & homines, & Christi euaserint: & omnia feminini sexus similiter, Veritates, & Vitae, & Spiritus, & Ecclesiarum. Confirmata verò in hoc omnia, & perfectè quies facta, cum magno gaudio primum patrem hymnis celebrasse dicunt, & ipsum multae laticiae participem. & pro hac beneficentia, vna voluntate ac sententia torum seculorum complementum, consentiente Christo & Spiritu, & approbante ipsorum patre, vnumquodque seculum quod pulcherrimum atque florentissimum in seipso habebat comportasse, & collationem fecisse: atque his concinnè complicatis, & diligenter vnitis, emisisse problemata, ac emissiones in honorem ac gloriam Profundi, perfectissimum decorem & sidus complementi perfectum fructum **I E S V M**, quem & Saluatorem appellatum esse, & **C H R I S T V M** & Verbum, patronymicè ac denominatiuè, & secundum omnia, propterea quod ab omnibus esse: satellitesque ipsorum in honorem eorumdem eiusdem generis angelos simul productos esse. Haec quidem igitur est tractatio, quae intra complementum ab ipsis dicitur & affecti seculi ac ferè perditum velut in materia propter inquisitionem patris calamitas: & Termini, ac crucis, & redemptoris, & fructuarij, & finitoris, & traductoris, sexangula compago: & primi **C R I S T I** cum Spiritu sancto ex poenitentia à patre ipsorum posterior seculis generatio: & secundi **C R I S T I**, quem etiam Saluatorem dicunt, ex collatione composita constitutio. Haec autem manifestè quidem dicta non esse, eo quod non omnes capiant cognitionem: per mysteria verò à Saluatore indicata esse in parabolis his qui intelligere possunt, hoc modo: Triginta quidem secula significata esse per triginta annos, velut antea diximus, in quibus nihil in aperto Saluatorem fecisse dicunt: & per parabolas operariorum vineae. Et Paulum manifestissimè dicunt sepe nominare secula. Insuperque etiam ordinem ipsorum seruasse, dum dixit: In omnes generationes seculorum seculi. Sed & nos dum in gratiarum actionibus dicimus: In secula seculorum, illa ipsa secula significare. Et vbi quique seculum aut secula nominantur, relationem ad illa esse volunt. At duodenarij seculorum emissionem, significari per hoc quod Dominus duodecim annorum existens, disputauerit cum doctoribus legis: & per Apostolorum electionem (duodecim enim sunt Apostoli) & reliqua decem & octo secula manifestari, per hoc quod dicunt: Post resurrectionem ex mortuis, decem & octo mensibus ipsum cum discipulis conuersatum esse. Sed & per primas nominis ipsius graecè scripti literas, per Iota videlicet & Ita, octo decem secula signatè prout Graeci numerantur significari. Similiter verò & decem secula per literam Iota, quae in nomine ipsius prima est, significari dicunt. & propterea dixisse Saluatorem, Iota vnum aut vnus apex non praeteribit, donec omnia fiant. Ceterum affectum qui circa duodecimum seculum contigit, significari dicunt per defectionem Iudae, qui duodecim annos ipsa passa fuisset, & in ea quae sanguinis fluxum patiebatur, manifestissimè hoc indicari. Nam vbi duodecim annos ipsa passa fuisset, per Saluatoris praesentiam curatam esse, vbi tetigisset fibriam vestimenti ipsius, & propterea dixisse Saluatorem: Quis me tetigit? vt doceret discipulos, mysterium in seculis factum, & affecti seculi sanationem. Quae enim duodecim annis passa est, illa virtus est, dum extendebatur, & in infinitum fluere essentia ipsius, velut dicunt: & nisi attigisset vestimentum ipsius, hoc est veritate primi quaternarij, quae per fibriam significata est, resoluta fuisset in essentia sua. Sed cessauit, & sedatus est affectus. Nam egressa virtus huius (esse autè hanc Termini voluit) curauit ipsam, & affectus ab ipsa secessit. At verò Saluatorem ex omnibus existentem Omne esse, per hoc dictum ostendi dicunt: Omne masculinum aperiens vuluam. Nam hic quum Omne esset, aperuit vuluam cogitationis affecti seculi, quae extra complementum emota est: quam sanè etiam secundum Octonarium vocant, de quo Paulo post dicemus. Et à Paulo palam ob hoc dictum esse asserunt: Et ipse est omnia. Et rursus: Omnia in ipsum, & ex ipso omnia. Et rursus: In ipso habitat omne complementum deitatis, Sed & omnia instaurata esse in **C R I S T O** per Deum; ita dictum esse interpretantur, &

Christi duo Valentino.

Scriptura quatuor Valentinus.

Tempus conuersationis christi cum discipulis.

Iota, & Ita litera quid graecis significet.

Veritas primi quaternarij. Ex omnibus existit christus.

Quomodo omnia restaurata sunt in christo.

tur, & si qua alia huiusmodi sunt. Postea verò de Termino suo, quem pluribus nominibus appellant, duas ipsum habere actiones pronunciant, Confirmatiuam & Separatiuam, siue diuisiuam. Et quatenus quidem sumat ac fulcit, Crucem esse: quatenus verò diuidit ac distinguit, Terminum. Et Saluatorem quidem sic dicunt actiones suas indicasse, & primum Confirmatiuam in eo quod dicit: Qui non portat crucem suam, & sequitur me, discipulus meus esse non potest. Et rursus: Tollens crucem suam, & sequitur me. Diuisiuam verò in eo quod dicit: Non veni mittere pacem, sed gladium. Sed & Ioannem hoc ipsum significasse dicunt, dum dixit: Ventilabrum in manu eius, & purgabit aream, & colliget frumentum in horreum suum, paleas verò comburet igni inextinguibili: & per hoc actionem termini indicasse. Ventilabrum enim crucem esse interpretantur, quae consumat materialia omnia, velut ignis paleas: purgat autem eos qui saluantur, velut ventilabrum frumentum. Paulum verò apostolum etiam ipsum huius crucis mentionem fecisse dicunt, hoc modo: Verbum enim crucis his quidem qui pereunt stulticia est, nobis verò qui saluamur, virtus Dei. Et rursus: Mihi autem ne contingat in aliqua re gloriarì, nisi in cruce Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Talia equidem de complemento suo & figmento omnes dicunt, adaptare enitentes ea quae rectè dicta sunt, his quae malè ab ipsis excogitata sunt. Et non solum ex Euangelicis & Apostolicis scriptis demonstrationes facere conantur, peruertentes interpretationes, & malitiosè adulterantes expositiones: sed etiam ex lege & prophetis, nimirum quum multae parabolae ac allegoriae in ipsis relatae sint, & ipsarum ambiguitas ad multa per expositionem trahi possit, callidè ad figmentum suum ac dolosè adprantes captiuos abducunt à veritate eos qui non firmam fidem in vnum Deum patrem omnipotentem, & & in vnum Dominum Iesum Christum filium Dei conseruant. Ceterum quae extra complementum ab ipsis dicuntur, talia sunt: Cognitionem supernae sapientiae, quam etiam Achamoth vocant, emotam è complemento vna compassione & affectu, dicunt in vmbis & tectis locis efferuisse per necessitatem. Extra lucem enim & complementum edita est, informis & sine specie, velut abortus, eo quod nihil comprehendit: miserumque eius esse **C H R I S T V M**, & per crucem propria virtute extentum formasse, formatione secundum essentiam solum, non etiam secundum scientiam ac cognitionem: & vbi hoc fecisset, reuertisse contra sua virtute, atque illam reliquisse: quo percipiens afflictionem suam, propter emotionem è complemento, appetat praestantiora, habens odorem quandam incorrupti bilitatis in se relictum à **C H R I S T O** & Spiritu sancto. Et propterea ipsam ambobus nominibus appellari, tum Sapientiam patronycè, pater enim ipsius Sapientia vocatur: tum Spiritum sanctum, à se secundum ritum circa Christum: formatamque ipsam ac sapientem factam esse, verum statim euacuata, inuilibili cum ipsa conuersante Verbo, hoc est Christo, ad inquisitionem processisse lucis, quae ipsam reliquerat: & non potuisse ipsam apprehendere, eo quod prohiberetur à Termino: & hic Terminus prohibentem ipsam ab ulteriore progressu dixisse Iao. vnde Iao nomen factum esse dicunt. Quum autem Iao nomen non posset pertransire Terminus, propterea quod affectui implicata esset, omni afflictionis partem varie ac multiplici existens, ipsam succubuisse: & pertulisse tristitiam quidem, quod non comprehendit: timorem verò, ne quemadmodum ipsam lux, sic etiam vita ipsam destituit. Et ad hanc deflectionem. Omnia vero in ignorantia. Et non velut mater ipsius prima Sapientia & seculum, alterationem in afflictionibus habuit, sed contrarietatem. Accidisse verò ipsi etiam alteram affectionem, ex conuersione videlicet ad eum qui compagem hanc viuificauit. Et essentiam materiam ipsam factam esse dicunt, ex qua mundus hic constitutus est. Ex conuersione enim omnem mundi & opificis animam generationem accepisse. Ex timore vero & tristitia, reliqua initium habuisse. A lachrymis enim ipsius factam esse omnem humidam essentiam, à risu verò lucidam. à tristitia autem & perturbatione, corporalia mundi elementa. Aliquando enim plorabat ac tristabatur, velut dicunt, eo quod sola relictam esset in tenebris & euacuatione. Aliquando autem cogitans de luce quae ipsam reliquisset, in laticiam diffundebatur, ac ridebat. Aliquando verò rursus timebat. Aliquando desperabat, & mente mouebatur. Equidè multa hic deinceps tragœdia est ac imaginatio, vnoquoque ipsorum aliter audacter narrant, ex quali affectu, & ex quo elemento essentia generationem accepit. Quae etiam meritò videntur mihi non omnes velle in aperto docere, sed solos illos qui magnas mercedes pro rantis mysterijs persolvere possunt. Non enim amplius haec similia illis, de quibus Dominus noster dixit: Gratis accepistis gratis date. sed remota & monstrata ac profunda mysteria, quae multo labore acquiruntur, ab his qui mendaciorum sunt studiosi. Quis enim non impenderit omnia bona sua, vt discat quod è lachrymis cogitationis afflicti seculi, maria & flumina, & vniuersa aquosa essentia generationem acceperunt? Ex risu verò ipsius, lux, & ex perturbatione ac desperatione, corporalia mundi elementa? Volo autem etiam ipse aliquid conferre ipsorum fertilitati. Quandoquidem enim vi deo quasdam aquas dulces esse, velut fontes & flumines & hymbres, atque huiusmodi: quae vero sunt in mari, salas: cogito mecum, non omnes ex lachrymis ipsius productas esse, propterea quod lachrymae salas sint qualitate. Manifestum igitur, quod salas aquae haec sunt ex lachrymis. Verisimile est autem, ipsam in multa anxietate ac desperatione constitutam etiam sudasse. Hinc sanè iuxta argumentum ipsorum suspicari oportet, fontes & flumines, etiam quae aliae dulces sunt aquae, generationem habuisse ex sudoribus ipsius. Incredible enim est, quum vna sit qualitas lachrymarum, alias salas, alias dulces aquas ex ipsis prouenisse. Hoc autem magis credibile est, alteras esse lachrymis, & alteras è sudoribus. Quando quidem verò & calidae quaedam & acres sunt aquae in mundo, cogitare quis potest, qui dnam fecit, & ex qua parte has emisit. Tales enim fructus argumento ipsorum conueniunt. Quum igitur pertransisset omnem afflictionem mater ipsorum, & vix praeminuisset, ad supplicationem conuersam ipsam esse lucis, quae ipsam reliquerat, hoc est **C H R I S T I**, dicunt. Qui cum reuersus esset ad complementum, ipse quidem, vt verisimile est,

Crucis & termini diuinitio.

Cruis ventilabrum Christi.

achamoth

Formatio qua secundum essentiam non est secundum scientiam.

Vana affectio qua do sapientia affecta est.

Affectio vniuersa effectus vni.

Vnde mater suam essentiam accepit.

Aqua salis ex lachrymis oborta.

est, piger erat ad hoc ut rursus descenderet: demisit autem paracletum ad ipsam, hoc est Saluatorem, patre omnem virtutem ipsi dante, & omnia sub potestatem tradente: & seculis rogantibus, ut per ipsum omnia crearentur visibilia & invisibilia, throni, deitates, dominationes. Emitterit autem ad ipsam cum coetaneis suis angelis. At vero Achamoth ipsum reueritatem esse dicit, & primum quidem regmen & velamen impoluisse ob verocundiam: postea vero ubi vidisset ipsum cum vniuersa fructuositate sua accurrisse ad ipsum, virtute accepta ex conspectu eius: & ipsum formasse eam formatione secundum cognitionem, & afflictionem ipsius curationem fecisse, ita ut ipsas ab ipsa separaret, easque non negligeret, (non enim possibile erat ipsas deleri, velut illas priores, propterea quod in habitum iam cecidissent, & validae essent) sed fecerneret per discretionem, quo confunderet & stabiliret, & ex incorporali affectu in corporalem materiam ipsas transmutaret. Atque sic aptitudinem & naturam induxisset ipsas, ut in corpore ac corpora venirent, ad hoc ut duae essentiae fierent, mala affectuum ac vitiorum, & affectuosa ex conuersione. Et propterea per virtutem dicunt, construxisse Saluatorem ipsam Achamoth, ut ab affectu liberata sit, & per gaudium speculationem luminum in ipso conceperit, hoc est angelorum qui cum ipso erant, & ubi ipsos conceperit, peperisse docent fructus secundum imaginem, partum spirituales ad similitudinem satellitum Saluatoris factum. Cum igitur tria haec iam supposita sint ex ipso sententia, primum ex affectu est, quod erat materia: secundum quod ex conuersione, quod erat animale: tertium quod peperit, hoc est spirituale: sic conuersa est ad formationem ipsorum. Verum spirituale non potuisse ab ipsa formari, quoniam coessentialis ipsi fuit. Conuersam autem esse ad formationem essentialis suae animalis factae ex conuersione, proposuisseque doctrinas ex saluatore. Et primum formasse ipsam ex animali essentia dicunt, Patrem & Regem omnium, tum coessentialium ipsi, hoc est animalium, quae sanè dextra appellant: tum eorum quae ex affectu & materia sunt, quae sinistra vocant. Omnia enim quae circa ipsum sunt, clandestinè formasse ipsum asserunt, commotum à matre. Vnde etiam Metropator, id est matrem ac patrem: & Apatora, id est patre carentem, & opificem ac patrem ipsum vocant: dextrorum quidem patrem dicentes, hoc est animalium: sinistrorum vero opificem, hoc est materialium: simul omnium autem, regem. Etenim cogitationem hanc voluisse omnia in honorem seculorum facere, & imagines ipsorum fecisse dicitur. Imò potius saluatorem per ipsam fecisse. Et seipsam quidem in imagine invisibilis patris seruasse, ut ne cognosceretur ab opifice: illum vero in imagine vni geniti filij. Archangelos autem & angelos ab his factos, in imagine reliquorum seculorum. Patrem igitur ac Deum ipsum factum esse dicunt, omnium quae extra complementum sunt animalium ac materialium factorem. Discreuisse enim ipsum duas essentias confusas, & ex incorporeis corporales fecisse, atque sic caelestia ac terrestria creasse, & factum esse materialium ac animalium, dextrorum ac sinistrorum opificem, leuiumque ac grauium, & eorum quae sursum feruntur, & eorum quae deorsum subsidunt. Septem enim ipsum caelos construxisse, supra quos opificem esse dicunt, & propterea Septenarium ipsum vocant. Matrem vero Achamoth Octonarium conseruantem numerum primogeniti, ac primi octonarij ipsius complementi. At septem caelos non esse intelligibiles dicunt, verum angelos ipsos esse asserunt. Sed & ipsum opificem angelum esse Deo simile: velut etiam Paradisum, qui supra tertium caelum est, quartum angelum virtute ac potentia esse dicunt. Et ab hoc aliquid accepisse Adam, conuersatum in ipso. Haec autem dicit opificem putasse à se ipso fabricare, verum fecisse ipsa Achamoth producente, fecisse enim caelum, quum non nosset caelum: & formasse hominem: & terram protulisse, quum ignoraret terram. Et sic in omnibus ignorasse ipsum dicunt ideas ac formas eorum quae faciebat, & ipsam quoque matrem. Se ipsum autem solum putasse omnia esse. Causam vero ipsi fuisse matrem huius opinionis dicunt, quae sic ipsum producere voluerit, caput quidem ac principium propriae essentiae, dominum vero totius negocij. Hanc autem matrem etiam Octonarium vocant, & Sapientiam, & Terram, & Hierusalem, & Spiritum sanctum, & Dominum masculino genere. Habere vero ipsam medietatis locum, & esse quidem supra opificem, infra vero aut extra complementum usque ad consummationem. Quandoquidem igitur materialem essentiam ex tribus affectibus consistere dicunt, timore, tristitia, & desperatione: & ex timore quidem ac conuersione animalia constitutionem accepisse: ex conuersione quidem opificem generationem habuisse volunt, ex timore vero omnem reliquam animalem substantiam, velut animas brutorum animantium ac bestiarum & hominum. ob id quum ipse imbecillior fuerit ad cognoscendum aliqua spiritalia, putasse se solum Deum esse, & per prophetas dixisse, Ego Deus, & praeter me nullus. Ex tristitia vero spiritalia maliciae factas esse docent: vnde etiam diabolus generationem habuisse, quem etiam Dominum mundi vocant, & daemonia & angelos, & omnem spirituales maliciae substantiam. Ceterum opificem filium matris ipsorum dicunt, Mundi vero dominum opificis creaturam. Et mundi dominum scire ea quae supra ipsum sunt quia spiritus est maliciae. Opificem vero ignorare, ut pote qui animalis sit. Habitare autem matrem ipsorum in super caelesti loco, hoc est in medietate. Opificem vero in super caelesti, hoc est in septenario. Mundi dominum autem, in mundo apud nos. Ex perturbatione deinde ac desperatione, velut ex ignobiliore, coportalia, velut antea diximus, mundi elementa facta esse. Terram quidem circa perturbationis statum: aquam vero circa timoris lachrymarum morum: aërem circa tristitiae stabilitatem: ignem autem ex omnibus ipsis prouenisse, mortemque ac corruptionem, quemadmodum etiam ignorantiam in tribus his affectibus occultatam esse docent. Porro ubi mundum creasset Opifex, fecisse ipsum etiam hominem Terrestrem, non ex hac arida terra, sed ex invisibili essentia, ex diffusili ac fluxili materia acceptum, & in hunc insufflasse animalem decernunt. Et huc esse eum qui ad imaginem ac similitudinem actus est. Iuxta imaginem quidem, materialem esse, similem quidem, sed non coessentialem Deo. Iuxta similitudinem vero, animalem. Vnde etiam Spiritum vitae essentiam ipsius dictam esse, quum sit ex spiritali

Achamoth reuerentia erga sapientiam.

Saluatoris constructio.

Dextra & sinistra quae.

Metropator et apator.

Quando factus deus.

Opificis ignorantia.

Matris Octonarii nomina.

Tristitia generatio nes.

Opificis habitatio.

Corporaliu origo.

Homo materialis & animalis.

spiritali deflexione. Postea autem circumdatam ipsi dicunt pelliceam tunicam, quam sensibilem carnem esse volunt. Porro partum matris ipsorum ipsius Achamoth, quem per speculationem angelorum qui circa Saluatorem sunt peperit, coessentiali matri existentem spirituales, & ipsum ignorasse opificem dicunt, & clandestinè depositum esse in ipsum, ipso non sciente, ut per ipsum in animam quae ab ipso est seminata, & in materiali hoc corpore gestatus, & in his etiam auctus, paratus fieret ad susceptionem perfecti. Latuit igitur, velut dicunt, opificem, ille confeminatus cum insufflatione ipsius spiritalis homo, per inenarrabilem prouidentiam ab ipsa Sapientia. Sicut enim matrem ignorasse, ita etiam semen eius dicunt, quod ipsum sanè Ecclesiam esse volunt, exemplar supernae Ecclesiae: & hoc etiam in seipsis esse censent, ut habeant ipsi animam quidem ab opifice, corpus vero à terra, & carnem à materia, spirituales vero hominem à matre Achamoth. Quum igitur tria sint, Materiale quidem, quod etiam Sinistrum vocant, necessariò perire dicunt, ut pote quod nullam incorruptibilitatis spirationem ostendere possit: Animale vero, quod & Dextrum appellant, ut quod medium sit inter materiale & spirituale, eò secedere, quocumque; tandem inclinationem fecerit: Spirituale vero emissum est, quo hic anitur. mali coniunctum formetur, ceorudum ipsi in conuersione. Atque hoc esse dicunt Sal & Lucem mundi. Opus enim habebat animalibus & sensibilibus disciplinis, per quas etiam mundum constructum esse dicunt. Sed & Saluatorem ad hoc animale aduenisse: nam & liberum arbitrium id habet, ut ipsum saluet. Quae enim saluare volebat, eorum primitias ipsum suscepisse dicunt: Ab Achamoth quidem spirituale, ab opifice vero indutum esse animale *C H R I S T V M*, à dispensatione vero circumdatum esse corpus animale essentiam habens, verum arcano artificio constructum, ad hoc ut & invisibilis & impalpabilis, ac afflictionis exors factus sit. Materiale vero nihil ipsum suscepisse dicunt: non enim esse materiam capace salutis. Perfectionem autem fore, quando formatum ac perfectum effectum fuerit cognitione omne spirituale: hoc est, Spirituales homines perfectam cognitionem de deo & de Achamoth habentes, & seipsos mysterijs initiatos hos esse asserunt. Erudiuntur enim in animalibus rebus animales homines, qui per opera & nudam fidem confirmantur, & perfectam cognitionem non habent. Esse autem hos nos, qui ab Ecclesia sumus, dicunt. Quapropter etiam nobis bona opera necessaria esse pronuntiat. aliter enim impossibile est saluari. Seipsos vero non per opera, sed propterea quod ex natura spirituales sunt, penitus & omnino saluari docent. Quemadmodum enim terreum impossibile est particeps fieri salutis, non enim capax eius esse ipsi dicunt: sic rursus idè impossibile esse volunt, spirituale corruptionem suscipere, in quibuscumque tandem operationibus versentur. Quo enim modo aurum in caeno depositum non amittit pulchritudinem suam, sed propriam naturam conseruat, caeno nullam iniuriam auro inferente: sic etiam seipsos dicunt, in quibuscumque materialibus actionibus versentur, minime laedi, neque abiicere spirituales substantiam. Quapropter sanè etiam interdicta omnia intrepidè qui perfectissimi sunt, faciunt, de quibus scripturae affirmant, quod facientes ipsa regna Dei non possidebunt. Etenim quae simulachris dicata sunt, indifferenter edunt, neque se inquinari ab ipsis putantes. Et ad omnes festiuitas gentium delicias ad honorem simulachrorum fientes, primi conueniunt, ut aliqui ipsorum neque à spectaculo apud Deum & homines odiofo, eorum qui cum feris depugnant, & gladiatoriam artem in hominum cadem exercent, abstineant. Alii etiam voluptatibus carnis ad satietatem inferuientes, carnalia carnalibus, & spiritalia spiritalibus attribui dicunt. Et quidam ex ipsis mulierculas, quae clandestinè ab ipsis hac doctrina erudiuntur, corrumpunt: velut sapissimè ab aliquibus ipsorum deceptae, & postea ad Ecclesiam Dei conuersae foeminae, etiam hoc ipsum cum reliquo errore confessae sunt. Alii palam omni pudore exuto, quascunque amauerint foeminas, eas à maritis auulsas sibi vxores duxerunt. Alii rursus modestè ab iniurio, velut cum sororibus se habitare simulantes, progressu temporis deprehensi sunt, praegnantem sororem à fratre facta. Sed & alia multa detestanda ac impia facientes, nobis qui propter timorem Dei etiam cogitatione ac verbis peccare cauemus, insulant, velut idiotis, & nihil scientibus. Seipsos vero exaltat perfectos se appellantes, & semina electionis. Nos enim in vsu gratiam accipere dicunt, & propterea ipsa spoliari: seipsos autem priuatim partam, quae ex supernis ab inenarrabili & innominata coniugatione descendit, gratiam habere, & propterea adiici eam ipsis. Quapropter etiam omni modo oportere ipsos semper coniugationis mysterium cogitare ac meditari. & hoc stupidis persuadent his verbis sic dicentes: Quicumque in mundo natus ac degens, vxorem non amauerit, ut ipsi commixtus sit, non est ex veritate, & non procedet ad veritatem. Qui vero ex mundo natus est, & mixtus fuerit mulieri, non procedet ad veritatem, propterea quod in concupiscentia mixtus est mulieri. Ob id igitur bonos animales nos nominant, & ex eo mundo esse dicunt, & necessariam nobis continentiam & bona opera, ut per ipsa veniamus ad medietatem. Ipsis autem spiritalibus ac perfectis appellatis, nequaquam. Non enim operatio ad complementum inducit, sed semen quod illic parum emittitur, & hic perficitur. Cum vero omne semen perfectum factum fuerit, Achamoth matrem suam discedere de medio loco dicunt, & intra complementum ingredi, & recipere sponsum suum Saluatorem, eum qui ex omnibus factus est, ut coniugatio fiat Saluatoris & Sapientiae, ipsius Achamoth videlicet. & hoc esse sponsum & sponsam: nuptiarum vero domum, totum complementum. At vero spirituales ubi animas exierunt, & spiritus intellectuales facti sunt, invisibiliter & incomprehensibiliter intra complementum ingressos, sponsas attribui angelis qui sunt circa Saluatorem. Opificem vero etiam ipsum transire in matris Sapientiae locum, hoc est in medietatem, iustorum item animas requiescere etiam ipsas in medietatis loco. Nihil enim animale intra complementum transire. His autem sic factis, ignem latentem in mundo ubi effulsit & exarsit, omnemque materiam consumpsit, simul cum ipsa consumptum iri, ad hoc ut non amplius sit secessurum esse dicunt. Ceterum opificem nihil horum nouisse pronuntiat

Homo spiritalis.

Cur materialia sinistra dicantur.

Animale dextrum.

Spirituale emissum propter coiumctio nem.

Necessitas bonorum operu.

Valentini anioomnia etiam interdita faciunt.

Mulieres ab haereticis deceptae.

Haeretici Catholicos inconfutunt.

Veritatis defectus vnde.

Generatio nis authoros inaudiri.

Mundi consumptio per ignem.

pronunciant ante Saluatoris aduentum. Sunt autem qui dicunt, emisisse ipsum etiam CHRIS TV M filium proprium, sed animale: & de hoc per prophetas loquutum esse. Et sic autem hunc qui per Mariam transiit, quem admodum aqua per canalem transit. Et in hunc in baptisate descendisse illum qui est ex complemento ex omnibus Saluatorem, in specie columba: fuisse autem in ipso idem semen ipsum Achamoth spiritale. Itaque Dominum nostrum ex quatuor his compositum fuisse dicunt, conseruantem figuram primogeniti ac primarii quaternarii: ex spirituali, quod erat ab Achamoth: ex animali, quod erat ab opifice: ex dispensatione, quod erat constructum arcana arte: & ex Saluatore, quod erat columba quæ in ipsum descendit. Et quidem afflictionis exors permanisse. Nō enim possibile erat ipsum pati, quum non apprehensibilis & inuisibilis esset. & propterea cum adduceretur ipse ad Pilatum, depositum in ipsum C H R I S T I, spiritum sublatum esse. Imo neque semen à matre passum esse dicunt. Laesionis enim expers est, & inuisibile, quod est spirituale, etiam ipsi opifici. Passus est igitur ex ipsorum sententia animalis C H R I S T V S, & qui ex dispensatione arcana modo constructus est: quo ostenderet ipsum mater figuram superni C H R I S T I, illius qui extensus est in cruce, & formauit Achamoth formatione secundum essentiam. Omnia enim hæc figuræ illorum esse dicunt. At animas quæ habuerunt semen Achamoth, meliores fuisse dicunt quàm reliquas, & ideo plus dilectas fuisse ab opifice, ignorante causam, & ab ipso tales esse putante. Quapropter & in prophetas constituit ipsas, & sacerdotas ac reges. Et multa ab hoc semine dicta esse per prophetas narrat, vt pote quorum animæ altioris sint naturæ. Multa verò etiā matrē de superioribus dixisse ferit, sed & per hoc semē, & per animas ab hoc factas. Et deinceps diuidit prophetias, aliquid à matre dictū esse volentes, aliquid à semine, aliquid ab opifice. Sed & X E S V M similiter, aliud à Saluatore dixisse, aliud à matre, aliud ab opifice, velut in progressu orationis ostendemus. Opificem verò, vt qui ea quæ supra ipsum sunt ignoret, moueri quidem propter ea quæ dicuntur: contempsisse verò ipsos, cum aliā causam putasset, quam spiritum qui prædicat, habens & ipse proprium quendam motum, aut hominem, aut manuum complexum. Et sic ignorantem permanisse vsque ad aduentum Domini. Vbi verò venisset Saluator, didicisse ipsum ab illo omnia dicunt, & beneuolum ad ipsum accessisse cum omni virtute sua. Et ipsum esse centurionem in Euangelio, qui dicit ad Saluatorem: Nam & ego sub potestate mea habeo milites & seruos, & quocumque mandauero faciunt. Absoluturum porrò ipsum esse gubernationem mundi vsque ad opportunū tempus maximè verò propter Ecclesiæ curam: imò etiam propter cognitionem præparati ipsi præmii, quia in matris locum transibit. At verò hominum tria genera constituunt, spirituale, terrenum, animale: quemadmodum fuerunt, Cain, Abel, Seth. & ex his tres naturas non amplius in vno, sed in genere. Et terrenum quidem in corruptionem transire: animale verò si meliora eligat, in medietatis loco quiescere: si verò deteriora transierit esse etiam ipsum ad similia. Spirituali autem quæ seminauerit Achamoth, ex eo tempore vsque in præsens, à iustis animis eiudita hic, & enutrita, propterea quoddam parua sunt emissa, posteaque perfectione digna facta, sponas attribui angelis Saluatoris docent: cum animalia hominū genera necessariò in medietate cum opifice requiescant in æternum. Et ipsos sanè Animales homines rursus subdiuidentes, dicunt alios naturā bonos esse, alios naturā malos. & bonos quidem esse hos, qui feminis capaces sunt: verum naturā malos nunquam illud semen suscipere posse. Cum igitur talis sit ipsorum doctrina, quam neque propheta prædicauerunt, neque Dominus docuit, neque Apostoli tradiderunt, quam de vniuersis iactant se plus aliis cognouisse, ex non scriptis legentes, & quod dici solet, ex arena funiculos necere studentes: ad faciendam fidem conantur prædictis adaptare aut parabolas dominicas, aut sermones propheticos, aut dicta apostolica quo figuratum ipsorum non testibus carere videatur, ordinem & seriem scripturarum transilientes, & quantum in ipsis est membra veritatis soluentes. Transferunt enim & transformant, & aliud ex alio facientes, multos decipiunt per male compositam Dominicorum verborum adaptatorum sapientiam. Quemadmodum si quis regie imaginis pulchritudinem ex preciosis lapidibus fabricare à sapiente artifice, subiectam hominis formam soluat, & lapillos illos transferat & accommodet, ac faciat formam canis aut vulpeculæ, atque hanc male fabricatam. Deinde præscribat ac dicat, hanc esse regis imaginem illam pulchram, quam sapiens artifex fabricauit, ostendens lapillos illos à primo artifice probè in regis imaginem compositos, verum male à posteriore in canis formam translatos: & per lapillorum apparentiam seducat imperitiores, qui regie formæ notionem non habent: & persuadeat, quod hæc putrida vulpeculæ forma sit pulchra illa regis imago. Ad eundem sanè modum etiam hi anicularum fabulas consentientes, deinde verba & dictiones & parabolas vnde cumque detrahentes, adaptare volunt fabulamentis suis eloquia Dei. Et quæ quidem intra complementum adaptant, diximus. Quæ verò his quæ extra complementum ipsorum sunt, adaptare & accommodare conantur ex Scripturis, sunt huiusmodi. Dominum in nouissimis mundi temporibus propter hoc ad passionem venisse dicunt, vt ostenderet afflictionem circa postremum seculum factam, & per suam finem declararet finem totius ne gocii circa ipsa secula. Virginem autem illam duodecim annorum archisynagogi filiam, quam præses Dominus ex mortuis suscitauit, figuram ipsius Achamoth esse narrat, quam extensus C H R I S T V S ipsorum formauit, & ad perceptionē lucis, quæ ipsam reliquerat, perduxit. Quod autē apparuerit ipsi Saluator extra complementū existenti in abortu sorte, Paulū dixisse dicit in prima ad Corinthios epistola: Postremū autem omnium velut abortiuo visus est etiā mihi. Et aduentum Saluatoris cum coactis ad ipsam Achamoth, similiter ipsum manifestasse in eadem epistola, dum dixit: Oportet mulierem velamen habere in capite, propter angelos. Et quod veniente Saluatore ad ipsam, Achamoth ob verecundiam velamen imposuerit, Moysen manifestum fecisse, dum velamen posuit super faciem suā. Et afflictiones ipsius quæ passa est, significasse Dominum dicit in cruce. Et in eo quidem quod dixit, Deus

Quis descendit in Christum sub specie columbe.

Christus qualis passus sit.

Prophetiarum per interlocutores distributio.

Centurio in Euangelio.

Hominum genera tria.

Ex arena funiculū necere.

Simile.

Cōsule anicularū fabulam.

Deus meus cur dereliquisti me: significasse ipsum, quod relicta fuit à luce, ipsa Sapientia: & prohibita est à Termino ab ulteriore progressu. Tristitiam verò ipsius significasse, dum dixit: Tristis est anima mea vsque ad mortem. Timorem autem, dum dixit: Pater si possibile est, transeat à me poculum hoc. Sed & desperationem similiter in eo quod dixit: Et quid dicam, non scio. At tria hominum genera sic ipsum demonstrasse docent: Materiale quidem in eo quod dixit ad eum qui interrogauerat, Sequar te: Non habet filius hominis, vbi caput reclinet. Animale verò in eo quod dixit ad eum qui dixerat, Senne domini quare, verum per mite mihi primum domesticis meis, &c. Nemo admota aratro manu in tergum relapiciens, idoneus est regno celorum. Hunc enim dicunt medium esse, & illum similiter qui plurimas iusticiæ partes cōfessus est se fecisse, & postea sequi noluit à diuitiis victus, vt non perfectus euaderet: nam & hunc animalis generis fuisse volunt. Spirituale verò in eo quod dixit: Dimitte mortuos suos: tu autem vade, & annuncia regnum Dei. Et dum ad Zacchæum publicanum dixit: Festinus descende, nam hodie in domo tua oportet me manere. Hos enim spiritualis generis fuisse prædicant. Et fermēti parabolam, quod mulier in faring sata tria abscondisse dicitur, tria hominum genera significare dicunt. Mulierem enim sapientiam dicit docent: farinæ verò tria hominum genera, spirituale, animale, terrenum. Fermentum autem, ipsum Saluatorem dictum esse docent. Et Paulum dixisse, Terreos, animales, spirituales, nunc quidem: Qualis terrenus, tales & terrei, nunc verò: Animalis verò homo non suscipit ea quæ spiritus sunt. Alibi autem: Spirituales indagat omnia. Carterum illud, Animalis non suscipit ea quæ spiritus sunt de Opifice dictum esse pronunciant, qui cum animalis sit, non nouerit neque matrem spiritualementem, neque semen ipsius, neque ea quæ in complemento sunt secula. Et quod eorum quos saluare volebat Saluator, primitias assumpsit, Paulum dixisse: Et erant primitiæ sanctæ, & ipsa massa, primitias quidem spirituale dictum esse docentes, massam verò nos, hoc est animalē ecclesiam, cuius massam ipsum assumpsisse dicunt, & in seipso contraxisse, quoniam ipse fermentum erat. Quod autem Achamoth extra complementum errauerit, & à Christo formata sit, & à Saluatore requisita, ipsum indicare dicunt in eo quod dixit, se ipsum venisse ad erroneam ouiculam. Oviculā enim erroneam, matrem ipsorum dicit exponunt, ex qua Ecclesiam hic seminatum esse volunt. Errorem autem extra complementum, in affectibus commorari, ex quibus materiam factam esse asserunt. At verò mulierem verentem domum, & inuenientem drachmam, supernam Sapientiam dicit narrat: quæ vbi amisit et cogitationem suam, postea purgatis omnibus per Saluatoris aduentum, reperit ipsam: quapropter & hanc restitutam esse ex ipsorum sententia, intra complementum. Symeonem porrò qui in vlnas accepit C H R I S T V M, & gratias egit ipsi, ac dixit, Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace: figuram opificis esse dicunt, qui vbi venisset Saluator, didicit transpositionem suam, & gratias egit Profundo. Et per Annam prophetissam quæ in Euangelio prædicatur septem annis cum viro vixisse, reliquo verò omni tempore vidua permansisse, donec cōspecto Saluatore agnouit ipsum, & loquebatur de ipso ad omnes, manifestissimè Achamoth ipsam significari asserunt: quæ cum modico tempore Saluatorem cum coactis suis vidisset, reliquo vniuerso tempore in medietate existens, expectabat ipsum quando venturus esset, & ipsam coniugationi suæ restitutus. Sed & nomen ipsius indicatum esse à Saluatore, dum dixit: Et iustificata est Sapientia à filiis suis, & à Paulo itidem sic: Sapientia autem loquimur inter perfectos. Quin & coniugationes intra complementum Paulum dixisse asserunt, ostensione in vno facto. De coniugatione enim circa vitam scribēs, dixit: Mysterium hoc magnum est. Ego autem dico in C H R I S T V M & Ecclesiam. Insuper & Ioannera discipulum Domini docent primum Octonarium indicasse, hæc verba proferentes hoc modo: Ioannes discipulus Domini volens dicere vniuersorum generationem, per quam omnia produxit pater, principium quoddam proponit, quod primum generatum est à Deo, quod sanè & filium vnigenitum & Deum vocauit, in quo pater omnia produxit seminarario modo. Ab hoc autē dicit Verbum productum esse, & in ipso vniuersam seculorum essentiam, quam ipsum Verbum postea formauit. Quoniam igitur de prima generatione dicit, rectè à principio, hoc est Deo & Verbo doctrinam facit. dicit autem sic: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc est in principio apud Deum. Prius distinxit tria, Deum, & Principium, & Verbum: & rursus ipsa vnit, quo & productionem amborum ipsorum ostendat, tum Filii, tum Verbi: & simul vntionem inter ipsos mutua, ad patrem. In patre enim, & ex patre principium: in principio autem, & ex principio erat Verbum: erat enim in filio. Et Verbum erat apud Deum: nam in principio. Et Deus erat Verbum, consequenter omnino, nam quod ex Deo genitum est, Deus est. Hoc erat in principio apud Deum: ostendit productionis ordinem. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: omnib. enim post ipsum seculis formæ & generationis auctor Verbum factum est. Sed quod factum est in ipso, inquit, vita est. Hic etiam coniugationem indicauit. vniuersa enim per ipsum facta esse dixit, vitam verò in ipso. Hæc igitur quæ in ipso facta est, cōiunctior est ipsi, quàm ea quæ per ipsum facta sunt. Cum ipso enim est, & per ipsum fructum facit. Quandoquidem enim infert, Et vita erat lux hominum. Vbi hominem nunc dixit, etiam Ecclesiam æquiuocè cum homine indicauit, quo per vnum nomen indicaret coniugationis societatem. Ex Verbo enim & Vita, homo gignitur, & Ecclesia. Lucem autem dixit hominū ipsam vitam: propterea quod d illuminati sunt ab ipsa, hoc est formati & manifestati. Hoc verò etiam Paulus dicit: Omne enim quod manifestatur, lux est. Quando itaque manifestauit & genuit Vita hominem & Ecclesiam, Lux ipsorum dicta est. Clarè igitur indicauit Ioannes per hæc verba cum alia, tū secundum quaternarium, Verbum videlicet, & vitam, hominem & Ecclesiam. Imò & primum quaternarium significauit. Narrans enim de Saluatore, & dicens omnia extra complementum per ipsum formata esse, fructum esse dicit ipsum toti complementi. Etenim Lucem dixit ipsum quæ in tenebris lucet,

De passio ne domini vanacogi ratio.

Pro diuersitate affectu Christi in Euangelio loquuntur dicit.

Animalis Ecclesia.

Inuentio dragme quomodo facta.

Historia Annae prophetissæ intelligētia.

Octonarii per Ioannē explicatio.

Euangelii Ioannis tortura.

Alia in verbosa. Et alia ab ipso.

Quaternarius inre-
bus factis
explicatio.

Quaternarius & ob-
sonarii
mysterium

Euangelii
Ioannis ratio.

Expositio
adultera-
ta.

Euangelii
Ioannis.

Cur Ioan-
nes non me-
minit ini-
tium Eu-
gelij sui
Iesu Chri-
sti.

Opinio-
nes erro-
neae de ve-
bo dei.

Ex Ioan-
ne verè
verbum
caro factum
est.

Falsa re-
rum diui-
narum cum
figmentis
poeticis
composi-
tio.

Homeri-
corum ver-
suum cen-
to ad ostē-
tationem
confutatus.

lucet, & non apprehensa est ab ipsis: quoniam omnia quae facta sunt ex affectu & afflictione concin-
nauit, & ignoratus est ab ipsis tenebris. Sed & Filium & Veritatem & Vitam appellat ipsum, & Ver-
bum carnem factum, cuius gloriam vidimus, inquit, & erat gloria ipsius velut vnigeniti à patre ipsi da-
ta, plena gratia & veritate. Dicit autem sic: Et verbum caro factum est, & habitauit inter nos, & vidi-
mus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, plenum gratia & veritate. Exactè igitur etiam pri-
mum in dicitur quaternarium, ubi Patrem dixit, & Gratiam, & Vnigenitum, & Veritatem. Sic Ioan-
nes de primo & omnium seculorum matre, Otonario dixit. Patrem enim dixit, & Gratiam, & Vnige-
nitum, & Veritatem, & Verbum, & Vitam, & Ecclesiam. Vides o charissime, viam & methodum, qua
vrentes seipfos decipiunt, calumniantes scripturas, figmentum suum ex ipsis confirmare conantes. Ob
hoc enim & ipse apposuit ipsorum verba, quo ex ipsis intelligas insidiarum improbam fraudem, & er-
roris maliciam. Primum equidem si proposuisset Ioannes supernum Otonarium ostendere, ordinem
vtique seruasset productionis: & primum quaternarium, qui venerandissimus est, velut dicunt, inter
prima nomina posuisset, atque sic secundum coniunxisset, vt per nomen ordinem Otonarii ordo
ostenderetur: & non post tantum interuallum velut oblitus, & postea recordatus, in extremis primi quater-
narii mentionem fecisset. Deinde si etià coniugationes significare voluisset, Ecclesiam nomē non sanè reli-
quisset, aut etià in reliquis coniugationibus masculinorum appellatione cōtentus fuisset, qui etià illa alia
si similiter adintelligi possint, quo per omnia vnitatem conseruasset, aut si reliquorum coniuges recen-
suit, etiam hominis coniugem indicaasset, & non dimississet ex vaticinatione nos nomē ipsius accipere.
Manifestè igitur est adulterata expositio. Quam enim Ioannes vnū Deum omnipotentem, & vnum
vnigenitum **C H R I S T V M I E S V M** praedicat, per quem omnia facta esse dicit, hunc vnigenitum
hunc omnium factorem, hunc lucem veram illuminatē omnem hominem, hunc mundi creatorem
hunc eum qui in propria venit, hunc eundem carnem factum, & qui habitauit inter nos. Illi peruertentes
iuxta verisimilem expositionem, alium vnigenitum esse volunt iuxta productionem, quem sanè &
principium vocant: & alium Verbum filium vnigeniti: & alium **C H R I S T V M** ad correctionem com-
plementi emissum, & vnumquodque ex relatis à veritate sublatum, abutentes nominibus ad propriū
propositū transulerunt. Quare secundum ipsos inter tot nomina Ioānes Domini **I E S V C H R I S T I**
mentionem non fecit. Si enim Patrem dixit, & Gratiam, & Vnigenitum, & Veritatem, & Vitam, &
B. Ioānis. Hominem, & Ecclesiam, iuxta illorum argumentum de primo otonario dixit, in qua nondum **I E S V S**,
nondum **C H R I S T V S** Ioannis magister. Quod autem non de coniugationibus ipsorum Apo-
stolus Ioannes dixit, sed de Domino nostro **I E S V C H R I S T O**, quem & Verbum Dei esse nouit, ipse
manifestum fecit. Repetitionem enim faciens de Verbo ab ipso supra in principio relato, insuper ex-
ponit: Et Verbum caro factum est, & habitauit inter nos. At secundum illorum argumentū, non Ver-
bum caro factum est, quod sanè neque venit vquam extra complementum, sed ille dispensationis
Saluator Verbo posterior. Discite igitur vos stupidi, quod **I E S V S** qui passus est pro nobis, qui habita-
uit inter nos, hic idem est Verbum Dei. Si enim aliud quoddam seculum pro salute nostra caro factum
esset, verisimile esset de alio Apostolum dixisse. Si verò Verbum illud Patris idem est quod descendit
& ascendit, ille vnus Dei vnigenitus filius, secundum voluntatem patris caro factus est pro hominibus
non de alio quodam, neque de Otonario, Ioannes sermonem fecit, sed de Domino **I E S V C H R I S T O**.
Neque enim Verbum secundum ipsos principaliter caro factum est. Dicunt enim Salvatore indui-
sse corpus animale ex dispensatione constructū arcana prouidentia, ad hoc vt inuisibilis & impalpabi-
lis fieret. Caro autem est vetus illa ex terra secundum Adam facta formatio à Deo, quam verè factum
esse Verbum Dei, Ioannes significauit. Et dissolutus est ipsorum primas atque ab initio genitus Oton-
natus. Cū enim vnum & idem ostendatur Verbum, & Vnigenitus, & Vita & Lux & Saluator, &
C H R I S T V S & filius Dei, & hoc idem caro factum sit pro nobis, soluta est Otonarij illorum compa-
go. Hac autem soluta, interdidit vniuersa ipsorum tractatio, quam falso somniantes imperpetuū scriptura-
ras, proprium argumentum effingentes. Deinde dictiones & nomina sparsim posita colligentes, trans-
ferunt (velut antea diximus) ex eo quod secundum naturam est, in id quod est contra naturam: similia
facientes his qui argumēta vtcunque occurrentia sibi ipsis proponunt, & postea ex Homerij poematis
ipsa tractare conantur, vt imperitiores putent de illo ex propinquo tracto argumento Homerum ver-
sus fecisse, & multi corripiantur ac seducantur per compositam verborum consequentiam, tanquam
hos sic Homerus fecisset. Quemadmodum fecit ille qui Herculem ab Eurytheo ad canem in Orco
missum, per Homericos versus describit hoc modo. Nihil enim prohibet exempli gratia, etiam horum
mentionem fecisse, quum similis & idem sit vtrorumque conatus.

Hac vbi dicta dedit, dimisit ab adibus illum
Suspirantem altè, magnarum nomine rerum
Amphitryoniaden gestarum saepe coruscum,
Eurytheus Sthenelinatus, valde inclutus heros,
Duētum ex Erebo & tristi de limine Ditis
Cerberum, vt insuperis latratus ederet auris.
Ille autem mediam permensus fortiter vrbe,
Montanus veluti leo abibat, robore nixus.
Ast illum comites cuncti post verga sequuti,
Et pueri, & sponsae forma praestante, senesque
Lugebant, veluti qui mortis limina adiret.
At Maia genitus, Pallas quoque casta, cunctem
Deducunt, vt quò tendebat cautior iret.

Norat

Norat enim affectus fraterni pectoris ipsa.

Quisnam ex simplicioribus non corripiatur ab his versibus? & nō putarit sic ipsos Homerum de tali ar-
gumento fecisse? Verum qui expertus est Homericā poēsis tractationem, ipsos agnosceret, gnarus quòd
partim de Vlyse dicti sunt, partim de ipso Hercule, partim de Priamo, partim de Menelao & Agamē-
none, & sublatis ipsis, singulisque in proprios locos restitutis, totam argumenti tractationem è medio
tollet. Sic verò etiam qui regulam veritatis immobilem in seipso tenet, quam per baptismum accepit,
nomina quidem & voces ac parabolas ex scripturis agnosceret: verum blasphemum hoc argumentum
non agnosceret. Etsi enim lapillos cognosceret, tamen vulpeculam pro regia imagine non recipiet. Sed sin-
gulis dictis in proprios locos relatis, & veritatis corpusculo adaptatis, ipsorum figmentum denudabit,
& ex rerum natura auferet. Quandoquidem verò huic scenæ deest refugium, & quò euadāt habet, quo
quis ipsorum imitationem transgressus doctrinam destructoriā inferre possit: rectè fieri à nobis pu-
tauimus, vt ostenderemus prius in quibus huius fabulæ partes inter seipfos dissentiant, vt qui ex di-
uersis spiritibus erroris existunt. Nam ex hoc exactè cognoscere continget, etiam ante demonstratio-
nem, firmam esse eam quae ab Ecclesia praedicatur veritatem, & mendacium illud quod ab his est fal-
sò constructum. Ecclesia enim quanquam per vniuersum orbem terrarum vsque ad fines terræ dispersa,
ab Apostolis & ipsorum discipulis fidem accepit, quae est in vnum Deum omnipotentem, qui fecit cœ-
lum & terram, & maria, & omnia quae in eis sunt: Et in vnum Christum **I E S V M**, filium Dei, in carna-
tum pro nostra salute: Et in Spiritum sanctum, qui per prophetas praedicauit dispensationis mysteria,
& aduentus, & ex virgine natiuitatem, & passionem, & resurrectionem ex mortuis, & in carne ad cœ-
lestium assumptionem dilecti Christi Iesu Domini nostri, & ipsius ex caelis in gloria patris aduentum ad
instauranda omnia, & excitanda omnem totius humani generis carnem: quo Christo Iesu Domino
nostro, & Deo, & Saluatori & regi, iuxta voluntatem Patris inuisibilis, omne genu flectatur, caelestium
& terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur ipsi, & iudicium iustum in omnib. faciat: &
spiritualia quidem nequitiae, & angelos transgressos ac desertores factos, & impios ac iniustos, & ini-
quos ac blasphemos homines in ignem aeternum mittat: iustos verò & sanctos, & qui mandata ipsius ser-
uarunt, & in dilectione ipsius permanserunt, partim ab initio, partim ex poenitentia, vitam largitus in-
corruptibilitatem donet, & gloriam aeternam tribuat. Hanc praedicationem & hanc fidem Ecclesia (ve-
luti dixi) adepta, quam per totum mundum dispersa, diligenter conseruat, quasi vnam domum in-
habitans: & similiter his credit, velut vnam animam & idem cor habens, & consonè hæc praedicat &
docet, ac tradit, velut vno ore praedita. nam linguae in mundo dissimiles sunt, verum virtute traditionis
vna & eadem est. Et neque in Germaniis fundatae Ecclesiae aliter credunt, aut aliter tradunt, neque in
Hispaniis, neque in Celtis, neque in Oriente, neque in Aegypto, neque in Lybia, neque haec quae in me-
dio mundo constitutae sunt. Sed quemadmodum Sol creatura Dei, in toto mundo vnus & idem est: sic
etiam praedicatione veritatis vbique lucet, & illuminat omnes homines ad cognitionem veritatis venire
volentes. Et neque qui valde potens est in dicendo ex Ecclesiae praefectis, alia ab his dicit. Nemo enim
est super magistrum: neque debilis in dicendo hanc traditionem imminuet. Quum enim vna & eadem
fides sit, neque is qui multum de ipsa dicere potest, plus quam oportet dicit: neque qui parum, ipsam
imminuit. Et verò plus atque minus iuxta intelligentiā aliquos nosse, non in alterando idem argumen-
tum contingit, & in excogitando alium Deum praeter opificem & creatorem & nutritorem huius vni-
uersi, ita vt hoc non sis contentus: aut alium **C H R I S T V M**, aut alium vnigenitum. Sed in eo verè
paraboli dicta sunt amplius explices, & ad fidei propositum accommodes, & vt tractationem & di-
spensationem Dei in genere humano factam enarres: & quòd longanimitas fuerit Deus propter trans-
gressorum angelorum defectionem, & ob hominum inobedientiam declares: & vt cur alia tempora-
lia, alia aeterna, & alia caelestia, alia terrestria, vnus & idem Deus fecit, annuncies: & quum inuisi-
bilis sit Deus, prophetis apparuerit non in vna forma, sed aliter aliis, intelligas: & vt cur plura testamen-
ta hominibus tradita sint, significes: & quis sit vniuersusque testamenti character doceas: & vt cur
factum est, & passum est, gratias agas: & cur in nouissimis temporibus aduentus filij Dei apparuerit,
hoc est principium in fine, denuncies: & de fine atque de futuris, quae in scripturis habentur, explices:
& quare desperatas gentes, cohaeredes & eiusdem corporis, & participes sanctarum Deus fecit, ne-
taceas: & quomodo mortalis haec caruncula induet immortalitatem, & corruptibilis incorruptibilita-
tem, praedices: & quomodo non populus, est populus: & non dilecta, dilecta: & quomodo plures eius
quae deserta est liberi, quam eius quae vnum habet, doceas (ob haec enim & similia ipsis, exclamauit A-
postolus: O altitudo diuitiarum, & sapientiae, & scientiae Dei, quam imperscrutabilia sunt iudicia eius,
& imperuestigabiles vias ipsius) & non in eo vt super creatorem & opificem illorum matrem, & ipsius
cogitatione seculi errantis excogites, & ad tantā blasphemiam deuēnas: neque vt rursus complementum
super ipsam, nunc triginta nunc innumerabiliū seculorum gentem ementiamus quemadmodum hi di-
cunt, reuera diuina intelligentia destituti doctores, quū ea quae est Ecclesia vniuersa vnam & eandē fidē
habeat per totū mundū, velut diximus. Videamus porro nunc inconstantem etiam horum sententiam,
quū sint duo vel tres, quomodo de iisdē non eadem dicunt, sed & rebus, & verbis cōtraria pronunciat.
Nam Valentinus, qui primū a Gnostica appellata secta principia ad proprium doctrinae characterem
adaptauit, sic protulit: dualitatem sine binarium ininominabilem esse decernens, cuius altera pars ap-
pellatur Inenarrabilis, altera Silenium. Deinde ex hoc binario secundum binarium productum esse,
cuius alteram partem Patrem nominat, alteram Veritatem. Ex hoc autem quaternario productum esse
Verbum & Vitam, Hominem & Ecclesiam, illaque hunc Otonariū primum. Et à verbo quidē ac vita
decem

Cautè le-
genda ca-
tholicis
poemata.

Sapiens
ex spiritu
dei Indi-
cat omnia
Fides ve-
ra quae sit.

Spiritus
santi per
interpres
scriptura-
rum.

Fidei Ec-
clesiae scri-
pturis in-
telligen-
dis veri-
tas indefi-
ciens.

Plus aut
minus eru-
diti in fide
qui dicant-
tur.

Quòd ver-
bum Caro
factum est
gratias a-
gendas.

Epiphone-
ma Pauli
ad deum.

Valentia
norū dog-
matum in-
constantia.

Periculo-
sa adinuen-
tio.

Genera-
tio tempo-
raria
Christi co-
tra scrip-
turam.

Gnostici
falso ap-
pellati.
Spiritus
sanctus
ab Ecce-
sia produ-
ctus.

Clemens.
Hippoly-
tus.

Fabula-
menta he-
reticorum.

Parabolę
Christi no-
dant occa-
sionem ad
malum ab
illa expli-
cata.

Sapientię
diuine a
mudana,
differētia
ex B. Iaco-
bo.

Falsa lu-
da prodū-
toris duo-
decimi se-
culi repre-
sentatio.
Heresis
huius va-
nitas.

Fabula
scorpionū
catena.

decem Virtutes productas esse dicit, velut antea diximus. Ab homine verò & Ecclesia duodecim, ex quibus vnam defectricē ac discedentē reliquā tractationem fecisse. Terminos itē duos asseruit, alterū inter profundum ac reliquum complementum, distinguentem genita secula ab ingenito patre: alterum separantem ipsorum Matrem à complemento. Sed & CHRIS T V M non à seculis quæ in complemento sunt, emissum esse, sed à matre extra constituta ex præstantiorū sententia genitum esse cum vmbra quadā. Et hunc quidem vt qui masculus esset, à seipso vmbra dissecuisse, & ad complementum recurrisse: Matrem verò relictam cum vmbra, euacuata spiritali substantia, alium filiū protulisse. Et hunc esse opificem, quem etiam omnipotentem dicit, subiectorum. Simul autem prolatum esse cum ipso etiam sinistram principem docuit, similiter velut Gnostici falso appellati, de quibus à nobis dicitur. Et IES V M aliquando quidem ab eo qui separatus est à Matre ipsorum, & vniuersis ammixtus, hoc est à voluntate, productum esse dicit. Aliquando verò ab eo qui in complemento recurrit, hoc est CHRIS T O. Aliquando autem ab Homine & Ecclesia. Sed & Spiritum sanctum ab Ecclesia dicit productum esse, ad indagacionem ac fructificationem seculorum inuisibiliter in ipsa ingressum, per quem secula plantas veritatis proferunt. Hactenus Irenęus. Et hæc quidem atque huiuscemodi prædictus vir fenex Irenęus, per omnia ex Spiritu sancto ornat, velut generosus arhleta à Domino prolatus, & cælestibus gratis ac donis illitus, secundum verā fidē ac scientiam luctatus, cōtravniuersum ipsorum delirium argumentū decertauit, & ea quæ vanē ab ipsis proferuntur, ad verbū recenfit. Exatissimē verò ipsos in secundo libro suo ac reliquis confutauit, volens quodāmodo hūmi prostratū ac dēuictum trahere, & coram omnibus in triumphū ducere, & impudentis ac debile vanę opinionis prouocationē atque illecebras in ipso prostrato deprehendere. Nos autē his paucis à nobis dictis cōtenti, & his quæ ab illis veritatis scriptoribus relata sunt ac cōposita, & vidētes quod alii elaborauerunt, Clemēs in quā, & Irenęus, & Hippolyt, & alij plures qui etiā mirabiliter ipsorum fecerūt subuersionē non valde quid amplius labori apponere, velut diximus, volumus, cōtenti prædictis viris: & hoc ipsum cogitantes, quod omni rationis cōpoti etiā ex ipsis in doctrinis ipsorum verbis euersio ipsorum cōtra ipsos apparebit. Primum quidem, quod diuersæ sunt apud ipsos opinionēs, & alter alterius dogmata dissoluere proficitur. Deinde quod inconstantia & non coherentia sunt ipsorum fabulamēta, cum neque Scriptura vsquam talia referat, neque Moysis lex, neque aliquis propheta post Moysen, imò neque Saluator, neque ipsius Euangelistæ, neque Apostoli. Si enim hæc vera essent, Dominus qui ad illuminandum orbem terrarū venit, & prophetæ ante ipsum, deinde etiā Apostoli qui redarguerunt idololatriam, & omnem iniquam actionē, & non timuerunt scribere contra omnem iniquam doctrinam ac aduersitatem, clarē vtique talia nobis annunciasent: & maxime cum ipse Saluator dicat. Externis quidē id parabolis, vobis autem parabolę ad interpretationē regni cælorum dicendę sunt. Quascunq; igitur parabolis in Euangelis dixit, statim interpretatus esse videtur. Profectō dixit & quod sit granū sinapis, & quod fermentū, & quæ mulier quæ fermentum in tria sara coniecit, quæ vinea, quæ ficus, quis seminator, quæ optima terra. Et frustra hi in sanionē à demonibus agitati. De quibus sanctissimus apostolus Paulus inquit: In nouissimis tēporibus deficient aliqui à doctrina, intenti fabulis ac doctrinis dæmonū. Et rursus sanctus Iacobus de tali doctrina dicens: Nō est hæc sapientia quæ ex superis descendit, sed terrestris, animalis, diabolica: superna verò sapientia primum quidē pura est, deinde pacifica, tractabilis, absq; hæsitacione ac diiudicatione, plena misericordia & fructibus bonis, & cætera. Cuius nullus fructus in prædictis reperitur. Apud ipsos enim est inconstantia, & omne iniquum negocium, dæmonumq; foetus, ac sibi illi draconum, aliā aliter & aliud vnoquoq; ipsorum loquēte. Apud quos nō misericordia, non commiseratio reperitur, sed disceptationes & discidia: & nusquam puritates, nusquam pax, nusquam modestia. Volo autē coactus à sermonis progressu, atiam si mededitur esse pollicentis sum, pauca ab ipsis dicta in memoriam reuocata subuerrere. Nō enim artificiosi sermonis mihi cura est, sed legentium vtilitatis. Dicunt itaq; quod duodecimū seculum, illud in defectione constitutum penitus ē numero illorum duodecim excidit, & perditur numerus duodecennarius. Hoc autem factum esse dicunt, eo quod Iudas qui duodecimus erat, excidit. Et sic duodecennarium numerum dissipatū esse. Similiter autem de ea quæ ex sanguinis profluuio laborabat. Et de ea quæ vnam drachmam de decem perdidit. Ostēditur autem, quod neque duodecimū seculum Iudæ personā habere poterit, velut antea à sanctissimo Irenęo dictum est: Iudas enim penitus peritit. Duodecimū verò seculū iuxta ipsorum figmentū nō euacuātū est. Stetit enim corā ipso traditor siue finitor, dixitq; ad ipsum Iao, velut ipsi dicūt, & sic firmatum est. Neque quæ duodecim annis sanguinis profluuio laborauit, ipsorum dramati ac fabulæ assimilabitur. Seruata est enim post duodecim annos, in quibus sanguinis fluxus ab ipsa ferebatur. Non enim per vndecim annos ab afflictione libera degebat, & in duodecimo seruata est. Neque quæ decem drachmas habuit, vnam in totū perdidit, vt seculū materiæ perditū apud ipsos fingatur. Accendit enim lucernam, & inuenit drachmā. Ex duabus itaq; his aut tribus rationibus, omnia ipsorum statim confutata relinquuntur fabulamēta, velut inefficacia ac putrida, à prudentia filii ac liberis sanctę Dei catholice Ecclesię. Vt ne ipsos imperitō, rem in immensam longitadinem extendam, huc usq; facta narratione, & tantę ipsorum improbitati sine imposito, ad sequētes transibo, Deum inuocans dūcem & auxiliatorem nostrę debilitatis, vt ab hac & prædictis scētis seruemur, itemq; ab his quas postea demonstrabimus studiosis, & vanitatum ac inconstantium dogmatum in mundo exactam cognitionem habere volentibus. Nam in multis hic sua formā distemans, & gnosticum, hoc est cognitorem ac scientem seipsum appellans, multos, vt ita dicam, scōrpiōs velut vnam catenam cōnexuit, quemadmodum vterq; & euidens fabula habet: Quod scōrpij alter alteri implexus catenam necētes, decem aut plures, de tecto siue domo seipso demittunt, & sic

& sic cum dolo pernitem hominibus inducunt. Sic & hic, & qui ab ipso originem duxerunt, Gnostici appellati, erroris principes ac duces facti sunt: & occasionibus ab ipso acceptis, alter ab altero doctus, post præceptorē erroris additionē fecit, & aliā hæresim induxit ex priore dependentem. Et sic per successionem in diuersas hæreses ipsi appellati Gnostici diuisi sunt: à Valentinotam en, velut dixi, & antecessoribus eius occasionibus acceptis. At tamē prædictę hæreses vnā cū huius Valētini scēta, per vritatis doctrinā cōculcata à nobis dimitantur. Nos verò persequentes in virtute Dei considerabimus.

Contra Secundianos, quibus coniunctus est Epiphanes, & I sidorus, hæresim XXXI.

PRæterita Valētini hæresi, & multis laborib. in ipso ipsius ratione exhaustis, per multum, vt ita dicam, laborem & agricolacionis afflictionem, ad reliquias spinosę ipsius rationis, & serpiginosę ipsius bestiarum ac reptilium formationis deuenimus: sanctum Spiritum à Christo petentes, quo per ipsum animas diuina doctrina ac sancto verbo attraham, venena ab his qui præoccupati sunt, extrahere possumus. Incipiam autem de his dicere iuxta successione, quis aliis successerit, & his qui ab ipso originem traxerunt, & aliam præter illius rationem docuerunt. Secundus itaq; quidam ex ipsis existens, & amplius quid sapere volens, omnia quidē secundum Valentinū exponit, verum ampliorem sonitū in aures attonitorum immisit. Hic enim cum sit secundum Valentinum, velut dixi, super Valentinum autē sentiat, primū Octonarium dicit esse quaternarium dextrum, & quaternariū sinistram: sic vocari tradens, alterum quidem lucem, alterum verò tenebras. Virtutē verò quæ defectit & relictā est, non esse à triginta seculis, sed post triginta secula, vt sit ab his quæ post alterum octonarium posterius facta sunt. At de CHRIS T O & aliis dogmatib. similiter velut princeps eius, & veneni dator Valentinus docet. Quom autem non multa sint quæ ab ipso diuersimodē ac nouē dicta sunt, contentos nos esse oportere putauī prædictis, habentibus ex seipsis subuersionē. Et tamē etiā de ipso pauca dicā, vt ne ob penuriam ipsum præterisse videar. Si enim quaternarij dextrij ac sinistrij apud ipsos statuuntur, inuenietur quid, quod quæretur mediū inter dextrum ac sinistram. Quicquid enim dextros ac sinistros ordines habet, medium consistit inter sinistra ac dextra sua. Et nusquam poterit esse dextrum aut sinistru, nisi interueniente corpore, vtriusq; partis discretio fiat. Itaq; o stolidę secunde, & qui à te decepti sunt, id quod medium est, à quo sanē & dextra & sinistra subsistent, vnum quiddam erit, & non poterit alienū esse ab vno aliquo, id quod ex ipso subsidet dextrum ac sinistram. Et necessariō reducetur totum in id quod vnum est, supra quod nihil ascendit, neque descendit: & quod nihil inferius habet, nisi quæ ab ipso sunt creata. Et erit hoc manifestum his qui veritatem considerant, quoniam vnus est Deus Pater & Filius & Spiritus sanctus. Si verò vnus Deus est, ex quo omnia: neque quid sinistram est in ipso, neque alia imminutio, neque quid inferius præter creaturas ab ipso factas. Quæ verò post Patrem & Filium & Spiritum sanctum sunt, omnia bene creata sunt, & ad constitutionem ab ipso splendide ac rectē producta. Si verò rursus talis dicit nobis alius progressus serpens, quod dextra quidem ac sinistra ex vno sunt, ipse verò medius est, & sibi ipsi adducit dextra, atque his delectatur: dextra autem vocat etiam lucem, sinistra verò velut aliena à se, & in sinistra sita repellit: dicat mihi vnde accipit hanc geometriam, vt probē concinnet intransmutabilem dextram ac sinistram? Apud nos enim dextra ac sinistra meritō nominantur à membris in corpore fixis, in quibus nunquam alteratio contingit. Quæ verò extra nos sunt, aliquando dextra esse possunt, aliquando sinistra. Omni enim ad orientem intuenti, Austro siue Meridies dextra vocabitur, regio verò Aquilonaris aut septentrionalis, sinistra. Et vice versa, si ad Occidentales partes conuersus fuerit homo aliquis, alteratis nominibus regiones inuenientur: & quæ ante horam dextra fuit, australisq; ac meridiana, in sinistram rursus mutata: & quæ borealis antea, septentrionalisq; ac sinistra, in dextram mutata. Vbi itaque excogitauerit sibi ipsi impostor, ille geometriam seundum Deum? Et o ingentem illam nugacitatem, omnia confundentem. Asserit enim, post defectiōnem trigēsimi seculi, posteriorem virtutem genitam esse. Vnde igitur defectiōnis naturam deprehendisti, o bone, aut virtutem quæ defectit, dic mihi? Si enim inuenisti hanc à germine superiorum non creatam, sed genitam: quandoquidem tibi & præditi tuo non creata, sed genita decernuntur ea quæ creata sunt, & à participatione vniscuiusque naturæ ab vnaquaq; accipientes ea quæ rursus gignuntur enasci: profectō iuxta ipsius rationē, contra te ipsum armatis. Si enim à superioribus & posteriori virtute, & defectio genita est, nataq; ac instar germinis producta: participat igitur supernis donis, quoniam communicat cum complemento posterior virtus, & complementum cum posteriori virtute: & nihil differet hoc ab illa, neque illa ab hoc, quom ambo iuxta extremitates inter se communicēt. Et ex omniratione redargueris, ex seminio diaboli erroris tui ornamtu habere, o omnium miserabilium miserime. Quod verò non relinquam aliquid eorum quæ à quibusdā sunt ac dicuntur, quom in vnaquaq; hæresi multi sint principes, alia pro aliis super magistros suos se reperisse iactantes, adhuc perseuerabo in narrando de his qui in hac scēta sunt. Verum alia ab his dicunt, de Epiphane inquam, ac I sidoro, qui ex occasione orationis exhortatoria seipsum in ampliorem miseriam profunditatem immerfit: reuera autem à Carpocrate proprio suo patre secundum carnem; Epiphanes occasiones accepit, verum prædicti Secundiani hæresi cōiunctus etiam ipse Secundianus fuit. Multa est enim errantium alterius ad alterum differentia, & multiplex ac impura inanum vocum mixtura. Hic enim Epiphanes filius, velut dixi, Carpocratis ex matre Alexandria appellata, his connectitur, velut dixi, à Cephalenia paternum genus habens, qui septem supra decem annos, natus, citius è vita decessit, Domino ipso malos velut spinas submovente, & melius quid de orbe terrarum prouidente: Post mortem autem ipsius, hi qui ab ipso seducti sunt, à plaga ipsius ab illo incussa non abstinerunt. In Samo enim velut Deus adhuc in hunc vsq; diem colitur. Nam regionis indigena, delubro ipsi constructo, sacrificia ac festiuitates celebrant per nouilunū. Aras item ipsi erexerunt, & Museum celebre in nomen ipsius constituerunt, quod sanē Epiphanis Museum vocatur.

Gnostici
principes
errorum.

Heresis
Secundia-
norum 32.
Sodalium
secundianorum
Secundus.

Ingenium
heretico-
rum qua-
le.

Authore
valentino
ena sit sce-
leratio.
A perta in
ditibus Se-
cundi con-
trarietas.

Quæ a tri-
bus perso-
nis sunt re-
ctē produ-
cta esse.

Nugaci-
tas huius
omnia cō-
fundans.

Iactantia
discipulo-
rū in scho-
labereticorum.

Pro deo
habitus
Epipha-
nes.

vocatur. Sacrificat enim ipsi Cephallentes ad tantum errorem perducti, & libant, & in constructo ipsi delubro conuiuantur, hymnosq; ipsi canunt. Ceterum propter excellentiam eruditionis in omnibus discipulis, & principibus Platonicis, vniuersa deceptio ex ipso contigit circa predictos, tum iuxta haresim, tum iuxta reliquum errorem, in sanum videlicet simulachri eius cultum, quo illius regionis homines sunt attriti. Sequitur itaq; hic Epiphane secundum, & coplices eius. Veneni enim sui ei aculationem ipsi affricauit, serpiginosae inquam corruptionis inaniloquentiam. Isidorus vero dicitur in oratione Paraneitica per exhortationis modum improbitatis suae autorem fuisse. An autem etiam ipse eadem senserit, & ex ipsis originibus duxerit, aut ex philosophis didicerit, & ipse exhortatorium dicendi genus exerceat, non ita clare de Isidoro cognoscere potuimus. Veruntamen hi omnes aequale opus consunt. Primum quidem, quod ipse Epiphane cum patre suo & sectae antistite Carpocrate ac sodalibus eius, communes esse hominum res sancit, ex Platonis de Republica libris occasione nactus, & propria concupiscentia perficiens. Hinc autem initium facit, dicens velut in Euangelio habetur. Saluatore dicente: Triplices eunuchos esse, eum qui ab hominibus castratur; & eum qui ex natiuitate, & eum qui seipsum propter regnum caelorum volu rari castrant. & inquit: Alij itaq; ex necessitate, & non pro ratione eunuchi sunt: alij vero regni caelorum gratia seipsum castrant: quapropter ea quae ex nuptiis contingunt, suppurationem videlicet rerum necessariorum, & negotiorum occupationem formidantes. Melius est matrimonium contrahere quam vni, ne in ignem immittas animam tuam, A postolu dicere ait, die ac nocte resistens ac timens ne a continentia excidas. Nam dum resistendo versatur anima, a spe diuiditur. Sustine igitur, (velut iam antea dixi, exhortationis in medium proferens orationem) Isidorus ad verbum in Moralibus inquit, pugnacem uxorem, vt ne abstracta a gratia Dei, ignemq; per semen euiciens cum bona conscientia Deum adora. Qui autem, inquit, gratia rui actio & benignitas Dei in petitione tua incidit, & steteris de cetero non peragens cum virtute, vt ne offendaris, nuptias contrahe. Deinde rursus dicit: A iuuenis quis est, aut pauper, aut procliuus in Venere, hoc est debilis, & non vult nuptias contrahere secundum rationem, hic a fratre ne separetur: turpes autem quaedam suspensiones sibipsum exquirens miser ille fabulam confingit. Dicit itaque, inquit: Ingressus sum ego ad sancta, nihil possum facere. Si vero suspensionem habuerit, dicat: Frater impone mihi manum vt ne peccem, & accipiet auxilium sensibile ac intelligibile. Velit solum absoluere bonum, & adsequatur. Deinde rursus dicit: Aliquando ore quidem dicamus, non volumus peccare, cogitatio vero in combit ad peccandum. Talis propter timorem non facit quod vult, vt ne supplicium ipsum imputetur. Ceterum humanum genus habet necessaria quaedam & naturalia sola. Habet amicium necessarium, ac naturale. Naturale autem est, & veneris rebus vni. Necessarium vero has apposui voces ad hos redarguendos, quum non recte viuunt nec Basilidiani, nec Carpocratiani, nec Valentini aut Epiphane sectatores. Cui sane Epiphane coniunctus est predictus Secundus. Inter se enim conuenerunt, ita vt aut hic illi tradiderit, aut ille huic errorem impertierit, etiam si aliqua parte inter se differant, tamen in vna haeresi seipsum collocarunt. Quare etiam potestatem habere peccandi docuerunt, quum propter perfectionem omnia naturalia sint seruanda: & si peccent, propter naturaliter insitam electionem id faciant. Alioqui neque eadem ipsis facere permittant primi horum dogmatum parentes. Tradunt praeterea etiam hi velut ad sublimiorem cognitionem ac scientiam progressi, primum quaternionem sic. Est quoddam prae omnibus principium praecogitabile, inenarrabileque ac innominatum, quod ego singularitatem nominano. Huic singularitati adest virtus, quam etiam ipsam Vnitatem appello. Haec vnitatis & illa singularitatis, quum vnum sint, emiserunt non dimittentes principium omnibus, intelligibile ac inuisibile, quod principium doctrinae ratio Monadem vocat. Huic Monadi adest virtus coessentialis ipsi, quam & ipsam Vnitatem nominano. Haec virtutes, Vnitatis, Singularitatis, Monas, & Vnum, reliquas seculorum emissiones produxerunt. Deinde qui recte scripserunt de veritate, hominum vesaniam in scriptis suis redarguerunt: Clemens videlicet, quem quidam Alexandrinum, alij Atheniensem dicunt. Sed & facer Irenaeus, deridens ipsos ob predicta, tragicum illud in medium adduxit, Iu uenit (inquit) & heu heu: tragicum enim hoc reuera ob talem calamitatem proferre licet eorum, qui ridicula haec nominum signimenta scripserunt, & eius qui tanta audacia citra omnem ruborem mendacio suo nomina imposuit. In eo enim quod dicit, Est quoddam principium praecogitabile, quod singularitatem nominano. Et rursus, Huic singularitati adest virtus, quam etiam ipsam Vnitatem appello: manifestissimè confessus est, quod relata signum suum sunt, & quod ipse nomina signum imposuerit, a nullo alio prius posita, & clarum est, quod ipse haec nomina effingere ausus fuit. Et nisi ipse affuisset in vita, non sane veritas nomen habuisset. Nihil igitur prohibet, etiam alium quendam in eodem argumento sic nomina praescribere. Deinde idem beatus episcopus Irenaeus in hac, velut diximus, ridicula verba, etiam ipse a seipso aliam nomenclaturam apposuit: velut dignam ac conferendam ipsorum nugacibus deliramentis, nimirum peponit & cucumerorum ac cucurbitarum generibus, velut de subiectis aliquibus confictis: velut studiosis ex his quae prius legerunt, clarum fuerit. Alii vero rursus ex ipsis primis ac principalem octonarium his nominibus appellant, primo Proprius, deinde IncoGITabilem, tertio Inenarrabilem, quarto Inuisibilem. Et ex primo quidem Principio productum esse, primo & quinto loco Principium, ex IncoGITabilem vero, secundo ac sexto loco Incomprehensibilem, ex Inenarrabilem autem, tertio ac septimo loco. In nominabilem, ex Inuisibilem vero, quarto & octavo loco Ingenitum. Atq; hoc est complementum primi octonarii. Et has Virtutes volunt esse ante Profundum & Silentium, vt perfectis perfectiores esse videantur, ac Gnosticos magis Gnostici, hoc est scientes: quibus merito quis acclamaret, o deliri sophistae. Nam de ipso Profundo multa ac diuersa apud ipsos sunt sententiae: Alii enim ipsum inconiugatum dicunt, & neque masculinum, neque foeminam, neque omnino quid esse. Alii vero masculinum & foeminam ipsum esse dicunt, hermaphroditae naturam ipsi attribuentes. Alii rursus Silentium ipsi coniugem adiungunt.

Epiphane propter secundum.

Materia huius haeresis.

Isidorus.

Impiudogmata.

Errores communes Epiphane & Secundo. Principium Innominabile.

Clemens Alexandrinus, vel Atheniensis.

Singularitatis vnitatis.

Sancti Irenaei de verbis ridiculis censura.

Principii epitheta varia.

gunt, vt prima coniugatio fiat. Et ex hoc & haec reliqua secula ad eundem modum effingunt, & ingenita quaedam sunt in ipsis somnia, quae mentem ipsorum in altis somnium deprimunt. Et quid opus est me diutius in his temporibus terere? quum facile deprehensum sit ipsorum argumentum, itemq; confutatio ac subuersio facilis ex predictis, si quis velit veritati inhærere. & non vanis fabulis seduci. Ceterum haec mihi de his dicta sunt. Praeterea autem hac secta, ad consequentes viam mihi securam ac callem leuam explorabo, quo horum in probitate recentens ac redarguens, me ipsum & audientes in virtute Dei conferuem, per Domini nostri doctrinam & veram speculationem. Nunc vero foeda hac vipera multis aliis viperis simili, conculcata per Euangelij doctrinam, sequentes considerabimus.

Contra Ptolemaeos, XXXIII. haeresim.

Secundo & Epiphane, qui Isidori exhortatorium orationem in suam opinionem traxit, successit Ptolemaeus, ex eadem Gnosticorum appellatorum secta existens, & de numero Valentinianorum cum aliis quibusdam, verum alia praeter magistros suos asserens. cuius etiam nomen iactant hi qui ipsi obediunt, Ptolemaei vocati. Hic igitur Ptolemaeus & socij eius, adhuc maiori experientia quam praecceptoris eius nobis processit, vt qui ad illorum narrationem excessus quosdam additionis excogitauit. Duo enim hic coniuges, Deo apud ipsos Profundo appellato, excogitauit ac donauit: has vero etiam dispositiones siue affectiones appellauit, Intelligentiam & Voluntatem. Et intelligentiam quidem semper affuisse in ipso, cogitantem semper aliquid emittere: voluntatem vero in ipso successisse. Primum enim cogitauit emittere, deinde (inquit) voluit. Quapropter etiam duabus his affectionibus siue virtutibus (virtutes enim rursus ipsas vocat) intelligentia scilicet ac voluntate, velut inter se commixtis, Vnigeniti & Veritatis emissio per coniugationem facta est: quas formas quasdam & imagines duarum affectionum patris inuisibilis visibiles processisse voluit, Voluntatis quidem Veritatem, Intelligentiae vero Mentem. Et propterea Voluntatis, ingenitae essentiae imago masculina facta est, foeminea vero intelligentiae. Voluntas enim virtus facta est intelligentiae, cogitabat enim Intelligentia emissionem: non tamen emittere ipsa per seipsam poterat quae cogitabat. Quando autem voluntatis virtus accessit, tunc quod cogitabat produxit. Et heu vanam illorum ac deliram nugacitatem. Hoc enim neque de homine aliquis sanamente praedixit acceperit, nec de Deo. Videtur autem mihi prudentior ipso esse Homerus, in eo quod Iouem curam secum in animo volentem describit, sollicitum & agreferentem, & per totam noctem sine somno perseverantem, quo Achillis insidias strueret: quum Thetis ipsum rogasset, vt poenas darent Graecorum principes, atq; ipsi Graeci, propter contumeliam ac iniuriam Achilli illatam. Nihil enim hic Ptolemaeus in gloriam patris vniuersorum, quem etiam Profundum appellat, magis rationi consentaneum excogitauit, quam sunt ea quae de Ioue Homerus dixit. Imò ipsum potius comprehendit Iouem, vt qui ex Homero notionem accepit. Magis enim Homericam sententiam de Ioue & Achillis merito dixerit, qui tantam suam audaciam euomit, quam de vniuersorum domino: qui simul vt cogitat, etiam perficit hoc quod voluit: & simul vt vult, etiam hoc meditatur quod voluit: hoc meditas quod & vult, & hoc volens quod & cogitat: quum totus sit cogitatus, totus mens, totus lex, totus oculus, totus auditus, totus fons omnium bonorum, & in nullo affectu haereat. Deus enim est, & non curans & haesitans velut Profundum siue Iupiter, de quo dicentem Homerum Ptolemaeus de Profundo suo loquens imitatus est. Ceterum ad ampliorem confutationem impostoris illius, consequenter apponam quae ab ipso Ptolemaeo ad Floram quandam foeminam scripta sunt, blanda penitus ac venenosa verba: vt ne quis putet nos ex auditu solum deceptorem illum redarguere, vt qui non prius legerimus adulteratam ipsius doctrinam. Nam supra praedicta etiam legem Dei per Mosen datam blasphemias incesse non erubescit. Sunt autem verba ipsius haec.

Ptolemaeus ad Floram.

Quod legem per Mosen datam, soror mea optima Flora, multi praecipue occuparint, neque fundamentum ipsius scientes, neque praecceptorum eius gnari. exacte puto etiam tibi conspicuum fore, vbi discordes de ipsa sententia didiceris. Alii enim a Deo & patre datam dicunt. Alii vero contraria via progressi, ab aduersario corruptionis autore diabolo hanc datam esse affirmant: velut etiam mundi creationem ipsi attribuant, patrem ac creatorem hunc esse dicentes. Verum in hoc omnino errarunt hi: & vtrique a proposita veritate discesserunt. Neque enim a perfecto Deo ac patre hanc latam esse apparet, cum imperfecta sit, & completionem egeat, habeatq; mandata incongrua talis Dei naturae ac menti. Neque rursus aduersarii iniquitati legem attribueret conuenit, vt cuius propositum sit iniustitiam exercere, & hoc sane fuerit eorum qui non intelligunt ea quae a Saluatore dicta sunt. Domus enim aut ciuitas diuina in seipsum stare non potest, Saluator noster pronunciauit. Insuper mundi creationem propriam Verbi esse, & per ipsum omnia facta esse, & sine ipso factum est nihil, Apostolus Ioannes inquit: non subsistentem falsa dicentium sapientiam remouens, & illam non corruptionem inducentis, sed iusti & malos odio habentis Dei esse asserens. Verum contra sentire, hominum dementium est, & causam prouidentiae officis non habentium: & non solum animarum oculis, sed etiam corporis executorum. Quod quidem igitur hi aberrant a veritate, ex relatis tibi manifestum est. Accidit autem hoc vtrique ipsorum peculiari ter: alteris quidem, eo quod ignorant iustitiam Dei: alteris vero, quod ignorant vniuersorum patrem, quem solus ille qui venit, ac solus nouit, manifestauit. Superest itaq; nobis, qui amborum errorem cognitum habemus, exponere tibi ac declarare ipsam legem quae sit, & legislatorem a quo sancita est, ita vt dicendum a nobis demonstrationes ex Saluatoris nostri verbis proposituri simus, per quae solum citra errorem ad veritatis comprehensionem deduci datur. Primum igitur discendum, quod vniuersa illa lex quae in quinque libris Moysi continetur, non ab vno aliquo sancita est: dico sane, non a solo Deo, sed sunt quaedam ipsarum praeccepta etiam ab hominibus lata. Et trifariam hanc diuisam esse, Saluatoris

Veritati exploranda non laborandum.

Ptolemaeorum haeresis 33. Ptolemaei ex gnosticorum schola. Indeficiens intelligentia cogitatio.

Materia huius haeresis. Homerus quo modo Iouis affectiones depinxit. Pater vniuersorum est profundum. Ter profundum Iouem intelligit.

Legis Moysi contradietio.

Refutatio praue opinionis.

quæ necessaria est, vt ne relinquatur zizaniosæ tuæ sationis aliqua radix, deinceps cõsequenter faciam. Lex nõ est trifariam diuisa. Dicitur igitur ð bone, legẽ trifariam diuisã esse, & habere aliquid ex Deo, aliquid ex Mose, aliquid ex seniori. Et quod quidẽ ex senioribus putas, non potes alicubi scriptum ostẽdere, hoc manifestũ est. Nusquã enim in lege habentur seniorum traditiones. Sed ignorans & libros & veritatem, calumniando seducis, consequentias etiam vniuscuiusque exactæ cognitionis ignorans. Nam traditiones seniorum, expositiões apud Iudæos appellantur. Sunt autem hæ quatuor, vna quæ Mosis nomine fertur, altera eius qui vocatur Rappiaciba, tertia Adda, siue Iuda, quarta filiorum A samonai. Nam vbi potes tu contentiosẽ ac instabili mente prædite, ostendere in quinque libris & legislationis Dei, quod relatus est sermo qui à Salvatore dicitur est? Si quis dixerit patri suo corban, hoc est donum quodcumque ex me in tuum cederet commodum. Sed non potes ostendere. Itaque excidit sermo tuus, cum verbum hoc nusquam in quinque libris Mosis habeatur, & frustra deceptæ à te Floræ illuisti. Quæ verò à Mose, neque ipsa extra Deum sancita sunt, sed ex Deo per Moysen: id quod ex ipsa Saluatoris responsione ostenditur. Ipsa enim quæ produxisti testimonia, contra te ipsum collegisti. Dicit enim Dominus in Euangelio, Moses scripsit secundum duritiam cordis vestri. Quod verò scripsit Moses, nõ extra voluntatem Dei scripsit, sed ex Spiritu sancto sancit. Dicit enim Dominus in Euangelio: Quod Deus coniunxit, homo ne separet. & quomodo coniunxit, verbum declarauit, vt dicamus, dicens: Iccirco relinquet homo patrem suum & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carnem vnã. Deinde infert dicens: Quod igitur Deus coniunxit, homo ne separet. Quamquam Dominus hoc nusquam dixerit, quando Adam & Euam formauit, sed solum, Faciamus ipsi secundum ipsum auxilium. Verum hoc ab ipso Adam dictum est, quando surrexit ex somno, & dixit: hoc nunc os ex ossibus meis: & caro ex carne mea, hæc vocabitur mulier, quoniam ex viro suo hæc desumpta est. Deinde dicit: Propterea relinquet homo patrem suum & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carnem vnã. Non igitur Deus hoc loquutus est, sed Adam. Dominus autem testatur in Euangelio, Dei verbum esse quod per Adam dictum est: & ab hoc ipso argumento ostendit, quod illic quidem Adam dixit, verum voluntas Dei loquebatur. Et hic Moses legem tulit, Deo ipsi annuncianti legislationem. Et hæc quidem iam duæ tuæ dictiones interciderunt, & non eminus, sed ab ipso vsu. Et quod legislatio Dei est, manifestũ est. Vbiq; enim Deus lege sancit, alia in tempora, alia in figuras, alia in reuelationem futurorum bonorum, quorum expletionem Dominus noster IESVS CHRISVS vbi aduenisset in Euangelio ostendit. Porro aliam deorum diuisionem, rursus trifariam partitam apud te, repetam, & ipsam à te per calumniam excogitaram esse ostendam. & non aliud hoc opus esse, quam impostoris, declarare. Quales enim nobis tertius adest Deus, ex duabus imaginibus constitutus, & neuter ex duabus existens, neque maliciam habens ac iniustitiam, velut dixisti: neque bonitatem, & lucidam essentiam, verum medium existens iustus? Etenim cum reuera alienus sis ab omni iustitia, & æquitate, meritò ignoras quid est iustitia, aliam ipsam præter bonitatem putas. Multum verò redargueris ð falsarie, & à veritate aliene, ex nullo enim alio fit iusticia, quã ex bonitate. Et neque aliter quis fiet bonus, si non fuerit iustus. Vnde & Dominus laudans legem, & iustos ipsius, dixit: Ornatis sepulchra prophetarum, & adificatis monumenta iustorum, & patres vestri ipsos occiderunt. Vnde autem facti sunt prophetae ac iusti quã à patre bonitatis? Et vt ostenderet quòd in patre bonitatis iustus consistit, dixit: Similes stans Patri vestro qui in cœlis est, quoniam exoriri facit solem suum super bonos & malos, & pluit super iustos & iustos: quo ostendat iustũ, bonũ, & bonũ, iustũ, & malũ, iniustũ, & iniustũ, malũ. At verò implicatione legis quã dixisti, nõ potes ostẽdere, manifestũ enim factũ es calumniari legẽ, implicatione quãdã ipsi at tribuens, propterea quòd lex dixit: Oculũ pro oculo, & dentem pro dente: & eo quod lex occidit homicidam. Verum ex ipsa Domini nostri IESVS CHRISVI tractatione ostenditur, quòd non implicatio quãdam erat, sed ipsa eadem erat legislatio, & idem efficit quod mandatum à Salvatore dictum, nempe, Si quis te percusserit in dextram maxillam, obuerte ipsi etiam alteram. Et lex ipsa olim hoc asseruit dicens, Oculum pro oculo, hoc est, obuerte illi maxillam. Quo enim effugeret quæ pateretur si percuteret, exhibuit verberanti maxillã, gnarus quòd si auferret oculum, eadẽ passurus sit propter legẽ. Quomodo enim pater vult castigare liberos, & vnicuique ætati congruam affert castigationem & non æqualiter paruum puerum castigat & adolescentem, neque adolescentem similiter vt iuuenem neque iuuenem vt perfectum virum: sed ei qui sub mamma hæret, per digitum castigatio contingit: puero verò maiori, per alapam manus, adolescenti autem per lorum, iuueni verò per virgam, viro autem vltio maiorum delictorum, gladius per legem. Sic etiam Dominus consequenter vnicuique generationi conuenientia sancit. Illos enim timore castigauit, velut pueri paruis colloquens, & ignorantibus virtutem Spiritus sancti. Perfectos autem perfectis mysteriis dignatus est. Nam in Euangelio sic quodammodo dicit discipulis, in multis locis: Nescitis quid facio, cognoscetis autem postea, hoc est quum perfecti facti fueritis. Et rursus, Non nouerunt quòd resurrexisset ex mortuis, Paulus verò, Non dum enim potuisti, sed neque amplius potuisti ostendere quòd progressu temporis perfectiora sunt mandata, quum sint quidem eadem, mutantur autem in alium habitum, & iuuenibus quidem aliter formentur, aliter verò perfectioribus. Etenim lex vbi sancit, Oculum pro oculo, non dixit ipsi, Eicitre oculum pro oculo: sed si quis eiecit oculum, eicietur oculus eius qui eiecit. Vnusquisque autem parcens proprio corpori, maxillam verberandam, exhibebat, & non verberabat, & ab eo tempore seruabatur, quæ nunc in Euangelio clarè dicta sunt, quum tunc quidem necessariò castigarentur velut iuuenes nunc autem ex voluntate obediant, vt pote perfecti. Si verò dicitis cõplicationem esse hanc, dicere oculum pro oculo, & homicidam occidi: ecce & de die iudicii videamus Salvatore dicentẽ, & quòd veniet ipse dominus. Hoc autem de seipso dixit, quum ipse omnium sit Dominus, & inquit: Et diuidet ipsum

ipsum seruum, & partem eius cum infidelibus ponet. Igitur & contra Salvatore arma induis, vt rursus verba eius calumniaris, & dicas hunc non esse bonum? & quidem quum ex bono patre genitus sit, & bonus, & iustus, & neque alius præter patrem. Poteris igitur etiam ipsam à patris essentia abalienare, ð tu qui nobis rursus diuisor ac geometra produisti, omnia legum trifariam diuides. Et quod quidẽ dixisti, quòd ad figuras significatiuè quædem in lege scripta sunt, modicè attigisti veritatem, quo per modica possis etiam ad alia deceptione vt. Etenim reuera illis figuratè contigit. Nobis autem scripta est ad commonefactionem, ad quos fines seculorum peruenerit, inquit sanctissimus Apostolus, de circuncisione ac sabbato atque aliis loquens. Vtinam autem omnia verè dixisses, & non adhuc tertium Deum medium, qui non est, nobis protulisses, imò potius tibi ipsi & his qui à te decepti sunt. Arbitror autem & in præfens sufficienter contradictiones tuas ð circulator dictum esse, quarum cõfutatione facta ad sequentes hæreses procedam, eundem Deum consueto more inuocans in auxilium nostræ me diocritatis, vt vniuscuiusque sectæ adulteratæ confutationem deprehendamus. Nam quod sibilis tuis velut Cat Charias a mari reuerfus & viperam prouocans, Floram per litteras & alios cum ipsa decepsisti, in relatis demonstratum est. Cæterum quum in veritatis sagena, cuius ænigma Dominus in Euangelio regnum cælorum esse pronunciauit, hunc inuoluerimus, & nunquam ex improbis ac venenatis piscibus ipsum esse declarauerimus, per hoc quod uerba ipsius improba, deprehensu facilia per verã fidei doctrinam fecimus: & in virtute Dei hunc contriuerimus: ipsi quidem Deo gratias agamus, verum ad consequentes sectas similiter, velut antea dixi, procedere tentemus.

FINIS SECVNDI TOMI PRIMII LIBRI.

TERTII TOMI PRIMII LIBRI EPIPHANII HAERESSES XIII SVNT, Et hæc in ipso habentur.

1. *Marconi.* Marcus quidam fuit Colorbasi condiscipulus, duo principia & ipse introducens. Reprobat autem mortuorum resurrectionem. Imaginationes verò quasdam per poeula ex incantatione in carulem ac purpureum colorem transmutans, deceptas mulierculas ad sacra sua pelliciebat. Sed & ipse per viginquaginta litteras vult per omnia a simulari Valentino.
2. *Colorbasi.* Et hic Colorbasi similiter eadem narrans, in aliqua verò parte differens ab aliis scilicet à Marco inquam ac Valentino, emissiones & oclonarios alter docuit.
3. *Heraclionite.* Et ipsi octonariorum fabulamento ducuntur, aliter verò præter Marcum & Ptolemæum ac Valentinum & alios. Sed & ad finem eos qui apud ipsos moriuntur, similiter vt Marcus redimus, per oleum & balsamum succum, & aqua lotionis ac effusionis quasdam, & ebraica verba adnumerantes, super caput videlicet eius qui liberatur.
4. *Ophite.* sunt qui serpentes glorificant, & hunc Christum putant, habent autem naturale hoc reptile in cistis quadam.
5. *Casiani.* similiter cum prioribus legem, & eum qui loquutus est in lege reprobat, carnisque resurrectionem negat. Et Cain glorificant, fortioris virtutis ipsum esse dicentes. Simul autem & Iudam demirantur ac laudant, simulque & Core, & Datan, & Abironiò etiam Sodomitas.
6. *Sethiani.* Et rursus ipsum Seth glorificant, dicentes eum esse ex superna matre que penitentiam egit, propterea quòd Cain produxisset, & postea vbi abiectus esset Cain, & occisus Abel, superò partem congressa est, & purum semen ipsum Seth fecit, a quo demceps deductum est omnium hominum genus. Sed & ipsi principatus & potestates, & quacumque alii docent, docuerunt.
7. *Asynthotici.* Et rursus ad multos principes vniuersum referunt, & quæ facta sunt, ex his facta esse dicunt. Deprehenduntur autem & capiti in turpitudine quadam, carnis resurrectionem negant, veteri Testamento calumniantur. Veniunt autem & veteri & nouo Testamento, singula verba ad suam ipsorum sententiam falso trahentes.
8. *Cardoniani.* à Cardone erroris participationem susceperunt, sicut hic ab Heraclione, verum non fraudem auerit, & ex Syria Romanis digressus predicationem suam exposuit, in temporibus Helogeni episcopi.
9. *Luciani.* Lucianus quidam antiquus, non est qui nunc temporibus Constantinianis vixit, omnia secundum Marcionem docuit. Et ad hæc alia quædam præter Marcionem, & ipse nimium abundantius docet.
10. *Apelleiani.* Et hic Apelles, similiter vt Marcion & Lucianus, vituperat omnem creaturam, & ipsum creatorem, Non autem similiter his tria principia introducit, sed unum principium, & unum Deum, qui sit summus & inominatus. Ipsum autem unum fecisse alium, & hic factus improbus conperts, mundum in sua malicia fecit.
11. *Seueriani.* Seuerus quidam rursus Apellem sequens, vitium reuicit. Et vitium & dyabolum fatana ac terra inter se congressis, productam esse fabulatur. Mulierem autem auersatur sinistra virtutis ipsam esse asserens. Nomenclaturas verò quasdam principum, & libros quosdam apocryphos introducit. Similiter etiam velut alii carnis resur. Etiam negat, itaque veteri Testamento.
12. *Tabiani.* Tabianus hic eodem tempore cum Iustino martyre & philosopho vixit, post mortem autem Iustini martyris ac philosophi, corrupens est Marcionis dogmata, discipulisque ipsius fuit, eadem que quæ ipse docuit, alii etiam præter ipsum ap postis. Dicebatur autem à Mætopotamia originem ducere.

TERTIVS TOMVS PRIMI

LIBRI EPIPHANII.

Contra Marcianos, heresim XXXIII.

Heretico Marciano



MARCVS autem quidam, a quo Marcianus appellatus, ab his progressus, & alia prater hos ausus, mala in mundum contulit. His enim successit, Secundo inquam, & Epiphanius, Ptolemaeoque ac Valentino, verum in maiorem circulatoriam collectionem evectus est. Mulierculas enim & viros ab ipso seductos allexit, cum putaretur miser ille praedictorum deceptorum corrector esse, magicam imposturam expertissimus existens. Praedictos autem & praedictas omnes decepit, ut ipse velut scientissimo intenderent, & qui virtutem maximam ab inuisibilibus ac innotatis locis haberet. atque sic Antichristi praecursor reuera ostensus est. Nam Anaxilae ludicra cum Magorum appellationum vasticia commiscuit, & per ipsa illudens, ac magicam artem exercens, in admirationem sui videntes & credentes ipsi perduxit velut etiam sodales eius usque in hunc diem faciunt. Qui vero opera curiositatis vident, putant virtutes aliquas in manibus ipsius perficere, & eorum qui a pud ipsos haec faciunt. Quum enim mentem etiam ipsi amiserint, non vident, neque probare nouerunt, quod ex incantatione ludicri, ut ita dicam, ipsius constitutio perficitur. Ipsi enim attoniti penitus facti sunt, mala quadam suspitione abducti. A iunt enim, tria pocula ex vitro albo apud ipsos parati, mixta vino albo: & in ea quae perficitur ab ipso incantatione, & gratiarum actio esse putatur, si atim transmutari, vinumque fieri rubrum vel sanguinem, alterum purpureum, tertium caeruleum. Ego itaque ut ne in secundum laborem meipsum immitterem, contentum esse oportere duxi, his quae a beatis. Irenaeo contra ipsum Marcum, & qui ex ipso processerunt, tractata sunt: quae sane hic ad verbum exponere volui, & sunt haec. Dicit enim de ipsis Irenaeus ille sanctus, in declarando ea quae ab ipsis dicuntur, sic loquens: Pocula vino mixta simulans, se gratias agere, & diutius extendens sermonem inuocationis purpureae ac rubicunda apparere facit, ut putetur gratia ab his quae sunt super vniuersa, sanguinem suum instillare in illud poculum, per inuocationem ipsius: & valde cupiant praesentes ex illo poculo gustare, ut & in ipsos instillet gratia quae per magnum hunc innocatur. Rursus autem mulierculas tradens pocula vino mixta, ipsas gratias agere iubet se praesente, & quum hoc fit, ipse aliud poculum multo maius illo super quo decepta illa gratias egit, in hoc quod ab ipso adornatum est transfundens, simul ita dicit. Gratia quae est ante vniuersa, illa cogitatione incomprehensibilis & inenarrabilis, impleat tuum internum hominem, & multiplicet in te agnitionem suam, conseminans in te granum sinapis in bonam terram. Et talia quaedam loquutus, ubi miseram illam ad insaniam extrinulauit, miraculorum editor apparere, dum magnum poculum expletur ex minore, ut etiam ex ipso superfundantur. Et alia quaedam ab his similia faciens, multos decepit, & post se traxit. Verisimile est autem, ipsum etiam daemone quendam affectorem habere, per quem & ipse prophetae ac vaticinari videtur: & quas dignas putat ut participes fiat gratiae eius, vaticinari facit. Maxime enim circa mulieres occupatus est, atque has praeminentis loci & purpuratas ac ditissimas: quibus saepe imponere studens, ad ipsas per assentationem dicit: volo tibi impetiri gratiam meam, quoniam pater vniuersorum angelum tuum semper videt ante faciem suam. Locis autem magnitudinis tuae in nobis est. Oportet nos vnum efficere. Accipe primum a me, & per me gratiam: para te velut sponsa, expectans sponsum suum, ut sis quod ego, & ego quod tu. colloca in thalamo tuo semen lucis. Accipe a me sponsum, & suscipe ipsum, & suscipere in ipso. Ecce gratia descendit in te. Aperi os tuum, & vaticinare. Quum autem mulier responderit, Nunquam vaticinata sum, & non noui vaticinari: rursus inuocationes quaedam faciens ad stuporem eius quae seducitur, dicit ad iofam. Aperi os tuum, & loquere quaecumque, & vaticinaberis. Illa vero emollita, ac facile impulsu a praedictis verbis, & animo calefacta praespe vaticinandi, corde plus quam decet palpitante, delira loqui audet, & omnia prout incidunt vane ac confidenter, ut pote ab inani spiritu calefacta, quemadmodum quidam praestantior nobis de talibus dixit: Audax & impudens res est, anima quae inani aere calefcit. Et hinc de caetero propheticam seipsum putat, & gratias agit Marco, qui propriam gratiam ipsi contulit, & rationem rependere ipsi conatur, non solum per possessionem largitionem, vnde etiam immensam pecuniarum vim comportauit: sed etiam per corporis societatem, per omnia ipsi vniuersi cupiens, ut cum ipso in vnum deueniat. Iam vero quaedam fideliores mulieres timorem Dei habentes, & non deceptae, quas similiter ut reliquas seducere studuit, iubens ipsas vaticinari, conspuentes ac detestantes ipsum, a tali congregatione discesserunt, probe gnatae quod vaticinari non a Marco mago hominibus contigit, sed quibus Deus ex supernis gratiam suam demiserit, hi a Deo datam habent prophetiam: & tunc loquuntur, ubi & quando Deus vult, & non quando Deus vult, & non quando Marcus iubet. Nam quod iubet, maius ac principalius est eo quod iubetur. Illud enim dominatur, hoc vero subditum est: Si igitur Marcus, aut alius quispiam iubet, velut in cenis opulentiae hi semper ludere solent, & se mutuo vaticinari iubere, & ad proprias concupiscentias sibi ipsis futura praedicere: eis qui iubet, maior & principaliter propheticum spiritu, cum sit homo: quod impossibile est. Verum tales spiritus qui ab ipsis iubentur, & loquuntur, quando ipsi volunt, putidi ac inualidi sunt: audaces vero & impudentes, ut qui a satana emittuntur ad deceptionem ac perniciem eorum qui non firmam fidem, quam ab initio per Ecclesiam acceperunt, custodiunt. Quod autem & amatoria illectamenta, ad hoc ut corporibus ipsarum contumeliam inferat, hic Marcus quibusdam mulieribus etiam si non omnibus inducit, haec ipsae saepe ad Ecclesiam Dei conuersae, confessae sunt, & corpore

Magia Marci heretici

tria pocula vitrea

Mutatio vini in sanguinem te magica Irenaei locis

Gratiarum specie decipiebant

Diuites praesertim mulieres venabatur

Verba illusoria

Heretico auara Spiritus heretico riu qualis

& corpore se ab ipso vitiatas esse, & se valde amanter ipsum amasse. Quare etiam diaconus quidam ex nostris in Asia, qui excepit ipsum in domum suam, in hanc calamitatem incidit, cum vxor ipsius speciosa esset, & mente ac corpore ab hoc Mago corrupta, ita ut ipsum multo tempore se sequeretur. Postea vero ubi cum magno labore fratres ipsam conuertissent, per vniuersum vitam hanc in confessione perseverauerat, luges ac lametas propter corruptionem quam a Mago passa fuit. Sed & discipuli eius aliqui in iisdem locis diuagantes, multas mulierculas seduxerunt ac corruerunt, perfectos se ipsos vocantes, velut nemo possit magnitudinis cognitionis ipsorum adaequari, nec si Paulum aut Petrum dicas, aut alium quendam ex Apostolis: & plura omnibus se cognouisse iactantes, & magnitudinem cognitionis innerrabilis illius virtutis se solos deuorasse, esseque se in altitudine super omnem virtutem. Quapropter etiam liber se omnia facere, nullum timorem in vlla aliqua re habentes. Nam propter redemptionem incomprehensibiles ac inuisibiles se fieri iudici. Si vero etiam apprehenderit ipsos, constitui apud ipsum cum redemptione hac dixerint: O assessor Dei, & mystici ante secula Silētiū, qua magnitudines semper faciem patris videntes, duce ac ductore te vides, subtrahit sursum formas suas, quas illa magica audacia praedita, imaginatione ducta propter bonitatem primi patris produxit, nos imagines, tunc cogitationem rerum supernarum velut in somnium habens: ecce in dextera propè, & praecorubet me rationem reddere. Tu vero velut sciens vrorumque res, pro nobis vtrisque rationem, velut quae vna sit, iudici affer. Mater vero statim ubi audiuit hos, Homericam Orci galeam ipsis imponit, ut inuisibiliter iudicem effugiant: & euestigium subtrahit ipsos in thalamum inducit, & sponsis suis tribuit. Talia sane dicentes ac facientes, etiam in nostris regionibus Rhodanusiā terrā multas mulierculas seduxerunt, quae cauterio inultam conscientiam habentes, partim manifeste confitentur: partim hoc facere verentes, tacite quod dāmo do apud se ipsas de vita Dei desperant. & aliqua quidem penitus discesserunt, aliae vero inter vtrūque ambigunt: & quod prouerbium dicit, faciunt neque foris neque intus existentes, hunc fructum seminis filiorum cognitionis habentes. Hic Marcus vterum & receptaculum Colorbari introduxit, seipsum solum genitum fuisse dicens, ut pote vniigenitus ipsi existens, & semen defectionis in ipsum depositum in hunc modum peperit. Ipsum, inquit, supremum ab inuisibilibus ac innotatis locis quaternarium, in figura mulieris ad ipsum descendisse: Quonia, inquit, masculum eius mundus ferre non potuit. & hanc quaternitatem in dicalle, quae ipsa esset: & vniuersorum generationem, quam nulli inquam neque Deo, neque homini reuelauit, huic soli exposuisse, ita loquutus. Quando primum pater ille cogitatione incomprehensibilis, & essentiam non habens, qui neque masculus est, neque foemina, parturiebat, & arcanum suum generari volebat, & inuisibile formari, aperuit os, & emisit Verbum simile ipsi, quod astans ostendebat ipsi quid esset, ipsum inuisibilis illius forma apparet. Prouinciatio autem nominis talis facta est. Loquutus est verbum primum nominis sui, quod erat principium. Et erat comprehensio eius syllaba elementorum quatuor, & adiunxit secundam, & erat etiam ipsa elementorum quatuor: consequenter loquutus est tertia, & erat ipsa syllabica comprehensio elementorum decem. & postea aliam loquutus est, & erat ipsa elementorum duodecim. Facta igitur est pronuntiatio totius nominis, elementorum quidem triginta, syllabiarum vero comprehensio quatuor. Singula autem elementa proprias literas, & proprium characterem, & propriam pronuntiationem, & figuras ac imagines habere dixit. & nullum ipsum esse quod illius conspicat formam, cuius ipse elementum est. Sed neque cognoscunt ipsum. Neque vero proximi sui vnumquodque pronuntiationem obliuiscunt. Sed idem pronuntiat, ut totum pronuntiantis, totum nominare putent. Vnumquodque enim ipsum quum pars sit totius, proprium sonum velut totum nominare, & non cessare sonum edentia usquequo ad extremam litteram vniuscuiusque elementi vna lingua vrentis deueniant. Tunc autem & reiterationem vniuersorum fore dixit, cum omnes a dynam litteram digressae, vnam & eandem enunciationem sonuerint. Cuius enunciationis imaginem esse protulit, quum nos simul Amen dicimus, Sonos autem esse eos qui formant essentiam, non habens & ingenitum seculum: & esse hos formas, quas Dominus angelos dixit, quae assidue vident faciem patris. Nomina vero elementorum communia, & quae dici possunt secula, & verba, & radices, & semina, & complementa, & fructus vocant. Singula autem ipsorum nomina, & vniuscuiusque propria, in nomine Ecclesiae comprehensa intelligi dixit. Quorum elementorum postrema littera vocem suam emisit, cuius sonus egressus, ad imaginem elementorum propria elementa generauit. Ex quibus & ea quae hic sunt, redimita esse dixit: & quae ante haec sunt, generata esse. Ipsam vero litteram, cuius erat sonus, consequentem sonum deorsum, a syllaba sua sursum susceptam esse dicit, ad completionem vniuersi: mansisse autem sonum inferne, velut extra proiectum. Elementum vero ipsum, a quo littera, cum enunciatione sua descendisse infra, quod litterarum triginta esse dicit: & vnaquamque de triginta literis, in se ipsa habere alias literas, per quas nomina litterarum nominantur. & rursus alias nominari literas, & alias per alias, ut in infinitum multitudo litterarum dilabatur. Sic potro clarius didiceris quod dicitur. Aliud elementum literas in se ipso quinque habet, ipsum A, & E, & I, & O, & U. Et haec rursus litterae per alias scribuntur literas, & alias per alias. Si igitur vniuersa substantia ipsius A, & I, & O, in infinitum dilabitur, dum semper aliae litterae alias generant, & inter se mutuo succedunt: quanto magis illius elementi maius esse litterarum pellagus putandum est. Et si vna littera sic infinita est, vide totius nominis litterarum profunditatem; ex quibus primum patrem, ipsum Marci Silentium constare docuit. Quapropter etiam patrem scientem incomprehensibilitatem suam dedisset elementis, quae etiam secula vocat, vniuscuique ipsorum propriam enunciationem

Merces recipientium hereticos Discipulorum marcianorum facinorosa

Omnia faciunt extrema audacia sine pudore. Orci galea prouerbium Rhodanusi regio

Neque foris, neque intus prouerbium

Pater sine essentia neque masculus neque foemina

Elementorum litterarum figure, & imagines

Quando restauratio vniuersi

Elementorum nominum nominum Ecclesiae comprehensa

Substantia illius infinitum dilabitur

Veritatis exprossa Imago nem proferre, propterea quod non possit vnum enunciare totum. Hac vbi declarasset ipsi Quaternitas, dixisse amplius ipsam: Volo autem tibi etiam ipsam ostendere veritatem. deduxi enim ipsam ex figuris domibus, vt inspicias ipsam nudam, & pulchritudinem ipsius consideres: imò etiam audias ipsam loquentem, & prudentiam eius admireris. Vide igitur caput superò & ω. Collum, β & γ. Humeros vnà cum manibus, ϛ & χ. Pectus, ϛ & ϛ. Septem tranuersum, ε & ν. Dorsum ζ & τ. Ventrem, θ & σ. Femora, θ & ϛ. Genua, ϛ & π. Tibias, ϛ & σ. Talos, λ & ϛ. Pedes, μ & ν. Hoc est corpus Veritatis secundum magum. hęc figura elementi. hic character literę. Et vocat elementum hoc hominem, esseque fontem ipsum dicit omnis verbi, & principium totius vocis, & omnis inenarrabilis narrationem, & taciti Silentii os: & hoc quidem corpus ipsius est. tu verò sublimius mentis intelligentia eleuata, genitorum & patris datorem ipsum Verbum ab ore Veritatis audi. Vbi autem ipsa hęc dixisset, Veritate intuitam ipsum, aperto ore dixisse Verbum. Verbum autem nomen factum esse & nomen factum esse hoc quod cognoscimus & loquimur, CHRIS TV M T E S V M: quod etiam vbi nominasset, ipsam statim conticuisse. Expectante autem Marco ipsam amplius quid dicituram, rursus Quaternitas in medium progressa dixit: Quam contempibile putasti verbum quod ex ore Veritatis audiuiti? Non hoc quod nouisti & putas, verus nomen est. Vocem enim solum habes, virtutem verò ipsius ignoras. T E S V S enim est insigne nomen, sex literas habens, in hoc quod ab omnibus qui ex uocatione sunt, cognoscitur. Quod verò apud secula complementi multarum partium est, alterius formę est, & alterius figurę, & cognoscitur ab illius cognatis, quorum magnitudines apud ipsum sunt semper. Has igitur apud vos viginti quatuor literas deflexiones esse scito trium virtutum imaginarias, quę totum supernum elementorum numerum complectuntur. Et enim mutas literas nouem esse puta, ipsius patris & Veritatis, propterea quod muti sint ipsi, hoc est inenarrabiles & ineffabiles. Semiuocales verò octo esse ipsius Verbi ac vitę, eo quod velut medię sint inter mutas & vocales, & suscipiant supernarum quidem deflexionem, infernarum verò relationem. Vocales autem & ipsas septem hominis & Ecclesię esse, quoniam vox per hominem progressa formauit vniuersa. Sonus enim vocis formam ipsi induxit. Habet igitur Verbum & Vita octo literas, Homo verò & Ecclesia septem, Pater autem & Veritas nouem. Quando verò pro defectu ratione firmatus in patre descendit, missus ad eum à quo separatus est ob correctionem peccatorum, vt complementorum vnitas æqualitatem habens fructificet vnā in omnibus eam quę ex omnibus est virtutem: sic numerus illarum septem, virtutem accepit ipsarum octo, & facti sunt loci similes numeris, octonarii existentes: qui tres in seipso redacti, viginti quatuor numerum produxerunt. tria verò elementa, quę dicit ipse in coniugatione trium virtutum esse, quę sunt sex, à quibus defluerunt viginti quatuor elementa, quadruplicata inenarrabilis quaterni ratione, eundem numerum faciunt: quę sanè dicit in nominari esse, ferri autem ipsa à tribus virtutibus ad similitudinem inuisibilis. quorum elementorum imagines imaginum esse duplices apud Gręcos literas: quę cõnumeratę viginti quatuor elementis, iuxta potestatem eorum quę iuxta proportionem sunt, tricenarium numerum faciunt. Huius rationis atque huius dispensationis fructum, in similitudine imaginis apparuisse dicit illum, qui post sex dies quartus ascendit in montem, & factus est sextus, & detentus est ac descendit in septenario, cum insignis octonarius esset, & haberet in seipso omnem elementorum numerum, quem manifestauit ipse veniēte ad baptismam columbę descendens quę est ω & x. Numerus enim ipsius vocis columbę apud Gręcos, nimirum πνευμα, est vnum & octingenta. & propterea Moyses, in sexta die hominem factum esse dixisse. Et iuxta dispensationem in sexta die quę est parascēue, postremum hominem in regenerationem primi hominis apparuisse: cuius dispensationis principium & finem sextam horam esse, in qua affixus est ligno. Perfectam enim mentem cum sciret senarium numerum vim faciendi ac regenerandi habere, manifestasse filiis lucis regenerationem, quę facta est in ipsam insignem numerum per ipsam. Vnde etiam duplices literas numerum insignem habere dicit.

Senarii numeratio. Insignis enim numerus commixtus viginti quatuor elementis, nomen triginta literarum efficit. Vnus est autem ministro, septenarii numeri magnitudine, velut, Marci Silentium dicit: quo consilii per se excoales enim gignit fructus manifestaretur. Insignem verò hunc numerum in præsentem dicit eum, qui in insigni formatus est, intellige eum qui velut diuisus est, aut dissectus, & foris mansit qui sua ipsius virtute & prudentia, per emissionem à seipso hunc septem virtutum mundum, ad imitationem potentie septenarii animauit. & animam posuit esse vniuersi totius visibilis. Vnus est igitur & ipse hic hoc opere, velut voluntariē ab ipso facto. Aliqua verò ministrant ac exequantur cogitationem ipsius matris, vt quę sint inimitabilia imitamenta. Et primum quidem cælum loquitur. Secundum verò, Tertium. Quartum autem & medium inter septem cælos, virtutem ipsius, enunciat. Quintum. Sextum. Septimum verò & quartum à medio, elementum ω exclamat: quemadmodum Marci Silentium, quod multa negatur & nihil veri dicit, confirmat. Quę sanè virtutes simul omnes, inquit, inter se mutò implicata, sonant ac glorificant illum à quo producta sunt atque emissa. Gloria autem sonitus demittit ad primum parentem. Huius verò glorificationis sonitum in terram delatum, dicit platem ac formatorem factum esse, genitoremque eorum quę sunt in terra. Porro demonstrationem afferit à recenseditis pueris, quorum anima simul vt de ytero processit, vniuscuiusque horum elementorum sonum exclamat. Quemadmodum igitur septem virtutes, inquit, glorificant verbum: sic anima in pueris plorans ac lamentans Marcum ipsum glorificat, propterea quę etiam Dauidem dixisse, Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Et rursus, Cæli cælorum enarrant gloriam Dei. Et deo anima in laboribus ac erumnis constituta, in relevationem suam pronunciat in signum laudationis, qua superna illa anima cognationem ipsius agnoscens, auxilium ipsi demittat. Et de nomine quidem vniuersi quod est triginta literarum, & de Profundo ex huius literis augete, insuperque de veritatis corpore duo decim

decim membra habente, ita vt vnumquodque ex duabus literis constet, & de voce ipsius quam protulit in conuersione, & de solutione nominis non prolata, & de mundi ac hominis anima, quemadmodum habent dispensationem secundum imaginem, hoc modo delirauit. Consequenter autem quomodo ex nominibus æqualis numeri virtutem Quaternitas ipsi ostendit referemus, quò nihil lateat te, o charissime, de his quę ab ipso dicta ad nos peruenierunt, velut sæpe à nobis experiuisti. Sic igitur declarauit ipsi sapientissimum illud Silentium viginti quatuor elementorum generationem. Singularitati coadesse vnitate: ex quibus duę emissiones velut antè dictum est. Singularitas & Vnum progressę quatuor factę sunt. Bis enim duo sunt quatuor. Et rursus duę & quatuor in idem compositę, senarium manifestauerunt. Senarius autem numerus quadruplicatus, viginti quatuor formas peperit. Et primi quidem quaternarij nomina, sancta sanctorum intelligi, & non posse dici, cognosci autem à solo filio: quę pater nouit quę sint. Quę verò reuerenda sunt, & cum fide apud ipsum nominantur, hęc sunt. ἡγήσιος & σενη, πατρις & ἀλλοθα. hoc est, inenarrabilis & Silentium, Pater & Veritas. Huius autem quaternarij vniuersus numerus est elementorum viginti quatuor. ἡγήσιος enim nomen literas septem in se habet, σενη verò quinque, πατρις quinque, ἀλλοθα septem. quę compositę in idem bis quinque & bis septem, viginti quatuor numerum impleuerunt. Eodem modo etiam secundus quaternarius, ἡγορ & ζωή, ἀλλοθασις & ἐκκλησις, hoc est, Verbum & Vita, Homo & Ecclesia, eundem elementorum numerum ostendunt. Et Saluatoris nomen narrabile illud in hoc literarum sex esse, inenarrabile verò ipsius literarum viginti quatuor. Et ἡγὴσιος, hoc est filius CHRIS TV S, literarum duodecim. Quod verò in CHRIS TV O ineffabile est, literarum triginta, & propter hoc dicit ipsum ω & ω. vt ἡδελφὸς, hoc est columbam indicet, quum hęc aus hunc numerum habeat. At verò I E S V S hanc habet, inquit, arcarnam generationem. A matre enim vniuersorum prima Quaternitate, in filię modum processit secunda Quaternitas, & factus est octonarius consequenter processit denarius: sic factus est denarius & octonarius. Denarius igitur cum octonario congressus, & decuplum ipsum faciens, octogonarium numerum produxit: & octogonarium rursus decuplans, octingentorum numerum generauit: vt sit vniuersus literarum numerus ab octonario in denarium progressus, ω & π & ω, hoc est octo, & octoginta, & octingenta. Nomen enim I E S V S iuxta numerum in literis, octingentas octoginta octo literas clarè habet, & supercõlectem I E S V secundum ipsos generationem. Quapropter etiam alphabetum Græcorum habere vnitates octo, denarios octo, centenarios octo, ita vt octingentorum octuaginta numerum demonstrat, hoc est, I E S V M ex omnibus numeris constat. Et propterea ω & ω ipsum nominari, vt significet ex omnibus generationē. Et rursus sic primo quaternario iuxta numeri progressum in seipsum composito, denarius numerus resiliuit. Vnū enim & duo & tria ac quatuor in idem composita decem sunt, hoc est ϛ, atque hoc I E S V M esse volunt. Sed & ἡγὴσιος, inquit, cum literarum octo sit, primū octonarium significat, qui denario complicatus ἡωω, id est I E S V M peperit. Dicitur autem, inquit, & ἡγὴσιος, hoc est duodenarius, ἡγὴσιος enim nomen literarum quatuor est, ἡγὴσιος, verò octo: quę compositę, duo denarii magnitudinem ostenderunt. Priusquam igitur, inquit, huius nominis insigne appareret, hoc est ipse I E S V S, in magna ignorantia & errore homines erant. Quando verò manifestatum est hoc esse literarum nomen, ἡγὴσιος, qui carnem induit vt ad sensum hominis descenderet, habens in seipso & sex, & viginti quatuor: tunc cognito eo cessauit ignorantia. Ex morte verò in vitam redierunt, nomine ipsi via ac duce facto ad patrem veritatis. Voluisse enim patrem vniuersorum soluere ignorantiam, & destrueret mortem. Ignorantię autem solutio, cognitio ipsius facta est. Et propterea electum esse iuxta voluntatem ipsius, secundum imaginē supernę virtutis dispositum hominem. A quaternario enim pro cesserunt secula. erat autem in quaternario, Homo & Ecclesia, Verbum & Vita. Ab his igitur virtutes, inquit, profluerunt, & generauerunt qui in terra apparuit, I E S V M. Et Verbi quidem locum expleuisset angelum Gabriel, Vitę autem spiritum sanctum, Hominis verò, virtutem altissimi, Ecclesię genitum locum virgo ostendit. Atque sic secundum dispensationem per Mariam gignitur apud ipsum Iesus. homo, quem pater vniuersorum pergressum per verum, elegit per verbum ad sui cognitionem. Vbi verò venisset ipse ad aquam, descendisse in ipsum velut columbam, eum qui rursus recurrit, & duodenarium numerum impleuit, in quo est semen eorum qui cum ipso seminari sunt, & simul descendunt, ac simul ascenderunt. Ipsam verò virtutem quę descendit, semen patris esse dicit, quod habet in seipso & patrem & filium, & virtutem Silentii innominabilem, quę per hos cognoscitur, & omnia semacula. Et hoc esse Spiritum, qui loquutus est per I E S V M, & cõfessus est se ipsum filium hominis, & patrem manifestauit: qui descendit quidem in CHRIS TV M, vnitus est autem ipsi. Et destruxit quidem mortem, inquit, Saluator ex dispensatione, notum autem fecit patrem CHRIS TV M. Esse igitur I E S V M nomen dicit ex hominis dispensatione, positum verò esse in assimulationem & formationem descensuri in ipsum hominis, eum qui ipsum capit, habuisse autem ipsum, & hominem, & ipsum Verbum, & Patrem, & Inenarrabilem, & Silentium, & Veritatem, & Ecclesiam atque vitam. Hęc sanè iam super Iu & heu sunt, & omnem tragicam exclamationem ac commiserationem excendant. Quis enim nõ oderit tantorum mendaciorum malum compositorum poetam? cum Veritatem quidem videat simulachrum à Marco factam, atque hoc alphabeti literis recēs notatam, ad hoc quod ab initio est heri ac nudius tertius, quod dici solet. Gręci constitutur se à Cadmo primum sedecim literas accepisse. Deinde temporibus progrediētibus seipso ex cogitasse aliquādo aspiratas, aliquādo duplices. Postremò verò omnium Palamedem aiunt logas his apposuisse. Priusquam igitur hæc facta sit à Gręcis, Veritas nõ erat. Corpus enim ipsius secundum te o Marce, posterius est Cadmo, & his qui ante ipsum fuerunt, posterius item his qui reliqua elementa apposuerunt. posterius etiam te ipso. tu enim sonus ratio.

Sapientissimum silentium vnde.

Numerus elementorum. 24.

Quaternitas prima vniuersorum mater.

Iesus nominis numerus.

Compositio denarii.

Christi nominis numerus.

Vnde ignorantię solutio.

Quomodo impletus duodenarius numerus.

Pater descendit in Iesum & illius vnitus est.

Heri ac nudius tertius, pronuntium.

Literarum Græcarum inuentio nis ratio.

Silētiū nu- gationes.

Pater cō- plectens omnia. Essentia fabrica- tio.

Concinnū iusta ac- clamatio.

Per virtu- tem Aza- zel opera- tur Mar- cus sedu- cendo.

Numeris scripturā constare.

Unde omis erratica.

Amē vo- cis nume- rus.

Literę x postius ra- tio.

Octona- riū mater triginta seculorū.

Literarū miraculose.

Erronea de rebus diuini di- sciplina.

lus simulachrum induxisti, eam quæ a te veritas dicitur. Quis verò feret tuum Silentium, quod tanta nugatur, quod innominatum nominat, & inenarrabile exponit, & imperuestigabile enarrat? Et aperuisse os dicis eum quem incorporeum & forma carentem dicis, & protulisse verbum velut vnum aliquod ex compositis animalibus verbumque ipsius simile existens ei qui ipsum emittit, & formam inuisibilis factum, elementorum quidem esse triginta, syllabarum verò quatuor. Erit igitur secundum similitudinem verbi pater omnium, velut tu dicis, elementorum quidem triginta, syllabarum verò quatuor. Et rursus, quis feret te in figuras ac numeros, aliquando triginta, aliquando vigintiquatuor, aliquando sex solum, concludentem vniuersorum conditorem ac opificem & creatorem Verbum Dei? & concidentem ipsum in syllabas quatuor, elementa verò triginta? & vniuersorum Dominum qui firmavit cælos, in octingentorum octuaginta octo numerum deducetem, ita vt similis alphabeto factus sit? Et patrem qui omnia complectitur, ac ipse incomprehensibilis est, in quaternarium & octonarium, & denarium ac duodenarium diuidentem? & per tales multiplicationes id quod inenarrabile & cogitatione incomprehensibile est, velut tu dicis, in patre exponentem? Et quem incorporeum & essentia & non habentem nominas, eius essentiam ac substantiam ex multis literis, aliis ex aliis nascentibus, fabricas ipse Dædalus mendax & faber malus siens sublimissimæ virtutis. Et quem inuisibilem dicis esse, in mutas & vocales ac semiuocales sonos subdividens, & mutum esse de ipso vniuersorum patre ac intelligentia filij emittens, ad summam blasphemiam & maximam impietatem perduxisti omnes tibi credentes. Quapropter etiam iuste ac congruè, tali tuæ temeritati diuinus senex, ac veritatis præconcinuus acclamauit, sic loquutus, Simulachrorum fictor Marce, & monstrorum spectator, astrologi cæ ac magicæ artis experte, per quas erroris dogmata corroboras, signa ostendens his qui a te seducuntur virtutis eius quæ defecit aggressiones, quas tibi pater tuus satanas suppeditat, vt per virtutem Azazel operationes facias, habens te præcursorem maliciæ quæ est contra Deum. Et hæc quidem amator Dei senex. Nos verò reliqua mysteria ipsorum quæ longa sunt, breuius exequi ac recensere conabimur, & quæ multo tempore delituerunt in apertum proferre. Sic enim ab omnibus facile coargui poterint. Generationem igitur seculorum, & errorem omis, eiusdemque inuentionem, in idem venientes, magis mysticè conantur hi prædicare, qui omnia ad numeros deducunt, & ex vnitatem ac dualitate vniuersa constare asserunt, & ab vnitatem vsque ad quatuor numerantes, sic denarium generant. Vnū enim, & duo & tria ac quatuor, composita in idem, decem seculorum numerum pepererunt. Rursus dualitas à seipsa progressa vsque ad senarium, verbi gratia, duo & quatuor & sex, duodenarium produxit. Et rursus à dualitate similiter numeratibus nobis vsque ad denarium, tricenarius productus est, in quo sunt octo, & decem, & duodecim. Duodenarium igitur affectionem appellant, propterea quod Senarius ipsum conseruauit, eo quod Senarius ipsum sit insequutus. Et ob id circa duodenarium numerum errore contingente, ouem prælasiciua profugam errasse, nam defectionem à duodenario factam esse dicunt. Eodem modo etiam à duodenario vnam virtutē discessisse ac periisse vaticinantur. Et hæc esse mulierem quæ perdidit drachmam, & accendit lucernam, & inuenit ipsam. Sic igitur etiam numeros relictos, in drachma quidem nouem, inoue verò vndecim, vbi mutū inter se implicantur, numerum nonaginta nouem parere. Nam noues vndecim, & vicissim vndecies nouem, nonaginta nouem sunt. Quapropter etiam vocem *Amē*, id est Amen, hunc numerum habere dicunt. Non cunctabor autem tibi etiam aliter ipsos exponentes declarare, vt vndiquaque fructum ipsorum consideres. Literam enim *x*, si inter ipsas literas senarii nota *s* connumeretur, octonarium esse nolunt, quum à prima octauo posita sit loco. Deinde rursus circa senarii notam ipsorum elementorum numerum supputantes, & componentes vsque ad *x*, Tricenarium producant. Auspicatus enim ab *x*, & desinens in *x*, ita vt ex numero elementorum senarii notam *s* eximas, & incrementum literarum componas, inuenies tricenarium numerum. Nam vsque ad elementum *e*, quindecim sunt: deinde appositus ipsis septenarius numerus, vigintiduo efficit. vbi autem his accessit *x*, hoc est octonarius, admirandum illum tricenarium implet. Et hinc demonstrant, octonarium matrem esse triginta seculorum. Quandoquidem igitur ex triginta virtutibus vnitas est tricenarius numerus, & ter ipse repetitus nonaginta fecit: ter enim triginta nonaginta sunt: sed & ipse ternarius in seipsum compositus, nouem genuit: hoc modo sanè octonarius nonaginta apud ipsos numerum peperit. Et quandoquidem duodecimum seculum, facta defectione superna, vndecim reliquit, conuenientem figuram literarum figuræ *xyx*, id est verbi positam esse dicunt. Vndecimum enim inter literas positum est ipsum lambda, quod est numerus tricenarius: & ad imaginem positam esse supernæ dispositionis. Nam ab *x*, circa senarii notam, numerus ipsarum literarum vsque ad *x* compositus, iuxta incrementum literarum vnā cum *x*, nonaginta nouem numerum facit. Quod autem *x*, quæ vndecima in ordine litera est, ad sui similis inquisitionem descendit, vt duodecimum numerum expleret, & inuenit ipso impletus sit, manifestum esse dicunt ex ipsa elementi figura, ex duobus *x* composita. Duo enim *xx* ipsum *x* constituunt. Quapropter etiam fugisse ipsum per cognitionem, eam quæ nonaginta nouem erat regionem, hoc est reliquias & defectum, figuram sinistra manus: persequutum autem esse vnum, quod nonaginta nouem appositum, in dextram suam manum transfudit. Tu quidem, o charissime, vbi hæc legeris, satis scio, ridebis multum, talem ipsorum sapientem se putantem stultitiam. Digni verò sunt iuctu, qui tantam pietatem, & magnitudinem veritatis inenarrabilis virtutis, & tantas dispensationes Dei, per alpha & beta, & per numeros, adeo frigidè ac violenter distrahunt. Qui verò ab Ecclesia discedunt, & anilibus hisce fabulis credunt, reuera per se condemnati sunt: quos Paulus iu bet nos post vnam atque alteram admonitionem deuitare. Ioannes autem *chris* t discipulus auxit

auxit ipsorum condemnationem, ne salutem quidem à nobis dici ipsis volens. Qui enim ipsis (inquit) salutem dicit, particeps sit operum ipsorum malorum. Et merito. Non est enim salus impiis, dicit Dominus. Impii verò super omnem impietatem hi sunt, qui creatorē cæli & terræ solum Deum omnipotentem, super quem alius Deus non est, ex defectu, qui etiam ipse ex alio defectu natus est, productum esse dicunt: vt secundum ipsos sit ipse emissio tertij defectus. Quia sententia verè explosa ac reprobara, oportet nos procul ac longè ab ipsis fugere: & quanto plus affirmant ac gaudent suis inuentis, tanto magis scire amplius ipsos à prauorū spirituum & conario agitari. Quomodo enim qui in phrenitidem affectionem sunt illapsi, quanto plus vident & valere se putant, & omnia velut sani faciunt, quæ iam verò etiam supra iudicium qui sani sunt, tanto magis malè habent: similiter & hi quæto magis excellenter sapere sibi videntur, & se ipsos enervant supra vires iaculantes, tanto magis nō sapiunt. Egredius enim in mūdus ignoratæ spiritus, deinde vacantes ipsos nō Deo, sed mundanis quæstionibus reperiens, assumpsit aliis septem improbiōribus seipso, vbi mentē ipsorum emolliuit, velut qui possint ea quæ super Deum sunt intelligere, & idoneos ipsos ad errorem fecit, octonarium ignorantē prauorū spirituum in ipsos immisit. Volo autē tibi etiam referre, quomodo ipsam creationē secundum imaginem inuisibilem, ab opifice, velut ignorante eo, per matrem factam esse dicunt. Primum quidem quatuor elementa dicunt (ignem, aquam, terrā, aërem) ad imaginem producta esse superni primi quaternarij: ite mō; actiones ipsorū connumeratas, hoc est calidum & frigidū, siccumq; ac humidum, exactè exprimere imaginē octonarij. Consequenter decē virtutes sic enumerant. Septem quidem corpora circulantia; quæ etiam cælos vocant: deinde circulū ipsa continentem ac ambientem, quem etiam octauum cælum nominant: & ad hæc Solem & Lunam. Hæc quum sint decem numero, imagines esse dicunt inuisibilis denarij, qui à verbo & vita prodit. Duodenarium verò significati per Zodiacum appellatum circulum. Duodecim enim animalia manifestissimè duodenarium hominis & Ecclesiæ filiam adumbrare dicunt. Et quoniam è contrario coniugatus est (inquit) ad vniuersorum lationem velocissimam existentē, ipse Saturnus qui suo corpore grauat, & vicissim poterat illorum velocitatē sua tarditate, vt ipse in triginta annis circuitū à signo in signū faciat: imaginē ipsum dicit Termini, qui matrem ipsorum triginta nomina habet: ambir. Et Lunam rursus suum cælū circumeuntē in triginta diebus; per dies numerū triginta seculorum significare volunt. Sed & Solem in duodecim mensibus circumeuntē, & circulem suam restitutione absoluentem, per duodecim menses duodenarium manifestū facere. At verò dies duodecim horarū mensuram habentes, lucidi duodenarij figuram esse. Quin & horā duodecimam diuisi parrem, ex triginta partibus adornatā esse dicunt, propter imaginē tricenarij. Sed & ipsius Zodiaci circuli mensuram in ambitu est: partium tricenarium sexaginta vnum quodq; enim animal partes habere triginta. Sic autē & per circulū, imaginem cōiunctionis duodecim ad triginta conseruatam esse dicunt. Insuper & terrā in duodecim regiones diuisam esse dicentes, & in vnaquāq; regione virtutem ex cælis iuxta perpendicularum suscipientem, & similes liberos ei quæ defuccionem demisit virtutem parientē figuram esse: duodenarij & liberorum eius, manifestissimè affirmat. Ad hæc, inquit, quum voluisset opifex superni octonarij inuenirem & æternitatem; neq; terminum, neq; tēpus habentem imitari, & non potuisset durabilitatem ipsius ac sempiternitatem exprimere, propterea quod fructus sit defectus: in tempora & spacia multorumq; annorum numeros, æternitatem ipsius deponit, vt qui putabat in temporum multitudine in finitatem eius se imitari. Atque hinc dicunt, quum effugisset ipsum veritas, in sequutum esse mendacium, & propterea destructionem accepturum esse ipsius opus temporibus completis. Et de creatione quidem talia dicentes, vniuersi q; ipsorum quotidiæ propter potestatem, recentius quid excogitat ac gignit. Perfectus enim nemo est, qui non magna mendacia apud ipsos producat. Carerem quæ ex propheticis transformant, ea necessarium est indicare, & ipsos confutare. Moyses enim (inquit) incipiens opus creationis, statim in principio tractationis matrem vniuersorū ostendit, dum ait: In principio fecit Deus cælum & terram. Quatuor igitur hæc nominans principū, Deum, cælum & terrā, quaternarium ipsorū, velut ipsi dicunt, expressit. Et inuisibilem ipsius ac occultatum (inquit) indicasse, dum dixit: Terra autem erat inuisibilis & inornata. Secundum verò quaternarium primi quaternarij progeniem, sic ipsum dixisse volunt, dū abyssum nominat, & tenebras, & in ipsi aquam, & spiritum qui super aquas fertur. Postea verò denarij ipsum mentionem facere, ac clarè dicere & diem & noctem, firmamentumque ac vesperam, & quod vocatur mane, aridamq; ac mare, insuperq; herbam ac fructum, & decimo loco lignū. Atque sic per decem nomina decē secula indicasse. Duodenarij autē vim sic apud eum imagine expressam esse. Solem enim dicere, & Lunam, & stellas, & tempora, & annos, & cetera, & pisces, & reptilia, & volatilia, & quadrupeda, & feras bestias, & postea duodecimum hominem. Atque sic à Spiritu tricenarij per Moysen dictum esse docent. Sed & formatum hominē secundum imaginem supernæ virtutis, habere in seipso ab vno fonte virtutem, constitutam autem esse hanc in cerebro, à qua defluere virtutes quatuor ad imaginem superni quaternarij vocatas, visum, auditum, olfactum, & quartā gustum. Octonarium verò significari dicit per hominem sic, vt qui aurēs duas habeat, & oculos totidem, insuperq; pensam. Dolfactus foramina duo, & duplicem gustum, amarū ac dulcis. Totum autem hominem totam Tricenarij imaginem sic habere docent. In manibus quidem per digitos denarium gestare, in toto verò corpore in duodecim membra diuiso duodenarium. Diuidunt autem ipsum, quemadmodum veritatis corpus apud ipsos diuisum est, de quo antea diximus. Octonarium igitur qui inuisibilis & inenarrabilis est, in visceribus absconditum intelligi, Solem porro rursus, magnum illud luminare

Impietas eorū qui dicūt Deū productū esse.

Phrenesis natura.

Creationis rerum solida ratio.

Filia Ecclesiæ adumbrata per duodecim nomina.

Diei et horarū aduibratio.

Zodiaci circuli ratione.

Mendacii adiuventio.

Scripturæ falso de terra.

Terra fusibilis.

Hominis formatio solida ex pensa.

Tricenarij imaginabilis.

Trium tabernaculi in quarta die factum esse, propter quaternarij numerum dicunt. Tentorii item, siue tabernaculi a Mose constructi arria, ex byllo & hyacintho, purpuraeque ac coccina facta, eandem apud ipsos imaginem ostenderunt. Vestem quoque sacerdotis talarem quatuor ordinibus lapidum preciosorum ornata, quaternarium significare decernunt. Ersi qua alia huiusmodi in scripturis habentur, quae ad quaternarium numerum trahi possunt, propter suum quaternarium facta esse dicunt. Octonarium verò insus ostendi sic. In octava die hominem formatum esse dicunt. Aliquando enim in sexta ipsum factum esse volunt, aliquando verò in octava. Nisi fortassis terreum quidem in sexta die formatum esse dicunt, carnalem verò in octava. Distincta enim sunt haec apud ipsos. Aliqui verò alium esse volunt secundum imaginem & similitudinem factum masculinum ac foeminam hominē, & hunc esse spirituales. Alium itē qui formatus est ex terra. Sed & arca mysterium in diluuii, in qua octo homines seruati sunt, manifestissimi salutarum octonarum significare aiunt. Eundem si- gnificare etiam ipsum Dauidem, qui octauus est nativitate inter fratres suos. Insuper & circumcisonem octavo die fierem, circumcisonem superni octonarum declarare. Et in summa, quaequae in- ueniuntur in scripturis quae ad octonarium numerum trahi possunt, ea octonarum mysterium exple- re, dicunt. Quin & Denarium significari per decem gentes dicunt, quas Deus promisit se Abraham in possessionem daturū esse. Sed & mysterium circa Sarā, quod post decem annos dat ipsi suam ancillā Agar, ut ex ipsa liberos suscipiat, eundē significare. Seruus item Abraam missus ad Rebeccam, & iux- ta puteum largitus ipsi armillas aureas decem, & fratres ipsius detinentes ipsam ad decem dies, idē apud ipsos significant. Insuperq; Roboam qui decem scepra accepit, & decem tabernaculi arria, & columnae decem cubitorum, & decem filij Iacob ad mercaturā frumenti primū in Aegyptū missi, & decem Apostoli quibus manifestatur post resurrectionem Dominus, Thomas non praesente, in- uisibilem denariū ex ipsorum sententia exprimebant. At verò duodenarium, circa quē mysteriū af- flictionis ipsius defectus factum esse volunt, & ex qua afflictione visibilia omnia constructa esse af- ferunt, clarē & manifestē ubique positum esse dicunt. Velut duodecim filios Iacob, ex quibus etiam duodecim tribus, & poculum varium duodecim lapillos habens, & duo decim tintinnabula, & duo- decim lapides a Mose sub montē positos. Similiter etiam eos qui a Iesu in flumine positi sunt, & alios qui ultra flumen. Et eos qui gestant arcam Testamenti. Et eos qui ab Heliā positi sunt in ex- sione vituli. Sed & numerum Apostolorum. Et in summa, omnia quae duodenarium numerum ser- uant, ipsorum duodenarium delineare dicunt. Certe autē horū omnium vnitionē, quae Tricenariū appellatur, per arcam Noē altitudinis triginta cubitorū, & per Samuelem qui fugit ipsū Saul, in- ter triginta vocatōs primū, & per Dauidem, quando per triginta dies latebat in agro, & per eos qui ingressi sunt cum ipso in speluncam, & quod longitudo sancti tabernaculi fuit triginta cubitorum, & si qua alia eiusdē numeri reperiant, Tricenarium suū per talia ostendi contendūt. Porro necesse- sariū arbitrans sum, apponere his etiam ea quae de primo patre suo, qui incognitus erat omnibus ante aduentum CHRIS T I, ex scripturis eligentes per se adgerē conantur, quō ostendāt Dominum nostrum alium praedicatē patrem, praeter vnū creatorem, quem velut antea diximus, in ipse blas- phemi defectus fructum esse dicunt. Itaque prophetam Esaiam, ubi dixit: *Isa. 48.* autem me non no- gnouit, & populus me non intellexit: inuisibilis illius Profundi ignorantia dixisse accōmōdant, & per Oseam dictum, Non est in ipsis veritas, neque agnitio Dei in idē tendere cogunt. Et hoc, Non C

est qui intelligat ac requirat Deū, omnes declinauerunt, simul inuiles facti sunt: de Profundi igno- rantia ponunt. Sed & hoc quod a Mose dictum est, Nemo videbit Deum, & vnuer: ad illum referri credunt. Creatorem enim a prophetis visum esse, mentientes dicunt. hoc verò, Nemo videbit Deum, & vnuer: de inuisibili & omnibus ignota magnitudine dictum esse volunt. Et quod quidem de inuisibili patre ac creatore vnuerforum dictum est, Nemo videbit Deum: omnibus nobis mani- festum est. Quod verò non de Profundo ab ipsis excogitato, sed de opifice, qui & ipse est inuisibilis Deus, ostendatur in sermone progressu. Sed & Danielem idē hoc significare dicunt, in eo quod interrogat angelum interpretationes parabolarum, velut non sciens, sed & Angelum absconden- tem ab ipso magnum mysterium ipsius Profundi, dicens ipsi, Fuge Danielem, hinc sermones ob- turati sunt, donec intelligentes intelligant, & albi in albertur. & se ipsos esse albos ac bene intel- ligentes gloriantur. Supra haec verò immensam multitudinem apocryphorum & spurzarum scri- pturarum, quas ipsi fingunt, ad stuporem stolidorum afferunt, & vt adirentur hi qui veritatis li- teras non nouerūt. Assumunt autē ad hoc etiam illa vesustiam: Quod quum puer esset Dominus, & literas disceret, praceptorq; ad ipsum, velut mores est, dixisset, Dic alpha respondisse ipsum alpha, & quum rursus beta praceptor diceret iussisset, respondisse Domini, Tu dic mihi prius quid est al- pha, & tunc dicam tibi quid est beta. Et hoc exponunt, velut ipse solus quod incognitum est non ip- quod ipsum in figura ipsius Alpha manifestauit. Quaedam verò etiam ex Euangelis in hunc effa- ctu etiam accommodant, velut responsionem ad matrem suam quum duodecim annorum esset, D Nescitis quod in his quae patris mei sunt, oportet me esse, quem non nouerunt (inquiunt) Patrem? ipsi denunciat. Et propterea missis discipulis ad duodecim tribus, praedicantes ipsis incognitum Deum. Et ad eum qui dixit ipsi, Magister bonie: eum qui uere bonus est Deus, ipsum accessum esse, dum dixit, Quid me dicis bonum: vnus est bonus, Pater qui in caelis est. Celos autem nūc seculi dicta esse asserunt. Et per hoc quod non respondit his qui dixerunt ad ipsum, In qua uirtute haec facis: sed contraria interrogatione ipsos confiterantur, inenarrabilem uirtutem patris ipsi sum de- monstrasse, in hoc quod non dixerit, exponunt. Sed & in hoc quod dixit, & per concupitū audire vnum

vnū ex sermonibus istis, & nō habui qui diceret: ostendisse dicunt per vnū, reuera vnū Deum, quem non nouerint. Insuper in eo quod appropinquauit urbi Hierosolymis, & fleuit super ipsam, ac dicit, Si nouisses & tu hodie quae ad pacem pertinent, uerum abscondita sunt a te: per uerbum ab- scondita sunt, Absconditum profundum ipsum indicasse uolunt. Et rursus quum dixit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos, & discite a me: ueritatis patrem ipsis promississe dicunt. Quod enim non nouerant, hoc ipsis promittebat. Demonstrationem autē supremam, & uelut coronidem sui propositi, haec asserunt. Gratias ago tibi pater Domine caeli & terrae, quod abscondisti haec a sapientibus ac prudentibus, & reuelasti ea paruulis, cer- tē pater sic fuit bona uoluntas apud te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo: & nemo nouit filium nisi pater, neq; patrem quisquam nouit nisi filius, & cuiusq; filius reuelauerit. In his palam aiunt ipsum ostendisse, quod patrem ueritatis ab ipsis excogitatum, nemo nouit ante aduentum ip- sius: & asserere uolunt, quod creator & conditor semper ab omnibus cognitus sit. Atque haec Domi- num dixisse de ignoto omnibus patre, quem ipsi praedicant. At redemptionis ipsorum traditionem, inuisibilem & incomprehensibilem esse contigit, ut quae inuisibilem ac incomprehensibilem ma- ter sit: Et propterea quod instabilis est, non simpliciter, neque vnā ratione proferri potest, eo quod vnusquisque ipsorum uelut ipsi uolunt, de ea tradat. Quotquot enim sunt huius opinionis mystae, tot etiam redemptiones. Et quod quidem in abnegationem baptismatis regenerationis in Deum, & totius fidei destructionem, immittit haec species a Satana, in conuenienti loco redarguentes ipsos referemus. Dicunt autē ipsam necessariam esse his qui perfectam cognitionem acceperunt, ut in uirtute quae super omnia est, sint regenerati. Aliter enim impossibile est intra com- plementum ingredi. Nam haec est quae in profunditatem ipsos deducit. Baptisma enim apparentis in se, esse remissionis peccatorum. Redemptionem autem CHRIS T I, qui in ipso descendit ad perfectionem. Et illud quidem animale, hanc uerò spirituales esse promittunt. Et baptismum qui- dem praedicatum esse a Ioanne ad poenitentiam. Redemptionem autē a IESU in ueritatem esse ad perfectionem. Et hoc esse de quo dicit, At aliud baptismum habeo baptizari, & ualde festino ad ipsum. Sed & filius Zebedaei, matre ipsorum rogante, ut locaret ipsos ē dextris ac sinistris in regno, hanc re- demptionem proposuisse Dominum dicunt, dum dixit: Potestis baptismate baptizari, quo ego ba- ptizabor? Et Paulum aperte asserūt redemptionem in CHRIS T I in se uere indicasse, & esse hanc quae uariē ab ipsis & in consonanter traditur. Aliqui enim ipsorum thalamum nuptialem adpa- rant, & sacrorum initiationem perficiunt cum uocum ad murmurationibus super his qui sacrantur. Et spirituales nuptias esse dicunt, idq; ab ipsis iuxta similitudinem supernarum coniugationū. Alij uerò dicunt ad aquam, & baptizantes ita dicunt: In nomine ignoti patris uniuersorum, in ueritate ma- trem omnium, in eum qui descendit in se, in vnitionem & redemptionem ac societate uirtutū. Alij uerò Hebraica quaedam nomina adiciunt, quo magis admirationi sint his qui initiatur, hoc modo: Basema, Chamosse, Bazanocra, mistadia, tuada, custa, babophor, calachthi. Horum interpretatio hec est: Super omnem uirtutē patris in uocō id quod nominatur Lux, & Spiritus bonus, & Vita, quia in corpore regnasti. Alij rursus redemptione adiciunt his uerbis: Nomen absconditū ab omni deitate & dominatione ac ueritate, quod induit in se, in Nazarenus in uita Lucis CHRIS T I, CHRIS T I uiuē- tis, per Spiritum sanctum in redemptionem angelicam, Nomen restitutionis, Messia, Yphareg- Nam empstaman, Chaldaeam, Mosomedeae, Acphrana, Pseuua, in se, in Nazaria. Et horum interpre- tatio haec est: CHRIS T I non diuidio spiritum, cor, & supercoelestem uirtutem misericordem. Vti- nam fruar nomine tuo Saluator ueritatis. Et haec quidem uerba dicunt hi qui initiant. Qui uerò ini- tiatus est, responder: Firmatus sum & redemptus, & redimo animam meam a seculo hoc, & omni- bus qui cum ipso sunt, nomine Iao, qui redemit animam suam in redemptionem in CHRIS T I uiuente. Deinde acclamant omnes praesentes: Pax omnibus super quos nomen hoc requiescit. Deinde inungunt initiatum succo balsami. Hoc enim unguentum figuram fragrantiae super uniuersa esse dicunt. Quidam uerò ipsorum ad aquam ducere superfluum arbitrantur, uerū oleum & aquam simul permixta, vnā cum additione similium, uelut diximus, uerborum, in caput eorum qui iniuntur, fundunt: & hoc redemptionem esse uolunt. Ungunt autē ipsi balsamo. Alii uerò haec omnia auerfantes dicunt, non oportere inenarrabilis ac inuisibilis uirtutis mysterium, per uisibiles ac corruptibiles creaturas perfici, & eorum quae mente concipi non possunt, & incor- poralia sunt, per sensibilia ac corporalia. Esse autem perfectam redemptionē, ipsam cognitionē inenarrabilis magnitudinis. Quum enim defectus & afflictio facta sint pra ignorantia, per cog- nitionem dissolui omnem ex ignorantia constitutionem: ut sit cognitio, liberatio ac redemptio interni hominis, & neq; corporalis sit, corruptibile enim est corpus: neq; animalis, nam & anima ex defectu est, & est uelut habitaculum patris. Spirituales igitur oportet etiam redemptionē esse: re dimi enim per cognitionem internū hominem spirituales, & contentos ipsos esse uniuersorum cognitione. atq; hanc esse redemptionem ueram. Haecenus Irenaeus. Hanc uniuersam & exactam perscrutationem beatus Irenaeus fecit, iuxta ordinis seriem omnem exponens adulteratam ipsorum doctrinam. Quapropter sanē, uelut etiam antea a nobis indicatum est, his quae ab ipso elaborata sunt contenti, omnia ad uerbum, uelut apud ipsum habentur, apposimus. Subuertentur enim ex ipsis quae a sancto uiro, aduersus ipsorum improbitatem dicta sunt. Nos enim credimus, sicut peni- tias ueritas apparet, & recta cogitatio suggerit, & uelut pieratis regulae consentaneum est, legiq; ac somnia prophetis, & ab origine iuxta successionem patriarchis, ipsiusq; Saluatoris nostri doctrinae, quum etiam

Negatio- ne Domini uirtus pa- tris ostē- ditur.
Supremū propositū Domini.
Redemptio mater in- uisibilis.
Regenera- tionis ne- cessitas.
Redemptio a Iesu in- uerita.
Baptismi forma Marci & sodalium eius.
Vocabula hebraica cur reti- neant ba- ptizatio.
Responsio baptizati.
Pax pra- catur om- nibus su- per quos requiescit nomen Christi.
Contentio inter Mar- cosios.
Spiritalia- lis redem- ptio.
Irenaeus per- scrutatio. Verbis B. Irenaei ca- sitantur
Marci.

Fidei confessio.

etiam Apostoli ipsius manifestè doceant, vnum confiteri Deum patrem omnipotentem vniuersorum, & Dominum nostrum IESVM CHRIVM, & sanctum eius Spiritum, vnam sanctam Trinitatem increatam, ita vt alia omnia ex nihilo facta sint, post Patrem & Filium & Spiritum sanctum. Quum autem hoc ab omnibus prædictis sanctis Prophetis & Euangelistis atque Apostolis clarè creditum sit, & iidem hoc ipsum manifestè confessi sint, non vtique poterit aliqua fraudulenta versutia obfistere aduersus radium veritatis, velut à nobis iam sæpe diffusè in tractatione aduersus singulas hæreses dictum est. Vt vndiquaq; deprehendatur etiam hic mortifer circularor, similiter vt prædicti, qui ostentationis & nimia curiositatis gratia, magna hæc mala consuit ac excogitauit. Verùm præterita etiam huius improbitate, & his qui ab ipso Marcossij appellantur, ad consequentes ò charissimi festinemus, ipsarum radices rursus perscrutantes, & fructuum ipsarum amaritudinem abolentes, euerfionemque ac omnia quæ contra ipsos sunt, ostendentes, non ad detrimentum legentium, sed ad auertendum eos, vt nullam ex prædictis sectis aut posterioribus accedant: sed cognitis his quæ apud ipsos scripta sunt, & auditis his quæ decantantur, cõdemnatõq; vniuersumque ipsorum errorem, ac serpentina improbitate, fugiant, & velut dixi, ne accedant. Qui rerum historias scripserunt, diptadem tradunt quemdam serpentem talem veneni perniciè inducere. Etenim in locis quibusdam, vbi fontes sunt in petris, aut venè, siue riuuli parui aquarum, quæ à petris funduntur in receptaculũ aliud, ipsa diptas aqua reperiens ac bibens, quostquã bibit, venenũ immittit in prædictas aquarũ stationes, vt omne animal quod accersit, & potu se satiãvit, videatur quidẽ sibi vtilitatẽ percipisse ex participatione aquæ: statim verò circa aquarum receptaculum, ex veneno diptadis suscepto cadat ac moriatur. Quin et si aliquem percussit eadem diptas, affectio doloris ex veneno ipsius vehementiori vi vltoria prædito, ad sitim & appetentiam potus vrget, semper ad bibendum ac ingerendum potum irritas. At percussus putat se aliquid vtilitatis accipere ad perniciem, quoties in lethali hoc dolore potum sumit. Verùm in ipso potu expleto ventre, & non amplius suscipiente, postea vnã cum potu animã emittit. Sic etiam hic per poculum mortem operatur, ac propinat ab ipso seductis. A quo veneno per virtutem Dei liberati, ad consequentes eamus.

Amaritudo fructuum marci.

Diptadis natura.

Venenus effectus.

Contra Colorbafios, sectam XXXV.

Hæresis Colorbafiorum.

Additio colorbafii ad Marci hæresim. Generatio nes à primo Patre & intelligentia.

Hominis appellatio.

Gloria comitatus anida. Subuersio falsi nominis scientie. Impositura per inania verba.

Post hos sequitur Colorbafius, qui de prædicti Marci præstigiis collectionem fecit. Imò etiam à Ptolomæi radice instar spinosi aculei exortus est, & alia rursus præter hos, quibus velut aculeis mundum vexaret, excogitauit: nimirum maiorem imaginationem velut ex supernis veniens commentus. Et primũ quidem quando Cum Marco in eadẽ opinione degebat, secta ipsorum instar bicipitis serpentis erat: postea verò velut caput à corpore reptilis resectum, & adhuc spirans, multos deleuit, & iniuria affecit, velut maius quid & compertius præter socios suos & priores docens. Dicit enim primum octonarium, non iuxta consequentiam alio ab alio seculo emissio, productum esse: sed simul ac semel sex seculorum emissionem à primo patre & intelligentia generatam esse ac productam, velut ipse obftrictus affirmat. Et non ex Verbo & vita, hominem & Ecclesiam: aut velut alij volunt, ex homine & Ecclesia, Verbum & vitam genita esse, ipse ac sodales ipsius dicunt, sed alio modo hoc tradunt. Nempe id quod cogitauit producere primus Pater, hoc Pater vocatum est. Quoniam autem quod produxit, Veritas erat, hoc Veritas appellatum est. Quãdo igitur ostendere voluit hoc ipsum, Homo dictum est. Quando verò produxit quos prælegit, hoc Ecclesia nominatum est. Et homo Verbum produxit, hic est primogenitus filius. Consequitur autem ad verbum etiam Vita, & sic primus octonarius completus est. Multa verò contentio est apud ipsos etiam de Saluatore. Quidam enim ex omnibus ipsum factum esse dicunt, & ideo bene complacentem vocari, quoniam vniuerso complemento bene complacuit. Alij verò à solis decem seculis, à verbo ac vita emissis, ipsam productam esse volunt, progenitorum nomina conseruantem. Alij ex duodecim seculis ab homine & Ecclesia genitis productum aiunt, & ob id filium hominis ipsum se confiteri, velut ex homine natũ. Alij à Christo & sancto Spiritu, in fulcimentũ complementi, genitũ ipsum dicunt. Et propterea Christo & sancto Spiritu, in fulcimentũ complementi, genitũ ipsum dicunt. Et propterea ex ipsis nugatores, primum patrem vniuersorum, & primum principium, & primum incomprehensibile, hominem vocari dicunt. Atque hoc esse magnum ac absconditum mysterium, quod Virtus quæ super vniuersa est, & omnia complectitur, homo vocatur. Et propterea filium hominis Saluatorem seipsum dicere. Hæc est Colorbafii inanis & imaginaria per strepitus vocum vanitas. Quam si quis considerauerit, erit ex prioribus velut ambitiosa quædam iactantia vniuersi cuiusque illorum opinionis. Vniuersi quisque enim vana gloria captus, & sibi ipsi congregationem insequentem ipsum colligere cupidus, quæ in mentem venerunt, commentus est, neque secundum prophetiam loquens: non enim Spiritus sanctus in ipsis loquutus est, neque secundum prophetarum ac Euangelistarum veritati vel vnicam occasionem adeptus. Subuersio verò huius falsi nominis scientiæ, est idẽ veritatis qui contra primos dictus est sermo. Quum enim ex Valentini & priorum ipso scola hi omnes sint, & opinionem illorum alius aliter exponat, æqualem cum ipsis turpitudinem ac confusionem subire debent. Magnam enim nobis inania verborum imposturam etiam hic Colorbafius induxit. Proposuit enim nobis nomẽ hominis, de incomprehensibili & inuisibili ac sancto Deo patre vniuersorum confictum, vt suo errore coniungat Saluatoris sermonem, seipsum filium hominis dicentis: & abducatur mentem eorum qui ipsi attendunt, à vera & euidentiſſima Christo de seipso confessione, ad difficultatem & vnum inanitatẽ, ita vt quærendum putent in cœlestibus esse quod nõ est. Dominus

est. Dominus enim ipsum, eo quod pater eius homo vocatur, filium hominis seipsum nominare, & nõ à carne quam de virgineo utero accepit, hoc est à Maria sancta, genitus per Spiritum sanctum: id quod miser ille Colorbafius dicit. Quidam dixerit de eo quod ipse Dominus noster IESVS CHRISTVS ad Iudæos dixit? Nunc autem quæritis me occidere, hominem qui veritatem vobis dixi, quam audiui à patre meo. Et non hic amplius dixit, ab homine patre meo, sed de patre quidem couitens, Deum ipsum vniuersorum significauit. De seipso verò quia homo factus, fuit, in veritate hominem seipsum dixit, velut etiam Apostoli dicunt, vt veritas vndiquaque confirmetur, & cognoscatur vnde sunt Domino nomina attributa: IESVM virum approbatum erga nos signis ac miraculis, &c. Quid itaque ad hæc dixeris, ò omnium hominum miserrime? Quandoquidem ex supernis venis, afferens nobis nouas nomenclaturas, & iactas te ob id quòd hominis nomen, ipsi vniuersorum Domino & omnium patri attribuere ausus es, vt ex hoc vocetur Dominus ipse filius hominis, eo quòd pater homo vocatur, inuenias etiam nobis aliam quandam appellationem patri conuenientem, iuxta hoc quod Dominus vir est approbatus. Verùm nunquam inuenire poteris. Etsi enim vir homo est, & ad distinctionem mulieris hominem virum vocamus, tamen non etiam in hoc aliquid cominisci poteris. Nam sine figuris ac mēbris, tũ occultis, tũ inuisibilibus, vir vocari non potest. Dicimus enim etiam mulierem hominem, sed non virum: quapropter etiam hic homo, & hæc homo dicimus. Verùm diuidentes genus propriè, fœminam quidem mulierem vocamus, masculum verò virum. Hoc enim est discrimen generis masculi ac fœminæ, nempe Vir & Mulier, generum habitu diuiso. Equiuocè autem homo & vir & mulier vocatur. Hæc itaque quum sic habeant, venite mihi omnes serui Dei, vos veritatis amatores, & deridete impostorem ac circularorem Colorbafium. Imò potius lugete deceptos, qui & seipsos & multos perdidierunt. Nos autem Deo gratias agamus, quod per pauca ac simplicia verba, veritas filios suos ad rectam viam deducere solet, & impia ac fastuosa per multam artem fucata dispergit, euetitq; ac deler placidè incendens, velut clarè videre est ex prophético sermone. Accusans enim propheta eos qui horreda curiose sciſcitatur, & nugas ad suam ipsorum fraudem ac perniciem excogitat, dixit: Propterea quod nõ voluisti vos aquã siloam placidè procedentem, produxit super vos Dominus aquã huminis, regem Assyriorum. Aqua enim Siloam, est doctrina eius qui missus est. Quis autẽ fuerit hic, quã Dominus noster IESVS à Deo parte missus: placidè autẽ procedit, eo quòd nihil inane, nihil confictum, sed in veritate sanctam suam sponfam docet, quæ ab ipso columba, propter innocentiam & mansuetudinem ac purissimã vitam, in canticis Solomonis appellatur. Et sanè mirari licet, alias quidẽ quæ nõ sunt ipsius, verùm nomine ipsius seipsas appellauerunt, pellices nominauit & reginas, propter regium nomen, quod vnaquæque sibi ipsi CHRISTVM inscribens iactat. Cæterum etiam si octuaginta sint pellices, quæ sanè sunt ipsæ hæreses, deinde verò puellæ quarũ nõ est numerus, inquit: Vna est colũba mea, perfecta mea. Hoc est ipsa sancta sponſa catholica Ecclesia. Columba quidem, velut dixi, propter mansuetudinem innocentiamque ac vitæ puritatem: perfecta verò, propterea quod perfectam ex Deo accepit gratiam ac scientiam ab ipso Saluatore per spiritum sanctum. Ipse igitur sponſus, quem interpretatur missum, hoc est Siloam, aquam habet placidè procedentem, hoc est doctrinam nullum sonitum, nullum strepitum facientem, minimeque fraudulentam ac fastuosam. Sponsa autẽ ipsius etiam ipsa placida colũba, neque venenũ habes, neque loquacitatem, neque aculeos, velut hi omnes serpentium forma præditi, & venenum exhalantes, dum vnusquisque venenũ mundo præparare conatur, & credentes ipsi inficere. Ex quorum numero etiam hic vnus existit, cuius deprehendendi per diuinum verbum ac supernum auxilium, mihi hic studium fuit, cõterendi que; instar phalangij tetragathi appellari, aut cõfringendi per firmã contentionem, velut caput ab amphibæna bicipiti serpente resectum. Præterito autem hoc, rursus consequentes considerabo: & per preces orabo, vt dum has persequor, veritatem quidem in ipsis eloquar, neminem verò offendam, & neque ipse offendar aut lædar.

Contra Heracleonitas, XXXVI hæresim.

Heracleo quidã huic Colorbafio successit, à quo Heracleonitæ appellati: nihil minus in verborũ vanitate exercitatus. Et quæ quidẽ illi dicunt, etiã hic decernit omni modo, vt ipse ex ipsis originẽ ducens, & qui ab ipsis venenũ affricuit. Verùm excellẽtius quædã super illos in seipso expressit & illos excedere conatus est, vt etiam sibi ipsi collectionem seductorum faceret. Hi enim omnes in corpore centum capita habens, seipsos efformarunt: aut Centimanum illum aliquãdo à Græcorum poetis confictum imitati sunt, Cottum videlicet, siue Briareum, quem etiam Egeonem vocant, aut Gygen: aut Argum illum multis oculis præditum. Qualiter enim illi in suis scriptis monstròse confingunt, & dicunt habere illum centum manus, & aliquando quinquaginta capita, aliquando centum, hunc verò centum oculos: & ea de causa dicunt Mercurium vocari Argiphontem, vt qui Argum multis oculis præditum occidit: sic etiam horum quilibet cupiens sibi ipsi principatum constituere, caput nominauit seipsum, aliam introducens præter præceptorum suorum vanum laborem ac fastuosam doctrinam. Quòd verò non in multam longitudinem præfationis compositionem extendam, ad propositum deueniam. Hic itaque Heracleon, & qui ab ipso Heracleonitæ appellati sunt, velut dixi, similiter vt Marcus, & quidam ante ipsum, de octonariis sentit, de superno inquam, & inferno. Deinde etiam coniugationes triginta seculorum similiter docet. Hominem verò etiam ipse esse dicitur superne vniuersorum patrem, quem etiam Profundum appellauit. Vult autem etiam ipse neque masculum

Contorta scriptura explicatio

Calinia Colorbafii

Lugendos acceptos. Veritatis vis.

Aqua Siloam placidè procedens, quæ sit.

Octuaginta pellices sunt hæreses.

Doctrina Christi placida.

Phalangij tetragathi. Amphibæna.

Heracleonitarum hæresis 36 Centimanus fabulosus.

Argus centum oculos habes.

Materia huius hæresiarum.

Achamoth.

masculum, neque feminam ipsum dicere. Ex ipso autem esse uniuersorum matrem quam & Silenitium nominat, & Veritatem. Ab ipsa vero esse secundam matrem, quae in obliuione genita est: quam & ipse Achamoth vocat. Ex qua de cetero omnia in defectu constituta sunt. Vult autem plura praedecessoribus suis etiam hic dicere, quae sunt haec. Eos qui moriuntur de ipsis & ad ipsum vitam exitum deueniunt, accepta à Marco occasione, non amplius velut ille redimit, sed aliter hic rem tractat, redimens videlicet ad finem vitae eos qui ab ipso seducti sunt. Quandoque enim aliqui ex ipsis, oleum aqua mixtum capiti defuncti immittunt. Alij vero unguentum quod balsami succus dicitur, & aquam: Inuocationem tamen communem habentes, velut etiam ante ipsum Marcus faciebat, cum quorundam nominum additamento. Inuocatio autem haec est: Nefsia, Vphareg, Namempsaman, Chaldaeam, Mosomedaea, Acplirane, Pseua, Iesu, Nazaria. Hoc autem faciunt, vti qui has inuocationes in vitam exitu accipiunt, cum aqua & oleo aut unguento permixtis, in comprehensibiles fiant, & inuisibiles supernis principatibus ac potestatibus, vt inuisibiliter transgrediantur internum ipsorum hominum: tanquam corpora haec in creatura relinquantur, anima vero ipsorum opifici aditet supernè in defectu constituto, vt & illic maneant apud ipsum, transcendat autem (velut dixi) interior ipsorum homo, anima & corpore interior, quem sanè volunt dicere ex superno complemento descendisse. Praecipiant autem his quibus sic illuserunt: Si veneris (inquiunt) ad principatus & potestates, habe in memoria vt post decellum hinc dicas: Ego filius à patre, patris qui prius erat, filius autem in praesenti, veni vt videam omnia aliena & propria, & non aliena omnino, sed ipsius Achamoth, quae est femina, & haec sibi ipsi fecit. Deduco autem genus ex eo qui prius erat, & vado rursus ad propria vnde veni. Et vbi haec dixerit, effugere ipsum potestates, venire autem ad opificem supernè circa primum octonarium (volunt enim ipsi post opificem infra esse septenarium, ipsum vero esse in septenario octauum, verum in defectu & ignorantia) & è vita egressum dicere his qui sunt circa opificem: Vas sum preciosum, magis quam femina quae fecit vos: Si mater vestra ignorat suam radicem, ego noui me ipsum, & cognosco vnde sum. Et inuoco incorruptibile Sapientiam, quae est in patre: mater vero est matris vestrae, quae patrem non habet, imò neque coniugem masculum. Femina vero à femina edita fecit vos, ignorans etiam matrem suam, & putans se ipsam esse solam. Ego autem inuoco ipsam matrem. Haec vbi audierint qui sunt circa opificem, ipsos valde turbati, & reprehendere radicem suam & genus matris. Nunc vero abire in propria, abiecto vinculo suo, & angelo, hoc est anima. Putant enim post corpus & animam, esse & aliud quid in homine. Et de redemptione quidem haec sunt quae ad nos deueniunt. Ceterum prudentes audita ampliori ipsorum nugacitate, deriserint vti que stolidam imitationis rationem, quomodo vnusquisque ipsorum alia ab alio sancit prout vult, & ab audacia sua non desistit, sed quaecunque potest quisque excogitat. Et quum vsque in hunc gignantur apud ipsos ac subnascentur, qui quotidie inueniunt quid noui quod dicant, & ille etiam seducant, difficile est omnia ipsorum studia inquire, aut tradere. Vnde contentus ero rursus & de hac secta relatis, quae ad nos peruenerunt. Talis autem doctrina cui non manifesta fuerit, quod fabula est ac nugacitas tota tractatio: Vnde enim ò bone tu, aut qui ante te fuerunt, corpus accepistis? Animam item vnde? Et intimum hominem vnde? Et si quidem ex supernis à superno spiritali, velut fabulam fingens dicis, & promissione spei eos qui à te seducti sunt, claros facis, ut scopo quodam elati, per praestigiosum fabulamentum tuum distraherentur, dic quae est societas superni spiritualis ad materiale? Quae vero materialis ad animale? Quomodo autem opifex ea quae non sua erant, condebat? Quomodo vero supernus ille virtutem de se spirituali exhibuit opifici, qui non operatus est? Quomodo autem opifex vbi permiscuit suum animale cum materiali, magis materiae voluit suam virtutem illigare? Si autem suam virtutem vult immiscere, non ergo aliena est materia. Si vero etiam est aliena, quis ipsi exhibuit materiae potestatem? Et primum dic mihi ò impostor, vtrum odio habens animam illigauit ipsam materiae, aut ignorans futurum? Verum scio quod neutrum horum dices. Materiam enim non dicimus corpus, abstinereque Dei creaturas, sed materiam quandam nouit Scriptura, post hanc vitiolam & vnicuique arti ad supellectilem structuram atque operationis propositam, aliam inquam quandam nouit Scriptura, ex mente nascentem fordidam cogitationem, & cenosus rationationes peccati. Nascentur enim velut à luto graueolentia, & imputus pestilensque ac cenosus odor. Velut beatus Dauid dum persecutionibus ac vituperiis ab improbis hominibus impeteretur, dixit: Infixus sum in materiam profundam, & caetera. Quando quidem vero videtur tibi ò Heracleon, hoc materiam dici hominum corpora, & mundum hunc uniuersum: qua intentione proposita opifex suam animam materiae immiscuit? Si quidem malum ignorans, non potest creare, qui non cognoscit quod vult creare. Neque enim nos quid facimus in singulis rebus operantes, quod non intelligimus. Nam & animo prius meditamur id quod facere volumus, & nouimus priusquam faciamus, id quod perficere proposuimus: & quidem quum nos debiles simus, & multum à virtute Dei absimus: verum per donatam hominibus ab ipso prudentiam, nouimus ac intelligimus. Contigit autem tibi ò Heracleon, prudentia ex Deo in detrimentum. Quia non secundum Deum ipsam exerces, sed iuxta prauum institutum. Adhuc autem rursus interrogo: Vnde spiritalis ipsius mixtura animalis ac materiali contigit quod sanè spirituale apud te internum homo dicitur, secundo ac tertio externo homini coniunctum, animam inquam ac corpori. Et si quidem ex voluntate superne virtutis uniuersorum patris, profundi videlicet, iuxta tuam sententiam. Igitur non nihil commune habet cum supernis creatura, quae circa nos est, composita per patris superni bonam voluntatem, & scintilla ex supernis ab ipso demissa, quae

Redemptio sustinuatorum.

Vox morientis.

Inuocatio matris sine patre.

Præter corpus & animam vitiolam ponit in homine.

Tota haec doctrina est fabula.

Compositio indigna. Materia significatio in scriptura.

Aduersus improborum vituperia quid dicitur.

Prudentia ex Deo in detrimentum.

A

B

C

D

quæ scintilla iuxta tuam opinionem spiritalis est ac intimus homo. Si verò dicis, opificem qui est in imminutione ac defectu, aut matrem quam vocas Achamoth, accepisse virtutem ex supernis, hoc est spirituale: non amplius in defectu & ignorantia est opifex, neque ea quae à te Mater appellatur. Quomodo enim quis in ignorantia fuerit eius quod concupiscit? Si enim omnino quod melius est appetit, nouit sanè quod pulchrum est & bonum. Et qui bonum nouit, & hoc non odit, sed appetit, non est alienus à bono. Et vt ne tempus conteram circa machinationes huius circularis occupatus, hic contentus ero. Omnis enim ipsius cecidit nugacitas, ab eo quod omnes palam confitentur uniuersorum Dominum bonum esse, & praesire, & omnia facere posse, & quod ab ipso originis natura quae creata est, benefacta est. Neque enim possibile est sine Deo quid esse, praeterquam, solum peccatum, quod radicem non habet, neque in finem manet: sed in nobis inducitur modo fit, & à nobis rursus cessat: quemadmodum vbique contra omnes haereses verba faciens demonstrauit quod vnus est Deus qui omnia fecit ac creauit, pater Domini nostri IESU CHRISTI: & vnus vnigenitus ipsius filius, Dominus noster & Saluator ac Deus: & vnus sanctus ipsius Spiritus, Trinitas sancta & coessentialis: Ex qua omnia bene creata, non mala quaedam sunt, sed bona, iuxta eam cui sic complacuit bonitatem, ex nihilo adesse vocata. Cui Deo honor & gloria & imperium, Patri in Filio, Filio in patre; cum sancto Spiritu, in secula seculorum, Amen. Porro quum rursus huius fecerim subuersionem quam paucissimis, ad sequentes progrediar, singularum pro viribus facturus conuentionem, atque sic perniciosa ipsorum improbitas ab soluturus destructionem. Seips equidem hic merito dici poterit, qui est reptile quadrupes, stellioni similis, cuius morsus detrimentum pro nihilo reputatur: sputum autem in cibum aut potum ei aculatum, statim mortem assumentibus inducit. Qualis sanè est etiam huius doctrina. Ceterum quando & huius uenerunt deprehendimus, & per virtutem Domini à faucibus ac labiis eorum qui laedi poterant, detestimus, consequentes (velut diximus) persequamur, detrimenti ipsorum confutationem facientes.

Mater Achamoth qualis.

Vanitas patet nugacitatis. Peccati radix nulla.

Condenatio huius haeresis. Serpens natura.

Contra Ophitas, xxxvii haeresim.

Quemadmodum igitur pater Dei virtutem promissimus, ita Deo opitulante, haeresim Ophitarum ad relatas vanitatum opiniones consequentem deinceps exponemus, quae partim per eadem fertur, partim variè, moribus inquam & habitu eorum qui ipsa videntur, velut ex sublimi dissensionis ipsorum errore omnibus manifestum fiet. Errore enim ducuntur, non veritate. Deprehenditur autem nunc & confutabitur ipsorum demencia. Ophitae equidem occasione acceperunt à Nicolao & Gnosticis, & sectis prioribus. Vocantur autem Ophitae propter Ophim, id est serpentem, quæ glorificantur. Absurda enim eorum erudant, ex praedicto graueolentia est repleri: & velut à nouo demone decepti hi, serpentem, velut dixi, colunt. Et vide ad quam malignitatis artem processit serpens, qui hos decepti. Quemadmodum enim ab initio Euam & Adam decepit: sic etiam nunc occultans seipsum, & in praesenti, & in tempore Iudaeorum, vsque ad christianum aduentum. Deinde etiam progressu temporum, homines gulosos, esu per ipsum ex inobedientia facto ac assumpto, adhuc subiens ac irritans, ad ampliore seductionem à vero Deo abducit, multa quidem pollicens semper, velut etiam ab initio. Nam & tunc decepit, dicens, Eritis sicut dii. Deinde progredientibus temporibus multiformem & monstruosam imaginatione ipsis induxit. Ab vno enim vero Deo ipsos abduxit, & olim blasphemam idololatriam ac multitudinis deorum vanitatem ipsis immisit. Nunquam enim fuerunt dii, sicut vti que sunt: sed Deus. Prius autem in seuit insanum simulachrorum cultum, & deorum multitudinem, ac fraudulentam mentem. Non autem erat autor solus serpens qui appareret: sed serpentes qui in serpente loquutus est, hoc est diabolus, & qui aures hominis per mulierem turbauit. Et neque lignum erat peccatum, Deus enim mali plantar: verum cognitionem induxit lignum, ad sciendum bonum ac malum. Et non propter cognitionem mors, sed propter inobedientiam. Nam tota ista aduersarij machinatio non tibi gratia facta est, sed vt operaretur in ipsis inobedientiam. Vnde qui tunc inobedientes fuerunt, ex paradiso expulsi sunt, iustissime obiurgati, non per odium, sed per studium caritatis Dei. Dixit enim ad ipsos Dominus: Terra es, & in terram reuertes. Oportebat enim eum qui verè artifex erat, instar signi curare propter pernam suas facti signi, ac vas: & hoc postea in imminutione constitutus propter inobedientiam, non sic sinere, sed in anti-qua massam transmutare: quo rursus in regeneratione repararetur in resurrectione ad antiquam claritudinem, & adhuc ampliore: hoc est, corpora eorum qui inuisibilis fecerunt, & poenitentiam egerunt, & à propitijs erroribus desisterunt, & in cognitione Domini nostri IESU CHRISTI perfecti sunt, quos fiat massa resurrectionis ex terra, & velut massa ab artifice emolita, rursus ad priscam, & adhuc meliorem effigiem conuertat. Huiusmodi quidem erant serpentes aduersus Euam infidias: Ab initio enim golosa humana natura, & semper vanitatis dogmatibus, ac inanibus promissionibus seducta. Et olem quidem idem suae ei aculationis ueneni finem non declarabat. Postea vero post aduentum christi in carnem, emouit & expulsi omnem suam ueneni ei aculationem, & improbam malignitatis uersutiam. Hic enim seipsum in mentem deceptorum immisit, quod gloria uelut Deus, & prior intelligatur: Cognoscitur autem idem serpens, & per hanc scholam suam, & per se habilem serpentem deceptionem inducere. Serpentem autem diuina Scriptura vocat diabolum, non quod omnino talis sit forma, sed propter apparentem hominibus obliquitatem, & eam quae in primis facta est per serpentem fraudis structuram. Proinde apud ueritatem cognos-

Haeresis Ophitarum 37.

Ophita vnde dicitur Serpentis fraus.

Seductio modus.

Simulachrorum cultus.

Eructus inobedientiae.

Infidias haereticorum typi gerunt serpentes antiqui.

Vehementiores tentationes diaboli ab aduentu Christi. Serpens diabolus.

Ignorantiam mali.

Serpentis generis humani.

Ialdabaoth Prunici.

Ialdabaoth vnde editus.

Hominis formatio delira. Natura hominis descriptio ab initio.

Virtus serpentiformis speciei.

Deceptiones ad deliram opinionem.

Serpentis cultus.

Serpentis veneratio.

cognoscere ridiculum est hoc dogma, itemque qui ipsi additi serpentem velut Deum colunt. Quum enim non possit diabolus virilem mentem, quæ à Domino vim veritatis accepit, decipere: conuertitur ad feminam, hoc est hominum ignorantiam, & eos qui sunt in ignorantia persuadet, quando solidam rationem fallere non potest: femineos enim semper cogitatus adit, voluptatemque ac concupiscentiam, hoc est ignorantiam in hominibus effeminatam: & non solidam rationem, quæ omnia prudenter considerat, & Deum ex naturali lege considerat. Nam serpens apud ipsos seipsum **C H R I S T V M** esse dicit. Imò non ipse, non enim loqui potest: sed qui ipsorum mentem sic sentire fecit, diabolus. Quis igitur conspecto serpente non agnosceret inimicum, ac fugiet? Hac enim de causa etiam Dominus ipsum hunc serpentem in humani generis inimicitiam constituit, quoniam omnino vas diaboli factus est, ut qui peccus sit, & per ipsum diabolus hominem in paradiso decepit, ut huius sensibilis serpentis inimicitiam cõspecta, fraudis insidias effugiant, & auerferentur etiam figuram ipsius, ut ita dicam, aspicere. Attribuunt autem & hi Ophitæ appellati, huic serpenti omnem cognitionem, dicentes, quòd hic principium fuit cognitionis hominibus: fabulose introducentes ea quæ ab ipsis putantur mysteria, quum sint inania figmenta, nugis ac vana sapientia referta. Reuera enim hæc fabulæ sunt. Dicunt enim à superno sæculo producta esse sæcula, & posterius genitum esse Ialdabaoth: hunc autem editum esse per imbecillitatem ac ignorantiam propter matris, hoc est superni Prunici. Hanc autem Prunicum aiunt descendisse in aquas, & ipsis permixtam fuisse, & non potuisse ad superna procedere, eo quòd grauitati materiæ permixta esset. Nam ubi aquis & materiæ permixta fuit, amplius succedere non potuit. Leuauit autem seipsum per vim ad superiora, & seipsum extendit, atque sic facta est superius cœlum, & sic stabilita inuenta est non amplius potens, neque sursum ascendere, neque infra descendere, sed in medio fixa ac externa permanit. Infra enim deserti non potuit, quia non erat cognata. Sursum autem procedere non potuit, eo quòd ex materia quam assumpsit, grauaretur. At per ignorantiam ipsius editus Ialdabaoth, venit ad infima, & fecit sibi ipsi septem filios, qui sanè seipsum septem cœlos fecerunt. Ipse verò conclusit ea quæ sunt supra ipsum, & occultauit, ut septem ab ipso editi filii non cognoscerent ea quæ sunt supra ipsum, quum sint ipso inferiores, sed ipsum solummodo. Et hic Ialdabaoth (inquiunt) est Deus Iudeorum: sed non est ita, Absit: sed indicaturus est ipsos Deus omnipotens, qui Deus est & Iudeorum & Christianorum & omnium: & non Ialdabaoth quisquam est, iuxta delirum ipsorum fabulamentum. Deinde aiunt, conclusus supernis per Ialdabaoth versutiam, hi septem ab ipso geniti filij, siue sæcula, siue Dei, siue Angeli (diuersis enim nominibus apud ipsos appellantur) iuxta formam patris sui Ialdabaoth formauerunt hominem, non facile, neque citò, sed eodem modo quo etiam priores. Sæcæ in sua verborum vanitate excogitauerunt. Dicunt enim etiam hi, Reptile erat homo velut vermis, non potens neque sursum flecti, neque erigi. Verum ad insidias ipsius Ialdabaoth, superna mater Prunicius appellata, volens euacuare ipsum Ialdabaoth potentia, cuius ex ipsa particeps fuit, operata est in ipso, ut in hominẽ à filiis ipsius formatum potentiam ipsius euacuaret, & ab ipso scintillam demitteret in hominem, animam videlicet. Et tunc sterit (inquiunt) homo erectus in pedes, & transgressus est mente dõo cœlos, & cognouit ac laudauit supernum patrem, qui est supra Ialdabaoth. Ialdabaoth autem dolore ductus, propterea quòd cognita essent ea quæ supra ipsum essent, respexit infra in amarulentia ad materiæ fecem, & genuit virtutem serpentiformis speciem habentem, quam etiam filium ipsius vocant. Et hic, inquiunt, demissus est, & decepit Euam. Illa verò audivit ipsum, & credidit velut filio Dei, & per sua edidit de ligno cognitionis. Deinde ubi hanc scintillam exposuerunt, & ridiculam hanc professionem, ac tragicam concordiam ac consonantiam, ut ita dicam, concinnaerunt, comicamque hanc scenam: incipiunt nobis aliqua ostendere ad confirmationem falsorum ab ipsis dictorum deorum. Nempe, nonne & intestina nostra per quæ viuimus ac nutrimur, serpentiformia existunt? Sed & alia quædam deceptis introducunt ad errorem ac deliram suam opinionem. Propter hanc autem (inquiunt) causam, serpentem colimus, quoniam Deus author cognitionis multitudini factus est. Ialdabaoth verò, aiunt, non voluit commemorare supernam matrem, neque supernum patrem hominibus. Postea autem serpens & cognitionem intulit, & hominem ac mulierem, omnem supernorum mysteriorum cognitionem docuit. Quapropter pater, id est, Ialdabaoth iratus, propterea quòd hominibus cognitionẽ ostendit, deiecit ipsum de cœlo. Et hinc regem de cœlo Serpentem dicunt: qui portionem serpentis, & nihil aliud possident. Colunt igitur ipsum propter hanc (velut inquiunt) cognitionem, & panem ipsi offerunt (habent enim naturalem serpentem, quem in cista quadam alunt) quem circa tẽpus ipsorum, mysteriorum latibulo offerentes, & alios panes in mensa disponentes, serpentem prouocant: aperito autem latibulo procedit, & sic progressus iuxta ipsorum stultitiam ascendit in mensam, & panibus inuoluitur. Et hoc perfectum sacrificium esse volunt. Vnde etiam velut à quodam audiui, non solum frangunt panes, in quibus idẽ serpens obvolutus est, & accipientibus tradit, sed etiam vnusquisque salutat serpentem, ac osculatur ex ore, siue per præstigias quasdam serpente ad mansuetudinem incantato, siue ex alia diaboli operatione ad hos decipiendos ipso animalculo blandiente. Adorant autem hunc, & hanc gratiarum actionem dicunt, quæ per ipsum inuolutum facta est. Et rursum per ipsum, ut aiunt, superno patri hymnum sursum mittentes, sic mysteria sua perficiunt. Stultitiam autem dixerit quis hoc, ludibrio plenam, ita ut neque euersio à diuina Scriptura requiratur ad hoc, sed ipsum per seipsum ei qui mentem secundum Deum sanam habet, ridiculum videbitur. Statim enim omnis ipsorum verborum vanitas delira reperietur. Si enim Prunicum dicunt esse, quomodo

modo ab ipso nomine non putiditas mentis ipsorum deprehendetur, velut iam antea dixi: Quicquid enim prunici vocem refert, inutile est. Si verò inutile, non inter præferenda locandum est. Et quomodo laudabile fuerit, quod inutile est? Quomodo verò non fabulosum est dicere, quod prunicius Ialdabaoth euacuauit? & scintilla ad inferiora descendit ab euacuato? In supernis autem constitutus homo, cognouit eum qui superius est euacuato? Et miraculum magnum est, quomodo homo, in quo minima scintilla est, cognoscit super angelos qui ipsum formauerunt. Nam qui fecerunt hominem, Angeli, siue filij ipsius Ialdabaoth, non cognouerunt ea quæ sunt supra Ialdabaoth. Qui verò ab ipso genitus est per scintillam, cognouit. Ipsi itaque seipsum euertunt per propria dogmata, nunc quidem serpentem glorificant, nunc verò deceptorum ipsum erga Euam factum dicentes, in eo quòd dicunt, Euam decipit: & modò **C H R I S T V M** ipsum esse prædicant, modò filium superioris Ialdabaoth, qui filios iniuria affecit, eò quòd supernam cognitionem ab ipsis conclusit, & matrem ignominia affecit: itemque supernum patrem, eò quòd non permisit à se genitos filios superiorem ipso patre glorificare. Quomodo igitur rex cœlestis est Serpens, si contra patrem excitatus est? Quomodo verò, si cognitionem dat, in fraude Euam decepit prædicatur? Qui autem per deceptionem cognitionem indit, non amplius cognitionem dat, sed pro cognitione ignorantiam. Quare reuera videre est, quòd hoc in ipsis perficitur. Ignorantiam enim habentes, cognitionem hanc putant: in hoc errantes, quòd suam deceptionem ac ignorantiam cognitionem dicunt. Proferunt autem & alia testimonia, quòd etiam Moyses in deserto serpentem æream exaltauit, in hoc erectum ut modela esset his qui à serpente morfi essent. Hanc enim speciem, morsus curatiuam esse dicunt. Rursus autem contra seipsum hæc decernunt. Si enim serpentum erant morsus, atque hi nocui, ergo serpens non est bonus. Quod verò tunc exaltatum est à Moysè, per inspectionem faciebat saationem, non propter serpentis naturam, sed bonam Dei voluntatem, qui per serpentem tunc commorsus velut remedium operabatur. Nihil verò miri est, si quis per quæ læsus est, per ea curationem assequitur. Et ne quis vituperet creaturam Dei, velut rursus aliter dicunt. Præfigurabatur autem hoc his qui in deserto decebant, propter causam quam Dominus ubi renit in Euangelio dicit: Sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto, sic exaltari oportet filium hominis, quod & factum est. Nam instar serpentis Dominum Saluatorem ignominia afficiebant, & ex insidiis serpentis iniuriam inferbant: dico autem, diaboli. Et quemadmodum in exaltatione serpentis sanatio commorsus fiebat, sic in crucifixione **C H R I S T I** redemptio facta est animis nostris, à morsibus peccati nobis illatis. Afferunt autem & hoc ipsum dictum in testimonio iidem dicentes: Non vides quòd dixit Saluator: Quomodo exaltauit Moyses serpentem in deserto, sic exaltari oportet filium hominis. Et ob id etiam in alio loco (inquiunt) dicit: Estote prudentes velut serpentes, & simplices vt columbæ: & quæ in signa doctrinæ ex Deo rectè vsurpata sunt, ea hi ad suam ipsorum fraudulentam versutiam trahunt. Dominus enim noster **I E S V S C H R I S T V S** & Deus verbum, ex Patre ante omnia sæcula, sine principio, sine tempore genitus, non est serpens: absit. Sed contra serpentem ipse venit. Si autem dixit, Estote prudentes vt serpentes, & simplices vt columbæ: oportet nos interrogare ac cognoscere, cur duas has personas, tum columbæ tum serpentis, nobis in doctrinam introduxit. Nulla est autem in serpente prudentia, præter duas has. Primam, quòd dum persequutionẽ patitur, cognoscens quod in capite ipsius tota vita eius existit, & timens superius præceptum ad ipsum à Deo propter hominem dictum, nimirum, Custodies caput ab ipso, & ipse calcaneum à te: vbi totum corpus inuoluit in caput suum, occultat quidem craneum suum, tradit autem reliquum corpus per excellentem calliditatem. Sic vult nos vnigenitus ille Deus ex patre progreffus, in tempore persequutionis & in tempore tentationis, omnia infra tradere gladio ac igni, cuiusmodi autem nostrum ipsum caput, hoc est **C H R I S T V M** non negare. Nam caput omnis viri **C H R I S T V S**, mulieris autem caput vir, caput verò **C H R I S T I** Deus, iuxta Apostolum. Alteram rursum prudentiam habet serpentes, velut naturę rerum docti de hoc animali tradunt. Quado enim siti pressus, à latibulo procedit ad aquam vt bibat, non simul accipit secum venenum, sed in latibulo relinquit, & sic progressus potum aquarum sumit. Proinde & ipsi hoc imitentur, vt quando ad sanctam Dei Ecclesiam, aut ad preces, aut ad mysteria venerimus, maliciam, aut voluptatem, aut inimicitiam, aut aliud quid, in cogitationibus nostris nobiscum ne feramus. Alioqui quomodo poterimus & columbam imitari, non à malicia remoti: Quanquam columbę genus in multis rebus non laudetur: petulans est enim columbarum genus, & à multiplici mixtione non alienum, lasciuumque, & per omne tempus voluptati deditum. Ad hæc verò debile, & infirmum. At verò propter innocentiam, & longanimitatẽ & malorum in hoc animali obliuionem, in super & propterea quòd in columbæ specie apparuit Spiritus sanctus: imitari nos vult diuinus sermo sancti Spiritus voluntatem, & innocentis columbę innocentiam, vt simus quidem prudentes ad bonum, simplices verò ad malum. Et dissolutum est vniversum ipsorum scenicum figmentum. Statim enim sanctus Apostolus improbitatem & insidias non diffinit amplius, quàm contra diabolum & serpentem, dicens: Timeo ne fortè velut serpens Euam decepit in vafricia sua, ita corrumpantur cogitationes vestræ à simplicitate & puritate **C H R I S T I** ac insidit. Vides vt corruptionem pronunciauit Apostolus, & vafriciam vehementem, ac deceptionem, ea quæ à serpente aduersus Euã peracta sũt, & non laudabile quid ab ipso factum ostendit. Itaque horum demetia vndiquaque facilis deprehensio ac manifesta est, omnibus qui veritatis doctrinam, & Spiritus sancti cognitionem scire volunt. Quòd verò non consumam tempus, etiam hac molesta & ægre nauigabili pelagi tempestate conculsa, ad alias marinas professiones scapham armabo, per virtutem Dei & preces sanctorum diligenter obturās collum, quo præternauigantes speculemur ferarum vndarum

Prunicius quid sit.

Generatio Ialdabaoth.

Vrget ab incommo.

Serpens æreus. Moyses.

Per que quis ladi-tur per ea sanatur. Figura verteris adimpletio in Christo.

Signa doctrina conuertit hereticum in verum. Serpentis prudentia duplex.

Cauta Serpentis natura.

Columba cur laudata.

Simplex Christi. puritas corruptit astutiam serpentis.

Preces
Sancto-
rum.

darum eleuationem, & bestiarum in pelago virus eiaculantium formas: verum à muræna-
rum & pastinacæ dracæneque ac Carcharii & Scorpenæ veneno illasi pertransire, & fere-
num veritatis portum per preces ac supplicationes assequi possimus, vt impleatur etiam in-
nobis dictum illud, *Qui descendunt in mare*, virtutes Domini narrabunt. Proinde ad aliam
consequenter hæresim profectioem faciam, eamque similiter exponam.

Contra Caianos, xxxviii hæresim.

Hæresis
Caiano-
rum. 38.
Cain lau-
datus.
Cain ori-
go.

Virtutis
diuine cõ-
templus.
Euange-
lium Iudæ
Hysteræ
creator
cali ac
terra.
Carpo-
cratis di-
ctum.
Angelo-
rum inuo-
catio ad
delectationem
malarum
actionum
Ascensus
Pauli, li-
ber.

Quomo-
do Cain
occidit
fratrem
Abel.
Qui plus
potest, ei
plus licet.
Iudas lau-
datus.

Traditio
Christo
uacuatur
virtus ip-
sorum.

Caiani quidem appellantur, ab ipso Cain cognomine hæreseos accepto. Hi enim Cain lau-
dant, & patrem suum hunc faciunt. Et ipsi, vt ita dicam, velut à diuersa vndarum in-
solentia profecti, non extra eundem fluctum ac maris turbationem constituti, & velut à spi-
nosa sylua exorti, non extra omnem spinarum aceruum consistentes, etiam si nomine sint di-
uersi. Spinarum enim genera multa sunt, in omnibus tamen malicia aculeatæ iniquitatis inest.
Hi dicunt Cain ex fortiore virtute esse, & ex superna auctoritate, imò etiam Esau & Core
& Sodomitas. Abel verò ex debiliore virtute esse. Esse autem hos omnes apud ipsos laudatos,
& suos cognatos. Gloriantur enim se cognatos esse ipsius Cain, & Sodomitarum, & Esau
& Core. Et hi (inquiunt) perfectæ ac supernæ cognitionis sunt. Quapropter etiam creatorem
mundi huius aiunt, circa ipsorum sublationem ac delectionem occupatum, nihil potuisse ipsos
lædere. Occultati enim sunt ab ipso, & translati ad supernum sæculum, vnde fortis Virtus
est. Sapientia enim ipsos ad seipsum adduxit, vt qui proprii ipsius sint. Et ea de causa Iudam
exactè de his cognouisse dicunt. Nam & hunc cognatum suum esse volunt, & in cognitionis
excessu eundem connumerant, vt etiam libellum quendam ex nomine ipsius inscriptum ferant,
quem Euangelium Iudæ vocant. Sed & alia quædam scripta eodem modo confingunt, contra
veterum quem Hysteram vocant, eamque Hysteram creatorem vniuersæ huius molis cœli ac terre
appellant. Et non posse, aiunt, alios saluari, nisi per omnia processerint, velut etiam Carpo-
crates dicit. Vnusquisque enim ipsorum ob hanc nimirum causam nepharia faciens, & turpes
actiones perficiens, & quæcunque peccata faciens, vniuscuiusque angeli nomen iuuocat, tum
eorum qui sunt angeli, tum eorum qui sicut ab ipsis Angeli dicuntur, & vniuscuiusque horum at-
tribuit nepharium quoddam peccatorum in terra opus, propriam actionem ad nomen angeli
cuius vult referens. Et quum hæc faciunt, sic dicunt, o tu Angele vtor tuo opere, o tu pote-
stas ago tuam actionem. Et hoc est quod perfecta cognitio apud ipsos dicitur. Nam intrepidè
ad nepharias turpesque actiones procedendi occasiones à prædictis matribus ac patribus sectis, Gno-
sticis inquam, & Nicolao ac sodalibus ipsius, Valentinique ac Carpocrate habent. Iam verò peruenit
ad nos etiam liber, in quo fixerunt verba quædam plena impietatis, hæc in se habens. Hic
est inquit, angelus qui Mosen excæcauit. Et hi sunt angeli qui Core & Datan, & Abiron oc-
cultauerunt ac transfulerunt. Rursus autem alium libellum fixerunt ex nomine Pauli apostoli,
nephariis actionibus referunt, quo etiam Gnostici appellati vtuntur, quem Ascensum Pauli vo-
cant, occasione inuenta ab eo quod Apostolus dicit se ascendisse vsque ad tertium cœlum, ac
audiuisse verba arcana, quæ non licet homini loqui. Et hæc (inquiunt) sunt arcana verba. Do-
cent autem hæc & talia malos colentes, & bonos reprobantes. Esse enim, velut dixi, Cain for-
tioris virtutis, Abel verò debilioris. Has autem virtutes Eua implexas generasse Cain, & Abel,
& esse alterius Cain, alterius Abel. Esse autem Adam & Eua à talibus Virtutibus siue Ange-
lis generatos. Et genitos filios, Cain inquam, ac Abel, contendisse inter se: & eum qui geni-
tus fuit à fortiore virtute, occidisse eum qui à minore ac debiliore genitus fuit. Easdem verò fa-
bulas adiungunt hi etiam, dum per exhibitionem ignorantie eorum venenorum, credenti-
bus insidiantur, quod videlicet oportet omnem hominem sibi ipsi eligere fortiorem virtutem, & à mi-
nori ac infirma separari, hoc est ea quæ cœlum fecit, & carnem & mundum; & transgrediat
suprema per crucifixionem *C H R I S T I*, propter hoc enim, inquiunt, venit ex supernis, vt
in ipso perficeretur Virtus fortis, contra debiliorem virtutem trophæum erigens, & corpus tra-
dens. Et quidam ex ipsis hoc dicunt. Alii verò alia. Aliqui enim dicunt, eo quod malus esset
C H R I S T V S, traditum esse ipsum à Iuda, quum vellet peruertere doctrinam legis. Lau-
dant enim ipsum Cain & Iudam, velut dixi & dicunt: Ea de causa tradidit ipsum, quoniam
volebat dissoluere ea quæ rectè tradita erant. Alii verò ex ipsis, Non, inquiunt: sed quum bo-
nus esset, tradidit ipsum iuxta cœlestem cognitionem. Nouerunt enim, inquiunt, principes,
quod si *C H R I S T V S* traditus esset cruci, debilis ipsorum virtus euacuaretur. Et hoc,
aiunt, quum nosset Iudas, festinauit, & omnia commouit vt traderet ipsum, bonum o-
vacuatur nobis ad salutem. Et oportet nos laudare, ac laudem ipsi retribuere, quoniam
per ipsum parata est nobis crucis salus, & per hoc propositum supernorum reuelatio. Cate-
rum omni modo hi seducti sunt, quod non bonum quendam colunt ac laudant. Palam est autè
quod hæc ex diabolo ipsis insita sunt, ignorantia videlicet & seductio. Impletur autem
in ipsis id quod scriptum est: Væ his qui dicunt bonum malum & malum bonum: qui dicunt
tenebras lucem, & lucem tenebras: qui dicunt dulce amarum, & amarum dulce. Vndiqua-
que enim vetus & nouum Testamentum pronunciat, impietatem ipsius Cain prædicans. Hi verò
quum

quum tenebrarum sint amatores, & malefactorum imitatores, ipsum Abel odio habent, Cain verò di-
ligunt. Et Iudæ laudem tribuunt. Corruptam autem cognitionem habent, duas virtutes ponentes, de-
biliorem & potentior: inter se verò pugnant, facientes autem in mundo non mentis alteratione,
sed genitorum. & alios quidem secundum naturam à malicia essentiam habere, alios verò à bonitate. *Duplex
virtus, de-
bilior est
potentior.*
Nullum autem iuxta mætem bonum aut malum dicunt, sed iuxta naturam. Et primùm quidem videam-
us de Cain, quomodo vetus Testamentum dicit: Maledictus tu à terra, quæ aperuit os suum, vt susci-
peret sanguinem fratris tui ex manu tua. Et rursus: Maledictus tu in operibus tuis, & eris gemens ac
tremens in terra. Consona autem veteri Testamento Dominus in Euangelio de hoc dicit, quado Iu-
dæ dicebant, Nos patrem habemus Deum: Dominus verò ad ipsos dixit, Vos filii estis patris vestri
diaboli, quia mendax est. nam & pater ipsius mendax erat: ille homicida erat, & in veritate non man-
sit. Quum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia pater ipsius mendax erat. Vnde etiam alia
hæreses vbi audiverunt verbum hoc, patrem quidem Iudæorum diabolum esse dicunt. Habere autem
patrem alium, & ipsius patrem rursus patrem. Verum effreni lingua loquuntur, mente cæcutientes.
Nam ad omnium Dominum Deum Iudæorum ac Christianorum atque omnium, cognationem illius
referunt, hunc patrem illius patris esse dicentes, eum videlicet qui legem dedit per Moysen, & tot mira-
cula fecit. Non est autem hoc, o charissime. Ipse enim Dominus statim dicit, in omnibus nostri curam
habens, vt ne à proposito digrediamur, alia pro aliis comminiscens ac excogitantes, patrem ipsorum
esse diabolum, ad discipulos loquens: Nonne duodecim vos elegi? & vnus ex vobis diabolus est. Non
diabolus dicens natura, sed mente. Rursus autem in alio loco dicit: Pater Domine cœli & terræ, serua
hos quos dedisti mihi: Quando eram cum ipsis, seruavi ipsos, & nullus ex ipsis perit, nisi filius perdi-
tionis. Rursus alibi dicit: Oportet filium hominis tradidit, iuxta id quod scriptum est de ipso. Væ autem
per quem tradetur: expedit enim ipse, si nunquam natus esset, & c. Proinde omnino nouimus, quod
de Iuda loquutus est ad Iudæos. Nam à quo quis superatus est, ab eo etiam in seruitutem reductus est.
Et cui quis credit, hunc patrem habet ac principem & ducem suæ persuasionis. Dicit igitur Dominus,
Vos filii patris vestri diaboli estis. Nam pro *C H R I S T O* Iudæ crediderunt, quem admodum ab initio
Eua à Deo declinans, serpenti credidit. Deinde quod non solum mendax erat, sed etiam fur, iuxta id
quod in Euangelio dictum est: Quapropter etiam ipse tradidit masupium, vt inexcusabilis esset, qui
propter auaritiam proprium Dominum tradidit in manus hominum. Quis igitur huius pater, qui an-
te ipsum mendax erat, quàm Cain, cuius imitator est Iudas? Ille enim mentitus fratri, velut ex fraterna
charitate decepit ipsum, & per mendacium seduxit: & vbi eduxisset ipsum in campum, eleuata manu
occidit. Sic etiam Iudas: Quid vultis mihi (inquit) dare, & ego ipsum tradam vobis: Et quem oscu-
latus fuero, ipse est, tenete ipsum. Et quum venisset proditor, A ne rabbi, dixit labiis colens, cor autem
longè remotum à Deo habes. Itaque hic Iudas pater ipsorum factus, iuxta abnegationem Dei & pro-
ditionem, satanas existens ac diabolus non natura, sed mente, filius fuit ipsius Cain, iuxta imitationem
homicidæ illius ac mendacis. Nam & pater ipsius ante ipsum mendax erat, non Adam, sed diabolus,
cuius imitationem habuit in fraterna cade, & odio ac mendacio, & contradictione aduersus Deum,
dum dixit: Nunquid custos fratris mei sum ego? non noui vbi est. Sic etiam diabolus Domino dicit,
Nunquid gratis colit Iob Deum? Quandoquidem enim ipse diabolus per mendacium decepit Eua
& Adam, alia pro aliis dicens, & amicitiam cum creatore ostendens, & ritis sicut dii, & non moriemini:
hunc imitans Cain prætextu fraternæ charitatis fratrem decepit, dicens, Exeamus in campum.
Quapropter etiam sanctus Ioannes dixit: Qui odit fratrem suum, hic non est perfectus in charitate,
sed ex Cain est, qui occidit fratrem suum. Et cur ipsum occidit? quia mala erant opera ipsius, & amu-
latus est opera illius, quia bona erant. Sic etiam hi magis inuidentes ipsi Abel bona opera habenti, ip-
sum verò Cain colentes, quomodo non redarguunt? quum ipse Saluator expressè dicat, & duram
sententiam ipsis decernat: Quod requiretur à generatione hac omnis sanguis iustus, effusus ab Abel
iusto, vsque ad Zachariam prophetam, quem occidistis in medio templi & altaris, & c. Non igitur ve-
lut hi dicunt, propter cognitionem Iudas tradit Saluatorem: neque Iudæi mercedem habent quod
crucifixerunt Dominum: etiam si per crucem nos salutem habeamus. Non enim tradidit ipsum Iudas
vt cederet nobis ad salutem, sed per ignorantiam & emulationem & auaritiam, & Dei abnegationem.
Nam tametsi dicat scriptura, *C H R I S T V M* voluisse cruci tradi: aut etiam si dicat diuina Scrip-
tura, absurditates in extremis diebus per nos perficiendas: non tamen omnino aliquis ex nobis qui i-
niqua facimus, excusationem inuenit, Scripturæ testimonium producens, varicinantis hæc futura
esse. Non enim quia dixit Scriptura facimus, sed quia facturi eramus, Scriptura prædixit propter Dei
prænotionem: & vt Deus qui bonus est, iram autem contra peccantes infert, non suspectus fiat velut
qui affectibus obnoxius sit. Ira enim Dei aduersus singulos peccantes, non ab affectu proficitur: affe-
ctus enim expertus est numen, infert autem iram contra hominem, non affectu indignationis cor-
ruptum, neque ira superatum. Ostendit autem affectus exortem se Deus, præuaticinatus futu-
rum iudicium ac iustum supplicium fore, quo deitatem affectus exortem ostendat. Prædixit itaque
Scriptura iuxta præcognitionem nos præmunens ac docens, vt ne incidamus in iram Dei imme-
dicabilem, non ex affectu decretam, neque ex eo quod ab affectibus superatus sit contingentem, prædixit
sed hominibus peccatum facientibus iustissimè præparatam, & his qui non agunt penitentiam
ex veritate. Sic etiam de cruce, non quia dixit diuina Scriptura, Iudæi crucifixerunt, & Iudas pro-
didit Saluatorem: sed quia traditurus erat Iudas, & Iudæi crucifixuri, ea de causa Scriptura prædixit
in veteri Testamento, & Dominus in Euangelio. Quare non ex cognitione futuræ mundo be-
nescentiæ, prodidit Dominum Iudas, velut illi dicunt: sed gnarus quidem suum Dominum
esse,

esse, ignarus autem quod salus mundo futurus esset. Quomodo enim humana salutis curam gesserit, qui ab ipso Salvatore filius perditionis vocatur? Et hoc audit, Conferret ipsi, si nunquam natus esset. Et hoc, Amice ad quid ades? & hoc, Vnus ex vobis me tradet. & Qui edit mecum panem, leuavit contra me calcaneum: velut habet Evangelium ex præcedente testimonio Pfalterii. Et, Vn per quem filius hominis traditur. Nam ipse Iudas de seipso omnia detexit, & laudantium ipsum atque suam ipsius dementiam redarguit, etiamsi inuitus. attamen ubi accepit precium triginta argenteos, postea pœnitentia ductus, & argenteos auerfatus, velut qui malum aliquid perpetrasset, malum quidem sibiipsum, malum verò etiam his qui crucifixerunt. At verò Dominus bonum per seipsum perficiens nobis & mundo, seipsum tradidit, vt contingeret nobis salus. Proinde non Iudæ proditori gratiam agimus, sed misericordiam Saluatori, qui animam posuit pro nobis propriis suis ouibus, velut ipse dixit. Quomodo enim qui putasset se bonum quid perfecisse, postea dicit: Pœnitent me, quia tradidi sanguinem innocentem. & auerfatus est triginta argenteos precium æstimati à filius Israël. Et rursus in alio Propheta: Si iustum est vobis, date mercedem meam, aut renunciate. Et rursus in alio Propheta: Et dederunt argentum precium æstimati. & dixerunt, Pone ipsum in fornacem, & vide an sincerum sit, velut probatum est à filiis Israël. Et quod colligere licet ex diuina Scriptura de his quæ perfecta sunt in Domino nostro, non per Iudæ operationem ad bonum, sed per Saluatoris nostri ac Domini IESU CHRISTI, pro nobis non ex necessitate, sed ex voluntate, sui ipsius traditionem, & dispensationem crucis pro salute nostra? Scio me magnam testimoniorum molem coaceruare. Verum velut rursus alius Propheta dicit, Fiat caula ipse deserta, & episcopatum ipsius accipiat alter: hic pronus factus crepuit medius, & effusa sunt omnia intestina ipsius, & ad finem laqueo vsus, ostendit se totam salutem suam perdidisse, eò quod exciderit à spe, per suas inordinatas ac procliuas contra Dominum suum insidias, & propter auaritiam in abnegationem Dei. Quare etiam Apostoli pro ipso in suum numerum constituerunt Matthiam, dicentes: Ex quo transgressus est Iudas, vt abierit in proprium locum. Qualem verò hunc præterquam quem Saluator ipsi pronunciauit, dicens quod esset filius perditionis. Hic enim decretus est ipsi locus, perditionis videlicet. Porro quum de hoc sufficere putemus relata, consequenter rursus ad aliam sectam transeamus ò charissimi, obliqua & venenata dogmata reuelantes, eorum qui ex conficta diabolica versutia, mundo corruptionis gratia immixsi sunt. Taliū enim mentem deteriora appetentem, generi pubertate ac canthari similem, quum reuelauerimus, & nociuam existentē per virtutem Dei contriuerimus, ad aliorum perscrutationem mentem adiicientes, Deum adiutorem ò filii CHRISTI, inuocemus.

Contra Sethianos, xxxix heresim.

Sethiani rursus hæresis alia sic appellata. Non autē ubique hæc reperitur, neque ea quæ hanc præcepsit Gaianorum appellata. Fortassis autem iam pleræque harum eradicate sunt è mundo. Quod enim non ex Deo est, non stabit, sed tempore quidem viger, verum in finem non durabiliter permanet. Arbitror autem in Aegyptiorum regione me forte in hæc heresim incidisse. Non enim exactè in eamini regionis, in qua cum ipsis congressus sum. Et quædam sanè ex perustratione, & proprio aspectu de hac cognouimus, aliqua verò ex libris. Hi enim Sethiani à Seth filio Adam se genus ducere gloriantur. Ipsum autem glorificant, & ad ipsum omnia quæ virtutis sunt, referunt, & virtutis signa, & iustitiam, & quæcunque talia sunt. Quin CHRISTVM ipsum nominant, & ipsum esse IESVM affirmant. Docent autem doctrinam suam sic. Ex Angelis, inquit, facta sunt omnia, & non ex superna virtute. Hi enim consona dicunt priori sectæ Gaianorum hæc parte. Factos esse ab initio statim duos homines. Et ex his duobus esse Cain & Abel. De his autem seditiosos factos angelos inter se diceptasse, sicque fecisse vt Abel à Cain occideretur. Erat enim seditio angelis, contendentibus de generibus hominum horum duorum, eius qui genuit Cain, & eius qui genuit Abel. Obtinuisse verò supernam virtutem, quam Matrem dicunt ac feminam. Videtur enim ipsis, matres esse supernæ, & feminas & masculos, & parum abest vt etiam cognationes & patriarchas dicant. Quandoquidem igitur præualuit, inquit, mater & femina appellata, gnara quod occisus esset Abel, id animo volens, fecit generari ipsum Seth: & in hoc posuit suam virtutem, quum suscepisset in seipsam semen supernæ virtutis, & scintillam ex supernis missam in primam deiectionem feminis ac constitutionis. Et esse hanc constitutionem iustitiæ, & electionem feminis ac generis, quo per hanc constitutionem & hoc semen, destruantur virtutes Angelorum, qui mundum fecerunt, & duos ab initio homines. Ob hanc igitur causam, etiam genus ipsius Seth segregatum hinc deducitur, vt quod electionis est, & ab alio genere discretum. Progredientibus autem temporibus, inquit, & simul existentibus duobus generibus, tum ipsius Cain, tum Abel, in idem congressis per magnam malitiam, simulque mixtis: vbi inspexisset illa omnium Mater, purum semen hominum voluit efficere, velut dixi, eò quod Abel occisus esset, & hunc Seth delegit, ac puri edidit, & in hoc solo genus virtutis ac puritatis suæ deposuit. Quum autem vidisset rursus multā permixtionem, & inordinatum impetum Angelorum & hominum, ad permixtionem duobus generibus progressus, & seditiosos quasdam generum tumultuatione ac confusione ipsorum inducente: profecta rursus eadem Mater ac femina, diluuium induxit, & perdidit omnem seditioem hominis vniuersi generis contrarii, quo videlicet purum genus à Seth & iustu solum maneret in mundo ad constitutionem generis ex supernis, & scintillæ iustitiæ. Fefellerunt autem ipsam rursus Angeli, & imposuerunt ipsum Cham in arcâ qui de semine ipsorum erat. Quum enim octo animæ seruatae sint in arca Noë, septē quidē esse puri generis dicunt, vñ autē esse Cham alterius virtutis, qui ingressus est clā matre superna, Ab angelis autē hoc constructū, sic effectum esse. Quado-

Peccatū Iudæ sibi ceteris que non cuit.

Ex malo elicit bonum Christus. Mors Iudæ à Christo præuiciata.

Buprestes & Cantharus.

Sethianorum hæresis. Nihil cõstans extra Deū. Occulta hæresis. Sethianorum generemittit.

Adam Christū dicit fuisse.

Angeli mundi opifices. Seth puritas.

Causa diluuii innoxios.

quidem enim sciebant, inquit, Angeli quod vniuersum ipsorum semen delendum esset in diluuiio: per calliditatem quandam prædictum Cham ad conseruationem creati ab ipsis generis malicie claudescentinē immiserunt. Et ex hoc obliuio & error circa homines, & confusi peccatorum impetus, & multiplex vitiorum mixtura facta sunt. Et sic mundus ad præscam confusionem rursus reflexit, & impletus est malis, velut ab initio ante diluuium. At à Seth secundum semen & generis successionem ipse IESVS CHRISTVS venit, non secundum genera, sed mirabiliter in mundo apprensus, qui est ipse Seth, qui tunc fuit, & nunc CHRISTVS hominum generi accessit, à matre ex supernis prædicationes, omnibus manifestum est. Non enim duo homines formari sunt, sed vnus ille Adam, & ex Adam Cain & Abel ac Seth. & non amplius ex duobus hominibus, sed ex vno, vsque ad diluuium vniuersum genus ipsius Adam constitutiones in mundo habet. A diluuiio verò ex Noë rursus vno homine, & non ex diuersis hominibus, sed vno Noë, qui per successionem ex semine Seth fuit, totum hominum genus non in duo diuisum, sed in vnum genus, à quo etiam Noë & ipsius vxor, & Sem & Cam & Iapheth, filij ipsius, & tres vxores filiorum eius, ab ipso Seth omnes genus deducunt, & non à duobus hominibus qui non sunt facti, iuxta eorum fabulamentum. Libros porro quosdam etiam magnorum vitiorum nominibus conscribunt. Ex nomine quidem Seth septem libros esse dicentes, alios verò libros alienigenas. sic enim vocant. Alium autem ex nomine Abraam, quem & reuelationem esse dicunt, omni malicia refertum. Alios item ex nomine Moysi, & alios aliorum. Cæterum ad multam stultitiam mentem deducentes, mulierem quandam formosam vxorem ipsius Seth esse dicunt. Vide verò mihi ò charissime, horum dementiam, quo per omnes modos ipsorum scenica figmenta, fabulosamque & inanem sapientiam ac conficta deliramenta cognoscas. Sunt etenim alia quædam hæreses quæ virtutem quandam esse dicunt, quam nominatim Formosam vocant. Quæ itaque apud alios virtus formosa putatur ac appellatur, eam hi vxorem ipsius Seth dicunt. Vnde possumus demonstrare, velut scitis charissimi, & natura hominem ipsum Seth, & non ex supernis quid alceratum: & fratrem natura ipsius Cain & Abel, ex vno patre atque vna matre. Cognouit enim (inquit Scriptura) Adam Euam vxorem suam, & cœcepit ac peperit Cain, & imposuit ipsi nomen Cain, quod est possessio, dicens: Possedi filium per Deum. Et rursus cognouit Adam vxorem suam Euam, & concepit ac peperit filium, & vocauit nomen ipsius Abel. & longè postea ubi mortuus esset Abel: Et cognouit Adam Euam vxorem suam, & concepit ac peperit filium, & vocauit nomen ipsius Seth quod significat permutationem. Restituit enim mihi Deus semen pro Abel quem occidit Cain. At verò, Possedi per Deum, & Restituit mihi Deus vnum Deum ostendit omnium creatorem & genitorum datorem. Quod autem hi habuerunt vxores, cum Cain, tum Seth, manifestum est. Abel enim iunior occisus est nondum vxore ducta. Quemadmodum autem in Iobelæis reperitur, quæ etiā Genesis exactè explicata appellatur: etiam nomina vxorum Cain & Seth, is liber continet vt omni modo hic confundantur, qui fabulas vitæ inuenerunt. Quum enim Adam genuerit filios & filias, necesse fuit illo tempore filios proprios sororibus copulari. Nō enim erat hoc iniquum, quoniam nullum aliud genus erat. Nam & ipse Adam proptiā, vt ita dicam, filiarum ferè ex corpore ipsius formata copulatus est, quæ ad coniugium ipsi à Deo formata fuit, & non erat iniquum. Et ipsius filij copulati sunt, Cain forori maiori Sauc appellatæ. Seth verò tertius filius post Abel genitus, a Zurâ forori suæ vocatæ. Geniti sunt autē ipsi Adâ & alij filij, velut Genesis exactè explicata habet, nouem post hos tres, vt sunt ipsius filiarum quidem duæ, masculi verò duodecim, vnus quidē occisus, vñdecim verò relicti in vita. Habes autem & horū declarationem in generatione mundi, & primo libro Moysi sic dicente: Et vixit Adâ annis noningentis triginta, & genuit filios ac filias, & mortuus est. Ampliatas autem hominibus & generatione Adâ extenta, sinceritas iuxta nuptias pudicas dilatabatur consequenter procedens. Et quandoquidem geniti sunt filij Adam, & filij filiorum, & ex his filiarum per generis successionem genitæ sunt, de cætero nō amplius sorores suas in vxores duxerunt. Sed ad bonam legem deuenit, etiam ante conscriptam per Moysen legem, pudicorum nuptiarum ritus. & ex patris suis vxores sibi ducebant. & sic dilatatis iam hominibus, mixta sunt duo genera, ipsius Cain ad genus Seth, & ipsius Seth ad alterum, & reliqua filiorum Adam genera. Hinc deinceps quum diluuium omnem hominum statum funditus perdidisset, conseruatus est solus Noë, qui inuenit gratiam apud Deum, iustus inuentus in illius temporis generatione. Arcam autem velut iam ante à nobis dictum est, cõstruxit sibiipsum ex præcepto Dei, velut verè Scripturæ habet. In qua conseruatum esse idem veritatis liber dicit, ipsum, & cum ipso prædictas septem animas, coniugem inquam ipsius propriam, & tres filios, vxores que horum itidem tres. Ex hoc autem relequias humanæ constitutionis in mundo genitas esse, rursus veritas ipsa confirmat. Vnde iuxta generationum progressum & per successionem filio patri succedente, mundus ad quinque generationes deuenit. Et facta est illo tempore Babylonis extructio in terra Assyriorum, & turris quæ tunc ab ipsis est ædificata. Erant autem circa hoc tempus, velut iam in superioribus sectis ex posui, iuxta seriam generationum supra à me tractatarum, omnes viri septuagintaduo numero duces ac capitanei, de genere Cham trigintaduo: de genere Sem quindecim, de Iapheth viginti quinque. Et sic turris & ipsa Babilon facta est. Ex his dispersæ sunt per omnem terram tribus & linguæ. Et quandoquidem septuagintaduo tunc turrim ædificantes, linguis dissipati sūt, cõfusi, & ab vna quam nouerant ex voluntate Dei inspirati alius aliam habuit. Ex quibus sane huculque constituto linguarum perdurat: vt si quis velit singulos principes vniuscuiusque linguæ inuenire possit. Sic Ionan quidem Græcam habuit, ex quo etiam Iones appellari sunt, qui veterem Græcorum linguam habent: Theras autem Thracum, Mosoch Mossynæcorum linguæ, Thobel Thesalorum,

Ingressus octo hominum in arcam, qualis. Serbe esse Christum.

Stulta prædicatione de primarum creatione Libri Sethianorum. Reuelatio malicia refert. Scenica figmenta. Vni for mosam cupata.

Interpretatio Seth filii Adâ. Iobelæi Genesis exactè explicata liber.

Numerus filiorum & filiarum Adam.

Pudicorum nuptiarum ritus.

Arca constructio.

Babylonis ædificatio apud Assyrios linguarum diuisio.

Diabolū Iorum, Elud Lydorum, Gepar Gafphenorum, Mistrum Aegyptiorum, Pfius Axumitarum, Arnot Ara-
 fida post borum. Et vt ne singulatim recensam, vnicuique propria inspirata est lingua: sic vnicuique lin-
 Christi ad gūa successio in mundo dilatata est. Vnde igitur hi ementiti sunt sua verba, interponentes sua fabula-
 ventum. menta, imaginantes ac somniantes ea quæ non sunt velut quæ sunt, & quæ sunt ex sententia sua disti-
 Ante ad- pantes? Verum hoc rotum propositum diabolus hominum animis iniecit. Videre autem licet ac ad-
 ventum mirari, quomodo in multis absurditatibus hominem deceptis, & ad iniquitatem distraxit, ad scortati-
 Christi ones & adulteria ac lasciuias, & ad simulachrorum insanos cultus & præstigias, & sanguinis effusio-
 verba nes, rapinæque ac infatigabiles, ludibrosque ac voracitates, & quæcunque huiusmodi. Nusquam ve-
 blasphem- rantē c n r i s t i a d u e n t u m, velut dicit: De te scriptum
 ma nō pro- aut contra elationem cogitare. Expectauit enim c n r i s t i a d u e n t u m, velut dicit: De te scriptum
 tulit in do- est, Angelis suis mandabit de te, & in manibus portabunt te. Audiuit enim semper prophetas an-
 minū dia- nunciāntes c n r i s t i a d u e n t u m, redemptionem futuram eorum qui peccauerunt, & per c n r i s t i
 bolus. s t v m pœnitentiam agunt: putauitque se misericordiam aliquam assequiturum esse. Quando au-
 misericor- tem miser ille vidit c n r i s t v m non suscepisse de salute ipsius curam, apertō ore contra pro-
 diam ex- prium Dominum blasphemiam euomit, hominibus opinionem immittens, vt negent quidem quæ
 peftabat sunt, quæ verò non sunt quærunt. Sic itaque & hi redarguentur omni modo decepti. Seth enim
 demon. mortuus est, & anni ipsius descripti sunt. Quum enim vixisset annos nonningentos duodecim, de-
 Aetas bitum naturæ persoluit, vbi genuisset filios & filias: velut diuina Scriptura ait: Per successionem au-
 Seth & tem filius huius Enos nomine, etiam ipse vbi vixisset annos nonagintaquinque, ex hac vita decessit,
 mors. genitris filii ac filiabus, velut idem veritatis liber habet. Vnde igitur Seth qui tunc mortuus est, cu-
 Enos filij eius etiam filij vbi per successionem vixerunt, à vita decesserunt, inuenitur ille dominus, qui à Ma-
 Seth. ria semper virgine genitus est, ex bona voluntate in hominum vita, qui genitus est sine tempore, qui
 Veritas semper est apud patrem, in substantia Deus Verbum? Venit autem in extremis diebus, & in sei-
 hystoriae- psum efformauit ex virgineo vtero carnem, & animam humanam accepit, atque sic perfectissimè ho-
 Christi. mo factus est, prædicauitque nobis mysteria vitæ, iusticiæque operatores discipulos suos constituit,
 A Verita- & doctrinam suam per seipsum & per ipsos humanum genus edocuit: non quæ Sethiani sentiunt re-
 te excide- tuclans; neque Seth seipsum nominans, velut hi delirantes, ac ebriitate quadam grauati, à veritate
 runt Se- exciderunt. Cæterum quum nunc contracta sit ipsorum hæresis, & non opus habeat extendere con-
 thiani. tra ipsam confutationem longiorem, contentus sum præsentibus his solis. Sauciatum enim facilis est
 Causa ær- horum dementia, & quæ potest seipsum redarguere ac manifestare, non solum in proposita & per ca-
 roris ne luminiā excogitata c n r i s t i a d u e n t u m, quod videlicet Seth ipsum putant, & esse abstant, sed etiam
 cognoscit in argumento de duobus hominibus. Si enim virtutes ex supernis principium habent, non sanè ci-
 vnum esse tra vnam, quam etiam matrem vniuersorum esse dicunt, facta ac peracta sunt ea quæ à duobus pepe-
 deum. trata sunt. Inuenitur enim vna causa duarum virtutum, & sine ipsa nihil eorum quæ facta sunt, factum
 Archonti esse. Et recurrent rursus ad hoc, vt confiteantur vnum esse Dominum omnium, & opificem ac crea-
 corum hæ- torem vniuersorum, vbi semel vnum principium est ostensum. At postquam etiam de hac hæresi hæc
 refis 40. diximus, & venenum serpentini ipsorum ex aspersionibus prognatæ sobolis reuelauimus, ad aliam rursus
 Quam lon- ò charissimi iuxta eandem tractationis consequentiam pergamus.
 gē perua- Contra Archonticos, XL hæresim.
 garit hec
 hæresis. Archonticorum hæresis quædam hos sequitur. Verum non in multis locis hæc apparet, sed solum
 Eutactus in Palaestinarum prouincia. Transtulerunt & venenum suum iam alicubi in magnam Armeniam.
 Armeni. Sed & in parua Armenia hoc zizaniam iam confeminatum est à viro quodam ab Armenia ad Pala-
 Quo tem- stinorum terram profecto, temporibus Constantii circa obitum ipsius, cui Eutactus nomen fuit,
 pore cepe- quem Atactus potius appellandus esset, ob incompósitos mores: qui sanè didicit hanc malam doctri-
 rit. nam, & deinde reuersus ad propria docuit. Transumpfit autem, velut dixi, in Palaestina, velut ab aspi-
 Allusio- de venenum, à Petro quodam sene, indignè Petro appellato: qui habitabat in uicinia Eleutheropolis
 ad nomen Hierusalem, tribus signis vltra Cherbon, Cabarbaricha ciuitatem vocant. Hic senex primū ha-
 Eutacti. buit indumentum admirandum, simulatione plenum: forinsecus enim reuera pelle ouilla indutus e-
 Petrus A- rat, & intrinsecus lupus rapax esse ignorabatur. Anachoreta enim videbatur esse, vt qui ab hominibus
 nachore- secesserat in spelunca quadam desidens. Qui multos profecto ad renunciationem congregauit. Et pa-
 ta. ter sanè ob senectam ac habitum vocabatur, & bona sua pauperibus distribuēbat, & quotidie elemo-
 Anacha- synas faciebat. In prima autem ætate sua in multis sectis examinatus est. Verum Aëtii episcopi tempo-
 re accusatus, ac tunc Gnosticorum hæresim exercere conuictus, depositus est à presbyterio. Erat enim
 retæ in- aliquando constitutus presbyter loci: sed postquam de hæresi conuictus fuit, ab Aëtio persecutionem
 gnus elec- passus est. Et digressus habitauit in Arabia in Cochabæ, vbi Ebionæorum & Nazoræorum radices pul-
 mosina. lularunt, velut in multis sectis de hoc loco indicaui. Postea verò velut modestus factus ad senectam,
 Cōuictus rursus rediit, afferens secum hanc veneni eiunctionem occultè, & apud omnes ignotus, donec po-
 de hæresi- stemum ex verbis quæ in aures quorundam insurreauerat, talis conuictus à nobis excommunicatus
 de gradu- est, & per nostram tenuitatem confutatus. Et cōsedit in spelunca, de cætero contemptus ab omni-
 presbite- bus, & à fraternitate destitutus, & à plerisque qui vitæ suæ curam gerunt. Ad hunc senem perductus
 rii deie- prædictus Eutactus ab Aegypto profectus, & malæ senis doctrinæ particeps factus, hoc venenum ve-
 Etus. lut magnam mercem acceptum, in patriam suam auexit. Erat enim, velut dixi, originis ex parua Arme-
 Hæretico- nia, ex locis prope Satalen. Reuersus itaque ad suam patriam multos eiusdem paruæ Armeniæ polluit,
 rum occul- corruptis quibusdam dinitibus, & quodam Senarorii ordinis, & multis spectabilibus viris: per quos il-
 lia. lustres homines multos illic perdidit. Verū Dominus citius ipsum è vita sustulit, præterquam quod ziza-
 nium

nium suum seminauit. Attamen hi quoque libros sibi ipsi confictos scripserunt apocryphos ac reiectos
 quorum nomina hæc sunt. Alterum enim symphoniam paruum, paruum nimirum libellum vocant:
 alterum verò magnum, magnam symphoniam. Sed & alios quosdam libros apud se accumulans,
 quò in congressibus videantur suum errorem per multos confirmare, & in medium afferre. Quin &
 alienigenis appellatis vtuntur: Sunt enim libri sic appellati. Accipiunt autem occasiones ab ascensu
 Esaiæ, insuperque aliis quibusdam apocryphis. In summa, ex libro Symphonia dicto, octonarium
 quendam esse dicunt cœlum, & septenarium. Esse autem in singulis cœlis principes, & hos quidem
 esse in septem cœlis, ita vt in vnoquoque cœlo vnus sit princeps. Ordines autem esse vnicuique prin-
 cipi. Et Matrem lucidam supernè in octauo esse, velut etiam aliæ hæreses. Et aliqui ipsorum corpo-
 A para petulantia polluta habent. Alij verò simulatum icinium præ se ferunt. Decipiunt autem simpli-
 ciores homines habitu solitariè degentium, renunciationem quandam iactantes. Atunt autem esse in
 vnoquoque cœlo, velut dixi, principatum & potestatem, & angelica quædam ministeria, quum v-
 nusquisque princeps sibi ipsi ministerium generauit ac fecit. Non autem esse carnis resurrectionem,
 sed solum animæ. Execrantur sacrum lauacrum, etiam si sint quidam ex ipsis præoccupati ac baptiza-
 ti. Mysteriorum quoque participationem ac bonitatem reprobant, velut quæ sit aliena, & in nomen
 Sabaoth facta. Hunc enim volunt esse secundum quasdam alias hæreses, eum qui in septimo cœlo do-
 minatur, & qui in alios imperium obtinet. Cibum autem principatum ac potestatum esse dicunt ani-
 mam, sine ipsa verò non posse illas viuere: propterea quòd ex humore superno sit ipsa, & vires illis præ-
 beat. Vbi verò hæc in cognitione fuerit, & baptisma Ecclesiæ fugerit, & nomen Sabaoth eius qui legem
 dedit: tunc per vnum quodque cœlum ascendere, & excusationem apud singulas potestates facere, at-
 que sic eam transgredi ad superiorem matrem, ac patrem vniuersorum, vnde sanè descendit in hunc
 mundum. Iam verò dixi, quòd baptismum detestantur, velut muscæ immorientes, & olei odorati com-
 B positionem vitiantes. Quemadmodum de his & similibus ipsis, parabola apud Ecclesiasten dicta est.
 Muscæ enim reuera sunt interficientes, ac putidum facientes aromaticum ac vnguentarium oleum, ipsa
 sancta Dei mysteria in lauacro nobis in peccatorum remissionem donata. Admiretur porrò quis me-
 ritò, vbi reperit & apud naturæ rerum doctos aliqua vtilitate plena, apis prudentiæ assimilatus, quæ
 omnibus qui dem germinibus insidet, vtilia verò sibi ipsi colligit. Prudens enim homo nusquam dan-
 num patitur, sed vbi que & vndique lucrum fert. Imprudens autem damnum patietur, velut fan-
 ctus Propheta dicit: Quis prudens & intelliget hæc? Et cui verbum Domini est, & cognosceret ipsa,
 quoniam rectæ viæ Domini, impij verò debilitabuntur in ipsis. Inuenimus enim apud naturæ rerum
 doctos physilogos appellatos, imò potius nos ipsi videmus, quòd cantharorum, hoc est scarabæorum
 genus, quod à quibusdam pilularium vocatur, consuetudinem habet, vt in fœtore ac stercore volute-
 tur, & hoc est ipsorum alimentum & opera. Et aliis quidem idem sterces graucolens & abominabile
 est, apibus autem hoc sterces & graucolentia mors est. Et scarabæorum quidem opera ac tractatio est
 graucolentia: apibus autem vice versa bonus odor & flores, & vnguenta, in refrigerationem creatio-
 nemque ac cibum, & in operam ac tractationem. Verum scarabæis prædictis talia contraria. Cuius rei
 si quis experimentum facere velit, de vnguento succi balsami aut nardi sumat, & scarabæis afferat, &
 mortem ipsis inducet, velut phisici testantur. Statim enim moriuntur, non ferentes bonum odorem.
 C Sic etiam hi tranquillitatem & scortationem ac vitia appetentes, in mala spem suam habent. Vbi verò
 sacro lauacro ac bono odori appropinquarint, moriuntur, in Deum maledicta effundentes, & ipsius
 dominationem reprobantes. Cæterum ex vno aut duobus testimoniis ipsos subuertemus. Si enim &
 principatus sunt & potestates, non extra Deum, maxime hi sunt in cœlis. Nouit enim Scriptura dice-
 re, Angelos & archangelos non in contrarietatem locatos, sed ministratorios spiritus qui ad minist-
 rium demittuntur, propter eos qui assequuntur sunt salutem. Nam & in terra in singulis regnis multi
 sunt principatus, sed sub vno rege. Quæ enim sunt potestates, à Deo ordinatæ sunt, Apostolus dicit.
 Quare qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Principes enim non sunt contra bonū, sed pro bo-
 no, & non sunt contra veritatem. Vis autem, inquit, potestatem non timere: bonum facito, & habebis
 laudem ex ipsa. Non enim frustra gladium gestat. Minister enim est ad hoc ipsum à Deo ordinatus, ei
 qui malum facit. Et vides quòd potestas hæc mundana ex Deo ordinata est, & gladij potestatem acce-
 pit: non autem aliunde, sed ex Deo, ad vltionem. Et non possumus dicere, eo quòd sunt principatus &
 potestates in mundo, regem horum non esse regem: sed esse principatus & potestates in mundo, esse
 autem & horum regem. Quemadmodum igitur in terra videmus principatus non contrarios regi, sed
 subditos in administrationem totius regni, & ad bonam ordinationem terræ, vbi cædes & pugna, igno-
 rantiaque ac doctrinæ, bonæ item leges ac iniquitates, & hac de causa sunt potestates, vt ad bonum
 D ordinem gubernationis vniuersi mundi omnia ex Deo bene disponantur ac administrentur. Sic eti-
 am in cœlo, maxime verò præcisè illic vbi non inuidia, non emulatio, non iniquitas, non contra-
 rietas, non seditio, non iurandum, non rapina, neque aliud quid tale, potestates ob aliud negotium
 ordinatæ sunt. quale autem inquam, quàm propter modulationem laudis, propter supernam immor-
 talem glorificationem? propter quam voluit liberalis noster Deus & rex largiri vnicuique ex his quæ fa-
 cta sunt ab ipso gloriam conuenientem: quo regni ipsius claritudo ac iucunditas semper glorificetur.
 Manifestè igitur illi errant, donum Dei ignorantes. Dicunt autem hi, velut etiam supra à me indica-
 tum est, diabolum esse filium septimæ potestatis, hoc est ipsius Sabaoth. Esse autem Sabaoth
 Deum Iudæorum. Diabolus verò malum eius filium, qui quum sit in terra, aduersetur proprio pa-
 tri. Et ipsius patrem neque talem esse, neque rursus esse incomprehensibilem Deum, quem patrem vo-
 cant, sed sinistra esse potestatis. Porrò rursus aliam fabulam hi narrant. Diabolus, inquit, progressus
 ad Euam,
 G iij

Sympho-
 nia parua
 & magna
 librorum
 nomina.
 Libri alie-
 nigenæ.
 Principes
 cœlorum.
 Simulata
 icinium.
 Negatio
 resurrex-
 tionis scar-
 nis.
 Baptismi
 execratio.
 Anima ci-
 bus pote-
 statum.
 Excusatio
 anime
 post disso-
 lutionem
 apud supe-
 ros.
 Muscæ
 effectus.
 Prudens
 damnum
 non facit.
 Scarabæi
 pilularij.
 Apum ba-
 nus odor.
 Potestati
 mundana
 riu ac caele-
 stiu ratio.
 Ad quid
 ordinati
 sint Prin-
 cipes à
 Deo.
 Ordo finis
 potestatis
 Diabolus
 filius Sa-
 baoth.
 Sabaoth
 Deus Iu-
 dæorum.

Marcioni
starum hæ
resis 42.
Occasio
Marcionis
ad hæ-
resim.
Patria
Marcionis
virginem
corrupti.
Causa ex
pulsionis
eius de
Ecclesia.
Aduentus
marcionis
rome.
Hyginus
Papa mo-
ratur.
Marcion
Cerdonis
secta pro-
fiteatur.
Prima ob-
iectio mar-
cionis.
Vires ve-
teres qui
sunt.
vestis ve-
re que sit.
Indignatio
marcionis
vide.
Principia
tria Mar-
cioni.
Occasio-
ne natæ
ecclesiam
vexat
marci d.
dissensus
precepto-
ris & dis-
cipuli.
Sabbati
ieiunium
cur fiat.
Anima
tati resur-
rectio ne
ponit.
Baptismi
tres.
Baptismi
institutor
Marcion.
Cur rei-
ciat legē
& pro-
phetas.

heri, Videte ne seducamini. Multi enim venient falsi propheta: & Apostolus de iisdem falsis Christiis, & falsis doctoribus, ac falsis fratribus dixerit ac nos munierit. Consequentur itaque ad aliarum enarra- tionem procedam.

Contra Marcionistas, hæresim XLII.

Marcion, à quo Marcionista, ex prædicto Cerdone occasionem accepit, & ipse magnus serpens in mundum processit, & magnam multitudinem perarios modos vsq; in hunc diem decepit, A scholamque doctrinæ suæ erexit. Hæresis autem adhuc etiam nunc est Roma & in Italia, in Aegyptu que ac Palaestina, & in Arabia ac Syria, in Cypro item atque Thebaide. Quin & in Perside & alijs locis reperitur. Magnopere enim improbus ille fraude sua præualuit. Hic genere Ponticus fuit, ex vrbe Sinope, velut multa de ipso fama fertur. Prima vita sua virginitatem exercuit, solitarius enim vixit, & Episcopi sanctæ nostræ catholicæ Ecclesie filius fuit. Progressu verò tempore circa virginem quandã corruptitur, & decepta virgine seipsum atque illam à spe detraxit. Et quum illam corrupisset, à proprio patre ex Ecclesia eicitur. Erat enim pater ipsius propter excellentem pietatem illustris, & veritas insignter studiosus, in episcopatus ministerio honestè viuens perseuerabat. Marcion autem multū supplicans, ac veniam precatus, eam à patre non impetrauit. Dolor enim vexabat venerandum senem ac episcopum, quod non solum lapsus esset ille, sed quod etiam ipsi dedecus afferret. Quum itaque a- fsequutus non esset ab ipso per blandicias quæ petebat, non ferens multorum ludibrium, ab vrbe sua aufugit, & venit Romam quum mortuus esset Hyginus episcopus Romanus (hic autem nonus erat à Petro ac Paulo apostolis) & cum senibus adhuc superstibus à discipulis Apostolorum congressus, pe- tebat vt in congregationem reciperetur, & nemo id ipsi permittebat. A emulacione igitur elarus, vbi non accepit præsidenciam & Ecclesie ingressum, excoGITAT sibi ipsi consilium, & ad impostoris Cerdo- nis sectam confugit. Et incipit ex ipso, vt ita dicam, principio, & velut à foribus quæstionum, propo- nere presbyteris illius temporis hanc quæstionem. Dicit mihi (inquit) quid est hoc? Non mittunt vi- num nouum in vtres veteres? Neque assumentum panni rudis in veste veteri: alioqui & supplementū aufert, & veteri non conueniet. maior enim fiet fissura. Et vbi hoc audiuiissent mites ac sanctissimi san- cte Dei Ecclesie presbyteri ac doctores, consequentiæ ac harmoniæ rationem reddentes, cum mansue- tudine ipsi respõdebāt. Fili hoc sunt vtres veteres, pharisæorū & scribarū corda inueterata in peccatis, & quæ non susceperunt Euangelii prædicationem. Et vestis vetus est, velut Iudas inueteratus in auari- tia, non suscepit noui ac sancti & cælestis mysterii prædicationem, quæ spem docet: & quidem consi- ſtus vndecim apostolis, & ab ipso Domino vocatus, amplio rem fissuram habuit per seipsum, quum ne mo ipsi autor & causa esset. Nam mens ipsius non consentiebat supernæ spei, & cælesti vocationi futu- ro rum bonorum, pro pecuniis in hac vita, elationeque ac amicitia præferente, spe item ac voluptate. Ille verò non sic inquit, sed alia sunt præter hæc, quoniam ipsum suscipere non voluissent. Hoc igitur clarè ipsis dicebat: Cur non voluistis me suscipere? Quum autem illi dicerent, Non possumus hoc sine permissu venerandi Patris tui facere. vna enim est fides, & vna concordia: & non possumus aduersari bono comministro nostro, patri autem tuo. A emulacione igitur commotus, & ad magnam indignatio- nem ac superbiam elarus, fissuram efficit sibi ipsi, hæresim erigens, ac dicens: Ego findam Ecclesiam ve- stram, & mittam fissuram in ipsam in æternum. Et reuera fissuram quidem immisit non paruum: sed non Ecclesiam diffidit, verū seipsum, & eos qui ipsi obediuerunt. Accipit autem occasionem ex præ- stigiatore ac impostore. Nam & ipse duo prædicat principia. Apponens autem rursus illi, Cerdoni in- quam, aliud quoddam præter illum ostendit, tria principia esse dicēs: Vnum quidem supremum inno- minatum & inuisibile, quod etiam bonum. Deum dicere vult, quod nihil ex his quæ in mundo sunt, creauit. Alterum autem esse visibilem Deum, ac opificem. Diabolum verò tertium, & inter visibile videlicet ac inuisibile. Creatorem autem & opificem ac visibilem Deum, esse Deum Iudæorum, esse itē ipsum iudicem. Ab ipso porrò Marcione etiam Virginitas prædicatur. Ieiunium item ac sabbatum prædicat. Mysteria autem apud ipsum perficiuntur videntibus his qui instruuntur. Aqua autem hic in mysteriis vtitur. Sabbatum verò ieiunant ob hanc causam. Quoniam Dei, inquit Iudæorum est requi- es, qui mundum fecit, & in septima die quieuit: nos ieiunamus hanc, vt ne officium Dei, Iudæorum faci- amus. Carnis resurrectionem negat, velut multæ hæreses. Animæ verò resurrectionem esse dicit, & vitam ac salutem solius. Non solum autem vnum lauacrum apud ipsum datur, sed etiam tria, & vltra dare licet apud ipsos si quis velit, sicut à multis audiui. Contigit autem hoc fieri ipsi, vt tria lauacra da- tri permitteret, propter ludibrium quod sustinuit à discipulis suis qui ipsum norant ex delicto ac corru- ptione in virginem commissa. Nam quum corrupisset in ciuitate sua virginem, & aufugisset, atque in magno delicto inuentus esset, excogitauit præstigiator sibi ipsi secundum lauacrum, asserens licere vs- que ad tria lauacra, hoc est tres baptismos dare in remissionem peccatorū: quod si quis lapsus esset post- primum, pœnitentia acta accipiat secundum, & tertium similiter, si in delicto post secundum compe- riatur. Profert autem, nimirum vt se à ludibrio conferuet, & vt hoc confirmet quod post delictum rur- sus purgatus est, & de cætero innocens est, testimonium de hoc ementiens probabile, vt per verisimili- tudinem decipere possit, non autem hoc significet quod ipse vult. Baptizatus, inquit, Dominus à Io- anne, dicebat discipulis: Baptisma habeo baptizari, & quid volo, si iam ipsum perfeci? Et rur- sus: Poculum habeo vt bibam, & quid volo, si iam complebo ipsum? & sic plura dare baptismata do- cuit. Nec verò hoc solum facit, sed & legem reiicit & prophetas omnes, dicens ex principe mundi opi- fice tales prædixisse. C H R I S T V M verò ex supernis ab inuisibili ac inominato patre descendisse di- cit, propter animarum salutem, & ad redarguendum Deum Iudæorum, & legem ac prophetas, & e- iusmodi,

iusmodi. & in infernū descendisse Dominū, vt saluaret Cain, & Core, & Dathā, & Abirō, & Esau, & o- mnes gentes quæ nõ nouerunt Deū Iudæorū. Abel autē & Enoch, & Noë, & Abrahā, & Isaac, & Ia- cob, Mosē item, Dauidque ac Solomonē illic reliquisse, propterea quod cognouerunt, inquit, Deum Iudæorum esse creatorem ac conditorem, & quod officia ipsius fecerunt, & non Deo inuisibili seip- sos addixerunt. Dat etiam permissionem mulieribus vt baptismum dent. A pud ipsos enim omnia sūt ludibrio plena, & nihil aliud, quum etiam mysteria coram his qui instituuntur atque initiantur in sa- cris perficere audeant. Resurrectionem verò, velut dixi, hic non corporum, sed animarum esse dicit, & salutem his decernit, non corporibus: & transitiones similiter animarum à corporibus in corpora asse- rit. Verum vndiquaque cadit vana ipsius doctrina, velut iam in alijs sedis à me tractatum est. Quomo- do enī resurget anima quæ non cecidit? Resurrectio verò ipsius quomodo vocabitur, nunquam lapsa: Quicquid enim labitur, resurrectione opus habet. Cadit autem non anima, sed corpus. Vnde etiam merito consuetudo solet ipsum cadauer vocare, & ipse quoque Dominus vbi dixit, Vbi cadauer, ibi congregabuntur & aquilæ. Nam in monumentis non concludimus animas, sed corpora. deponimus o- bruentes terra. Quorum resurrectio in spem habet prædicationem, quemadmodum frumenti granū, velut etiam sanctus Apostolus testimonium protulit de grano frumenti, & alijs seminibus. Sed & ipse Dominus in Euangelio, Nisi collapsum granum frumenti mortuum fuerit, solum manet. Sanctus au- tem Apostolus dicit (stultum enim vocat incredulum, & omnino ambigentem ac dicentem,) Quo- modo sit resurrectio? quali verò corpore venient? & statim ad tales dicit: Stulte tu, quod seminas, nõ viuificatur, nisi mortuum fuerit. Et penitus ostendit Scriptura, lapsi grani, hoc est corporis sepulti, & nõ animæ resurrectionem fieri. Quomodo verò anima veniet sola? quomodo regnabit sola, quæ simul cum corpore operata est iustum aut malum? Erit enim contrarium, & non iustum iudicium. Quomodo autem consistet doctrina Marcionis de tribus principiis? Quomodo bonus reperietur, qui in mali partibus opus perficit, aut salutis, aut aliorum? Si enim non ipse est mundus, demisit autem vnigenium suum in mundum, vt acciperet ex mundo alieno, quæ non ipse seminauit, neque fecit, re- perietur aut aliena appetens, aut paupertatem sustinens, aut propria non habens, & ad aliena seip- sum immittens, quo sibi acquirat quæ prius non habet. Quomodo verò iudex in medio vtriusque erit opifex? Deinde quos habebit vt iudicet? Si enim vasorum quæ à superno sunt, iudex præsidet, potens est super supernum: quadoquidem in medium suorum iudiciorum affert ea quæ superni sunt, velut Marcioni placet. Et si omnino iudex est, iustus est. Ostendemus autem à nomine iusti, quod idem est bonum & iustum. Quicquid enim iustum est, hoc & bonum est. Nam ab eo quod bonus est, bonum largitur iuste cum veritate ei qui bona fecit: & non amplius erit ad bonum contrarius bono, secundum iusticiam bonum bono exhibens, & malo supplicium irrogans. Neque rursus bonus fuerit, qui malo bonam mercedem in fine dat, quum non penitentiam egerit, etiam si in presenti oriri sinit solem suum super bonos & malos, & pluuiam suam exhibuerit, propter libertatem arbitrii in presenti, tum bonis tum malis hominibus. Bona enim non amplius erit natura ac iusta eius qui malo mercedem salutis in futuro seculo exhibet, & non potius odio habet malum ac prauum: A t tertius inuentus ab ipso mal⁹ iudex potestatem operandi mala, & roboris vim contra bonos in mundo, aut ex supernis, aut me- dii iusti, reperietur hic fortior duobus diis qui à Marcione producentur, quoniam potestatem habet rapiendi aliena. Et imbecilles de cætero iudicabuntur illi duo præter vnum malum, qui non possunt resistere, ac defendere à rapiente ea quæ ipsorum sunt, & in prauitatem tranſmutante. Quin & rursus aliter considerabimus, quo inanis sapientiæ ludibrium huius circulatoris deprehendamus. Si enim omnino malus malus est, rapit autem bonos à bono, & iustos à iusto, proprios verò non rapit solos: in- uenietur malus non amplius malus, vt qui bonos appetat, & velut melioribus in iudiciis auxilium fe- rat. Si verò & proprios iudicat, suppliciumque de iniustis sumit, non amplius malus erit, qui malorū iudex existit. & inuenietur omnibus modis doctrina ipsius seipsam subuertēs. Vnde autem ipsum esse acceperit tria principia, rursus edisserit. Quis verò est qui his terminos cōstituit? Si enim vnusquisque in proprio loco circumſcribitur, non amplius perfecta tria comperientur circūscripta in quibusdam contentiuis locis. Comperietur autem id quod continet maius contento. Et quod continetur, non am- plius Deus vocari poterit, sed potius contentiuis ille terminus. Si verò etiam simul inter se congressi, vnusquisque iuxta diuisionem proprium sortitus est locum, & quisque in proprio existens, alteri non molestus est, neque incurſionem facit, non amplius principia inter se contraria sunt, neque aliquid ipsorum malum reperietur, propterea quod secundum iusticiam & quietem ac constantiam, proprio carent, & non vltorius procedere conantur. Si verò malus à superno superatur, cogiturque ac debella- tur, vt qui diuisus sit & in proprio loco, cuius loci nihil ad supernum bonum pertinet, neque quicquā ab ipso possidetur, de his inquam, quæ hic in mali sunt loco, magis tyrannicus comperietur supernus & non amplius bonus, qui proprium filium siue C H R I S T V M demisit, vt aliena accipiat. Et vbi est terminus qui tria principia distinguit, iuxta huius impostoris doctrinæ rationem? Requiritur enim quartus quidam māstestissimus, & tribus prudentior terminorum descriptor ac scientia præditus, qui mensurasyncuicque distribuit, & tres illos pacificauit. Si verò non seditionem inter se egerint, ne- que altus ad alterius res demittit, & hic quidem qui tria principia persuasit, inuenitur quartus, & la- pientior & mansuetior. Sed & in proprio rursus loco quæretur, a quo in medium trium venit, & vni- cuique partem sapienter disereuit, vt ne mutuo iniuriam facerent. Si verò in his quæ vnus sunt, opifi- cis inquam, duo principia diuersat, tum malus in opificis locis ac regionibus, tum boni ipsius Chri- stus qui huc aduenit: non amplius ergo iudex & opifex solum reperietur, sed etiam bonus, vt qui con- cedat duobus, vt in propria ipsius faciant quod volunt. Aut imbecillis comperietur, & non potens prohibere

Descensio
Christiad
sferoscau
sa fallax.
Resurre-
ctio ani-
marum.
Migratio
animæ de
corpore i
corpore.
Cadaver-
is appel-
latio.
Lapsus
granum
probat re-
surrectio-
nem cor-
porum.
Iudiciaria
tio ex
marcione
Bonum &
iustum i-
dem est.
Insurre-
ctio in do-
mini iusti-
tiani.
Arguitur
marcion
falsa opi-
monis de
summo iu-
dicio.
Solutur
rationes
Marcion-
is.
Demisso
nis christi
in midia
causa ex
Marcio-
ne.

Christus non dicitur Occasionem capere ex falsa scriptura interpretatione ad seducendum.

Quomodo factus Christus pro nobis maledictio. Redimere tempus. Clara doctrina Marcionis redargutio. Auffer de Evangelio lucæ nonnulla. Quibus videntur scripturis. Marcionis scripta.

Epiphanius pauperi eorum positio contra Marcionem.

Correptiones scripturarum facta erat per Marcionem.

prohibere à propriis alienos raptos. Si autem etiam minor potentia est, non amplius re perietur opificium consistens, sed defecit iam olim, dum diripitur quotidie, tum à malo ad propriam partem, tum à bono ad superna. Et ubi amplius opificium consistet ac stabilietur? Si verò dicit, quod tempore definet, & possibile est hoc omnino desinere, per ipsius boni curam: non igitur bonus autor damni erit, qui non olim fecit quod postea bonum perficere putavit, neque tamen ab origine fecit, priusquam plures iniuria afficerentur, & à iudice detinerentur, atque infra maneret. Rursus porrò diuinam Scripturam non rectè intelligens, producit, & simplices deceptit, pervertens Apostoli dictum: Christus nos redemit ex maledictione legis, factus pro nobis maledictio. & inquit, Si fuisset ipsius, non sanè quod suum erat, emisisset: quum autem emerit, in alienum mundum venit, vt emeret nos, qui non eramus ipsius. Creatura enim eramus alterius, & ob id ipse nos emit in vitam suam. Ignorat autem omnino miser ille, quod neque Christus maledictio facta, absit: sed maledictionem propter peccatum nostrum abstulit, vbi seipsum crucifixit, & factus est mors morti propter peccata nostra, & maledictio maledictioni ipse factus. Quapropter non est Christus maledictio, sed maledictionis solutio. Benedictio autem omnibus in ipsum verè credentibus. Sic etiam redemit, non dixit emit. Neque enim ad alium venit, vt raperet aut emeret, si enim emisisset, non habes emisisset: velut medicus quæ non habebat acquisiuit, & adeptus nos vendisset, à quodā videlicet sceneratore impulsus. Sed non habet sic res ipsa. Neque enim dixit, emit, sed redemit. Simile autè huic idè factus Apostolus dicit, Redimere tempus, quia dies prauis sunt. Et non dies emimus, neque precium pro diebus damus. Sed patientiam & cunctationem longanimitatis significans, hoc dixit. Quare vos Redemit, argumentum fidei iussione declarat aduentus carnalis pro nobis in mundum, quem suscepit, vt pateretur pro nobis, quum sit Deus afflictionum exors, manens in propria deitatis suæ in dolentia. Et hoc ipsum quod suscepit pro nobis pati non emens nos ab alienis, sed causā crucis pro nobis suscipiens, voluntate, & non coactus necessitate. Vnde redarguit per omnia Marcionis doctrina, & multa sunt quæ ad subuersionem artis ac tragædie ipsius, ex pia cogitatione & rationabili apparitione procedunt in cōtradictione aduersus ipsū. Deueniā autem ad ea quæ ab ipso scripta sunt, imò potius maliciose acta. Hic enim Euāgelium secundū Lucā solū habet circuncisum ab initio, propter Saluatoris conceptionem & carnalem ipsius aduentum. Non solū autem principium rescuit ille, qui seipsum magis quam Euāgelium corrupit: sed etiam de fine ac medio multa veritatis verba recidit, & alia præter ea quæ scripta sunt, apposuit. Solo autem vsus est hoc caractere, Euāgelium videlicet secundum Lucam. Habet autem & epistolas sancti Apostoli decem quibus solis vtitur, non autem omnibus in ipsis scriptis, sed aliqua ex ipsis rescans, quædam verò capita permutans. His verò duobus libris vtitur. Alia autem scripta à seipso composuit his qui ab ipso decepti sunt. Carterum, epistolæ quæ apud ipsum leguntur, sunt. Prima quidē ad Galathas. Secūda verò ad Corinthios. Tertia ad Corinthios secūda. Quarta ad Romanos. Quinta ad Thessalonicenses. Sexta ad Thessalonicenses secūda. Septima ad Ephesios. Octaua ad Colossenses. Nona ad Philimonē. Decima ad Philippenses. Habet autē & eia quæ ad Laodiceenses dicitur, partes. Ex quo sanè caractere qui ab ipso seruat, Euāgelii ac Epistolarū Apostoli, ostēdere possumus ex gratia Dei, ipsū esse deceptorē ac seductorē, & sumē eū redarguere. Ex ipsis enim quæ ipse cōfretur, circa ambiguitatē subuertitur. Ex iisdem enim quæ adhuc apud ipsum sunt, reliquiis Euāgelii ac epistolarum, ostēdetur CHRISTVS intelligentia præditis non alienus esse à veteri Testamento: & prophetæ quoque non alieni esse à Domini presentia. Et quod resurrectionem carnis Apostolus prædicat: & iustos prophetas nominat: & quod sint inter eos qui seruatur, Abraham, Isaac, & Iacob, & omnia quæ sunt in sancta Dei Ecclesia salutaria, & sancta, & ex Deo firmata, tum in fide, tum in cognitione, & in spe atque doctrina. Apponam autem & eam tractationem quam feci contra ipsum, priusquam hoc meum opus aggrederer, quod per vestram, fratres, exhortationem facere sum aggressus. Ante annos multos perscrutans huius Marcionis excogitatam mendacitatem & deliram doctrinam, ipsos sanè prædicti libros quos possidet in manus accipiens, nempe id quod apud ipsum dicitur Euāgelium, & quod Apostolicum vocatur, decerpens, & iuxta seriem eligens, ex prædictis duobus libris ea quæ ipsum redarguere possunt, pauimentum quoddam compositionis feci, consequenter positis capitibus & singulis locutionibus inseri ptis, prima, secūda, tertia, & sic vsque ad finem perueni. In quibus apparet, quod stulte contra seipsum adhuc has quæ restant, tum Saluatoris, tum Apostoli locutiones seruat. Aliquæ enim ex ipsis maliciose ab ipso immutata sunt, & non sicut habuit Euāgelii secundum Lucam exemplar, & Apostoli characteris indicatio. Aliquæ verò in natura sua restant, velut Euāgelium & Apostolus habet: & non ab ipso alterata sunt, verum ipsum redarguere possunt, per quæ ostenditur vetus Testamentum consonum esse nouo, & nonum veteri. Aliæ verò rursus locutiones eorundem librorum ostendunt CHRIS TV M in carne venisse, & inter nos perfectè hominem factum esse. Sed & alia rursus sunt quæ consistunt mortuorum resurrectionem, & Deum vnum dominum omnium omnipotentem, ipsum esse creatorē cæli ac terræ, & omnium in terra conditorum: & neque adulterant Euāgelii appellationem, neque tamen negant creatorem & opificem omnium, sed clarè declarant eum quem Euāgelicè & apostolicè prædicationis character consistit. Et sunt ea quæ à nobis tractata sunt, in subiectis apposita.

Præfatio tractationis ac consutationis librorum Marcionis.

Qui cupit impostoris Marcionis adulteratas opiniones exactè cognoscere, & confictas eiusdem bestiarum artes perscrutari, is ne grauetur hunc collectum à nobis labore legendo euoluere. Nam ex Euāgelio apud ipsum receptio, ea quæ improba ipsius maliciæ opponi possunt, collecta apposim⁹ vt qui hunc laborem versare velint, hoc celeritatis exercitium habebant, ad peregrinas ac nouas excogitatas

gitatas ab ipso dictiones ac locutiones cōsutas. Stulus enim ipse Euāgelium secundū Lucā indicat. Sustulit Quum autem amputatus sit, & neque principium, neque medium, neque finem habeat, vestimenti à principii multis tinea corrosi similitudinem præ se fert. Statim enim in principio omnia quæ ab initio à Luca mediū & tractata sunt, hoc est quod dicit: Quandoquidem multi aggressi sunt, &c. & quæ habentur de Elizabeth, & de angelo nuncium ferente Mariæ virgini, & de Ioanne ac Zacharia, & de genealogia natiuitatis in Bethlechem, & de baptisimatibus tractatione: hæc omnia rescuit ac transfiliuit, & principium Euāgelii hoc fecit, Anno decimo quinto Tyberii Caesaris, &c. Hinc itaque hic initium facit, & non iuxta seriem persequitur, sed alia (velut dixi) amputat, alia apponit, sursum ac deorsum non rectè procedens, sed versutè omnia circueiens. & sunt hæc. I. Abi & ostende te sacerdoti, & offer pro purificatione tua, velut præcepit Moses, vt sit testimonium hoc vobis: pro hoc quod Saluator dixit, in testimonium ipsis. II. Vt autem sciatis quod filius hominis potestatem habet dimittendi peccata in terra. III. Dominus est filius hominis etiam sabbathi. IIII. Iudam Iscarioth qui fuit proditor. Verum Errata Marcionis in sacris scripturis siue per additionē siue per ablationem. pro Descendit cum ipsis, habet Descendit inter ipsos. V. Et omnis turba quærebat ipsum tangere. Et ipse attollens oculos suos. VI. Ad eundem modum faciebant prophetis patres vestri. VII. Dico vobis, tantam fidem neque in Israël inueni. VIII. Immutatum illud, Beatus qui non passus fuerit offendiculum in me. Habebat enim velut ad Ioannem. IX. Hic est de quo scriptum est, Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam. X. Etingressus in domum pharisæi, accubuit. Mulier autem illa peccatrix stans retro ad pedes, rigauit lachrymis pedes, & vnxit, & osculabatur. XI. Et rursus hæc lachrymis rigauit meos pedes, & vnxit, & osculata est. XII. Non habet, Mater ipsius & fratres ipsius: sed solū, Mater tua & fratres tui. XIII. Nauigantibus ipsis obdormiuit. Excitatus autem, increpauit ventum & mare. XIV. Contigit autem inter eundem, turbæ constringebant ipsum, & mulier vbi tetigisset ipsum, sanata est à sanguine. Et dixit Dominus, Quis me tetigit? & rursus, Tetigit me aliquis, nam noui virtutem à me processisse. XV. Sublatis in cælum oculis, benedixit super ipsos. XVI. dicens, Oportet filium hominis multa pati, & occidi, & post tres dies resurgere. XVII. Et ecce duo viri loquebatur cum ipso, Elias & Moses in gloria. XVIII. Ex nube vox, Hic est filius meus dilectus. XIX. Rogauit discipulos tuos, dixit autem eò quod non potuerunt eicere ipsum, & ad ipsos: O generatio incredula, quum diu tolerabo vos? XX. Filius enim hominis, futurum est, vt tradatur in manus hominum. XXI. Neque hoc legitis quod fecit Dauid, intrauit in domum Dei. XXII. Gratias ago tibi Domine cæli: non habet autem, & terræ: neque habet, pater. Redarguitur autem: infra enim habet, ita pater. XXIII. Dixit legitisperito, In lege quid scriptum est: & respondens post legitisperiti responsonem dixit, Rectè fecisti, hoc fac & viues. XXIV. Et dixit, Quis ex vobis habebit amicum, & vadet ad ipsum media nocte, petens tres panes. Igitur petite & dabitur. Quem enim ex vobis patrem filius petet piscem, & pro pisce serpentem dabit ipsi? aut pro ouo scorpionem. Siquidem vos qui mali estis, nouistis dona bona, quanto magis pater? XXV. Rescūtum est de Iona propheta. Habet enim, Natio hæc, signum non dabitur ipsi. Non autem habet de Ninive, & regina Austri ac Solomone. XXVI. Pro, præteritis iudicium Dei: habet, præteritis vocationem Dei. XXVII. Vt vobis qui ædificatis monumeta prophetarum, & patres vestri occiderunt ipsos. XXVIII. Non habet, propterea dixit Sapientia Dei, Mitram ad ipsos prophetas. Et de sanguine Zachariæ & Abel, & prophetarum, quod requiretur ex generatione hac. XXIX. Dico amicis meis: Ne timete eos qui occidunt corpus: timete eum, qui postquam occidit, potestatem habet mittendi in gehēnam. Non autem habet, Nonne quinque passeruli duobus assibus vneunt, & vnus ex ipsis non est in obliuione positus coram Deo? XXX. Pro, confitebitur ipsum coram angelis Dei: legit, coram Deo. XXXI. Non habet, Deus vestit gramen. XXXII. Vester autem pater nouit quod indigetis his, carnalibus scilicet. XXXIII. Querite autem regnum Dei, & hæc omnia adiciuntur vobis. XXXIV. Pro pater vester, pater habet. XXXV. Pro secunda aut tertiam vigilia, habet vespertinam vigiliam. XXXVI. Veniet dominus serui illius, & dissecabit ipsum, & corruptam partem ipsius cum infidelibus ponet. XXXVII. Ne forte pertrahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori. XXXVIII. Amputatum est ab hoc, venerunt quidam annunciantes ipsi de Galilæis, ex imitatione quorum sanguinem commisit Pilatus cum sacrificiis ipsorum, vsquequod dicit de decem & octo in Siloam mortuis in turri. Et nisi respueritis, vsque ad parabolam fici, de qua dixit, agricola, donec fodero & misero stercora, & si non fecerit, exciude. XXXIX. Hanc ad filiam Abraam, quæ alligauit satanas. XL. Amputauit rursus, Quum videritis Abraam & Isaac & Iacob, & omnes prophetas in regno Dei: pro hoc verò fecit, quum omnes iustos videritis in regno Dei. Vos autem ex pesti foras: feci, vos autem detineri foris: illic erit stercus & stridor dentium. XLI. Recidit rursus, Venient ab orientibus & occidentibus, & accumbent in regno Dei. Et hoc, Postremi erunt primi. Et hoc, Accesserunt pharisæi dicentes, Exi & vade, quia Herodes vult te occidere. Et hoc, dixit, Ire & dicite vulpeculæ illi: vsquequod dixit, Non est possibile prophetam perire extra Hierusalem. Et hoc, Hierusalem Hierusalem quæ occidis prophetas, & lapidas misisti. Et hoc, Sæpe volui congregare velut gallina filios tuos. Et hoc, Relinquitur vobis domus vestra. Et hoc, Non videbitis me donec dixeritis, Benedictus. XLI. Rursus recidit parabolam omnem duorum filiorum, eius qui accepit partem bonorum patrum, & alterius. XLII. Lex & propheta vsque ad Ioannem, ab eo tempore regnum Dei annunciat, & quilibet in ipsum vim facit. XLIII. De diuite & Lazaro, paupere ac mendico, quod delatus est ab angelis in sinum Abraam. XLIV. Nunc autem hic solatio fruitur idem Lazarus. XLV. Dixit Abraam, Mosem habent & prophetas, audiant ipsos, alioqui neque excitatum ex mortuis audient. XLVI. Recidit hoc, Dicite inutiles serui sumus, quod debuimus facere, fecimus. XLVII.

Reciditur parabola duorum filiorum.

XLVIII. Quando occurrerunt decem leprosi, recidit multa & fecit, demisit ipsos dicens, Ostendite vos sacerdotibus. & alia pro aliis fecit dicens, Multi leprosi erant in diebus Helisai prophetae, & non mundatus est nisi Neeman Syrus. **XLIX.** Venient dies quando concupiscitis videre vnam diem filii hominis. **L.** Dixit quis ad ipsum, Magister bone, quid faciendum mihi ut consequar vitam aeternam. Ipse vero dixit, Ne me dixeris bonum, vnus est bonus Deus: appositus, pater. & pro, praecepta nostri, dicit Praecepta nostri. **L.** Factum est quum appropinquaret Hiericho, cacus clamabat: **IESV** fili Dauid miserere mei. Et quando sanatus est, dicit, Fides tua te saluum fecit. **LII.** Amputauit hoc, Quum assumpsisset **IESVS** duodecim dixit, Ecce ascendimus Hierosolyma, & consummabuntur omnia quae scripta sunt per prophetas de filio hominis, tra deur, occidetur, & tertia die resurget. Haec omnia amputauit. **LIII.** Rescudit caput de asino & Bethphage, & de ciuitate ac templo: quod scriptum erat, Domus mea domus orationis, & vos fecistis eam speluncam latronum. **LIIII.** Et quaesuerunt intrare in ipsum manus, & timuerunt. **LIV.** Rursus amputauit parabolam de vinea elocata colonis Et hoc, Quid igitur est hoc, Lapidem quem reprobauerunt edificantes. **LVI.** Rescudit hoc, Quod autem resurgent mortui, etiam Moses ostendit circa rubum, quum dicit dominum Deum Abraam & Isaac & Iacob. Deus autem est viuentium, & non mortuorum. **LVII.** Non habet haec, Quod autem resurgent mortui, etiam Moses ostendit, dicens Deum Abraam, Deum Isaac, & Deum Iacob, Deum viuentium. **LVIII.** Rursus rescudit hoc, Pilus ex capite vestro non perierit. **LIX.** Rursus rescudit haec, Tunc qui in Iudaea sunt, fugiant in montes, & caetera quae sequuntur vsque ad, Ut impleantur omnia quae scripta sunt. **LX.** Collocutus est cum militum imperatoribus, quomodo ipsum traderet ipsis. **LXI.** Et dixit Petro ac reliquis, Abite & praeparate ut edamus pascha. **LXII.** Et accubuit, & duodecim Apostoli cum eo, & dixit, Desiderio desiderauit hoc pascha comedere vobiscum antequam patiar. **LXIII.** Rescudit hoc, Dico enim vobis, non edam ipsum donec compleatur in regno Dei. **LXIII.** Rescudit hoc, Quando misit vos, nunquid defuit vobis: & quae sequuntur vsque, & hoc quod scriptum est, oportet perfici, nempe, Et cum inquis reputatus est. **LXV.** Distractus est ab ipsis ferme ad lapidis iactum, postisque genibus orabat. **LXVI.** Et appropinquauit ut osculareretur ipsum, & dixit. **LXVII.** Rescudit quod fecit Petrus, quando percussit & amputauit auriculam serui pontificis. **LXVIII.** Et qui tenebant, illudebant ipsi, cedentesque & percutientes, dicebant, Vaticinare qui est qui te percussit? **LXIX.** Appositus post hoc, Hunc deprehendimus peruerentem gentem & destruentem legem & prophetas. **LXX.** Additio est post iubentem tributa non dare, & auertentem mulieres ac liberos. **LXXI.** Et quum venissent in locum qui dicitur Caluaria locus, crucifixerunt ipsum, & diuiserunt vestes ipsius, & obscuratus est sol. **LXXII.** Rescudit hoc, Hodie mecum eris in paradiso. **LXXIII.** Et quum clamasset voce magna, expirauit. **LXXIII.** Et ecce vir nomine Ioseph, detractum corpus inuoluit sindone, & posuit in monumento in lapide exciso. **LXXV.** Et reuersae mulieres, quieuerunt sabbato secundum legem. **LXXVI.** Dixerunt illi in veste splendida, Quid quaeritis viuentem cum mortuis? surrexit: Recordamini quae dixit, quum adhuc vobiscum esset, quod oportet filium hominis pati & tradi. **LXXVII.** Rescudit hoc quod dictum est ad Cleopam & illum alterum, quum obuiam factus est ipsis, o stulti ac tardi ad credendum in omnibus quae loquuti sunt prophetae. Nonne haec oportuit pati? Et pro hoc, quae loquuti sunt prophetae: fecit, quae loquutus sum vobis. reprehenditur autem, eo quod quando fregit panem, aperti sunt oculi ipsorum, & cognouerunt ipsum. **LXXVIII.** Quid turbati estis? Videte manus meas & pedes meos, quia spiritus ossa non habet, sicut me videtis habere. **Quin** & haec insuper coniungimus contra praedictum haereticum, ad id quod a nobis contra ipsum perfectum est opus, quae videlicet apud ipsum rursus inuenimus, velut in vltionea exultatione epistolarum Pauli Apostoli, non omnium, sed aliquarum: quarum in fine totius tractationis nomina a nobis posita sunt, velut Apostolicus liber apud ipsum appellatus habet, ita ut & ipse pro consueta illius malicia mutilatae sint, velut etiam in proposito nominato Euangelio reliquae veri Euangelii, si verum dicere oportet, habentur, & tamen omnia fraudulentet commentus adulterauit ac corrupit.

Mutila omnia in scripturis Euangelicis. Narrationem passionis Christifere scindit.

Argumenta resurrexerunt. Et non tollit.

Apostolicus liber Marcionis

Ex Epistola ad Romanos quarta apud ipsum, inter Apostolicas verò apud nos prima.

In ordine quartan facit epistolam ad Rom.

Q Vicunque iniquè & sine lege peccauerunt, iniquè etià & sine lege peribunt. Et quicunque in lege peccauerunt, & per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iusti apud Deum sunt, sed factores legis iustificabuntur. **I.** Circuncisio quidem iuuat, si legem feceris. Si verò transgressor legis fueris, circuncisio tua praepitium facta est. **II.** Habentem formationem cognitionis & veritatis in lege. **III.** Adhuc enim **CHRISTVS** quum nos essemus debiles, adhuc iuxta tempus pro impiis mortuus est. **V.** Quare lex quidem sancta, & mandatum sanctum & iustum & bonum. **VI.** Ut iustificatio legis impleatur in nobis. **VII.** Finit enim legis **CHRISTVS** ad iustitiam omnium credenti. **VIII.** Qui enim diligit proximum, legem impleuit.

Ordinem canonicum peruertit

Ex epistola ad Thessalonicenses prima apud ipsum quinta, apud nos octaua. Et ad Thessalonicenses secunda, apud ipsum sexta, apud nos nona, nihil adscripsimus. Ex epistola ad Ephesios ipsi septima, nobis quinta.

Mementote quod vos quondam gentes, qui vocabamini praepitium, ab ea quae appellatur circuncisio in carne per manum facta, eratis tēpore illo sine **CHRISTO**, alienati a conuersatione

Israël, & alieni a testamentis promissionis, spem non habentes, & impii in mundo. Nunc autem in **CHRISTO IESV** vos, qui aliquando eratis procul, facti estis propinqui in sanguine ipsius. Ipse enim est pax nostra qui fecit vtraque vnū, &c. **II.** Qui propter dicit, Surge qui dormis, & surge a mortuis, & illucescet tibi **CHRISTVS**. **III.** Huius rei gratia, relinquet homo patrem ac matrem, & adherbit uxori, & erunt duo in carnem vnam: citra vocem, vxori.

Ex epistola ad Colossenses octaua ipsi, nobis septima.

N E igitur quis vos iudicet in esu aut potu, aut in parte festiuitatis, aut nouilij ac sabbatorum, quae sunt vmbra rerum futurarum.

Ex epistola ad Philemonem nona apud ipsum, apud nos decimatertia. Et ad Philippenses decima ipsi, apud nos sexta, nihil excerpimus. Ex epistola ad Laodicenses, quae apud ipsum est vndecima.

V Nus Dominus, vna fides, vnus baptisma, vnus Deus & pater omnium, qui est super omnia, & per omnia, & in omnibus.

Ex epistola ad Galatas prima apud ipsum, quarta apud nos.

D ilscite quod iustus ex fide viuet. Quicunque enim sub lege, sub maledictione sunt. Qui verò fecerit ipsa, viuet in ipsis. **II.** Maledictus omnis qui pendet in ligno. Qui autem ex promissione est, per liberam est. **III.** Testor autem rursus, quod homo circumcisus debitor est vt totam legem impleat. **III.** Pro modicum fermentum totam massam fermentat: fecit, adulterat. **V.** Tota enim lex vobis impleta est; Diliges proximum tuum sicut teipsum. **VI.** Manifesta autem sunt opera carnis, quae sunt scortatio, immundicia, lasciuia, simulachrorum cultus, veneficium, inimicitia, lites, emulationes, indignationes, contentiones, seditiones, haereses, caedes, ebrietates, comestationes: quae praedico vobis quomodo modum & praedixi, quod qui talia faciunt, regni Dei haeredes non erunt. **VII.** Qui verò **CHRISTVS** sunt, carnem crucifixerunt cum affectibus & concupiscentijs. **VIII.** Neque enim qui circuncidantur, ipsi legem seruant.

Ex epistola ad Corinthios prima, quae & illi, & nobis secunda est.

I Scriptum est enim, Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentium reijciam. **II.** Quos velut scriptum est, Qui gloriatur, in Domino gloriatur. **III.** Principum mundi huius qui abolentur. **III.** Scriptum est enim, Qui deprehendit Sapientes in astutia ipsorum. Et rursus, Dominus cognoscit cogitationes hominum quod sunt vanae. **V.** Etenim pascha nostrum immolatus est **CHRISTVS VI.** Non scitis, quod qui adheret scorto, vnum corpus est: erunt enim (inquit) duo in carnem vnam. **VII.** Immutate nam pro in lege, dicit, in Moysi lege. Ante hoc verò dicit, Nonne & lex haec dicit? **VIII.** Num boues curae sunt Deo? **IX.** Non enim volo vos ignorare fratres, quod patres nostri sub nube erant, & omnes per mare transferunt, & omnes eundem spiritualem cibum comederunt, & omnes eundem spiritualem potum biberunt. Biberunt enim ex spiritali sequente petra, petra verò erat **CHRISTVS**, sed non in pluribus ipsorum conplacitum est ipsi. Haec autem figura nobis fuerunt, ne nos simus concupiscentes malorum, quemadmodum & illi concupierunt. Neque simulachrorum cultores sitis, sicut quidam illorum, velut scriptum est: sedit populus vt ederet ac biberet, & surrexerunt ad ludendum. Neque tentemus **CHRISTVM**, vsquequod dicit, Haec autem figuratae contigerunt illis, scripta verò sunt nobis, &c. **X.** Quid igitur dico? quod aliquid templo immolatum sit, aut aliquid simulachris immolatum sit? Imò quod quae immolant, daemonijs immolant, & non Deo. **XI.** Appositum autem Marcion vocem, templo immolatum, **XI.** Vir non debet comam nutrire, cum gloria & imago Dei sit? **XII.** Sed Deus contemperaui corpus. **XIII.** Erronee, sed in Ecclesia volo quinque verba mente mea loqui, aliter autem propter legem. **XIII.** In lege scriptum est, In alijs linguis & labijs alijs loquar ad populum hunc. **XV.** Mulieres in Ecclesijs sileant. Non enim permissum est ipsis loqui, sed subditae sint, velut etiam lex dicit. **XVI.** De resurrectione mortuorum. Notum autem vobis facio fratres Euangelium, quod annunciaui vobis, Et, Si **CHRISTVS** non surrexit, vana est, &c. Sic praedicamus, & sic credidistis, quod **CHRISTVS** mortuus est, & sepultus, & surrexit tertia die. Quum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est: Deuorata est mors in victoriam.

Ex epistola ad Corinthios secunda, & ipsi & nobis tertia.

Q uotquot enim sunt promissiones Dei, in ipso ipsum etiam, quapropter & per ipsum, Amen Deo. **II.** Non enim nos ipsos praedicamus, sed Dominum **IESVM CHRISTVM**, nos autem seruos vestros propter **IESVM CHRISTVM**, quoniam Deus est qui dixit, è tenebris lucem illucere. **III.** Habentes autem eundem spiritum fidei, & nos credimus, quare etiam loquimur: testificidit, iuxta id quod scriptum est. Haec est adulterata Marcionis compositio, quae habet quidem stitulum & figuram Euangelii secundum Lucam, & Pauli Apostoli non omnium ipsius epistolarum, sed solum eius quae est ad Romanos, & ad Ephesios, & ad Colossenses, & ad Laodicenses, & ad Galatas, & ad

Censura Marcionis in Epistola ad Galatas.

Consentit nobiscum in ordine Epistola ad Corinthios.

Appositio Marcionis.

Ordinis secunde epistola Pauli ad Corinthios indicium.

Compositio adulterata Marcionis.

& ad Corinthios primae ac secundae, & ad Thesalonicenses. Item primae & secundae ad Timotheum, & ad Titum, & eius quae est ad Hebraeos. quae feruntur apud ipsum, velut quae non plene sint, sed adulterate. Undiquaque autem eadem compositio maliciose deprauata est, & in quibusdam dictionibus ascritiam additionem habet, non ad utilitatem, sed ad deteriores ac nocivas, novas dictiones contra sanam fidem, ex eiusdem stupidae bestiae mente: Hae verò à nobis elaboratae sunt, ac tractatae ex praedicta apud ipsum scriptura, à postoli & Evangelii secundum Lucam. Porro sciatis omnes qui eiusdem errori contra dicere volunt, quod immutata quidem verba per maliciam, apposita sunt. Quae verò non habentur in propriis locis, raptà sunt per ipsum temeritatem. Hae enim sola putavit bestialis ille contraria esse. In hoc itaque contra dicemus confictae ejusdem versutiae: & tertio loco nobis studium erit ut colligamus quae apud ipsum & apud nos inuenta sunt, convenientia & indicationem habentia aduentus Saluatoris in carne, & testimonia consonantia noui Testamenti ad veteris, & confessiones filii Dei, in Evangelio confitentis Deum creatorem caeli & terrae, ipsumque esse eum qui loquutus est in lege ac prophetis. Proprium autem hunc esse suum patrem. Et haec quidem est praedicti argumenti nostri compendiarie memoriae gratia scholiis illustrata ex Marcionis exemplaribus compositio, ad verbum velut pauimentum à nobis conscripta. Quo verò non ea quae difficultia intellectu sunt, apud quodam tenebrososa & ignorata habeantur, rursus numeros inscriptionum, primi inquam & secundi ac tertii capituli iuxta seriem proponam, & interpretabor ob quam causam vnaquaque locutio delecta est, & huc translata. Incipiam autem rem hoc modo.

Scholium primum ex Euangelio apud Marcionem.

Multa ab illo inuenerunt.

Comentaria Marcionis.

Reprobatio interpretatio Marcionis.

Apparentia non crucis signatur.

Interpretationis reprobationis Marcionis.

Qui non ponit offendiculum beatus.

Minor in regno Dei quis sit.

Abi & ostende te sacerdoti, & offer pro purgatione tua velut praecipit Moses, vt sit testimonium B hoc vobis. Confut. I. Quomodo potest Dominus qui contra legem, & contra Deum legis suam doctrinam habet, velut tu dicis, dicere his qui ab ipso curantur, leproso inquam, Abi & ostende te ipsum sacerdoti? Quum enim sacerdoti dicat, legis sacerdotium non reprobatur. Et offer pro purgatione tua: etiam si rescideris donum, apparebit ex voce offer, quod de dono loquitur. pro purgatione tua, velut praecipit Moses: Si enim Mosis praecipit fieri consulit, non reprobatur neque blasphematur Deum legis, sed confitetur, ipsum & patrem suum Deum legem Mosi dedisse. Penitentiam autem verba à Marcion, dum pro, in testimonium ipsis dicis, testimonium vobis. Et hoc palam mentis es contra caput tuum. Si enim testimonium vobis dixit, testem seipsum fecit, quod non venit ad destruendum legem aut prophetas, sed ad implendum.

Scholium II. Vt autem sciatis quod potestatem habet filius hominis dimittendi peccata in terra. Confutatio II. Si igitur filium hominis seipsum vocat, non negat ipse vnigenitus incarnationem, & frustra apud te cantatur, quod in existimatione apparuerit. Et si habet potestatem in terra, non aliena est terra à creaturis eius, ac patris ipsius. Scholium III. Dominus est filius hominis etiam sabbari. Confut. III. Duo statim simul, & filium hominis, & Dominum sabbari, seipsum Saluator confiteatur, docens vt ne Sabbatum alienum à sua creatione putetur, etiam si postremum filius hominis ab aduentu in carne vocatus sit.

Scholium II. Iudas Iscarioten qui fuit proditor. Verum pro descendit cum ipsis, habet, Descendit inter ipsos. Confut. III. Iudas Iscariotes qui fuit proditor, cuius dico omnino eius qui comprehendit inter ipsos, & multa passus. Quomodo igitur comprehendit crucifixus, & multa passus. Quomodo igitur comprehendit crucifixus, qui sub tactum non cadit? Velut tu dicis à Marcion? Apparentiam enim esse dicis. redarguetur autem opinio tua, ex quod scriptum est Iudas proditor, prodidit enim ipsum, & tradidit in manus hominum, suum Dominum. Nihil autem prodest tibi quod dicis, descendit inter ipsos, pro eum ipsis. Non enim potes apparentiam ac visum decernere, eum qui postea apud te sub tactum cadere ostenditur. Schol. V. Et omnis turba quarebat ipsum tangere, & ipse attollens oculos suos, &c. Confut. V. Quomodo rursus turba poterat tangere eum qui tactum non habet? Quales verò oculos sustulit ad caelos, qui ex carne non erat compactus? Imò haec dixit, vt ostendat, quod mediator Dei & hominum homo Christus Iesus habes vtraque, ex hominibus quidem carnem, ex Deo verò patre inuisibilem essentiam. Schol. VI. Secundum eundem modum faciebant prophetas patres vestri. Confut. VI. Si prophetarum meminit, non negat prophetas. Si damnat prophetarum caedem, & impropere occisoribus ac persecutoribus ipsorum, non alienus à prophetis est, sed Deus ipsorum est, qui ipsos fecit. Schol. VII. Dico vobis, tantam fidem neque in Israël inueni. Confut. VII. Si neque in Israël tantam fidem inuenit, velut in Centurione à gentibus progresso, igitur non vituperat fidem ipsius Israël. Si enim aliena à Deo fuisset, & non ipsius ac patris eius, non vti que fecisset huius laudem.

Schol. VIII. Immutatum illud, Beatus qui non passus fuerit offendiculum in me. Habet enim velut ad Ioannem. Confut. VIII. Siue ad Ioannem habuerit, siue ad ipsum Saluatorem, beatus praedicat eos qui non offendiculum patiuntur siue in ipso, siue in Ioanne, vt ne quae non audiant, ab ipso sibi ipsis fingat. Habet autem maiorem speculationem, ob quam dixit Saluator: Vt ne enim quis maiorem inter natos mulierum ab ipso positum Ioannem, etiam ipso Saluatorem maiorem putaret, eod quod etiam ipse ex muliere natus est, cauet, & dicit hoc, Et beatus est quicumque non fuerit passus offendiculum in me. Vnde dicit, Qui verò minor est in regno Dei, maior ipso est. Erat enim Saluator tempore iuxta natiuitatem de carne minor ipso semestri temporis spacio: maior autem in regno, nimirum vt Deus ipse. Venit enim vnigenitus, vt nihil in occulto loqueretur, aut quid contra propriam praedicationem recitaretur. Dicit enim, In occulto loquutus sum nihil, sed cum dicendi libertate. Veritas

A

C

D

ritas enim est: velut dicit, Ego via & veritas. Neque igitur via errorem habet, neque veritas occultans seipsum, mendacium loquitur. Schol. IX. Hic est de quo scriptum est, Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam. Confut. IX. Sic cognoscit vnigenitus Dei filius Ioannem; ac praenoscit, praenoscens autem ostendit volentibus scire virtutem. quod hic est de quo scriptum est, Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam. Ergo qui scripsit & dixit, Mitto angelum meum ante faciem. A Deus aeternus qui in prophetis & in Lege loquutus est, non alienus erat à proprio Iesu Christo. Mitte enim angelum suum ante faciem ipsius, ante faciem filij ex patre honorati. Non enim misisset angelum suum alieno inferuitum, siquidem contrarius ipsi erat, iuxta tuam à Marcion opinionem. Schol. X. Et ingressus in domum pharisaei, accubuit. Mulier autem illa peccatrix stans retrò ad pedes, rigauit lachrymis pedes, & vnixit, & osculabatur. Confut. X. Vox ingressus, corpus ostendit: domum enim indicat, & corporis mensuram. Et accumbere nullius est quam corpus habentis, magnitudine praeditum ac discumbens. Et mulierem rigare lachrymis pedes, non imaginarios, neque apparentes ostendit: vnixit enim, & rigauit, & osculata est, contactum corporis sentiens. Scholium XI. Et rursus, Haec lachrymis rigauit meos pedes, & vnixit, & osculata est. Confutatio XI. Vt ne pures à Marcion, solum putari apud homines, mulierem peccatricem pedes Saluatoris rigasse & vnixisse, ac osculatam esse, ipse Saluator confirmat, non per apparentiam haec facta esse docens, sed ex veritate, ad redarguendum pharisaeum, & te Marcionem, & eos qui tecum sentiunt, affirmans ac dicens: Haec pedes meos vnixit & osculata est. Quales verò pedes, quam eos qui ex carne & ossibus ac reliquis constant? Scholium XII. Non habet, Mater ipsius & fratres ipsius, sed solum, Mater tua & fratres tui. Confutatio XII. Etiam si superiora rescideris, à Marcion, Euangelij verba, quo facias Euangelistam non suffragari dictioni à quibusdam relatae, nempe, mater tua & fratres tui: non potes transgredi veritatem. cur enim non multas dixit matres? cur non multas dixit patrias? Quot quam multa dicunt de Homero? alij quidem Aegyptium dicentes, alij Chium, alij Colophonium, alij Phrygem, alij Smyrnaeum, Meletis & Critheidis: Atheniensem verò ipsum Aristarchus pronunciauit. Alij Lydum, Mazonis: alij Cyprium, Propodiadis, ex vicinia in ambitu circa Salaminios: & quidem hominem. Verum propterea quod in multis fuerat patriis ac vrbibus, ideo multos ad diuersam narrationem impulit. Hic verò de Deo dicentes, & christo, non multas opinati sunt esse matres, sed vnam quam reuera ipsum genuit: & non multos fratres, sed filios Ioseph ex altera ipsius vxore: & non poteris contra veritatem armari. Et ne refudat sermo quem dixit Dominus, Quae est mea mater, & qui fratres? Non enim negans matrem haec dixit, sed intempestiuam euertens eius qui dixit hoc, tanta occupato. Auocatio enim esse videbatur hoc à susceptis negotiis, quod hic impediatur ipsum, dum diu occupato. Ecce mater tua & fratres tui: tantum abest vt de hoc gauisus fuerit. Non quod ignorarit venisse ipsos antequam audiret, sed quod praenosceret quod foris starent: alioqui cum increpatione intempestiuam illius vocem compesciuisset, quemadmodum etiam ad Petrum aliquando dixit: Discede à me satana, quia non sapis quae Dei sunt, sed quae hominum. Scholium XIII. Nauigantibus ipsis obdormiuit: Excitatus autem, increpauit ventum & mare. Confutatio XIII. Quis dormiuit? dicit. De deitate non audebis dicere. Si verò etiam dixeris, contra caput tuum phanarice blasphemiam eructabis. Cuique verò manifestum est, quod is qui in veritate homo fuit, sermo opus habens propter corporis necessitatem obdormiuit. Qui enim ipsum excitauit, non apparentiam videbant, sed veram hominis incarnationem. Profecto manibus mouentes & clamantes testantur quod ipsum excitauerunt. C exurgens enim inquit, qui dormiuit, carnem gestans Deus, qui que de caelo descendit, & carnem propter nos induit, excitatus quidem est velut homo, increpauit autem mare velut Deus, & tranquillitatem fecit. Scholium XIV. Contigit autem inter eundem, turbæ constringebant ipsum, & mulier vbi tetigisset ipsum, sanata est à sanguine. Et dixit Dominus, Quis me tetigit? & rursus, Tetigit me aliquis, nam noui virtutem à megressam esse. Confutatio XIV. Interim dum ipsi irent, inquit, & nondum ipse iret: vt ne aliter figures ipsum extra consequentiam eorum qui iter faciunt. Verum illud Turbæ constringebant ipsum, indicat quod turbæ non potuissent constringere spiritum. Mulier vbi tetigisset ipsum, non aërem tetigit, sed contactum humanum. Quo enim ostenderet, quod non solum apparentia contactus corporis sui à muliere factus esset, docet dicens, Quis me tetigit? nam noui virtutem à me exiisse. Scholium XV. Sublatis in caelum oculis, benedixit super ipsos. Confutatio XV. Si sustulit oculos in caelum, & benedixit super ipsos, non in apparentia habuit oculorum & aliarum partium figuras. Scholium XVI. Dicens, Oportet filium hominis multa pati, & occidi, & post tres dies resurgere. Confutatio XVI. Si filium hominis & pari & occidi oportere seipsum confitetur vnigenitus Dei filius, contra te est ascia haec, excindens omnem radicem tuam, & ox spinis nate Marcion, & nubes aqua carens, arborque infrugifera, ac autumnalis. Nam est & rursus dicit, & post tres dies resurgere. Quid verò resurgere dicit, quam hoc quod passum & sepultum in monumento? Apparentia autem, siue ventus aut spiritus, aut imaginatio, funerationem ac sepulturam non suscepit, nec resurrectionem. Schol. XVII. Et ecce Spiritus ce duo viri loquebantur cum ipso, Elias & Moses in gloria. Confut. XVII. Fortassis funeratio arbitror per haec verba falx apud sanctum Zachariam contra te, à Marcion, expressa est, omne nem non tuum contra legem ac prophetas excogitatum mendacium excindens. Quandoquidem enim suscipit, reprobaturus erat legem & prophetas, alienos ipsos asserens à Saluatore, & gloria ipsius ac diuina do-

Rationes ad probandam humanitatem Christi.

Veritas transgredi non potest.

Homeri patria antequam magna.

Non neutrum esse Mariam.

Mulier facta à partu.

Hij

eterna, ambo duxit secum in propria sua gloria, & ostendit suis discipulis, & discipuli nobis & mundo: hoc est omni homini volenti vivere, ut per primum velut per asciam, tuas excindat radices: per secundum vero, velut per falcem verbi veritatis, resecat ramos tuos, cicutam & lethalem ac viscosum blasphemiam succum hominibus producentes. Si enim alienus esset Moses a Christo, cui olim lex concredita est, & si prophetæ alieni essent, non sanè ipsi cum ipso in propria gloria sua reuelasset. Vide enim miraculum quod neque in monumento hos ostendit, neque circa crucem, sed quando partem gloriæ suæ velut in arrabonem nobis reuelavit, tunc sanctos, Moslem, inquam, ac Heliæ, simul secum duxit, quod cohæredes ipsos regni sui ostenderet. Schol. XVIII. Ex nube vox, Hic est filius meus dilectus. Confutatio. XVIIII. Omnibus sanè manifestum est, quod nubes non est summa, neque supra cælum existit: sed in creatura iuxta nos, vnde vox ad Saluatorem delata est. Si itaque pater & in nube loquitur, ostendens discipulis filium suum, non alius est opifex quam idem ille qui etiam per nubem proprio filio testimonium præbuit, & non solum eorum quæ supra cælum sunt, Dominus est, velut tu dicis. Schol. XIX. Rogavi discipulos tuos, dixit autem eò quod non potuerunt eicere ipsum, & ad ipsos: O generatio incredula, quàm diu tolerabo vos? Confutatio XIX. Quàm diu, temporis aduentus in carne significationem habet. Et, O generatio incredula, velut prophetæ in nomine ipsius diuina signa fecerint ac crediderint, quemadmodum Helias & Helisæus, atque alii fecisse comperiuntur. Scholium XX. Filius enim hominis futurum est ut tradatur in manus hominum. Confutatio XX. Filii hominis, & tradendi in manus hominum, apparenia non existimationis neque imaginationis est, sed corporis & membrorum confectus. Scholium XXI. Neque hoc legistis quod fecit David, intrauit in domum Dei. Confutatio XXI. Domum Dei dicit domum fixorum tentorium, factorum à Mose. Non igitur ignominia afficit legem, neque Deum qui loquutus est in lege. Deum enim ipsum dicit qui est ipse pater, aut ipse vnigenitus. Solet enim Trinitas, Pater & Filius ac Spiritus sanctus operari in lege & prophetis, & Evangelistis atque Apostolis. Scholium XXII. Gratias ago tibi Domine cæli non habet autem, & terræ: neque habet, pater. Redarguitur autem: infra enim habet, Ita pater. Confutatio XXII. Gratias agit Domino cæli, siue detraxeris vocem terræ, siue reseceris vocem pater, ut ne patrem suum ostendas, & Marcionem, CHRISTVM dicere ipsum opificem. Manent enim veritatis membra viuientia. Nam velut in reliquiis per obliuionem fuisit & Marcion, Ita pater. Ostenditur itaque omnino proprio patri gratias agere CHRISTVM, & ipsum cæli Dominum appellare. Et multa est mentis tuæ vesania, quæ non intelligit veritatis libertatem. Scholium XXIII. Dixit legisperito, In lege quid scriptum est? & respondens post legisperiti responsonem dixit, Rectè dixisti, hoc fac & viues. Confutatio XXIII. Quum veritas sit filius Dei, neminem seducit de vita interrogantem: propter hominum enim vitam venit. Quum itaque ipsi vitæ cura sit, & seruanti legem vitam esse ostendat, & cum qui secundum legem respondit, rectè dixisse pronunciet, Sic fac & viues dicat: quis adeò stupidus fuerit, ut credat quidem Marcioni blasphemanti in Deum, qui & legem, & Evangelii gratiam hominibus largitus est, simul autem cum ipso abducatur, qui neque ex lege, neque ex Spiritu sancto aliquid doctrinæ habet. Scholium XXIV. Et dixit, Quis ex vobis habebit amicum, & vadet ad ipsum mediâ nocte petens panes tres. Ergo petite & dabitur. Quem enim ex vobis patrem filius petet piscem, & pro pisce serpentes dabit ipsi? & pro ouo scorpionum? si igitur vos qui mali estis, nouistis dona bona, quantò magis pater? Confutatio XXIV. Redarguitur impostoris huius vitæ superstitio. Non enim propter continentiam ipsi vita instituta est, neque propter mercedem bonam, ac spem certaminis, sed ob impietatem & falsæ opinionis malignitatem. Docet enim hic animatis nō vesci, pronuncians reos esse iudicii eos qui carnes edunt, velut qui animas edant. Stultum est autem hoc totum. Non enim carnes anima, sed in carnis anima. Et neque animarum in animalibus dicimus esse eam dignitatem quæ in hominibus est, sed animam ad hoc solum ut animal viuat. Putat autem miser ille, vñ cum aliis idem sentientibus, quod eadem anima & in hominibus & in brutis est. Hoc ipsum enim multæ erroneæ hæses frustra sentiunt. Nam & Valētinus, & Colorbasus, Gnosticique omnes ac Manichæi, transitus animarū de corporibus ad corpora esse pronunciant in hominibus cognitionem non habentibus, velut ipsi ex fabulamento quodam confingunt. Has enim dicunt peruagari, & singulorum animantium corpora pertransire, donec cognitionem assequatæ fuerint, atque sic purgatæ ac resolutæ ad cælestia trās migrarint. Et primū quidem redarguitur tota ipsius vana fabulæ confirmatio. Horum enim certitudinem nemo alius nosse potest, præter Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, qui propter orem deperditam venit, hoc est propter hominum animas. Qui earundem curam habēs, & animaliter & corporaliter corporis atque animæ domini um obtinet: & hanc vitam & futuram exhibet: ut qui mortuum Lazarum & filium viduæ, & filiam principis Synagogæ à mortuis suscitauit, nō in malum ipsos ferens, velut ipsi corpus carcerem esse docent, sed bonum faciens ac sciens, quod & perseverantia hic in carne ab ipso decreta est, & futura carnis & animæ resurrectio. Et si rursus nouisset quod vna anima in brutis & hominibus est, venit autem ut animæ salutem procuraret: non oportebat ipsum vbi vnum mundasset à demonio vexarum, illum videlicet qui à monumentis egrediebatur, iuberet vbi demones discerent, & duo milia porcorum occiderent, si æquales essent animæ hominum ac porcorum. Quomodo enim vnus curam gerens, bis mille perdidisset? Si verò rursus velut serpens obliquè incedens comminiscitur ac dicit, quod dissoluit ipsos à corporibus ut sursum scanderent: oportebat Lazarum solum à corpore non rursus reuertere in corpus, imò etiam illum ipsam à demōnio vexatum sol-

Moses non alienus a Christo.

Miracula in nomine Domini facta.

Spiritus sanctus operatur in lege.

De vita in terrogenam non decipit Christum. Superstitio impostoris de hac vita redarguitur.

Animato rum esu abstinit Marcion. Animarū purgatio in solens.

Animarū hominum ac brutorum diuersitas.

uere vincula corporis. At non sic fecit. Sed potius præuidit sic corporis, utilitatis gnarus. Concidit doctrinæ tuæ ratio de anima, & Marcion, itémque illorum qui à te & ab aliis sēctis originem ducunt. Carterum de simulata vitæ tuæ conuersatione rursus dicam, propterea quod dicis malum & illicitum esse carnis vesci. Redarguit autem te Saluator, plure sciens, & quod melius est dicens ab eiusmodi dicto. Dicit enim, A quo petet piscem, num serpentem dabit ipsi? aut pro ouo scorpionum? Et postea dicit: Si igitur vos qui mali estis, nouistis dona bona dare filiis vestris, quantò magis Pater vester cælestis? Si itaque bona dona vocauit piscem & ouum, non malum est quod ex Deo datum cum gratiarum actione accipitur. Et sic vndiquaque improbitas tua confutata est. Scholium XXV. Reseruum actum est de Iona propheta. Habet enim, Natio hæc, signum non dabitur ipsi. Non habet autem de Ninie, & regina Austriæ Solomone. Confutatio XXV. Et in his quæ reseccare videris, non potes & Marcion occultare veritatem. Etiam si enim detraxeris de Iona propheta, qui dispensationem mysterii ipsius Saluatoris significat. Etiam si detraxeris de regina Austriæ ac Solomone, & salutare Ninive documentum, & Ionæ prædicationem: tamen ipse propositus Saluatoris sermo te redarguit. Dicit enim, Natio hæc signum petit, & signum non dabitur ipsi, velut generationes quæ ipsam præcesserunt signis à Deo de cælo dignæ factæ sunt. Sic Helias signum fecit per ignem qui de cælo descendit, & sacrificium arripuit. Et Moses secit mare, & pungit petram, ac prolicat aquam, & manna de cælo producit. Et IESVS Naue solem ac lunam stare facit. Et quamuis omnibus modis occulte impostor ille quæ scripta sunt, nihil læder veritatem, sed seipsum à veritate abalienat. Scholium XXVI. Pro, præteritis iudicium Dei: habet, præteritis vocationem Dei. Confutatio XXVI. Vnde non redargueris? Vnde contra te colligi poterit testimonium? prima enim concinnunt posterioribus, Luna stadium malitia tua redarguitur. Si enim dixerit, continetis traditiones seniorum vestrorum, & præteritis misericordiam & iudicium Dei: dicitur a quo tempore ipsos accusat quod hoc faciunt. Quando verò traditio & inuentio seniorum ipsos contigit? Nimirum Davidis quidem post reditum ex Babilone, ac iuxta verè etiam ante captiuitatem Babilonicam facta est. Filiorum autem Assamonæi, temporibus Alexandri & Antiochi anteauentum CHRISTI centum nonaginta annis. Itaque ab eo tempore per legem erat vocationem, & per prophetas misericordia. & vndiquaque circulatorius sermo tuus concidit. Scholium XXVII. Væ vobis, quia edificatis monumenta prophetarum, & patres vestri occiderunt ipsos. Confutatio XXVII. Si prophetarum curam gerit, eis qui occiderunt ipsos improperans, non alieni ab ipso fuerunt, sed serui & preparatores aduentus eius in carne, qui & testimonium præbuerunt nouo Testamento. Moses quidem dum dicit, Propheta vobis excitabit Dominus Deus ex fratribus vestris sicut me. Et ante ipsum Iacob dicens, Ex germine filii mi Iuda produisti, reclinatus dormiisti ut leo, non deficiet princeps ex Iuda. Et paulo post, Donec venerit cui sunt reposita, & ipse expectatio gentium, & in ipsum gentes sperabunt. Et Iasus verò, Ecce virgo in vtero habebit. Hieremias verò, Et homo est, & quis cognoscet ipsum? Et Micheas, Et tu Bethleem, & postea: Ex te mihi egredietur dux, &c. Et multa referre licet, etiam ipso saluatore dicente, Si Mosis crederetis, etiam mihi vti que crederetis, ille enim de me scripsit. Scholium XXVIII. Non habet, propterea dixit sapientia Dei, mittam ad ipsos prophetas. Et de sanguine Zachariæ, & Abel, & prophetarum, quod requiretur à generatione hæc. Confutatio XXVIII. Et in hoc multa est tua confusio & Marcion, quum character veritatis seruatur, & resurrectio futurorum tuorum reperitur in exemplari Euangelii secundum Lucam, ita ut loci comperiantur, & à te sublatis deprehendantur. Scholium XXIX. Dico autem amicis meis, ne timeate eos qui occidunt corpus. Timeate eum qui postquam occidit, potestatem habet mittendi in gehennam. Non autem habet, Nōne quinque passeruli duobus assibus ueneunt, & vnus ex ipsis non est in obliuione positus coram Deo. Confutatio XXX. Hoc dictum, dico autem amicis meis, ne timeate, & cætera: cogit te & Marcion, etiam sequentem parabolam confiteri. Sine Deo enim nihil fit, eum tamen sustuleris id quod de passerulis dicitur. Responde igitur de his quæ relicta sunt à te in hoc dicto, & dic nobis, quid sentis de eo, qui potestatem habet. Si enim dixeris ipsum esse patrem CHRISTI, qui etiam apud te bonus Deus dicitur, etiam si male diuidas, tamen quandoquidem habet potestatem, dedisti ipsum iudicem esse, & vnicuique pro dignitate retribuere. Si verò non hoc dicis, sed opificem qui à te natura iudex celebratur, dic mihi quis dedit huic potestatem? Si enim à seipso habet, ergo manus est & potestatem habet. Si autem iudicandi potestatem habet, habet etiam saluandi. Qui enim damnare potest, potest etiam absolvere. Et aliter, si iudice mittente animas in gehennam, Deus bonus ipsas non liberat: qui vndiquaque earundem animarum curam non gerit, quomodo fuerit bonus? Aut enim quod forrior ipso est, & non potest ex manu illius liberare, hoc contingit. Aut quod potest quidem, non vult autem, & vbi est ipsa bonitas? Si verò quoniam ipse creauit, potestatem habet etiam iudicandi, quomodo supernus Deus, de quo tu fabularis, aliquos partialiter saluat? Si enim ab alienis accipiens saluat, anarus est qui aliena cupit. Si verò non auaritiam dicis esse, eò quod ad bonum & salutem fit hoc opus, personarum acceptorem ipsum facis, qui non bonum æqualiter omnibus, sed partialiter facit. Scholium XXXI. Pro confitebitur ipsum coram angelis Dei, legit coram Deo. Confutatio XXXI. Vndiquaque conuincitur, non secundum Deum procedere, etiam si in breuissimo sermone immutauerit veritatem. Qui enim audeat aliquid de scriptis ab initio mutare, non in via veritatis consistit. Scholium XXXII. Non habet, Deus vestit gramen. Confutatio XXXII. Quamuis non nisi scripta velut habent à Saluatore dicta,

Quod datur à Deo, non est malum.

Signa nō data sine necessitate.

Solis ac Luna stadium.

Per imposturas nō lauiurveritas.

Traditiones Iudæorum.

Predictio adventus Christi.

Furta Marcionis.

Sine Deo nihil fieri.

Ad quem pertinet damnare, pertinet absolvere.

Quid auarus.

Seruitur dicta Saluatoris Ecclesie.

tamen seruantur loci in Euangelio sancta Ecclesia, etiam si negauerit tu Deum qui omnia fecit, & omnium curam gerit usque ad gramen, velut ipse quoque Saluator confitetur. Schol. XXXII. Vester autem pater nouit quod indigetis his, carnalibus scilicet. Confutatio. XXXII. Nouit pater quod indigent discipuli carnalibus rebus necessariis, & prouidet huiusmodi. prouidet autem non in alio seculo, sed hic, non in alienis prouidentia seruatorum suorum faciens, sed in creaturis suis. Schol. XXXIII. Querite regnum Dei, & haec omnia adiciuntur vobis. Confutatio. XXXIII. Si de alterius rebus nutrimur & alius Deus regni caelorum est, quomodo sermo consonus erit? Aut enim ipse est regnum, quapropter adicit omnia quae hic sunt ipsius, propter laborem desiderii regni sui. Aut ipse quidem est regnum & illud seculum, opificis vero ea quae hic sunt, & consentit opifex cum superni regno, adiuuans eos qui iustitiam & regnum superni querunt. Quum autem sit voluntas vna, & non diuersa: non amplius duo sunt principia, aut tria. Reuera enim vnus est Deus qui omnia fecit, & qui fecit bene, & non contrariè. Nostrum autem est peccare & errare, siue volumus, siue nolumus. Schol. XXXIII. Propter pater vester, pater habet. Confutatio. XXXIII. Et in hoc nullam nobis iniuriam facis, sed amplius confirmas. Nam patrem suum prouidentiam facere rerum quae hic sunt, confessus es Saluatorem dixisse. Scholium. XXXV. Pro secunda aut tertia vigilia, habet vespertinam vigiliam. Confutatio. XXXV. Redarguitur bestialis ille, diuinos sermones stolidè ad suam opinionem inuertisse. Non enim diurna sunt vigiliae, sed nocturnae, à vespere ad tertiam vigiliam progressum intentionis habentes. Et non à matutino in vespere, velut hic maliciòse commentus esse deprehenditur. Schol. XXXVI. Venit Dominus serui illius, & dissecat ipsum, & partem ipsius cum in infidelibus poneret. Confutatio. XXXVI. Quis est qui dissecat seruum? dic mihi. Si enim opifex & iudex, qui à te. Deus dicitur, est qui hoc facturus est, ergo ipse sunt fideles. Incepans enim seruum non rectè facientem, partem ipsius cum infidelibus ponit. Si vero pater *CHRISTUS* est, aut, ipse *CHRISTVS*, qui hoc facturus est, manifestè testimonium apud te ipsum conseruas, quod contra te est. Nam dum confiteris aut *CHRISTVM* aut patrem ipsius citra ambiguitatem hoc facturum esse, confessus es eundem iudicem & eundem bonum & vnum esse, qui & horum quae hic sunt, & eorum quae illic, prouidentiam habet. Schol. XXXVII. Ne forte pertrahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori. Confutatio. XXXVII. Iudicem dicit opifex, exactorem vero vnum quemque angelum ipsius, qui exacturi sunt facta à peccatoribus. qualia autem, quam delicta & peccata? quae & *RES* abominatur, & tu ipsum interdiceret dicis. Si igitur quae bonus Deus abominatur, ea etiam iudex & opifex abominatur, vnus & idem est qui ex opere vnus voluntatis ostenditur. Schol. XXXVIII. Amputatum est ab hoc, venerunt quidam nunciatres ipsi de Galilaeis, quorum sanguinem commisit Pilatus cum sacrificiis ipsorum, usque quod dicit de decem & octo in Siloam mortuis in turri. Et nisi resipueritis, usque ad parabolam fici, de qua dicit agricola, donec fodero ac misero stercora, & si non fecerit, excidit. Confutatio. XXXVIII. Haec omnia sustulit compilator ille, occultans à seipso veritatem. Propterea quod Dominus consensit Pilato qui tales rectè iudicauit. Et quod rectè illi in Siloam mortui essent, quum essent peccatores, & sic à Deo puniti essent. Porro cum maliciòse egerint aliqui circa regia praecipua, prolata ab antiquis exemplaria probè munita, desipientes redarguunt. Sic etiam à domo regia, hoc est sancta Dei Ecclesia, prolatum Euangelium redarguit mures bonorum indumentorum corrosores. Schol. XXXIX. Hanc autem filiam Abraam, quam alligauit satanas. Confutatio. XXXIX. Si filia Abraam Dominus curam gerit, non alienus ab ipso est Abraam. confitetur enim ipsum sibi complacuisse, dum misericordiam erga filium ipsius ostendit. Scholium. XL. Rescivit rursus, Quum videritis Abraam et Isaac et Iacob, et omnes Prophetas in regno Dei: pro hoc autem fecit, quum omnes iustos videritis in regno Dei. Vos autem expelli foras: fecit, vos autem detineri foras. Illic erit stertus et stridor dentium.

Vigilanti noctis ratio.

Index à Marcione ponitur. Dens.

Opera vnus voluntatis idem Dens ostenditur. A Deo puniti in Siloam.

Maliciose rescisso.

Seduci potest homo, sed via occultari ad vitam non potest.

Si est stridor dentium post hanc vitam, est resurrectio. Temeraria collatio. Sibi similibus ubique Marcion.

Confutatio XL. Quomodo vestigia veritatis apparent? Non enim potest quis viam occultare. Seducere quidem homines potest ab ipsa, et occultare ipsam ab ignorantibus. verum ab expertis eius, minimè. Non enim potest terra vbi est via dissipare: et si ipsam quoque obscurauerit, locus tamè permanet vsq̄, qui cognitus coarguit eum qui viam peruertit. Vide mihi vestigia veritatis. Hunc enim sermonem ad quem dixit quam ad Iudeos? et si ad Iudeos, iam ostendit ipsos intus, et eiici à iustis. Qui sint autem illi, quam patres ipsorum, Abraam, Isaac, Iacob, et prophetae? Non enim dixit, videritis iustos ingrediètes, sed videritis iustos in regno, vos autem eiici quidem, futuri significatione pronunciauit. Iustos autem iam esse ostendit non alienos ab his secundum carnem, neque secundum vocationem, sed cum his vocatos eos, qui iam sunt iustificati ante aduentum ipsius in carne. Si verò etiam foris manere dixit, velut patres intus sint: vnde stridor dentium fit in iudicio, ò stolidè, si non resurrectio mortuorum fiat? Scolium. XLI. Rescivit rursus, Venient ab orientibus et occidentibus et accumbent in regno Dei & hoc, Postremi erunt primi et hoc, Accesserunt Pharisei dicentes, Exi et vade, quia Herodes vult te occidere. et hoc, ire ac dicere vulpeculè illi: vsquequò dixit, Non est possibile prophetam perire extra Hierusalem. et hoc, Hierusalem Hierusalem quae occidis prophetas, et lapidas missos. et hoc, Sepe volui congregare velut gallina filios tuos. et hoc, Relinquitur vobis domus vestra, et hoc, Non videbitis me donec dixeritis, Benedictus. Confutatio XLI. Vide tantam temeritatem, quantam Euangelii collationem facit. velut si quis animal accipiat, et dimidium corporis amputet, et per medietatem ignorantes persuadere conetur, et tale esse animal, nihil ab ipso ablatum esse. Scholium XLII. Rursus rescivit totam parabolam duorum filiorum, eius qui accepit partem paternorum bonorum, & prodigaliter consumpsit, et alterius. Confutatio XLII. Nihil differt posterior malicia à prioribus ausis. Verum sibi ipsi damnum allicit, manete Dei veritate. Scholium XLII. Lex et prophetae usque

vsque ad Ioannem, ab eo tempore regnum Dei annunciat, & quilibet in ipsum vim facit Confutatio. XLII. Si legem ponit, & prophetas nominat, & legem non iniquitatem dicit, neque falsos prophetas appellat prophetas clarè confitetur, Saluatorem prophetis testimonium praebuisse, & demòstratum est quod de ipso praedixerit. Schol. XLIII. De diuine & Lazaro medico, quod delatus est ab angelis in sinum Abrahæ. Confutatio. XLIII. Ecce & inter viuos, & beatos, & in quietis hereditate Abrahæ est à Domino connumeratus. Et Lazarus sine ipso dignus factus est. Ne itaque amplius, ò Marcion, Abrahæ maledictis impetas, qui cognouit suum Dominum, & dixit ad ipsum, Domine qui iudicas omnem terram. Ecce enim testimonium ab ipso tuli, quod est iustus, & non alienus à vita quae à Domino laudatur. Scholium XLV. Nunc autem hic solatio fruitur idem Lazarus. Confutatio XLV. Si solatio fruitur Lazarus in sinu Abrahæ, non extra vocationem vitæ est Abrahæ. Scholium. XLVI. Dixit Abrahæ, Mosem habent ac prophetas, audiant ipsos, alioqui neque excitationem ex mortuis audient. Confutatio XLVI. Non velut qui adhuc in mundo sit, & qui deceptus sit, Abrahæ legi testimonium praebet, ac prophetis. Neque velut qui nesciat quæ sunt ex his euentura: sed postquam experientiam fecit quietis quæ illic est. Post mortem enim testatur de ipso Saluator in parabolâ, quod per legis dogmata & prophetas salutem assequutus sit, & hæc ante legem fecerit. Similiter autem & eos qui postea legem seruauerunt, & prophetis obedierunt, in sinu Abrahæ esse, & ad vitam cum ipso abire testatur. Quorum de numero vnus erat Lazarus, per legem & prophetas viuifico sinu beatitudinis ipsius Abrahæ dignus factus. Scholium XLVII. Rescivit hoc, Dicite inuites serui sumus, quod debuimus facere, fecimus. Confutatio XLVII. Ersecuraturum doctrinæ Domini non admittit. Muniens enim discipulos suos, vt ne per elationem amittant operis mercedem, humilitatem ipsos docuit. Hic verò non admittit. factum enim per omnia clarus est, & non veritate. Schol. XLVIII. Quando occurrerunt decem leprosi, rescivit multa & fecit, Demisit ipsos dicens, ostendite vos sacerdotibus: & alia pro aliis fecit, dicens, Multi leprosi erant in diebus Helisai & prophetæ, non mundatus est nisi Neeman Syrus. Confutatio XLVIII. Et hic prophetam Helisæum vocat Dominus, & seipsum ex plere æqualiter quæ ab illo facta sunt, vt redarguat Marcionem & omnes reprobantes Dei prophetas. Scholium. XLIX. Venient dies, quando concupiscentis videre vnam diem filij hominis. Confutatio. XLIX. Si dies numerat, etiam tempus significat, & filium hominis dicit seipsum, ergo etiam mensuram ætatis ostendit, & dierum prædicationis exemplum. Non igitur sine carne est verbum, sed in corpore est bona voluntas. Scholium L. Dixit quidam ad ipsum, Magister bone, quid faciendum mihi vt consequar vitam æternam? ipse verò dixit, Ne me dixeris bonum. Vnus est bonus Deus: appositus ille, pater, & pro, præcepta nosti, dicit, præcepta noui. Confutatio L. Vt ne ostendat præcepta iam præscripta, dicit, mandata noui. Verum totum capit manifestum est ex consequentia. Et si patrem bonum dicit, & Deum nominat: rectè à lege patris sui docet eum qui vult vitam consequi, & non reprobatur neque reicit, sed potius testatur eos qui in lege vixerunt vitam æternam consequutos esse, Mosè videlicet atque alios prophetas. Scholium LI. Factum est quum appropinquaret Hiericho, cæcus clamabat, Iesu fili David miserere mei. Et quado sanatus est, dicit, Fides tua te saluum fecit. Confutatio LI. In fide non inest mendacium. Si enim metitur, fides non est. Dicit igitur, fili David, & laudatur ac fert petitionem qui nomen confessus est, & non increpatus est velut mendax, sed vt fidelis prædicatus est. Non ergo sine carne est is qui propter nominis inuocationem largitus est cæco visum. Reuera enim erat, & non apparentia, ex femine David secundum carnem à sancta virgine Maria & per Spiritum sanctum genitus. Scholium. LII. Amputauit hoc, Quum assumpsisset Iesus duodecim, dixit, Ecce ascendimus Hierosolyma, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis: tradetur enim & occidetur, & tertia die resurget. Confutatio. LII. Hæc omnia amputauit, vt in nulla recta via procederet. Non recta autem via procedere redarguitur, maliciòse agens omnibus modis. occultauit enim verba, quò nimirum de passione negaret: Postea verò, consentienti ipsum crucifixum esse, omnis malitiei labor ipsi in vanum cedit. Scholium LIII. Rescivit caput de asino & Bethphage, & de ciuitate ac templo, quod scriptum erat, Domus mea, domus orationis vocabitur, & vos fecistis eam speluncam latronum. Confutatio LIII. Sui ipsius confutationem malicia non videt, cecurrit enim, putat autem se posse occultare viam veritatis, quod est impossibile. Statim enim resiliit relictis totis capribus, propter eam quod loco templi testimonium dedit, quod sit ipsius proprius, & in nomen ipsius edificatus. Et à Hiericho relicta tota consequentia, quomodo venerunt in Bethaniam & in Bethphage. Ex natura enim erat publica via antiqua, ducens in Hierusalem per montem oliuarum, Non ignota his qui historiam loci descripserunt: quo à proprio ore confutetur, dicit, Factum est in vna die, docente ipso in templo, quæsiuerunt iniicere in ipsum manus, & timuerunt: velut habet caput sequens quinquagesimum quartum, Quomodo igitur à Hiericho fuerit in templo, ex eadem profectioe cognoscatur, & ex distantia viae. Verum maliciòsus ille hæc reseruit, vt occultaret ea quæ in via facta sunt, & in templo dicta ab ipso Salvatore ante hunc sermonem, nimirum Domus mea, domus orationis vocabitur, & quæ sequitur velut habet propheta. Scholium LIV. Et quæsiuerunt iniicere in ipsum manus, & timuerunt. Confutatio. LIV. Consideratum est ac enarratum in confutatione præcedenti cum decenti compendio. Scholium LV. Rursus amputauit de vinea elocata colonis. Et hoc, Quid igitur est hoc, lapidem quem reprobauerunt edificantes? Confutatio. LV. Nulla nos hoc iniuria afficit. Esi enim ipsum resciderit, non à nobis rescidit, sed seipsum & suos damno affectit. Sufficiens enim contra ipsum confutatio est per plura testimonia. Scholium LVI. Rescivit hoc, Quod autem resurgens

Nò maledicendum Abrahæ cum eius laus est in scripturis.

Sinus Abrahæ receptaculum bonorum. Securitas doctrinae Christi nò admittitur.

In lege multi vitam consequuti.

Verè ex femine Dauid Christus.

Historia ingressus Christi in Hierusalem ressecta.

Malicia Marcionis in tollendis mysteriis à scriptura.

Etiam ex his que reliquit in Euangeliiu Marcion. *Resurrexerunt* etiam mortui, etiam Moyses ostendit circa rubum quum dixit, Dominu Deu Abraa & Isaac & Iacob. Deus autem est uiuentium, & non mortuorum. *Confutatio. LVI.* Admirari licet vani illius dementiam, quod non intelligit idem esse hoc testimonium cum Lazari mendici testimonio, & cum parabola eorum quibus non permittitur ingredi in regnum. quum parabolarum reliquias reliquit, & non amputauit. Verum per eandem turpitudinem reliquit hoc, illic erit fletus & stridor dentium. Quum autem digitus intingatur in aquam post mortem, & lingua refrigretur aqua, velut diues ad Abraam dixit propter Lazarum, & stridor dentium ac fletus fiat, resurrectionis corporum signum est, etiam si resciderit bestialis ille ea quae verè à Domino dicta sunt de mortuorum resurrectione. *Scholiu. LVI.* Non habet hæc, Quod autem resurgent mortui, etiam Moyses ostendit dicens, Deum Abraam, Deum Isaac, & Deum Iacob, Deum uiuentium. *Confutatio. LVII.* Ed quod repetiuit Saluator parabolam, dupliciter apud nos habetur, vt ne nos similes fientes circulatori Marcioni, aliquid de scriptis relinquamus. Iam verò in superiori confutatione facta est contra ipsius maliciam contradiçtio. *Scholiu. LVIII.* Rursum rescuit hoc, Pilus ex capite vestro non perierit. *Confutatio. LVIII.*

Cur recindat scripturas Marcion.

De traditione Christi in manus Iudeorum commissa.

Diabolus cur tentare potuit Dominu.

Vter potentior homo an diabolus.

Pascha māducarium ante passionem.

Pascha quid fuerit.

Scholiu. LXIX. Rursum rescidit hæc, Tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad montes, & cetera quae sequuntur vsque ad, Vt implerentur omnia quae scripta sunt. *Confutatio LXIX.* Videtur ex obliuione laborare, & omnes ipsi æqualiter stolidos esse opinari. Et non nouit quod etiam si paruum dictum ab ipso relinquatur, confutationem id ipse facit, quanto magis multis dictis ab ipso rescisis? Nihil itaque prohibet, si quis velit apponere ad hæc rescicta testimonia, ea quae ipse confessus est. Ostenduntur enim consona esse his quae ab illo rescicta sunt. In quibus dixit Abraam post mortem, Habent Moysen & prophetas, audiant ipsos. Quae enim dicebant prophetae & Moyses, ex Deo patre erant, & ex ipso Domino filio Dei, & Spiritu sancto, quae quum scripta essent, impleri oportebat. *Scholiu. LX.* Colloquutus est cum militum imperatoribus, quomodo ipsum traderet illis. *Confutatio LX.* O insanium Marcionis, quis colloquutus est quam Iudas? ad quid faciendum quam vt traderet Saluatorem? Quum autem traditur Saluator, non amplius apparentia est qui traditur, sed veritas. Si enim spiritus esset solum, carnalibus hominibus non traderetur. Verum quum Deus sit, sub tactum cadebat, & carne indutus in humanæ naturæ manus seipsum vltro tradebat. At illi contraria sibiipsis præsentia dicunt. Nam aliquando disputans cum quodam Marcionista. discipulo ipsius, ac dicens, velut in Euangelio habetur, Quod assumpsit ipsum in desertum spiritus, vt tentaretur à diabolo: audiui ex ipso, Quomodo poterat satanas eum qui Deus erat, & maior ipso, & Dominus ipse, velut vos dicitis, tentare IESVM Dominum suum? Ego autem per auxilium Dei consilio sub manu nato, respondi ipsi dicens, Non creditis quod crucifixus est CHRISTVS? Ille verò dixit, Etiam, & non negauit. Qui igitur ipsum crucifixum? Ille autem dixit, homines. Deinde dixi ipsi, Vter potentior est, homo aut diabolus? Ille verò dixit, diabolus fortior hominibus est. Si igitur inquam, diabolus fortior hominibus est, homines autem imbecilliores CHRISTVM crucifixum, non mirum est si etiam à diabolo tentatus est. Omnia enim volens, & non necessariò, pro nobis seipsum dedit Christus, vt pateretur in veritate, non per debilitatem, sed per voluntatem, in exemplar nobis proponens etiam ea quae designauit contra diabolum, & in salutem nostram in passione crucis, in condemnationem peccati, & reprobationem mortis. *Scholiu. LXI.* Et dixit Petro ac reliquis, abite & præparate vt edamus pascha. *Confutatio LXI.* Nebulam telorum contra te in vno testimonio hoc dictum continet ð Marcion. Si enim præcipit sibi præparari vt edat pascha, pascha autem antea quam pateretur CHRISTVS perficiebatur, omnino ideo quod à lege constitutum erat, CHRISTVS verò secundum legem viuebat: manifestum est quod non ad destruendam legem venit, sed ad implendam. Si verò legem rex non destruit, non condemnata est legis constitutio, neque regi interdicta. Quum autem non condemnata sit lex, & constitutio in confesso: si quid addiderit Rex constitutioni ex maiori beneficentia, per potestatem claritudo appositionis contingit. Quum verò vna & eadem sit legislatio, & beneficentia appositionis, omnibus sanè manifestum est ac clarum, quod legi non aduersatur is qui additionem fecit. Ostensum itaque est, quod non contrarium est vetus Testamentum Euangelio, neque prophetarum consequentia. Contra te ipsum autem multis modis ð Marcion, confutationem induxisti, imò potius ab ipsa veritate coactus. Pascha enim vetus nihil erat quam ouiculae victima, & carniuis esus, animatique cibus & azymorum. Et quis te coegit vt non penitus confutationem contra te sustuleris, quam veritas ipsa? Nam carnis esum, quem tu damnas, Dominus Iesus cum discipulis suis comedit, perficiens pascha secundum legem. Et ne dicas, quod mysterium quod perficere volebat, præno minauit, dicens, Volo vobiscum comedere pascha. Nam vt omnibus modis confundat te veritas, non in principio facit mysterium, sed postquam cenauit, inquit, accepit hæc & hæc, & dixit, hoc est, hæc & hæc: & non reliquit locum malicie: Ostendit enim quod postquam comedit pascha secundum Iudeos, hoc est postquam cenauit, ad mysterium deuenit. *Scholiu. LXII.* Et accubuit, & duodecim Apostoli cum eo, & dixit, Desiderio desideravi hoc pascha comedere vobiscum antequam patiar. *Confutatio. LXII.* Accubuit Saluator ð Marcion, & duodecim Apostoli

stoli cum ipso. Si accubuit, & illi simul accubuerunt, non potest vna dictio diuersam significationem habere, etiam si pro modo ac dignitate differentiam habeat. Aut enim concedes etiam duodecim illos apparentia accubuisse, aut etiam ipsum in veritate carnem habuisse, & verè accubuisse. Et dixit, Desiderio desideravi hoc pascha comedere vobiscum antequam patiar: vt ostenderet pascha ante passionem suam in lege expressum, & in stabilitatem passionis ipsius factum, & perfectius appellatum: ostendens velut etiam sanctus Apostolus ait, Pædagogus nobis facta est lex in CHRISTVM. Si autem pædagogus est lex in CHRISTVM, non aliena à CHRISTO est lex. *Schol. LXIII.* Rescidit hoc, Dico enim vobis, non edam ipsum post hac, donec compleatur in regno Dei. *Confutatio. LXIII.* Hoc detraxit, & maliciose rescuit, vt ne scilicet faceret in regno Dei cibos ac potus, non gnarus bestialis ille quod spiritualia & coelestia terrenorum imitamentum esse possunt, quae assumuntur, sicut nos non nouimus. Testatur autem rursus Saluator, ac dicit, Sedebitis in mensa mea edentes ac bibentes in regno caelorum. Vnde igitur Helias & Moyses visi sunt cum ipso in gloria? Verum nihil poterit quis contra veritatem. *Schol. LXIII.* Rescuit hoc, Quando misit vos, num quid deficit vobis? & quæ sequuntur vsque, & hoc quod scriptum est oportet perfici, nempe, Et cum iniquis reputatus est. *Confutatio. LXIII.* Etiam si rescuerit verba, tamen ab opere apparent ipsorum loci, præcedente lege, & prædicantibus prophetis, & Domino implente. *Schol. LXV.* Distractus est ab ipsis fermè ad lapidis iactum, postisque genibus orabat. *Confutatio. LXV.* Qui posuit genua, visibiliter posuit, & sensibiliter perfecit. Si verò sensibilibus iuxta speciem opus geniculationis fecit, non sanè citra carnem vnigenitus aduenit. Ipsi enim se flecter omne genus caelestium & terrestrium ac infernorum caelestium, spirituum caelestium, terrestrium, sensibilium, infernorum, in propria specie. Hic autem omnia in veritate perficiebat, conspectus, & sub tactum discipulis compertus, & non decipiens. *Schol. LXVI.* Et appropinquauit vt oscularetur ipsum ludas, & dixit. *Confutatio. LXVI.* Appropinquauit ei qui caro erat, Domino ac Deo, qui corpus accepit, vt oscularetur vera labia, non in apparentia existentia ac decipientia. *Schol. LXVII.* Rescidit quod fecit Petrus, quando percussit & amputauit auriculam serui pontificis. *Confutatio. LXVII.* Videtur in honorem Petri, impostor ille occultare id quod in veritate factum est, glorificationis Saluatoris dictum. Sed nihil proficiet, etiam si ipse resciderit, non nouimus signa Dei. Nam post abscessionem auriculæ, Dominus rursus acceptam ipsam sanauit, vt ostenderetur quod Deus esset, & Dei opus perfecisset. *Schol. LXVII.* Et qui tenebant, illud ebant ipsi, cadentesque ac percutientes dicebant, Vaticinare, quis est qui te percussit? *Confutatio. LXVIII.* Quod vox hæc, Qui tenebant, & illud ebant, & percutientes, itémque cadentes, & Vaticinare quis est qui te percussit: non apparentiam, sed tactum corporalem & carnosam substantiam significant: omnibus manifestum est, etiam si tu fastuosè Marcion, non velis manifestam Dei veritatem confiteri. *Schol. LXIX.* Apposuit post hoc, Hunc deprehendimus peruertentem legem: & destruentem legem ac prophetas. *Confutatio. LXX.* Vnde non deprehenderit, vnde non redargueris peruertere viam Domini? quum hic apposueris id quod scriptum non est, calumnians te ipsum: non enim dixerim Dominum: dicens, hunc deprehendimus destruentem legem & prophetas. Contrarium redarguit te, ð vanissime, quum ipse Saluator dicat, Non veni vt destrua legem aut prophetas, sed vt impleam. Non potest igitur idem qui dicit, Non veni vt destrua, propter destructionem accusari. Non habet enim sic ipse sermo, sed, Deprehendimus hunc peruertentem populum, dicentem seipsum CHRISTVM regem. *Schol. LXX.* Apposuit est, post libentem tributa non dare: & auertentem mulieres & liberos. *Confutatio. LXX.* Quis sibi ipsi præcipitum asceit, implens id quod scriptum est? Qui sibi ipsi malus est, cui bonus erit? Omnis enim temeritatis ac malicie & periculosæ professionis exemplum est, ed quod quæ quidem scripta sunt, resecat, quæ verò scripta non sunt, apponit, maxime in Euangelio insolubilem in æternum. Sed & ea quæ apponuntur, neque locum habent, neque ænigma. Non enim auertit Iesus mulieres & liberos. Ipse enim dixit, Honora patrem ac matrem, & fratrem, & uxorem, & liberos, & cetera, non est meus discipulus: non vt odio habeamus patres, sed vt ne à patribus ac matribus ad alterius fidei imperium subducamur, aut à doctrina Saluatoris discedamus, dixit. *Schol. LXXI.* Et quum venissent in locum qui dicitur Caluarie locus, crucifixum ipsum, & diuiserunt vestes ipsius, & obscuratus est sol. *Confutatio. LXXI.* Gloria misericordie Deo, qui colligauit curru tuos ð Pharao Marcion: & quum velles tu effugere, submersit ipsos in mari. Nam quum omnia prætexas, non habebis hic vllam occasionem prætextus. Qui enim carnem non habet, neque crucifigi potest. Quomodo non magnum hoc dictum fugisti? quomodo non magnam hanc rem occultare conatus es? quæ omnem ab initio excogitamam ate improbitatem dissoluit. Si enim omnino crucifixus est, quomodo non vides crucifixum tactus sensum habentem? & clavis manus ac pedes transfurum? Nec verò poterat apparentia hoc esse, aut phantasma ac visum, velut tu digis, sed verè corpus quod ex Maria accepit Dominus, carnem habens nostram, & ossa, & alia, quandoquidem & tu confiteris quod Dominus cruce affixus est. *Schol. LXXII.* Rescidit hoc, Hodie mecum eris in paradiso. *Confutatio. LXXII.* Rectè hoc & conuenienter rescidisti ð Marcion, sustulisti enim à te ipso ingressum paradisi. Neque enim tu ingredieris, neque eos qui tecum sunt, ingredi fines. Reuera enim ex natura odio habent bonum seductores, ac decepti. *Schol. LXXIII.* Et quum clamasset voce magna, expirauit. *Confutatio. LXXIII.* Si expirauit ð Marcion, & vocem magnam edidit: vnde expirauit, aut quid est quod expirauit? Manifestum est autem etiam si tu nullus dicas, anima cum deitate à corpore egressa, ita vt corpus sine spiritu manserit, velut veritas habet. *Schol. LXXIII.* Et ecce vir nomine Ioseph,

Veritas humanitatis Christi ex reuamanducatione.

Propter Christum omne genu flectendum.

Inuidet honori Christi Marcion.

Falsigræphus Marcion.

Periculosa professiois exemplum.

Nulla occasio prætextus.

Censura Marcionis vana de Christi corpore.

seph, detractum corpus inuoluit sindone, & posuit in monumento in lapidem exciso. Confut. LXXIII. Si detractum & inuoluit, & posuit in monumento, te non persuadent, d. Marcion, quis est te stolidior: Quid verò aliud clarius scriptura ostendere possit? quando & monumentum, & locum, & speciem ostendit, & corpus triduanum situm, & inuolucrum sindonis, vt omnem veritatem declararet.

Argumenta humanitatis Christi.

Schol. Lxxv. Et reuertæ mulieres quæ uenerunt sabbato secundum legem. Confutatio Lxxv. Vnde reuertæ sunt mulieres? Cur verò & quæ uenerunt scriptum est, quàm vt ostenderet scriptura ipsorum testimonium, redarguens tuam dementiam, d. Marcion? Ecce enim & mulieres testantur, & Apostolus, & Iudæi, & Angeli, & Ioseph, qui reuera palpabile corpus detraxit & inuoluit. Quis uerò ornabit eum, qui propria condemnatione seipsum peruerit, uelut scriptum est? Schol. Lxxvi. Dixerunt illi in veste splendida, Quid quaeritis uiuentem cum mortuis? surrexit. Recordamini quæ dixit quum adhuc uobiscum esset, quòd oportet filiam hominis pati & tradi. Confutatio Lxxvi. Neque hic te persuadent Angeli ipsi, d. Marcion, confitentes quidem ipsum triduo cum mortuis fuisse, uiuere uerò de cetero, & non amplius mortuum esse, qui semper quidem uiuit in deitate, & omnino non mortuus est. Mortuus autem est secundum carnem per triduum, & rursus uiuit. Dicunt enim ipsi, resurrexit, non est hic. Resurrexit autem quid est, nisi quòd etiam dormiuit? Clarus enim hoc ipsum enarrant: Recordamini enim, inquit, quòd quum adhuc superseset in uita, hæc dixit uobis, quòd oportet pati filium hominis. Scholium Lxxvii. Rescudit hoc quòd dictum est ad Cleopam & illum alterum, quum obuiam factus est ipsis, O stulti & tardi ad erendum omnibus quæ loquuti sunt propheta. Nonne hæc oportuit pati? & pro hoc, Quæ loquuti sunt propheta fecit, quæ loquutus sum uobis. Redarguitur autem, eò quòd quando fregit panem, aperti sunt oculi ipsorum, & cognouerunt ipsum. Confut. Lxxviii. Vnde facta est fractio panis, dic d. Marcion? ab imaginatio-

Mors Christi ante resurrectionem non frustrata designata. Signa resurrectionis domini.

Apertio oculi discipulorum.

ne, aut à corpore operante, magnitudinem habente secundum ueritatem. Vbi enim resurrexit ex mortuis, in ipso sancto corpore surrexit in ueritate. Fecisti autem d. Marcion, pro hoc, nonne hæc sunt quæ loquuti sunt propheta: nonne hæc sunt quæ loquutus sum uobis. Omnino itaque cognouissent ex uerbis, Quæ loquutus sum uobis. Quomodo igitur in fractione panis dicit, Aperti sunt oculi ipsorum, & cognouerunt ipsum, & disparuit, ab ipsis? Decebat enim ipsum qui Deus erat, & corpus suum in spirituale transmutabat, ostendere quidem corpus uerum, disparere autem quòd uolebat, quia omnia ipsi possibilia sunt. Nam & Helixus quum propheta esset, & ex Deo gratiam accepisset, petiuit à Deo, ut qui ipsum quaerent percellerentur cæcitate, & percussi sunt, & nò uidebant ipsum quum talis esset qualis erat. Sed & in Sodomis ostium ipsius Loth occultauerunt angeli, & non uidebant ipsum Sodomite. Num & ostium Loth apparentia erat, d. Marcion? Non relinquitur autem tibi ulla aliqua contradictio. Fregit enim panem, & porrexit discipulis suis. Schol. Lxxviii. Quid turbati estis? uidete manus meas & pedes meos, quia spiritus ossa non habet, sicut me uidetis habere. Confut. Lxxviii. Quis non detulerit delirum illum, per stultitiam seipsum & aliorum animas detrahentem in infernū? Si enim hæc non confiteretur ipse, probabilis esset ipsius error, & ueniam haberent qui ab ipso sunt decepti. Nunc autem postquam ille confitetur, & non sustulit hæc uerba, legunt autem ipsa etiam fœdales eius, peccatum eius & istorum manet, & inuincibilis est ipse & illorum ignis, quum nullam excusationem habeant, Saluatore clarè docente, quòd etiam post resurrectionem ossa & carnem haberet: uelut ipse testatus est, dicens, Sicut me uidetis habere. Hæc est ita etiam nostri operis propter ipsum facti contra ipsum, ex reliquiis eorum quæ apud ipsum ex Euangelio seruantur. Quare arbitror sanè sufficientia hæc esse ad oppositionem fraudis ipsorum. Deueniam autem & ad consequentia Apostolica dicta quæ adhuc apud ipsum seruantur, & per nos rursus sic delecta sunt. Ita ut superius quidè iuxta ordinem per totum à nobis proposita sint, nunc uerò ab epistola ad Galatas initio facti: hæc enim apud ipsum prima habetur. Nos autem tunc electionem fecimus, non uelut apud ipsum, sed sicut habet Apostolicorum dictorum series, primùm ea quæ ad Romanos est collocata. Hic autem iuxta ipsius stilum sic apponimus.

Ex Epistola ad Galatas.

Errata epistolæ ad Galatas signata.

Aduentus in carne ad destruendam maliciam.

Schol. I. Discite quòd iustus ex fide uiuet. Quicumque enim sub lege, sub maledictione sunt. Qui uerò fecerit ipsa, uiuet in ipsis. Confutatio. I. Hoc ipsum, discite quòd iustus ex fide uiuet, quæ & ab Apostolo dicta sunt, ueterem scripturam suscipiunt, quæ sanè sunt ab Apostolo ad nostram uitam ex lege & prophetis dicta de nouo Testamento, & sunt coniugata nostræ spei. Sub maledictione sunt dicit, quia in lege minæ erant contra inobedientiam ipsius Adam, donec uenit qui ex supernis uenit, & corpore ex massa Adam indutus, maledictionem in benedictionem transmutauit. Scholium II. Maledictus omnis qui pendet in ligno. Qui autem ex promissione est, per liberam est. Confutatio. II. Quum ostenderit rursus sanctus Apostolus mysterium aduentus in carne & crucis, ad dissoluendam maledictionem factum esse, idque præscriptum in lege, & prædictum à prophetis futurum esse, & postea perfectum esse in Saluatore: manifestè ostendit inluper quòd non aliena est lex à Saluatore: prædixit enim, & testimonium præbuit his quæ ab ipso facienda erant. Scholium III. Testor autem rursus, quòd homo circumcissus debitor est, ut totam legem impleat. Confutatio III. Debitor est, non uelut de desperato dicit, sed de grauiore onere quòd potest leuius reddi. Quum unus sit Dominus qui potest & grauari & alleniare, per propositum eorum qui nò recusarunt suscipere salutem, per gratiā ipsius in aduētū in carne. Schol.

Schol. IIII. Pro, modicum fermentum totam massam fermentat: fecit adulterat. Confut. IIII. Quòd nihil ueri apud ipsum inueniatur, nullquam ferè citra maliciam scripturas tractat. Verùm ab ipsa consequentia sermonis declaratio contingit. Nam fermentum quòd massæ subactæ species est, per fermentationem primariam speciem amittit, & in aliis quoque massis eandem corrumpit. Schol. V. Tota enim lex uobis impleta est, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Confut. V. Quid opus habet sanctus Apostolus lege uti, si abalienatum est nouum Testamentum à ueteri lege? Verùm ut ostendat quòd malicia non est dilectio. Schol. VI. Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt scortatio, immunditia, lasciuia, simulachrorum cultus, ueneficiū, inimicitia, lites, æmulationes, indignationes, contentiones, seditiones, hæreses, cædes, ebrietates, comestiones quæ prædico uobis, quemadmodum & prædixi, quòd qui talia faciunt, regni Dei hæredes non erunt. Confut. VI. O admittanda mysteria, & cõtraria Dei exempla. Carni enim illigauit omnia horrenda. Caro autem non semper erat, sed in sexta die structuræ mundi. Adam formato, ex eo tempore initium habuit, formationis inquam: ut redarguatur qui dicit semper ab initio esse malum. Nam neque ab eo tempore quo formata est caro, peccauit: ut ne plastes causa peccati præterit, qui carnem peccatricem creauit: neque ante formationem malum exitit: uerùm post tempus ipse Adam in inobedientiam collapsus, quum haberet liberum arbitrium in propria uoluntate, à seipso peccatum intra se excogitatum commisit, ubi uidelicet eundem Dominum per inobedientiam spreuit. Vbi itaque erat malum, priusquam caro esset? Quomodo uerò statim ut formata est, malum non operata est: sed post aliquod tempus. Proinde sublatus est sermo de malicie initio. Non enim potest antiqua ab initio esse, quousia in carne posteriori nata malicia, habet ut fiat, aut nò fiat: Et neque caro ruitans exors est celestium: Et ne quis accuset sanctum Apostolum, uelut qui dixerit, Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt, non enim omni carni culpam attribuit. Quomodo enim culpabitur caro quæ prædicta non fecit? Sed & ex aliis argumentis quæ situm declarabo. Quis enim accusabit electos Dei? Quomodo non possidebit Maria sancta cum carne regnum celorum, quæ non scortata est, non petulans fuit, non adulterium commisit, nullum flagitiosum carnis opus perpetravit, sed impolluta permansit? Non igitur de carne dicit, quòd non possideat regnum celorum, sed de carnalibus hominibus, qui mala per carnem faciunt: quæ sanè sunt scortatio, simulachrorum cultus, & his similia. Et penitus cõfutatæ est fraus tua, d. Marcion, quum ueritas uindicatæ præuenerit, & firmitate prædicationis uite muniuerit. Scholium VII. Qui uerò crucifixi sunt, carnem crucifixerunt cum affectibus & concupiscentiis. Confutatio VII. Si qui crucifixi sunt, carnem crucifixerunt d. Marcion, manifestum est quòd serui Christi ab affectibus & cupiditatibus mundani crucifixerunt. Manifestum est quòd serui Christi ab affectibus & cupiditatibus mundani crucifixerunt. Et si carnem crucifixerunt, impossibile est carnem quæ pro Christo passa est, non cum Christo regnare. quemadmodum etiam in alio dicto sanctus Apostolus ostendit, dicens, Quemadmodum socii estis afflictionum Christi, sic etiam gloriæ. Scholium VIII. Neque enim qui circumciscuntur, ipsi legem seruant. Confut. VIII. Non interdicta est igitur prior illa circumcisio in proprio tempore, si legem seruauit. Lex autem Christum annunciauit uenturum, ut legem libertatis exhiberet. Et non amplius circumcisio in carne temporari in seruierit. Venit enim uera per Christum circumcisio, cuius figura illa erat. Qui uerò adhuc per illam consignatur, etiam omnem legem seruauerunt, nò amplius reputabitur ipsis legis obseruatio. Quid uerò quomodo enim lex dicit de Christo, prophetam excitabit nobis dominus Deus ex fratribus meis: sicut me, ipsum audieris: ipsum profectò qui Christum non audierunt, circumcisio præputium ipsis sit: & obseruatio legis, non amplius obseruatio. Bonà itaque est lex, & bonà circumcisio, ex quibus cognouimus Christum, & perfectiorem ipsius legem, & perfectiorem ipsius circumcisionem.

Ex Epistola ad Corinthios I. quæ est illis, & nobis secunda est.

Scholium I. Scriptum est enim, Perdant sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobo. Confutatio I. Si ab his quæ scripta sunt in prophetis, diligit Apostolus testimonia ad declarandam ueritatem & bonam doctrinam: non alieni sunt propheta à ueritate & bono, & bona ipsius doctrina. Scholium II. Quo uelut scriptum est, Qui gloriatur in Domino gloriatur. Confutatio II. Si laudatus est apud prophetas qui in Domino gloriatur, Dominum autem nouit Deum legis, qui apud te d. Marcion, & iudex & opifex & iustus appellatur, non alius est hic quàm Christi pater, cuius discipulus est Paulus. Nam à propheta doctrinam doctor gentium constitutus à Cristo Paulus ex ipso ac similibus doctrinis putam aquam hauriens, Ecclesiam sibi commissam rigat. Scholium III. Principium mundi huius qui abolerunt. Confutatio III. Si principes mundi huius multi sunt, abolerunt autem tales: cogentis d. Marcion, non amplius trium principum radices querere, sed perscrutari aliam fabulam multorum principum, & multarum radicum, multaque tragædiæ. Et quum calumnians finxeris, (non enim repereris, occurreat tibi uoce, qui abolerunt) subuertetur illa à te excogitata principio carens principiorum radix. Omne enim quòd desinit, non est sempiternum. Sed si principium habuit ut esset, etiam finem habebit. Impossibile est enim id quòd principium habuit, perpetuò durare. Nisi sanè uelut id, quòd est, causa finis eius quòd aliquando non fuit, esse autem incepit. Id uerò quòd est, est Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Quòd uerò non est, sunt hæc acquisita, quæ principium habuerunt ut sint. Inter quæ est & quòd dicitur malum, & est malum, quòd ex hominibus initium

Reprehensio quod testimonio legis ueteris utatur. Peccati & maliorigo.

Malicia non erat ab initio.

Qui crucifixi sunt, carnem crucifixerunt.

Quid uerò circumcisio.

Reprehensiones errorum in Epistola ad Corinthios. Pater Christi Dominus legis. Principes huius mundi multi.

Malum initium habuit.

initium accepit, qui facti sunt quum aliquando non fuerint. Quum autem malum initium habuerit, ex quo tempore etiam homo qui aliquando non erat, non amplius erit malum. Circa ambiguitatem enim tollitur, eod quod non consentiat princeps cum eo quod habuit principium, & inter mala seipsum constituit. Sedabitur enim post resurrectionem, & non solum tunc, verum etiam a legis predicacione, & ante legem a multis qui secundum naturam legem vixerunt, & adhuc amplius a c h r i s t i in carne aduentu, perfectissime autem a mortuorum resurrectione. Nam seminantur in corruptione, resurgunt in incorruptibilitate, non amplius malum operantes, non amplius morientes. Sed & quod cessabit, idem Apostoli sermo testatur, dicens, Principum mundi huius qui abolentur. Et sublata est vndiquaque, & Marcion, doctrina tua, ut quae imaginaria est & falsa, instabilisque ac absurda. Scholium III. Scriptum est enim, Qui deprehendit sapientes in astutia ipsorum. Et rursus, Dominus cognoscit cogitationes hominum quod sunt vanae. Conful. III. Vox scripturae est, in usum prolata, & cognoscit Dominus, v'surpata, non aliena est ab eo qui delegit hoc sermonis dictum, a sancto videlicet Apostolo, apud quem vsus habetur. Ex quo vsu stilus & character apparet, quod non sit aliena Apostoli predicatio a veteri Testamento, vnde ipsi testimonium conflatum est. Scholium V. Etenim pascha nostrum immolatus est c h r i s t v s. Confulatio V. Si pascha confitetur Apostolus, & immolatum c h r i s t v m non negat, non alienum est pascha a c h r i s t o qui secundum legem pascha ouem immolauit, verè, & non apparentia. Cuius ouicula figura erat non in apparentia immolatus c h r i s t v s, neque circa carnem passus. Quomodo enim potuisset spiritus immolari? Manifestum est enim quod non potuerit. Quum autem non potuerit sine carne immolari, immolatus autem sit in veritate, velut Apostoli minime dubia confessio confitetur: profectò omnino clarè ostenditur lex non aliena, in figura lata per tempus, vsque ad perfectiorem & euidentem agnum, in veritate immolatum: c h r i s t v m, quem praecellit in veteribus temporibus ouicula sensibilis aliis immolata, nobis autem pascha immolatus est c h r i s t v s. Scholium VI. Non scitis quod qui adhæret scorto, vnum corpus est; erunt enim, inquit, duo in carnem vnam. Conful. VI. Si non est vera lex, qua ratione veri testimonium a lege accipiunt? Quorum vnus est sanctus Dei: Apostolus Paulus, qui hoc testimonium cum multis aliis ad euidentem declarationem veritatis ac predicacionis boni Dei accepit. Scholium VII. Immutate, Nam pro in lege dicit, in Mosis lege. Ante hoc verò dicit, Nonne & lex hæc dicit? Confulatio VII. Siue in secunda sententia immutaueris speciem, & Marcion, & putaueris eod quod fecisti, in Mosis lege: te abalienate propter Mosem Dei legem, ipsa coniunctio ex supernis tuam demerentiam redarguit, nempe, nonne & lex hæc dicit? In lege enim scriptum est, Non obligabis os boui trituranti. Nulla verò iniuria nos affecisti, siue apposeris nomen Mosis, verum nobis quidem profuisti, contra te ipsum verò testimonium strinxisti. Vndiquaque autem confessus es te ignorare Dei esse Mosis legem, ex hoc, in Mosis lege: & nonne lex dicit. Sequitur enim Apostolus assentes in eo quod postea dicit, num boues curæ sunt Deo? aut omnino propter nos dicit? Si verò propter Apostolos dixit, lex & Deus in lege loquutus, curam ergo gerit Apostolos c h r i s t i, in eo quod monet non obligandum esse ipsos os, siue vt loquantur ipsius c h r i s t i doctrinam, siue vt quotidianum cibum a populis circa defectum habeant. Non igitur alienos a sua deitate Apostolos nouit, neque Apostoli alienum ipsum Deum putant, ex testimonio quod de omnibus sanctus Apostolus dedit, dum inquit, num boues curæ sunt Deo? aut propter Apostolos dixit. Et si propter Apostolos dixit, creator autem est hominum & iumentorum ac brutorum, ex quorum numero sunt & boues & passeres, reptiliaque ac animalia vniuersa, tum alia, tum marina: ergo curam habet de omnibus iuxta vniuersalque proportionem. Et curam quidem de omnibus gerit, in eo quod dicit, homines & pecora seruabis Domine. Et in eo quod dicit: Quis dedit coruo cibum? & pulli coruorum ad Dominum vociferantur cibum quaerentes, & Dabis alimentum oportunum omnibus. Imò dum triturant boues, admonuit vt ne obligemus os boui trituranti. Alioqui ostendisset, non posse Deum nutrire creaturam suam. Imò etiam si non, per hominum saltem alimentum, quod per ipsos iumentis suppeditatur. Ostendit autem scurras. Apostolus, non ob penuriam alimentum, Deum per trituram bouum curam gerere, in eo quod iubet talibus os non obligare, sed per ænigma de Apostolis & ipsorum statu significare. Omnium enim sensibilem prouidentiam facit, & similiter omnium curam gerit. Non enim oppositè Apostolus aduersus Saluatorem scripsit, vt sic plerique prætexant. Minores enim boues sunt passeruli, de quibus Saluator dixit, Quinque passeruli venduntur duobus assibus. Et rursus, Nonne duo passeruli venduntur vno esse, & vnus ex ipsis non cader in laqueum, citra patrem vestrum qui in caelis est? Simul equidem omnium prouidentiam habet, maiorem verò curam gerit, iuxta maiorem speciem spiritualis consequentiæ. Proinde ex omnibus confitetur eundem creatorem & opificem & legislatores, veteris ac noui Testamenti esse Deum bonum, & iustum, atque omnium dominum. Schol. VIII. Num boues curæ sunt Deo? Conful. VIII. De hoc iam tractatum est, & per longum actum in præcedenti dicto. Quapropter superfluum ratus rursus de ipso dicere, contentus fui prædicatis. Schol. IX. Non enim volo vos ignorare fratres, quod patres nostri sub nube erant, & omnes per mare transferunt, & omnes eundem spiritualem cibum comederunt, & omnes eundem spirituales potum biberunt. Biberunt enim ex spiritali sequente petra: petra verò erat Christus. Sed non in pluribus ipsorum complacitum est ipsi. Hæc autem figura nobis fuerunt, ne nos simus concupiscentes malorum, quemadmodum & illi concupiuerunt. Neque simulachrorum cultores sitis, sicut quidam illorum, velut scriptum est, Sedit populus vt ederet ac biberet, & surrexerunt ad ludendum. Neque tememus Christum, vsque quod dicit: Hæc autem figuratè contigerunt illis, scripta verò sunt nobis, &c. Confulatio

Modus resurgenti

Pascha non est alienum a Christo.

Lex non potest subministrare veri testimonium nisi sit vera.

Non obligabis os, quomodo accipiendum.

Curam habet de omnibus Dominus.

Consonantia Saluatoris & Apostoli.

Deus author vsque testamenti.

Cur datæ sunt hæc figurae.

Confutatio IX. O ingentem insaniam. Quis habens oculos sole exoriente, seipsum a luce seducit? Si enim patres suos sanctus Apostolus dicit eos qui tunc fuerunt, & sub nube, & per mare transfuisse, & spiritualem cibum ac potum esse, comedisse verò ac bibisse ex spiritali sequente petra, Christum autem petram esse dicit: quis Marcionis dementia fidem habebit, qui suæ ipsius ac auditorum suorum menti tenebras inducit, alienum esse Christum asserens ab his quæ in lege sunt, & quæ confitentur Apostolus in veritate, & non in apparentia? Dicit autem sanctus Apostolus, non in pluribus ipsorum complacitum esse Deo, omnino propter iniquam eorumdem actionem. Si verò non approbavit eos qui secundum legem iniqua operati sunt, ergo indignatur talibus, velut qui ipse legem dedit, & legem suam esse docet, quæ temporè data est, & iustè inferuit, vsque ad aduentum ipsius in carne. Decet enim patrem familiam singularim ac conuenienter præcipere famulis suis ea quæ decent. Statim autem inferit, dicens: Hæc autem figura nobis fuerunt, ne nos simus concupiscentes malorum, quemadmodum & illi concupiuerunt. Neque simulachrorum cultores sitis, sicut quidam illorum: non contra omnes suffragium ferens. Et vnde nouisti hæc dè Apostolo? inferit, velut scriptum est, dicens: Sedit populus vt ederet ac biberet, & surrexerunt ad ludendum. Itaque vera est Scriptura, ex qua etiam confutationem contra iniquos Apostolos sumit. Deinde rursus, Nequetentemus Dominum, Marcion autem pro Dominum, fecit Christum, Christum autem & Dominum eundem scimus esse, etiam si non videatur Marcion, quum proposita sit Christi appellatio, dum dicit, Petra erat Christus, & non in pluribus ipsorum complacitum est ipsi. Vbi verò recensuit rursus sanctus Apostolus, totam capitis summam dicit: Hæc autem figuratè contigerunt illis, scripta verò sunt nobis in admonitionem. Si itaque quæ figuratè illis contigerunt, scripta sunt nobis in admonitionem, is qui scripsit quæ tunc facta sunt, ad admonitionem nostri curam gererebat, quorum etiam admonitionem fecit, vt ne fieremus nos concupiscentes malorum. Qui verò non vult nos malorum concupiscentes esse, profectò bonus est, & non malus. In quibus enim ipse est, in his adhortatur nos esse, idem bonus Deus existens atque iustus, præscriptorum Deus, & eorum qui postea admoventur, creator omnium, & opifex, & legislator, & largitor Euangelii, & dux Apostolorum. Scholium X. Quid igitur dico? quod aliquid templo immolatum sit? aut aliquid simulachris immolatum sit? Imò quod quæ immolant, demoniis immolant, & non Deo. Apposuit autem Marcion vocem, templo immolatum. Confulatio X. Quid igitur dico? quod simulachris immolatum aliquid sit? Imò quod quæ immolant, demoniis immolant, & non Deo. Non reprobaui Apostolus vetus patrum tempus vsque ad seipsum, & vsque quod ipse in Hierusalem substiterit, ex eo quod dicit, eos qui simulachris immolant, demoniis immolare, & non Deo. Non ergo condemnauit eos qui Deo immolant, quando sacrificiorum vsus erat. Verum condemnauit eos qui simulachris immolant, non propterea quod immolent, sed quod pro Deo simulachris immolent. Neque enim immolant, vt alimentum sibi ipsi ex Deo datum, in esum acquirant, sed demonibus immolant ac vanæ sapientia: Tu verò dè Marcion, apposuisti vocem, templo immolatum: vt qui putasti ex eo quod mixta sunt duo nomina templi ac simulachri, coniungi duorum modorum formam. Et non est hoc ita. Si enim postquam venit nouum Testamentum, immolarètur Christo priuatim, & in nomen ipsius animalia offerrentur, probabile a te excogitatum esset calumnia mendacium: velut his qui nunc Deo immolant, & his qui tunc in templo Hierosolymorum immolauerunt, & his qui simulachris immolant, simul coniunctis, & demoniis immolantibus, & non Deo. Quum autem nemo immolarit animalia Christo, à Christi aduentu & nouo Testamento, manifesta est apud te additio. Si verò etiam ex natura hæc vox in Apostolo haberetur, de templo immolatis, & simulachris immolatis, simul vnum & idem iudicasset, apud eos qui rectam rationem sequuntur, quum abusus hæc vox dicitur ab Apostolo, propter hominum consuetudinem qui semper simulachrum sacrum & templum vocant. & vbique intercidit falsa sententia, ostensa veritate, quod immolantes simulachris, aut velut tu dicis, in templo immolantes mendacium operantes, demoniis immolant, & non Deo. At non hi qui aliquando secundum legem iustissime immolarunt. Nunc verò hoc non amplius sentite, ita ipso volente, velut etiam ab origine per Hieremiam prophetam dixit: Vt quid mihi thus ex Saba fers, & cinamomum ex terra longinqua? Et rursus, Sacrificia tua non fuerunt mihi iucunda. Et alibi, Tolle tua sacrificia Israël, & edite carnes. Non enim præcepi patribus vestris in die quum apprehenderem ego manum ipsorum, vt educerem ipsos ex Aegypto, de sacrificiis: sed hoc præcepi ipsis, vt vnusquisque faceret iusticiam erga proximum. Quum autem ipse dicat, Non præcepi, & in lege dicat Mosi, Vnusquisque filiorum Israël si obtulerit sacrificium ex bobus aut ouibus, masculum immaculatum offerat: Et rursus, Si quis peccauerit, & in delicto quodam fuerit, adducat ouem. Et rursus, Si peccauerit populus, offerat vitulum: ostendit se benigne accipere sacrificia olibi pro salute populi facta, non quod ipse egeat his, aut velit hæc, sed quod ad ipsorum debilitatem condescendat, & ad humanæ naturæ præconceptam notionem, quod a multitudine deorum ad vnus Dei cognitionem ipsorum mentem transferat. Quandoquidem enim fortiter fundata erat mens ipsorum in sacrificio, velut in pietate quæ pro propitiacione ac salute ipsorum simulachris offerretur: vt ne grauius ferrent, si semel a consuetudine auerterentur, hoc facere ipsis ad tempus permisit, & postea ab imaginatione multitudinis deorum, & ab his quæ ex consuetudine ab ipsis fiebant, ipsos abducere voluit, vt deinceps cognoscentes vnum, & vni securè credentes; ab ipso audiamus: Num edero carnes taurosum, aut sanguinem hircorum bibero? &c. Num quadraginta annis sacrificium obrulistis mihi in deserto domus Israël, & quidem multis sacrificiis tunc oblati? quod ostendat, quod non ipsi obtulerunt, quanquam ipse susciperet, & in nomen ipsius illi offerrent: sed propter ipsorum in talibus progressam consuetudinem, donec immutaret abstractos a tali consue-

Christus petra.

Probatio disti Apostoli ex veteri lege. Scripturæ dantur in admonitionem.

Quid immolant simulachris, diabolo immolant.

Transmutatio perniciosa.

Non idè dei, & diaboli sacri scium.

Sacrificiorum ratio.

Iusticia erga proximum sacrificium deo gratum.

Cur permisit dominus sacrificare iudeis.

tudine ad vnum, & ab vno deinceps discedent, quod neque indigebat, neque indiget, & de cætero per aduentum CHRISTI sui omnem sacrificiorum vsum tolleret, vno sacrificio omnia quæ antea fuerunt, complecte ac perficiente, quod est sacrificium & victima CHRISTI. Nam pascha nostrum immolatus est Christus, velut scriptum est. Cuius sacrificii ac paschatis & doctrine pedagogen fuit lex deducens per figuram, & restituens in aliorum doctrinam. Scholium XI. Vir non debet comam nutrire, quum gloria & imago Dei sit. Confutatio XI. Non solum imaginem Dei Apostolus hominem esse docuit, sed etiam gloriam. Quum autem comam proponat, quæ corporalis est priuatim in corpore, & non in anima: non alienam certe à Deo bono creaturam esse docuit: propterea quod confitetur ipse ea quæ in veteri sunt Testamento, in nouo impleri. Scholium XII. Sed Deus contempertuit corpus. Confutatio XII. Si Deus contempertuit corpus, non autem alium Deum Apostolus prædicat, quam verum, confitetur autem Deum corpus membris contempertasse: non alium nouit Deum quam opificem ipsum bonum, & creatorem & iustum, factorem omnium, ex quibus omnibus vnum opus est homo, qui membris ab ipso probè contempertatus est. Scholium XIII. Erroneè ipse Marcion, Sed in Ecclesia volo quinque verba mente mea loqui, aliter autem propter legem. Confutatio XII. Ergo etiam linguæ ex dono Spiritus sunt. Linguæ autem quales dicit Apostolus: Non solum voces Hebraicas diuersimodè ac variè in singulis locutionibus rectè cum sapientia variegatas, sed etiam fastuosam Græcorum linguam iactantes indicat, quod Atticè ac Aeolicè & Doricè quidam apud Corinthios loquerentur, qui turbas ac seditiones excitant, ad quos hæc epistola missa est, & confessus quidem est donum esse spirituale, Hebraicis dictionibus uti, & legem docere. Veruntamen & alios fastus linguæ Græcorum destruens, dixit se magis linguis quam ipsos loqui, propterea quod ipse esset Hebræus ex Hebræis, apud pedes Gamalielis educatus. Nam Hebræas literas laudi ducit, & donum Spiritus esse dicit. Quapropter etiam ad Timotheum scribens de ipsis, dicit, A iuuentute sacras literas didicisti. In super autem appositis his qui ex Græcorum poetis ac rhetoribus originem traxerunt, Omnibus vobis plus linguis loquor, inquit, vt ostendat se etiam Græcæ eruditionis excellens experimentum habuisse. Nam & stilus ipse indicat ipsum in primis disciplinis versatum esse, cui non potuerunt Epicurei ac Stoici resistere, subuersi per lectam ab ipso sapienter ac inscriptionem, quæ ignoto Deo inscripta erat, de quo statim interpretans dixit: Quem ignorantem colitis, hunc ego annuncio vobis. Et ipse rursus alibi confirmat, dum ait, Dixit quidam propitius ipsorum poeta, Cretenses semper mendaces, mala bestia ventres pigri, per quæ verba Epimenidem indicat veterem philosophum, & templi Mithræ sue Solis apud Cretenses sacerdotem. Ex quo etiam Callimachus Libycus testimonium protulit, falso de Ioue dicens: Cres semper mendax, tibi qui rex magne sepulchrum Exerit, quum non sis mortuus, ipse perennis. Et vides quomodo de linguis sanctus Apostolus narrat: Sed volo quinque verba in Ecclesia mente mea hoc est per interpretationem loqui. Sicut propheta in Spiritu sancto præsuppeditata in mentem, per prophetiam proferens in lucem, prodest auditoribus: sic etiam ego, inquit, loqui volo in aurem Ecclesiæ & ad edificationem, & non per fastum Græcæ ac Hebrææ linguæ me ipsum qui gnarus sum edificare, & non Ecclesiam, per linguam quam scio. Tu verò Marcion apposuisti Propter legem: velut Apostolus dicat, Volo quinque verba in Ecclesia loqui propter legem. Reuerere. Babylon secunda, & noua Sodomorum multiplex mixtio, vsquequod continens linguas, vsquequod audes incescere eos quos nulla iniuria, afficere potes: Queris enim violare angelicas virtutes, eticiens verba veritatis ab Ecclesia, dicens ad Loth sanctum, Educito viros: & quod moliris, contra te ipsum moliris. Verba autem veritatis non eticies, sed te ipsum conculcabis in cæcitate, & in nocte tenebrosa degis, palpatione querens ostium, & non inueniens, donec exortus fuerit sol, & videris diem iudicii, in quo etiam ignis occurrit tux mendacitati. Hic enim te expectat, velut vides. Neque enim habetur apud Apostolum, propter legem, & à te hoc excogitatum est. Si verò etiam dixisset Apostolus propter legem, concinnè dixisset Domino suo, non vt dissolueret legem, sed vt impleret. Scholium XIII. In lege scriptum est, In aliis linguis, & labiis aliis loquar ad populum huic. Confutatio XIII. Si non impleuisset Dominus ea quæ in lege prædicta sunt, quid erat opus Apostolum commonefacere de his quæ ex lege in nouo Testamento impleta sunt, velut etiam Saluator ostendit, quod ipse erat qui & in lege, tunc loquutus est, & minas ipsis intrepuit, dicens: Quapropter indignatus sum generationi huic, & dixi, semper hi errant corde. Et iuravi, si introibunt in requiem meam. Quare etiam in aliis linguis promisit se loquiturum esse ad ipsos, velut etiam loquutus est, & non intellexerunt. Hoc enim discipulis suis dicere reperitur, Vobis data sunt mysteria regni, illis autem in parabolis, vt videntes non videant, & c. Vbi quæ igitur quum ea quæ ex veteri Testamento sunt, impleantur in nouo, omnibus manifestum est, quod non alterius atque alterius Dei sunt, sed eiusdem ambo Testamenta. Scholium XV. Mulieres in Ecclesiis sileant, non enim permissum est ipsis loqui, sed subditæ sint, velut etiam lex dicit. Confutatio XV. Si secundum legem ordinat sanctus Apostolus Dei bonam disciplinam sanctæ Dei Ecclesiæ: nõ inordinata est lex, à qua bonam disciplinam transsumit. Neque alieni. Dei lex est, quæ mulierem viro subiecit: complacet enim hoc etiam Apostolo in Ecclesiæ statutis, velut ait, quemadmodum etiam lex dicit. Vbi autem dixit hoc lex, quam in eo quod dixit Deus statim ad Equam, Ad virum tuum refugium & ipse tibi dominabitur. Nam etiam si in aliis locis idem sit, tamen hic principium est. Si itaque ab eo tempore subdita est mulier viro, ex Dei præcepto: consequenter etiam Apostolus subiicit hanc, ita vt nõ aduersetur Deo qui hominem virum & mulierem fecit, & ipse eadem iubens penitus ostendit, quod eiusdem

Cur vir comam nutrire non debeat.

Contempertatum corpus Christi.

Lingua donum a Spiritu est.

Ara Dei ignota.

Callimachus versus.

Euicere verba veritatis de Ecclesia.

Legem impleuisse Christum Apostoli prædicat.

Ordinatio reſtalegis & Ecclesiæ docetur.

eiusdem Dei hoc præceptum est, cuius etiam lex erat, & totum vetus Testamentum, itemque nouum hoc est ambo Testamenta, quæ & tunc & nunc mulierem viro subiciunt, propter piam & bonam disciplinam. Scholium XVI. De resurrectione mortuorum. Notum autem vobis facio fratres Euangelium quod annunciaui vobis. Et, Si Christus non resurrexit, vana est, & c. Sic prædicamus & sic credidistis, quod Christus mortuus est, & sepultus, & resurrexit tertia die. Quum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est, Deuorata est mors in victoriam. Confutatio XVI. Si annunciauit, & ipsum rursus notum facit: non aliunde est Euangelium, neque alia notitia post vnā, & illud in quo colloquitur per quatuor Euangelia & Apostolos, vt redarguat Marcionem qui post tot annos venit, post tempora Romani episcopi Aniceti appellati, qui nonus fuit ab oditu Petri & Pauli Apostolorum. Quapropter muniens nos idem Apostolus dicit, Etiam si nos aut angelus de celo, annunciauerit vobis aliud Euangelium præter hoc quod accepistis, anathema sit, cognoscens in spiritu, quod Marcion & asectæ eius peruersuri essent viam probè fundatam. Vnde non amplius didicit, Annuncio vobis, sed notum facio vobis Euangelium, quod non aliud est quam quod iam annunciaui vobis de quo vos commonefacio, notum vobis facio qua ratione annunciaui vobis Euangelium, si tenetis, nisi frustra credidistis. Si enim non tenetis velut prædicaui vobis, ab ipse hoc frustra credidistis. Annunciaui enim vobis, quod Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, & quod tertia die resurrexit secundum scripturas, & non secundum fabulam, neque secundum doctrinam eorum qui à seipsis dixerunt quæ non sunt scripta. Nam Iudæi à seipsis dicunt eum nõ resurrexisse. Marcion autem & alii dicunt à seipsis, in apparentia passum ac sepultum esse. Ego autem secundum scripturas munio vos. statim enim infert, dicens: Sic prædicamus, & sic credidistis, quod Christus mortuus est, & sepultus, & resurrexit tertia die. Et mox, Si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit: & si Christus non resurrexit, vana est prædicatio nostra. Et post hæc omnia, Oportet enim mortale hoc induere immortalitatem, & corruptibile hoc induere incorruptibilitatem. Et non dixit, mortale hoc capere immortalitatem, aut corruptibile hoc capere siue suscipere incorruptibilitatem. Quod est autem mortale, quam corpus, quod non solum suscipit in seipso immortalitatem, sed etiam habitatione excipit: & induturæ est immortalitatem, non corpore abiecto, & anima non moriente, immortalitatem induente: sed mortali induente immortalitatem, & corruptibili incorruptibilitatem, hoc est ipso corpore. Ipse enim mors est & corruptio temporaria, propter solutionem illatam ipsi per Adæ inobedientiam. Quod autem de perficiendis in ipso beneficentiis per promissionem dicat, indicat per hoc quod dicit: Tunc fiet sermo qui scriptus est, deuorata est mors in victoriam, quod significet, tunc futuram mortuorum resurrectionem. Nam, deuorata est mors partim in Christi resurrectione & eorum qui cum ipso resurrexerunt. Resurrexerunt enim multa corpora sanctorum, sicut dicit Euangelium, & ingressi sunt cum ipso in sanctam ciuitatem. Tunc autem in victoriam deuoratur, quando ab omnibus vnuer saliter euanescit.

Ex epistola ad Corinthios secunda, quæ tertia est apud Marcionem, verum immutato ordine, eò quod prima apud ipsum locata est ad Galatas.

Scholium I. Quotquot enim sunt promissiones Dei, in ipso ipsum etiam, quapropter & per ipsum, Amen Deo. Confutatio I. Aperi oculos tuos, & saluare o Marcion. Si verò tu non amplius potes mortuus es enim, hi qui à te decepti sunt, aperiunt oculos suos, & fugiant à te, velut ab horrendo reptili, & accedentes corruptente. Si enim quotquot sunt promissiones Dei, in ipso etiam sunt, promissiones autem Dei nouit Apostolus per legem & prophetas: ergo in Christo ipsum etiam promissionum complementi confirmabatur. Non igitur alienus est Christus à veteri lege, & prophetis, neque à Deo qui loquutus est in lege, & in Christo promissiones impleuit. Imò neque contrarius est Christus Deo, qui legem dedit & prophetas. Nam eò quod in ipso promissiones promissæ sunt, idcirco inquit, & per ipsum, Amen Deo. Ita vt Deus quidem pater promiserit, Christus autem confirmet, & Dominus Amē ipsum sibi vendicer per ipsum, in his quæ per ipsum promissione confirmata sunt, quum pater ipse in lege loquutus sit, et in Euangelio credentibus salutaria donauerit per ipsum Christum dicentem, Etiam pater, quia sic fuit bona voluntas coram te. Scholium II. Non enim nos ipsos prædicamus sed Christum Iesum, nos autem seruos vestros propter Iesum, quoniam Deus est qui dixit, è tenebris lucem illucescere. Confutatio II. Non prædicant se ipsos Apostoli, sed Iesum Christum Dominum. Quapropter non est hæresis, neque Ecclesia nomine Apostolorum prædicata. Nunquam enim audiuimus Petros aut Paulinos, aut Bartholomeanos, aut Thadhæanos. Sed ab initio vna prædicatio omnium Apostolorum, non se ipsos prædicantium, sed Christum Iesum Dominum. Et ideo nomen quoque Ecclesiæ omnes vnum indiderunt, non de seipsis, sed Domini ipsorum Iesu Christi, quum ab Antiochia ceperint Christiani vocari, hoc est vna sola catholica Ecclesia, nõ aliud quid habens, sed Christi Christianorum Ecclesia existens, non Christorum, sed Christianorum: illo quidem vno existente, his verò ab vno Christianis appellatis. Post hanc verò & ipsius præcones, omnes non amplius eiusdem formæ appellantes, per apposita nomina Manichæorum & Simonianorum et Valentinianorum atque Ebionæorum. Ex quorum numero et tu Marcion vnus es, et tuo nomine cognominati sunt qui à te decepti sunt, velut qui te ipsum prædicasti, et non Christum. Deinde verò inquit, Deus est qui dixit, è tenebris lucem illucescere. Deus autem qualis quam ille vnus: qui in propheta ostendit ex tenebris lucem, hoc est, ab hominum incredulitate et ignorantia, lucem ac cognitionem, quæ in Christo illuxit in cordibus nostris.

Christi resurrectio causa est nostra.

Anicetus Romanus episcopus nonus à Petro.

Ad quid mortuus Christus.

Resurrectio est eius quod moriur.

Quando deuorata est mors.

Immutatio ordinis.

Promissiones complentur in Christo.

Prædicationes omnes propter Christum.

Christianorum vna appellatio.

Locum habet Marcion cum hæresiaribus.

qui aliquando gentes & simulachrorum cultores eramus, nunc autem Deum cognouimus, qui tunc in propheta promissit, lucem tuam in mundo lucefcere, velut qui non alienus fit à veteri & nouo Testamēto: quemadmodum nobis mos est persuadere te ò Marcion, ex his quas scriptas habes Euangelii reliquit, & non à te seduci. Scholium I I I. Habentes autem eundem spiritum fidei, & nos credimus, quare etiam loquimur. Rescikit, iuxta id quod scriptum est. Confutatio I I I. Non dabitur tibi locus, quæcunque tandem ausus fueris. Etiam si enim excideris, iuxta id quod scriptum est, apparet tamen præscriptæ dictionis consequentia. Nam ab hoc, Credidi, quapropter & loquutus sum: ita etiam æqualia inferens Apostolus dixit, Habentes eundem spiritum fidei, & nos credimus, quare etiam loquimur. Omnibus autem manifestum est hoc, quod in centesimo decimo quinto psalmo, qui Alleluia inscriptionem habet, & ex libro Davidis est, & ab ipso vaticinante prædictus est hic sermo, Credidi, quapropter & locutus sum: scriptus est. Vnde etiam Apostolus dictum accepit, & similiter dixit, Credimus & nos, quare etiam loquimur, quum vnus sit de numero Apostolorum. Vnde non dicit, Credidi, quare etiam locutus sum: sed Credimus nos, quare etiam loquimur. quod seipsum cum aliis Apostolis coniungat. & dicit, Habentes eundem spiritum, vt ostendat spiritum qui in Dauide loquutus est, eundem esse & in Apostolis. A quo sanè tunc ille vaticinans credidit, in quo spiritu etiam ipsi existentis credunt & loquuntur. Multa autem est iniuria, & vt ita dicam, prærogatiua sententiarum. Quum enim Apostolus vnum & eundem spiritum dicat, quomodo Marcionis dementia confitens hunc sermonem, audeat dicere sanctum Apostolum dixisse, alium esse spiritum qui tunc fuit, & alium in Apostolis?

Eadem te nent qui eodem spiritu ducuntur.

Inscriptio Psalmi 115. qualis

Vnus est Spiritus Sanctus.

Ordine peruerso locat Epistolam ad Romanos.

Impossibile est in daorū iustificatio sine Christo.

Vnde apparet species.

Mortuus christus pro impiis.

Cur lex sancta sit.

Boni præcepti bonum.

Christi aduentus ad iusticiam.

Ex epistola ad Romanos quarta: sic enim apud Marcionem habetur, vt nihil rectum apud ipsum sit.

Schol. I. Quicumque iniquè & sine lege peccauerunt, iniquè etiam & sine lege peribunt. Et quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Confutatio I. Si qui sine lege peccauerunt, sine lege etiam peribunt, lex est salutis causa si seruetur, & non sinit seruantes ipsam perire. Et si qui per legem peccauerunt per legem iudicabuntur. Ergo iudex est lex transgressionum, non perditionis, sed iusti iudicii, sanctè iudicans transgressores, Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Si enim lex facta iustificat factorem, non mala est lex, neque iniusta, propter quam hi qui faciunt legem, iusti fiunt. Ex lege autem est & fides in Christum prædicta, sine quo nemo iustificabitur: & in quo qui credidit, iuxta prædictum legis testimonium, non potest rursus iustificari, quum velut complementum sit Christus legis, iuxta id quod ab Apostolo dictum est: Complementum legis Christus ad iustificationem: ostendit enim quod sine lege & Christo, non est iusticia. Neque enim Iudæi sine Christo iustificabuntur, quum non acceperint Christum. Neque tu, Marcion, iustificaberis, abnegans legem. Scholium I I. Circumcisio quidem iuuat, si legem feceris. Si verò transgressor legis fueris, circumcisio tua præputium facta est. Confutatio I I. Si pronunciat sanctus Apostolus circumcisio nem prodesse, quis in his que profunt vituperium fecerit? nisi sanè quis serpenti similis fiat. Huic enim similis es ò Marcion, nā & ille peruertens à Deo dicta, persuasit Eua, dicēs: Nō morte moriemini. Legem enim circumcisio colligauit, & circumcisionem legi conuenientem ostendit. & eiusdem Dei præceptum esse indicauit, qui & circumcisionem aliquando dedit, & legem in auxilium tulit, à qua Christus creditus perfectè & loqui & facere credentibus exhibet. Schol. I I I. Habentem formationem cognitionis ac veritatis in lege. Confutatio I I I. Si cognitio formationem habet, à formatione verò species apparet, Apostoli autem qui cognitionem & veritatem habent, itidemque ipsorum discipuli, nouerunt à formatione legis speciem se acquisiuisse, hoc est cognitionem & veritatem. Non ergo aliena est lex à cognitione & veritate. Nam per formationem in ipsa cognouerunt prædicatores veritatis cognitionem & veritatem. Scholium I I I I. Adhuc enim Christus quum nos essemus debiles, adhuc iuxta tempus, pro impiis mortuus est. Confutatio I I I I. Vox adhuc, & mortuus est non apparentiæ, sed veritatis significatiua est. Si enim apparentia erat, quid opus erat dicere adhuc: quum CHRISTS possit semper & nunc in specie apparere, & non dici, adhuc quum nos essemus debiles. Nam per adhuc, tunc ipsum mortuum esse expressit, & quod iustificauit per mortem, vt non amplius opus habeat mori pro peccatoribus semel mortuus, & per seipsum non amplius moriens. Scholium. Y. Quare lex quidem sancta, & præceptum sanctum ac iustum & bonum. Confutatio V. Consentit & suffragatur legi, quod ipsa iusta est, et præcepto itidem in ipsa expresso, tribus testimoniis hoc muniens, sanctum ipsum dicens et iustum ac bonum, vt redarguat te, ò Marcion, et nos doceat facti esse legem, cuius etiam præceptum sanctum, et ipsum sanctum esse ac bonum. Quapropter quum sit boni præceptum, bonum vocatur: et quum sit sancti, sanctum est: et quum iustum sit, iusti præceptū vocatur, quum vnus sit et tunc et nunc, qui est sanctus et iustus et bonus. Quapropter etiam præceptū ipsius, et tunc et nunc, in lege et in nouo Testamento, sanctum est et iustum et bonum. Scholium. V I. Vt iustificatio legis impleteretur in nobis. Confutatio. V I. In Apostolis & in nobis iustificatio legis impletur. Quomodo audes tu, ò Marcion, dicere, legem alienam esse ab Apostolis dei, qui secundū legis complementum iustificantur. Scholium. V I I. Finis enim legis Christus ad iusticiam omnem credenti. Confutatio. V I I. Si ad iusticiam venit Christus omnem credenti, ita vt lex non perficiatur, nisi Christus perficiat sua presentia: non ergo perficietur ò Iudæi in lege manentes, nisi Christum qui aduenit, credentes in ipsum susceperitis. Imò neque tu ò Marcion saluari poteris, in Christo prædicationis

tionis principium ac radicem reiciēs, hoc est legem, ex qua Christus cognitus perficit eum qui legem non abominatur, velut quæ aliena sit à Christo. Schol. V I I I. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Confutatio V I I I. Si per dilectionem proximi lex impletur, non aliena est à Christo & Deo patre Domini nostri Iesu Christi & Dei ipsa lex, quæ proximum diligere iubet, quia Deus charitas est. Et omnia quæ ab ipsa prædicantur, similiter semper prædicantur, & tunc & nunc, & in veteri & nouo Testamento.

Ex epistola ad Thessalonicenses prima, que quinta Marcioni est, octaua verò apud Apostolum, quum omnia peruersè Marcion ex ipsa habeat, nihil apposuit. Similiter item ex secunda ad Thessalonicenses, sexta apud Marcionem, nona verò apud Apostolum, rursus nihil apposuit, quum similiter omnia in ipsa à Marcione sint peruersa.

Ex epistola ad Ephesos, septima apud Marcionem, quinta apud Apostolum, hæc sunt.

Causa redditur omisio nis diuini Epistolarum Pauli ad Thessalonicenses.

Schol. I. Mementote quod vos quondam gentes, qui vocabamini præputium, ab ea que vocabatur Circumcisio in carne per manum facta: eratis tempore illo sine Christo, abalienati à conuersatione Israël, & alieni à Testamētis promissionis, spem non habentes, & impii in mundo. Nunc autem in Christo Iesu vos, qui aliquando eratis procul, facti estis propinqui in sanguine ipsius. Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, &c. Confutatio I. Mementote, temporis speciem significat: & qui vocabamini ab ea que vocabatur, rerum formas indicat, itemque vox in carne: quod ostendat figuram in carne expectantem spiritus tempus, vt perfectiora ex figura indicet. Sine Christo enim, à conuersatione Israël abalienatum erat præputium: abalienatum autem, alienum erat à promissione & Testamento. Et qui ab hoc originem trahebant, spem non habebant, sed impii & sine Deo erant in mundo, velut contentum est ex Apostoli verbis. Verum tu Marcion neque vides, neque audis, alioqui intelligeres quantum bonorum causam sanctus Apostolus legem dicit, his qui in lege illo tempore vixerunt. In Christo enim Iesu hi qui aliquando erant procul, nunc propinqui facti sunt, in sanguine ipsius. Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Si autem vtraque vnum fecit, & non alterum sustulit, alterum constituit ergo neque prius illud alienum est ab ipso, neque posterius diremit à primo, sed ambo in vnum collegit, non simpliciter, non in apparentia, sed cui denter in sanguine suo, velut certa Apostoli in dicat doctrina. Scholium I I. Quapropter dicit: Surge qui dormis, & surge à mortuis, & illucescet tibi Christus. Confutatio I I. Vnde habet Apostolus hoc, Quapropter dicit: Imò ex veteri, velut manifestum est, Testamento. Hoc autem habetur apud Heliam. Vnde autem originem trahebat Helias: Imò vnus erat ex prophetis qui secundum legem vixerunt, à lege & prophetis originem ducens. Si autem in Christo vaticinatus est, Surge qui dormis, & surge ex mortuis, & illucescet tibi Christus: ergo exemplar per Lazarum & alios impletum est, de quibus idem dubitabant, Martha & Maria dicentes: Iam olet, quartanarius est: & principis synagogæ amici dicentes, Ne vexeris magistrum: & ipse dixit, Ne timeatis, non enim mortua est, sed dormit. Clarè enim ab eo tempore prædicatio dicebat resurrectionem per CHRISTS fore, & potestatem facilitatis ostendebat, quo potentiam CHRISTS indicaret: quod velut homini facile est non mortuum, sed dormientem per vocem excitare: sic etiam CHRISTS promptissimum erat dicere, Laxare veni foras, & hoc, Cumi cumi talitha, hoc est, Surge puella. Et per manifestas demonstrationes significabat sermo ille vocationem nostram, à mortuis operibus & somno graui excitantem nos Christum, qui aliquando dormiuimus: & illuminantem nos per vocationem, quæ fuit secunda coniunctio, Quod verò perfectum est & vniuersale, id expectatur, quando idem qui dicit, Ego sum resurrectio & vita, et omnes vocabit, et corpore atque anima excitabit, et illuminabit in futuro suo aduentu. Scholium I I I. Huius rei gratia relinquet homo patrem & matrem, et adhaerebit vxori, et erunt duo in carnem vnā. Citra vocem, vxori. Confutatio. I I I. Demonstratum est sæpe, non aliena esse ea que sunt in lege ab his que Apostoli docent. Et quamuis tu ò Marcion, rescideris vocem Vxori: tamen ex hoc, Erunt duo in carnem vnā, vniuersa malicia tua manifesta erit.

Ex epistola ad Colossos. octaua Marcioni, apud Apostolum vero loco septimo posita.

Schol. I. Ne igitur quis vos iudicet in cibo aut potu, aut in parte festiuitatis, aut nouilunii, ac sabba, quæ sunt vmbra rerum futurarum. Confutatio I. Nusquam subsidet vmbra ò Marcion, quæ quàm à corpore: et corpus non potest esse, vmbra ab ipso non apparente. Vnde credere debent qui à te de Epistola decepti sunt, per eas que adhuc apud te seruantur veritatis diuinarum scripturarum reliquiæ, quod à la ad Colossos futuris que reuelabuntur bonis, non alienæ erant iustificationes tunc temporaliter receptæ, de cibo et potu, parte festiuitate, et nouiluniorum ac sabbatorum. Quorum bonorum vmbra erant prædicta illa, per quas vmbra corpus apprehendimus istantium bonorum, in lege quidem vmbra tili pictura expressorum, in Christo autem perfectorum.

Ex epistola ad Philemonem nona.

*Censura
Epistola
ad Philo-
monem.*

Sc enim apud ipsum habetur, apud Apostolum verò vltima est. Verum in quibusdam exemplaribus decimatercia est, ante eam quæ ad Hebræos scripta est, locata. Alia verò exemplaria habent eam quæ ad Hebræos scripta est decimam, ante duas ad Timotheum, & ad Titum, & ad Philemonem. Omnia autem exemplaria salua & vera eam quæ Romanis missa est, primam habent: non velut, Marcion, primam locasti eam quæ ad Galatas scripta est. Ex hac itaque epistola ad Philemonem nihil appofuimus, eò quòd penitus peruersa apud ipsum habetur.

*De ordine
Epistola
Pauli ad
Philippo-
ses opinio
Marcionis.*

Sc enim apud Marcionem habetur vltima & decima, apud Apostolum verò sexta, similiter nihil ex ceteris primus, eò quòd peruersa apud ipsum habetur. Atque sic completa est compositio reliquiarum Marcionis ex Euangelio secundum Lucam & Apostolo seruatarum: ex quorum ab ipso receptorum verborum argumento, nos ea quæ contra ipsum sunt, delegimus, ac cõsultationes appofuimus. Appofuit autem in proprio Apostolico appellato, etiam eam quæ ad Laodicensis scripta est,

Ex epistola ad Philippenses decima.

Ex epistola ad Laodicensis.

*Apostoli-
cus liber
Marcionis
Animad-
uersio
Marcionis
in Episto-
la ad Lao-
dicenses.
Confessio
vnius be-
dei, baptis-
matis, &
vnius uei
clara.*

*Testimo-
nium epi-
stola Lao-
dicense ad
scriptum
quod nus-
quam est
illuc.*

*Blasphemia
Marcionista-
rum.*

*Signum
doctrina
prouis.*

*Ex bono
per se
malum nõ
ignitur.*

Schol. Vnus Dominus, vna fides, vnus baptisma, vnus Deus & pater omnium, qui est super omnia, & per omnia & in omnibus. Confutatio. I. Concinnè ad epistolam ad Ephesos, etiam hæc contra te, ò Marcion, testimonia ex epistola ad Laodicensis collegisti, vt in fine conclusionis legentes quæ apud te sunt, & cognoscetes sententiam tuam, discamus, ac condemnemus tria principia principium non habentia, & differentias inter se habentia per te alieno modo excogitata. Non enim sic habet sancti Apostoli tractatio, & secura prædicatio, sed aliter, præter tuum figmentum. Clare enim dixit vnum Dominum, vnam fidem, vnum baptisma, vnum Deum, eundem patrem omnium, eundem super omnia & in omnibus, per legem & Prophetas, & in omnibus Apostolis, & in his qui deinceps sequuntur. Hæc quidem est nostræ speculationis compositio, in prædictis excerptis ex scriptura quæ adhuc apud Marcionem seruantur, à nobis facta. Ad quorum delectionem si quis respexerit, mirabitur magnificas Dei dispensationes, quum singula res per testimonia quædam confirmantur, stabiliantur, prout nudo modo Deus hic largitus est nobis per suam, velut dixi, dispensationem coniungere, ita vt septuaginta quidem & octo testimonia ex Euangelio, quadraginta verò ex Apostolo produxerimus, quæ apud ipsum adhuc in hūc diem seruantur & habentur, vt ex toto sint testimonia centum & decem & octo, quæ omnia ipsius Marcionis sententiam impugnant. Etiam si hoc postremum ex alia superflua extra Euangelium & Apostolum posita epistola producatur. Non enim visum est miserissimo Marcioni hoc testimonium ex epistola ad Ephesos citare, sed ex epistola ad Laodicensis, quæ non est in Apostolo. Atque hæc sanè testimonia quum stolidè illa bestia & in multis miserè lapsa non legat, non videri que euerfionem sui ipsius in singulis palam fieri, & nemo de hoc miretur. Quomodo enim hic qui profitetur se habere aliquid Euangelii & Apostoli, non vel pauca Scripturæ verba seruire possit? Nam cum totum corpus, vt ita dicam, diuinæ scripturæ integrum seruetur, quale membrum reperit mortuum iuxta suam sententiam, vt mendacium contra veritatem introduceret? Verum, vt ita dicam, detruncavit, & mutilatione facta, multa membra refecuit, quædam verò apud se retinuit. Sed & ipsa retenta adhuc viuencia mortificari non possunt, verum illic manet vtilitatis significatio, etiam si multipliciter apud ipsum concisa fuerint. Ceterum post hæc omnia amplius mentionem faciemus, quomodo quidam ex illis Marcionistis ad profundam blasphemiam delapsi, & ex sua diabolica doctrina attoniti penitus facti, ne nominis quidem Domini nomenclationem facere voluerunt. Et alii ex ipsis effreni lingua deitatem ipsius aduersantes, nomen generationis ex supernis vituperare non verentur. Quidam enim ipsorum ausi fuerunt dicere, ipsum Dominum esse filium diaboli, omni pudore excluso. Alii verò non, sed iudicis & opificis, & ipsum, quum magis misericors esset, ac bonus, reliquisset proprium suum patrem infernè, opificem videlicet, vt aliqui dicunt: aut vt alii, diabolum: ipsum verò accurrisse ad bonum Deum in innominatis locis constitutum, & ipsi adiunctum esse, missum autem ab ipso in mundum, & aduersus proprium patrem *C H R I S T V M* venisse, dissoluisse omnia ipsius quæ naturalis eius pater sancierat, siue ille qui in lege loquutus est, siue ille malicie deus, qui ab ipsis in tertio principatu locatur. aliter enim atque aliter de hoc sentiunt, velut dixi. Hæc autem omnibus ratione præditis manifesta sunt, quòd immundi spiritus est hæc sapientia ac doctrina: & neque opus erat de hoc argumento respondere, aut confutationem producere: quum ipse Marcion palam per omnia vitæ suæ obliuionem induxerit. Deprehendatur enim ab omnibus prudentibus maledicta eius vanitas, & temeraria perditionis operatio. At quædoquidem consueuimus non sinere spinarum locum, sed excindere per machæram Dei, quæ omnem ancipitem gladium excidit, penetratque vsque ad partes animæ ac spiritus, iuncturasque ac medullas, velut scriptum est, pauca etiam in hoc dicere, non cõtabitur. Primum equidè: Quòd si bonus ex malo genitus est, non amplius principiorum ratio cõsistat. Potest enim & ipsius pater, si malus est, quod absit, imò bonus est, mutare mētē, velut qui ab ipso genitus est, mutauit. Deinde verò: Si omnino venit vngenuus, vt homines saluaret, & latronē in paradysum introduceret, & publicanū à telonio ad pœnitentiā vocaret, & scortū quod vngēbat ipsius pedes à malicia curaret. Si verò etiã bona facit De' bon' est, & misericors. Multo igitur magis oportebat ipsum erga proximum suū patre misericordiam suscipere, & ipsum primum ad salutē trãsonare: vt vbi primum patrem

trem suum immutasset, perfectè ostendat perfectam bonitatem, patris sui miserus, velut scriptum est: Vt bonum faciamus primum in fidei confortes, quanto magis vt misereamur patrum nostrorum? Sed & adhuc aliud est, quod appofui huc ad Marcionem confutandum. Si quidem vnus est filius, & ad alterum confugit, haudquaquam fidelis apud alterum suscipietur. Qui enim conscientiam erga propriū suum patrem non custodiuit, is neque apud alterum fidem reperiet ex his quæ ab ipso ante facta sunt. Sed & aliter rursus, ò Marcion, ob penuriam eius qui mitteretur, non potuit supernus Deus saluare eos qui ab ipso saluantur, & quorum ipse per *C H R I S T V M* miserus est. Si enim non aufugisset (iuxta Marcionis sententiam) *C H R I S T V S* ad supernum Deum, non habuisset bonus ille Deus quem misisset, nisi *C H R I S T I* pater in offensione erga proprium filium fuisset, velut Marcio dicit. Et ad huc aliter: Si opificis filius est, aduersatur autem opificio, & patris operi, primum quidem vbi venisset in mundum, debuisset homines exterminare, vt destrueret opus à proprio suo patre factum, velut aduersarius paternæ affectionis existens. Aut rursus, vbi accepisset virtutem sanationis & curationis ac salutis, debuisset erga proprium suum patrem præ omnibus humanitatis officium ostendisse, & primum persuasisse patrem suum ad ipsius bonitatem suscipiendam, vt salutis humanæ vnà & eadem bonitas esset. Verum nõ sic se habet res, velut vanus ac fabulosus illius sermo tradit. Neque enim tria sunt principia, neque alius *C H R I S T I* pater, neque malicie est soboles, absit. Dicit enim: Ego in patre, & pater in me. Et si quidem falsò dicit se patrem habere, non potest spurius ipsius pater in ipso esse, neque ipse in patre: Qui verò patrem suum secundum naturam semper bonum & semper Deum, & omnium opificem qui in ipso & cum ipso est, docet ac verè prædicat: is est qui contra Marcionem minas recenser, dum dicit: Qui non honorat Filium velut honorat Patrem, ira Dei manet super ipsum. Iam verò in multis testimoniis ostendimus, vnum esse Deum patrem Domini nostri *I E S U C H R I S T I*, qui bonus est, & bonum genuit: charitas est, & charitatem genuit: fons est, & vitæ fontem genuit apud te enim est fons vitæ, inquit Scriptura: veritas est, & veritatem genuit: lux est, & lucem genuit: vita est, & vitam genuit: sine principio, sempiternè & sine tempore. Et confutatus est per omnia Marcionis error. Quis itaque hæc sic se habeant, & stuberio impostoris illius per multam ac veram confirmationem ex Dei auxilio à nobis perfecta sit, & hæc nunc velut magna aspēs per minimè mendacem Saluatoris sermonē conculcata sit ipse enim dixit, Dedi vobis potestatem calcadi super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici: rursus ad consequentia transeamus, & aliarum sectarum vanam sapientiam consideremus ac confutemus, Deum auxiliarium in omnibus inuocantes.

Contra Lucianistas, hæresim. x l i i i .

Vcianus quidam antiquus, non is qui nunc temporib. Constantini senis vixit, quem videlicet Arriani inter testes citant. Erat enim etiam hic Lucianus, recess inquam, Arrianorum hæresi addictus, de quo postea in ipsius subuersione dicemus. Nunc autem ad dictum antiquum Lucianum sermonem dirigimus. Hic enim prædictum Marcionem infecutus, & ab hoc se disseccans, etiam ipse congregationem sibi ipsi fecit, & hæresim crexit, à quo Lucianista antiqui sunt appellati. Per omnia igitur secundum Marcionem dogmata profert. Quibus etiam vtuntur ipsius complices, velut fama ad nos pertulit. Nā cū antiqui hi sint, & citius exirent, difficilis fuit nobis, velut verè videre est, de ipsis perscrutatio. Quæ verò ex parte de ipso cognouimus, hæc sunt. Postquam affirmauit alium quidem opificem & iudicem dūm Marcionem, iuxta suam opinionem ex Prophetarum scriptura, nempe: Vanus qui seruit Domino. Et quod dictum est: Restiterunt Deo, & saluari sunt. Postremum autem hic præter magistri sui doctrinam, nuptias abnegat, & castitatem exercet: non propter castitatem, sed vt reprobet opera opificis, docens non cõiungi nuptiis à quibus nuptiis abundanti (inquit) per puerorū generationē oboritur in mundo ipsi opifici, ad oppositionē opulentæ opificis ac creatoris per puerorū in mundo generationē. Deprehendatur autem facile talis, & coarguetur, ex iam facta oppositione aduersum præceptorē eius, quum per longum fecerimus cõt contradictionem aduersus ipsum, & euerfionem, in quibus & quor cõcordat Euangelium veteri Testamento, & quod ipse Dominus noster confitetur, creationem mundi esse suam propriam, & Saluatoris esse creationem, vt in summa principissimo quodam dicto declarum, apud sanctum Ioannem habetur. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est, &c. Sed & talis statim subuertetur. Nam etiam si velit dicere, quòd oppositionis gratia & destructionis eorum quæ hic ab opifice dicta sunt, nuptiarum coniunctio ab ipso reprobat, vt ne opificem adiuuent, sed ab opere opificis penitus abstineant: quomodo non temerarium & deprehensibile, & ex procliu confutabile est argumentum? Ecce enim à creatione & opificio opificis, tam cibis tum potibus vtitur impostor ille ac circulator, & aliter non potest effugere, & non his vti. Deus enim vniuersorum Dominus & opifex, omnium curam gerens, & super malos & bonos oriri facit solem suum, & super blasphemantes ipsum, & super glorificantes mittit pluiam suam, & omnes nutrit, non temerario quodam & stupido decreto, sed vt vltionem ab ipso decretam in futuro iudicio, longanimitatem habens, & propriis decretis ac sapientia omnia gubernans, velut decet ipsius erga omnes vtilitatem: quo hi qui pœnitentiam egerunt, obliuionem malorum ab ipso adepti, salutem consequantur. Si verò permanent in suis blasphemis opinionibus, & vanis persuasionibus, non ex Deo ipsis datis, tunc post dictesum ex hac vita, libero arbitrio non amplius in ipsis permanente, neque propter indignationem,

*Vt bonum
faciamus
quid agē-
dum.*

*Vana co-
gitatio de
Deo.*

*Convinci-
tur Mar-
cion de hæ-
resin pa-
trē & fi-
lium.*

*Prostrata
iacet hæ-
resis Mar-
cionis.*

*Hæresis
Luciani-
starū 43.
Luciani
duo.
Hæresis
consenti-
tō Marcio-
nisi.*

*Opificū
multitudo
& varie-
tas.*

*Nuptia-
rum abne-
gatio.
preceptor
Luciani.
Creatio
Dei vni.*

*Omnes
promis-
sū boni
& mali à
Deo vni-
truntur.*

Vnusquisque mali sui faber. Hæreses mutuo se gignit & iuvant.

tunc futurum iudicium, neque velut in ira inferens futura. Omnia enim præuaticinatus est propter deitatem suam non intra affectus contentam, sed prout vnusquisque in detrimentum suum quid operatus, sibi ipsi causa mali fuit, ita vt Deus insons sit nostræ præuaricationis, & ex hac futura contra nos condemnationis. In omnibus igitur etiam hic reprehenditur prioribus & posterioribus factis immixtus, ex numero filiorum perditionis existens, declarate veritate, & luce Euangelij clarè omnem orbem terrarum illustrante, ac seruante filios veræ fidei in veritate. Proinde velut qui ex breui & arcto scopulo serpentem prominentem, per paruum quoddam instrumentum sustulimus, hoc enecto relicto, consequenter ad reliquas pergamus, iuxta nostrum promissum, auxilio Dei assumpto, ad veritatis ipsius declarationem ac confirmationem.

Contra Apelleianos, hæresim. XLIIII.

Appelleianorum hæresis 44.

Appelles duorum superiorum discipulus.

Mordet doctrinam præceptoris sui.

Virginitas in nomenata.

Deus Deum fecit.

Ab absurditate Apelles de conditore.

Cur venerit Christus nisi ob bonos.

Opinionum poetarum sequitur.

Nummularii sincere in scriptura.

Christus ascendit sine corpore.

Obssequium Arimathia sepe tendo.

Christus

Prædicto Luciano succedit Apelles, non sanctus ille qui ab Apostolo constitutus est, sed alter, ex quo Apelleiani appellati sunt: qui & ipse discipulus Luciani fuit, & prædicti Marcionis discipulus, vt sic velut vna radice multarum spinarum propagines exortæ sint. Ceterum hic alia præter illos docere vult, & contra præceptorem suum & contra veritatem seipsum armarit, quo etiam ipse scilicet erroneorum hominum sibi ipsi congregaret. Non ita (inquit) est, sed erravit Marcion: vt dementia vndiquaque seipsum redargueret, & iniquitas seipsum conterece videatur, & contra seipsum subuersionem excitare, quum veritas semper sit firma, & non opus habeat auxilio, sed per se consistat, & à Deo qui reuera semper est, confirmetur. Proinde prædictus hic Apelles & qui eum sequuntur, Non tria, inquit, sunt principia, neque duo, velut Luciano & Marcioni visum fuit: sed vnus est Deus bonus, & vnus principium, & vna virtus innominata. Cui vni Deo, siue vni principio nihil cura est de his quæ facta sunt in hoc mundo. Verum idem sanctus & bonus Deus in supernis, alium Deum fecit. Hic vero factus alius Deus creauit omnia, cælum & terram, & omnia quæ in mundo sunt. Euasit autem non bonus, & quæ ab ipso facta sunt (inquit) non bene facta sunt, sed secundum malam ipsius mentem ab ipso creata sunt. Quis vero tolerabit tales sermones, & non potius deriderit eiusmodi vanum laborem? Nam iuxta duos modos comperitur non conuenienter tali opinioni vt: & ob id ad ipsum velut ad præsentem dicam. Dic mihi, ò bone, concedes enim ò Apelles, aut Deum ignarum futurorum fecisse Deum quem dicis, aut creaturas bene factas esse: & erit omnino superfluum Deus ipse opifex, qui fecit vnum, qui omnia fecit. Et non amplius erit causa ille qui creaturas fecit, sed supernus Deus qui creator fecit, idem omnium opifex existit. c h r i s t u m porro venisse dicis ob extremos bonos, qui filius sit superni boni Dei, & sanctum ipsius Spiritum similiter ob salutem eorum qui ad cognitionem ipsius veniunt: & vbi venit, non in apparentia comparuisse, sed in veritate carnem accepisse, non à Maria virgine, sed veram quidem habuisse carnem & corpus: neque à femine viri, neque à muliere virgine, sed habuit carnem veram hoc modo. & dicit: Cum descenderet à cælestibus, venit in terram, & congregauit sibi ipsi à quatuor elementis corpus. Et quomodo non festinat hic ad hoc vt iniquitas ipsius deprehendatur, quæ verum Græcorum poetarum opinionem in hac verborum vanitate sequitur? Dicit enim & hic velut ille, & adhuc frigidius quàm illi, Saluatorem sibi ipsi corpus suppeditasse dicit, à siccum siccum, à calido calidum, ab humido humidum, à frigido frigidum. Et vbi sic sibi ipsi formauit corpus, verè apparuit in mundo, & docuit nos supernam cognitionem, & contemnere opificem, & negare ipsius opera, ostèditque nobis in quibus scripturis sint quæ ex natura ab ipso dicta sunt, & quæ sint ab opifice dicta. Sic enim dixit (inquit) in Euangelio: Ego te sincerè nummularij: Vtere enim (inquit) ex tota Scriptura, deligens quæ vtilia sunt. Deinde (inquit) dedit c h r i s t u s seipsum vt pateretur in ipso corpore, & crucifixus est in veritate, & ostendit ipsam carnem suis discipulis: & vbi resoluisset (inquit) ipsam suam humanam incarnationem, distribuit rursus, vnicuique elemento quod ipsius proprium erat reddito, calidum calido, frigidum frigido, siccum siccum, humidum humido. Et sic dissoluto ab ipso rursus carnali corpore, reuolauit in cælum, vnde etiam venit. O ingentem fabulositatem eorum qui talia dicunt, ita omnibus manifestum est, mimorum potius esse hanc officinam, quàm eorum qui promissionis vitæ ac intelligentiæ figuram habent. Si enim omnino dissoluit ipsum corpus quod accepit, qua ratione ab initio ipsum sibi ipsi construxit? Si vero construxit ob aliquem usum, & vnus opus absoluit: oportebat relinquere ipsum in terra, maximè quum ex vestra sententia species spei resurrectionis carnis non opus habeat vt perficiatur. Verum excitauit ipsum rursus, vt in maiorem laborem seipsum immitteret, vt nihil profuit ipsum construxisse, & in monumento deposuisse, cum ipsum dissoluat ac distribuat vnicuique elemento id quod ab ipso accepit, velut gratus debitor. Et si omnino vnicuique suum reddidisset, hoc est frigidum frigido, & calidum calido, nõne potuissent hæc à discipulis ipsius videri? At nunquid corpus est ipsum siccum? Omnino enim siccum ipsum, est corpus: caro videlicet & ossa. Et humidum ipsum omnino sunt ferosi humores, & caro quæ in humiditate dissoluitur: quæ sanè penitus Apostolis manifestissimè se deposuisse indicasset. velut etiam prius, quando sepeliebatur ipsius corpus, dignabatur Ioseph ab Arimathia inuoluere ipsum in sindone, & deponere in monumento. Simul autem & mulieres potuissent videre vbi relicta essent reliquiae, vt ipsas honorarent per vnguenta & aromata, velut prius. Verum nusquam mendacium hoc vestrum, ò Apelleiani, indicatum est ab aliquo sancto Apostolo. Non enim ita est. Sed duos viros inuisibiles visibiliter videbant, & ipsum in cælum ascendentem, & à nube lucida susceptum, reliquias verbò nusquam relictas. Non enim conueniebat, neque possibile erat, & mentitur Apelles, & omnes Apelleiani ipsius complicés.

Similia

Similia verò præceptoris suo Marcioni etiam in aliis docuit, asserens non esse resurrectionem mortuorum, & alia, quæ vnusquisque est ipsi similiter docere. Subuertitur autem ipsius ratiocinatio, quòd delira sit, & omnibus modis erronea. Neque enim valebunt tenebræ vbi lux apparet: neque mendacium consistet, vbi veritas est: Si enim omnino vnus es scripturis, ò Apelles, & qui à te dicti sunt Apelleiani, ex ipsius scripturis inuenietis vos redargui. Primum quidem, quia secundum imaginem Dei fecit Deus hominem. Qui autem fecit, dixit, Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & ad similitudinem. Quare si quis ab erronea secta conuerterit se ad veritatem, velut ex tenebris fugitiuus, & à nocte excitatus, inuenierit lucem sibi orientem cognitionis Dei, instar solis & super solem. Apparebit enim omnibus, consentaneam ratiocinationem facientibus, quòd qui dixit, Faciamus hominem, Deus est vniuersorum pater. Addeat autem secum eum qui semper cum ipso est Deum verbum, filium vnigenitum, ex ipso sine principio & sine tempore genitum. Simul autem & sanctum suum Spiritum, qui non est alienus ab ipso, neque ab ipso proprio filio. Si enim alius esset qui formauit hominem, & qui condidit mundum: alius autem supernus bonus Deus, à quo descendit Christus: non vtrique accepisset Christus sibi ipsi corpus, & formasset imaginem opificis in seipsum exprimens. Verum manifestum est quòd ipse est opifex hominis & mundi, cui dixit Pater, Faciamus hominem ad imaginem nostram, & ad similitudinem. Ab hoc vno autem opere manifestus fiet opifex, quòd hic est qui tunc hominem fecit, formauitque ex terra corpus Adæ, & fecit ipsum in animam viuentem. Quare etiam testimonium dedit Ioannes in sancto suo Euangelio, dicens: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, & c. Si verò in ipso facta sunt, & ab ipso: ipse tunc Adam formauit, & ipse rursus corpus à Maria virgine in seipsum efformauit, & perfectè omnem suam incarnationem coniunxit iuncta ab ipso formatam, & nunc in seipso cõnitam. Si verò alienum opificium in seipsum suscepit eius qui formationem malè formauit, & malus est secundum tuam doctrinam. Et si omnino vnus est malis creationibus, quæ, velut tua fert opinio, malus creator fecit: ergo immixtus est maliciæ conditoris, vsuque ac beneficentiæ, & propriæ ipsius imagini. Sed non est possibile. Si enim incarnatus est, non solam carnem assumpsit, sed etiam animam. Manifestum est enim hoc. Alioquin vnde dixisset, Potestatem habeo accipiendi animam meam, ac deponendi ipsam. Itaque vbi omnem operis tractationem elegit ab opifice imaginem appellatam, omnem illam tractationem suscepit, in corpore. & anima Verbum venit, & in quibus omnibus est homo. Hæc autem cum ita penitus facta sint, deletum est tuum venenum, & concidit tua seditio fundamentum carens, & non habens firmitatis veritatis stabilimentum. Si verò & quæ uis accipis ex diuina scriptura, & quæ vis relinquis, ergo iude præfides, non interpret legum, sed elector eorum quæ non secundum mentem tuam scripta sunt, sed verè quidem sunt, verum transmutata falsò, iuxta sententiam fraudis tuæ, & eorum qui à te decepti sunt. Si verò etiam omnino malus creator ea quæ hæc sunt, fecit, mundum inquam: qua de causa venit à bono patre in hunc mundum? Et si quidem vt saluaret homines: ergo propriorum curam habuit, & non amplius alius fuerit opifex. Si verò non propriorum prouidentiam habuit, vult autem inter aliena versari, & quæ non sunt ipsius conseruare: aut adulator est alienis blandiens, aut vanæ gloriæ appetens, vt melior creatore videatur erga aliena, quæ conseruare conatur, propria non cupiens. Et non amplius erit verax aut modestus, ex tua sententia, ò impostor: & quum non habeat suam creationem, alienam concupiscens hæc prædari conatur, ab alienis sibi ipsi accipiens animas, quæ non ipsius sunt, neque patris ipsius. Si autem ipse quidè sunt animæ, & ex supernis progressæ apparent: ergo in bonum mundum demissæ sunt à superno bono ex tua sententia Deo, & non in malum opus. Si verò demissæ sunt ob aliquem quidem vsuum, quem forsitan fingis, vbi verò venerunt, dilapsæ sunt ad alium, id est, vt bonum ac iustum quid facerent, operatæ verò sunt malum: videbitur is qui ipsas demisit, prænotionem nõ habere. Cùm enim demiserit ipsas ob alium, repertæ sunt aliud quid operatæ esse. Aut rursus si dixeris, quòd non ex voluntate ipsius venerunt, sed per tyrannidem raptoris: Ergo fortis est is qui creatus est à bono Deo malus opifex supra bonum Deum. Quoniam quæ ipsius sunt, rapuit, & ipse vnus est. Vnde verò non conuincis, quum ipse Saluator dicat, Potestatem habeo ponendi animam meam, & accipiendi ipsam: velut qui boni, qui ipse animam accepit, & posuit, & rursus accepit, vt non aliena sit anima & alterius opificis. Rursus verò reperietur bonum corpus gestare. Nõ enim persuadebitur bonus quispiam vt malo opere utatur, Bonus nõ vt ne à patris mali participatione, etiam ipse permixtionis malicia polluat. Si verò & ipse resurrexit, adducitur dicit mihi ad quid faciendum post resurrectionem, si ipsum rursus reliquit in quatuor elementa partitum, calidum ad calidum, frigidum ad frigidum, siccum ad siccum, humidum ad humidum? Si enim excitauit ipsum vt rursus dissolueret, ergo fabulositatis hoc opus fuerit, & non veritatis. Excitauit autem ipsum Dominus noster I E S U S C H R I S T U S, & simul secum assumpsit corpus, quod in seipsum efformauit vnà cum anima & tota incarnatione perfectissimè. Consideremus iuxta Apostolicum sermonem, Deus excitauit & collocauit ipsum in cælestibus, velut restantur duo illi in vestitu splendoris. Ergo duo illi in cælum, sic veniet, quemadmodum vidistis ipsum assumi. Et vt ne detur tibi rursus occasio maliciæ contra veritatem, post multum tempus assumptionis Saluatoris nostri, Stephanus sanctus Dei martyr & testis, quæ lapidibus obrueretur à Iudæis, respondit, dicens: Ecce video cælum apertum, & filium hominis stantem à dexteris patris: vt ostendat ipsum corpus in veritate in spirituale resurrexisse, vnà cum deitate vnigeniti totum in spirituale vnium, & in deitatem cõnitam. Superne enim est ipsum sanctum corpus vnà cum deitate, totus Deus, vnus filius sanctus Dei, sedens in dextera patris,

Mendacium appellat. Delira ratiocinatio de mortuorum resurrectione.

Ubi veritas est suscipitur me facium.

Quid faciendum ei qui veritatem nõ scire cupit.

Opifex mundi quis sit.

Impossibile est credi rationi.

Ab absurdo.

Unde sunt animæ.

Duo opifex esse contra.

Ut malo utatur.

Veritas assumpta natura in integro.

Stephani protomartyris de Christodicionum.

Corpus Christi cum deitate, filius in dextera dei est.

Vespa Zopyros.

Petra percussio a vespa.

Heresis Severiana appellatur. Fabulamenta Severi.

Cur vinum turbet mentem hominis. Adhibitione tamquam Matrimoni reprobatio.

Appetentia non danda.

Vitis adiaholo non est planta. Se vitem vocat Christus.

patris, velut habet Marci Evangelium, itemque reliqui Evangelista: Et ascendit in caelos, & sedet ad dexteram patris. Et vndique corruet circulatorius tuus & te deceptorum sermo. Quia & de mortuorum resurrectione audi Apostolum dicentem: Oportet corruptibile hoc induere incorruptibilitatem, & mortale hoc induere immortalitatem. Si enim non induratum esset mortale immortalitatem, & corruptibile incorruptibilitatem: non sanè mors ipsa venisset ut moreretur, & in ipso pateretur, & ubi dormiisset triduum, resurgeret, & sursum ferretur in ipso cum deitate, & in ipsius gloria: quod ex ipsius bono ad nos aduentum omnem spem contineamus in veritate, ostendens seipsum figuram nobis in spem totius negotii vite. Hæc autem quum sic se habeant, ac dicta sint: quid mihi amplius opus est tempus terere circa hanc vespa? quæ nihil est, ut subverti debeat, aut aliam quâdam tractationem exposcat. A seipsa enim aculeum amisit, & nihil euarias ad ulceratum ac circulatorij erroris ipsius dogma ostensum est. Tradunt enim dolorosam ipsam vespa, quam quidam Zopyron appellant, habere quidem aculeum venenum iacentem breuem, non multum dolorem inducentem, sed qui secundum ipsius facultatem venenum iaciat. Si verò quis persecutus ipsius latebras, aut nidum destruat, in fructibus enim & herbis hunc facit, & instar faui sibi ipsi capsas quâdam constituit: in quibus capsis sobolem suam deponit, & sibi ipsi fetus facit: si verò quis persecutus virga aut ligno pungat fauum, & velut dixi, destruat: exit indignata ipsa horrenda quidem, verum debilis vespa, & si inuenit petram aut lignum, præ ira qua excauit, cum stridore instat, & impetit ac ferit petram, & petram quidem nihil lædit, neque lignum, imò neque hominem, etiamsi non morderit, nisi quod modicum dolorem inducit verum aculeum amittit, & sic perit, petra verò nulla iniuria afficitur. Sic etiam hæc vespa secula insecta instar zopyri, paruam inducens vexationem, subvertetur, ubi in petram illapsa impigerit, hoc est in veritatem, & ubi aculeum amisit. Cæterum hæc explicata, ad alias rursus transibo, iuxta spem Dei credens quod promissum nostrum per Deum complebitur.

Contra Seuerianos, heresim. x l v.

Post has deinceps sequitur, siue contemporanea, siue extra illarum tempus, non enim possum de tempore ipsius exactè dicere: verum propinquæ inter se fuerunt. Proinde ea quæ ad nos peruenerunt, exponam. Seuerus quidam surrexit, ex quo Seueriani appellati, consequenter insequens prædictum Appellem. Quæ verò ab ipso confinguntur fabulamenta, hæc sunt quæ dicere volo. Vult etiam ipse principibus ac potestatibus creationem nostram annexere, esseque in innominato quodam supra mo caelo & seculo bonum quemdam Deum. Diabolum verò filium esse dicit magni principis ordinis potestatum. Cui nomen imponit, aliquando Ialdabaoth, aliquando Sabaoth. Hunc autem genitum ex ipso esse serpente, a superna verò virtute deicctum esse in terram. Et cum descendisset in serpentis specie, in cæstrum concitatum esse, & terræ commixtum velut mulieri, & ab ipsius semine ubi genitram effudisset, vitem germinasse. Quæ propter etiam fabulas confingens ad nugæ suas confirmandas, serpentis imaginem ipsius vitis rotunditatem exprimere dicit, propter obliquitatem plantæ in tortam, instar serpentis ipsam esse asserens. Et albam quidem esse velut serpente, nigram verò velut draconem. Esse autem & acinus vitis velut veneni guttas, siue stillas, propter rotunditatem aut desinentionem in angustam tenuitatem, & sequestrationem vniuersiusque acini. Vinum verò ex hoc argumentum mentis turbare hominis, & aliquando ad Veneris mulcimenta ducere, aliquando verò ad cæstrum stimulare, aut rursus iram inducere, eò quod concitatum sit corpus ex vini facultate, & prædicto draconis veneno. Vnde penitus à vino tales abstinent. Dicunt & mulierem esse opus fatanæ, velut etiam Andronici hoc dixerunt. Quare etiam matrimonium contrahentes, fatanæ opus explere dicunt. Sed & hominis dimidiam partem esse Dei, dimidiam diaboli. Nam ab vmbilico & supra, dicit esse formationem Dei: ab vmbilico verò & infra, malæ potestatis formationem. Quapropter dicit omnia secundum voluptatem, & cæstri stimulum ac concupiscentiam, ab vmbilico & infra fieri. Sed & alia hereses hoc affirmarunt. Vnde & hic omnibus modis reliquos circulatorios sequi deprehenditur, qui venena mundo subornant. Subvertetur autem facile. Non enim multo labore opus habebit ipsius subuersio. Totum enim corpus contemperatum est ex bene in ipso factis ex Deo. Dico autem appetentiam non ob absurditatem ex Deo factam, sed propter vsum bonum, & necessariz vtilitatis ordinem. Dico autem appetere somnum, cibos, potus, indumenta, & alia omnia quæ ad propria & Deo complacentia nobis contingunt. Quare & ipsam appetentiam concupiscentiæ corporis non absurdum esse affirmauerim. Est enim ad liberorum generationem in castitate data, & ad gloriam eius qui omnia fecit: quemadmodum terræ semina ad effusionem multitudinis creatorum à Deo bonorum, fructuum, inquam, & seminum. Sic etiam humanæ naturæ ad hoc ut impleat illud, Crescite & multiplicamini, & replete terram. Vbi sunt autem tales etiam apocryphis quibusdam, velut audiuiimus. Sed in parte quoque libris qui publicè nominantur ac recepti sunt, illa solùm excerptes quæ secundum sententiam suam applicantes alter tractant. Neque enim vitis ex diabolo plantata est, neque ex serpente formationem habuit, velut omnibus manifestum est. Quomodo enim erit hoc, cum ipse Dominus testetur ac dicat, Nō bibam ex fructu vitis huius, donec bibero ipsum nouum vobiscum in regno caelorum? Et quandoquidem veritas radios suos emittens penitus in ea quæ inferuntur mala, ad ipsorum confutationem doctrinam suam præexpressit: diuina Scriptura ubique vaticinata est eorum qui contra veritatem in surrecturiam essent sublationem. Velut palam ipse Dominus ad miserat erronei Seueri confutationem dicit, ipse seipsum vitem asserens: Ego sum vitis vera. Si omnino vituperabile erat vitis nomen, non sanè in seipsum nominis similitudinem transfuisset. Sed & Apostoli in Constitutione appellata dicunt, plantatio

Apostolorum Constitutio, liber.

Heresis aperta ad multistrasanda.

Contra Tatianos, heresim. x l v i.

Tatianus quidam surrexit, & his successit, qui aut in deum temporibus vixit, aut post ipsos sua vanitate doctrinam crexit. Et primum quidem velut qui ex Græcorum disciplina esset, floruit cum Iustino philosopho, viro sancto, & amico Dei, qui ex Samaritanis in Christum credidit. Hic enim Iustinus Samaritanus erat genere, & in Christum credidit, & ad finem pro Christo martyrium subiit: & perfecta corona dignus factus est sub Romanis, Rustico præside, & Adriano rege, cum annorum triginta esset in consistente ac matura ætate. Cum hoc prædictus Tatianus floruit, & primum rectè processit, & in fide robustus fuit, quantum cum Iustino sancto martyre debebat. Quando verò decessit sanctus Iustinus, quem admodum cæcus qui manu ducitur, si à manu ducente relictus fuerit, in præcipitia seipsum dat, & ob eam quam habet cæcitatem deseruit, ita ut retineri non possit, donec ad mortem fuerit perlati: sic etiam ipse. Et erat quidem Syrus genere, velut noticia ad nos perlata habet. Scholam autem suam erexit ab initio quidem in Mesopotamia, circa duodecimum ferme annum. Antonini Cæsaris Pij cognominati. Nam à Roma post mortem sancti Iustini ingressus ad Orientis partes, & illic conuersatus, in malam opinionem incidit, & secula quædam ac fabulas Valentini, & principatus quosdam ac emissiones etiam ipse introduxit. Maximam verò prædicationis sue partem in Antiochia ad Daphen sira fecit, & in Cilicium partibus, multum autem in Pisidia valuit. Ab hoc enim per successioem, qui Encratitæ appellatur, venenum transfuserunt. Dicitur ab ipso factus esse liber qui ex quatuor Evangelis constat, quem aliqui Evangelium secundum Hebræos vocant. Eadem porrò quæ veteres hereses, etiam hic docet. Et primum quidem asserit, non saluari ipsum Adam. Continentiam verò hic prædicat, nuptias autem & corruptionem putat: asserens nihil differre matrimoniū à scortatione, sed idem esse. Vnde in prætextu continentia & continentium morum, nequitiosam vitam duxit, velut lupus rapax ouilla pelle induis, & temporario prætextu deceptos seducens. Mysteris autem similiter vsus est ad imitationem sanctæ Ecclesiæ, verum aqua sola vsus est in iisdem mysteris. Corruet autem etiam hic, omnibus modis inconstantem habens prædicationem. Qui est iam extinctus, hic, ut puto, vna cum schola perit. Vnde enim non redargueret talis? Primum quidem iuxta ea quæ supra à nobis declarata sunt contra hereses sic sentientes, impossibile est multos principatus esse, qui alios per successioem generent. Nam qui multi sunt, & vnus ex vno existunt, hi ex vna omnino causa esse comperitur. Et non amplius multi erunt principatus, sed vnus qui horum causa existit, & reducentur omnia ad vnam monarchiam. Et concedit huius persuasio verifera illis, & non veritas esse, neque verifera similitudinem habere potens. Stulta est enim tota prædicatio. Et si Adam non saluatur, qui est massa subacta, neque quicquam ipsius massæ saluatur: Si enim is qui primus formatus est, & ex intacta terra factus, salutem non assequitur, quomodo quæ ex ipso genita sunt, assequantur? Duobus enim modis comperietur contra seipsum dicere. Dicit enim nuptias non esse ex Deo, sed esse ipsas scortationem & abominationem. Et seipsum ex nuptiis existentem, & ex muliere genitum, & ex semine viri, saluari putat. Ergo rursus destruxit suam contra nuptias blasphemiam. Si enim ipse ex nuptiis existens salutem habebit, ergo non abominationem sunt nuptia: qui generant eos, participes sunt salutis, quocunque id modo dicere velit. Si verò constitit ipse sermo, quod scelestæ sunt nuptia: ergo magis Adam saluabitur, non ex ipsis progressus, sed in manu Patris & Filii & Spiritus sancti formati, iuxta id quod dictum est à sancto Patre ad Filium: Faciamus hominem ad imaginem nostram, & ad similitudinem. Quomodo autem non saluatur Adam, quem tu pro desperato habes, quando ipse Dominus noster IESVS CHRIVS, ubi venit in mundum, mortuos post obitum suscitavit in ipso corpore, velut Lazarum, & filium vidua, & filiam principis synagoga? Et si ipse non erat qui Adam formauit ex terra ab initio, quomodo ipso in terram eiectum lutum fecit, & imposuit super oculos cæci ex natiuitate, & fecit ipsum videre: qui ostendit seipsum esse platen & formatorem cum Patre & sancto Spiritu, deficientem partem in cæco à natiuitate genito per lutum defectuoso loco apposuit. Nam deficientis partem corrigendæ gratia hoc fecisse videtur. Si verò rursus ipse est Dominus qui Adam formauit, & quem primum formauit, perdit, alios verò seruat, & multam tuam vanam sapienciam Tatiani: impotentiam enim Domino secundum potentiam attribuit: qui non potest primum à se formatū, propter vnā inobedientiam ex paradiso eiectum, & castigationem non vulgarem nactum, qui in sudore & labore degit, & è regione paradisi habitauit, quod memor esset bonæ vitæ per penitentiam in memoriam reuocatur, salutare. Aut potest quidem, verum non miseretur. Ob quam igitur causam

Tatiano-rum heresis 46. Iustinus martyr & philosophus. Tempus huius heresis. Syrus erat Tatianus Antoninus Pius. Encratite Evangelium secundum Hebræos.

Aqueus in mysteris.

Quando principatus vnus imposibiles. Si Adam non saluatur, neque saluandus sunt ab ipso orti. Pro nuptiis contra calūnias Tatiani.

A simili probat, non desperandum de salute Adam.

Impotentiam ponit in Deo.

CHRISTVS vsque ad inferna descendit: Quare ratione passus, vbi triduum dormiisset, resurrexit? Quomodo vero impietur, vt & mortuorum & viuorum imperium obtineret? Qualium vero viuorum & mortuorum, quam eorum qui ipsius auxilio sursum ac deorsum opus habent? Quomodo autem ea quae sunt à subacta massa, sancta erunt, si ipsa massa non est sancta? velut etiam apud sanctum Apostolum habetur. Dicit enim & de Eva idem sanctus Apostolus, quod saluabitur per filiorum generationem, si manserit in fide & iusticia. Et multa sunt quae de his dici possunt. Quare omnibus ratione prae-
Eua quomodo saluabitur. Blasphemia Tatiani.
 ditis exposita apparebit blasphemia, & occacata Tatiani mens, & eorum qui ab ipso Tatiani appellan-
Ad credendum iter viuos.
 tur. De quibus quum compendio recensuerimus ipsorum nociuos & instar culicum morsus, olei do-
 ctrinae Domini humorem commorisis imponetes, ipsos per Domini veritatem ac virtutem sanauimus, quum ipse Dominus dicat: Non veni nisi ad ouem erroneam domus Israel. Quapropter etiam in parabola dicit: Homo qui descendit à Hierusalem ad Hiericho, quem sanè etiam in latrones incidisse narrat, vt ostenderet ouem etiam ipsum qui à Hierusalem descendit, & à maiori gloria ad immi-
 nutionem delatus est, & ab vno mandato proprii pastoris diuulsus est, ac seductus. Vnde etiam sanctum Adam patrem inter viuos credimus, propter quem, & nos qui ab ipso sumus omnes, CHRISTVS venit: vt his quidem qui olim ipsum cognouerunt, & ab ipsius deitate non aberrauerunt, verum propter errores in inferno detenti sunt, indulgentiam largiretur: his quidem qui adhuc in mundo sunt, per penitentiam: qui vero in inferno, per misericordiam & salutem. Quapropter etiam mirari licet de eo qui nouit, velut etiam in libris reperimus, Dominum nostrum IESVM CHRISTVM in Golphatha crucifixum esse, & non alibi, quam vbi corpus Adam iacebat. Egressus enim de paradiso, quum habitasset è regione ipsius multo tempore, & per multos dies peruenerat, postea abiit eo, & in loco hoc, Hierosolymorum videlicet, debitum naturae persoluens, illic sepultus est in loco Golphatha. Vnde merito cognomen habuit locus, quem Cranij, siue Caluariae locum interpretantur. Cuius nominis similitudinem aliquam figura loci non ostendit. Neque enim in altitudine quadam situs est, vt hoc Cranium
Adam in Golphatha sepultus. Vbi crucifixus est Christus. Cranij siue Caluarie appellatio ratio. Aenigmatica salus.
 interpretaris, velut in corpore capitis locus dicitur. Neque speculae interpretationem facere possis: nam ne reliquis locis altior est. E regione enim est Oliueti mons altior, & à signis octo Gabaon est altissima. Sed & altitudo quae olim erat in Sion, nunc vero dissecta est, etiam ipsa altior loco illo fuit. Vnde igitur cognominatio Cranij est? Imò quia primum formati hominis Adam caluaria illic inuenta est, & illic reliquiae sitae erant, ea de causa Cranij locus cognominatus est. In quo crucifixus Dominus noster IESVS CHRISTVS, per aquam & sanguinem, qui fluxit ab ipso per punctum ipsius latus, in aenigmate salutem nostram ostendit, ab initio massae primi patris reliquias respergere auspicatus: quo etiam nobis ostenderet resperionem sanguinis ipsius, ad mundationem nostrae iniquationis, & animae penitentis, & in exemplum rigationis ac purificationis sordium peccatorum nostrorum factam esse: effusam videlicet aquam super iacentem sub loco & sepultum, in spem ipsius, & nostram, qui ex ipso geniti sumus. Quare & hic implebatur quod dictum est: Surge qui dormis, & resurge ex mortuis, & illutescet tibi CHRISTVS. Etiam enim de nobis dicit, qui mortificati sumus operibus, & in profundo ignorantiae somno dormimus: attamen illuc principium insinuationis modum continet, & non simpliciter, neque ociose. Surrexerunt enim, inquit, multa corpora sanctorum, velut Euangelium habet, & ingressi sunt cum ipso in ciuitatem sanctam, &c. Cum itaque repulserimus vndique huius culicis morsus, per oleum benignitatis Dei, & Domini nostri praesentiam, & lucem veritatis Euangelii: ad consequentes sectas, prout instituiimus, per virtutem Dei procedere studebimus.

FINIS TERTII TOMI PRIMI
 libri Epiphani.

In primo tomo secundi libri, aut quarto iuxta numeri tomorum ab initio con-
 sequentiam, haereses decem & octo sunt, & haec habentur.

1. Encratitae, qui sunt auulsi Tatiani, nuptias reiciunt, ex satana has esse dicentes, omnem autem animarum esum vitant.
2. Phrygastae, & Montaniste, & Tascodrugitae, qui veteris & nouum Testamentum suscipiunt, alios vero prophetas introduciunt post prophetas, Montanum quendam iactantes, ac Prescillam & Maximillam.
3. Pepuziani, qui & Quintiliani, quibus coniunguntur Artortya, ex Phrygastarum numero hi sunt. Verum alia praeter illos docent. Pepuziam quendam ciuitatem desertam in medio Galatiae & Cappadociae sitam administrantes, & hanc Hierusalem putantes. Mulieribus tribuunt vt imperent, & sacerdotio fungantur. Sacra autem faciunt, puerum quendam iuuenem copugentes. Et sanè Quintille, Christum illic in Pepuzia reuelatum esse, in foeminae specie, fabulantur. Vniuersum autem similiter veteri ac nouo Testamento, iuxta mentem propriam transmutantes.
4. Tarsarsedecatis, qui vnam diem anni Pascha perficiunt. In quocumque vero die incidit decima quarta luna, siue in sabbatum siue in dominicam, illam ieiunantes ac vigilantes colebant.
5. Alogi, qui Euangelium Ioannis, & eum qui in ipso est ex superius à Patre, semper Deum Verbum reiciunt. Ipsum sanè Euangelium secundum Ioannem non suscipientes, neque ipsius Apocalypsim.
6. Adamiani, à quodam Adam viuento appellati, ludibrii magis quam veritatis dogma habentes. Nudi enim velut ex matrem viri, tum foeminae, simul congregantur, & sic lectiones ac reces, & quodcumque tandem perficiunt. Solitarie autem degunt, & continentiam exercent, & nuptias non admittunt. Et Ecclesiam suam paradysum esse putant.
7. Sampsi, qui & Helicesi. Hi adhuc hodie Arabiam inhabitant, in regione ultra mortuum mare sita. Qui sane ab Elxai quodam falso propheta seducti sunt. Cuius ex genere adhuc hodie restant Maribys & Marthana, quae mulieres, quae adorentur à secta velut deae. Habent autem omnia similiter velut Ebionaei.
8. Theodotiani. Hi à Theodoro cortario Byzantino appellati sunt. Hic summus in eruditione Graeca fuit. Quum autem tunc persecutio fieret eius cum aliis quibusdam solus elapsus, cum illi martyrium subissent, eo quod id ipsi obieceretur Christum vnam hominem dicere
excoegit, & ne in crimine veniret quod Deum abnegasset, sic docuit.
 9. Melchisedechiani. Hi Melchisedech colunt, virtutem quandam ipsum asserentes, & non nudum hominem, & in huius nomen omnia re ducere ac dicere audentes.
 10. Bardes. Bardesiam hic ex Mesopotamia originè ducebat. Et primum quidem veram fidem habebat, & in sapientia celebra erat, verum postea declinavit à veritate, & similia Valentino docuit, excoegit paucis quibusdam, in quibus à Valentino dissentit.
 11. Noetiani. Hic Noetus ex Smyrnae Asiae fuit Elationibus autem euectus, cum aliis quibusdam, filium & patrem Christum docuit eundemque esse patrem & filium et Spiritum sanctum. Scipsum vero dicebat Moysen, & fratrem suum dicebat esse Aaron.
 12. Yallesi. Hi, vt accepimus, Baccabum inhabitant, qui principalis pagus est Arabiae Phyladelphia. Hic accedentes castris plures vero ipsorum eunuchi excoegit sunt. Quaedam alia docent haeresis plena, a lege ac Prophetis diuersa, & quasdam alius turpes actio nes introducunt.
 13. Cathari. Hi cum Nouato Romano diuelli, & digamos penitus reiecit, & penitentiam non suscipiunt.
 14. Angelici. Hi omnino deserunt. Gloriantur autem se habere angelicum ordinem propterea illud nomen habent.
 15. Apostolici qui & Apotactici. Et ipsi circa Pefidiam solam sunt, & Apotacticos ad seipos suscipiunt. Propinqui autem & eos similes sunt Encratitis. Verò à in eam praeter hos sentimus, ac docet.
 16. Sabelliani. Hi similia Noetianis sentiunt, praeter hoc solum: patrem enim non passum esse dicunt, & prolatisse rursus effusum esse verbum.
 17. Origeniani. à quodam Origene Turpia autem operantur hi, nefanda facientes, & corpora sua corruptioni tradentes.
 18. Origeniani alii. A h Origene, qui & Adamantius atque compositor appellatur. Hi mortuorum resurrectionem reiciunt, Christum autem creaturam, itemque Spiritum sanctum introduciunt. Paradysum autem, caelos & alia omnia, tropice & figurate interpretantur. Christum vero à regno destituisse nungunt, & simul angelos destitutos esse: Christum vero cum diabolo, regno subiciendum esse.

K

SECUNDI LIBRI EPIPHANII

TOMVS PRIMVS.

Contra Encratitas, sectam XLVII.

Hæresis Encratitarum. Phrygia combusta. Appellationis ratio ab eorum.



ENC RATITAE quidam, sic appellati, Tatiano succedunt, natura ab ipso se ducti ac decepti: verum alia præter hunc sentientes, vt qui rursus in maiorem nugacitatem seiplos dederunt. Abundant autem hi, hodieque in Pisidia, & in Phrygia combusta appellata. Fortassis enim iuxta Dei dispensationem hæc regio hoc nomen accepit, vt sic in mundo vocetur: eo quod combusti sunt habitatores ab hac peruersitate, ac tanto errore: multæ enim hæreses sunt in hac regione. Sunt autem & in Asia parte, & in Isaurorum & Pamphyliorum ac Cilicum terra, itémque in Galatia: iam verò & in Romanorum parte. Sed & in Antiochia Syriae, non tota autem, hæc hæresis est. Afferunt porrò etiam hi principatus quosdam esse, & cum qui diaboli est, aduersus Dei opera oppositum esse, & Deo non subiectum: sed robustum, & facientem velut pro propria potestate, & non velut qui aberrarit. Non enim secundum Ecclesiam dicunt, sed aliter, præter veritatis prædicationem. Vtuntur & scripturis primariis, quæ dicuntur Andree & Ioannis actiones, itémque Thomæ: & quibusdam Apocryphis, & quibus volunt libris veteris Testamenti. Nuptias autem palam diaboli esse decernunt. Animata verò abominantes interdiciunt: non continentie gratia, neque honestæ vitæ: sed propter timorem & imaginatione vt ne condemnentur ab animatorum esu. Vtuntur & ipsi mysteriis per aquam. Vino verò omnino non vtuntur, diabolicum esse dicentes, & bibentes ac videntes iniquos esse peccatores. Credunt autem & mortuorum resurrectionem, vt sint ita apud erroneos omnia in sania plena. Nam videre licet, & admirari, & in stuporem venire prudentem hominem, de omnibus quæ aliena dicunt ac faciunt, quum in constanter omnia apud ipsos dicantur ac fiant, & nullam penitus significationem veritatis admittant. Si enim veteri ac nouo vtuntur Testamento, quomodo principatus diuersi comperientur, quum ambo Testamenta concordent de vna deitate, & cognitionem prædicent? Si verò etiam fuerit mortuorum resurrectio, quomodo adhuc venerandæ nuptiæ diaboli esse inuenientur, quando Deus dicit, Crescite & multiplicamini: & Dominus in Euangelio inquit, Quæ Deus coniunxit, homo ne separet. Et Apostolus: Venerandæ nuptiæ & cubile impollutum. Cæterum ad suam sententiam & fabulositatis confirmationem, etiam bibentes vinum reprehendunt, quasdam dictiones venæres, & ex malo talem finem esse aiunt. Bibit enim, inquit, Noë de vino, & denudatus est. Et Loth, inquit, inebriatus, cum propriis filiabus per ignorantiam coiuit. Et per ebrietatem erectus est vitulus. Et dicit Scriptura Cuius mulieris, & cui pugna, cui tristitia, & nux, cui contritiones frustra, cuius lani di oculi, nō eorum qui perseuerant in vinis: non eorum qui inuestigant, vbi computationes fiunt: & alia quædam huiusmodi inuestigantes coaceruant, vt ipsi fides habeatur: non scientes quidd omnem immodicum vbique molestum est, & extra propositum interdictum est. Nam non solum de vino hoc dixerim, sed etiam de ebrietate, & curis rerum mundanarum. Et hoc: Si inexplabilior es, ne concupiscas cibos diuinit: hi enim ex vita falsa dependent. Verum amplius sanctus Apostolus inexplabiles ac voraces subannās ob gulosas concupiscentias elatos, dixit: Cibi ventri, & venter cibus, Deus autem & hunc & hos abolerebit. Sed & Esau primogeniti prærogatiuam per cocturam tritici amisit, velut Scriptura dicit, quæ ipsam cocturam tritici ac lentule appellat. Fortassis autem, vt puto, non quod ex tritico, hoc est, frumēto erat velut iam coctæ reliquiæ lentis, & amplius ad ignem apposita, vt sic rursus igne seruata, Genesios scriptura Pyrrhon dixerit, id est fuluam: & non Pyri, quod triticum significat: eo quod recalifata erat postquam frigida facta fuisset. Et sicut ille propter vinum denudatus, nulla iniuria affectus est: sic hic magis ob famem & insatiabilitatem primogeniti prærogatiuam amisit, & magis quam per vinum iniuria affectus est. Et nihil valet sententia propè ad veritatem corrupta, neque fabulosus quidam exco gitatus scenicus actus. Iactant autem & continentiam, fallaciter omnia facientes: nam et inter mulieres reperientur, et mulieres vndiquaque decipiunt, et cum mulieribus iter faciunt, et simul cum illis viuunt, et illarum ministeria admittunt: ita vt alieni sint à veritate, et formam magis præ se ferant, ipsam verò virtutem pietatis abnegarint: cuiuscunque enim operis quis partem reliquerit, totum complementum dimisit, per vnam partem relictam. Vnde sanè mysteria quæ apud ipsos per aquam solum fiunt, neque mysteria sunt, sed ad imitationem verorum facta sunt. Quare et in hoc à recto Saluatoris sermone redarguentur, qui dicit: Non bibam de fructu vitis huius, donec bibero ipsum nouum vobiscum in regno cælorum. Vnde cum hanc hæresim per fortem veritatis manum, velut bestiam dolore inducentem, ac dentibus carentem repulerimus, ad sequentes procedamus, consueto more Deum vniuersorum inuocantes, duces et propulsores malorum, et prudentie auxiliatores, atque ipsum sapientie datorem: quo nos ab ipso veritatem dicentes, aliarum perniciem reuelare possimus, et antio tum contra ipsas medicam, ex multis vnguentariis speciebus de veritatis doctrina, iam percussis præparare, ad sanationem ac curam eorum qui inciderunt: et his qui cognituri sunt quæ non nouerunt, ad malorum præoccupationem: et nobis ad salutem, et Dei mercedem luculenter contribuendam.

Abitione Andreæ, Ioannis & Thomæ. Aquarum in mysteriis. Apud hereticos constantia plena in sania. Absurditas propositorum Encratitarum. Quod probant in se in alio dant. Effectus ebrietatis non dantur. Apostolus reprehendit gulosos. Homonymia. Continentes se dicunt cum sint incontinentissimi. Mysteria per solam aquam facta. Ut fallat speciem inuocationis vtuntur.

Contra Phrygas, sive Montanistas, aut Tascodrugitas, hæresim XLVIII.

Prædictis rursus alia hæresis emergit, Phrygorum appellata, quæ illis contemporanea, & scriptis succcessit. Hi enim fuerunt circa annum decimumnonum Antonini Pii post Adrianum. Sed & Marcion & Tatianus, & qui ipsi successerunt Encratitarum temporibus Adriani fuerunt, & post Adrianum. Hi equidem Phryges, sive Phrygæ appellati, suscipiunt totam scripturam, veteris ac nouum Testamentum, & mortuorum resurrectionem similiter fatentur. Verum Montanum quendam prophetam habere se iactant, Priscillam ac Maximillam prophetissas, quibus addicti mente peruersi sunt. De Patre autem & Filio ac Spiritu similiter sentiunt, velut sancta catholica Ecclesia. Dissecerunt autem seiplos, & addicti sunt spiritibus erroris, & doctrinis dæmonum, dicentes: Oporteret nos, inquit, etiam dona gratiarum suscipere, & sancta Dei Ecclesia similiter dona suscipit. Verum quæ verè dona sunt, & Ecclesiæ Dei sanctæ per Spiritum sanctum approbata, itemque per prophetas & Apostolos, ac ipsum Dominum quum Ioannes apostolus ita in epistola dicat: Probare spiritus an sint ex Deo. Et rursus, Audiuitis quoddam antichristum venierit, & nunc antichristi multi sunt. Ex nobis processerunt, sed non erant ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, mansissent vti que nobiscum. Sed vt cognoscantur quod non sint ex nobis, ea gratia scribo vobis, filii, &c. Reuera igitur non sunt ex ipsis sanctis, excesserunt enim ab ipsis per suam contentionem, & addicti spiritibus erroris ac fabulosis. Ecce enim ex ipso argumento redarguitur, non potentes explere sua, in contentione promissa. Si enim oportet dona suscipere, & opus est in Ecclesia donis, cur non amplius post Montanum & Priscillam ac Maximillam habent prophetas? Nunc cessauit gratia? Non cessat autem gratia in sancta Ecclesia, absit. Si verò vsque ad tempus aliquod vaticinati sunt, qui prophetæ fuerunt, & non amplius vaticinantur: ergo neque Priscilla, neque Maximilla vaticinate sunt, post prophetias per sanctos Apostolos in sancta Ecclesia probatas. Itaque secundum duos modos ipsorum dementia redarguetur. Aut enim ostendent esse prophetas post Maximillam, vt ne cesset ea quæ apud ipsos gratia appellatur: Aut Maximilla falsa prophetissa comperietur, post terminum prophetarum donorum aucta non à Spiritu sancto, sed à dæmonis erroris afflari, & audientes ipsam decipere. Et quomodo ex his quæ ab ipsa dicuntur, confutatio ipsius emergat, dicam. Dicit enim Maximilla ab ipsis appellata prophetissa: Post me prophetissa non amplius erit, sed consummatio. Ecce quomodo vndique apparet spiritus erroris. Quæcunque enim prophetæ dixerunt, & cum intelligentia consequenter loquuti sunt, & perfecta sunt quæ ab ipsis dicta sunt, & adhuc implentur. Hæc verò dixit, post ipsam esse consummationem: & nondum consummata sunt, maximè quum tot Reges postea fuerint, & tantum tempus transierit. Anni enim iam sunt, ab eo tempore plus minus quæcenti nonaginta, vsque ad nostrum tempus duodecimi anni Valentini & Valentis ac Gratiani regni, & nondum est consummatio iuxta illam quæ seipsam nominauit prophetissam, quum ne diem quidem obitus sui nouerit. Et videre est quomodo omnes qui seiplos à veritate abalienarunt, non in aliqua stabilitate doctrinæ permanferunt, sed velut pueri à semper seducente serpente decepti, in perditionem seiplos exposuerunt, & vt pabulum lupi facti sunt, & ex ouili rapiti ac distracti sunt, atque sic perierunt, non tenentes principatum, sed relinquentes veritatem, seiplos in naufragium et tempestatem omnis erroris immiserunt. Si enim dicit Maximilla, quod propheta non amplius erit, ergo tollit quod sit apud ipsos donum, et hucusque feratur. Si verò vsque ad ipsam quidem, velut dixi, donum fuit: ergo etiam ipsa donorum particeps non fuit: nam errauit. Ob signauit enim Dominus Ecclesiam, et impleuit ipsi dona. Quando enim opus erat prophetis, in spiritu vero, et mente sana, et intelligentiam habente, sancti ipsius omnia præuaticinati sunt, impleti Spiritu sancto iuxta proportionem donorum ex spiritu vnicuique datorum et pro fidei portione, ad utilitatem. Quid igitur vile hi dixerunt aut quid correspondens fidei? Quomodo verò non potius hi sunt de quibus dixit Dominus, Attendite à falsis prophetis qui veniunt ad vos in indumentis ouium, intus verò sunt lupi rapaces. Comparantes enim ea quæ ab ipsis dicta sunt et quæ in veteri ac nouo Testamento in veritate, sunt, et in veritate facta sunt ac prædicta probabimus qualis prophetia existit, et qualis falsa prophetia. Propheta cum constanti ratione ac intelligentia loquebatur, et dicebat ex Spiritu sancto, omnia sana mente ac corpore dicens: Sic Moses seruus Dei, fidelis in domo, et quum videret, dicebatur Propheta in veteri Testamento. Et visio, inquit, quam vidit Esaias, filius Amos propheta. Vidi, inquit, Dominum sedentem in throno alto et elato. Et vidi Seraphim ac Cherubim, et audiui vocem Domini dicentem ad me: Vade, dic populo huic, Auri bus audietis et non intelligetis, et videntes videbitis et non videbitis. et quum audissem à Domino, digressus ad populum dixi: Hæc dicit Dominus: Nē ne vides quod intelligentis est hic sermo, et non mente moti, neque vt à mente percussa vox reddebatur? Similiter autem et Iezechiel sanctus et propheta, audiens à Domino, Fac tibi panes de stercore humano dixit, Nequaquam Domine, nunquam inquinatum et immundum ingressum est in os meum. Quum enim cognosceret propter minas fieri hunc sermonem à Domino ad ipsum, non velut mente motus ferebatur, et hoc facere aggrediebatur, sed sanam et intelligentem habens mentem dicebat, Nequaquam Domine. Hæc enim reuera sunt prophetarum in sancto Spiritu sanam mentem habentium, et doctrinam et sermonem. Daniel verò, nonne Sani prophetarum omnium intelligentia plenus reperitur? Et cōsiliarium intelligens: qui enigmata Nabuchodonosor soluit, et quæ ille per somnia vidit, hic suggerebat, et aberrat ab ipso qui viderat, et solutionem statim inferrebat, sano statu et excellentia doni, ampliore prudentiam habens super omnem hominem, eo quod donum sancti spiritus reuera prophetam erudiebat, et eos qui per prophetam doctrina veritatis digni fiebāt. Cæterum quæ hi profitentur se vaticinari, ea neque stabili mente facere videntur, neque intelligē- riam sermonis habentes. Obliqua enim apud ipsos sunt verba, et intorta, et nullam rectitudinem habentia. Statim enim Montanus dicit: Ecce homo velut lyra, et ego volo velut plectrum. homo dormit, qualis.

Hæresis Phrygorum. Phrygæ. Phrygæ. Phryges. Montanus propheta Priscilla ac Maximilla propheta. Inquisitio de veritate verorū donorum. Antichristi quales. In Ecclesia catholica vera dona Dei. Spiritus erroris vnde dignoscatur. Epiphania secunda. Finis eorum qui se abalienarunt à veritate. Ob signauit ecclesiam suam Dominus. Propheta rum probatio. Sermo dei conuiuatorius. Sani prophetarum sermones. Montani propheta qualis.

& ego vigilo. Ecce Dominus est qui extasi emouet corda hominum, & qui dat corda hominibus. Qui igitur ex his qui intelligunt, & cum prudentia vtilitatis doctrinam suscipiunt, & suis ipsorum vitæ curam gerunt, non condemnabit talem adulteratam doctrinam, & sermonem eius quæ iactat seipsum inter prophetas recenseri: cum non possit similia prophetis dicere. Neque enim Spiritus sanctus loquutus est in ipso, nam dicere, Volo velut plectrum, & vigilo, & extasi emouet Dominus corda: mente moti verba sunt, & non intelligentis, sed alium characterem ostenduntis præter eum qui est Spiritus sanctus, qui in prophetis loquutus est. Si verò mendacium veritati applicare voluerint, & ignorare mentem sinceritatis curam habentem, & sibi ipsis coacervare sermones per quos errorem suum fucunt: similem quendam affectum producent, ab eo quod sancta Scriptura dixit: Immisit Deus soporem & extasim in Adam, & dormiuit. Et non amplius simile est hoc illi. Non enim & hic corpus formaturus erat Deus ut ideo extasim immisisset, quo similia inferret, propter excellentem benignitatem. Nam ipsi Adam in duxit extasim somni, non extasim & emotionem mentis. Extasis autem iuxta multas differentias modum habet. Dicitur enim extasis stupor ob excellentiam admirationis. Dicitur & extasis infania, eo quod à proposito emoueat. Verum illa somni extasis, hoc est, sopor, iuxta alium modum dicitur, iuxta naturalem actionem, maximè eo quod profundissimè sancto Adâ in ductus esset, qui manu Dei formatus erat. Reuera enim videre licet, quod merito hanc extasim diuina Scriptura posuit. Nam dum dormit homo, transferuntur omnes sensus ad quietem conuersi. Velut verbis gratia, vis visua si adest, non videt: cõclusi enim sunt oculi. Quiescit motorius in homine spiritus, siue anima. Si graue oclentia aut gratia odor est in domo, etiam si adsit olfactus sensus, non sentit: emorus est enim talis sensus, ad quietem conuersus. Si amari aut falsi aut dulces humores sint in ore, gustus non percipit: nam in quietis extasi ac sapore iacet non operans, quod in vigilia operabatur. Auditis adest: sed cessat vis audiendi in sensu & sæpe loquentes in domo, nisi expergerit homo, non audit quæ dicant, eo quod discesserit actio ad rempus. Si animalia quædam percurrant per nostrum corpus, non sentimus ipsorum circa corpus nostrum contactum, nisi grauius nos impendant: ita toto corporis organo propter somni quietem ab actione moti. Nam quum organum naturæ sit terræ, & animæ circumdatum, eo quod sic ex Deo vitia nobis contigerunt, datur somno tempus, qui ipsum ab efficaciissimo sensu ad transitum quietis transfert. Ipsa verò anima à principali actione ac prudentia non emouetur. Sæpe enim imaginatur, velut in vigiliis, & obambulat, & operatur, & pontum penetrat, & plura ac maiora his per somnia speculatur. Non tamen in desipiente & in extasi posito, ac mente moti homine, qui corpore & anima vigilans horrenda tractat, & sæpe seipsum et alios malè accipit. Ignorat enim quæ loquitur ac facit: nam qui in extasi mentis ac desipientia talis existit. Hæc autem omnia à charissimis, necessariò collegimus, ob id quod dictum est, Immisit Deus extasim siue soporem in Adam, & dormiuit: vt differentias modorum extasis explicaremus. Et dixit ob quam causam illic à Domino extasis dicta est somni participatio: nimirum propter Dei indulgentiam & benignitatem, quam omnibus quidem hominibus idem largitus est vt transferatur homo à cura in quietem somni & negotiorum vitæ. Verum illic amplius illam extasim vocauit, eo quod fecerit ipsum ad tempus non sentitæ dolorem, propterea quod accepturus erat costam ab ipso, & ipsam formaturus ei in vxorem. At non erat mentis extasis, ac intelligentiæ emotio. Statim enim vt surrexit, agnouit & dixit: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea. Hæc vocabitur mulier, quoniam ex viro ipsius hæc sumpta est. Nouit enim, velut vides, & prima & præsentia, & vaticinatur de futuris. Ecce enim, agnouit prima, quando erat in somno, dicens: Hoc nunc os ex ossibus meis. Et agnouit præsentia, postquam facta esset mulier agnoscens ipsam de corpore sublaratam. Et vaticinatur est futura: nimirum, Ea gratia relinquet homo patrem suum & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carnem vnā. Hæc autem non sunt viti mentis moti, neque intelligentia priuati, sed sanam mentem habentis. Si verò etiam de illo, Ego dixi in extasi mea, omnis homo mendax, dicendum est: alia rursus hæc facultas est, non velut desipientis alicuius ac mente moti hominis, Absit: sed valde admirantis & cogitantis de his, quæ secundum consuetudinem cogitationum moderatè videntur atque fiunt. Quandoquidem enim admiratus est propheta, propter admirationem hic id dicit. Fuerunt etiam propheta in extasi, non in extasi rationis. Fuit item Petrus in extasi, non qui non intelligeret sermonem, sed qui videret alia quàm quæ per quotidianam consequentiam ab hominibus videntur. Videbat enim linteam demissum, & omnia quadrupeda ac reptilia, & volatilia cœli in ipso. Vide verò quod intelligit, & non erat in extasi ac emotione mentis sanctus Petrus. Quando enim audiuit, Surge, macta, et comede: non velut qui sanam mentem non haberet, persuasus est, sed ait ad Dominum, Nequaquam Domine, nunquam inquinatum aut immundum ingressum est in os meum. Et sanctus Dauid dixit, Omnis homo mendax. Qui verò dicit, Ego dixi: propriè dicit, et de hominibus dixit, quod mentiuntur, ergo ipse non mentiebatur. Verum stupens et admirans ipsius benignitatem, et quæ ipsi à Domino prædicata erant, admirabatur per excessum. Et videns omnem hominem egèrem misericordia Dei, soli Domino veritatem attribuit, omnem autem hominem sub pœna nouit, vt ostendat verum spiritum qui in prophetis loquutus est, et profunditates cognitionis ac certitudinis Dei ipsis reuelauit. Fuit præterea et Abraam in extasi, non in extasi mentis, sed in extasi ac percussione timoris: videbat enim ciliabum et lampades circa solis occasum. Sed et alii prophetae videntes visiones, mente sana dicebant: velut Moyses dicit, Timidus sum et tremens. Cognouit autem Abraam ea quæ à Domino dicebantur, Cognoscens cognosces quod semen tuum peregrinum erit in terra aliena ams quadrigentis. Et vides, quod omnia apud prophetas dicta in veritate videre datur, et in sana mente, et in sapienti ratione, et non in infania. Quod si rursus voluerint dicere,

Qualia non intelligentis verba.

Extasis quid significet. Somnatio.

Vis sensu in quo consistat.

Extasis à Deo immissa in Adam.

Præsentia Adam extasi soluta.

Duplex extasis.

Natura dei & hominis discrimen. Extasis Abrahæ vnde.

non

non similia esse prima dona postremis: vnde hoc demonstrare poterint? Similiter enim inter sancti Prophetae & Apostoli vaticinati sunt. Primum igitur ascendente Saluatore in cælum, quum vidissent duos in vestibus albis, non in infania ipsos viderunt, sed sana mente audierunt: Viri Galilæi quid statis intuentes in cælum? Huic I E S V S qui assumptus est de vobis in cælum, sic veniet, &c. Deinde verò etiam Petrus, velut dixi, videns & audiens, & respondens ac dicens, Nequaquam Domine: stabili mente erat. Agabus verò prophetans & cum admirabili habitu insinuans, dicebat. Accipite enim cingulo Pauli, & ligatis propriis pedibus ac manibus, sic inquit: Virum hunc cuius est hoc cingulum, ligabunt Iudæi, & abducent in Hierusalem. Sed & rursus Antiochiam venient: & denuntiabunt famem futuram per omnem orbem terrarum, & non intercedit ipse sermo: sed vt ostendat ipsos veros prophetas scriptura, statim infert, dicens: Quæ accidit sub Claudio Cæsare. Paulus verò sanctissimus Apostolus scriptura, dicit, Spiritus autem expressè dicit, In extremis diebus instabunt tempora difficilia, &c. Et rursus alibi, Discendent quidam à sana doctrina, additi seductoribus & doctrinis demonum prohibentium matrimonium contrahere, iudentium abstinere à cibus, quos Deus creauit in usum nostrum cum gratiarum actione. Quare palam ex proposito impletum est hoc ipsum in nobis, & similibus nobis. Pleraque enim harum sectarum matrimonium contrahere prohibent, & à cibus abstinere præcipiunt: non honestæ vitæ gratia exhortantes, non maioris virtutis gratia, & prætorum ac coronarum, sed abominabilia ea, quæ à Deo facta sunt, putantes. At verò sancta Ecclesia & virginitatem glorificat, & solitudinem ac castitatem & virginitatem laudat, & nuptias pudicas honorat & suscipit: scortationem verò & adulterium ac petulantiam interdicit. Vnde videre est sanctæ catholicæ Ecclesiæ characterem, & adulteros aliorum mores: quò probata sequentes ab omni errore & obliqua atque accliuu calle refugiamus. Dixi enim supra, velut à sancto Apostolo prædictum est, & rursus dico, quod munus nos, & characterem sanctæ Ecclesiæ ab hæreticorum errore diuidens, dixerit, quod auerter ea quæ ex Deo bene ordinata sunt interdicentes leges ferunt: de quibusdam prohibentibus matrimonium contrahere, & præcipientibus abstinere à cibus, verba faciens. Etenim cum modestia quadam Deus verbum in Euangelio dixit, Vis perfectus esse: misericordiam exhibens hominum formationi ac debilitati. Et gaudet quidem his qui approbatum Dei cultum præstare possunt, & virginitatem ac castitatem & continentiam exercere deligunt. Verum vnas nuptias honorat, etiam si maximè sacerdotij dona per eos qui ab vnis etiam nuptiis se continuerunt, & in virginitate vitam degunt, se ornasse præexpressit, velut etiam Apostoli ipsius ecclesiasticam sacerdotij regulam ordinatè ac sanctè constituerunt. Si verò quis per debilitatem opus habuerit post primæ vxoris obitum, secundas nuptias contrahere: hunc ipsum veritatis regula non interdicit, hoc est, eum qui non sit sacerdos. Hi verò prohibent, iuxta id quod dictum est, Prohibentium contrahere matrimonium. Reiciunt enim secundis nuptiis coniunctum, & cogunt secundis nuptiis non copulari. Nos verò non necessitatem imponimus, verum cum bono consilio admoneamus, exhortantes eum qui potest. Non autem necessitatem imponimus non potenti, neque reiciamus ipsum à vita. Sanctum enim verbum omnibus prædicauit, vt debilius infirmitatem portemus, velut etiam ipse sanctus Apostolus dicere comperitur, & tales redarguerent qui non sunt eiusdem doni: Iuniores, inquit, viduas reice. Postquam enim inordinatè se gesserunt contra C H R I S T V M, nubere volunt, habentes iudicium, quòd primam fidem reiecerunt. Quæ enim promiserunt, & reprobauerunt iudicium habent. Quæ verò non promiserunt, sed coniunctæ sunt propter debilitatem, iudicium non habent. Si verò etiam iudicium siue condemnationem habituræ essent, quomodo dixisset, nubant, domum gubernent? Omnis itaque qui prophetat, intelligens comperitur, tum in veteri, tum in nouo Testamento. Sic etiam sanctus Ioannes in Apocalypsi dixit: Hæc reuelauit Dominus seruis suis, per seruum suum Ioannem. Et, Hæc dicit Dominus: Qui hæc dixit, sanam mentem habuit & intellexit. Ecce igitur hæc dicit Dominus, & Visio quam vidit. At Montanus hic iactat qui seipsum esse prophetam, & seduxit eos qui ab ipso decepti sunt, inconstantia secundum diuinas scripturas narrat. Dicit enim in sua appellata prophetia, Quid dicis eum qui super hominem saluatur? Lucebit enim iustus, inquit, super solem centupliciter. Parui verò qui inter vos saluantur, lucebunt super lunam centupliciter. Ceterum Dominus redarguit hunc, habens potestatem donandi vt luceant facies sanctorum, & qui illustrauit faciem Moysis, & qui immutauit sanctos in sua sancta resurrectione, eos qui seminatur in ignominia, & resurgunt in gloria. Non alia corpora præter quæ iam sunt, sed ipsa quæ iam sunt resurgunt tota, accipiuntque gloriam ab ipso post resurrectionem, ab ipso qui gloriam largè sanctis suis exhibet: habet enim dandi potestatem ac largiendi, velut Deus ac Dominus. Quum habeat autem potestatem largiendi, non promissit secundum Montanum, sed dicit, Lucebunt vestræ facies velut sol. Si itaque qui habet potestatem, & verè herus est ac Dominus noster I E S V S C H R I S T V S dicit quod facies iustorum lucebunt velut sol: quomodo Montanus amplius promittit centupliciter? Ergo potius similis est illi, qui promissit Eue, & dixit, Eritis sicut Dei: et ab ea quam habebat ipsa vnà cum Adam gloria atque Paradisi voluptate, preparauit vt eiicerentur, & in corruptionem mortis deferrentur. Insuper verò apponit idem Montanus sic dicens, Ego Dominus Deus omnipotens, conuersans in homine. Rectè igitur diuina scriptura nos præmunet, & consequens doctrina nos admonuit, vt cognoscamus qualia sunt imitamenta alieni spiritus, & oppositiones aduersus veritatem. Statim enim vbi hoc dixit Montanus, suspicionem nobis præbuit,

Propheta quum vidisset duos in vestibus albis, non in infania ipsos viderunt, sed sana mente audierunt: Viri Galilæi quid statis intuentes in cælum?

Agabus propheta.

Propheta pauli.

Nuptiarum & virginitatis in Ecclesia ratio.

perfectio à Christo desinita.

Secundarum nuptiarum odore.

Omnia prophetas, intellegens.

Facies sanctorum post resurrectione quales fuerunt.

k ij

Spiritus sanctus alieni spiritus oppositio nes declarat. Signa spiritus sancti.

Veteres Chriſtum annuncia uerunt. Sequētes Chriſtum glorifica uerunt. Montanus se patrem dicit. Phrygias in Chriſtia nos impetuſ.

Maximilla dictum. Spiritus immundi ſeipſos ſubuerunt.

Simulata Spiritus sancti uerba.

Spiritus sancti appellatio nes.

Maximilla uerba blaſphemia.

Vocatio non coacta.

ut recordaremur eorum quæ à Domino dicta sunt. Sic enim Dominus in Euāgelio dicit: Ego ueni in nomine patris, & nō suscepistis me: Alius ueniet in proprio, & talē ſuſcipiet. Proinde penitus diſcors à diuiniſ ſcripturis hic inuenitur, uelut omnibus manifeſtum eſt qui attentē legunt. Si itaque diſcors eſt, alienus eſt à ſancta catholica Eccleſia. Et ſecta eius iactans ſe prophetas habere ac dona, ea non accepit, ſed ab his deſecit. Quis igitur intelligens auſus fuerit hos prophetas uocare, & non magis dixerit hos ſeductores eſſe? **C H R I S T V S** enim nos docuit, dicens, Spiritum paraclētum mittam uobis, & ſigna dāns, dicit, Ille me gloriſicauit. Et Dominus ruruſus **C H R I S T V S** Spiritum gloriſicauit, dicens ipſum eſſe ſpiritum ueritatis. Montanus autem ſeipſum ſolum gloriſicauit, & dicit eſſe patrē omnipotentem, & in homine inhabitare: ut uindictaque oſtendatur quōd non ipſe ſit, neque ab illo miſſus, neque qui ab illo accepit. In Domino enim uoluit totum complementum deitatis inhabitare corporaliter: & de complemento ipſus omnes prophetæ acceperunt, uelut ſanctus Ioannes dicit. Et uidetis quomodo omnes ueteres **C H R I S T V M** annunciauerunt, & qui poſt **C H R I S T V M** fuerunt, **C H R I S T V M** gloriſicauerunt, & ipſum confeſſi ſunt. Montanus uerō, intulit ſeipſum quēdam dicens, ut oſtendatur quōd neque eſt, neque ab ipſo miſſus eſt, neque ab ipſo accepit. Deinde rurſus inquit miſerrimus homuncio Montanus: Neque angelus, neque legatus, ſed ego Dominus Deus pater ueni. Hæc autem quum dicat, deprehenditur alienus eſſe, ut qui **C H R I S T V M** non gloriſicet, quem totum donum Eccleſiaſticum in ſancta Eccleſia in ueritate gloriſicauit. Inuenietur enim extra corpus Eccleſie eſſe, ac extra caput totius, & non tenere caput, ex quo totum corpus conſtrūctum augetur, uelut ſcriptum eſt. Dominus enim noſter **I E S V S C H R I S T V S** ſeipſum oſtendit quōd uerē filius ſit in ueritate. Montanus autem ſeipſum patrem dicit. Quomodo igitur **Montanus** ſeipſum dicit Phryges, qui contra nos hoſtes inſurrexiſtis, & in Chriſtianum cognomentum formati eſtis, barbarorum uerō pugnam ſuſcepisti, & Troianorum ac Phrygum hoſtilitatem imitari, quomodo creditiderimus uobis dicentibus, propter dona deſeciſſe ab Eccleſia? Non enim amplius dona fuerint quæ ſunt à donis aliena, & præter characterem à Domino promiſſum, uelut prophetæ ueſtri dicunt. Inductis nobis inſuper & Maximillam. Nam & nomina ueſtra euariata ſunt ac horrendiſſima, & neque molle quid ac dulce habent, ſed agreſte & barbaricum. Statim enim hæc Maximilla apud illos Phrygas quid dicat, ſi filii **C H R I S T I** audite. Me ne audite, ſed Chriſtū audite, & in quibus Chriſtū gloriſicare uideret, aberrat. Si enim **C H R I S T I** fuiſſet, dixiſſet utique ſecūduſ ſanctos Apoſtolos, uelut unus quiſque dicit. Petrus quidem primus dicens, Nos ab ipſo audiuiſmus: & ipſe Dominus dicens, Qui uos audit me audit. Paulus uerō dicit, Imitatores mei eſtote, quem admodum ego Chriſti. Hæc autem uerum dicit mentiēſ, & non uolens. Recte autem dicit quum inquit, ſed **C H R I S T V M**. Saepenumero enim immundi ſpiritus coguntur ſeipſos ſubueitere, quōd non ſint ueritatis, & oſtendere Dominum ſuum uolentes & non uolentes propter neceſſitatem. Sicut puella quæ habebat ſpiritum Pythoniſ, dicebat, Hi homines Dei altiſſimi ſerui ſunt, & hoc, Quid ueniſti ante tempus torquere nos? nouimus te qui ſis, ſanctus Dei. Ita & hæc coacta dixit, ſe non audiendam eſſe, ſed **C H R I S T V M**. Quomodo igitur hi, qui hoc ab ipſa audiuerunt, & ipſi crediderunt, ipſam audire uolunt? quum ab ipſa didicerint, non ipſam audiendam eſſe, ſed Dominum. Nam quum uerē terrena ipſa loqueretur, ſi aſſuiſſet ipſis prudentia, non debuiffent ipſam audire. Et ne dix eris, quod intelligebat. Non enim intelligentia præditi eſt docere, & ſeipſum ſubueitere. Si enim omnino dicit, Ne audite me, qualis erat ſpiritus qui loquebatur in ipſa? Si ipſa dixit, aut homo, ergo non erat in ſpiritu ſancto. Quæ enim dicit, Me ne audiatis, humanum quid nimirum dixit, & non erat in ſpiritu ſancto. Quæ uerō non erat in ſpiritu ſancto ex ſupernis, ſed humanæ ſapientia erat, & nihil nouit, & non erat ſpiritus ſanctus, ſed ex humana ſapientia ſonabat, ac loquebatur. Si uerō in ſpiritu ſancto loquebatur ac uaticinabatur, qualis erat ſpiritus ſanctus qui dicebat, Me ne audite? Et multa eſt fraudis cæcitas, & magnus eſt Dei ſermo, qui per omnes modos non ad ſueſcit ad hoc, ut ſciamus quales ſunt ſpiritus, qui ex ſpiritu ſancto loquuti ſunt: aliquando ex perſona patris, aliquando ex perſona filii, aliquando ex perſona ſpiritus ſancti. Et ſi ſpiritus in Maximilla ſanctus fuiſſet, non interdixiſſet propria uerba. Unus enim eſt ſpiritus ſanctus, qui diuidit unicuique prout uult. Dicitur autem ſpiritus pietatis, & dicitur eſſe ſpiritus **C H R I S T I**, & ſpiritus à patre procedens, & à filio accipiens, non alienus à patre & filio exiſtens: Ergo non dixit, Ne audite me. Quæ enim **C H R I S T I** ſunt, ſpiritus loquitur, & **C H R I S T V S** ſpiritus mittit: & in ſpiritu ſancto eiicit dæmonia: Et Dominus quæ patris ſunt, dicit: Et pater filium ſanctiſicauit, et in mundum demiffit, ut cognofciant ipſum et gloriſicent, quem admodum gloriſicant patrem. Et corrui per omnes modos ſententia ab alienantium ſe à **C H R I S T I** conſequentia. Dicit porro rurſum eadē Maximilla ipſa intelligentiæ ac doctrinæ cognitio, ut per ludibrium dicam: Miſſe me Dominus huius laboris et promiſſionis ac ſcederis indicatricem electam, interpretem coactam, ut uolentem et non uolentem contingat diſcere cognitionem Dei. Conſideremus igitur uirgines noſtre ſtabile fundamentum, et uiam Lucis, ſi chariſſimi, et ne fallamur per ſermones contrarios, et per coris à ſpiritu alieni. Videte enim hîc cum, qui ſic loquutus eſt, coactum ſe dixiſſe, non uoluntaria mente. At Dominus noſter non inuitus uenit in mundum, neque ex neceſſitate à patre demiffus eſt, ſed ſimul cum patre habens ipſum uelle, et cum ſancto ſpiritu ipſum exhibere. Et ſimiliter cum habeat ipſum uelle cum patre, habet etiā ut nō eū neceſſitate hæc gratiā omnibus det, ſed propter excellētē erga homines benignitatē. Sic etiā quos uocauit, eū uolūtatis propoſito uocauit, nō neceſſitate immittēs, nō tormētū aliquod adhibēs. Dicit enim, Qui ſtitis uenite ad me. Et rurſus, Si quis uult uenire ad me, abneget

ſeipſum, & ſequatur me. Et per Eſaiam idem loquens, dixit, Si uolueritis & audieritis me. Et poſtea ut oſtenderet propheta, quis eſſet qui dicit, ait: Os Domini loquutum eſt hæc. Et uidetis omnibus modis horum ad diuinam ſcripturam diſſonantiam, & aliam ſuſpicionem ac opinionem præter fidem ac cōſequentiam Dei. Etenim Maximilla uolentes & non uolentes cogere dicit, ut etiam ex hoc ipſo dicto mendax uideatur. Neque enim uolentes docuit cognitionem Dei quam non nouit, neque non uolentes cogit. Non enim omnes in mundo nouerunt Maximillæ nomen, neque ſermonum ipſius ſonum. Et omnibus modis corrui horum erronea uerſuta, quæ non eſt ex ueritate Dei. Honorant autem tales etiam locum quendam deſertum in Phrygia, Pepuzam quondam appellatam ciuitatem, nunc autem ſolo adequatam. Et dicunt illuc deſcendiſſe ſupernam Hieruſalem. Unde eò abeuntes, myſteria quædam perficiunt in loco, & ſanctiſicant, uelut putant. Eſt enim hoc genus in Cappadocia ac Galatia, & in prædicta Phrygia: unde etiam Phrygorum, ſiue ſecundum Phrygas ſecta hæc appellatur. Sed & in Cilicia & in Conſtantinopoli plurimum uiget. Quò uerò nihil relinquamus ex his quæ ad nomen pertinent uniuſcuuſque ſecte: à nobis præiudicata, etiam de Taſcodrugitarum nominis appellacione rurſus dicemus. Eſt enim hoc nomen, aut in hac ipſa, aut in ſequenti Quintillianorum appellata. Ab his ipſis enim & hoc nomen proſciſciuit. Vocantur autem Taſcodrugitæ ob hanc cauſam. Taſcus apud ipſos perſica appellatur. Druggs uerò naſus, ſiue roſtrum appellatur. Et ab eo quod imponunt digitum ſuum, in dîcem appellatum, in naſum dum orant, triftitia nimirum ac uilronea iuſtitia gratia, ab aliquibus Taſcodrugitæ appellati ſunt, hoc eſt, Perſiconafati, aut perſiconoſtrati. In hac uerò hæreſi, aut in coniugata eius Quintillianorum, ſiue Priſcillianorum & Pepuzianorum appellata, horrendum ac nefarium quoddam opus fieri dicunt. Puerum enim quendam ualde infantem, in feſtiuitate quadam per totum corpus æreis aciculis compungentes, ſanguinem ipſius ſibi ipſis comparant, ad apparatum uidelicet ſacrificii. Sufficiunt autem nobis & quæ de hac diximus, ſi chariſſimi. Promiſimus eorum de uina quæ hæreſi, non inuidioſe nos dicturos eſſe, ſed quæ tum ex auditu, tum ex lectione eorum qui uerē de his prodiderunt, accepimus, tradituros eſſe: quòd nihil ſuperfluum ultra ea, quæ nouimus tradentes, ſub ſcientia eſſe non uideamur, uelut qui etiam ipſi inueniamus non recta, quæ contra homines dicamus, ſed in uitium incidamus, in quod etiam ipſi inciderunt ueritatem non dicentes, ſed prædicantes quæ non uiderunt, neque audiuerunt, neque uera ſancti ſpiritus doctrina acceperunt. Quando uerò omnia exacte, uelut dixi, recenſimus de uina quæ ſecta, ita ut malum quidem reuelauerimus ad correctionem eorum qui inciderunt, & ſubuerſionem fecerimus per diuinos ſermones & rectas rationes: curatio, ut ita dicam, pharmaco iuxta duplicem modum in Domino præparato, his quidem qui inciderunt, ut conualeſcant à morbo, & tanto dolore: his uerò qui non illapſi ſunt, ut præoccupatum, ut ita dicam, pharmacum habeant, ueritatis medicamentum exhibentes: quo etiam ipſi diſcipuli diſcipulorum Chriſti uocemur, & ipſius Saluatoris, corporum & animarum auxilioris, per uirtutem Chriſti ad ſequentes procedere conabimur, poſtquam ſanē uenenum & dentium ipſius hamiforme uirus, per lignum ueritatis crucis contriuimus. Eſt autem hæc hæreſis hæmorrho vipers ſimilis, cuius pernicies de uincto corpore commotorum ſanguinem effundit, & ſic mortem inducit. Hæc enim & Quintillianorum hæreſis hoc facit. Impubis enim pueri corpus compungit, & ſanguinem in uſum aufferit, ad ſacrorum nominis Chriſti inuentionem deceptos, ſeducens. Cæterum nos ad conſequentes per uirtutem Chriſti accedentes, ueritatem ipſius innocemus, quo uniuſcuuſque erroris uigiſis inueſtigatis, uiribusque eius deprehendiſtis ac conſutatis, Deo in omnibus conſucto more gratias agamus.

Contra Quintillianos, ſiue Pepuzianos, qui & Priſcilliani, quibus coniunguntur Artotyritæ, hæreſim xlii.

Quintilliani, qui & Pepuziani appellantur, Artotyritæque, ac Priſcilliani, iidem ſunt cum Phrygiis, & ex ipſis originem duxerunt: diuiduntur autem iuxta quendam modum. Tradunt enim hi Phryges, ſiue Priſcilliani, in Pepuza aut Quintillam, aut Priſcillam, non poſſum certè affirmare, uerum facium. Nam autem ex ipſis, in Pepuza dormiuſſe, & Chriſtum ad ipſam ueniſſe, conſiderauiffetque ipſi hoc modo, uelut illa deluſa dixit: In forma, inquit, mulieris formatus, in ueſte ſplendida uenit ad me Chriſtus, & immiſit in me ſapientiam, & reuelauit mihi hunc locum eſſe ſanctum, & huc Hieruſalem ex cælo deſcendiſſe. Quare etiam hucusque dicunt, inſitiat ſic quaſdam mulieres in eo loco, itēque uirtur. Duo mulieres hu- lieris hu- ſis hære- ſis reſtri- ces: Teſtimo- nijs ſcri- ptur quo- modo uir- tur. Muliero- Epſcopi. K iiij

Corruit que non ſunt ex charitate Taſcodrugitarum appellatio. Modus orandi Taſcodrugitarum. Pueri cō-punctio. Quararione de hæreſibus traſter. Pharmachi cōtra hæreſes duplex uſus. Hemorrhus ſerpens. Quintilliani, Pepuziani, Priſcilliani hæreſis 49. Hæreſis ſue Chriſtum authororem faciunt. Mulieres propheticæ uocantur. Duo mulieres hu- lieris hu- ſis hære- ſis reſtri- ces: Teſtimo- nijs ſcri- ptur quo- modo uir- tur. Muliero- Epſcopi.

AUTHORITAS enim IESU neque masculus, neque femina. Hæc sunt quæ de ipsis accepimus. Artoritas autem ipsos appellant, eò quòd in mysteriis suis apponunt panem & calicem, & sic mysteria sua qua se tuæ faciunt. Tota verò fraus hominum est in eo, quòd defecerunt à recta fide, & conuersi sunt ad desperationem, & ad differentias afflatipnum & actionum. De bacchantur enim semper mentes, veritatis anchoram non continentes, sed seipfos vento permittentes. Et si enim mulieres apud ipsos in Episcopatum ac presbyterium surrogantur, propter Euam, audiuit ea tamen Dominum dicentem: Ad virum tuum refugium tuum, & ipse tibi dominabitur. Latet item ipsos Apostolicus sermo: Mulieri non permitto loqui, neque autoritatem in virum habere. Et rursus: Non enim est vir ex muliere, sed mulier ex viro. Et Adàm non est deceptus, sed Eva prima decepta in transgressione fuit. Et ò multiplicem huius mundi errorem? Quare velut edentulum quid & dementiæ plenum, instar Strellionis, hanc heresim prætereuntes, ad sequentes, ò charissimi, procedam, Deo ad humilitatem nostram iuuandam, & promissionem nostram explendam, in auxilium inuocato.

Contra Tessařascæ decatitas, heresim. L.

Tessařascæ decatitas. **A**b his duabus sectis simul inter se permixtis, Phrygorum ac Quintillianorum, siue Priscillianorum emerit rursus mundo alia heresim, Tessařascæ decatitarum appellata: quos Quartadecimanos quidam appellant. Et hi quidem omnia habent velut Ecclesia. Aberant autem ab omnibus, eò quòd non consequentia & doctrinæ rituum attendunt, Iudaicis adhuc fabulis addicti, & neque æqualia ipsis docent. Non enim nouerunt quæ dicunt, neque de quibus affirmant. Semel enim in anno vnam dies tales contentiosè Pascharis agunt, & quidem quum de Patre & Filio ac Spiritu sancto benè & æqualiter sentiant, & prophetas suscipiant, & Apostolos atque Euangelistas, resurrexeruntque carnis similitur confiteantur, & futurum iudicium ac vitam æternam. Inciderunt autem & ipsi in errorem non vulgarem, vñ nimirum dicto in quo dixit lex: Maledictus qui non facit Pascha decima quarta die mensis. Alij verò ex ipsis eandem vnam diem agunt, & eandem vnam diem ieiunant, & mysteria perficiunt. Et sanè ex actis Pilati iactant, se veritatem comperisse, in quibus habetur Saluatorem die ante octauum Calendarum Aprilium, passum esse. Et in illa die volunt pascha agere, in quancunque incidit quarta decima lunæ. Qui verò in Cappadocia degunt, eandem vnam diem ante octauum calendarum Aprilis agunt. Et inter seipfos seditio est non vulgaris, quum alij decima quarta Lunæ, alij ante octauum Calendarum Aprilium idem faciant. Adhuc autem inuenimus acta Pilati, in quibus indicat, ante decimum quintum Calendarum Aprilium passionem CHRISTUM factam esse. Reuera autem, velut ex multa certitudine cognouimus, die ante decimam tertiam Calendarum Aprilium Saluatorem passum esse accepimus. Quidam die ante decimam Calendarum Aprilium asserunt. Sed & hi à proposito exciderunt. Vereor autem de his sermonem longius extendere. Nam multa sunt quæ dicere possumus. Nam vbi legislator Moses totam legem compleuit, negotio ex Deo accepto, in vltimo libro Deuteronomii omnes maledictiones ponit, non solum de Paschate, sed etiam de circumcissione, & decimatione, & oblationibus. Quare si vnam maledictionem effugerunt, in multas seipfos immiserunt. Comperientia enim maledicti, quum non circumcidantur: maledicti, non decimantes: & maledicti, non in Hierusalem offerentes. Et ò multos homines in multas nugas seipfos immittentes. Reuera enim prudens illud Ecclesiastæ dictum dicere licet, quod ex Spiritu sancto nobis promulgatum est: Deus fecit hominem rectum, ipsi verò inquisiuerunt sibi ipsi vias multas. Vnde enim non corruit ipsorum opinio? Primum enim si decima quarta die Pascha agunt, opus habent ouem accipere à decima, & ipsam seruare vsque ad decimam quartam, Et non amplius vna dies ieiunii erit, sed quinque decima, vnde decima, duodecima, decima tertia, decima quarta. Si verò ad vesperam immblatum fuerit pascha, eadem decima quarta illucescens, sed diebus perficiet in ieiunio, & non amplius vna erit ieiunii dies, & concidit ipsorum de vna die quæstio, quæ non vna aliqua est, habet enim primitiua extraria coniuncta. Et non modicum damnum in hoc negotio incurunt. Oportebat enim CHRIS TV M in decima quarta die immolari secundum legem, vt deficiat apud ipsos lumen, quod illuminat ipsos secundum legem, orto sole & lunæ splendorem velante. A decima quarta enim, & infra, luciditas lunæ perit: Sic & in lege à CHRIS TV aduentu ac passione, Iudaica synagoga obscurata est. Resplenduit autem Euangelium non dissoluta lege, sed impleta: non abolita figura, sed declarante veritate. Sic enim & in eo, quod in Hiericho fecerunt paschate, statim intulit diuina scriptura, dicens: Et comedebant in Galgalis, & defecit Manna: præconestans ipsis ac vaticinans diuina scriptura, quòd per passionem Domini, propter ipsorum abnegationem Dei, deficiat apud ipsos esus Euangelicus ac celestis, quòd Manna apud ipsos vocatum est. Cæterum sancta Dei Ecclesia vndique de sacra huius disciplinæ vtilitate connexionem colligens, à veritate non excidit. Vtitur enim non solum decima quarta, sed etiam septima, ordine septem sabbati dierum secundum circuitum reuoluto, vt secundum ea quòd à Domino facta sunt secundum exemplar, sit resurrectio & conuiuium. Et vtitur non solum decima quarta lunæ, sed etiam cursu solis: vt ne vno anno duo pascha facientes, in altero neque vnum pascha perficiamus. Quapropter obseruamus quidem decimam quartam, transgredimur autem æquinoctium, & ferimus in sanctam dominicam, finem complementi. Accipimus autem ouem à decima, nomen IESV per iota denarii notam agnoscens, vt ne lateat quid nos, de tota veritate vitalis huius pascharis, & Ecclesiastici ac veri negotii. Præteribo autem & hanc inflationem Beonis siue Physali serpentis, per CHRIS TV M virtutem signatus, & ad sequentes sectas mentem adhibebo.

Stellio.

Tessařascæ decatitas.

Quartadecimani hæresis.

error Tessařascæ decatitas.

Causa erroris eorum.

Maledictiones legis à morte complete.

Cur à reuerentia homo deficiat.

Tempus immolationis Agni paschalis.

Quando Euangelium resplenduit.

Manna quid sit. Pascharis in Ecclesia ratio.

Physalus, seu Beon serpens.

Deo pro consueto nostro more in auxilium inuocato.

Contra heresim que non suscipit Euangelium Ioannis, & Apocalypsim, quam dementiū & brutorum appellauerunt. L I.

Consequenter post has hæreses, Phrygias scilicet, & Quintilianos ac Tessařascæ decatitas, alia hæresis mundo exorta est, velut reptile debile, non potens resistere ad odorem dictamini, aut styra-cis, aut libanoridis, aut abrotoni, aut bituminis, aut thymiamatis, aut lapidis gagata, aut cornucerui. Dicunt enim hi, qui hæc in consuetudine habuerunt, & experientia cognouerunt, fugare has species, reptilia & venenum iaculantia. Et dictamnum quidam vocant, ab eo quòd medici hac vtuntur, ad parietium mulierum auxilium. Quare à nobis merito assimilatur Deo Verbo, qui ex supernis venit è caelstibus ex patre, sine tēpore & sine principio genitus. Dicit enim Solomon de insipiente & mala muliere, quòd odio habet doctrinam sinceram. Sic etiam hi firmam prædicationem odio habent, quum sint terreni, & coelestia auersantur. Vnde timete vocem sancti Spiritus dicentem, Vox Domini perficiens ceruos: eius videlicet, qui dixit seruis suis & Apostolis: Ecce dedi vobis potestatem calcandi studeas per serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici. Hæc enim erat vox quæ perficit ceruos, & data est immundum per sanctos Apostolos ac Euangelistas, vt conculcent contrarietatem diaboli. Ex quorum numero sanctus Ioannes acerrime instituit, ac redarguit vim erroneorum & serpentis formam habentium. At nihil possunt tales in arca. Iubetur enim sanctus Noë iuxta Domini verbum munire ipsam, velut inquit ad ipsum, Bitumine oblines ipsam intrinsecus ac forinsecus: vt ostēdat speciem sanctæ Dei Ecclesiæ, quæ bituminis vim habet fugantem horrenda & perniciosam reptiliformia dogmata. Vbi enim sufficit bitumen, non poterit stare serpens. Soporem enim his inducit ac torporem facit styra-cis suffitus, & deuitant huius odorem. Idem præstat & libanoridis facultas, contra ipsum serpentem producta, & supra latibulum ipsius exorta. Vbi enim CHRIS TV M ex affrictu nudum hominem prædicauit, Ebion & Cerinthus, & complices ipsorum, in Asia inquam, illic Spiritus sanctus produxit mūdo hanc sanctam herbam, siue fruticem fugantem serpentem, & diaboli tyrannidem destruentem. Illic enim sanctus Ioannes post ætatem senectam, iubetur à Spiritu sancto prædicare, & reflectere errantes in via, non coactè, sed ex voluntate, credentibus lucem Dei reuelans, quæ est in sancta Dei doctrina. Verum vsquequo extendo sermonem? Equidem qui manet vbi creuit abrotorum, illic nō amplius manet neque nidulatur serpens: Et vbi est vera Dei doctrina, illic non habebit domicilium reptiliformis doctrina, sed perit. Dicuntur itaque Alogi, id est bruti illi, & verbo carentes. Hanc enim appellationem ipsis impono. Ab hac enim die sic vocabuntur, & sic ipsis, ò charissimi, nomen imponimus, vt videlicet Alogi vocentur: habuerunt enim sectam, libros sancti Ioannis reiciitent. Quandoquidem enim Verbum non suscipiunt à Ioanne prædicatum, Alogi, id est sine Verbo appellabuntur. Quum itaque penitus alieni sint à verbi prædicatione, puritatem prædicationis veritatis negant, & neque Ioannis Euangelium, neque Apocalypsim admittunt. Et siquidem suscepissent Euangelium, Apocalypsim verò reieccissent: dixissemus vtique. Nunquid iuxta exactam rationem hoc faciunt, Apocryphum non admitteutes, propterea quæ in Apocalypsi profundè ac obscure dicta sunt? Quando verò non suscipiunt naturam libris à sancto Ioanne prædicatos, manifestum est omnibus, quod hi & similes hi sunt, de quibus sanctus Ioannes in catholicis epistolis dixit: Nouissimum tempus est, & audiuitis quòd Antichristus veniet, & nunc ecce Antichristi multi, & cætera. Prætereunt enim hi se vereri contradicere sancto Ioanni, eò quòd sciunt ipsum in numero Apostolorum esse, & à Domino dilectum, qui pro dignitate mysteria reuelauit, & supra pectus Domini recubuit: & ideo alio modo ipsa subuertere conantur. Dicunt enim non esse ipsa Ioannis, sed Cerinthi, & indigna esse ipsa Ecclesia, & ab ipsa statim aggressionem redarguntur, neque quæ dicunt intelligentes, neque ea de quibus affirmant. Quomodo enim erunt Cerinthi, quæ contra Cerinthum dicunt: Cerinthus enim recentem & nudum hominem CHRIS TV M habet. Ioannes autem semper existens, verbum prædicauit, & ex supernis venisse, ac incarnatum esse. Ab ipsa itaque aggressionem confutata est vana horum calumnia, quæ stultitia quædam est, & non intelligit vnde redarguitur. Videntur enim sibi etiam ipsi æqualiter nobiscum credere, quum autem non teneant certam prædicationem, per sanctum Ioannem nobis ex Deo traditam, comperientur redargui in his quæ ignorant, quomodo videlicet circa veritatis cognitionem se efferunt. Et si modo voluerint respicere & considerare, cognoscent. Nos enim doctrinas à sancto Spiritu memorabiliter & securè ac cerè existentes, non reiecerimus. Dicunt enim contra seipfos. Neque enim dixerim contra veritatem, quòd libri ipsius non concordent cum reliquis Apostolis. Videntur deinceps accusare sanctam & diuinitus inspiratam doctrinam. Et quid, inquit, dicit? In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, & Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius, gloriam velut vni geniti à patre, plenum gratia & veritate. Et statim Ioannes restatur ac vociferatur dicens: Hic est quem dixi vobis, & Hic est agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Et deinceps dicit: Et dixerunt ad ipsum qui audiuerunt, Rabbi vbi habitas? Et statim eodem loco, Postera die voluit exire in Galileam, & inuenit Philippum, & dicit ei IESVS, Sequere me. Et postea paulò vterius dicit: Et post tres dies nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & vocatus est IESVS ac discipuli eius ad nuptias. Et erat illic mater ipsius. At reliqui Euangelistæ dicunt, ipsum in deserto fuisse quadraginta diebus ac tentatum esse à diabolo, & nunc reuersum esse, & discipulos assumptum. Et non sciunt illi nulla intelligentia prædixi, quod

dementiū heresis.

Dictamni appellatio.

Odio habent prædicationem Vis verbi Domini.

Figura firmitatis Ecclesiæ.

Herba fugans serpentes.

Effectus vere doctrinæ.

Alogi cur dicit.

Apocalypsim reieccit.

Ioannis Euangelium, Cerinthi reieccit.

Contradictio Cerinthianorū.

Inspirata doctrina contemptus.

Euangelistarum cōsonantia.

Deo

Fruetus ex auditione Euangelii.

Matthæi Euangelii ratio.

Admonitio Angelii.

Prudens responsio B. Mariæ.

In Euagelio uultus uultus est pu-

giantia.

Causa redditur scripturis

Euangelii scripturæ.

Falsæ per suasiones Cerinthi & Ebionis.

Impudètia frõrè perfricuit.

Beatus Marcus scripsit post Beatum Matthæum.

Marcus Euangelii ratio.

B. Marcus à B. Petro reuocatus ad uiam rectam.

Inepta reprehensio hereticorum.

quod unicuique Euangelistæ curæ fuit, ut consonè loqueretur quæ ab aliis fuerunt dicta. Imò ut ab aliis relicta sic reuelaret. Non enim erat ipsorum uoluntas, sed ex Spiritu sancto doctrina ac consequentia. Si enim hunc reprehendere uolunt, discant quod alij tres non ab ipsa consequentia auspicati sunt. Matthæus enim primus incepit Euangelium annunciare. Huic enim erat commissum ac impositum, ut Euangelium prædicaret ab initio: uelut etiam in alia heresi de hoc per longum diximus. Neque uerò nobis molestum erit de iisdem rursus tractare, ad declarandam ueritatem, & erroneos illos confundendos. Hic itaque Matthæus Euangelium suscipere dignus iudicatur, & iustissimum hoc erat. Oportebat enim à multis peccatis conuersum & à telonio digressum, in exemplum nobis futurorum saluari, ab eo qui ob salutem generis humani uenit, ac dixit, Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad penitentiam: & ex telonio educto, atque ab iniquitate conuerso, salutis prædicationem exhiberi, quò ab ipso discerent homines aduentus benignitatem. Nam post remissionem peccatorum, largitus est ipsi etiam suscitationem mortuorum, & mundationem lepræ, & uirtutes sanationum, & uocationem demonum, ut non solum per uerbum persuaderet audientes, sed etiam per ipsum opus: ita ut prædicaret Euangelia perditis, quoniam inueniuntur per penitentiam: & lapsis, quòd resurgunt: & mortuis, quòd uiuificabuntur. Et hic quidem igitur Matthæus Hebraicis literis scribit Euangelium, & prædicat, & incipit non ab initio, sed recenset genealogiam ab Abraam, Abraam, inquit, genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob, & cætera, usque ad Ioseph & Mariam. Et ab initio ponit dicens: Liber generationis IESU CHRISTI filij Dauid: deinde inquit, Filij Abraam. Deinde progressus ad ipsum quæsitum, ait: IESU uerò CHRISTI natiuitas sic erat. Quum desolata esset mater eius Maria Ioseph, priusquam congressi essent, inuenta est in utero habens ex Spiritu sancto. Et quum Ioseph iustus esset, quærebat dimittere ipsam clanculum. Et ecce angelus Domini apparuit ipsi in somnis dicens: Ne dimittes uxorem tuam, quod enim in ipsa est, ex Spiritu sancto est. Ecce enim pariet filium, & uocabis nomen eius IESU. Hic saluum faciet populum suum à peccatis: & hoc, inquit, factum est, ut impleretur id quod dictum est à Domino per prophetam dicentem: Ecce uirgo in utero habebit, & c. Et excitatus, inquit, à somno Ioseph, sic fecit, & assumpsit uxorem suam, & non cognouit ipsam, donec peperisset filium suum primogenitum, & uocabit nomen eius IESU. Quum autem natus esset IESU, inquit, in Bethleem Iudææ, in diebus Herodis Regis, Ecce Magi ab oriente accesserunt Hierosolyma dicentes, Vbi est qui natus est Rex Iudæorum? uidimus enim stellam ipsius in oriente, & uenimus ut adoremus ipsum. Vbi igitur est negotium Zachariæ? Vbi ea quæ à Luca tractata sunt? Vbi uisio Angelij? Vbi prophetia Ioannis Baptistæ? Vbi Zachariæ obiurgatio? Vbi non potuisse ipsum loqui, donec facta essent quæ ab Angelo dicta fuerant? Vbi quæ à Gabriele ad uirginem dicta sunt? Vbi declaratio certitudinis Mariæ, quæ cum prudentia Angelo respondit, ac interrogauit dicens: Quomodo erit hoc, quoniam uirum non cognosco? Et pura illa narratio cum sinceritate, quod dixit ad ipsam: Spiritus sanctus super te ueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi? Quid igitur dicemus? Quandoquidem non annunciauit Matthæus quæ à Luca relata sunt: Ergo discors fuerit sanctus Matthæus à ueritate? Imò non. Vera dicit sanctus Lucas cum dixerit de primis à Matthæo non tractatis. Nonne unicuique diuinitus Deus, ut quatuor Euangelistæ debentes prædicare, inueniant singuli quod faciunt? & aliqua quidem consonè ac æqualiter prædicant, ut ostendantur ex eodem fonte procedere: aliqua uerò unicuique relicta alius narrauerit, qui accepit à Spiritu partem proportionis. Quid autem faciemus? quum Matthæus quidem prædicet in Bethleem Mariam peperisse, iuxta genealogias quæ sunt apud ipsum, ab Abraam & Dauid tradens CHRISTI in carnem aduentum, quomodo non reperitur sanctus Marcus hæc tradere, sed à negotio in Iordane introductionem Euangelij facit, & dicit, Initium Euangelij sicut scriptum est in Esaia propheta, Vox clamantis in deserto. Sic etiã quæ à sancto Ioanne tractata sunt, & in Spiritu sancto munita, se habent. Curam enim habuit, ut ne de sæpe iam prædicatis diceret, sed de necessariis ab aliis relictis. Vniuersa enim Euangelij doctrina talem modum habuit. Quum enim Matthæus prædicasset CHRISTUM genitum, & ex Spiritu sancto conceptum, & semine Dauid, & Abraam secundum carnem dispensatum: error quibusdam accidit, qui non intellexerunt: non Euangelista ipsi causa existente ut errarent, sed ipsorum erronea mente, ut declararent certitudinem eorum quæ ex Euangelista per malam opinionem excogitauerunt. Hinc enim Cerinthus & Ebion nudum hominem asserbant. Item Melitinus & Cleobius, siue Cleobulus, & Claudius, & Demas, & Hermogenes, qui dilexerunt hunc modum, & uia ueritatis reliquerunt. Cõtradictes enim discipulis illo tempore, ex genealogia secudum Abraam & Dauid suã dementiã cõfirmare conabantur: non rectè quidè putantes, uerò hinc occasione & pretextum uenientes. Cõtradixit enim ipsis sæpe ipse sanctus Ioannes, & comites ipsius Lucius, ac alij multi. Verum impudètia quæ frõrè suã perfricuit, sibi ipsi mala attrahere conata est. Statim porò post Matthæum insequutus est Marcus, iustus à sancto Petro Romæ Euangelij ædere: & ubi scripsisset, mittitur à sancto Petro in Aegyptiorum regionem. Hic autè vnus erat de septuaginta duobus, dispersis ob uerbum quod dixerat Dominus: Nisi quis ediderit meã carnem, & biberit meum sanguinem, non est me dignus: uelut euagelij uerba legètibz clarè indicatur: tamen per Petrum reuocatus, dignus eua dirimpleri spiritu sancto, & Euagelij tradere. Incipit autem inde prædicare, unde Spiritus ipsum iussit, initium faciès à decimo quinto anno Tiberij Cæsaris, post annos triginta à tractatione Matthæi. Quum autem esset secundus Euangelista, & non clarè de deductione Dei uerbi ex supernis indicasset, sed penitus quidem significanter, non tamen iuxta tantam claritatem: contigit prædictis iterum obtenebratio metis, ut non fierent digni illuminatione Euangelij, dicebantque, Ecce secundum Euangelium quod de CHRISTO significat, & nusquam ex supernis generationem dicit, sed ait, In Iordane descendit Spiritus super ipsum, & uox, Hic

Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est. Quando uerò hæc sic in talibus stolidè fierent, cogit Spiritus sanctus, & compungit sanctum Lucam, uelut ab altissima profunditate, iuxta intelligentiam deceptorum proferre, & ab aliis relicta rursus adicere, ut ne quis erroneorum putaret fabulosè ipsum generationem enarrare, deinde sublimem sermonem facit. Verum propter exactam certitudinem tenuerit totam rem exponit, & ad confirmationem ueritatis, testes eos, qui ministri uerbi fuerunt introducit, dicens, Quandoquidem multi aggressi sunt, ut aliquos quidem aggressores ostenderent, Cerinthum inquam, & Merinthum, atque alios. Deinde dicit, Visum est & mihi consequenter, ubi peruessi gassem ex his qui ab initio ipsi uiderunt, ac ministri uerbi fuerunt, scribere tibi optime Theophile (siue sanè Theophilo cuidam tempore scribens, siue omni homini Deum diligenti) de eorum uerborum, in quibus instructus es, certitudine. Et in instructionem quidem præpositam dixit, ut iam ab aliis quidem instructus fuerit, non autem certò ab ipsis didicerit. Deinde certitudinem dicit, Erat in diebus Herodis regis, ex familia Abia pontificis, sacerdos quidam nomine Zacharias, & uxor ipsius ex familia Aaron, cui nomen Elizabet. Et incipit ante Matthæum. Matthæus enim indicauit triginta annorum tempus ab initio, Marcus uerò post triginta annos posuit negotium in Iordane factum in ueritate, similiter ut Matthæus & Lucas. Matthæus uerò à triginta annorum tempore, ante negotium baptismatis in Iordane, narrationem fecit. Lucas autem ante tempus priusquam conceptus esset Saluator in utero, à sex mensibus tempus indicauit, & rursus à nouem mensibus ac paucis diebus conceptionis Domini, ut sit uniuersum tempus annus vnus & triginta ac ultra. Narrat autem & pastorum, per angelos qui annunciuauerunt Dei uisionem. Et quod natus est in Bethleem, & fasciis in uoluitus in præsepiti, & octaua die circumcisus est, & in quadraginta diebus oblationes secundum legem pro ipso fecerunt, & quòd Simeon in uenas ipsum suscepit, & quòd Anna filia Phanuel confiteretur. Et quòd ex Nazareth abiit in Hierosolyma, uñ cum parentibus facientibus secundum legem. Quorum nihil tractatum est Matthæo, neque Marco, imò neque Ioanni. Unde etiam aliqui ex Græcis philosophis, Porphyrius inquam, & Celsus, & Philoabbatius ex Iudæis oriundus, horrendus ac fraudulentus serpens, & subuersor Euangelicæ tractationis molientes, sanctos Euangelistas accusant, animales ac carnales existentes, & secundum carnem militantes, & ad complacentiam Dei impotentes, & quæ spiritus existentibus, non intelligentes. Vnusquisque enim sermonibus ueritatis offensus, propter ignorantiam in ipso cæcitate, in hoc impingentes dixerunt, Quomodo potest eadem dies esse natiuitatis in Bethleem, & circumcissionem habere octaua die, & per quadraginta dies ad Hierosolyma ascensum, & ea quæ à Simeone & Anna in ipsum facta sunt? quando in nocte in qua natus est, apparuit ipsi, inquit, Angelus post Magorum aduentum qui uenerunt ut adorarent ipsum, & aperuerunt peras suas, & obtulerunt ipsi uelut dicit: Apparuit ipsi, inquit, Angelus dicens, Surge, accipe puerum & uxorem tuam, & abi in Aegyptum, & illic erat usquequo mortuus est Herodes: unde est quòd manserit, & octaua die circumcisus sit? Aut quomodo post quadraginta dies reperitur Lucas mentiens (sic dicunt, contra suum ipsum caput blasphemantes) quòd dicit: In quadraginta die obtulerunt ipsum in Hierusalem, & illuc in Nazareth? Et non nouerunt illi ignorantia occupati, sancti Spiritus ueritatem. Vnicuique enim Euangelista datum est, ut quæ in ueritate in singulis temporibus, temporumque momentis impleta sunt, enarrat. Et Matthæus quidem, ubi recensuit quòd natus est in Spiritu sancto, & quòd conceptus est sine semine uiri, nihil de circumcissione dixit, neque quicquam ex his quæ facta sunt circa ipsum ante duos annos: sed exponit aduentum Magorum, uelut attestatur nobis uera Dei doctrina, interrogante Herode à Magis tempus, declarabat ipsum exorta stellæ ac Magorum responsio, à duobus annis, ac infra: ut non sit hoc tempus, de quo Lucas tractauit. Verum Lucas ante duos annos facta narrat: Matthæus uerò ubi dixit natiuitatem, transiit ad biennale tempus, & in diebus quæ facta sunt post duos annos. Quapropter & Herodes animaduertens hoc, postquam reuersi essent Magi per aliam uiam, putauit in multitudine puerorum etiam ipsum natum inuentum iri, & cum ipsis occisum iri. Insuper enim omnes pueros in sinibus Bethleem occidi, à duobus annis, & infra, usque ad diem in qua Magi apud ipsum fuerant. Hinc uerò cui non apparet, quòd quando uenerunt Magi, duos annos puer natus erat? Nam & ipsa tractatio omnem certitudinem declarat. Lucas etenim dicit, fasciis in uoluitus natum esse puerum recens natum, & iacuisse in præsepiti & in spelunca, eò quòd non esset locus in diuerso forio: Erat enim tunc descriptio, & qui dispersi erant à tempore bellorum in Maccabæis factorum, per omnem terram dissipati erant, & pauci omnino manserunt in Bethleem habitantes. Quare in quodam exemplari Euangelistarum appellatur ciuitas Dauid, in alio uerò pagum ipsam uocant, eò quòd ad modicam terram deuenierit. Quando autem factum est edictum regis Augusti, & necesse habebant ut uenirent dispersi, ipsorum que genera, uenerunt ad locum ut describerentur affluentes populi multitudinis, & impleuerunt locum: & non erat locus in diuerso forio, propter frequentiam. Postea uerò facta descriptione, abiit unusquisque eò ubi habitationem habebat, quare & amplitudo in terra fuit. Proficiscentes autem memoria gratia eorum que illic facta fuerant, primo anno perfecto, & secundo impleto, uenerunt parentes illuc à Nazareth, uelut ad conuentum hunc: Quare & Magorum aduentus contigit circa talem casum, ita ut non æqualis fuerit tunc habitatio Mariæ & Ioseph, ei quæ apud Nazareth habebat: Deducebat, inquit, ipsos stella usque ad locum ubi erat puer, & ingressi in domum, inuenerunt puerum cum Maria: non amplius in præsepiti, non amplius in spelunca, sed in domo, ut cognosceretur ueritatis certitudo, & temporis duorum annorum spacium, ex quo

Lucæ euageliatio
Certitudo Euangelii B. Luca.
Varia Euangeliorum principia.
Philosophi Græci ex Euagelio listis offensæ.
Falsa imitatio gèria de historia natiuitatis Christi. Sine occasione offendentur heretici.
Temporis factorij que expliatur ratio.
Magorum aduentus quando.
Ex mutatione locorum colligitur aratit & factorum ueritas.

temporis circa christi natiuitatem ratio. Vniscuiusque uel euangelicia doctri-na certitudo. Inueterata Cerinthi perfrida. Ioseph qui uir fuerit.

Sanctis sancta sunt contenta in Euangelis.

Genealogia christi ratio apud B. Lucam. Lucas ubi pradicarit.

Ioannis euangelii ratio.

Cerinthi & Ebionis peruerse mentis deliramenta.

De ductio natiuitatis utriusque christi apud Ioannem

ex quo natus est donec accesserunt Magi. Et in illa nocte post duos natiuitatis annos, uisus est Ioseph angelus, & dixit ut assumeret puerum & matrem in terram Aegypti. Quapropter non amplius reflectit Ioseph in Nazareth, sed aufugit cum puero & matre in Aegyptum, & alios duos annos isthic transigit. Et sic rursus angelus post Herodis obitum reuertit iuber eundem in Iudæam. Tricesimo tertio enim anno Herodis nascitur christus Dominus. Tricesimo quarto uenerunt Magi. Tricesimo septimo mortuus est Herodes, & successit Archelaus filius ipsius in regnum, qui regnauit annis noue, uelut in aliis locis à me dictum est. Discessit igitur ubi audiuit de Archelao, & digressus habitauit in Nazareth, & illinc rursus quotannis ascendebat Hierosolyma. Vides quanta sit certitudo in diuinis Euangelis de uinaque re: Illi uero ignorantia ducti, occacata mente sua non nouerunt finem uiniuscuiusque sermonis, sed simpliciter contra sanctos efferunt os suum, & laxant linguam, nihil dicentes in ueritate, sed seipos à uia alienantes. Hinc igitur Lucas postquam exposuit prima, rursus dicit quomodo in duodecimo anno ascendit ad Hierosolyma: ut ne relinquat locum his qui putauerunt ipsum simpliciter uerum perfectum in mundo apparuisse, & in Iordanem ad Ioannem uenisse, uelut traditum est à Cerintho & Ebione, atque aliis. Horrendus enim serpens obliquè incedens, in una sententia permanet: uerum aliis quidem uidetur ex affricu ac semine uiri genitus esse, aliis uero simpliciter homo apparuisse. Quapropter exactè omnia exponentes sancti Euangelistæ, certam rationem persequuntur. Et Lucas ex natura uelut ab infernis ad superna erigens mentem, dicit: Erat autem iesus incipiens esse annorum ferme triginta, filius exiitens, uelut putabatur, Ioseph. At putari, non uerè, sed in loco quidem patris erat Ioseph, eò quòd sic Deo uisum fuit. Non autem erat pater, qui non ad Mariam coniunctionem habuit. Aut solum uir uocatus est, eò quòd desponsatus fuit, cum senex esset annorum plus minus octuaginta, & filios haberet sex, ex prima sua uera uxore: hanc autem solum propter desponsationem mysteri accepisset, uelut etiam alibi exactius de hoc recensui. Quomodo igitur is qui coniunctionem non habuit, pater ipse fuit, quòd impossibile est? At dices mihi, Quomodo igitur uir ipse uocatus est, si non hanc habuit? Ceterum qui de his ambigit, ignorat quæ sunt in lege, quòd nominatur uxor uiri, & siue uirgo fuerit, siue adhuc in domo patris existit, nomine solum talis uxor dicitur. Ea de causa sanctus angelus dicit: Ne timeas accipere uxorem tuam. Et ut ne quis putet errorem esse in Euangelis: admirandum enim est mysterium, & narratio super hominis captum: uerum solis filiis sancti Spiritus lenis est tota ac illuminata. Erat igitur annorum ferme triginta, uelut putabatur filius Ioseph, qui fuit filius Eli, qui fuit Mattha. Et subducit generationem ad Abraham, unde etiam Mattheus incepit. Transcendit autem Noë, & uenit ad Adam, ut eum qui primus formatus est quæri indicaret, per eum qui de massa ipsius uenit, hoc est, de sancta uirgine Maria. Uenit enim propter illum olim formatum, & propter eos qui ab ipso geniti sunt, uolentes uitam æternam possidere. Transgressus autem ipsum Adam, dicit, qui fuit Dei. Hinc ergo manifestatio facta est, quòd Dei quidem filius erat, uerum per semen Adam iuxta successionem in carne accessit. At rursus non habuerunt illuminationem erronei illi, sed contradixerunt sermoni, seipos seducentes super ueritatem. Dixerunt autem, Ecce tertium Euangelium id quòd est secundum Lucam: hoc enim demandatum fuit Lucæ, qui & ipse unus de septuaginta duobus ob sermonem Domini dissipatus fuit, uerum per sanctum Paulum rursus ad Dominum reflexit, qui & Euangelium prædicare commisit. Et prædicat quidem primum in Dalmatia ac Gallia, & in Italia ac Macedonia. Principium autem in Gallia fuit, uelut etiam de comitibus quibusdā ipsius, in epistolis suis idem sanctus dicit, Crisces, inquit, in Gallia. Non enim in Galatia, uelut quidam decepi putant, sed in Gallia legendum est. Uerum ad propositum deueniam. Cum protulerit Lucas genealogias ab imis ad superna, & in indicationem fecerit aduentus Dei uerbi ex supernis, simulque coniunxerit ipsum carnali ipsius dispensationi, ut auerteret ab erroneis ac seductis errorem: illi non intellexerunt. Quapropter cogit sanctus Spiritus Ioannem, recusantem Euangelium annuntiare ob merum & humilitatem, in senecta ipsius, post nonaginta annos uite eius, post reuersionem ipsius à Patmo, quæ facta est sub Claudio Cæsare, postquam multos annos in Asia transegeret, Euangelium exponere. Et non erat ipsi opus de incarnationis negotio per longum tractare. Iam enim munitus erat is locus. Sed uelut à tergo quòrundam incedens, & uidens ipsos ulterius progredientes, & ad asperiora seipos exponentes, & in auia ac spinosa, reuocare ipsos in rectam uiam cogitauit, & ipsi prædicare constituit, & dixit: Quid erratis: quòd uertimini? quòd seducimini tu Cerinthe & Ebion & alii? non est ita uerè putatis. Certè genitus est christus secundum carnem, manifestum id est. Ecce enim ipse confiteor, quòd uerbum caro factum est. At non ex quo caro factus est, putaueritis eundem esse. Non est enim à temporibus Mariæ solum, uelut unusquisque nostrum ex quo natus est, existit: uerum priusquam natus est, non est. At sanctus Deus uerbum filius Dei christus Dominus noster iesus, non est à temporibus Mariæ solum, neque à temporibus Ioseph solum, neque Eli, neque Leui, neque Zorobabel, neque Salatiel, neque Natan, neque Dauid, neque à Iacob, neque ab Isaac, neque à temporibus Adam, neque Noë, neque Abraham, neque à quinta die, neque à quarta, neque à tertia, neque à secunda, neque ab eo tempore ex quo cælum & terra facta sunt, neque à quo mundus fuit. Sed in principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quòd factum est, &c. Et, uerbum caro factum est, & habitauit inter nos, & uidimus ipsum. Deinde: Erat homo missus à Deo; cui nomen Ioannes. Hic uenit in testimonium, ut testaretur de luce, ut omnes crederent per ipsum. Non erat ille lux, sed ut testaretur de luce. Erat lux quæ illuminat omnem hominem uenientem in mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus ipsum non cognouit. In propria uenit, & sui ipsum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem

potestatem filios Dei fieri, qui non ex sanguinibus & carne, sed ex Deo nati sunt. Et, uerbum caro factum est, inquit, & habitauit inter nos. Ioannes testatur & clamat, dicens: Hic erat quem dixi uobis. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus. Et dicit: Non sum ego christus, sed uox clamantis in deserto. Et cum recenferet hæc omnia, dicit: Hæc in Bethabara facta sunt. In aliis uero exemplaribus, in Bethania habetur, trans Iordanem. Et postea ostendit, quòd dixerunt ipsi discipuli Ioannis, Rabbi ubi habitas? Ipse uero dixit, Venite & uidete. & abierunt, apud ipsum manserunt die illa: hora autem erat ferme decima. Erat Andreas frater Simonis Petri, unus ex duobus his qui secuti sunt ipsum. Reperit hic primus fratrem suum Simonem, & dicit ipsi: Inuenimus Messiam, quòd interpretaris christus. Hic duxit ipsum ad iesum. Intuitus autè ipsum iesus dixit: Tu es Simon, filius Iona, tu uocaberis Cephas, quod interpretaris Petrus, id est lapis. Postea die uoluit Iesus exire in Galilæam, & reperit Philippum, & dicit ipsi. Sequere me. Erat autè Philippus à Bethsaida, ex ciuitate Andreæ & Petri. Reperit Philippus Nathanael, & dicit ipsi: Quæ scripsit Moyses in lege, & prophete, inuenimus Iesum filiū Ioseph à Nazareth. Et dixit ipsi Nathanael, Ex Nazareth potest quid boni esse? Dicit ei Philippus: Ueni & uide. Cū autè uidisset Iesus Nathanael uenire ad ipsum, dicit de ipso: Ecce uerè Israelita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael, Unde me nosti? Respondet iesus, & dixit ei: Antequam uocaret te Philippus, cum esses sub ficu, uidebam te. Respondit ipsi Nathanael, & dixit: Rabbi, tu es filius Dei, tu rex es Israel. Respondit iesus, & dixit ipsi: Quia tibi dixi, uidebam te sub ficu credis: maiora his uidebis. Et dixit ei: Amen amen dico uobis, uidebitis cælum apertum, & angelos Dei ascendentes ac descendentes super filium hominis. Et tertia die nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ. &c. Ut ostendat post quadraginta dies tentationis, & post reditum ab ipsa tentatione, & profectionem ad Nazareth & Galilæam, uelut alii tres Euangelistæ dixerunt, rursus ad Iordanem ipsum uenisse: uelut etiam ex sermone Ioannis ostenditur, qui sic dixit: Quando uidit ipsum uenientem ad se postera die, dixit: Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi. Et rursus alia die uidit ipsum ambulantem, dixit: Hic est de quo dixi uobis, qui post me uenit, & ante me fuit, quia prior me erat. Et testificatus est inquit, Ioannes dicens: Uidi Spiritum in specie columbæ descendentem, & uenientem super ipsum. At uero mox, testificatus est: &, Hic est de quo dixi uobis: uelut iam de alio atque alio tempore præterito dicitur: ut ostendat non idem esse tempus hoc, illud baptismatis tempus, sed aliud præter illud. Neque enim statim à tentatione ad Ioannem peruenit, sed prius in Galilæam, deinde à Galilæa ad Iordanem, hoc est ad Ioannem. Quapropter dicit, Hic est de quo dixi uobis. Et Euangelium dicit, Et testificatus est Ioannes, uidi Spiritum descendentem: uelut iam ante aliquod tempus re illa facta. Post hæc principium uocationis Petri ab Andrea indicatur. Rediit enim ab ipso Andreas unus ex duobus qui secuti fuerant ipsum, & discipuli quidem Ioannis erant, adhuc autem in Galilæa manebant, & per tempus Ioanni operam dabant. Et statim ubi mansisset Andreas illa die, hora erat ferme decima, contigit ipsa die ut incidere ipse in fratrem suum Simonem, & diceret prædicta, nempe, Inuenimus Messiam, & adduceret ipsum ad Dominum, &c. Et uelut habet consequentia quòd dixit ipse, Tu uocaberis Cephas. Et postera die uoluit exire in Galilæam, & inuenit Philippum, & dicit ipsi iesus, Sequere me. Erat autem Philippus à Bethsaida, ex ciuitate Andreæ & Petri. Et uides quòd nobis cogitandum dat, ex eo quòd ex duobus qui secuti sunt, & Ioannis quidem discipuli fuerunt, unius nomen dixit, quòd uidelicet Andreas erat: alterius autem non dixit: hunc esse cuius nomen non dixit, propter eandem patriam, propter idem contubernium, propter eandem artem, propter idem opus, aut Ioannem, aut Iacobum, unum ex filiis Zebedæi. Oportebat enim hos primum uocari, postea Philippum, iuxta consequentiam, uelut locatum est in Euangelis: Petrus primus, deinde Andreas, deinde Iacobus, postea Ioannes, post hos Philippus. Uerum de his in præfens dicere sinamus: multa enim est huius rei consequentia. Ad id uero quòd quæritur, reflectemus, quòd considerandum est, quem ad modum discipuli Ioannis & eius disciplinae addicti, ubi similiter etiam apud iesum primam diem fuissent, sequenti digressi rursus piscaturæ uocabant, uelut reliquorum Euangeliorum consequentiæ habent. Postquam enim postera die exiuit iesus, statim consequentia dicit: Tertia die nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & erat illic mater iesus. Uocatus est autem & iesus, ac discipuli eius ad nuptias. Ex utrifque autem uerbis ac tractationibus exactè consideratis cognoscere datur, quòd etiam alios discipulos secum assumpsit, qui cum ipso manserant, fortassis ipsum Nathanael, & Philippum, & alios quosdam: nam Andreas, & qui cum ipso erant, secesserant. Qui uero apud ipsum manserunt, uocati sunt etiam ipsi ad nuptias. Et postquam fecisset hoc primum signum, digressus in partes Capharnaum, illic habitauit, Et deinceps signa illic incipit facere alia: quando eum qui aridam habebat manum, sanauit. Sed et socrum Petri, qui quidem à Bethsaida, uxorem autem à Capharnaum duxerat, cum procul distaret interuallo hi loci, Hanc à febre seruaui, & ipsa curata ministrabar. Quare hæc est consequentia. Et post hæc, ubi ipse rursus reuersus esset ad Nazareth, ubi educatus erat, tunc legit librum Esaiæ prophete, ipso de cetero præoccupante ipso, ac dicente: Omnino dicetis mihi parabolam. Medice cura te ipsum. Quæcunque audiuiuis signa facta in Capharnaum, fac et hic in patria tua. Et uides quomodo est ueritatis consequentia? Et non fecit, inquit, propter incredulitatem ipsorum quicquam. Et illinc digressus ad ciuitatem Capharnaum, isthic habitauit. Et digressus ad partes maris, uelut dicit Mattheus, uidit Simonem Petrum, et Andream fratrem ipsius mittentes retia: et rursus Iacobum et Ioannem filios Zebedæi, et perfecit ipsos uocauit, et abiecit de cetero retibus, secuti sunt ipsum. Lucas uero etiam certitudinem rei significat. Quapropter etiam secuti sunt de cetero immutabili sententia, et non differetes uocationem. Dicit autem: Ubi uenisset ipse ad stagnū Geneareth, uidit Simonem et Andream res

Diuersa lectio.

Inquisitio discipulorum à Ioanne Bap-tista. Vocatio B. Petri, & prædicatione Christi. Nathanaelis innocentia.

Ioannes Baptista de uero messia dicitur uerbis loquitur.

Testimonia de diuinitate Christi.

Andreas primus ad Christum accessus. Ubi uocatus à Philippo à Christi stio.

Ratio ordinis in uocatione apostolorum. Miraculum in Cana Galilæa.

Euangelice historia consequentia & oratio.

Prouerbiu quo est Christus.

cien res retia, & ascendit in nauem quæ erat Simonis, inquit, Petri & Andree. Hoc autem indicat, velut ipso iam noto inter ipsos existente. Quapropter etiam ob consuetudinem ipsam admiserunt, & vbi post vocacionem a- reriæ vestra. Illi vero dixerunt: Præceptor. Iam enim propter Ioannis testimonium, præceptorem ipsi vocabant: qui videlicet de ipso prius audierant, Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi: & pro- mysteria preica quod apud ipsam per diem mansissent, & postea abiissent, deinceps in captura piscium ipsam admittati sunt. Et Petrus dixit: Discede a me Domine, quia homo peccator sum. Fortassis enim & pœnitur, eo quod prius ipse vocatus esset, & ad pisces rediisset, ac quæstus piscaturæ. Ipse vero dixit, Ne metuas: cõfidete ipsi faciès, quod nõ reiectus sit, sed in vocatione manere possit, quia inquit, post hac homines capies. Quando etiam sodalibus qui erant in altera naui, annuierunt ut venirent in auxiliu capturæ. Erant tri causa sunt ipsum de discipulis Ioannis, ex quibus duobus alter erat Andreas, ita ut nobis cogitandum reli- probabi- quis. Quare penitus ostenditur, quod nulla obliquitas, neque contrarietas in sanctis Euangelis, neque in sanctis Euangelistis reperitur, sed omnia manifesta. Verum temporum sunt distantia. Hinc enim deinceps Petro & Ioanne cum suis, ipsi coniunctis & sequentibus, docebat per totam Galilæam ac Iudæam: & cum de cetero ampliaretur prædicatio, consequenter diuina signa perficiebat, ut sit omnino hæc consequentia. Primum quidem baptisatio ipso mensis Athyr, secundum Aegyptios, id est, Nouembris duodecima, ante sextum Iduum Nouembris hoc est, ante sexaginta dies plenæ diei aduentus, quæ est dies natiuitatis ipsius secundum carnem, velut habet testimonium Euangelii secundum Lucam: Erat autem I E S V S incipiens esse annorum ferme triginta, filius existens, velut putabatur Ioseph. Erat enim reuera annorum vigintinouem, & mensium decem, quando ad baptisum venit. Triginta quidem annorum, sed non plenus. Quapropter dicit, Incipiens esse annorum ferme triginta. Hinc quadraginta dies tentationis, & duæ hebdomades, aut paulo amplius in Nazareth, a diebus tentationis, & prima dies apud Ioannem, itemque secunda. Et rursus a Ioanne, prima & secunda, quando secutus est ipsum Andreas, deinde Simo Petrus, Et postera die, velut diximus, & consequentia Euã geli habet, Philippi vocatio ac Nathanael, & deinceps tertia die nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, post prædictos duos, quod primum signum est & complementum triginta annorum a natiuitate aduentus ipsius in carne. In ipsa enim die natiuitatis suæ secundum carnem, primum signum fecisse comperitur, mutata aquæ in vinum, cum expleuisset triginta annos, velut sepè dixi, a natiuitate & carnali doctrinæ, velut sepè dixi, & cogor sepè dicere, propter erroneos illos, qui sibi ipsi venantur quæ pertinent ad incredulitatem, & ad contradicendum sancto Spiritui, & admirabili Euangeliorum consequentia. Omnino enim aduersantes sancto Euangelio, tanta certitudo anteuerteret, quæ declarat quod a baptisate principium fuit reliquæ tractationis, quæ sic se habet: Post diem baptisatis quomodo fuerit in tentatione per dies quadraginta in deserto, Ioanni scribere non curæ fuit. Iam enim hoc per Euangelistas indicatum erat. Et rursus aliis Euangelistis de aliis scribere non fuit curæ, eo quod vni- quisque ab altero adiuuatur. & veritas ab omnibus collecta, vna quædam esse ostenditur, & sibi ipsi non contraria. Illic enim statim a tentatione, velut dixi, ad Nazareth venit, & manet isthic, quum non- dum aliquis discipulus cum ipso esset. Et illic descendit ad Ioannem, quando mox per Andream voca- tur Petrus, deinde Philippus, & per Philippum Nathanael. Neque verò de hoc quisquam ambigens cu- riosus perscrutetur, cum videat quod Andreas primus obuiam venit I E S V, deinde Petrus, & per ipsum vocatus est, neque hoc agrè ferre incipiat. Ocursus enim Andree primus contigit, cum mi- nor esset Petrus tempore ætatis. Postea enim rursus quando perfecta renunciatio facta est, a Petro facta est: ipse enim fratrem suum præcessit. Insuper autem & in hoc Deus est, qui nouit vocaciones cor- dium, & scit qui dignus sit primo loco locari, & elegit Petrum ut duos esset suorum discipulorum, ve- lut omnino clarè indicatum est. Postea verò venerunt illi ad ipsum, & prima die manserunt, velut di- ximus B. xi, secunda verò abierunt, Tertia autem die factum est primum diuinum signum, cum quidam discipu- li cum ipso essent: non Andreas, non Petrus, non Ioannes, non Iacobus. Consequenter venit in Ca- pharnaum, & hinc reuersus est rursus in Nazareth, & illinc rursus in Capharnaum, & fecit quandam miraculorum parrem, eius qui aridam manum habebat, & focus Petri curacionem, & reuersus est rur- sus in Nazareth, & legit librum Esaie. Et descendit rursus in Capharnaum, quando perfecta vocatio rã nonnul- ti discipu- tis. Herodis. et post fugã reuersus, permansit in Nazareth, et post Nazareth accepto baptisate, abiit in de- fertu. Et postea reflexit, & postquã reflexit incepit prædicare. At verò Euãgelii Ioãnis. inquit, menti- & christi ob facte sunt in Cana Galilææ. Et non meminerunt illi qui sibi ipsi insipientiam attrahunt, quod Ioannes postquam dixit, Et verbum caro factum est, dicit, Et habitauit inter nos, et pauca alia: statim dicit, Nuptiæ Herodem factæ sunt in Cana Galilææ. Et non meminerunt illi qui sibi ipsi insipientiam attrahunt, quod Ioannes postquam dixit, Et verbum caro factum est, dicit, Et habitauit inter nos: hoc est, homo factus est: et quod venit ad Ioannem Baptistam in Iordane, et baptisatus est ab ipso: cum Iohãnes Euangelista teste- tur,

Cõclusio de consen- su Euã- gelistarũ. Christus 7 Idus Nouem- bris bap- tizatus est. Chrono- graphia Christi ratio. Primum signum Christus natalis suo fecit.

Veritas vna ex cõ- plexu qua- tuor Euã- geliorum percipi- tur. Cur oc- currerit Christo primus B. xi, secunda verò abierunt, Tertia autem die factum est primum diuinum signum, cum quidam discipu- li cum ipso essent: non Andreas, non Petrus, non Ioannes, non Iacobus. Consequenter venit in Ca- pharnaum, & hinc reuersus est rursus in Nazareth, & illinc rursus in Capharnaum, & fecit quandam miraculorum parrem, eius qui aridam manum habebat, & focus Petri curacionem, & reuersus est rur- sus in Nazareth, & legit librum Esaie. Et descendit rursus in Capharnaum, quando perfecta vocatio rã nonnul- ti discipu- tis. Herodis. et post fugã reuersus, permansit in Nazareth, et post Nazareth accepto baptisate, abiit in de- fertu. Et postea reflexit, & postquã reflexit incepit prædicare. At verò Euãgelii Ioãnis. inquit, menti- & christi ob facte sunt in Cana Galilææ. Et non meminerunt illi qui sibi ipsi insipientiam attrahunt, quod Ioannes postquam dixit, Et verbum caro factum est, dicit, Et habitauit inter nos: hoc est, homo factus est: et quod venit ad Ioannem Baptistam in Iordane, et baptisatus est ab ipso: cum Iohãnes Euangelista teste- tur,

tur, quod post reditum a tentatione, Ioannes Baptista dixit, Hic est de quo dixi vobis. Et rursus: Vidi Spiritum descendentem in specie columbæ, & manentem super ipsum. & Hic est qui tollit peccatum mundi. Et vides quod nihil per obliuionem recenseret. Reliquit autem ea quæ a Matthæo sunt tractata. Non enim erat amplius illis opus, sed diuina enarratione, ad contradicendum his qui putant a Maria & huc vsque, с н р і s т v м ipsum vocari, & filium Dei nudum hominem, verum iuxta profes- tum peruenisse ad hoc, ut vocatus sit filius Dei. Quapropter necessarium curam gerit, & omnium quæ magna sunt & necessaria, & adhuc amplius eorum quæ sunt cœlestia, ex supernis dispensationem facit. Dicit autem Euangelium secundum Ioannem, quoniam non eadem dicit, interstatum ac indif- positum esse, & seipsum illud non suscipere: per omnia errantes, & mente cœcutientes. Nam cum qua- tus venerit beatus ille, qui primus quidem est, verum postremus secundum annos Euangelium annun- ciavit: quæ ante ipsum probè exposita erant, edere non curauit, sed his quæ dicta sunt ea quæ non sunt relata præponit. Matthæus enim incipit ab Abraam, post principium verò & post duos annos natiui- tatis rursus facit narrationem. Marcus verò incipit a decimoquinto anno Tiberij, a medietate post prin- cipium. Lucæ autem principium ante principium introduxit: id quod ante natiuitatem in conceptio- ne veteri Mariæ & Elizabeth factum est. Ioannes autem adhuc prius, cum postremus venisset, munit negocium quod ante carnealem aduentum erat. Spiritualia enim erant pleraque quæ ab ipso dicta sunt cum de carnalibus iam antè cautum esset. Quapropter spiritualiter narrationem facit, doni quod no- bis ex supernis a patre sine principio venit, & iuxta bonam voluntatem patris in sancta virgine, in vir- ginco vtero dispensatum est. Sed & reliqui æqualia his consonè tractantes, eorum quibus opus erat cu- ram habuerunt, Ioannes verò etiam priorum, quo ex quatuor Euãgelistis omnem & secundum carne- & secundum deitatem, certitudinem haberemus. Perfectis enim omnibus circa baptisum & circa tẽ- tationem suam, statim vbi venisset, & discipulos suscepisset, hoc primum signum fecit tertia die præ- dicationis in Cana Galilææ. Neque enim ante tentationem dicit с н р і s т v м ad nuptias ve- nisse. Neque enim omnino aliquid diuinum signum & prædicationem, ante tentationem с н р і s т v s fecit, nisi quæ de ipso cõtatur, quæ puer fecit velut per Iusu, velut quidã tradunt. Et oportebat reuera e- tiam pueriles actiones ipsum habere, vt ne occasione haberent reliquæ hæreses, dicentes, quod a Ior- dane venit Spiritus in ipsum, hoc est columba. Quapropter etiam in duodecimo anno clarè ostendit Lucas, quod disputans cum sacerdotibus ac senioribus ad Mariam dixit: An nesciebatis quod in his quæ patris mei vobis oportebat me esse? quod caderet sermo eorum qui dicunt, quod a tempore bap- tismatis descenderit in ipsum Spiritus sanctus, & vt cognoscatur manifestè, quod ex supernis aduenit Verbum, & incarnatum est ex Maria. & in Iordane descendit super ipsum Spiritus, vt indicetur quis sit cui testimonium præbetur a patre: nempe, Hic est filius meus dilectus, hunc audite: & vt fiat hoc exemplum volentibus in ipso illuminari, quod digni fiant Spiritu sancto in lauacro doni, & remissio- ne peccatorum per gratiam ab ipso datam. Ex quo verò perfecta diuina signa incepit facere in tem- pore prædicationis, hoc primum signum fecit I E S V S, inquit, in Cana Galilææ: non ante baptisum, ve- lut sepè dixi, sed quando rediit a tentatione, tertia die post duas quibus manserunt apud ipsum duo discipuli Ioannis, qui audiuerunt & secuti sunt ipsum. Quare statim post duos dies quibus fuerunt a- pud ipsum, inducit dicens: Et exiit in Galilæam, & inuenit Philippum, & dixit, Sequere me. Dein- de mox tertia die factæ sunt nuptiæ in Cana Galilææ. Oportebat enim ipsum digressum statim dum- sivebat nuptiæ in honorem suum vocari, in nuptiarum benedictionem, & dicit: Nuptiæ factæ sunt ter- tia die in Cana Galilææ, & mater I E S V S erat isthic. Vocatus est autem & I E S V S, ac discipuli e- ius cum ipso ad nuptias. & vbi defecisset vinum, dicit mater I E S V S, Vinum non habent. Et dicit I E S V S: Quid mihi & tibi curæ est mulier? Non dum venit hora mea. Nam postquam venisset ipse a tentatione, & transisset per mare & Iordanem, & professionem ad propria instituisset, digressus e- tiam vbi enutritus erat, ad matrem in Nazareth, & duos dies mansisset, de cetero festinus ad hominum sa- lutem, prædicationis curam habere incipit. Et mansit quidem duos dies, eo quod per tempus venisset habens secum discipulos quos iam assumpserat, vbi dimisisset duos qui ipsum secuti erant, vt statim in Galilæam exiret propter prædicationem, & opus diuini miraculi in nuptiis ediri. Vide enim mihi quo modo munitur sermo, quomodo Ioannes Baptista testatur, dicens, velut præterito iam sermone: Ego non noueram ipsum, sed qui misit me ad baptisandum, dixit mihi: Super quem videris Spiritum in specie columbæ descendentem, hic est. Nam Pater mittens Ioannem ad baptisandum, hoc signum ei dedit, vt vbi videret, agnosceret eum qui ex supernis demissus est in mundum: Saluatorem videlicet ac benefactorem animarum nostrarum. Subuertuntur itaque tales a veritate ac certitudine talium scrip- turarum, maxime ex concordantia quatuor Euangelistarum. Neque enim quis ex sana mente præditis reiecerit ea quæ a sancto Spiritu in sanctis Euangelistis exactè penitus sunt tractata. Accusant porrò iidem rursus sanctum Euangelistam, imò magis ipsum Euangelium, quod Ioannes, inquit, dixit de duobus pascha, quæ Saluator fecit. Alij verò Euangelista de vno pascha. Et non sciunt idiotæ illi, quod non solum duo pascha constiterit Euãgelium, sed duo quidem prima dicit, sed & ipsum in quo passus est Saluator, tria pascha eorum quæ in prædicatione tractata sunt. Statim enim a Iordane, velut Lucas dicit, erat I E S V S incipiens esse annorum ferme triginta, filius existens, velut putabatur, Ioseph, qui fuit filius Eli, & sic vterius. Nascitur etiam Saluator quadagesimo secundo anno Augusti regis Romanorum, qui sanè erat coniunctionis Romanorum ad Iudæos annus vigesimus nonus. Regnavit enim Augustus annis tredecim, priusquam Iudæi perfectè cum Romanis coniungerentur. Erat autem et ex quo Augustus regnavit, post annos quatuor regni ipsius, plus aut minus, amicitia quidem. Ro-

Testimo- nium spi- ritus san- cti de vero Agno. Euãgelii Ioãnis qui bº calum- nis impe- titum. Vtrãque natiuitatẽ descripsit B. Ioaº pro- pter cau- sam. Ante ten- tationem Christus non fecit signum. Pueritia Iesu. Factum Christi in duodeci- mo anno. Perfecta signa quã do fieri capta.

Ad nup- tias voca- tus Chris- tus. Gestorum Christi te- mor.

Signum B. Ioannis Baptista ad cognos- cendum messiam. Pascha duo apud Ioannem. Christus anno Au- gusti 42 natus.

manorum ad Iudæos, & auxilium societatis bellicæ mittebatur, & præfectus constituebatur, & partes tributorum in quinque annis plus aut minus, donec perfectè tradita est Iudæa, & plenissimè sub tributum redacta, cum defecissent principes ex Iuda, & Herodes ex gètibus constitutus esset, profelytus tamen & accessorius esset. Deinde Christo nato in Bethleem Iudææ, & ad prædicationem profeso, vbi defecissent vncti præfides, qui durauerant vsque ad Alexandrum præfidem, & Saalinam, que & Alexandra: hæc omnia perfecta sunt, initio accepto à natiuitate in Bethleem, quadagesimo secundo anno totius regni Augusti. Erat enim nonus annus à præfectura Antipatri patris Herodis, quando amicitia erat Romanorum erga Iudæos, & partes donorum, & quartus annus Herodis ab Augusto constituti. Post quartum verò annum Herodis, præfecturamque quinq; annorum plus aut minus Antipatri patris ipsius, de cætero tradita est Iudæa perfectè, vsque ad trigessimum tertium annum Herodis, & quadagesimum secundum annum Augusti: subiugataque tota Iudæa, velut dixi, postquam ipsa viginti nouem annis Romanis tributum pendisset, & postquam constitutus est præfectus sue procurator Antipater Herodis pater, & post ipsum Herodes rex in Iudæa constitutus est ab Augusto. Hæc autem facta sunt in consulatu Octauii Augusti decimotertio, & Silano consule: cui consulari successerunt subiecti Consulatus consequenter ad hunc modum:

- II. Lentuli & Pisonis iterum.
III. Lucii Cæsaris & Pauli.
III. Vinducij & Varij.
V. Lamie & Seruilij Nummij.
VI. Magni Pompeij & Valerij.
VII. Lepidi & Aruncij.
VII. Cæsaris & Capitonis.
IX. Cretici & Nerue.
X. Camilli & Quintiliani.
XI. Cameri & Sabini.
XII. Dolabelle & Syluani.
XIII. Lepidi & Tauri.
XIII. Flacci & Syluani.
XV. Duorum Sextorum.
XVI. Pompei Magni & Apulci.
XVII. Bruti & Flacci.
XVIII. Tauri & Lybonis.
XIX. Crassi & Rufi.
XX. Tiberij Cæsaris iterum, & Drusi Germanici iterum.
XXI. Syluani & Balbi.
XXII. Messalæ & Grati.
XXIII. Tiberij Cæsaris tertium, & Drusi Germanici tertium.
XXIV. Agrippæ & Balbi.
XXV. Pollionis & Veteris.
XXVI. Cerhegæ & Varij.
XXVII. Agrippæ iterum, & Lentuli Galbæ.
XXVIII. Getulici & Sabini.
XXIX. Crassi & Pisonis.
XXX. Syluani & Neruæ.

Et vides quod triginta annorum est tempus. Quapropter studium nobis fuit Consulatus exactè consequenter exponendi, vt legentes videant, quod non est aliquid in diuino veritatis dogmate adulteratum, sed omnia cū certitudine Ecclesiæ prædicata sunt. Quis enim enumeratis iuxta seriem consularibus, qui fallere non possunt, non condemnabit eos qui putant discordiam esse in numero annorum apud Euangelistas celebrato? propter hoc enim etiam corruerunt priores hærefes, quæ fabulose defeciperunt triginta secula, & ea que à triginta annis Saluatoris ab ipsis figuratè sunt tractata: quo nimirum possint seculorum ac principatum suorum describere fabulamentum. Comperitur enim trigessimotertio anno aduentus incarnationis suæ vnigenitus passus esse, cum passionis exors sit Deus verbū ex supernis, verum suscepta carne pro nobis pati suscepit, vt mortis contra nos chirographum destrueret. Nam post illum consulatum qui trigesimo ipse anno fuisse indicatus est, alius consulatus fuit duorum Geminorum appellatus, Deinde alius Rufi & Rubellionis. & sic in medio consulatu eo qui post Rubellionis consulatum successit, Vinnicij et Longini Cassij appellatus, patitur Saluator in die ante decimum tertium Calend. April. Et redarguitur horum omnium error, dum doctrina secundum veritatem clarè inuenitur. Quare non solum duorum temporum pascha circuitus in Euangelij habetur, sed etiam trium. Nato enim ipso circa Ianuarium mensē, hoc est, ante octauum Iduum Ianuarii, que est quinta Ianuarii mensis secundum Romanos: secundum Aegyptios, Tybi vndecima. Iuxta Syros siue Græcos, Audynæi sexta. Iuxta Cyprios siue Salaminios, quinti quinta. Iuxta Paphios, Iulii decimaquarta. Iuxta Arabas, Aleon vigesima prima. Iuxta Cappadoces, Atarta decimatertia. Iuxta Hebræos, Tibeth decimatertia. Iuxta Athonenses, Memaæterionis sexta. Pertransiit prædictos consulatus viginti nouem plenos. In trigesimo verò consulatu circa decimum mensē venit ad Ioannem, et baptisatus est in Iordane fluuio, trigesimo anno natiuitatis in carne, hoc est, secundum Aegyptios Athyr mensis duodecima, ante sextum Iduum Nouembrium. Iuxta Græcos, Dii mensis octaua. Iuxta Salaminios, qui et Cōstatiæ, tertij Choæc sexta. Iuxta Paphios, Apogonici dicimasexta. Iuxta Arabas, Angathal-baith 22. Iuxta Macedonas, Apellæi. 16. Iuxta Capadoces, A ratata decimaquinta. Iuxta Athenienses, Metagitionis septima. Iuxta Hebræos, Marefoua septima. Quemadmodū testimoniū præbet mihi Euageliu secundum Lucam, dicens: Erat iesus incipiens esse annorum ferme triginta, filius existens, velut putabatur esse, Ioseph, Et hinc ab Athyr mensis duodecima, prædicante ipso annum Domini acceptū, iuxta

Temporis vnctorum præfidum finis. Pater Herodis. Successio eorum qui rexerunt Iudæam. Nihil adulteratum in dogmate veritatis. Christus 33 anno passus aduentus sui passus est 13. Cal. April. Christus v. Ianuarii natus. Christus septimo Idus Nouemb baptisatus. Annus acceptus quid.

B

iuxta ea quæ in Esaiâ propheta prædicta sunt, nempe: Spiritus Domini super me, cuius gratia vnxit me, ad Euangelisandum pauperibus misit me, vt prædicem captiuis remissionem, & cæcis visum, vt prædicem annū Domini acceptū, & diè retributionis. Reuera enim prædicauit annū acceptū, hoc est, cui non contradicebatur. Primum enim annum post trigessimum annum aduentus sui carnalis prædicauit, & omnes ipsum suscipiebant, & neque Iudæi contradicebant, neque gentes, neque Samaritæ: sed omnes libenter ipsum audiebant. In quo anno ascendit ad Hierosolyma, postquam baptisatus fuit, & quadraginta dies temptationis peregit, & discipulos suos elegit, ita vt reflexerit à tentatione ad Iordanem, & penetrarit ad mare Tiberiadis, & hinc transierit in Nazaret, vnde videlicet ascendit Hierosolyma, & in medio festiuitatis clamabat, dicens: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Et sic abiit ad Nazareth, & in Samariam, & in partes Tyri. Et completo primo anno, rursus ascendit Hierosolyma, & deinceps quasiuerunt ipsum prehendere in festiuitate, & timerunt. In qua festiuitate dixit, Non ascendo ad festiuitatem hanc: non enim mentiebatur, abijt. In media enim festiuitate venit, inquit, & intrauit Hierosolyma, & dicebant: Nenne hic est quem quærebant prehendere, & ecce palam liberè loquitur: numquid didicerunt sacerdotes, quod hic est Christus? At nouimus hic vnde est. Mysticè enim & spiritua-liter loquente ipso ad fratres, non nouerant quid diceret. Dicebat enim ipsis, non ascensurum se esse in templum in illa festiuitate, neque in crucem, vt perficeret dispensationem passionis suæ, & mysterium salutis, & ex mortuis resurgeret, & in caelum ascenderet, que implebat omnia in propria sua potestate. Et post hæc completo biennij tempore, deinceps trigessimotertio anno suæ dispensationis in carne, postquam transfressus esset duos consulatus, quos diximus, duorum Geminorum, & Rufi ac Rubellionis, deinceps in 3. cōsulatu In 3. ipse mēse post Ianuariū & Februarium, in mēse Martio perficit mysteriū passionis, exors passionis Verbū, passus in carne propter nos. Manet autem passionis expers, velut Petrus dicit: Mortificatus carne, viuificatus autem spiritu. Patitur autem die ante decimum tertium Cal. Aprilis, transfressus ipsis vnam vespem, hoc est, decimaquarta lunæ nocturna media. præueniebant enim & comedebant pascha, velut Euangelij dicit, & nos sæpe diximus: Comedebant igitur pascha duobus diebus antequam comedi soler, hoc est tertia vespera, quod oportebat quinta vespera. Decima quarta enim sic erat quinta. Comprehen ditur autem per tertiam eandem ferotinam, quæ erat vndecima lunæ nocturna. Ante decimum sextum Calend. Aprilis quarta, duodecima nocturna. Ante decimum quintum Calend. April. quinta, decimatertia diurna, nocturna verò decimaquarta. Ante decimum quartum Calend. April. sabbatum, decimaquarta nocturna. Ante decimum tertium Cal. April. sabbatū decimaquinta diurna. Ante duodecimum Calend. April. illucescens dominica, decimaquinta nocturna. quod ipsum erat illuminatio orci ac terræ, & cæli & noctis atque diei, propter decimam quintam lunæ & solis cursum, & quoniam resurrectio & equinoctium ante vndecimum Calend. April. propter quam seducti, vnam diem transfressions fecerunt, velut dixi. Habet autem supputatio horas quadam subtilis rationis, que incidit per annos tres apud ipsos, & est dissonans illa vna dies. A pponit enim cur sui lunari post trecentos quinquaginta quatuor dies, etiam alias per annum quatuor horas, vt sit in tres annos vna dies. Quapropter apud ipsos quinque menses efficiuntur intercalares, in annos decem quatuor, eod quod aufertur à solari cursu trecentorum sexagintaquinque dierum & horarum trium, hora vna. A ppositis enim horis deinceps sunt CCCIX dies, præter horam vnam. Vnde ipsi sexies multiplicantes quatuordecim annos octuagesimiquarti anni, in octuagesimo quinto ponunt intercalarem mensem vnum: vt sint trigintaunus menses, in octuaginta ac quinque annos: qui debebant esse iuxta exactam supputationem menses trigintaunus, & viginti quatuor dies, & horæ tres. Huius itaque gratia tunc decepti, non solum anticipabant tumultuantes duos dies edentes pascha, sed etiam transfressions vnam diem apponentes, omnibus modis ipsi errantes. At verò dispensatio veritatis exactissime omnia nobis salutariter operata est. Vnde & ipse Saluator vbi perfecisset pascha, exiuit in montē postquam comedit, cum dixisset, Desiderio desiderauit: & illic pascha Iudaicam cum discipulis comedisset: non aliter faciens, sed etiam ipse cum facientibus æqualiter faciens, vt ne dissolueret legem, sed impleret. Et hic postquam transfressus est trigessimum annum quando baptisatus est, & post trigessimum annum vbi prædicauit plenissimum annum acceptum, & cui non contradicebatur: itenque alium, cui contradicebatur, & qui in persecutione ac molestia erat: & postea alio anno transfressus à naturali suo die, hoc est aduentus, quæ est quinta Ianuarii mensis, iuxta Aegyptios verò Tybi mensis vndecima, ad totos septuaginta quatuor dies, velut diximus, vsque ad diem ante decimum tertium Calend. April. & secundum Aegyptios Phamenoth mensis vigesimam quartam, compleuit plenissimè annos triginta duos, & septuaginta quatuor dies, ab aduentu & apparitionis suæ natali die. & resurrexit secundum Aegyptios, Phamenoth mensis vigesima sexta die, quæ erat equinoctium, et ante vndecimum Calend. April. Quo comperiat omnes mentiri, qui non sunt filij veritatis, velut statim primus Valentinus, qui triginta nobis secula confinxit, ab eo quod triginta annos educationis vitæ, ac virilis ipsius ætatis esse putauit: ignarus quod non solum triginta annos compleuit, sed in trigesimo baptisatus est, vbi impletisset annos vigintinouem, et menses decem, velut dixi, duodecima mensis Athyr, ante sextum Iduum Nouemb. postea, et prædicauit annū Domini acceptum, et postea alium annum cui contradicebatur, et septuaginta quatuor dies quibus contradicebatur, à die quo baptisatus est, vt sint omnes anni præsentis eius in carne, à natiuitate vsque ad passionem, anni triginta duo, et dies septuaginta quatuor: A cōsulatu verò Syluani et Nerue, anni duo et dies centum triginta quatuor. Et confutatus est hic prædictus Valentinus, et multi secundum ipsum delirantes. Confutati sunt etiam qui Euangelium secundum Ioannem, quos meritò alogos, id est, verbo carentes appellauerim: quandoquidem Verbum Dei

Annus acceptus. Quadraginta dies temptationis. Quo tempore ascendit Hierosolymam. Cur non ascendit ad diem festum. Tempus mysterij passionis. Pascha eius quando factus est. Anni iuxta cursum lunarem ratio. Error in manducatione Agni paschalis. Diuersa dierum supputationes. Valentinus de triginta seculorum fictio. Christi ætas anni 32 dies.

reiciunt, Deum verbum paternum à Iohanne prædicatum, qui de cælo descendit, & salutem nobis operatus est totius sui in carne aduentus ac præsentia. Nam & ex consularibus, & ex annis, & ex consirmatione Esaiæ prophetae, & ex Evangelio Lucæ Iohannisque & Matthæi ac Marci, & simpliciter vndiquaque redarguuntur erronei illi. Quoniam non solum vnum pascha post principium prædicationis secundum temporis anni circuitum perfecit, sed secundum circuitus trium consularium pascha implevit, post Ioannis baptismum. Et corrumpit illorum nulla intelligentia præditorum ratio, penitus erronea, delicta, ac dementia & ignorantia referta, quæ non solum non cognoscit suam ipsius vitam, sed etiam falsò contra veritatem frustra militat. Reperimus enim alicubi in his sermonibus scriptum ac expressum, quod Verbum Dei Deus CHRIS TVS natus est circa quadragesimum annum Augusti: id quod fefellit scriptorem, quia calculo ipsius Beta relicto, & Mysolum restante, quadraginta solum annos fecerunt. quadragesimo enim secundo anno Augusti natus est. Dicunt autem, quod ante duodecim Caléd. Iulii aut Iunii, non habeo enim quod dicam, Sulpicio Cammarino, & Cneo Pompeiano consularibus. Hoc autem cõsideravi, quod etiam hi qui dixerunt diem conceptionis, & quædo Gabriël virgini nuncium attulit, opinionem dixerunt quorundam dicentium ex traditione, quod per septem menses natus est. Inuenimus enim ab hoc consulari ante Pisonem, vsque ad vndecimam mensis Tybi, & ad diem ante octauum Iduum Ianuarii, quando reuera apparitio Dei contigit, & natus est septimestri tempore, secundum lunarem cursum, præter dies quatuor. Quare si alicubi in suspectis locis scripta hæc inueneris, ne offendaris circa cognitionem. Reuera enim natiuitas CHRIS TVI certa contigit vndecima mensis Tybi. Quidam verò dicunt quod decem mensibus in vtero gestatus est, præter dies quatuordecim, & horas octo: vt sint menses nouem, & dies quindecim, & horæ quatuor, inuenientes id quod apud Solomonem dictum est, Decimestri tempore concretus in sanguine. B Attamen vndiquaque vndecima Tybi mensis prædicta. Domini in carne natiuitas facta est. Et circa ipsam vndecimam post annos triginta factum est primum signum in Cana Galilæe, quando aqua facta est vinum. Quapropter etiam in multis locis vsque in hunc diem hoc fit, quod tunc factum est, diuinum signum in testimonium incredulis. Velut testantur in multis locis fontes ac fluuii in vinum cõuerfi. Cibyræ quidem vrbs Carizæ fons, qua hora hauserunt ministri, & ipse dixit, Date architriclino. Testatur & in Gerasa Arabizæ fons similiter. Nos bibimus de Cibyræ fonte, fratres verò nostri de eo qui est in martyrum templo. Sed & multi in Aegypto de Nilo hoc testantur. Quare in vndecima Tybi apud Aegyptios, omnes hauriunt aquam & reponunt, tum in ipsa Aegypto, tum in multis regionibus. Sic equidem comperitur, quod post duodecimam mensis Athyr, id est Nouembris abierit, & tentatus sit diebus quadraginta: & redierit atque elegerit quosdam suos discipulos, & incepit post quadraginta tentationis dies prædicare, & descendit ad Iordanem, & incidit in Nathanaelem & eos qui cum ipso erant, & assumperit ipsos, quando manserunt apud ipsum duos dies: & digressi ipsi, & ipse Domino in Galilæam profecto, statim propter priores duos dies, dixit Euangelium: Tertia die nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: id quod signum & figura Ecclesiæ erat. Nam in tertia die negotii sicut in corde terræ, quod in terra fecit post passionem, ubi surrexit, nuptias coniunxit cum Cana. Cana enim significat adeptam. Quæ verò est adepta illa, quam hæres de qua Palmista in quinto Psalmo dixit, de ea quæ hereditatem consequitur, & cætera. Nuptiæ enim hæc reuera benedictæ sunt, quæ à figura illa occasionem acciperunt. Illic enim erant nuptiæ sensibiles in Cana Galilææ, & aqua verè vinum facta est, & appellata iuxta duos modos, tum vt aquositatem de bacchantium in mundo, intemperantiam & incastitatem nuptiarum adstringeret: tum vt triflicium corrigeret, in hilaritatem vini molestias discutientis, & gratiæ quod omnibus modis obturaret ora eorum qui aduersus Dominum insurgunt: & quod ostenderet, quod ipse est Deus cum Patre & sancto suo Spiritu, qui aqua vitæ præbet, colorans ipsam in illa in vinum & hilaritatem hominum. Verum in alio loco longius de his narrauimus. Hic verò velut in digressionem rem percurramus. Cæterum duo pascha post principium prædicationis saluator fecit, et tertio passus est. Quare impleta sit iam à me & exactè relata, de diebus mensibus ac Consularibus. Et vndiquaque corrumpit erronea de his traditio, cum Evangelia inter se consona sint, et nullum Euangelium alteri oppositum sit. Deueniam porrò rursus ad propositum. Dicit Lucas, testimonium mihi præbens in his quæ multipliciter à me relata sunt: Factum est in sabbato secundo primo: vt ostendat sabbatum primum esse, quod ab initio decretum est ac dictum à Domino in mundi creatione, quod per circuitum ab eo tempore vsque huc iuxta septem dies reuoluitur, hoc scilicet primum esse. Secundum verò sabbatum, quod decretum est à lege. Dicit enim lex, Accipies tibi ouiculam anniculam immaculatam, masculam: quæ sancta erat imago Saluatoris: à decima die mensis, et erit seruata vsque ad decimam quartam, et mactabis ipsam vesperi decima quarta die, et erit tibi sabbatum dies sancta, et edetis azyma septem dies, et septima die facies sanctum sabbatum diem sanctam. Et videtis quod secundum appellatur sabbatum post sabbatum, eiusmodi sancta profabari dies, in sabbatum sanctificata, siue dominica fuerit, siue secunda, siue tertia occurrerit. In septem verò dies rursus reuolutum secundum primum vocatur, vt ostendat hinc, quod non solum Ioannes de circuitu dierum anni, duorum et trium festorum pascha indicauit, sed etiam Lucas et alii. Sic enim dicit lex: Numerabis tibi septem hebdomadas, ab initio manipuli, quando falcem in messem miseris, et facies septimam hebdomada diem sanctam Domino: indicans de Pentecoste, hoc est quinquagesima. Nam postquam mactatum esset pascha, intra tres dies, hoc est post tres dies agni, præcepit manipulum inferri, vt significaret benedictum manipulum qui surrexit ex mortuis, post tertium diem terra ipsi proferre, & ipso ipsum rursus ab illa ferete in resurrectione ex monumento, & manente cum discipulis

Pascha tria à Domino per facta sunt

Falsitas in chronographia

Christiana diuitiarum dies qui fuerint

Aqua qui bus locis in vinum mutata sit

Tria dierum mysterium. Cana ade piam significat

Tertio pascha passus est Christus

Sabbatum secundum primum

Annicula ouis imago erat Saluatoris

Dies sancta Domini

Quid Pentecostes

lis per quadraginta dies, & in fine quinquagesimæ inferente ipsum ad cœlestia ipsi patri primogenitum primogenitorum, quæ sunt primitiæ sanctæ, manipulus quem decerpit ex Maria, vna quæ amplexa est in Deo, fructus ventris, primitiæ aræ. Non enim amplius post quinquagesimum diem falx primitias Deo offert. Non enim amplius c h r i s t u s moritur, mors illi non amplius dominatur, velut scriptum est. Et vides quod Dei mysteria præfiguravit lex, & impleuit Euangelium? Vnde verò non poterimus horum claritatem ostendere? Quare non est opus sermonem longius extendere, ideòque rursus ad consequentiam orationem dirigamus. Apparet autem & ex spiciis, & ex messe, atque discipulis, quod post quadraginta dierum tentationem hæc omnia exponit Ioannes & Lucas, & omnes. Cæterum non venient tales se contra ea quæ à sancto Ioanne dicta sunt armare, putantes se aliquatenus veritatem subuertere posse, nescientes quod magis contra se ipsos armantur, quam contra sanam doctrinam. Dicit autem, contra Apocalypsim hæc nugantes: Quid mihi, inquit, prodest Apocalypsis Ioannis, quæ dicit mihi de angelis & septem tubis? Et non sciunt qui talia dicunt, quod necessaria & vtilia huiusmodi sunt in prædicationis reatitudine. Quæ enim erant in lege ac prophetis obscura, & in ænigmatibus dicta, ea Dominus dispensauit, vt per Spiritum sanctum ad nostram salutem, seruo ipsius Ioannis reuelarentur: quæ illic obscura erant, hic in spiritualia ac manifesta prædicans. Spiritu aliter autem nobis eadem dispensauit. Et ex pellibus quidem tunc tabernaculum construxit, pellibus rubiæ ac hyacinthi colore infectis, & c. vt ostenderet, tabernaculum illud quidem tabernaculum esse, verum per sanctissimum tabernaculum c h r i s t i repræsentare, pellis enim à corpore fit, quæ mortua est velut vmbra corporis viuentis: vt ostenderet, corpora esse tabernaculum Dei. Quamdoquidem enim in sanctis corporibus habitat Deus, vt impleatur dictum illud: Habitabo in ipsis, & obambulabo: error quidem futurus fuisset in credentibus, nisi liber nobis spiritualiter reuelatus fuisset, vt disceremus non tubis esse opus, sed sciremus quod spirituale est totum Dei negotium, vt ne iuxta Iudaicas, accipianus aræ tubas, aut argenteas, sed spiritualiter intelligamus, velut à cælo sit Ecclesiæ prædicationis, quæ iam modum etiam alibi dixit: In illa die buccinantur tuba magna. Tubæ enim erant prophetae. Tuba verò magna, sancta vox Domini in Euangelio. Quapropter etiam angelis datum est reuelare nobis. Buccinabit enim, inquit, & mortui resurgent. Si verò irridentur apud vos, ò boni, angelorum tubæ, eò quod in Apocalypsi scriptæ sunt: irridebit etiam tuba apud sanctum Apostolum relata. Descendet, inquit, de cælo in extrema tuba, & mortui resurgent in extrema die in voce archangeli. Cum itaque Apostolus concordet, cum sancto apostolo Ioanne in Apocalypsi, quæ nam reliqua fiet contradictio? quomodo verò non statim vnusquisque error redarguetur? cum Deus in vnoquoque sancto dederit testimonium. Deinde aliqui ex ipsis rursus reprehendunt dictum in eadem Apocalypsi, & dicunt contradicentes quod dixit rursus, Scribæ angelo ecclesiæ in Thyatiris: & non est illic ecclesiæ Christianorum in Thyatira. Quomodo igitur scribit ei quæ non est? Et reperitur tales se ipsos cogentes confiteri, ex his quæ prædicant contra veritatem. Si enim dixerint, Non est nunc ecclesiæ in Thyatiris, ostendunt vaticinatum esse Ioannem. Cum enim inhabitant in isthic, itemque Phryges, & instar luporum rapuerint mentes simplicium fidelium, transfulerunt totam ciuitatem in suam hæresim: & qui negant Apocalypsim verbi huius, in subuersionem contra illud tempus arma mouerunt. Nunc autem propter Christum in hoc tempore, post tempus centum & duodecim annorum, est ecclesiæ, & augetur, & alia quædam isthic sunt, tunc verò vniuersa ecclesiæ euacuata erat in hæresim secundum Phrygas appellatam. Quapropter etiam Spiritus Sanctus studuit reuelare nobis, quomodo erratura esset Ecclesiæ post tempus Apostolorum, tum Ioannis, tum deinceps sequentium, quod erat tempus post saluatoris assumptionem, per nonaginta tres annos errorem ac confusionem passura isthic ecclesiæ in Phrygas hærere. Sic enim statim redarguit Dominus: Scribæ angelo ecclesiæ Thyatirensis. Hæc dicit qui habet oculos velut flammam ignis, & pedes eius similes chalcobano: Noui tuam fidem, & charitatem, & ministerium, & quod nouissima tua plura primis. Habeo autem contra te, quod permittis vxorem Iezabel decipere seruos meos, quæ se dicit prophetissam, & docet comedere ea quæ simulachris immolata sunt, & scortari. Et dedi ipsi tempus agendi poenitentiam, & non vult respicere ex scortatione sua. Non videtis, ò boni, quod de mulieribus dicit in prophetiæ opinio deceptis, & multos decipiētibus, de Priscilla, inquam, & Maximilla, & Quintilla, quarum fraus non latuit Spiritui S. sed præuaticinatus est propheticè per os sancti Ioannis, quod factum est post sancti Ioannis dormitionem, cum ipse vaticinatus sit in temporibus Claudii Cæsaris, quando in Patmo insula erat. Constat enim & hi in Thyatiris hæc impleta esse. Itaque secundum prophetiam scripsit his qui illic in Christo illo tempore conuersati sunt, quod mulier se ipsam prophetissam appellatura esset. Et corruit ipsorum doctrina vndiquaque excogitata, & contra veritatem excitata: quum ostensum sit quod sermo in Apocalypsi propheticus sit ex spiritu sancto secundum veritatem. Efferunt autem iidem se rursus mente, dictiones venantes sine fine, vt sancti Apostoli libros merito reicere videantur, Ioannis inquam Euangelium & Apocalypsim, fortassis autem & epistolas. Concordant enim etiam hæc Euangelio & Apocalypsi: Et dicunt, Vidi, & dixit angelo, Solue quatuor angelos qui sunt in Euphrate. Et audiui numerum exercitus, vicies milies decem millia, & erant induti thoraces igneos & sulphurentos & hyacinthinos. Putauerunt enim hi, nunquid ridicula est veritas? Si enim dicit quatuor angelos qui in Euphrate desident, vt ostendat quatuor differentias gentium sedentium isthic ad Euphratem, Assyriorum videlicet, Babyloniorum, Medorum ac Persarum. Hæc enim quatuor regna per successionem in Daniele habentur, quod primum Assyrii regnauerunt, & Babylonii temporibus ipsius: Medii verò successerunt, & post ipsos Persæ. Quorum primus fuit Cyrus rex.

Figura aduenientie veritatis luccæ, fugatur.

Apocalypsis Ioannis vtilitas.

Apocalypsis Ioannis vtilitas.

Magna tuba virtus.

Curreprobenb hærere Apocalypsim.

Iezabel à Deo cur reprobat.

Fraus hereticum mulierum

Dolus hærericorum ad reuicidus libros Sanctorum.

Angeli quatuor significat regna quatuor in Daniele.

Nam regna & gentes sub angelis posita sunt, velut attestatur mihi Moses sanctus Dei seruus, iuxta cō frequentiam interpretans, ac dicens: Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: Denique tuos, & dicet tibi. Quando diuisit altissimus gentes, velut disperfit filios Adam, constituit terminos gentium, iuxta numerum angelorum Dei. Et facta est portio Domini populus ipsius Iacob, funiculus hereditatis ipsius Israel. Si igitur gentes sub angelis posita sunt, merito dixit, Solue quatuor angelos qui in Euphrate descendent, ac detinentur, vt permittant gentibus bellum, vsque ad tempus longanimitatis Domini, donec imperabit per ipsos vltionem fieri sanctorum suorum. Detinebantur enim impositi illi angeli à spiritu, non habentes occasionem incursum, eò quod nondum solutum esset ipsius Ius, vt reliquas gentes soluerent, propter contumelias in sanctos. Soluuntur autem tales, & inuadunt terram, velut iohannes vaticinatur, & reliqui propheta. Nam commoti angeli commouent gentes ad impetum vltiscendi. Quòd autem igneus & sulphureus ac hyacinthinus thoraces significat, nemo ambigit. Illa enim gentes ex tali colore habent indumenta. Sulphurenta enim vestes coloris sunt melini appellati, ex lana sic infecta. Ignea autem coccinea dicit indumenta. Et per hyacinthina callianam ostendit lanam. At hi non suscipientes spiritum sanctum, percunctantur quidem spiritualiter, non intelligentes ea que sunt spiritus, & secundum doctrinam dicere volunt, non scientes dona in sancta Ecclesia, quae verè & constantè in intelligentia & sana mente spiritus sanctus recensuit, sanctique propheta & Apostoli, inter quos etiam sanctus Iohannes per Euangelium & Epistolas ac Apocalypsim ex eodem sancti spiritus dono imptiuit. Venit autem super ipsos id quod dictum est, Blasphemanti in Spiritum sanctum non remittetur neque in hoc seculo, neque in futuro. Nam contra verba à Spiritu dicta hi pugnant. Caterum quum tot ac talia dicta sint contra huiusmodi heresim, ea sufficere arbitror. Et quum velut scolopendram, aut vermem iulum appellatum (qui reptile multipes est, exiguum quidem viribus & dolore veneni, multipes verò, & longam speciem præ se ferens) ipsam per virtutem Dei ac veritatem conculcauerimus: deinceps rursus, ò charissimi procedentes, ad sequentes per virtutem Dei pergamus.

Angeli custodes.

Calliana lana.

Scolopendra iulus vermis.

Hereticorum Adamianorum scriptio.

Deprehensionis hereticorum scriptio.

Vnde dicitur sunt Adamiani.

Opificii Dei substructio.

Hypocausta Adamianorum Campsariii.

Paradisi vita.

Contra Adamianos, heresim L II.

T Alpam appellant animal quoddam insitum in terra latitans, quadrupes, profodit id terram, & in intrinsecis habitacionem habet, velut parui catuli canis staturam circumferentiam habens, cui in totum nullus est visus. Desolatorium autem est animal, infernè eradicans omnem hominum agriculturam, cucumerarias maximè & acres plantas, cepas item ac allia, bulbosque ac huiusmodi, lilia quoque & alia. Si verò in perfodiendo contigerit, vt per incōsiderantiam extra terram ad aërem perueniat, aut capiatur ac præhendatur ab hominibus, ridiculū quiddam inducit omnibus qui hoc animal cæperunt. Sic sanè etiam ipse nunc aggredior dicere de proposita secta, quæ quatum ad cor attinet, cæcutit, & facta est. Verum solitudinem sibi ipsi efficit, & constitutionem suam infernè excindit, & multas radices virorum in ipsam collapsorum deuastat ac corrumpit. Et si contigerit vt à prudentibus conspiciatur, risum non vulgarem excitat, velut etiam prædictum animal, cui illud homines ob ipsius cæcitate ac incontinentiam, & quod non repetit vbi rursus ingressum faciat, velut etiam hæc secta. Imposuerunt enim sibi ipsi nomen ipsius Adam, hoc autem ex auditu referimus, vt qui ex multis viris id accepimus non enim in literas relatum inuenimus, neque in aliquos tales incidimus. Cum igitur multi de hac re retulerint, iustum duximus etiam ipsius mentionem facere. Quapropter etiam merito hanc prædicto cæco animalculo assimilauimus, eò quod hominibus fermè non apparet, & occultè in terra est, & corruptionem ex infernis inducit. Ridicula est autem, & decreueram ipsam in totum non in numerum referre. Verum quia omnino sonus eius in mundo est, nihil molesti fuerit prudenti auditori de omnibus nosse, quæ in mundo instar zizaniorum à diabolo seminata sunt. Siue enim est talis, siue non est, cum multos de ipsa dicentes audiuerimus, securitatis gratia etiam de ipsa dicere certantem mihi visum est, & non relinquere, etiam si exoluta est, & non amplius extat. Non enim certò scio, an adhuc sit, aut non sit. Quid verò longiori proœmio vtens tempus extendo? Incipiam narrare ridiculum, imò potius lugubre. Lugubre quidem, quod diabolus in hominum mēte inhabitauit, vt subsannet opificiū ex Deo formatum. Ridiculum verò, de his qui neque vident, neque sapiens quid meditantur. Primum quidem dicunt, tales, Ecclesias suas, siue latibula & speluncas (sic enim merito appellauerim hereticorum conuenticula) in hypocaustis, id est locis qui subter incendantur, extruere. Subincendere verò infernè, vt sit tepor ad calcificationem intus in domuncula cōgregatorum. Dum autem ingrediuntur, sunt quidam vestium custodes ad fores, instar Campsariorum ab ipsis constituti, Et quilibet ingrediens, siue vir siue mulier, exiit foris, & ingreditur nudus velut ex matre vniuerso corpore. Et qui ipsorum principes videntur ac doctores, omnes velut ex matre sedent, alii supernè, alii infernè, mixtum ac sparsum. Sunt autem apud ipsos qui videlicet. Continentes dicuntur, & virgines se esse iactant, veluti seipos decipiunt & lectiones & alia omnia nudi faciunt. Si verò visus fuerit quis (nam & hoc dicunt) in delicto esse, eum non amplius in congregationem admittunt. Dicunt enim ipsum esse Adam, qui comedit de ligno, & iudicant vt expellatur è paradiso, hoc est, ex ipsorum Ecclesia. Putant enim suam Ecclesiam esse paradysum, & seipos esse Adam & Euam. Quia igitur ratione subincendant domum, vt ne frigus ipsos contingat? Adam enim & Eva non in hypocausta domo vitam degerunt, neque in incendio quopiam comprimebantur, neque frigus ipsos grauabat. Erat autem ipsis aër purissimus, & omni temperamento ordinatè ex Deo refferus, neque frigoris aduersitate intētus, neque molesto aestus feruore incitatus: & diata

& diata immortalis, & locus ex Deo factus ipsis dispositus erat, iucunditate & vitæ opulentia redundans, & neque frigori, neque aestui, velut dixi, expositus. Cum autem hi talibus indigeant, valdè ludibrio expositi sunt. Deinde verò etiam aliud consideremus, quomodo vniuersus ipsorum error redarguitur. Neque enim vna hora aliqua illi nudi erant, sed perpetuò, & non verecundia confundebantur. His verò non ob id quod non pudefiant nuditas adest, etiam si sic ipsi putarint, sed inexplebilis voluptatis gratia, quæ oculorum pupillis delectationem inducit. Ablata est enim ab ipsis verecundia, quæ in omnibus sanctis Scripturis laudatur: & verè impletum est id quod apud Prophetam dictum est, Afectus meretricis tibi est, impudens factus es erga omnes. Caterum post horam illam foris vestibus induuntur, & non amplius sunt Adam. Neque enim ille statim vestium copiam habuit, sed primum folia fici, postea tunicas pelliceas: & post multum tempus vitæ ipsorum, varia Dei sapientia cognitionem ipsis immisit vestimentorum. Et omnibus modis subannabuntur ipsi, dicentes seipos esse Adam & Euam, mentientes contra seipos, & simul verum dicentes. Nam quòd hi Adam non sunt, manifestum est ex multis iudiciis, velut etiam ostendimus. Quòd autem ab intelligibili serpente iudificatur, id manifestum ex asceticia ipsorum forma, & nuditate, & turpitudine, & ludibrio. Indigna porro res est, nos magnificere horum subuersionem. Neque enim simile ipsis animal, hostilibus instrumentis aut magnis armis opus habet vt tollatur. Per exiguum enim virgam hoc tollitur. Sepè verò vbi sursum prolatum est ex latibulo, relinquitur solum, & per seipsum perit, derideturque, ac ludibrio expositum est. Sic etiam hi, etiam si non reperiantur, per ridiculum ludum, & inuerecundam vitam, ac nugis plenam doctrinam, intereunt. Ac consequentes sectas cōsideraturi, rursus precemur Deum, vt nobis auxilio sit, ad ipsarum inuentionem ac subuersionem, & ad nostram ac legentium salutem.

Erroris eorum de claratio.

Serpens intelligibilis.

Contra Sampsaos, L III. heresim.

Sampsa quidam in Peræa, de quibus iam in aliis sectis mentionem fecimus, qui etiam Helcesei appellatur, heresis quædam est in Peræa appellata regione, vltra salum aut mortuum appellatum mare, in Moabitide regione, circa torrentem Arnorum, & vltcrius, in Ituræa & Nabatide, velut iam sæpe à me de hoc dictum est. Hi enim iactant Elxæum suum esse doctorem. Et adhuc hodiè de genere ipsius existentes duas mulieres adorant, velut deas videlicet, eò quod sint ipsæ ex femine benedicto. Vtuntur autem hoc libro etiam Osseæ, & Ebionæi, & Nazoræi, velut iam sæpe dixi. Natura verò hi Sampsa ex ipso procedunt, neque Christiani existentes, neque Iudæi, neque Græci, sed mediè simpliciter existentes nihil sunt. Dicunt & alium librum se habere fratris ipsius Elxai. Deum autem vnum dicunt, & ipsum colunt baptismis quibusdam vtentes. Ad dicti sunt Iudæis in omnibus. Quidam ex ipsis etiam ab animatis abstinent, & pro his qui ex genere Elxai sunt moriuntur. Et in hoc quidem tempore audiui mortuam esse vnam feminam Marthus vocatam. Superest autem etiam nunc Marthana, nisi etiam ipsa mortua est. Si verò aliquando exhibent in publicum tales, aliquò abeuntes, turbæ ipsas sequentes puluerem pedum colligebant, medellæ videlicet gratia, & saluam sputorum similiter, maximopere delusi, vt ebanturque ipsis in præseruatiuis ac amuletis. Omnis enim error habuit primum cæcitate, deinde vanitatem. Et neque prophetas admittunt tales, neque apostolos. Omnia verò apud ipsos fraudis plena sunt. Colunt & aquam, & hanc velut deum putant, fermè dicentes esse vitam ex hac. Christum autem nomine confitentur, creaturam ipsum putantes, & semper apparentem. Et primum quidem formatum esse ipsum in corpus Adam, & rursus induere quando vult. Vocari autem ipsum Christum, & esse spiritum sanctum fororem ipsius femineo habitu præditam: & vnumqueque ipsorum, Christum & spiritum sanctum, habere latitudinem sex miliariorum, & latitudinem vigintiquatuor, & multa alia nugis plena. Iam verò de hoc sæpe in aliis sectis facta mentione subuersiones feci. Quapropter non necessarium duxi longius de ipsis subuertendis inquirere, cum iam à nobis hoc præstitum sit, in ipsa Elxæum siue Elxai & complices eius, in aliam declaratis sectis. Omnibus enim deprehensu facilis est talis, & ipsius heresis, quod errauit. Proinde velut qui lacertam solarem virga spei Christi & crucis eius percussimus, ad sequentes eamus. Iustum enim est, vt quo nomine seipos hi appellauerunt, eodem ænigmatem nos vtamur ad exprimendum adulteratum ipsorum nomen. Sampsa enim solares sunt, si interpretetis vocem: quapropter etiam animalis mentionem fecimus, hanc enim lacertam se homines appellant, Solarem videlicet. Peior est autem heresis hæc quam lacerta, ne minimam quidem utilitatem in se habens. Illa enim vbi per tempus hebetem visum habuit, per conuersionem ad solem oculos rursus leuat, dum in latibulo ad orientem conuerso seipsum apprimat, & icinua se ad orientem conuertit. Hæc autem secta in omnibus insipientiam animantis eius habet, non tamen vel modicum laudis. Proinde & hæc heresis lacerta solaris à nobis dicta, & à veritate cōculcata hic maneat, nihil valēs contra veritatem Dei. Nos verò ad alias pro consueto more pergamus.

Aqua pro deo.

Christi & spiritus sancti mensura.

Lacerta solaris natura.

Contra Theodotianos, heresim. L IIII.

Surrexit rursus Theodotus quidam, qui est auulso ex prædicta Alogorum secta, qua Iohannis Euangelium, & Deū verbū quod erat in principio, & in illo Euangelio habetur, negat, itēque eius Apocalypsim. Sed & cum aliis prædictis sectis conuersatus est & vixit, & secundum tempus ipsis successit. Ex quo sanè Theodotiani sunt appellati. Et quauis heresis hæc adhuc sit ignota, tamen quæ ad nos ex scriptis peruenerunt, referemus. Hic Theodotus à Byzantio originem duxit, quæ nunc Constantinopolim

Theodotianorum heresis s. Theodotus vnde surrexit. Patria Theodoti.

rinopolis appellatur, corarius quidem arte, verum multae eruditionis ac doctrinae. Hic cum quibusdam pluribus tempore persecutionis instante (haud scio quali persecutione) à civitatis principe comprehensus, & cum aliis pro Christo examinatus, quum alii omnes serui Dei victoriam abstulissent, & martyrium pro Christo subeuntes praemia caelestia abstulissent, hic Christo abnegato, à veritatis scopo dilapsus, transgressionem fecit. Et quum id ipsi à multis exprobraretur, pra pudore à patria sua aufugit, & Romam profectus, illic vitam transegit. Cognitus autem à quodam Romae, rursus in idem opprobrium incidit, eò quòd prouocaretur à noscentibus ipsum propter eruditionem: quomodo videlicet vir magnae doctrinae excidisset à veritate. Et sanè malam sui ipsius defensionem excogitavit, nouo hoc dogmate prolaro. Nempe, Deum ego non negavi, sed hominem negavi. Deinde interrogatus, qualem hominem? respondit, CHRIS TV M negavi hominem. Hinc adeò ille sibi ipsi dogma constituit, & qui ab ipso descenderunt Theodotiani, nudum hominem dicentes esse CHRIS TV M, & ex femine viri genitum esse. Deinde ad malam sui ipsius defensionem quaecunq; vitia reperit, non purè sic sentiens, sed occasione praeruaricationis suae ea sibi congregans collegit. Nam Dominus (inquit) dicit, Nunc autem quaeritis me occidere hominem, qui veritatem vobis dixi. Vides, inquit, quòd homo est. At non nouit miser ille, quòd CHRIS TV S hic dicit, Veritatem quam à patre meo audiui. Patrem autem suum dicit Deum, non hominem. Si enim ab homine audiuisset, non gloriatum esset testimonio veritatis, dicens ab hominibus se veritatem audiuisse. Sed hoc fecit, vt Deum se esse significaret ex patre è supernis genitum, hominem verò propter nos factum, & carne occisum, deitate verò semper viuentem. Deinde neque peccatum se fecisse dicit, quòd CHRIS TV M abnegauit, quum ipse CHRIS TV S dixerit: Omnis blasphemia remitteretur hominibus, & qui dicit verbum in filium hominis, remitteretur ipsi: qui verò maledixerit in Spiritum sanctum, non remitteretur ipsi. Ignorat miser ille homo, quòd Dominus volens muniti salutem eorum qui aliquando in ipsum maledicta iecissent, & ad poenitentiam reflecterent, vt ne decerneret ipsis condemnationem: hunc sermonem praeruaricationatur, propter excellentem mansuetudinem ac benignitatem erga homines, & eò quòd nosset futurum vt aliqui insurgerent ac blasphemarent Spiritum sanctum, & serui locum ipsi decernerent, & creatum ac alienum ab essentia Dei affirmarent. Quapropter muniens, dicit. Qui verò blasphemat in spiritum sanctum, non remitteretur ipsi, neque hic, neque in futuro seculo. Non laudans blasphemantes ipsum, sed suam praenotionem ac benignitatem ostendens, quae certos facit de salute, eos qui à blasphemia eius poenitentiam agunt. Ipse enim rursus dicit: Qui negavit me coram hominibus, abnegabitur coram patre meo. Et rursus: Abnegabo ipsum. Et rursus: Qui confitetur me, confitebor ipsum coram patre meo. Sed & rursus idem Theodotus dicit: Et lex de ipso dixit, Prophetam ex fratribus vestris excitabit Dominus velut me, ipsum audite. Moses autem erat homo: qui verò ex Deo excitatus est, inquit, Christus, hic non erat Deus, sed homo: quandoquidem ex ipso erat, velut etiam Moses homo erat. Et non vidit in seipso Theodotus ille in delicto constitutus, quomodo rursus vnaquaeque dictio habet suam munitionem. Nam quòd ex fratribus ipsum excitabit Dominus, dicit, eò quòd ex Maria ipse genitus est, dicit. Sic enim ait Propheta: Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium, & virgo manens in vtero habebit, non ex femine viri: & pariet filium, manifestus est foetus in carne, à virgine genitus: & vocabunt nomen eius Emmanuel, quòd significat Deus nobiscum. Est enim Deus homo, à patre quidem genitus sine principio & sine tempore: homo verò ex Maria, propter aduentum in carne. Deinde etiam ipsum Euangelium dixit ad Mariam, Spiritus Domini superueniet in te: & non dixit, Spiritus Domini nascetur in te. Quapropter vndiquaque contentiosus ille & stolidus homo à veritate excidit. Scriptura enim vndique vitam nostram muniens comperitur, quòd ostendat trinitatem semper, & in omni specie sibi ipsi adesse ac cooperari, vt ne aliqui dicant alienum esse Spiritum sanctum à Christo & patre, id quòd multi sibi ipsi mala praetextentes faciunt. Itaque ea gratia angelus dicit ad Mariam, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obubrabit tibi. Quapropter & quòd nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Et non dixit solum, quòd nascetur: sed quapropter & quòd nascetur: vt ostendat ex supernis Deum verbum, & in vtero genitum, secundum suam incarnationem, & secundum suam bonam voluntatem, propter quam dispensauit suam incarnationem ad nostram salutem. Ideoque apponit. Quapropter & quòd nascetur ex te sanctum vocabitur filius Dei. Si enim dixisset, Spiritus sanctus ingredietur in te, non amplius putandum fuisset filium Dei in carne aduenisse, sed spiritum sanctum in carne accessisse. Quòd autem ex supernis venerit Verbum, Ioannes declarans euangelicam angeli vocem dicit. In principio (inquit) erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Deinde post haec. Et verbum caro factum est, & non dixit, Spiritus caro factus est. Neque dixit, CHRIS TV S homo genitus est. Vndique enim muniens diuina scriptura, Deum & hominem ipsum nouit. Deum ex Deo ex supernis delatum, hominem ex Maria sine viri semine genitum. Quum autem haec duo vera sint, qui ea excedit, non est ex veritate. Praetexit insuper miser ille Theodotus, dicens quòd Hieremias de ipso dixit, Homo est, & quis cognoscet ipsum? & non nouit quòd se ipsum à veritate abalienat. Nam sicut dixi, vnaquaeque dictio habet suae ipsius virtutis interpretationem. Qui enim homo est, omnino à multis cognoscitur qui eum noscunt: à patre, inquam, ac matre, fratribusque ac cognatis, contubernaliisque ac vicinis, cuius ibi ac famulis. Hic verò scriptura miraculum totius negotii ipsius exponens, hominem quidem ipsum dixit, ob aduentum in carne. Verum quòd dixit, Quis cognoscet ipsum? significauit de incomprehensibili ipsius deitate.

Causa sua illius.

Christus homo esse quomodo probetur à Theodoro.

Cur dicitur sit à Christo peccatum in Spiritum sanctum non remitti.

Error Theodoti de Christo.

Lapsus ex scriptura male intellecta.

Refutatur error Theodoti.

Christus qualis homo ex Hieremia.

Quando-

Quandoquidem enim nemo nouit filium nisi pater, & patrem nemo nouit nisi filius, & cui reuelauerit: nemo igitur cognoscet ipsum, nisi ipsi reuelauerit. Reuelata autem per sanctum Spiritum seruis suis suam & patris sui gloriam ac deitatem, & vitam suam aeternam futuram, & mysteria sua atque doctrinam, & suum propter nos verum in carne aduentum, quòd est Deus ex supernis, & homo ex Maria. Deinde item Theodotus rursus dicit, quòd etiam Esaias de ipso dixit quòd homo sit, sic inquit: Homo gnarus ferre languorem, & vidimus ipsum in plaga & in afflictione, & ignominia affectus est, & non reputatus est. At non nouit belluistilla, quomodo rursus redarguitur. In ipsis enim verbis Esaias sic dixit: Sicut ouis ad maculationem ductus est, & sicut agnus coram tondeute ipsum obmutescit, ita non aperit os suum. In humilitate ipsius, iudicium ipsius sublatum est. Deinde dicit, Generationem ipsius quis enarrabit? quia tollitur à terra hominum vita ipsius. Et non dixit, Tollitur vita ipsius, sed ab hominibus. Semper enim Verbum viuens existit, & in seipso vitam habet, & vitam diligentibus ipsum dar. & ex hominibus quidem vita ipsius sublata est, à seipso verò vita existit. Viuit enim Verbum, & omnibus vitam exhibet qui sperant in ipsum in veritate. Et addit, Generationem ipsius quis enarrabit? Si esset homo nudus ex Maria genitus, facile enarrari poterat generatio ipsius. Quando verò est ante Dauid, ante Abraam: Abraam enim pater vester, inquit, desiderauit videre diem meam, & vidit, & gauisus est. Deinde ipsi mirantibus ac dicentibus, Quinquaginta annos nondum habes, & Abraam vidisti: redarguens Theodotum & infideles, & abnegantes Deum Iudaeos dixit: Amen amen dico vobis quòd ante Abraam ego sum. Erat enim ante Abraam verè, & ante Noe, & ante Adam, & ante mundum & ante caelum, & ante tempus mundi, & ante vniuersa, & ante creaturas. Quapropter quum sit sine tempore & inenarrabilis, annunciat per spiritum sanctum ab Esaias, Generationem ipsius quis enarrabit? quia tollitur ex terra vita ipsius. At, inquit, dixerunt Apostoli, Virum approbatum erga vos signis & miraculis: & non dixerunt, Deum approbatum. Redargueris autem rursus Theodote: nam rursus Apostoli in ipsis Actis dixerunt, velut beatus Stephanus dicit, Ecce video caelum apertum, & filium hominis stantem in dextra Dei. Quin & rursus praetexit dicens, quòd de ipso dixit Apostolus, Mediator Dei & hominum CHRIS TV S I E S V S. Et non nouit rursus quòd hoc contra seipsum citat. Qui enim dixit, Mediator Dei & hominum CHRIS TV S I E S V S, ipse declarauit, dicens: Qui declaratus est filius Dei in potentia, secundum spiritum sanctificationis, ex eo quòd resurrexit è mortuis CHRIS TV S I E S V S Dominus noster. Et rursus: Factum, inquit, obnoxium legi. Verum horum verborum faciens certitudinem dicit, Si quidem sunt qui dicuntur dei multi, & domini multi. Nobis autem vnus Deus, ex quo omnia, & vnus Dominus I E S V S CHRIS TV S, per quem omnia. Si autem per quem omnia, & nos in ipsum: non ergò nudus homo fuerit vniuentus à Maria & huc vsque, neque à femine viri: alioqui quomodo per ipsum omnia esse potuissent ante ipsum facta, velut tu dicis, si nudus homo esset? Aut quomodo per ipsum omnia, quae ante ipsum cognita fuerunt & facta? Et vndiquaque corrui huius delira nugacitas. Ceterum quum quae ad noticiam eius pertinent, & vniuersi quae dictio ipsius subuersionem dixerimus, pro ordinis ratione, velut partem quandam reptilis adhuc se voluntatis transgrediemur, per veritatis spem ac fidem conculcatam ac sublatam: & deinceps sequentes considerabimus, & bestialissimas haereses contemplari studebimus.

C

Contra Melchisedecianos, haeresim LV.

Melchisedecianos rursus alii se ipsos vocant, auulsi fortassis à Theodotianis appellatis. Hi Melchisedec in scripturis relatum glorificant, magnam quandam virtutem putantes. Esse autem ipsum supernè in innominatis locis: Et esse hunc non solum virtutem quandam, sed etiam maiorem CHRIS TV S TO asserunt. CHRIS TV M verò simpliciter venisse putant, & illius ordine dignum factum esse: nimirum ex dicto illo, Tu es sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedec: vt sit ipse adhuc inferior Melchisedec. Nisi enim fuisset in secunda quadam institutione positus, non vti que illius ordine opus habuisset. Ceterum de ipso Melchisedec dicunt, quòd sit sine patre, sine matre, sine prolapia, ex epistola Pauli ad Hebraeos id ipsum comprobare volentes. Fingunt autem & libros sibi ipsi commentitios, se ipsos decipientes. Verum ex ipsorum dictis subuersio ipsorum contingit. Quum enim dicit de Domino, Dauid ipse prophetaus, secundum ordinem Melchisedec sacerdotem ipsum esse, in hoc fore CHRIS TV M sacerdotem diuina Scriptura narrat. Reperitur autem statim dicere, Assimilatus filio Dei manet sacerdos in perpetuum. Si autem assimilatus filio Dei, non aequalis est filio Dei. Quomodo enim potest seruus esse aequalis domino? Melchisedec enim homo erat. Quòd autem sine patre, sine matre dicitur, non eo quòd non habeat patrem aut matrem dictum est: sed eo quòd non sunt manifestissimi in scriptura nominati. Diuina enim scripturae profunditas, & claritudo mentem humanae naturae excedens, decipit quam plurimos. Etenim qui in Arabia Petre, Robom & Edom appellata habitant, Mosem propter diuina signa Deum putant, adorantque ipsum imaginem, quam effingentes seducti sunt, non iusto ipsis causa existit, sed errore ipsis per iustum in ignorantia imaginationem inducente. In Sebasta autem quondam Samaria appellata filiam Iephtaë deificauerunt, et in eius honorem quotannis festiuitatem celebrant. Sic et hi audientes sapientia et gloriosa Scripturae verba, ad stulticiam euersi sunt, et in tumidam mentem elati, viam veritatis reliquerunt, et fabulas sibi ipsi ementiti, per omnia redarguentur. Nam apud quosdam Melchisedec pater ac mater habetur, non autem in expressis ac genuinis scripturis. Dixerunt autem quidam Eraclauocari ipsius patrem, matrem vero Astarothe, quae et Asteria dicitur. Erat autem hic filius

Apertus ex Esaias locus contra Theodotum.

Viri appellatio de Christo.

Nugacitas eius aperitur.

Haeresis melchisedecianorum. Melchisedec quis sit.

Moses vbi pro Deo habetur.

Salè que civitas.

Sacerdotio.

Traditionum auctoritas.

Naturam puerorum, Sedrac, Misac, Abdenago, scripturis non immo-tescit.

Translatio veteris synagogæ

Christi sacerdotii.

Hieracis heresis.

filius indigenarum, illo tempore in campestri regione Sabæ habitantium. Salem autem civitas vocabatur, de qua alii aliter prodiderunt. Quidam enim dicunt ipsam, quæ nunc Hierusalem appellatur, aliquando verò Iebus dicta est. Alii dixerunt aliam quãdam Salem esse in campo Sicimorum, ex aduerso eius quæ nunc Neapolis vocatur. Siue autem hinc, siue illinc, non longè distant loci: tamen ipsum argumentum docet opus. Obrulit enim, inquit, ipsi Abraam panes & vinum, & erat sacerdos altissimi in illo tempore, qui benedixit Abraam, & decimam ab ipso accepit. Oportebat enim sacerdotem altissimi à seruo Dei honorari, & primum quidem Abraam offerre sacerdoti in præputio facta celebranti, quando quidem ex ipso ex circumcissione futurum erat sacerdotium, vt omnis altitudo quæ se effert cõtra cognitionem Dei, per cognitionem Dei instrueretur, ad hoc vt ne se iactans circumcisio de sacerdotio, contradicere possit sacerdotio sanctæ Ecclesiæ. Abraam enim obtulit ipsi Melchisedec decimam. Qui verò ab Abraamo descenderunt, ipsi Leui offerunt & Aaron. Post tempus autem quum rursus esset sacerdotium ex circumcissione per Aaron & filios ipsius, consequenter scriptura dicit per Dauidem, post generationes duodecim à generatione Leui, septimam verò à successione Aaron, natura visum est vt in veteri sacerdotio sacerdotialis dignitas ne constituatur, verum ad id quòd ante Leui & ante Aarõ fuit secundum ordinem Melchisedec sacerdotium transferatur: quod sanè nunc in Ecclesia viget à C H R I S T O & huc vsque, dum non amplius semen secundum successorem eligitur, sed forma iuxta virtutem quæritur. Primum enim sacerdotium in præputio per Abel perficitur. Sed & deinceps per Noë. Tertium verò per Melchisedec. Et quòd quidem Melchisedec homo erat, ipse sanctus Apostolus in epistola dicit sic: At is cuius genus non recensetur ex ipsis, decimas accepit à Patriarcha. Manifestum igitur est, quòd ipsius genealogia ex illis non recensetur. Quot verò sunt alii quorum genus non manifestè recensetur: Daniel, Sedrac, Misac, Abdenago, Helias Thesbites, & in omnibus receptis libris nusquam habentur horum patres ac matres. Quot verò non iuxta hoc error aliquis contingat, nihil molesti fuerit etiam ea quæ in Traditionibus deprehendimus dicere. Inuenimus enim patrem Danielis, Sabaa quendam appellari. Helias verò patriarchatum ex natura eodem modo inuenimus, quem iuxta seriem exponam hoc modo. Helias Thesbites frater fuit Iodac sacerdotis, ex sacerdotibus nimirum etiã ipse existens, filius autem Achimaan. Achimaan autem filius Saduc. Saduc, Achitob, qui fuit filius Amoria. Amoria filius Moria. Morias Zaza, qui fuit Azia. Azias, Phinees. Phinees, filius Eleazar. Eleazar filius Aaron, sacerdotis videlicet. Aarõ, filius Amram. Amram, Caath. Caath, Leui. Leui tertius filius Iacob. Iacob autem frater quidem E sau, filius verò Isaac. Isaac filius Abraam. Verum in receptis libris horum genealogiæ non valdè clarè habentur, sed solùm in Paralipomeni tractationis de Helia partes. Naturam autem trium puerorum, Sedrac, Misac, Abdenago, neque in Traditionibus inuenimus. Quid igitur dicemus: Nunquid & illi, de Sedrac & aliis dico, seducent nos vt cogitemus quæ non oportet, & tumidè admiremur vltra modum vniuscuiusque tractationem: Imò ablit. Termini enim nobis positi sunt & fundamenta, & edificatio fidei, & apostolorum traditiones, & scripturæ sanctæ, & successiones doctrinæ, & vndiquaque veritas Dei munita est. Et nemo decipiat nouis fabulis. Redibo autem ad propositum, velut hii imaginantur de Melchisedec. Etenim iustus fuit, & sacerdos Dei, & rex Salem: non autem in cælo est, neque de cælo descendit. Nemo enim ascendit in cælum, nisi qui ex cælo descendit filius hominis, sanctus & verus Dei sermo inquit. Ordinem verò Melchisedec corroborans Scriptura, & Spiritus sanctus expressè docens, translationem sacerdotii ostendit, à veteri synagoga & consuetudine, ad consuetudinem optimam ac summam, & carnalè successionem non habentem, atque vnitam. Melchisedec enim sanctus hic non amplius post se successionem habuit, sed neque sacerdotii ablationem, Manet enim ipse sacerdos per omne tempus vitæ suæ, & adhuc in Scriptura celebratur sacerdos, ita vt nemo ipsi successerit, aut ministerium sacerdotii in tempore ipsius subuerterit. Sic & Dominus noster, non homo existens, sed ex Deo sanctus Deus, Verbum, filius Dei, genitus sine principio & sine tempore, semper cum patre existens, natus propter nos ex Maria homo, & non ex semine viri. Sacerdotium autem patri offert, ex humana natura massa accepta, vt pro nobis sacerdos constitueretur secundum ordinem Melchisedec, qui non habet successionem. Manet enim pro nobis in perpetuum dona offerens. Et primum quidem seipsum obtulit, vt solveret sacrificium veteris Testamenti, quum perfectus & viuens pro toto mundo obtulerit ipse victima, ipse sacrificium, ipse sacerdos, ipse altare, ipse Deus, ipse homo, ipse rex, ipse pontifex, ipse ouis, ipse agnus, omnia in omnibus pro nobis factus, vt nobis vita omnibus modis fieret, & sacerdotii sui immutabile firmamentum in secula efficeret: non amplius secundum semen successiones diuidens, sed secundum iustitiam seruari in Spiritu sancto largiens. Imaginantur porro alii, de hoc Melchisedec dicentes: carnaliter enim tales persecutati sunt, spiritualiter non intelligentes ea quæ à sancto Apostolo in epistola ad Hebræos dicta sunt, & Hierax quidem huc Melchisedec putat esse Spiritum sanctum, eò quòd assimilatus est, inquit, filio Dei. Manet enim sacerdos in perpetuum, ex ipsa dictione quam sanctus Apostolus reulit. Spiritus autè intercedit suspensis ineffabilibus: qui verò nouit sapientiam spiritus, nouit quòd pro electis intercedit & interpellat apud Deum, excidit autem & hic penitus à proposito. Non enim carnem induit vnquam spiritus. Quum autem carnem non induerit, non potuit esse rex Salem, & sacerdos loci alicuius. Verum quando de hoc Hierace & ipsius heresi subuersionem facturus sum, tum latius de his agam. Nunc verò in consequentia permanebo. Quot verò & quanta de hoc Melchisedec alii imaginantur? Samaritæ equidem hunc putant esse filium Noë ipsum Sem. Ridiculi autem etiam ipsi inueniuntur. Nam diuina scriptura omnia cum bono ordine muniens, veritatem per omnia firmavit, non frustra temporibus & annis locatis ac expressis. Quando enim Abraam fuit annorum octoginta octo

taocto aut nonaginta plus minus, tunc Melchisedec ipsi obuiam venit, & proposuit ipsi panes & vinum mysteriorum ænigmata præfigurans & exemplaria: quum Dominus noster dicat. Ego sum panis viuentium: & exemplar sanguinis ipsius, qui ex latere ipsius compuncto fluxit, ad purgationem inquinatum, & respirationem ac salutem animarum nostrarum. Abraam autem pater Tharra, septuagesimum agens annum, Abraamum genuit, & facti sunt anni centum sexaginta plus minus. Nachor autem genuit Tharra, quum annorum septuaginta nouem esset. & facti sunt anni ducenti triginta nouem. Seruch autem genuit Nachor, quum esset annorum centum triginta, & facti sunt anni trecenti sexaginta nouem. Ragan verò genuit Seruch, annos habens centum triginta duos, & facti sunt anni quingenti & vnus. Palec autem genuit Ragan annorum ex istens centum triginta, & facti sunt anni sexcenti triginta vnus. Heber autem genuit Phalec anno centesimo trigesimo quarto vitæ suæ, & facti sunt anni septingenti sexagintaquinque. Sala verò genuit Heber centesimum trigessimum agens annum, & facti sunt anni octingenti nonaginta quinque. Arphaxad autem annos natus centum trigintaquinque genuit Sala, & facti sunt mille triginta anni. Sem autem prædictus, quem Samaritæ Melchisedec esse imaginantur, centesimo anno genuit Arphaxad, & facti sunt anni mille centum triginta. Vsque ad tempus Abraam, quo obuiam venit ipsi Melchisedec, reuersus à cæde Chodollogomor & Barfa, & Symobor, & Hamarphal regum. Non vixit autem Sem tot annos, iuxta nugacem horum imaginationem, sed centesimo anno genuit Arphaxad, secundum annum post diluuium, & vixit postea quingentis annis, velut ait diuina scriptura: & genuit filios & filias, & mortuus est. Quum itaque annos sexcentos vixerit, ac mortuus sit, quomodo potuit venire ad annos mille centum triginta? vt Sem filius Noë ante decem generationes vocatus Melchisedec apud hos postea post decem generationes, & mille centum triginta annos putetur? Et d'ingentem hominum errorem. Carterum iuxta calculum aliorum exemplarium, ab ætate Sem, ex quo natus est ipse Sem, vsque ad præiudicatum tempus, occursum Abraam & Melchisedec, qui octogesimo aut nonagesimo anno vitæ ipsius contigit, sunt anni sexcenti vigintiocto plus minus. Quare omnino non potuit Sem ad præiudicatum Abraam tempus peruenire, vt Melchisedec putetur: & corrui vndiquaque Samaritarum vaniloquium. Iudei rursus dicunt ipsum quidem esse iustum & bonum sacerdotem altissimi, velut diuina habet scriptura. Verum eo quòd filius sit scorti, dicunt matrem ipsius non scriptam esse, neque patrem ipsius nosci. Concidit autem & horum delirus sermo. Nã & Raam meretrix est, & scripta est. & Zanibre qui scortatus est, scriptus est: et Chasbite cum ipso, etiam si aliena sit, & non de genere Israël exorta. Et omnis qui non per ostium ingreditur velut sanctum dicit Euangelium, latro est, & non verus pastor existit. Porro in Ecclesia quidam diuersimodè de hoc Melchisedec pronunciant. Aliqui enim ipsum putant naturæ filium Dei, in humana specie tunc a Braamo apparuisse. Excidunt autem & ipsi à proposito. Non enim quis sibi ipsi vnquam similis esse poterit, velut habet scriptura diuina. Assimilatus filio Dei manet sacerdos in perpetuum. Reuera enim cuius genus non recensetur ex ipsis, is Abraamum decimauit. Quandoquidem enim non ex ipsis Israëlitis genus eius recensetur, recensetur autè ex aliis hominibus horum sanè gratia, omnium aliorum propter hanc heresim mentionem fecimus, & velut in digressionem de his narrauimus. At verò in nomen huius Melchisedec prædicta heresis etiam oblationes offert, & ipsum esse introductorem ad Deum dicit, & per ipsum (inquit) oportet Deo offerre, quia princeps est iustitiæ, ob hoc ipsum constitutus à Deo in cælo, spiritualis quispiam existens, & filius Dei ordinatus. Et oportet, inquit, nos ipsi offerre, vt per ipsum offeratur pro nobis, & inueniamus per ipsum vitam. Et Christus quidem, inquit electus est, vt nos vocaret ex multis viis ad vnã hanc cognitionem, à Deo victus, & electus factus. Nam auertit nos à simulachris & ostendit nobis viam. Ex quo sanè Apostolus missus, reuelauit nobis quòd magnus est Melchisedec, & sacerdos manet in æternum. Et videte quantus est hic, & quòd minus ex maiore benedicitur. Ob hoc, inquit, etiam Abraamum patriarcham benedixit, velut maior existens: cuius nos sumus mystæ, vt ab ipso benedictionem assequamur. Et vide mihi quàm vana est vniuersorum hereticorum sententia. Ecce enim & ipsi abnegarunt Dominum suum, qui ipsos redemit proprio sanguine suo. Qui non à Maria initium habuit velut ipsi putat, sed semper est apud Deum Deus verbum, genitus ex patre sine principio & sine tempore, velut tota scriptura narrat. Dicit enim, Faciamus hominem secundum imaginem nostram, ad similitudinem: & non secundum Melchisedec. Hic equidem sacerdos Dei altissimi est in propria generatione, & non habuit successorem post se. At non est qui ex supernis de cælo descendit. Nò enim dixit Scriptura quòd detulit Abraamo panem & vinum, sed obtulit ipsi & posteris eius, velut à regibus venientem patriarcham excipiens, & benedixit ipsum propter iusticiam quæ erat in ipso, & fidelitatem ac pietatem viri. Quia in omnibus examinatus, in nullo excidit à iusticia patriarcha. Sed & in hoc cooperatorem habuit Deum, contra eos qui verè inuaserunt Sodomitarum regionem, & abstulerunt nepotem ipsius sanctum Loth, quem & reduxit cum omni præda ac spoliis. Et vnde non demonsttrauimus? Quia semper filius cum patre. In principio enim erat verbum, et verbum erat apud Deum, et Deus erat verbum. Et non dixit, Melchisedec erat in principio. Et rursus: Venit igitur Dominus ad Abraam, et pluit Dominus à Domino ignem et sulphur super Sodoma et Gomorha. Et sanctus Apostolus dicit, Vnus Deus ex quo omnia, et vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia. Et ne quis dicat, Vbi est igitur Spiritus? Quandoquidem enim de vno et vno narrat, non oportebat ipsum spiritum suum ipsius per se constitutorem esse. Semper enim obseruat diuina scriptura, vt exëplar nobis fiat. Loquutus est igitur in Spiritu sancto Apostolus, et dixit Vnus Deus ex quo omnia, et vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia. Erat autem cum sancto Spiritu dicens hoc, non enim vt deficeret trinitas. Verum ipse Dominus clarè dicit, Euntes baptisate

Melchisedec esse credi esse est.

Deductio genealogia.

Geneſeon calculi variant in exemplaribus.

Oblationes horum hereticorum quas.

Abnegat dominum suum.

Vnus Deus et vnus Dominus, quomodo accipien-

omnes gentes, in nomen patris & filij & spiritus sancti. Et rursus apostolus dicit. Vnus est autem spiritus qui diuidit vnicique vt vult ad vtilitatem. Ecce itaque pater, ecce filius, ecce spiritus sanctus. Et nusquam Melchisedec, neque inter dona dixit quod donet, neque inter altitudines. Et frustra ab his decantantur falsa & excogitata offendicula, non a veritate, sed ex ipso sibilo draconis prout vnumquemque potuit decipere ac seducere. Et de his iam abunde loquuti, relinquamus hanc haresim, velut murem araneum lapide ictum, per firmum fidei fundamentum, a veneno virus ciculantis bestie elapsi. Etenim murem araneum dicunt ad tempus nihil iniuriæ inferre commorsos, tempore autem quodam corpus disperdere, & contactum ad mutilationem totarum partium ducere. Sic etiam hæc sententia, his qui statim de his audierunt, apparet velut nihil sit. Verum afflicta verborum attractio questionem inducit, & velur dissipationem his qui non auxilium huius antidoti assequuntur. Non autem ferme apparet animal hoc. In nocte enim ambulat, & sic damnum inducit, maxime in Aegyptiorum regione. Quare sciendum est his qui animalium cognitionem habent, quod non incassum, neque per calumniam, de animali hoc mentionem fecimus. Hæc enim eius proprietates est. Consequenter autem pergam ad alias quod promissum in Deo expleri digni facti, Deo gratias agamus.

Contra Bardesianistas, hæresim LV I.

Bardesianistarum hæresis 6. **Augarus Edessenorum principis.** **Antonius Verus. Simile.**
Vnde hæretici subuertitur.
Anima in sanguine.
Post hos deinceps sequitur Bardesianus quidam, sic vocatus. Bardesianus autem hic, ex quo hæresis Bardesianistarum orta est, ex Mesopotamia secundum genus erat, ex inhabitantibus ciuitatem Edessenorum, qui primum quidem optimus vir fuit, & libros non paucos conscripsit, quando sanam mentem habebat. Nam ex sancta Dei Ecclesia procedebat, doctus existens in duabus linguis, Græca & Syrorum. Augarus autem Edessenorum principi viro sanctissimo familiaris erat primum, & simul eius adiutor, & ipsius eruditionis particeps. Durauit post illius obitum vsque ad tempora Antonini Cæsaris non Pij appellati, sed Veri. Et multa in Abidan astronorum contra factum differens, collegit. Sed & alia eius scripta secundum piam fidem circunferuntur. Apollonio verò Antonini amico contradicebat admonenti, vt negaret seipsum Christianum dicere. Hic autem ferme in confessionis loco constitutus erat sermonesque prudentes respondit, pro pietate viriliter defensionem suscipiens, mortem se non formidare dicens, quam necesse sit affore, etiam si regi non contradiceret. Et sic vir hic per omnia magnopere ornatus erat, donec in errorem sectæ suæ incidit, factus instar pulcherrimæ nauis, cui incomparabile onus immittitur, & quæ iuxta ripas portus tracta est, & totum mercimonium perdidit, & aliis qui nauem conscenderunt mortem induxit. Corrumptur enim hic per Valentinianos: & ex ipsorum improbitate, venenum & zizania horum haurit, Multa autem & ipse alia principia emissionesque ac productiones narrauit: & abnegata mortuorum resurrectione, hanc hæresim docuit. Vt autem lege & prophetia, veterique ac nouo Testamento, & quibusdam apochripis similiter. Subuertitur autem etiam ipse cum omnibus qui præcesserunt & post ipsum fuerunt, vt qui seipsum a veritate abalienauit, & velut a face lucida ignis, in fuliginem transmutatus est. Equidem de mortuorum resurrectione iam nobis in multis scriptis dictum est. Non fuerit autem molestum etiam rursus in hoc subuertendo paucis verbis vti. Siquidem enim vetus Testamentum admittit & bone, & similiter nouum, vnde non redargue ris veritatis viam corrumpens, & teipsum a via Domini in veritate abalienans? Ipse enim Dominus primus (vt fieret nobis resurrectionis arrabo, & primogenitus ex mortuis) & mortuus est pro nobis, & resurrexit, & non simpliciter in apparentia passus est. Sepultus est enim, & corpus eius gestauerunt. Et testatur Ioseph ab Arimathea. Testantur & mulieres quæ tulerunt vnguenta ad monumentum, & centum librarum aloes pondus, quod non erat apparentia, neque phantasia. Testatur etiam angeli, qui mulieribus apparuerunt, dicentes, Resurrexit, non est hic, quid queritis viuentem cum mortuis? & non dixerunt. Non est mortuus, sed, Resurrexit qui passus est in carne, viuit autem semper in spiritu, & læsionis expertus est in propria deitate. Qui ex supernis ex patre genitus semper est, cui in extremis diebus complacuit, vt ex Maria virgine homo fieret. Velut testatur sanctissimus Paulus, dicens: Genitus ex muliere, factus obnoxius legi. Ergo nondum audiisti dictum, quod ait? Oportet corruptibile hoc induere incorruptibilitatem, & mortale hoc induere immortalitatem. Aut non persuasit te Esaias propheta, dicens: Et resurgent mortui, & excitabuntur hi qui sunt in monumentis. Aut ipse Dominus, dicens: Resurgent hi in vitam æternam, & illi in supplicium. Aut non meministi conuersationis ipsius. Abel post mortem cum Deo? quomodo non animam dicit interpellare ac clamare ad Deum, sed sanguinem, Sanguis autem non est anima, sed in sanguine est anima. Corpus enim est sanguis visibile. Anima verò inuisibilis existens, in sanguine locum habet. Et vndiquaque confutata est tua, & Bardesiane peruersa fides, ex ipsa veritate subuersa. Cæterum de multis principiis quandoquidem saepe contra eos qui sic dicunt, multa diximus, hic non multam disputationem facturus sum, sed velut in commonefactione, quum S. Apostolus dicat: Nobis vnus Deus pater: ex quo omnia, & nos in ipsum: & vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Quomodo igitur multitudo deorum erit & multa principia? si vnus est Dominus Iesus Christus, propter quem omnia, & per quem omnia, & nos per ipsum. Igitur vnus est creator, & neque multi Dei, neque multa secula. Dixit enim, Siquidem sunt multa quæ dicuntur secula: vocem autem que dicuntur, velut de his quæ non sunt, pronunciauit. Verum propter eos qui Græcorum dicuntur, et quos ipsi Græci deos fecerunt, solem et lunam, sideraque et his similia pronuncians, omnium erroneorum sententiam excludit. Quum autem sana fides vndiquaque seruetur, quæ fundamentum est et salus fidelium, facio omnium sectarum excogitata

gitata vanitas eueritur. Velut etiam hic subuersus est, & miserabilem seipsum constituit, & seipsum a vita abalienauit. Dicit enim propheta ad sanctam Dei Ecclesiam: Ponam carbunculum lapidem tuum, & fundamenta tua saphirum, & muros tuos lapides electos, & propugnacula tua iaspin. Deinde postea dicit, Omnis vox quæ insurget contra te, omnes ipsos vinces, contra verò non prosperabuntur. Nihil enim valebit aduersus fidem veritatis, nam super petram edificata est, & portæ inferni non præualebunt contra: velut sanctus Deus verbum ipsi promissit, qui rex eius est & sponsus, & dominus eius atque hæres. cui gloria, honor, imperium, patri in filio, cum sancto spiritu, in secula seculorum, Amen. Quando verò & hæc ipsa hæresis conculcata est, & velut concissi serpentis caput adhuc se volutans, per lignum vitæ oppressa, ipsi Deo gratias agentes ô charissimi, rursus ad alias speculationes transeamus.

Contra Noetianos, hæresim LVII.

Noetianorum secta

Alius rursus post hunc Noetus nomine surrexit, non ante multos annos, sed ante hoc nostrum tempus centum triginta plus minus annis, Asianus vrbs Ephesi existens, qui alieno spiritu ductus voluit a seipso, quæ neque prophetæ, neque apostoli, neque Ecclesia ab initio obtinuit, neque cogitauit, dicere ac docere. Hic a se ipso insanæ elationibus elatus, ausus est dicere patrem passum esse. Insuperque ad maiorem fastum ac dementiam delatus, seipsum dixit esse Moysen, & fratrem suum Aaron. Verum interim dum hæc fama de ipso ferebatur, beati Ecclesie presbyteri, accitum ipsum de his omnibus examinabant, & an hanc blasphemiam de patre protulisset interrogabant. Ipse verò primum quidem negabat coram presbyteris constitutis, eo quod nemo ante ipsum horrendam ac perniciosam hanc amarulentiam euomisset. Postea vero ex rabie quam habebat, in alios quosdam immittens, vt ita dicam & secum decem viros trahens, in maiorem arrogantiam ac temeritatem elatus, ac audax factus est, palam deinceps hæresim docuit. Rursus itaque iidem presbyteri accitum ipsum & homines illos ab ipso corruptos, de istis rursus interrogabant. Ipse verò cum seductis ab ipso perfrecta fronte deinceps palam contradicebat, dicens: Quid enim malè feci? vnum Deum glorifico, vnum noui, & non alium præter ipsum, genitum, passum, mortuum. Vbi igitur in his permansisset, expulerunt ipsum ex Ecclesia vnâ cum discipulis suis. Moritur autem idem paulo post vnâ cum proprio fratre, non velut Moyses in gloria, neque ipsius frater Aaron ille sepultus est in honore, abiecti enim sunt velut transgressores, & nemo ex piis ipsos cooperuit. postea verò sequaces eius mente corrupti, corroborarunt hoc dogma, per ea subducti, quibus etiam præceptor ipsorum ab initio. Quando enim interrogatus a presbyteris dixit, Vnum Deum glorifico: audiuit ex ipsis ex amore veritatis, Vnum Deum glorificamus etiam ipsi, sed velut nouimus iuste glorificare: & vnum Christum habemus, sed velut nouimus vnum Christum filium Dei, passum sicut passus est, mortuum sicut mortuus est, qui resurrexit, qui ascendit in cælum, qui est in dextera patris, venturus ad iudicandum viuos & mortuos. Hæc dicimus docti ex diuinis scripturis, quæ & nouimus. Ex hoc Noetiani, qui sunt auulsi ipsius, & qui ex ipso processerunt, hoc dogma glorificant, ex dictis his furiosam suam doctrinam confirmare conantes, Nempe ex eo quod dixit Deus ad Moysen, Ego sum Deus patrum vestrorum, ego primus, & ego post hæc, non erunt tibi dii alij, &c. Dicebant igitur, Nos itaque ipsum nouimus solum. Si itaque Christus venit & natus est, ipse est pater ipse filius, profecto ipse est Deus qui semper est & nunc venit: velut dicit scriptura, Hic Deus tuus, non reputabitur alius ad ipsum. Excogitauit omnem viam scientiæ, & dedit ipsum Iacob seruo suo, & Israël dilecto suo. Post hæc visus est in terra, & cum hominibus conuersatus est. Vides, inquit, rursus quomodo diuina scriptura nos aduocavit vt ne alium atque alium Deum putemus, dicens quod ipse Deus est solus qui venit, & ipse rursus postea conspectus? Rursus verò alio dicto vtuntur hoc, vbi dicit: Laborauit Aegyptus & emporia Aethiopum, & Sabaim viri alti ad te transibunt, & tibi serui erunt, & ibunt retrò te ligati manicis, & in te adorabunt, & in te preces fundent, quia in te Deus, & non est Deus præter te. Tu enim es Deus, & non noueramus, Deus Israël Saluator. Vides, inquit, quomodo diuinæ scripturæ vnum Deum indicant, et prædicant ipsum manifestè? & in confesso vnus est idem semper existens. Et ea de causa non multos deos dicimus, sed vnum Deum, eundem passionis exortem eundem filium & passum, ut nos per propriam passionem saluaret, & non possumus alium dicere: Nimirum a præceptore suo docti hanc confessionem, & prauam hanc opinionem, & perniciosam insaniam. Postea verò alia, ad confirmandam hæresim suam, dicta produciunt, velut etiam præceptor ipso rum dixit, quod etiam Apostolus his verbis testimonium præbet: Quorum sunt patres, ex quibus est CHRISTVS secundum carnem, qui est in omnibus Deus benedictus in secula, Amen. Volunt autem in hunc modum in vno membro narrare, velut etiam Theodorus. Et ille quidem ex natura extremè nudum hominem narrauit: hic verò aliam extremitatem vniformiter, eundem Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, in carne passum et genitum putauit. Neque igitur illi qui a Theodoro descenderunt, aliquid in veritate dixerunt: neque hic Noetus et eius socii, potius anoctus, id est stolidus appellandus: quemadmodum diuinæ scripturæ, vtrosque et omnes erroneos redargunt. Cæterum omnibus qui mentem in Deum habent, et in sancta scriptura ac Spiritu sancto illuminati sunt, facilè refutabilis. et omni demencia relictus ipso rum sermo apparet. Audaciæ enim ac temeritatis hoc est opus, et mentis occæcatur opinio, quæ asserit eundem patrem, & eundem filium, & eundem passum. Quare etiam a

57. Noetianus Asianus.

Excusatio Noetianorum calumnia sa expellitur ab Ecclesia.

Noetiani

Falsus intellectus Scripturarum.

Noetus anoctus.

recta ratiocinatione iudicabuntur qui talia dicunt. Quomodo enim fuerit Pater idem qui et Filius est? Si enim Filius est, omnino alicuius filius fuerit a quo genitus est. Si vero pater est, seipsum generare impossibile est. Rursus quod vocatur filius, seipsum non genuit, sed ex patre genitus est. Et ob ingentem hominum vesaniam, & depravatam cogitationem. Est enim rationi consentaneum, non velut hi putant, sed sicut veritas per diuinam scripturam nobis ostendit. A Statim enim ait Dominus dicens, Ecce intelliget filius meus dilectus quem elegi, quem dilexit anima mea, ponam spiritum meum in ipso. & vides quomodo vox patris ostendens natura filium dicit, in quo etiam spiritum suum ponit. Deinde vero etiam ipse vnigenitus dicit, Glorifica me pater in gloria, quam habui apud te antequam mundus fieret. Qui autem dicit, Pater glorifica me: non seipsum patrem vocat, verum patrem suum cognoscit. Rursus in alio loco venit vox de caelo, Hic est filius meus, ipsum audite. Et non dixit, Ego sum filius meus, me audite. Neque rursus, Factus sum filius: sed, Hic est filius meus: ipsum audite. Et quum dicit, Ego & pater meus vnus sumus: non dixit, Ego & pater meus vnus sum, sed ego & pater meus vnus sumus. At ego & pater, quum sit in graeca loquutione articulus additus, *o nams*, & coniunctio Et in medio, significat patrem natura patrem, & filium natura filium. Et rursus de Spiritu sancto: Si abiero, ille veniet Spiritus veritatis. Longe vero clarissimum est hoc, Ego abeo, & ille venit. Non dixit, Ego abeo, & ego veniam: sed a voce ego, & ille, significauit in substantia esse filium, substantiam habere Spiritum sanctum. Et rursus, Spiritus veritatis qui ex patre procedit de me accipiet vt ostendat in substantia esse patrem, in substantia Filium, in substantia Spiritu sanctu. Rursus in Iordanem ex supernis Pater loquebatur Filius vero in Iordanem descendit. S. intermedium in specie columbae apparebat, & venit super ipsum, & quidem cum Spiritus carnem non gestarit, neque corpus induerit. Quo vero ne putetur coniunctio esse Spiritus sancti ad Filium, figuratur in specie columbae, vt videretur natura in substantia esse Spiritus. Vnde vero aliunde non possumus ostendere contra hos, qui insaniam in seipsis pepererunt? Siquidem enim verum dicit ipsorum sententia, & sermo vanus, neque consistentiam, neque vim habens, neque intelligentiae rationem, aut significationem: ergo reiicienda sunt scripturae, quae ubique Patrem, patrem cognoscunt, & Filium, filium: & Spiritum sanctum, Spiritum sanctum. At quid dicitis ob bone? Num deorum multitudinem putauerunt, qui verè cultum & reuerentiam trinitati offerunt, qui sancti sunt filii veritatis & solius catholicae Ecclesiae? Profecto non sic. Quis enim non gaudet, vnum veritatis Deum esse? patrem omnipotentem, ex quo vnigenitus filius in veritate Deus verbum, in substantia verbum verum genitus ex ipso, sine principio, sine tempore? Quapropter vnum Deum certò predicat Ecclesia, Patrem & Filium: quoniam ego in Patre, & Pater in me: & duo vnus sumus, hoc est vna deitas, & vna voluntas, & vna dominatio. Ex ipso vero Patre etiam Spiritus procedit, in substantia existens, & in veritate perfectus Spiritus veritatis, illuminet qui ex Filio accipit, Spiritus veritatis, Spiritus Patris, Spiritus Christi. Quapropter vnam deitatem nouit Ecclesia. Vnus est Deus veritatis Pater, Pater perfectus in substantia, Filius perfectus in substantia, & sanctus Spiritus perfectus in substantia, vna deitas, vnus principatus, vnum dominium. Quapropter ubique clare praedicant diuinae scripturae vnum Deum, hoc est, trinitatem coessentialem, semper existentem eiusdem identitatis, eiusdem dominationis. & corrumpit vndique, ob stolidam, stoliditatis tuae sermo. Cum itaque sic dicta sint, & apposita ad praedicti Noeti voces, considerare ab initio oportet, & sic eadem capita subuertere. Primum igitur, quandoquidem introduxit hoc caput, quod vnus Deus ex quo omnia, & nos in ipsum: & vnus Dominus IESVS CHRISTVS, per quem omnia, & nos per ipsum: non vides, quod vnus Deus ex quo omnia, & nos in ipsum, quomodo vnum principium significat? vt ne ad multa principia mentem conuertat, & rursus ad multitudinem deorum, seductam hominum mentem, per inanem multitudinis deorum vocem, agat? Vides enim quod vno nomine vitur, & vna appellatione, non negans vnigenitum Deum. Nouit enim ipsum Dominum, & nouit ipsum Deum. Quapropter vnus muniens hoc dicit, Et Dominus IESVS CHRISTVS, per quem omnia. Et de Domino quidem hoc dicens, non eundem indicauit Patrem esse, & eundem Filium: sed ostendit Patrem quidem Patrem esse, Filium verò verè Filium. Nam quod dixit Vnus Deus, de Patre, non velut negans de Filio, quod Deus sit, dixit. Si enim non est Deus, neque Dominus: quando verò Dominus, vtique etiam Deus. Verum in vnam nomenclaturam reducere coactus à Spiritu sancto Apostolus, declarauit nobis fidem, euidenter vnum Dominum indicans, vtique & Deum. Ceterum nemo putet, quandoquidem dicit vnum & vnum, nunquid reliquit numerum trinitatis, quum non nominaret Spiritum sanctum? Quando enim nominauit Patrem & Filium, Deum & Dominum, in Spiritu sancto nominauit. Non enim quia dixit Vnus Deus, de Patre, ex quo omnia, ideo negauit ipsum esse Dominum. Neque rursus quia dixit, Et vnus Dominus IESVS CHRISTVS, negauit ipsum esse Deum. Sed quemadmodum de Patre contentus fuit vna appellatione, dicens Vnus Deus: cum eo enim quod est Deus, videlicet est & Dominus: ita & in Filio contentus fuit dicere Vnus Dominus. cum eo enim quod est vnus Dominus, simul est & Deus. De Patre igitur & Filio dicens, non vacuus erat à Spiritu sancto, sed in Spiritu sancto, velut dixi, loquebatur. Solet autem semper sanctus Spiritus non sui ipsius constitutionem facere, vt ne nobis exemplar exhibeat, vt & nos de nobis ipsis constitutionem faciamus, ac afferamus.

Interpretationis falserratio.

S. Trinitatis personarum distinctione.

Gaudium ex veritate Dei.

Tres personae in substantia perfectae.

Iudicium de tribus personis impium.

Vnus Deus & vnus Dominus quomodo accipiendum.

mus. Igitur vnus est Deus Pater ex quo omnia: & vnus Dominus IESVS CHRISTVS, per quem omnia, aut propter quem omnia: & vnus Spiritus sanctus, non alienus à Deo; verum in substantia existens, quia Spiritus Dei, & Spiritus veritatis, & Spiritus c H R I S T I. Si vero de hoc, Laborauit Aegyptus, & emporia Aethiopum, Sabaim viri alii ad te transibunt. Et hoc, Tu es Deus, & non noueramus. Et tibi serui erunt, & ibunt retro te ligati manibus, & in te adorabunt, quia in te Deus est, & non est Deus praeter te: Tu enim es Deus, & non noueramus, Deus Israel, Saluator. Non vides, inquit, quod vnus Deus est? Ex talibus enim dictis, velut ostendimus, non intelligens dicta, sed improbe mutilans scripturas, oblique quidem exponens, per transgressionem verò inducens sermones, non consequenter & iuxta pedem loquitur, neque secundum seriem narrat Noetus, aut Noetiani ex ipso intelligunt. Quemadmodum enim malo cani nomen est leo, & eos qui non reuera vident, probè videntes vocant, & fel dulce dicunt, & acetum aliqui mel appellauerunt & erinnyas, hoc est furias, quidam Eumenidas, hoc est beneuolas appellauerunt: sic etiam hic, Noeti nomen habens, anocerus id est stolidus est, quique ab ipso descenderunt, stolidè faciunt, omnino non consequentiam eorum quae dicunt & quae proponunt intelligentes: vt etiam impleatur, in ipsis quod dictum est à sancto Apostolo, Neque quae dicunt intelligentes, neque de quibus affirmant. Videte sanè mihi, o viri fratres, quomodo Scriptura superius dixit, imò potius ipse Dominus, velut initium capitis habet, vnde tota res ac veritas ostenditur: Interrogatis me de filiis meis & filiabus, & de operibus manuum mearum praecipistis mihi. Ego feci, inquit, terram & hominem in ipsa: Ego manu mea firmaui caelum: Ego omnibus astris praeci: Ego excitauit cum iusticia regem, & omnes vias ipsius rectas. Hic edificabit ciuitatem meam, & captiuitatem meam conuerteret, non cum precibus redemptionis, non cum donis, dixit Dominus Sabaoth. Postquam deinceps, Laborauit Aegyptus, & emporia Aethiopum, &c. quia in te Deus est. In quo autem dixerimus quam paterno verbo? Nam verè Deus verbum est Filius, & in ipso Pater cognoscitur, sicut dicit: Qui vidit me, vidit patrem, & ego glorificaui nomen tuum in terra. Deinde rursus: Ego excitauit regem. Non vides quod vox est patris propria, quae excitat ex ipsa verum Verbum regem super omnes? cum qui ex ipso verè genitus est sine principio, sine tempore. Qui & excitauit rursus ipsum regem, velut sanctus Apostolus ait, dicens: Si verò spiritus eius qui excitauit c H R I S T V M ex mortuis, habitat in nobis, qui excitauit c H R I S T V M ex mortuis, viuificabit mortalia corpora vestra, per inhabitantem spiritum suum in nobis. Vides quomodo concordant prophetica Apostolica, & Apostolica Euangelica, & Euangelica Apostolica, & Apostolica prophetica? Deinde, Excitauit regem. Et hic qui excitat c H R I S T V M ex mortuis, hic in te Deus est. Quam mysticè, quam mirabiliter omnia enarrat diuina scriptura. Nam velut in templo in carne praeuidebatur, & hominum spei praedenunciabatur deitas ipsa, per conuersionem ad patrem. Filius enim Dei Deus verbum, velut in sancta ciuitate, & in templo sancto, hoc est, in sancta incarnatione, & aduentu in carne, Deus existens, habitans in templo sancto, dicit: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo ac erigam ipsum. Quapropter mysticè omnia dispensat Deus verbum, missus à Spiritu in carne, & vinculum dilectionis ostendens attrahitur, & paruificans seipsum, cum magnus sit Deus ipse Verbum, ex virgine per Spiritum sanctum genitus filius Dei. Vnus existens, qui seipsum carne & spiritu vnum fecit, velut dicit: Qui descendit, ipse est & qui ascendit, filius hominis qui est in caelo. Quid igitur dicit Noetus in sua stoliditate? Num in caelo caro erat? nimirum non erat. Quomodo igitur qui descendit ex caelo, ipse est qui ascendit? Imò hoc dicit, vt Verbum quod descendit indicet non infernis esse, sed ex supernis descendisse. Quandoquidem verò homo factus est in carne, non à semine viri, verum ex spiritu & carne, suam dispensationem perfecit. Ob id vnam vnitatem indicans conuentionis verbi & incarnationis, dicit eum qui ex supernis venit sursum ascendisse, in perfectione deitatis, Etenim nunc qui non erat vnquam, caro est ex spiritu & virgine, qui productus est à patre perfectum Verbum, qui ante hac in caelo non erat caro. Quid igitur erat, qui in caelo erat, quam Verbum à caelo demissum, habens vnitatem in vna deitate, secundum virtutem patris conuinit? vt ostendat, quod in terra & caelo idem Deus Verbum fuit, immutabilis & inalterabilis existens. Verbum enim erat, Deus erat semper: Spiritus erat, Virtus erat. Qui commune nomen & apud homines comprehensibile in seipsum suscepit, sic vocatus Filius hominis, quum filius sit Dei. Et in prophetis antequam esset, nominabatur, quod nondum in carne erat, ob id quod in ipso futurum erat. Quemadmodum etiam Daniel dixit: Vidi velut filium hominis venientem in nubibus. Quapropter iuste in caelo nomine, hoc Verbum vidit, in Spiritu sancto propheta, filium altissimi vocans. Idedque priora posteriora indicans vnigenitus dicit: Nemo ascendit in caelum, nisi qui ex caelo descendit, filius hominis. Non quod superne erat caro, sed ex supernis descendit. At, quid est, inquit tu, quod hic ait Deus noster, & non reputabitur alius? Valdè bene dixit, quemadmodum etiam Apostolus confirmat, dicens: Quorum sunt Patres, ex quibus est c H R I S T V S secundum carnem, qui est in omnibus Deus. Mirabiliter narrat. Hic enim qui est, est in omnibus Deus. Veritas. Quandoquidem enim ipse docet nos dicens, Omnia mihi tradita sunt à patre meo: ob id in omnibus est Deus. Sic etiam Ioannes testatur, dicens: Quod erat ab initio, quod audiuimus, et oculis vidimus, et manus nostrae palpauerunt. Et rursus in Apocalypsi dicit: Qui erat ab initio, et

Iuxta pedem loqui.

Eumenidum appellatio inaudita.

Opera manuum Dei.

Effectus Spiritus sancti.

Arguitur contradictio.

Filius hominis appellatio.

Veritas Trinitatis copro-

qui venit omnipotens, bene per omnia dixit: bene enim dixit, Omnia mihi tradita sunt à patre meo & exactè proposuit. Super omnia igitur est Deus, & proprium suum habet patrem, in eo quod dicit. Ab eo ad patrem. Si autem esset ipse pater, ad qualem patrem, ò stolidè, abiret? Rursus enim dicit, Vt sint vnum, velut ego & tu vnum sumus. Semper enim scriptura uniuersum casum hominum iuxta summum, vndiquaque mentem contrahit, ad mediam veritatis viam. Et ad eos quidem, qui putant alienum esse filium à patre, velut Arius & alie secte putant, dicit: Ego & pater vnum sumus. Ad eos vero qui putant ipsum esse patrem, & eundem esse filium, eò quod dicit, Ego & pater vnum sumus: dicit, Hæc ipse vnum sunt, quem admodum ego & tu vnum sumus. quo pudefaciat Noetum, & ipsius scholam, adducens in medium discipulorum vnionem. Quomodo enim potuit Petrus & Ioannes, & alij deinceps vnum esse, velut per coniunctionem: verum quod essent in vna vnitate deitatis, & in vna sententia ac virtute, ad repellendum omnem opinionem, contra alterutram veritatis patrem insurgentem. Philippus porò sanctus ille apostolus, dicit, Ostende nobis patrem tuum. Ipse vero dixit, Qui vidit me, vidit patrem: & non dixit, Ego sum pater: sed me, significatione seipsum dicens, verum vidit patrem, non seipsum dicens. Aliud enim est, præsertim in Græca oratione, articulus ad vocè Patris adiectus, quasi dicas ipsum Patrem: & aliud me & aliud ego: & aliud me. Si enim esset idem ipse pater, dixisset, Ego sum. Quandoquidem verò non est ipse pater, sed filius: verè dicit, Qui vidit me, vidit Patrem: quo Arius blasphemiam repellat, que Filium à Patre alienum facit. Quare cum tota scriptura clarè nobis viam veritatis proponat, & nos hunc Noetum & ipsius hæresim, Noetianos inquam, cum aliis sectis repulerimus, velut draconem ostracitem appellatum, qui in eò quod hominem persequitur, se scire non potest, neque ad dexteram, neque ad sinistram: declinata ipsius ac scholæ eius improbitate, ad sequentes, per virtutem Dei, mentem adhibebimus, ad enarrationem ac confutationem novarum dictionum, in ipsis contra veritatem excogitarum.

Ego & pater vnum sumus: ego & tu vnum sumus: quomodo accipiendum? Draco ostracites.

Valesiorum hæresis.

Contra Valesios, hæresim LVIII.

Valesiorum incognita origo. Gnosticos & valesiorum discrimen. Eunuchorum secta.

Violentia vultus Eunuchi.

Resurrectionis veritas.

Eunuchi triplices.

DE Valesio audiuimus sepe numero, non tamen cognouimus vbi sit, aut quis sit, aut vnde origo. Nomen duxerit, aut quid dicat, siue admoveat, siue loquatur hic Valens: & nomen quidem Arabicum existens, quandam suspicionem nobis præbet, vt cogitemus hunc & sectam ipsius in hunc vsque diem durare, ita vt sint quidam in Bacathis regione Philadelphina ultra Iordanem. Et indigenæ quidè Gnosticos hos appellare volunt. Non sunt autem ex Gnosticis, aliter enim hi sentiunt. Quæ verò ad nos perueniunt, hoc modo se habent. In ecclesia equidem plures congregati erant, vsque ad tempus aliquod, donec in amplitudinem dilatata est ipsorum dementia, & ab ecclesia reiecti sunt. Sunt autem omnes exacti. Sed & ipsi de principiis, siue principatibus ac potestatibus, atque aliis eodem modo opinantur & vbi acceperint hominem in disciplinam, quanto quidem tempore membris nondum exectus est animatis non veltitur. Vbi verò persuaserint ipsum, aut per vim execuerint, tunc omnibus veltitur, velut iam à certamine quietus: & non amplius in periculo constitutus, vt impellatur per edulia ad concupiscentiæ voluptatem. Non autem solum proprios hoc modo perficiunt, sed se per etiam peregrinos accedentes, & adhuc apud ipsos hospitio exceptos, ad talè vitæ deducunt, velut mulra de hac re fama fertur. Abripiunt enim tales intus, & vinculis alligatos per vim castrant. Et hæc sunt quæ de his ad nos venerunt: de quibus cum cognouerimus, in quo loco mansionem habeant, & quod nomen hoc frequens sit in illis partibus: vbi hæresis nomen aliud non deprehendimus, putauimus hanc esse. Ingens est autem horum vafania. Siquidem enim hoc quod est in Euangelio implere volunt: Si offendiculo fuerit tibi vnum membrorum tuorum, recide à te. Melius est enim tibi, vt in regnum cælorum ingrediaris claudus aut cæcus aut mutilus, &c. At quomodo possunt in regno cælorum aliqua esse detruncata? Si enim regnum cælorum omnia perficit, nihil imperfecti in se habet. & quando cor poris erit resurrectio, omnia membra resurgent, & nullum ex ipsis relinquetur. Et si omnino membrum non resurget, neque totum corpus resurget. Et si unum membrum, quod offendiculo fuit, solum relinquitur, nullum omnino membrum restans relinquetur: omnia enim nobis offendiculo fuerunt. Quis verò rescindet cor suum, quod omnibus offendiculo est? Ex internis enim, inquit procedunt scortationes, adulteria, petulantia, & his similia. Quis igitur rumpet cor suum? Si verò non resurgit corpus, iuxta quorundam dementiam & impietatem, quomodo ergo differet sermo de his de cretus? Quum enim omnia membra non ingrediantur in regnum cælorum, quid amplius opus circa unum fieri membrum, cum alia hoc non expleant? Si verò resurgit corpus (resurgit enim) quomodo possibile est adhuc in regno cælorum fieri mutilationem? Aut quomodo non erit indecorum regnum cælorum, multa habens corpora ad gloriam? Si uero etiam omnino resectum fuerit membrum, quod scandalo est, ergo resectum est, & non peccauit: resectum autem, & peccato non inquinatum, ipsum sanè primum omnium resurgere oportet, cum non peccarit. Qui uero ob procliuatam ad opus uenturum se temerè castrant, hi ab omnibus se reprobarunt ac abalienarunt. Neque enim vitifunt, propter castrationem: neque mulieres esse possunt, eo quod præter naturam habent. Sed & coronæ certaminis ac præmii huius cognomen anteuertunt. Neque vlli aliqui ex tribus eunuchorum ordinibus, à Domino relatis, hi esse possunt. Sunt enim, inquit eunuchi, qui ex utero matris ipsorum sic geniti sunt. Illi enim infantes sunt à castratione sua, neque verò peccatum habent, eo quod sic nati sunt neque rursus peccatū facere possunt, rei ueneræ, in qua, quia non habent instrumenta gignendi liberos ex Deo

ex Deo creata. Sed neque mercedem habebunt castrationis cælorum, eò quod ad certamen non sunt initiati. Si verò etiam concupiscentiis initiati sunt tales, non potentes facere quod non oportet facere, & non facientes, mercedem non habebunt. Non enim eò quod voluerunt, opus ab ipsis non factum est, sed eò quod non potuerunt. Et hic quidem est ductus primæ castrationis, à Domino relatæ, quæ à matribus genita est, ex quorum numero hi esse non possunt. Et sunt eunuchi, qui ab hominibus eunuchi facti sunt, inquit Saluator. Et neque ex his sunt prædicti. Et illi quidem gignuntur: hi verò ab hominibus castrantur, vsus alicuius gratia, regis, aut dominorum. Quidam enim barbari reges, aut etiam tyranni, amulationis aut suspicionis gratia, erga proprias vxores, adhuc valde paruos pueros accipiunt, ipsosque castrant, ad hoc vt adulti facti, proprias suas vxores ipsi credant, & sic mundo facta est huius castrationis causa: Vnde sanè arbitrari etiam eunuchum vocari ab eo, quod *euos*. hoc est beneuolus esse, ac fidem seruire possit, ablatis membris, & non affricari per missionem corporum, velut organis priuatus. Alter itaque ordo eunuchorum hic est, eorum qui pueri accipiuntur ac castrantur ab hominibus non propter regnum cælorum. Et sunt, inquit, eunuchi qui seiplos castrant propter regnum. Qui nam igitur hi fuerint, quàm generosi Apostoli, ac monasticam vitam degentes, & deinceps virginæ. Ioannes quidem, & Iacobus filij Zebedæi, qui manserunt in virginitate, neque tamen propriis manibus membra resecuerunt, neque nuptias contaxerunt, sed proprio corde decertarunt, & mirabiliter gloriam coronæ huius certaminis abstulerunt. Post ipsos verò quot millia in mundo solitariam vitam degentes, & à monasteriis, & à virginibus conuentibus, huius certaminis gloriam abstulerunt: qui corporibus multierum non mixti sunt, sed in perfectissimo certamine decertauerunt. Velut etiam Helias in veteri Testamento reperitur, & Paulus dum dicit: Dico autem in coniugatis, bonum est ipsis si manserint sic, vt & ego. Si verò se non continent, contrahant matrimonium. Quomodo igitur ipse manserit? Siquidem enim resectus erat, & secundum ipsum manserunt assimilati ipsi, vt implerent hoc, sicut & ego. Quomodo exectus aliquis potest matrimonium contrahere, si se non continet? Sed & matrimonium contrahant, & ne vrantur: vides quòd de continentia dicit, & non de membrorum ablatione. Si verò dicant hi, propter regnum cælorum seiplos castrasse: quomodo seiplos alienos facient à dicto verbo, quòd dunt quidam qui eunuchi facti sunt ab hominibus, si enim ipse propriis manibus seipsum castrat, homo est, & manus ipsius nefarium hoc opus perpetratur. Si verò ipse sibi ipsi nihil facere potest, verum ab aliis castratus est, non amplius est propter regnum cælorum: quoniam ab hominibus castratus est, aut per seipsum, aut per eos qui hoc fecerunt. Excidit autem & à corona, & à brauiis: non amplius gratiam habens, propter abstinentiam huius vsus, verum quòd non potest vi, ablatis huius cause partibus. Et ob vnum hoc ipsum iudicabitur, velut qui proprium membrum corripit, & quæ alienam vineam excindit. Non enim secundum Deum vixit, sed per insidias talis opifici Domino Deo restitit. Et talis ad ampliorem concupiscentiam deueniet. Nam eunuchus celebratur apud sapientem, non abstinens à cupiditate, sed non potens concupiscentiam perficere, velut dicit: Concupiscentia eunuchi, est de virginitate iuuenulam. Et ò ingentem vanitatem, vndiquaque in mundo multiformiter excogitatam. Atque hæc sunt quæ de his cognouimus. Quapropter quando compendioso de ipsis diximus, & velut dixi hos prædictos, illos esse suspicari sumus, relictis ipsis ac irritis, velut scorpio geminum aculeum habente, qui quidem extremitatibus ac chelis ob origine patrum vitis aduersati sunt, per aculeum verò formæ sanctæ Dei ecclesiæ resistunt, vbi firmo calciameto, hoc est per Euangelij dicta, ipsos conculcauimus ac deserimus, pro consuetudine nostra ad reliquas transeuntes, hic ab ipsorum improbitate desistemus.

Contra Catharos, hæresim LIX.

Consequenter ab his qui dant Cathari appellati exorti sunt, à Nauato quodam velut frequens fama refert. Hic Nauatus Romæ fuit, tempore persecutionis, quæ ante Maximinum prima fuit. Fortassis Decii tunc erat, vt puto, aut Aureliani. Caterum ab occasione eorum qui in persecutione lapsi sunt, arrogantia elatus cum sociis sibi allectis, noluit societatem habere cum penitentiam agentibus à persecutione, & ad hanc hæresim conuersus est: dicens non esse salutem, sed vnam penitentiam. Post lauacrum autem, non amplius posse misericordiam assequi lapsum. Sed & ipsi dicimus vnam esse penitentiam, & per lauacrum regenerationis huius fieri salutem: verum non tollimus Dei benignitatem, gnari prædicationis veritatis, & misericordiæ Domini, & naturæ venia dignæ: & scientes animæ instabilitatem, carnis debilitatem, sensuum humanorum profunditatem. Quoniam nemo sine peccato est, & purus à sordè, etiam si vna sit dies vitæ eius in terra. Et perfecta quidem penitentia in lauacro est. Si verò quis lapsus est, hunc non perdit sancta Dei Ecclesia. Dat enim & reuersionem, & post penitentiam, penitentiam. Nam ad Cain Dominus dixit: Peccasti, quiesce. Et ad paralyticum: Ecce sanus factus es, ne amplius pecces. Et Petrum reuocat Dominus post abnegationem, & pro tribus abnegationibus ter ipsum prouocat ad confessionem. Diligis me Petre: & ait, Pafce quæ meas. Sed dicit autem ipsos dictum ab Apostolo relatam: Fieri non potest, vt qui semel fuerint illuminati, gustauerint què bonum verbum Dei, virtutisque futuri seculi, si lapsi fuerint, denuò renouentur, rursus crucifigentes filium Dei, & ludibrio exponentes, Terræ enim, quæ combibit imbrem sapè in ipsam ventientem, & pariter herbam accomodatam his per quos colitur, benedictionem recipit. Quæ verò producit spinas & tribulos, reproba est, & maledictioni vicina. Cuius finis ad exustionem tendit. Etenim reuera simul renouatos & collapsos, renouare impossibile est. Neque enim amplius gignetur CHRIS T V S,

Varietas Eunuchorum declaratio. Eunuchorum appellatio vnde.

Sanctorum Iacobi & Iohannis gloria.

Virginitatis commendatio.

Membrum abscisio & aliena rei ablatio.

Scorpius geminum aculeum habens.

Hæresis Catharorum. Nauatus author Catharorum.

Vana cogitatio nauatorum. Vnde hic seducatur.

Renouati post lapsu pereunt.

ut crucifigatur pro nobis : neque rursus crucifigere quis potest illum Dei , qui non amplius crucifigitur , neque potest quis secundum lauacrum accipere . Vnum enim est baptisma , & vna inuouatio . Verum statim infert sanctus Apostolus horum sanationem Ecclesie medens , & mētorum ipsius curam gerens , & dicit : Caterum credimus de vobis dilecti mellora , & cum salute coniuncta , etiam sic loquatur . Non enim iniustus est Deus , ut obliuiscatur boni operis vestri . Et vides , quomodo inuouationem non posse iterum fieri perfecte pronunciauit . Verum a salute non amonit , adhuc pœnitentiam agentes : sed & cum salute coniunctas esse dicit , & Deum suscipere bonorum operum ipsorum esse , qui etiā a delictis perfectissime pœnitentiam agunt , reuertuntur , ac respiciunt . Suscipit igitur sancta doctrina , & sancta Dei ecclesia pœnitentiam , non diluta sēns , neque segnes cursum facientes efficiens , sed Dei gratiam & benignitatem quidem reflectens , modum verò vniuersiuiusque scopi sciens . Sicut enim qui vitiginatam amittit , corporaliter ipsam recuperare nō potest , cum id natura impossibile sit : Sic etiam qui a lauacro in magna delicta collapsus est . Et quem admodum qui à virginitate lapsus est , secundum honorem continentiam habet : Ita & à lauacro in maiori delicto constitutus , secundum medelam habet , non eam virtuosam , velut primam , verum non reiectam à vita habet , secundam , quam acquisiuit . Non reprobat itaque diuina scriptura mercedem eorum qui in pœnitentia laborant . Postea verò ipsi rursus ab hoc proficientes , etiam alla quædam excogitarunt . Nam & ipsi eandem quam nos habemus , si dem se habere dicunt . Non volunt autem communem doctrinam habere . Si enim quis post baptismum coniunctus fuerit vxori secundæ , apud hos non suscipitur amplius . Et tota res stultitia plena est . Sicut enim si quis videat aliquem natantem in aqua , & ignorans natandi experientiam , seipsum det aquis & submergatur , quum non expertus sit , neque eētō sciāt sciētiam eorum qui per manus & pedes sibi ipsas salutem suppeditant . Aut sicut , si quis audiret ducem supplicio affectū eos qui aliquid malifecerant , vsque ad minimum , & putaret visionem æqualem exequi oportere in omnes , velut ob cædem , ita etiam in calūmiantem , aut pugnātem contra proximum . Aut sicut , si quis sit ponitus idiota , & videat principem , qui potestatem accepit contra sceleratos , gladium eduxisset , aut contra præstigiatores & blasphemos ac impios , putet omnes potestatem habere , vt de talibus criminibus vlciscatur : & vbi vidit homines pœnas deesse , etiam ipse similia imitatus , velit quosdam occidere , velut qui iniustos iudicet . At talis deprehensus ipse pœnam dabit , vt qui à rege talium faciendorum potestatem non accepit , & æqualem calculum à legum iustitia contra omnes exire putauit , & seipsum in iniustitia per propriam inexperientiam ac incertiam , in interitum dedit . Sic etiam ipsi omnium facta simul imitantes , ab omnibus exciderunt : & non intelligentes doctrinam Dei sinceritatem , ad aliam viam decepti , conuersi sunt : nescientes quod hæc est diuina scriptura traditio ac consequentia . Quæ enim ad sacerdotium tradita sunt , propter eminentiam celebrationis sacrorum , ea ad omnes æqualiter ferti putauerunt , quum audierint , quod oportet episcopum irreprehensibilem esse , vnius vxoris virum , continentem . Similiter & diaconum & presbyterum . Reuera enim non suscipitur factum Dei prædicationi post C R I S T I aduentum eos qui à nuptiis , mortua ipsorum vxore , secundis nuptiis coniuncti sunt , propter excellentem sacerdotii honorem ac dignitatem . Et hæc cetero sancta Dei Ecclesia cum sinceritate obseruat . Sed & adhuc viuētem & liberos gignentem vnius vxoris virum non suscipit , sed eum qui se ab vna continuit , aut in viduitate vixit , Diaconum & Presbyterum , & Episcopum , & Hypodiamonum : maxime vbi sancti sunt canones Ecclesiastici . At , dices mihi , omnino in quibusdam locis , adhuc liberos gignere & Presbyteros & Diaconos & Hypodiamonos . At hoc non est iuxta canonem , sed iuxta hominum mentem , quæ per tempus elanguit , & propter multitudinem , quum non inueniretur ministerium . Nam quod decentius est , id semper Ecclesia per Spiritum sanctum bene disposita videns , statuit apparare , vt cultus diuini indistracti Deo perficerentur , & spirituales necessitates cum omni beneuola conscientia peragerentur . Dico autem quod decorum est , propter repentina ministeria ac necessitates , vt Presbyter & Diaconus & Episcopus Deo deditus sit . Si enim etiam populo præcipit sanctus Apostolus dicens , vt ad tempus vacent orationi : quanto magis sacerdoti idem præcipit vt indistractus sit , inquam , ad vacandum secundum Deum sacerdotio , quod in spiritualibus necessitatibus ac visibus perficitur . Licet enim est autem populo , vt propter imbecillitatem feratur , & vt qui non possunt in prima vxore contenti esse , secundæ post primæ mortem coniungantur . Et qui quidem vnam habuit , in maiore laude ac honore apud omnem concionem habetur : Qui verò non potuit vna mortua contentus esse , ob aliquam scortationem , aut adulterium , aut separationem ob aliquam malam causam facta , eum diuina scriptura non accusat , si aut vir secundæ coniungatur vxori , aut vxor secundo viro , neque ab Ecclesia & via abdicat , sed suffert propter debilitatem : non vt duas vxores simul habeat , altera adhuc superstiti : sed vt ab vna separatus , secundæ , si ita contingat , lege copuletur , diuina scriptura et sancta Dei ecclesia eius miseretur : maxime si aliās talis pius sit , et secundum legem Dei viuat . Etenim non utique dixisset Apostolus viduis , Nubant , liberos pariant , familiam gubernent : neque rursus dixisset viro , patris vxorem habenti , et Satana tradito in interitum carnis , vt seruetur spiritus in die Domini , non dixisset inquam , Confirmate erga ipsum charitatem , vt ne ob ampliorem merorem consumatur talis . Dixit enim rursus : Cui quid condonatis , et ego condono . Nam si quid condonauit , propter vos condonauit , in conspectu Christi , vt ne circumueniamur à Satana . Non enim ipse cogitationes ignoramus . Et vides quomodo dat pœnitentiam , etiam post delicta ? Rursus autem Dominus dicit : Remitte alter alteri delicta , vt et Pater vester , qui in cælo est , remittat vobis . Sed et in alio loco sic dicit : Lugeo multos inter vos , qui lapsi sunt , et pœnitentiam non egerunt ,

Auctoritatis Apostoli deelaratio.
 Simile.
 Similia.
 potestatis abusus.
 Digamia ratio.
 Cur abstinent Clefici ab vxoribus.
 Argumentum à minori ad maius.
 Secundarum nuptiarum ratio.
 Pœnitentiam dat Apostolus post delicta.

velut ostendens , quod etiam si lapsi essent , & pœnitentiam egissent , acceptabiles hi fiant , & nō reiciantur , quum Dominus sciat , quid cum singulis facturus sit . Et quod quidem canon veritatis talem characterem ac formam habet , omnibus manifestum est . Post primam enim pœnitentiam per lauacrum regenerationis , in qua pœnitentia renouatus est omnis homo , secunda quædam talis non est . Non enim duo sunt baptismata , sed vnum : neque bis crucifixus est C H R I S T V S , sed semel : neque bis mortuus est pro nobis , & resurrexit . Et huius gratia muniti nos oportet , vt ne lapsi coronam renouationis perdamus . Sed si quis lapsus fuerit , & in quodam delicto præoccupatus , velut Apostolus dicit : Vos spirituales perficite talem in spiritu mansuetudinis , considerans teipsum , ne & tu tenteris . Si quis igitur præoccupatus fuerit , in quocunque sanè delicto , pœnitentiam agat . Suscipit enim Deus pœnitentiam , etiam post baptismum , si quis lapsus fuerit . Quomodo verò postea facit , ipse solus nouit . Imperfectabilia enim sunt iudicia ipsius , & imperuestigabiles viæ ipsius . Et ante aduentum non oportet iudicare , donec venerit Dominus , qui & occulta cordis reuelabit , & tunc claus vniuersiuiusque manifesta erit . Dies enim manifestabit , quia in igne reuelatur . Neque igitur promittimus libertatem omnino his qui post baptismum lapsi sunt , neque desperamus de vita ipsorum : Deus enim miserator est , & misericors , & dedit pœnitentibus reuersionem . Et primum quidem est manifestum . Secundum verò nouimus , quod misericors est Deus , si ex tota anima pœnitentiam egerimus à delictis . Habet enim in manu vitam , & salutis benignitatem . Et quid quidem ipse facit , ipsi soli notum est . Veruntamen damnum noui est a pœnitentia , neque desperatus est qui pœnitentiam agit ab omnibus delictis . Quanto sanè magis da verbum ex hominum debilitate : & adhuc amplius , si coniuncta fuerit , debilitas semper suffertur . Dicit enim : Mulier ligata matrimonio , quanto tempore vixerit vir eius . Si autem mortuus fuerit vir , libera est , vt cui velit , nubat : post obitum viri libertatem à peccato , abque omni contradictione pronuncias , atque hoc tamen cum appositione indicans , nempe , In Domino : velut non sit ipsa aliena à Domino , non in scortatione , non in adulterio , non in clandestinis nuptiis : sed in libertate , in reuerendis nuptiis , permanere in fide , in mandatis , in beneficentiis , in pietate , in ieiuniis , in concordia , in elemosynis , in probitate , in bonis operibus . Hæc enim vbi simul sunt , & permanent , cum ociosos neque infrugiferos faciunt , in Domini aduentum . Et sacerdotio quidem primus locus assignatus est , & exacta de omnibus ratio : populo verò , quod moderatum est , & venia dignum , quod omnes doceantur , ac misericordiam reperiant . Misericors est enim Dominus , & potens omnes saluare propria sua equitate , & vera fide prædicationis puritatis . Ipse enim solus est purus . Hi verò qui se ipsos Catharos , hoc est puros appellant , ab ipso doctrinae suæ argumento imparos se ipsos efficiunt . Omnis enim qui se ipsum purum pronunciat , impurum se ipsum perfecte condemnauit . Magna autem est dementia talium , putantium esse quoddam , etiam si verum esset præconium , quod de omni populo sic dicat . Oportebat autem nosse , quod non solum de hoc argumento ac scopo animæ crimen incumbit , aut quod propter hoc solum virtuosa fiat , sed etiam vt ne conuicietur , ne iuret in iurandum , neque in veritate , neque in mendacio , sed etiam etiam , & non non dicat : neque dolose agat , neque calumniatur , neque furetur , neque mercimonia tractet . Ex his enim omnibus contrahuntur nobis sordes peccatorum . Sicut enim palus , inquit , in medio duorum lapidum conteritur , ita peccatum in medio euentis & vendentis . Et quod ex multitudine omnino & ebrui sunt , & scortatores , & auari , & fceneratoros , & omnino quod talia habent , & his similia : & quod mendacia vnumquemque ipsorum sequuntur : Quomodo igitur poterint se ipsos catharos , hoc est puros appellare , per vnam promissionem , vniuerso secundum Deum negotio , de omnibus erroribus ac delictis , munito ? Non nouerunt autem hi sinceritatem prædicationis , neque cui decreuit hanc digamiam ac secundarum nuptiarum certitudinem . Sed & qui à persequutione exciderunt , etiam ipsi , si perfectam ostenderint pœnitentiam in sacco & cinere desiderantes , ac plorantes coram Domino , potens est Deus beneficis , etiam ipsorum misereri . Non enim quid mali sit à pœnitentia . Suscipit igitur pœnitentes Dominus , & ipsius Ecclesia . Quemadmodum conuertit se Manasses filius Ezechie , & susceptus est à Domino : & qui negauit ad tempus , sanctus ille Petrus , ac summus Apostolorum , qui verè nobis factus est firma petra fundans fidem Domini , super quam ædificata est Ecclesia per omnes modos , primum quidem , quia confessus est C H R I S T V M Filium Dei viuētis , & audiuit , Super hanc petram firmæ fidei ædificabo Ecclesiam , quandoquidem manifestè confessus est ipsum Filium Dei verum . Nam quod dixit Filium Dei viuētis , ostendit filium genuinum esse , cum appositione viuētis , velut in omni fermè hæresi de hoc à me dictum est . Sed & de sancto Spiritu idem nos munit , dicens ad Ananiam , & vxorem eius : Cur tentauit vos Saranas , vt mentiremini Spiritui sancto ? Non homini mentiti estis , sed Deo . Quia ex Deo est spiritus , & non alienus à Deo . Sed & hic firma petra ædificationis , & fundamentum domus Dei factus est , in eo quod abnegauit ipsum , & rursus conuersus est , & à Domino inuentus , ac dignus factus vt audiret , Pasce oves meas , & pasce agnos meos , & pasce oues meas . Christus enim hoc dicens , ad conuersionem pœnitentiæ nos duxit : vt in ipso rursus ædificaretur illa bene fundata fides , quæ non desperat de vita hominum , qui in mundo spiritum trahunt , & in veritate pœnitentiam agunt , & delicta sua in hoc seculo corrigunt . Et in Cantico canticorum dixit ipsa sponsa ad Christum sponsum sic : Respondet frater meus , & dicit mihi : Surge , veni , propera amica mea , pulchra mea , columba mea , quia hyems præterit : tristitia videlicet ac obscura , nubila & horrenda , vt ita dicam , præterit

pœnitentiæ bonum.
 Qui pœnitentiam agit non desperat.
 Reuerenda nuptia.
 Catharorum appellatio.
 peccatum in medio euentis & vendentis
 Manasses à Domino per pœnitentiā recipitur.
 Post pœnitentiā B. Petrò assumitur à Christo pontifex.

præterit pluuiã, abiit, transiuit. Flores apparuerunt in terra nostra: tempus sectionis venit, vox turturis audita est in terra nostra: ficus protulit grossos suos: vinea nostrã florẽt, dederunt odorem suum, vt ostendat omnia præterita præterisse: ver autem recens florere, & mare tranquillum esse, & timorem pluuiã abiisse, & veteres vires sectas esse, & herbam non solum herbascere, sed etiam flores emittere, & prædicationis vocem in deserto clamare, hoc est, in terra nostra: & sicut quondam maledictam, grossos proferre fructus pœnitentiã, iam in ramis & arboribus apparentes. Vineas autem iam florescentes, odoratam prædicationem fidei Euangelii emittere. Quandoquidem verò confestum vocauit ipsam, & dixit: Surge, veni: Surge à mortificatione peccatorum, & veni in iustitia: Surge à delicto, & veni in fiducia: Surge à peccatis, & veni ad pœnitentiã: Surge à membrorum resolutione, & veni in perfectione: Surge à mutilatione, & veni in sanitate: Surge ab incredulitate, & veni in fide: Surge à perditione, & veni in inuentione. Quandoquidem verò nouerat totum oraculum, quod post primam pœnitentiã, & post primam vocationem, ac sanationem, vt ita dicam, multa delicta humanã naturã accidunt, rursum dicit: Surge, veni tu columba mea. Iterum hanc vocat, & non semel. Secunda autem vocatio non est æqualis primã. In priori enim vocatione sic dicit: Surge, veni, propinqua mea, pulchra mea, columba mea. Primum quidem Surge, veni: & non dixit, Et veni tu. Deinde apponit vocem tu, vt ostendat vocationem secundam immutatam, post priorem à delictis resurrexerunt rursus portigentem manum benignam, & celestem. Et veni (inquit) tu columba mea in tegmine petra, contigua muro. In tegmine petra, in benignitate CHRISTI, & in misericordia Domini. Hoc est tegmen petra, tegmen spei, & fidei, ac veritatis. Contigua muro, hoc est, priusquam claudatur porta, priusquam rex intra mœnia constitutus, non amplius admittat post discessum hinc, & mortem: quando non amplius contigua muro, sed conclusa sunt portæ, & non amplius licet corrigere. In futuro enim seculo, post hominis mortem, non seini suppeditatio, non pœnitentiã vocatio, non eleemosynã ostentatio, immò neque criminalia opera, non bellum, non adulterium, non perulantia, immò neque iustitia & pœnitentiã. Sicut enim post messem spicæ, non datur vt crassecat granum, non vt à vento corrumpatur, non vt alia aliqua læsio accidat. At ne dixeris mihi horret corruptelas, hoc est, vermes & tineas. Hæ enim per ea quæ in hoc seculo sunt, fiunt. Verum similitudo hæc est, intra portas receptorum, & horreo munitorum, & est fidei exemplar atque imago, vbi neque latrones perfodiunt, neque tineæ disperdunt, velut diuinus sermo ait: Sic neque pietatis neque pœnitentiã suppeditatio, quemadmodum dixi, post mortem est. Non enim Lazarus venit illic ad diuitem, neque diues ad Lazarum. Neque Abraam demittit spolia, vt dicescat pauper postea. Neque diues accipit quæ petit, etiam magnis precibus misericordem Abraham roget. Obignata enim sunt promptuaria, & impletum est tempus, & certamen perfectum est, & euacuatum est stadium, & coronæ datæ sunt: & qui decertarunt, quiescunt: & qui non præuenerunt, discesserunt: & qui non decertarunt, non amplius ad sunt: & qui in stadio victi sunt, eieci sunt, & omnia palam consummata sunt, post factum hinc discessum. Quum autem adhuc sunt omnes in certamine, etiam post casum est resurrectio, adhuc spes, adhuc medela, adhuc confessio, etiam si non perfectissimè, attamen aliorum salus non est desperata. Omnis autem hæresis quæ à veritate desciiuit, in tenebris cæcurit, & manibus prætentans incedit, alia pro aliis intelligens. Similes enim sunt hi quibusdam inartificiois, & non cognoscentibus singulas qualitates, & vsus, & vniuersiuique membri ornatus, & sanè delirato quandam similitudinem, atque imaginem stultitię ipsorum proponam. Calceamenta quidem capiti circumdant, coronam autem pedibus, & cingulum aureum circum ventrem. Reliquum verò vestitum, odonia videlicet, aur bracas apud quosdam appellatas, manibus induunt, annulos autem pedibus. Ita erronea & inordinata est dispositio eorum qui ignorantiam possident. Nam quæ in sacerdotio cauta sunt, de secundis nuptiis atque aliis, ea hi ad omnem populum transtulerunt: & quæ ob excellentem rigiditatem à Deo prædicata sunt, vt ne per socordiam aliqui in vitia inhumana incidant, populo attribuerunt. Et sicut si quis vestem manu tenens, à iunctura manus vsque ad cubitum se tegat, & manum illam semper ob oculos præ se ferat, & alios irrideat, qui ipsi vitio vertit, quod totum ipsius corpus nudum est: sic etiam hi gloriantes, quod non suscipiunt digamos, omnia mandata similia huius, & adhuc cum excessu pulchriora & morti destinata reliquerunt, & ignorantes se toto corpore nudos esse, ab omnibus mandatis cessarunt, & vnum hoc non purè seruant. Et d'ingentem hominum vanitatem. Omnis occasio quantumuis modica, singulas hæreses à veritate distinxit, & ad multa mala deduxit. Quem admodum enim si quis transitum reperiat in sepi circa publicam viam, & per hunc sibi eundem esse putet, & relicta publica via per hunc eat, putans se propinquissimum habere, vnde reflexu facto rursus viam apprehendat: ignoret autem quod murus consistit altissimus, & longo intervallo extructus: percurrat autem et nõ reperiat per quam viam exitum faciat, et per vnum signum siue miliare progressus, adhuc amplius viam non reperiat, et sic ad plures se conuertat: quum autem sic laboret, et facultate non habeat per quam viam ad rectum iter perueniat, fortassis neque inuenire poterit, nisi reflexerit per eam, per quam etiam ingressus est. Sic omnis hæresis velut compendium quoddam inuenire potens, à longa via discessit. Inuentus est autem ipsi murus infractus, ipsa ignorantia implicatio. Et non vti que inuenit talis, quomodo ad veram viam perueniat, nisi reflexerit ad primariam viam, hoc est regiam. Sicut etiam lex ipsa palam clamat, sancto Mose ad regem Edom dicente: Hæc dicit frater tuus Israël, Circa confinia tua transibo ad terram, quam iurauit Dominus patribus nostris daturum esse, terram fluentem melle ac lacte, terram Amorrhæorum, ac Phereæorum, et Lebuaorum, et Euaorum, et Chanaeorum, et Chettæorum, terram fluentem lacte et melle: non declinabimus ad dexteram

Odor vineæ odor prædicationis. Pœnitentiã dolet peccata.

Opera facta in ostentatione Similitudo.

Cur diues precibus nihil obtinet ab Abraham.

In hac vita post lapsum est resurrectio. Hæreticorum imago.

Simile.

Simile.

Hæreses ad fallendum valent.

dexteram aut sinistram. Aquam in argento bibemus, & edulia argenti edemus. Non declinabimus hinc aut illinc, via regia ibimus. Est enim via regia, sancta Dei Ecclesia, & iter veritatis. Vnaquæque verò harum, regia relicta, & ad dexteram aut sinistram inclinatione facta, vbi deinceps nimium se in errorem dedit, distraheretur, & non amplius mensuram habet apud vnamquamque sectam, erroris impudentia. Agite itaque serui Dei, vos filii sanctæ Dei Ecclesiæ, qui certam regulam nouistis, & via veritatis inceditis, ne retrahamini vocibus, & vniuersiuique confictæ professionis verbis. Erroneæ enim sunt horum via, & acclius callis adulteratæ ipsum forum intelligentiã. Magna iactant, & parua ignorant, libertatem promittunt, cum ipsi sint serui peccati. De magnis gloriantur, & paruorum omnino participes facti sunt. Ceterum de his Catharis, hoc est puris appellatis, impuris verò, si veritatem dicere oportet, hætenus dixisse sufficiens esse puto. Hac verò hæresi relicta, velut basilisci persona & aspectu, qui nominis prætextu eminentissimam quandam appellationem habet, ipsaque per ligni virtutem percussa, ad alias rursus procedemus, ipsam Dei supplicationem inducentes, ad hoc vt nobis comes sit, nobiscum maneat, ad sit, cooperetur, conferuet nos & erudiat, ac dignos faciat, vt veritatem dicamus, quod neque ipsi mendacium dicentes, in eadem incidamus, in qualia collapsæ sunt hæreses, quæ vera mundum non docuerunt. Adhuc porrò & qui in Africa & Bizicania à Donato quodam, Donatiani appellantur, similia his sentientes, rebellatores sunt: & ipsi nimirum propterea quod societatem non habent cum his qui in perfectione lapsi sunt per eadem subuertentur: quemadmodum & alterum iugum cum ipsis trahentes, Nauatiani siue Cathari appellati. Quapropter non fuit opus de his quid amplius agere, sed ipsos simul cum similibus ipsis coniunximus. Verum amplius hi & deterris exciderunt. In fide enim secundum Arrium sentiunt. Subuertantur autem similiter de fide, in qua malè sentiunt, velut etiam Arrius subuersus est, per doctrinam veritatis, qui eadem cum ipsis sentit, & hi cum illo. Hac itaque hæresi præterita, rursus ad consequentes ibimus, velut qui horrenda reptilia in Domino conculcauimus.

Contra Angelicos, hæresim. L X.

Angelicos hæresim audiuius, & nomen solum ad aures nostras pertinet. Non autem valde certo scimus, quæ sit huiusmodi hæresis, eò quod fortassis aliquando ad tempus durauit, & postea desinit, ac penitus deleta sit: At verò ob quam causam nomen accepit, non scimus. Sive enim ex eo quod aliqui mundum ab angelis factum esse dicunt, & ipsa hoc asserens hoc nomine appellata est, non possum dicere: siue quod seipos in ordine angelorum esse iactant, & vitam eminentissimam degant: neque hoc affirmo: siue etiam à loco hoc nomen accepit. Nam locus quidam est Angelina, vltra Mesopotamiam regionem situs. Iam verò si tu à me promissorum recordaberis, neuiquam in suspitione vt nos condemnes fueris. Promissimus enim quarundam quidem radices ac occasiones, & prætextus, aut quid ex his quæ ab ipsis fiunt, nos indicaturos esse. Aliquarum verò nomina solum prolaturus esse. Prout autem diuina virtus dedit, ac opem tulit, vsque ad hanc sectam omnes recensuimus, & nullam reliquimus in declaratam, vna hac excepta. Omnino autem eò quod ad modicum tempus fastu elata est, & postea desit ipsius comprehendio atque opinio, ideo non valde manifestè cognouimus. Quando verò appellationis huius solum mentionem fecimus, nomine ipso velut abortiuo vsi, præteribimus locum, & ad alias considerandas mentem applicabimus, precantes vniuersorum Dominum, vt declaret nobis, & quæ exactè apud ipsas fiunt, exiguæ menti nostræ ostendat, quod omnia sinceriter significemus, & nos ipsos atque proximos corrigamus, vt fugiamus mala, in bonis verò ac verisimis constantiam nobis ipsi per Deum comparemus.

Contra Apostolicos, hæresim. L X I.

Post hos alii seipos Apostolicos vocauerunt. Volunt autem & Apotacticos se appellari, à renuntiatione. Observatur apud ipsos, vt nihil possideant. Sunt autem ipsi quoque auulsi dogmatum Tatiani, Encratarumque ac Catharorum, qui natura legem non suscipiunt. Euariant autem apud ipsos etiam mysteria, & gloriantur de inopia. Findant hi frustra ac lædunt sanctam Dei Ecclesiam per vtroneam superstitionem, elapsi à benignitate Dei. Neque enim lapsi alicuius amplius susceptio apud ipsos fuit. Similia verò superius relatis sentiunt, de nuptiis atque aliis rebus. Et Cathari quidem receptis solum scripturis vtuntur. Hi verò actibus Andræ ac Thomæ appellatis vt plurimum nituntur, omnino alieni à canone Ecclesiæ existentes. Si enim abominabiles sunt nuptiæ, ergo in totum immundi sunt, cum per nuptias geniti sint. Et si solum est sancta Dei Ecclesia eorum qui nuptiis renunciauerunt, non amplius nuptiæ ex Deo sunt, neque totum procreandorum liberorum negotium. Ergo etiam ipsi alieni de Deo sunt, qui ex talibus nati sunt. Vbi igitur est quod dictum est, Quæ Deus coniunxit, homo ne separet? Equidem ex necessitate separe, ab homine est. Verum cum voluntate continere, non hominis, sed Dei opus esse ostendit. Et habet quidem naturalis necessitas sepe reprehensionem, quia non cum bona ratiocinatione necessarium perficitur, sed extra canonem egreditur. Non enim necessarium est cultus diuinus, sed ex voluntate iustitia. Quæ verò natura necessaria sunt ad pietatem, manifesta sunt, quæ natura mensurata sunt, velut non scortari, non adulterium committere, non lasciuire, non simul secundas nuptias contrahere, non rapere, non iniuriam facere, non inebriari, non helluari, non veneficum esse, non simulachra colere, non occidere, non male dicere, non conuiciari.

Via regia qua sit.

Apostropho ad catholicos.

Donatiani.

Nauatiani.

Angelico rum hæresis 60.

Angelici incogniti. Angelina locus.

Fastu incrementum.

Suscipit. Diuturna non fuit.

Hæresis apostolica 61.

Apotactici.

Actus Andreae Thomæ.

Necessitas.

Iurarii ratio.

Legitima nuptie.

Argumentum ab incommo

Ecclesia nani similitudo.

Mulieres ministrantes.

Virgo si nubat non peccat si soluta fuerit. Virgines quae nubere iussae sunt a xanlo.

Christianismus non abrogat nuptias.

ciari, non iurare, indignari & citò placari, irasci & non peccare, non occidere solem super iram. At verò nuptiis legitimis coniunctum esse, natura ex Deo se habere, ac sibi permillum esse ostender. Et alia quæ eiusmodi sunt, utrinque habent considerationis modum. At sicut de his antea diximus, in modico loco hi sunt, circa Phrygiam & Ciliciam ac Pamphylia. Quid igitur Ergo excinditur Ecclesia à finibus terræ vsque ad terræ fines? & non amplius in omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terrarum verba eorum? Neque amplius est id quod à Salvatore dictum est, Eritis mihi testes vsque in extrema terræ? Siquidem enim non sunt reuerendæ nuptiæ, & vitam non conseruant, gignantur sine nuptiis. Si verò ex nuptiis gignantur, ergo impuri sunt propter nuptias. Si verbò ipsi soli non sunt impuri, & quidem cum sint ex nuptiis: non impuræ sunt nuptiæ, quia sine ipsis nemo vnquam gignetur in mundo. Et ingens quidam est hominum error, qui per varietatem & multas occasiones operatus est malum in humana natura, & vnumquemque per occasionem à veritate seduxit. Habet equidem Ecclesia renunciationem, sed non abominatur nuptias. Et habet inopiam, sed non attollitur his quæ iuste possidet, & quæ ex propriis parentibus habet, quæ sibi ipsi & egenis sufficit. Et abstinent quidē multi à cibis, sed non inflantur contra non abstinentes. Qui enim edit, non edentem ne vilipendat, & qui non edit, edentem ne iudicet. Christo enim edit ac bibit. Et vides vnam concordiam, & vnam spem, & vnam fidem in Ecclesia, vnicuique gratificantem iuxta propriam facultatem, & iuxta proprium laboris certamen. Similis est autem sancta Dei Ecclesia nauis. Nauis autem non ex vno ligno constat, sed ex diuersis. Et carinam quidem ex vno ligno habet, sed non vno modo. Ancoras autem ex alia materia. Mali item & tabulata, & puppis partes, parietumque ac transtrorum, velorum item ac temonum, gubernaculorumque ac aliorum omnium ex diuersis lignis compactionem habent. Vnaqueque verò hæ resis velut ex vno ligno constat, & Ecclesiæ formam non ostendit. Sancta autem Dei Ecclesia nuptias quidem habet reuerendas, & colit has: nam venerabiles sunt nuptiæ, & lectus impollutus. Habet continentiam in admiratione, & laudat talem: quoniam certat certamen, & contemnit vitam velut adhuc potentior. Habet virginitatem, & magnificat talem velut virtuosam, & penna leuissima ornatam. Habet qui renunciauerunt mundo, & non inflatur contra eos qui adhuc in mundo sunt: sed gaudentes talibus velut etiam Apostoli, qui & ipsi nihil possidebant. Et ipse Saluator omnium Dominus cum in carne esset, nihil ex terra possedit, sed non reiecit mulieres ipsi & discipulis eius ministrantes. Dicen enim: Quæ secuta fuerant ipsum à Galilæa, ministrantes ipsi & discipulis eius de propriis bonis. Alioqui quomodo implebitur id quod dictum est, Venite ex dextris meis vos benediciti, quibus pater meus celestis disposuit regnum ante iacta mundi fundamenta. Esuriui enim, & dedistis mihi quod ederem: sitiui, & potastis me: nudus eram, & amicitistis me. Vnde verò hi hæc facere potuissent, si non à iustis laboribus effecissent, & à propriis bonis in iusticia? Et si quidem ipsi renunciatione facta, & Apostolicam vitam viuentes, quum aliis permixti fuissent, non aliena esset forma, neque ab ordinatione Dei abalienata. Et si vxoribus renunciauissent ob continentiam, laudabilis esset prædicta, siquidem nuptias non abominati essent, sed his qui adhuc sunt in matrimonio socii vsi essent, noscentes vniuersi cuiusque rei modum & ordinem. Dei enim nauis omnem in se inferorem admittit, præter latronem. Nam cum noscat latronem & piratam, ipsum non admittit, neque fugituum, & qui à propriis dominis discedit. Sic & sancta Dei Ecclesia non admittit scortationem, non suscipit adulterum, non abnegationem Dei, neque reprobantes dominium ordinationis Dei, & Apostolorum eius. Sulcipit autem alium in magna negotiatione, alium in experientia nauigantem, alium gubernatorem & scientem, alium in prora, alium in puppi habentem speculationis experientiam, alium qui partem aliquam nauis aut impostarum mercium habet, alium vt transeat solum, & non submergatur in mari. Et non omnino ei qui tanta possidet, salutem non exhibet: sed nouit omnes saluare, vnumquemque verò iuxta propriam negotiationem & salutem. Et vnde de hi ex domo Cæsaris sunt, saluantur apud Apostolum? Vnde verò est Apostolo id quod dictum est, Si putarit quis indecorum virgini suæ si prætereat nubendi tempus, & sic debet facere, nubat, non peccat. Cæterum extra lauacrum non potest implere vt ne peccet. Si enim omnes peccauerunt, & egent gloria Dei, iustificatur nimirum gratis per gratiam, per lauacrum videlicet regenerationis. Lauacrum enim ornauit animam & corpus, abluto omni peccato per penitentiam. Itaque & in eam quæ virgo est, beneficium baptismatis expasum est, & in eam quæ non est virgo, concludi festinat, eò quod grauè non est. At ne putent rursus quidam diluti fientes, si dicamus de virgine quod præcepit Apostolus vt nubat, nunquid Apostolus eam quæ semel virginitatem Deo seruare decreuit, à proprio cursu detrahere volens, hæc præcepit? Non enim de his sermo est, sed de virginibus quæ nubendi tempus exceßerunt, quæ non ob virginitatem in vigore permanferunt, sed quod viros non habuerunt qui eas ad nuptias pertraherent. Cum enim ex Iudæis processissent Apostoli, & secundum legem conuersati essent, initiū predicationis fecerunt, statutis in lege adhuc detenti: non secundum carnis iustificationem, sed secundum consonam legis rationem & exactam certitudinem. Mirabiliter enim prædicabat lex, vt ne darent filias Israël alienigenis, vt ne seducerent ipsas ad simulacra. Vnicuique igitur credenti tunc imperabatur, vt non amplius filiam suam Iudæis elocaret, sed Christianis idem sentientibus, ac eiusdem mentis. Cui autem noua esset hæc prædicatio, nõdum multitudo Christianorum & Christianæ doctrinæ in locis erat. Qui igitur tunc habebant filias virgines, cum non daretur copia ipsas Christianis elocandi, seruabant virgines suas ad multum tempus. Illæ verò nubiles annos transgressæ, incidebant in scortationem, propter naturalem necessitatem. Apostolus itaque videns damnū propter exactam rationem accidens, permittit, dicens: Si verò quis vult suam virginem, & non dixit, propriam virginitatem. Non enim de proprio corpore dixit, sed de patre virginem asseruante. Si verò suam virginem, proprium corpus dicit, nihil

nihil impedit. Dicit igitur: Qui cõstitit firmiter in propria mente, & hoc debet facere, nubat (inquit) nõ peccat: nubat etiã si nõ fuerit copia, nõ peccat. Et propterea dixit, Alligatus es vxori: ne queras diuortium. Solutus es ab vxore: ne queras vxorem: Qui dicit, Volo omnes esse sicut meipsum: dixit, Si nõ continent, nubant. Rursus autem in hortans ad nuptias, dixit: Dico autem inconiugatis & viduis, bonum est eis si manserint vt & ego. Quomodo igitur rursus dixit: Alligatus es vxori, ne queras solutionem? Aut quomodo non proprio Domino contradicere reperietur, qui dicit: Qui non reliquit patrem & matrem, & fratres, & vxorem & filios & filias, nõ est meus discipulus. Quomodo verò qui dicit, quod oportet relinquere vxorem probam, & patrem: idem ipse dicit, Qui honorat patrem & matrem? Hoc enim est primum mandatum, quod promissionem adiunctam habet. Et, quod Deus coniunxit, homo ne separet: Imò omnia diuina verba nõ allegoria opus habet, sed prout se habet accipiendã sũt. Speculatione autem indiget, & sensu, ad cognoscendã vniuersi vsque; propositi argumẽti vim ac facultatẽ. Oportet autem & traditione vri. Nõ enim omnia à diuina scriptura accipi possunt. Quapropter aliqua in scripturis, aliqua in traditione sancti Apostoli tradiderunt, quemadmodum dicit sanctus Apostolus: Sicut tradidi vobis, & alibi: Sic doceo, & sic tradidi in Ecclesiis. & Si continentis, nisi frustra credidistis. Tradiderunt itaque sancti Apostoli, peccatum esse post decretam virginitatem, ad nuptias conuertit. Et scripsit Apostolus: Si nupserit virgo, non peccauit. Quomodo igitur hoc cum illo concordat? Imò etiam illam virginem dicit, quæ non est dicata Deo, sed propter penuriam raritatis in illo tempore eorum qui in c h r i s t u m credebant, necessariò sic fiebat. Et quod hæc sic se habent, docet nos idem Apostolus, dicens: Iuniores viduas reice: postquam enim lasciuierunt contra c h r i s t u m, nubere volunt: habentes iudiciũ quòd primam fidem reiecerunt. Si itaque & ea quæ post mundi experientiam vidua fuit, atque Deo dicata, & postea nupsit, iudicium & condemnationẽ habebit, quòd primam fidem reiecit: Quanto magis quæ citra mundi experientiam Deo dicata virgo fuit, & nupsit, contra Christum lasciuuit, & maiorem fidem reiecit, & iudicium habebit, velut quæ proprium erga Deum propositum relaxauit? Nubant itaque, liberos gignant, domum gubernent. Compendiaris & medius sermo contra eos qui mala cogitant de tota ecclesiastica prædicationis tractatione. Qui quidem sermo reiecit eos qui se Apostolicos ac Enkratitas vocant. Reiecit autem & eos qui diluti in Ecclesia sunt, & persuadent mulierem à perfecto relaxam cursu reicere talem cursus perfectionem. Et habet peccatum & iudicium qui Dei virginitatem reiecit, & certamen confundit. Nam athleta qui certamen corruptit, flagris caesus ex certamine eiicitur: & qui virginitatem corruptit, ex tali cursu reicitur, & corona ac braui priuatur. Sed melius est iudicium, quàm condemnatio. Qui enim vt ne confundantur apud homines, occulte scortantur, & sub solitudinis aut continentie specie libidinem exercent, non apud homines habent confessionem, sed apud Deum, qui nouit occulta, & redarguit omnem carnem in suo aduentu, prout quisque peccauit. Melius est itaque vnũ peccatum habere & non plura. Melius est lapsum à cursu, palam sibi vxorem sumere secundum legem, & à virginitate multo tempore penitentiam agere, & sic rursus ad Ecclesiam induci, velut qui mala operatus est, velut lapsum & fractum & obligatione opus habentem: & non quotidie occultis iaculis fauciari, ab improbitate quæ à diabolo ipsi infertur. Sic nouit Ecclesia prædicare, Hec sunt sanationis medicamenta, Hec species vnguentarum confessionis, Hæc præparatio sancti olei in lege, Hæc aromata spirans bona fides, adstringens quidem certatorem ad certamen, prædicans autem ipsi vt cursum extendat, quo coronari possit. Hæc est Dei tractatio, omnes congregans ad regiam ordinationem, & purpuram è mari, & lanam ab ouicula, & linum ex terra, & byssum ac sericum, & pelles rubia infectas, & lapidem preciosum Smaragdum, & Margaritam & Achatem, coloribus quidem distantes lapides, precio verò equales: Sed & aurum & argentum, & ligna non marcescentia, & æs & ferrum, sed & pilos caprinos non reiciens. Et hoc quidem tunc erat tabernaculum, nunc autem tabernaculi domus firmata in Deo, fundamentũ verò in virtute. Et quiescat omnis hæresis quæ contra veritatem excitatur, imò porius seipsum à veritate fingat. Et hæc hætenus. Cæterum quando superbam hanc viperam, instar Acontie appellati serpentis Myagrus, aut Typhlops, aut Myagri, per lignum crucis percussimus, his ipsis reptilibus non modò tantum virus habentibus, verum etiam incurfione & elatione atque iaculatione, ad huiusmodi probè assimilatis, relictis atque contemptis, deinceps ò clarissimi ad consequentes pergamus.

Contra Sabellianos, heresim L X I I.

Sabellius quidam surrexit in temporibus non adeò prisca. Recens enim est hic, à quo sunt Sabelliani appellati. Et hic similiter vt Noeriani, paucis quibusdã exceptis docuit. Multi autem in Mesopotamia & in Romæ partibus eiusdem dogmatis sunt, dementia quadam inducti. Docet enim hic & qui ab ipso Sabelliani appellantur, eundem esse Patrem, et eundem Filium, et eundem Spiritum sanctum: vt sunt in vna substantia tres nomenclaturæ. Aut velut in homine, Corpus est et anima et spiritus. Et esse quidem corpus, vicia dicam, Patrem, animam verò Filium, spiritum autem velut hominis, ita et sanctum spiritum in deitate. Aut velut est in Sole, qui est quidem vnus in substantia, tres autem habet actiones, illuminatiuam inquam et calfactiuam, et ipsam circumferentiam formam. Et esse quidem calfactiuam, siue calidam et feruentem, ipsum Spiritum. Illuminatiuam verò, Filium. Patrem autem ipsum esse speciem totius substantie. Missum autem esse Filium aliquãdo in tempore velut radium, et operatum esse omnia in mundo, quæ ad dispensationem Euangelicam et hominum salutem pertinent. Assumptum verò rursus in cœlum, velut radium à sole emissum, et rursus ad solem reuersum. Spiritum autem san-

Allegoria quatenus valeat. Traditio-nis vsus.

Falsa similitudo.

Acontias Typhlops Myagrus, serpentes.

Sabellius Sabellianorum Hæresis 62. Similia de Trinitate.

Euangelium Aegyptium

Error ex unitate et trinitate perperam intellecta

S. Trinitatis mysterii explicatio

Determinata Trinitatis in scripturis veritas. Redarguitur Arius

Probatio diuinitatis Christi

ctum mitti in mundum, & consequenter & singulatim in vnum quemque qui dignus sit. Reuivificare verò hunc, & excitare, fouereque ac calfacere, vt ita dicam, per vim Spiritus, & per concordiam. Atque hæc sunt quæ docent. Vtuntur autem omnibus scripturis veteris ac noui Testamenti. Verum sententiis quibusdam ac dictionibus, quas ipsi eligunt iuxta suam propriam & adulteratam vāsaniam ac demeritiam. Primum quidem dicit, quod dixit Deus ad Moysen: Audi Israël, Dominus Deus tuus Dominus vnus est, non facies tibi ipsi deos alios, non erunt tibi dei recentes, quia ego Deus primus, & qui postea & præter me non est Deus alius. & quæcunque alia iuxta propriam suam sententiam detorquent. Ad hæc autem confirmanda proferunt rursus ex Euangelio: Ego in patre, & pater in me. Et duo vnum sumus. Ceterum omnem suum errorem, & erroris sui facultatem, ex Apocryphis quibusdam habent, maximè ab Aegypto appellato Euangelio: cui quidam hoc nomen imposuerunt. In ipso enim multa eiusmodi, velut in abscondito, mystice ex persona Saluatoris referuntur, velut ipse in dicit discipulis, eundem esse Patrem, eundem esse Filium, eundem esse Spiritum S. Deinde cum incidierint in aliquos simplices, qui diuinarum scripturarum certitudinem non tenent, hanc quæstionem ipsis proponunt. Quidnam dixerimus, o boni? vnum Deum habemus, aut tres deos? Quum verò audierit pius homo, & qui non perfectam certitudinem nouit, statim mente turbatus, illorum errori consentit, ac Deum negare reperitur, & esse Filium ac Spiritum sanctum. Omnibus verò his inspirauit hominum aduersarij ab eterno, vt alium sic, alium sic, plures verò simul homines decipiat, ac seducat à via veritatis. Et quod quidem verè vnus est, Deus, & non est alius, palam in sancta Dei ecclesia confessus est & confessum. Quia non multitudinem deorum introducemus, sed monarchiam prædicamus: monarchiam autem prædicantes non fallimur, sed confitemur Trinitatem, vnitatem, in Trinitate, & Trinitatem in vnitatem, vnam deitatem Patris & filij & Spiritus sancti. Non enim Filium seipsum genuit, neque Pater transmutatus est ab eo quod Pater est. Neque Spiritus sanctus CHRIS TV M seipsum vnum nominauit: sed spiritum CHRIS TI, & qui per CHRIS TV M datur, & à Patre procedit, & à Filio accipit. In substantia est Pater, in substantia Filius, in substantia Spiritus sanctus. At non coniunctio est Trinitas, velut Sabellius putauit: neque alterata à propria perpetuitate B ac gloria, velut Arius inaniam loquens docuit. Sed semper Trinitas est Trinitas, & nunquam Trinitas appositionem accipit, vna existens deitas, vna dominatio, vna glorificatio: sed Trinitas numeratur, Pater & Filius & Spiritus sanctus. Non velut vnum quiddam tribus nominibus appellatum, sed verè perfecta nomina, perfectè substantiæ nihil immutatum. Pater autem semper pater: & non erat tempus quando non erat Pater, pater. Perfectus existens semper pater in substantia, et Filius semper perfectus existens, semper in substantia, ex Patre in veritate genitus, sine principio, sine tempore & inenarrabiliter: non confrater existens Patri, non auspicator ipsum esse, neque qui intermiserit vnquam, verum semper Filius genuinus cum Patre existens, ex Patre sine tempore genitus, æqualis existens, Deus ex Deo, lumen de lumine, Deus verus ex Deo vero, genitus, non creatus: sed non ipse Pater: neque Pater ipse Filius: sed semper Deus Pater & Filius & Spiritus sanctus. Semper enim Spiritus cum Patre & Filio, non confrater Patri, non genitus, non creatus, non frater Filij, non soboles Patris: verum ex Patre procedens, & de Filio accipiens, non alienus à Patre & Filio, sed ex eadem essentia, ex eadem deitate ex Patre & Filio, cum Patre & Filio, semper in substantia Spiritus sanctus, Spiritus diuinus Spiritus gloria. Spiritus CHRIS TI, Spiritus Patris, Nam Spiritus Patris qui loquitur in vobis, & Spiritus meus constituit in medio vestrum: tertius nomenclatura, æqualis deitate, non alteratus præter Patrem & Filium, vinculum Trinitatis, signaculum confessionis. Filius enim dicit, Ego & Pater vnum sumus: & non dixit, Vnus sum: sed Ego, & Pater, significant in substantia Patrem, & in substantia filium. & Duo dixit, & non dixit Vnus. & rursus, Vnum sumus: & non dixit, Vnus sum. Similiter autem, Euntes baptisate in nomine Patris, & filij, & Spiritus sancti: ita vt in medio positi sint articuli syllabæ Tou, Tou, & Ton, ad nomen Patris et filij, et Spiritus sancti, pro Græcæ linguæ ratione. Et redarguit Matheus Sabellium coniunctionem introducens: vbi et significat verè Patrem, et verè filium, et verè Spiritum sanctum. Quando verò eiusdem ordinis est Trinitas, et in vno nomine Trinitas appellatur, redarguit Arium subdescensum quandam excogitantem in Trinitate, aut alterationem, aut euationem. Etiam si enim pater maior à filio docetur ac prædicatur, decentissimè tamen filio gloriam vindicat. Quem enim decuerit glorificare proprium patrem, quam genuinum filium? Quando verò rursus equalitatem dicere vult, vt ne excidant quidam, minus velut de filio cogitantes, sic dicit: Qui non honorat filium sicut honorat patrem, non habet vitam in seipso. Et, Omnia que patris mei sunt, mea sunt. Quid est autem, quæ patris mei sunt, quam Deus est pater, Deus sum, vita est pater, vita sum. Omnia quæ patris mei sunt, mea sunt. Vide Sabelli, et considera, aperi oculos cordis tui, et ne sis cæcus. Conueniat mens tua et deceptorum à te, sanctum Ioannem in Iordane, Aperi aures tuas, et audi vocem Prophetæ dicentis, Ego vox clamantis in deserto. Audi præcursorem Domini, qui angelus nominari dignus factus est qui ab vtero matris Spiritum sanctum accepit, et in ingressu Mariæ exiliuit, qui adhuc in vtero cognouit introitum proprii domini, et exiliuit. Cui data est indicatio prædicationis, et præparatio viæ Domini. Crede ipsi, et non excides à scopo veritatis. Ecce enim ipse testatur dicens, primum quidem vbi Dominum suum cognouisset: Ego te opus habeo, & tu venis ad me. Et cum Saluator dixisset, Omnis nunc, quo omnis iusticia compleatur: & ipse cum baptisatus esset ab ipso, velut diuinum Euangelium recenser, testimonium præbuit Ioannes dicens: Aperi sunt cæli, & vidi Spiritum sanctum in specie columbæ descendentem, & venientem super ipsum. & vos ex cælo facta est. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est. Superne erat pater, o tu contentiose, ex supernis venit vox. Si itaque ex su-

Spiritus sanctus cur in columbæ specie apparuit.

Prophetie de Christo.

Homini peruersitas recipiendo christum.

Testimonia dei.

Filij vera diuinitas comprobatur.

ex supernis vox, percunctare adulteratam mentem tuam, cui pater dixit, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est. Et quis erat hic? Cur verò in columbæ specie spiritus descendit, & quidem cum corpus non gesserit Spiritus sanctus: Solus enim vngentus hoc induit, & perfectè incarnatus est ex Maria semper virgine per Spiritum sanctum, non ex femine viri, sed ita vt ipsum Verbum principalis ille artifex, sibi ipsi corpus efformarit, & animam humanam, & mentem, & quicquid homo est, omnia perfectè suscepit & coniuertit sue deitati. Non velut qui in homine habitavit: absit. Ipsum autem sanctum Verbum, Deus verbum incarnatum est. Spiritus verò qua ratione in specie columbæ apparuit? Nimirum quo persudaret te tibi ipsi sapientiam arrogantem ac nihil scientem, vt ne malediceret, vt ne putares spiritum cõiunctionem esse patri ac filio. Ob id etiam ipse Spiritus sanctus corpus non gesserit, in specie columbæ figuratur, quo ostendat ac redarguat errorem tuum. quoniam in substantia est spiritus per se, & in substantia pater, & in substantia vngentus: sed non diuisa deitate, neque imminuta gloria ac maiestate. Et vides quomodo Trinitas numeratur, patre ex supernis clamante, filio in Iordane baptismum suscipiente, Spiritu sancto in specie columbæ accedente? Dic mihi quis est qui dixit, Ecce intelligit filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est, quem elegi, & què dilexit anima mea, ponam spiritum meum super ipsum, & iudicium gentibus annuntiabit, non contredet, neque vociferabitur, neque audietur in plateis vox ipsius: arundinem contritam non confringet, & limum fumigans non extinguet, donec eiciet in victoriam iudicium, &c. Nunquid hæc possunt habere indicationem Trinitatis, o contentiose? Nunquid de ipso tanta pater in Propheta recensuit? Quis autem est de quo scriptum est, Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis? Et non dixit, ingredere ad me. Et rursus sicut Euangelium dicit: Et ascendit in cælum, & sedet in dextera patris, & venit ad iudicandum viuos & mortuos. Et quomodo rursus non persuaserunt te duo viri in vestibus albis conspecti, qui ad discipulos dixerunt: Viri Gallæi, quid statis inuentes in cælum? hic IESVS qui à vobis in cælum assumptus est, sic venit velut ipsum vidistis assumi. Quem verò vidit beatus Stephanus quando dixit, Ecce ego video cælum apertum, & filium hominis stantem à dextris Dei? Tu verò o per omnia idiota, non intelligis vocem sanctarum scripturarum, & te ipsum atque eos qui tibi obediuerunt, magis læsi, elapsus à sancta veritatis Dei fide. Dicit enim reuera: Ego sum primus, & ego sum postea, & præter me non est alius. Reuera enim non sunt multi dei, sed vnus Deus primus, & qui postea, & Pater & Filius & Spiritus sanctus, non vt coniunctio sit Trinitas, neque diuisa in sua identitate: sed Pater verè qui genuit Filium, & Filius verè genitus ex patre in substantia sine principio, & sine tempore, & Spiritus sanctus verè ex patre & filio eiusdem deitatis, ex patre procedens, & de filio accipiens, semper vnus Deus primus, & qui postea. Ceterum alterius rursus dispensationis gratia, & à persona ipsius CHRIS TI cantatur sic. Quando quidem sæpe Dominus noster IESVS CHRIS TV S apparuit prophetis, & annunciauit suum futurum esse aduentum: quidam verò ipsum non susceperunt, expectantes alterum pro ipso, ad supersticiosos quidem simulachrorum cultores & qui multitudinem deorum mundo inuenerunt: vt ne admiratione stupescerent filij Israël, & ad simulacra conuersi Amorrhæorum & Chetæorum, & Chananzorum, & Pherezæorum & Euzorum, & Gergeeorum ac Iebusæorum & Arucæorum, & Assamæorum, ea adorarent, quem admodum etiam ipsis prædixit: Adorauerunt enim Beelphegor, et Chamos, et Astarten, et Mazuroth, et Neastho, et Beelzeboth, et reliqua gentium simulacra. Ob id dixit ipse Dominus: Ego sum qui sum, ego sum primus, et qui postea. quo ipse auerteret à fabuloso gentium errore, quæ multos deos adorant. Et quando quidem reiecturi erant aduentum filij Domini nostri IESV CHRIS TI, dixit ad Iudeos Ego sum primus, et qui postea. Qui primus in carne aduenit, et qui postea vterus est ad iudicandum viuos ac mortuos, qui in cruce passus est, et sepultus est, et resurrexit, in gloria quidem in ipso corpore assumptus, verum ad gloriam deitatis ipsius vnito, et illustrato, et non amplius sub tactum cadente, nunc non amplius mortis particeps. Resurrexit enim, velut dicit Scriptura, CHRIS TV S: Mors ipsi non amplius dominatur, inquit Apostolus. Et vide quomodo certitudo dominatur, et deducit hominem, vt ne excidat ab alterutra veritatis parte: et vbi voluerit mens multos deos exquirere, et audiat, Dominus Deus tuus vnus est. Vbi verò CHRIS TV M alium, præter eum qui venit, filij Israël expectarint, audiant: Ego primus, et qui postea, et, Ego sum Alpha et Omega. Alpha, quod deorsum videt: Omega, quod sursum spectat, vt impleatur quod dictum est: Qui descendit, ipse est qui ascendit super omnem principatum et potestatem ac dominationem, et omne nomen quod nominatur. Et vt ne quis eo quod dixit, Ego sum primus, et qui postea, et, Ego sum Alpha et Omega, et, Dominus Deus tuus vnus est, et, Ego sum qui sum: vt ne quis, inquam, neget filium et Spiritum sanctum, ob id inquit, Pater meus maior me est, et, Vt te cognoscant, te solum verum Deum, et quem misisti IESVM Christum. Non quod non est filius verus Deus, sed vt ad vnam vnitatem reduceret Trinitatis nominationem, et excluderet mentem hominum à multitudine deorum ad vnam deitatem. Si verò putauerit erroneus quis mente, vnum solum dici verum Deum, hoc est patrem, filium verò esse quidem, non autem verum: rursus aliter hunc redarguit, dicens: Ego sum lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum. De patre verò, quod lux Deus, et non dixit, Lux vera: vt ex eo quod dicit, Deum verum, et lucem veram, æqualem deitatem patris ad filium, et filij ad patrem intelligamus: et ex eo quod dicit patrem lucem esse, et filium Deum esse, ita vt vox, verum, non sit hic adiecta. Non enim opus erat dicere, nulla ambiguitate existente. Nam à voce Deus et Lux, vna perfectio eiusdem sinceritatis patris ad filium, et filij ad patrem, clarè pronūtiata est. Et dissoluta est vniuersa erroris tui vāsaniam. Est enim pater, pater: est filius, filius: est Spiritus sanctus, Spiritus sanctus. Quæ Trinitas est, vna dei-

Lybes, Molurus et Elops serpentes

tas, vna gloriatio, vna dominatio. Cui gloria, honor, imperium, patri in filio, filio in patre, cum sancto Spiritu in secula seculorum, Amen. Cum autem rursus hanc haeresim velut Lybes, aut Molurum aut Elops, aut vnum aliquod horridissimorum reptilium, non tamē per morsus laedere potentium repulerimus: & per virtutem sanctae Trinitatis conculcauerimus, ad consequentes procedentes, Deum inuocemus nostrae paupertatis ac tenuitatis auxiliatorem, quo nobis auxilium contingat, vt pro dignitate quae ab vnaquaque haeresi dicta sunt ac facta referamus, eaque iusta contradictione refellamus.

Origenianorum haeresis. 93. Origenii Turpes Dogmata luxuriosa

Contra Origenianos, qui etiam Turpes appellantur, haeresim LXIII.

Origenii vocantur quidam. Non omnino autem hoc genus existit. Consequenter autem a praedictis & haec haeresis fuit. Vocantur autem Origenii, haud equidem clarē scio, qua de causa, nūm ab Origene Adamantio compositore appellato, aut alio quodam, ignoro. Attamen hoc nomen deprehendimus. Haeresis autem apud ipsos recepta est, Epiphani haeresi consimilis, de quo supra in scētis secundum Gnosticos indicavi. Scripturas verbū hī legunt diuersas veteris ac noui Testamenti. Reiciunt nuptias, & non cessat apud ipsos libido. Inquinant autem suum corpus & mentem & animam in pecculantia. Aliqui enim sunt in habitu solitariē degentium monachorū, Aliquae verō cum ipsis sunt in habitu solitariē viuentium foeminarum, corrupti autem sunt corporibus, concupiscentiam quidem suam perficientes. Verūm opere vtentes, vt castius loquar, filii Iudae Annan appellati. Sicut enim ille corpore quidem Thamar coniungebatur, & concupiscentiam perficiebat, verūm ad seminis deiectionem iuxta datam a Deo liberorum generationem non efficiebat: sed seipsum iniuria afficiebat, eo modo quo malum operabatur. Sic etiam hī vsi sunt quidem sancta venere, hanc nefandam operationem perficientes. Non enim ibidem ipsi castitati, sed simulatae castitati, & nomen saltem habēti. Studium autem eō vergit, vt mulier non concipiat ab eo qui ipsam corrupisse sibi videtur: aut vt ne producant liberorum generationem in mundo, aut vt ne deprehendantur ab hominibus volentes in honore esse propter putatam apud ipsos castitatis exercitationem. Et tamen hoc est ipsorum opus. Alii verō hoc ipsum detestabile opus perficere student, non per foeminas, sed aliis modis, propriis manibus se polluentes. Et similiter imitantur praedictum filium Iudae, terram nefandis suis operationibus & abominabilibus guttis polluentes, & pedibus suis fluxiones suas conterentes in terra: vt ne rapiantur ipsorum semina ab immundis spiritibus, ad susceptionem impregnationis. Vsi sunt autem, velut dixi, diuersis scripturis veteris ac noui Testamenti, & quibusdam apocryphis, maxime actibus Andreae & aliorum. Iam verō etiam illi ipsi gloriati sunt saepe, quod audacter ac liberē hoc faciant. & accusant nimirum eos qui in Ecclesia dilectas appellatas, aliunde introductas ac cohabitantes foeminas habent, velut etiam ipsi hoc faciunt occulte, propter hominum reuerentiam, quod cum improbitate quidē consēpeliuntur: Praetextu autem hominum gratia, nomen iacent. Retulerunt etiam quidam nobis de quibusdam vita defunctis quod videlicet aliqui hoc fecerint, velut a coactis ab ipsis mulieribus audiuerāt. Inter quos & episcopi nomen in medium produxerunt, qui in parua quadam ciuitate Palaestinae episcopi sortem ad multos annos administravit. Habuit autem eiusmodi mulieres inferuentes ipsi, aliunde introductas inquam. Sed & ex confessoribus talem quandam fuisse nouimus. Attamen hī qui hoc dixerunt, & a mulieribus audiuisse affirmarunt, nō credidimus. Necessitas enim malignitatis eorum qui id dixerunt, suggessit nobis aliquando quidem vt crederemus, aliquando verō vt non crederemus, de mala fama praedicti illius senis episcopi, post obitum eius. Causa enim quae in ipsum venit, eiusmodi quaedam fuit. Deprehensus est quidam talis in peccato mulieris, & cum redargueretur a nobis, excusationem ac defensionem talem protulit: quod corrupta cum ipso mulier, quamuis iam anus esset, & in senecta aetate con-

Ad confirmationem suarū haeresis scripturis vitur.

Episcopo vniuerso

Abominabiles feminas in terram effluuiones.

Doctrina demonum qualis.

Derisorii merces.

stata, dixisset ipsi eius malefacti operationem, quod vti quidem venere ipsum docuisset, verūm abominabiles suas effluuiones in terram dispergere. Et haec quidem est horum detestanda operatio, mentem ipsorum decipiens, & ex diabolo occaecata. Quorum testimonia per quae labuntur in hunc errorem, in medium afferre non puto necessarium esse, vt ne videamur per quae volumus exactam rationē tradere, ad auersionem nefandae vniuersiusque haeresis petulantiae, per ea magis impellere laxorum & non satis firmiter mentem, qui malum sibi ipsis venari praebonitate cupiunt. Caterū ad confutationem potius hortendae huius ac reptiliformis haeresis, pauca de multis apponam. Vnde accepistis, o vos, nefariae huius operationis inuentionem? Primum equidem omnibus manifestum est, quod demonum est vestra doctrina, seductae verō ac corruptae mentis haec excogitata malignitas. Si enim omnino malum est concipere, nō propter liberorum generationem, sed propter corporum coniunctionem quomodo igitur superati a voluptate corpore coniungamini? Et si non malum est coniungi corpore, neque malum est perficere quod genitum est ac conceptum. Aut enim renunciare oportet hominem vt terram ne colat, velut Abel erat pastor ouium, Cain verō colebat terram. Si verō colit quis terram, D velut Noē, qui vir agricola erat, & plantauit vineam: non plantauit vt botrum non proferret, sed plantauit & bibit ex fructu eius, & inebriatus est, velut scriptum est. Venia autem danda est seni. Cum enim Deo valdē placeret, non propter luxum sustinuit ebrietatem, sed tristitia fortassis inductus grauiore somno opprimebatur, & non ferens ex vtriusque, propter debilitatem scilicet & senectam, in debilitatē incidit: non vt subannaretur a filio. Qui verō derisit, ipse sibi ipsi maledictionē accepit, quod castigetur hī qui patrib. cōrumeliā in ferūt & disputationes inter vos excitatae cōtra cognitionē Dei, & cōtra benē constitutā ordinationē. Tamen si enim nō ita laudatē sunt nuptiē velut virginitas, sed super ipsas est vir.

est virginitas. Virginitas tamen vera gloriosa & virtuosa appellata est, non inquinata: quae & nuptias venerandas, & liberorum procreationem non interdicit, in ignominiam eorum quae bene ex Deo creata sunt. Imō neque aliā vsurpat vitam societatis nuptiarum ex Deo ordinatam. Virginitas enim est verē, velut illa a sancto Apostolo laudata, nempe, Virgo & innupta curat quae sunt Domini, quomodo Domino placeat, vt sancta sit corpore & anima: vt ostendat impossibile esse, vt vllius peccati culpam vita solitaria admittat. Sed & Abraam nouimus liberos genuisse, & Domini amicum fuisse. Isaac item, & Iacob, & consequentes. Et neque seipsum inquinant nefariis operationibus detestanda attingentes, neque se opposuerunt aduersus liberorum procreationem probē ex Deo per nuptias ordinatam. Sed neque qui inter ipsos castitatem ac virginitatem exercuerunt, certamen hoc corruerunt, neque per nequitiam virtuosum certaminis modum aliter tractarunt. Et Helias quidem ferē penitus in vrbes non ingrediebatur, neque ac cum mulieribus conuersabatur, verūm in solitudinibus degebat. Et Heliseus & Ioannes, & omnes qui per magnam hanc formam imitationis angelorum rectē secundum Euangelicam Domini ordinationem seipsum propter regnum Dei castrarunt. Cum igitur multa habeamus quae dicere possimus, & ex multis diuine scripturae argumētis, quae ipsorum mentem redargi vnt a diabolo illusam, his paucis contēti sumus: quoniam omnino manifestum est quod non prudentia est hoc ipsorum illorum opus: neque ex Deo haec scētia, sed ludibrium actionis demonum, qui hoc in ipsis operatur. Quando verō & hanc velut horrendam viperam Scytalam appellatam, corpore quidem breuem, verūm veneni eiaculatione graue virus inspiratē, & perniciem in accedentes efflatē repulimus, ac contiuimus, ad sequētes eamus, Deo auxiliario inuocato, ad totius operis nostri pro-

Virginitas vera ratio.

Castrati propter regnum Dei. Cytale serpens.

Contra Origenem Adamantium, haeresim LXIII.

Haeresis Adamantium 94.

Origenes, qui & Adamantius appellatur, deinceps post hos sequitur. Hic filius fuit Leonidis, beati ac sancti martyris. Sed vt ipse in iuuenili sua aetate plurimas persecutiones sustinuit, cum vir esset in Graecorū doctrina eruditus, & in ecclesia educatus: in temporibus verō Decii regis notus fiebat in Alexandria. Erat enim genere Aegyptius, & in Alexandria domicilium & educationem habuit. Verūm Athenis ad tempus aliquod philosophorum scholas frequentauit. Multa porō passus esse dicitur pro sancta fidei doctrina, & Christi nomine: in ciuitate saepe traditus, conuiciis impetitus, tormentis in gentibus subiectus. Etenim tempore quodam dearserunt ipsum Graeci, & ad aescum simulacri, Serapii appellati, locatum, iusserunt frondes palmarum porrigere his qui ad nefarium opus & adoracionem simulacri ascendebant. Talem enim habitum ferunt sacerdotes eius simulacri. Ipse verō accēptis frondibus, magna voce ac confidenti mente, nihil timens neque hēsitans, clamabat dicens: Venite accipite non frondes simulacri, sed frondes CHRISTI. Et multa sunt fortia facta, quae per traditionem referunt veteres de hoc viro: sed non permanserunt ipsi quae ad praemium consequendum perissent, in finem. propter eminentissimam enim sanctitatem eius ac doctrinam, ad multam inuidiam dederunt, & per hanc magis irritabat eos qui illo tempore principalem potestatem administrabant. Per diabolicam verō malignitatem excogitauerunt malicie operatores, quomodo turpitudinem verō excogitarent, & plagam talem decernerent, ita vt in abusum corporis ipsius Aethiopem ipsi subornarent, aut sacrificare iuberent. Ipse verō non ferens diabolicam operationem versutiam, proclamauit vtriusque rebus ipsi propositis, sacrificare se potius velle. Non tamen spontanea mente hoc potius perfecit, velut magna de hoc fama refert. Sed quandoquidem omnino confessus est se facturum hoc esse, iniecto in manum eius thure ipsum ad aram rogum adduxerunt. Atque sic a confessoribus ac martyribus tunc relictus nita reiectus est, & ab ecclesia expulsus. Verūm in Alexandria hoc passus, & non potens ferre exprobatum sannas, discessit: & Palaestinam, hoc est Iudaeam terram inhabitare elegit. Cum itaque peruenisset ad Hierosolyma, velut talis enarrator & eruditus vir, compellebatur a sacerdotibus (aiunt enim & presbyterio ipsum dignum factum fuisse priusquam sacrificaret) compellebatur, inquam, in Ecclesia docere. Et cum multum coegissent ipsum hī qui tūc in Hierosol. sacerdotiū sanctae ecclesiae administrabant, futrexit, & dictum hoc solum Plalmi X L I X prolocutus, totam distinctionem praeteriit. Sic autem dicit Plalmus: Peccatori dixit Deus, Cur tu exponis iustificationes meas, & assumis testamentum meum per os tuum? & complicatum librum deposuit, & cum steru ac lacrymis confedit, omnibus simul cum ipso plorantibus. Et post tempus cum multa ipsum hinc pellicerent & cogere, in Ambrosium quēdam incidit, illustrem illum in aula regia. Quidam verō hunc Ambrosium dixerunt, partim Marcionistam, partim Sabellianum. Influxit itaque ipsum, vt ab haeresi declinaret, eamque detestaretur, ac fidem deligeret sanctae Dei ecclesiae: Caterūm praedictus Ambrosius, quandoquidem multas haereses noscet, & vir doctus atque eruditus circa diuinarum scripturarum lectionem esset, propter sententiarū in sacris libris profunditatem, petiuit ab Origene, vt ipsos ei declararet ac interpretaretur. Hic verō quō officium suum erga illū, pro ipsius exhortatione declararet, operam dabat vt totius scripturae interpres fieret, eamque exponeret. & in Tyro Phoenices, velut fama refert, ea gratia annis viginti octo vixit vitam & meditationis ocio ac labore excellentem: ita vt Ambrosius quidem ipsi, & iis qui velociter scribendi munere fangebantur, itemque ministrantibus ipsi, chartam ac reliquos sumptus suppedita-

Origenes Adamantius. Decii rex Romanus. Serapii simulacri. Athenis. Habitus sacerdotū.

A quibus testamentum dei assumendum.

Origenis labores in scripturis sacris.

ctionis Hæbraicæ, & simul ipsorum elementorum. Similiter verò euestigidò secundo interstitio vsus iuxta columnarum compositionem, Hæbraicam quidem dictione, Græcam verò scriptura, aliam rursus compositionem fecit, vt sint quidem hæc, ac vocentur Hexapla, ad Græcas interpretationes, duæ simul additiones Hæbraicæ vocis, per Hæbraicam ac Græca elementa, vt sit vniuersum vetus Testamentum per Hexapla appellata, & per duas Hæbraicorum verborum columnas. Hoc simul vniuersum opus vir ille cum labore tractauit, sed gloriam suam non in finem extinctam perfecit. Contigit enim ipsi magna illa experientia in magnam ruinam. Ex ipso enim scopo, cum nihil diuinarum scripturarum absque interpretatione sinere vellent, in peccatum seipsum coniecit, & lethalia verba exposuit. Ex quo sunt qui Origenianistæ appellantur, non primi illi qui turpem actionem faciunt. Non enim habeo quod de illis dicam, velut etiam iam antea dixi, an ex Origene qui & Adamantius dicitur, nomen & initium habuerunt, aut alium quendam ducem habuerint, Origenem appellatum. Tradunt autem & hunc Origenem excogitasse, vt sibi ipsi in corpore neruum, velut quidam dicunt excinderet, vt ne a voluptate vexaretur, neque in moribus corporeis combureretur ac inflammaretur. Alij verò hoc negant factum, sed excogitasse ipsum pharumacum quoddam, quod, partibus illis imponeret, vt eas resiccaret. Alii autem etiam alia in ipsum referre audent: quod videlicet herbam quandam inuenerit medicam memoriam gratia. Et immensa quidem illa de ipso relata, non valde credimus: at tamen quæ dicuntur, referre non pigebit. At verò hæresis ex ipso exorta, primum quidem in Aegyptiorum regione fuit, nunc verò apud eminentissimos, & qui sibi solitariam vitam suscepisse videntur, & apud eos qui in solitudines secedunt, & paupertatem delegerunt, existit, horrenda etiam ipsa & omnibus veteribus flagitiosior, quæ etiam similia cum illis sentit. Et si enim turpitudinem perficere discipulos suos non docet, tamen per turpitudinem, horrendam opinionem in ipsam deitatem impingit. Ex hoc enim & Arius occasiones accipit & inæqualitatem docentes, deinceps secuti Anomoeique appellati, & alij quidam. Afferit enim hic, ausus nimirum in principio dicere, primum quidem quod filius vniigenitus patrem videre non potest, imò quod neque Spiritus filium videre potest, neque angeli Spiritum, neque homines angelos. Et hic primus error ipsius est. Ex essentia enim patris hunc inducit, simul verò creatum. Vult autem dicere velut per gratiam filium ipsum appellari. Sunt & alij ipsius errores maiores. Animam enim humanam præexistere dicit, esse autem hæc angelos & virtutes supernas in peccatis constitutas, & ea gratia in supplicium, in hoc corpus conclusas. Missas autem esse à Deo in supplicium, quo hic primum iudicium sustineant. Quapropter inquit, etiam, vinculum vocatum est corpus, eò quod anima in corpore ligata est, veterem Græcorum fabulosam opinionem imaginans. In hæc autem & fabulas proponit. Animam enim dicit ob hoc psychen Græcè appellamus, eò quod ex supernis viuificata est. Testimonia vero contra propriam sententiam confingit ex diuinis scripturis, quæ non sic se habent, neque ita edita sunt. Nam quod dicit propheta, Priusquam humiliatus sum ego deliqui: de ipsa (inquit) anima sermo est quod supernè in cælo deliquit, priusquam in corpore humiliaretur. Et quod dicit, inquit, Conuertere anima mea in requiem tuam: velut eius qui se viriliter hic gessit in bonis operationibus, conuertere in supernam requiem, propter operationis ipsius iustam actionem. Et multa talia dicere licet. At verò quod secundum imaginem est Adam perdidisse dicit. Et hinc, inquit, scripturam etiam pelliceas tunicas indicasse, quia fecit ipsis (inquit) tunicas pelliceas, hoc corpus est ait, Et multa est apud ipsum decantata nugacitas. Et mortuorum resurrectionem defectuosam facit, & alicubi verbis affirmans hanc, alicubi perfectissimè negans, aliquando & patrem ex ipsa resurgere asserunt. De cætero verò quæcunque potest allegoricè interpretatur, & paradysum, & huius aquas, & quæ sunt supra cælos, & eam quæ est super terram. Atque hæc & his similia nugari non cessat. Sed & iam in alijs quibusdam locis talia de ipso mentione facta recensuimus. Nihil autem molesti fuerit etiam nunc in hæresi ipsius, de eius effrenitate studioque ac proposito narrare: & ex ipso eorum quos sententiarum sue subiecit, subuersionem facere. Multa est enim huius in posterum facta absurditas, & adulterate intelligentiæ studium extra veritatem progressum. Visus enim est contra omnes priores hæreses dicere, easque subuertere. Verum postea etiam ipse hæresim non vulgarem hanc in mundum euomuit. Et primum quidem quæ ab ipso dicta sunt, ad adulteratam ac confictam ipsius intelligentiæ confutationem apponam. Deinde etiam contra ipsum dicenda, ex nostra mediocritate ostendam. Et sunt hæc quæ in primo Psalmo introduxit. Nam cum in tota scriptura semper labatur, in necessarijs ad verbum excidit. Quædoquidem vero moles ingens est, dicitur enim magnum opus fecisse. In singulas enim scripturas, velut dixi, non reculauit dicere quæ ipsi visa sunt. Et quæ quidem in colloquijs & præfationibus, in mores & naturas animalium & aliarum rerum dicta sunt, per medium ductus sæpè gratiosè narravit. Quæ verò in dogmata decreuit, & de fide ac maiori speculatione: ea omnium absurdissima comperiuntur, præ omnibus & quæ ante & post ipsum edita sunt, exceptis turpibus operationibus, à nobis in singulis scetis relatis. visum est enim ipsi vt etiam exercitatoriam pietatis vitam delegerit, velut etiam supra à me ostensum est. Quapropter etiam thoracem ipsius quidam concidisse tradunt, propter insignem vitam, inediãque, ac abstinentiã ab animatis. Age sanè ipsas ipsius dictiones apponemus ex primo Psalmo, & speculationibus in ipso, & his quæ expressis verbis decreuit ac docuit: vt ne aliqui dicant ea quæ contra ipsum à nobis dicuntur, per calumniam excogitata esse. Nec est quod quis putet ipsum in primo solum Psalmo excidisse à veritate, velut sæpè dixi, sed etiam in singulis expositionibus. Verum ob ingentem operis ipsius molem, ex prædicto Psalmo collectione facta, hic ex vna aut duabus aut tribus dictionibus, totam ipsius circa fidem improbitatem revelabimus, & vt idem velut ipse retulit dicamus, curabimus. Et est statim vniuersi quæ dictionis pauimentum tale, vt cognoscas ò studiose

Errores origenis

Anima cur psychiche dicatur

An peccato magis perdidit Adam

Qui prius haresim oppugnauit in hæresim incidit

Thoracis conciso

diose auditor, quod aperitissimè filium Dei creaturam docuit: & ab audacia de Filio cognoscas, quod etiam Spiritum sanctum creatum introduxit. Ab initio igitur recenscamus Psalmum vique ad ipsam dictionem, velut ipse Origenes dixit.

Error circa Spiritu sanctum.

Origenis verba in primum Psalmum.

Conclusus & obsignatus esse diuinas scripturas, ait diuina doctrina, clauis David, ac fortè etiam sigillo, de quo dictum est: Effigies sigilli sanctificationis Domini, hoc est, per virtutem Dei qui ipsas dedit, quæ virtus per sigillum indicatur. Itaque de eò quod conclusus sunt & obsignata, Ioannes docet in Apocalypsi, dicens: & angelo ecclesiæ in Philadelphia, scribens: Hæc dicit sanctus verus ille, qui habet clauem David, qui aperit & nemo claudit, & claudit & nemo aperiet. Noui opera tua. Ecce de di ostium coram te apertum, & nemo potest claudere ipsum. Et paulo post: Et vidi in dextra sedentis super thronum, librum scriptum intus & à tergo, obsignatum sigillis septem. Et vidi angelum fortem prædicantem voce magna, Quis dignus vt aperiat librum, & soluat sigilla ipsius? & nemo potuit neque in cælo, neque in terra, neque sub terra aperire librum, neque videre ipsum. Et stebam quod nullus dignus inuentus esset aperire librum, aut videre ipsum. Et vnus de senioribus dicit mihi, Ne plores. Ecce vicit leo de tribu Iuda, radix David, vt aperiat librum, & septem sigilla ipsius. De eo verò quod obsignata sunt, solum Esaias dicit sic: Et erunt vobis verba hæc omnia, velut sermones libri huius obsignati, quem vbi dederunt homini noscenti literas, dicentes, Lege hæc: & dicit, Non possum legere, obsignatus enim est. Et dabitur liber hic in manus hominis non noscentis literas, & dicit, Non noui literas. Hæc enim non solum de Apocalypsi Ioannis & Esaiæ dici putandum est, sed etiam de omni diuina scriptura: id quod in confesso est, & apud eos qui mediocriter diuinos sermones intelligere possunt, vt qui referti sint ænigmatibus & parabolis, obscurisque sermonibus, & alijs varijs speciebus obscuritatis, quas humana mens ægrè capere potest. Id quod docere volens etiam Saluator dicit, velut clauem apud scribas & phariseos existente, qui non conantur viam inuenire vt aperiant: nempe, Væ vobis legisperitis, quia tulistis clauem cognitionis, ipsi non ingredimini, & ingredienti non permittitis intrare. Hæc verò à nobis in præfatione dicta sunt, qui cogimur per magni tui discendi studium, & per bonitatem ac modestiam tuam, ò sacer Ambrosi, incitatur, vt huc descendamus ad maximum certamen, & quod palam super nos & super vires nostras est. Et quod quidem diu recusantem me, eò quod nossem periculum, non solum dicendi de sanctis, sed multo magis scribendi, & posteris relinquendi: ad hoc me perduxeris, omnifariam amicè & iuxta deitatis promotionem occinens, testis eris mihi apud Deum cum tota vita, & de imperatis pronuntiaturusque à me, & examinatus, quali proposito hoc factum est. Et alicubi quidem assequimur, alicubi verò aut enitimus violentius, aut videmur aliquid dicere. Investigauimus autem quod scriptum est, non contententes id quod bene à Deo dictum est: Quando dicis, de Deo iudica, quanquam etiam vera de Deo dicere, periculum non modicum est. Rogamus itaque, quandoquidem nihil sine Deo bonum esse potest, & maximè intelligentia diuinitus inspiratarum scripturarum, vt patrem vniuersorum Deum per Saluatorem nostrum ac pontificem genitum Deum adeas, ac petas dari nobis primum vt rectè queramus. Extat enim quarentibus promissio, quod inuenire debent, fortassis neque omnino quærentes, cum Deus consideret etiam eos qui non via ad hoc procedunt. Hactenus Origenes.

Principium est mihi vt dicam contra fastuosum, & in apparentia sapientem, & imperscrutabilem perferutorem, & cælestium examinatorem, hunc qui nugis mundum impleuit: quem admodum etiam præstantior me contra ipsum dixit: primum quidem de genito Deo. Et quod quidem æquales dictiones & æquiuoca multa in vita sunt, penitus id manifestum est. Et siquidem ab alio hæc dictio vsurpata esset, poterat dici quod iuxta rectam intelligentiam & hoc dictum esset. Quando verò in multis locis inuenimus ipsum ab alienantem vniigenitum Deum à deitate & essentia patris, simulque etiam Spiritum sanctum, ea gratia genitum Deum hic dixisse, manifestum est quod creatum decernit. Nam quod quidam nos decipere volunt, ac dicere, æquale esse *γεννητο* & *γεννητός*, non admittendum est, vt de Deo dicatur, sed de creaturis solum. Aliud enim est *γεννητός*, & aliud *γεννητός*. Quando igitur *γεννητός* ab ipso dicitur est Deus, quod factum aut creatum potius quam genitum significat, primum interrogamus, Quibus modis creatus est Deus, qui per hanc vocem apud te honoratur Deus? Quomodo verò adhuc adorandus erit, si factitius est? Aufer enim indignationem quæ est apud sanctum Apostolum, propter eos qui creaturam velut Deum tractant, & tribue mihi Deum qui adoratur, creatum secundum piã fidem, quæ non amplius creaturam adorat, sed creatorem, & erit apud te rationi consentanea cõsequentia erroris tui sermonis à patrum pietate. At non poteris hoc præstare. Si verò etiam ausus fuisti de prædicatione tui sermonis à patrum pietate. At non poteris hoc præstare. Si verò etiam ausus fuisti de prædicatione aliquando ac violare, neque in hoc consentaneam ratiocinationem piorum ad tantam improbitatem euertere, ò phanaticè, potuisti. Repugnat enim & intellectus & ratio. Omne enim quod creatum est, non est adorandum, velut dixi. Si verò omnino adorandum est, cum multa alia sint creata, nihil vtique retulerit etiam nos cum vno creato vniuersa adorare quæ conserua sunt, & eidem instituto appellationis subiecta. Videamus autem per quatuor Euangelia, per quæ omnem nostram vitam gubernauit Deus, Verbum in mundum allatum, an alicubi dixerit Christus, Deus me creauit, aut pater meus creauit me. Videamus autem an & pater pronunciarit in vno Euangelio, Creauit filiũ, & demisi vobis. Verum de hoc hactenus. Cæterum de testimonijs sæpè multa exposuimus, de his qui creaturam introducunt. Nihil autem molesti erit etiam in præsens ostendere, quomodo sermo facillè intelligatur, & dicere ad hunc vltro

clavis David.

Quomodo intelligatur scriptura.

Maledictiones Christi in legislatoribus.

Cur aggressus sit dicere de his.

Propositio huius initio.

Hæreticorum dolus vseducat.

Creationis matrem exulet à generatione filii in diuinis.

sibi sapientiam arrogantem: Quomodo poterit, d' bone, creatus esse qui dicit, Ego in patre, & pater in me. & Duo vnum sumus? Quomodo vero potest alius esse qui aequalem honorem a patre habet? Nemo enim nouit filium nisi pater, neque patrem nisi filius. & Qui vidit me, vidit patrem. Falsus porro similiter quae ambigua sunt apud ipsum de resurrectione, ordinem sequentes dicemus ex ipsius verbis. Ab una autem dictione omnem sententiam ipsius ostendemus, & incredulitatem opinio nis dogmatis ipsius reuelabimus. Et si enim per longum ab ipso saepe de hoc dictum est, & in multis libris has nugas inculcauit, tamen confutationem apponam ex his quae in primo Psalmo exposuit contra credentes firmam spei nostrae resurrectionem. Et est velut dicit, Ob id non resurgit impius in iudicio. Deinde prout consuetudo eius est, ab editionibus persuadere, similiter inquit Theodotius, Aquila, Symmachus. Postea infert contra filios veritatis cauillando: Hinc, inquit, simplices ex credentibus occasione accepta, putant impios resurrectionem non assecuturos esse, & quale imaginatur iudicium, non valde declarantes. Etiam si enim videant intelligant resurrectionem, & quale imaginatur iudicium, non valde declarantes. Etiam si enim videantur de his pronuntiare, approbatio ipsos sedat, cum consequentiam ex ordine conferre non possint, quando modum de resurrectione ac iudicio non obtinuerunt. Si igitur interrogauerimus, Cuius resurrectionis sit respondens, inquit, Corporum quibus nunc circumdati sumus. Deinde ubi amplius interrogauerimus nos, Vtrum totius essentiae ipsorum, aut non? priusquam examinentur, dicunt, Totius. Si vero amplius dubitauerimus, cum simplicitate ipsorum circumlati, & nihil de eo quod fluxa sit essentia expendentes: An simul resurget sanguis qui in venarum sectionibus effluxit, & carnes in morbis consumptae, & pili omnes qui vnquam nostri fuerunt, aut soli hi qui ad exitum manserunt? Aliquando quidem offenduntur hac examinatione, putantes oportere permittere Deo, ut quod vult de his faciat. Aliquando vero condescendere videntur, & pilos quos in fine vitae huius habemus, nobiscum resurrectione conseruare, & pilos quos in fine vitae huius habemus, ut ne cogantur sanguinem sermone colligere, multoties ex corporibus nostris secretum, & mutatas in morbis carnes, & sudores, aut qualemcunque tandem materiam dicunt, Corpora nostra qualia in fine sunt resurgere. Haec sunt praedicti illius sapientiam sibi arrogantis ambigua circa veritatem verba, quae necessario apposuit declarationis gratia, his qui omnem sententiam ipsorum scire volunt incredulitatis de resurrectione. Nam & alia post alia multa habet, in hac Psalmsi consequentia. Dicit enim, Ob hoc non resurgit impius in iudicio. Hinc autem & vltius reprehendit eos qui certam resurrectionem decernunt, & firmam spem resurrectionis mortuorum credunt, velut qui simplices sunt, multa improba addens, & sophisticam quandam opinionem exponens, non fidele quid, sed syllogisticum quicquid tandem illud est, in subuersionem eorum qui ipsi credunt, ex his quae secundum naturam nobis accidunt, euertere conatus est eiusdem resurrectionis nostrae verae confessionem. Ego vero his qui iam se probe fatigarunt, & omnem ipsius excogitatum rhetoricam improbitatem subuertunt: non in audacia praestantior esse volens, ut qui tenuitatem meam non ignorem: contentus esse duxi his quae recte a beato Methodio in sermone de Resurrectione contra ipsum Origenem dicta sunt, quae sane hic ad verbum apponam. Et habent Methodii verba sic, velut ipse hic expressi, ac locaui.

Resurre-
tio quo-
modo ab
Origenem
tractetur.

Quomodo
sunt in re-
surrectio-
ne resur-
rectiones.

Cur non
resurgunt
impium
iudicio
quo modo

Ex Methodio epitome Origenis verborum de resurrectione.

Methodii **H**inc simplices ex credentibus occasione accepta, putant impios resurrectionem non assecuturos esse, & diuino iudicio non dignos fore: quale intelligant resurrectionem, & quale imaginatur iudicium, non valde declarantes. Etiam si enim videantur de his pronuntiare, experientia ipsos redarguit, quum consequentiam ex ordine seruire non possint, quando modum de resurrectione & iudicio non obtinuerunt. Si igitur interrogauerimus, Cuius resurrectio sit respondens, Corporum quibus nunc circumdati sumus. Deinde ubi amplius interrogauerimus nos, Vtrum totius essentiae ipsorum, an non priusquam examinentur, dicunt, Totius. Si vero amplius dubitauerimus, cum simplicitate ipsorum circumlati, & nihil de eo quod fluxa sit essentia expendentes: An resurget simul sanguis qui in venarum sectionibus effluxit, & carnes in morbis consumptae, & pili omnes qui vnquam nobis fuerunt, aut soli hi qui ad exitum manserunt? decurrunt ad hoc, ut permittamus Deo facere quod vult. Qui vero generosiores sunt ex ipsis, ut ne sanguinem sermone colligere cogantur, quem saepe ex corporibus nostris secerni contigit: dicunt, Corpus nostrum quale in fine est, resurrecturum esse. Amplius vero & ob id quod mirabilis est corporis natura, dubitauimus & de huiusmodi. Nunquid velut allietta in nostrum corpus digeruntur, & similitudines transmutant: sic etiam nostra corpora transmutantur, & in carnis uolucris ac feris fiunt partes illorum corporum? Et tristes illa ab hominibus aut aliis animalibus comesta transmutantur, & fiunt hominum aut aliorum animalium corpora? & hoc diu sentite: necesse est idem corpus plurimum hominum saepe partem fieri. Cuius igitur erit corpus in resurrectione? Atque sic in profundum nugacitatis nos imprudentes illabi contingeret. Et post has dubitationes, ad hoc quod omnia Deo possibilia sunt, confugiunt: & sententias scripturarum quae id quod ipsi volunt iuxta promptam expositionem subicere possunt, proferunt. Velut in Ezechiele: Et facta est super me manus Domini, & eduxit me in spiritu, & posuit me in medio campi. Et hic erat plenus ossibus humanis, & circumduxit me ob ipsa circumcirca, & ecce multa valde in conspectu campi, & ecce ipsa sicca valde, & dixit ad me: Fili hominis, num uiuent ossa haec? Et dixi, Domine Deus, tu nosti haec: Et dixit ad me, Fili hominis, vaticinare. Et dixi ad ipsa, Vos ossa sicca haec, audite sermonem Domini. Haec dicit Dominus ossibus istis: Ecce ego induco in vos spiritum vitae, & dabo super vos neruos, & indu-

Verus mo-
dus resur-
rectionis.

Vana spe-
culatio-
nes de cor-
porum re-
surrectione.

& inducam super vos carnes, & extendam super vos pellem, & dabo spiritum meum super vos, & uiuetis, & ponam vos in terram uestram, & cognoscetis quod ego sum Dominus. Hoc quidem igitur probabiliore dicto videntur. Sed & alia Evangelica dicunt, velut hoc: Illic erit fletus & stridor dentium, & hoc, Time te eum qui potest animam & corpus perdere in gehenna. Et hoc in Paulo: Viuificabit mortalia corpora nostra, eo quod inhabitat spiritus eius in nobis. Oportet autem omnem veritatis studiosum, horum sententiam nosse, & de resurrectione contendere, ut seruet veterum traditionem, vitetque ne cadat in nugas pauperis intellectus, simulque impossibilis, ac Deo indigni. Sic igitur de hoc loco distinguendum est. Omne corpus quod a natura continetur, quae forinsecus aliqua disponit ac succenturiat instar alimenti in ipsum, & pro ingestis alia secernt (velut sunt plantarum & animalium corpora) nunquam idem habet materiale subiectum. Quapropter non male fluuius appellatum est corpus, eo quod iuxta exactam considerationem, neque per biduum primum subiectum idem est in corpore nostro, quanquam Paulus ait Petrus semper idem sit, non solum secundum animam, cuius essentia neque defluit in nobis, neque superinductum quid vnquam habet, etiam si fluxa sit corporis natura, eo quod species quae effigiat corpus, eadem sit ita ut etiam formae eadem maneant qualitates Petri & Pauli exhibentes. Iuxta quam qualitatem etiam cicatrices ex pueris in corporibus manent, & aliae quaedam proprietates: velut lentigines, & si quid his simile est in speciem, secundum quam specificatur Petrus & Paulus secundum corpus, quod in resurrectione circumdatur rursus anima in melius transmutatum: non omnino autem adhuc insitum est ipsi primum subiectum. Quemadmodum autem species est a puero usque ad finem, etiam si characteres ac formae multam videantur habere euariationem: sic intelligendum est etiam in praesenti eandem speciem quam in futuro, quantumuis plurima futura in melius mutatione. Necessarium est enim animam, dum in locis corporalibus est, uti corporibus locis conuenientibus. Et quemadmodum si aquatici facti fuisset, & si in mari viuere nos oportuisset, omnino sane oportuisset nos etiam aliam corporis constitutionem consimilem piscibus habere: sic cum heredes futuri sumus regni caelorum, & in locis excellentibus futuri, necessarium fuerit: uti corporibus spiritualibus, non priore specie dissipata, etiam si ad maiorem gloriam eius mutatio fiat: quemadmodum erat rubeus v species & Moyses ac Helias, non alia in transformatione ab ea quae erat. Ne offendaris itaque, si primum subiectum quis dixerit non fore idem tunc, quando ratio ipsa instat: potius ostendit, quod neque nunc per biduum potest esse primum subiectum. Operae precium porro est nosse, etiam aliud seminari, aliud resurgere. Seminatur enim corpus animale, resurgit corpus spirituale. Et ad omnia infert Apostolus ferme terrenam qualitatem nos deposituros esse docet, ita ut propriae carnis fecit, caro vero non amplius erit. Sed quod aliquando imprimebatur in carne, hoc imprimetur in spirituali corpore. Caeterum ad verba scripturarum quae proponunt fratres nostri, haec dicere licet. Et primum in Ezechiele, in quantum ex his volunt simplices, iuxta ipsa verba: Neque carni resurrectio erit, sed ossium solum, & pellium ac neruorum. Simul autem ostendendum est ipsis, quod abripiuntur velut non intelligentes quod scriptum est. Non enim si ossa nominantur, omnia ossa haec intelligenda sunt: quemadmodum neque in hoc, Dissipata sunt omnia ossa mea: &, Sana me, quoniam conturbata sunt omnia ossa mea, quum manifestum sit, non dici ossa secundum communem significationem. Sequitur itaque ad sermonem sicuti ipsi dicunt: Sicca facta sunt ossa nostra. Ergo dicunt, Sicca facta sunt ossa nostra, volentes resurgere congregata. Sed hoc impossibile est. Dixerint autem utique, Sicca facta sunt ossa nostra, qui in captiuitatibus constituti sumus, & omnem vitalem humiditatem amisimus. Inferunt itaque hoc, Perit spes nostra, dissensimus. Igitur promissio resurrectionis populi est, a ruina & velut mortificatione qua mortificati sunt, propter peccata inimicis traditi. Sed & peccatores a Salvatore dicuntur esse sepulchra plena ossibus, & omni immundicia. Decet autem Deum aperire monumenta viuisciuisque, & educere nos ex monumentis viuificatos, velut Saluator Lazarum foras traxit. At vero illud, illic erit fletus & stridor dentium: sic apud ipsos defendendum est, quod velut in hac vita omne membrum ad vsum quandam opifex construxit, sic etiam dentes ad finidum solidum alimentum. Quis igitur vsus dentium his qui puniuntur? Non enim in gehenna existentes, per ipsos comedunt. Et ostendendum est, quod non omnia accipere oportet velut iacent. Dentes igitur, inquit, peccatorum contriuit, & molares dentes leonum confregit Dominus. Quis autem adeo stolidus sit, ut putet, quod Deus peccatorum corpora conseruans, dentes ipsorum solum conterit? Quemadmodum igitur si quis talia volens sic habere, in angustiam redactus trahetur ad allegoriam: sic inquirendum est de stridore dentium in his qui puniuntur, anima facultatem manducandi habente, quae in tempore redargutionis de peccatis, iuxta collisionem dentium, prout sensit dentibus fremet. At hoc, Time te eum qui potest animam & corpus perdere in gehenna: fortassis docet, quod in corporea est anima: fortassis item declarat, quod absque corpore non punietur. De quo naturae rationem scrutantes, de specie ac primo subiecto diximus. Sed & hoc apud Apostolum, Viuificabit mortalia corpora nostra: cum mortale sit corpus, & verae vitae non particeps, potest significare ubi corporea est species, de qua diximus, natura mortalis existens. Cum enim manifestus fuerit vita nostra, & ipsam transmutare debeamus. Quin & hoc ipsum interrogare, quomodo resurgunt mortui, quali vero corpore venient? nudè declarat, quod primum subiectum non resurget. Si enim bene accepimus exemplum, proferendum est: Seminaria ratio in grano frumenti, decerpens adiacentem materiam, & per totam ipsam processit, & in-

A

B

C

D

Causare-
surrectio-
nis.

Corp⁹ est
fluuius.

Similitu-
do de sta-
tu corpo-
rum ante
& post re-
surrectio-
nem.

Sanguis
regnum
dei non
sinebit.

Ossium
sic-
corum ra-
tio apud
Ezechie-
lem.

Saluato-
ris de pec-
catoribus
iudicium.
Dentium
stridor
quomodo
accipien-
dus.

Quae pri-
mum
re debea-
mus.

Resurre-
ctionis i-
magi-
dens,

dens, eandemque ipsius speciem abripiens, facultates quas habet aliquando terræ, & aquæ, & aëri, & igni addit, & deicētis illorum qualitaibus, ad hanc transmutat, cuius ipsa opifex existit. Et sic comple- tur spica, excellenter differens a grano quod est ab initio, & magnitudine, & figura, & veritate.

Haftenus Methodius Origenis verba retulit. Sequuntur nunc Procli verba, quæ item Methodius recenset.

Procli ex Methodio verba.

Origenis de resurre- ctione opi- nio.

De viro- que statu primorū parentum

Immorta- litatis esse- tius.

Mandati Dei vis.

Hominis præstati- a.

Qui crea- tus homo.

Quæ quidem igitur Origenes tractans negotium de resurrectione explicauit, maximè variam ostendens speculationem, tot sunt velut in compendio dici poterunt. Memor autem sis, vt etiam ea quæ ad illa consequuntur consideres. Consequens est enim assumere adhuc prædicta ex scripturis testimonia, quò velut statua omnes partes suas moderata oratio capiat, & in totum plena sit constru- cta, & nihil habeat defectuosum ex his quæ ad figuram ac pulchritudinem conducentia colliguntur. Quid igitur concinant scripturæ ad hæc, ad vitæ melioris complementum hominem corroborantes, dicendum est. Has enim si quis potens fuerit exactè intelligere, ita vt nihil à decoro rescindat, cognos- cet resurrectionem de hoc corpore non oportere accipi, vt quod non possit in æternum inmutabile permanere, sed de spiritali, in quo idem ipse character qui nunc in hoc habetur, conferuabitur, quo vnusquisque nostrum etiam secundum formam idem sit, quemadmodum & ab Origene dictum est. Sic enim ille resurrectionem futuram esse sentit. Quum enim fluxile sit corpus materiale, & nūquam maneat in seipso, ne minimo quidem tempore, sed accedat & discedat circa speciem, quæ hominem de- lineat, à qua etiam figura ipsa cōtinetur: necessariò efficaciū quiddam relatis tolerabunt. Verum hanc ipsorum contentionem, & ex his & ex aliis pluribus quis redarguere poterit. Demonstrabimus enim in sequētibus ac sermonis progressu, per naturæ veritatem, & non per coniecturas, neque Hieremiam vinctos terræ nos dixisse, propter societatem ad corpus, neque Dauidem hac de causa ligatos. Opera- precium enim est hæc proferre, in quibus maximè labi videntur. Proinde quum de pelliceis tunicis, & quod ante structuram ipsarum p̄tini parentes vixerunt cum corpore immortalitate fruētes, in super- que quodd non potest corpus vinculum & carcer putari, ea quæ conueniunt diximus, & viri iudices: iu- dices enim vos dictorum & optime Theophile voco: deinceps ad consequentia me conuertam, velut promisi, vt dilucidius videamus quod volumus. Vniuersorum opifex Deus quum vniuersa bono ordi- ne composuisset, velut magnam ciuitatem, & verbi præcepto exornasset, & singula elementa consonè adaptasset, & animantium differentis omnia expleuisset, vt mundus perfectè ad pulchritudinem au- gesceret, vbi omnigenas naturæ formas produxisset, sidera in cælo, volatilia in aëre, quadrupeda in ter- ra, natatilia in aqua, postremum hominem, præparata ipsi velut domo pulcherrima, in mundum indu- xit: totum imitamentum propriæ imaginis simile, & velut statuam in illustri templo bonam suis mani- bus constructam. Nouerat enim omnino quòd quicquid sua manu fabricaturus esset, id necessariò im- mortale futurum esset, vt pote immortalitatis opus. Immortalitatis enim immortalia sunt opera, velut malicie mala, & iniusticiæ iniusta. Non enim iusticiæ opus est iniusta facere, sed iniusticiæ. Neque vi- cissim iusta facere opus est iniusticiæ, sed iusticiæ. Quemadmodum neque incorruptibilitatis corrup- pi facere, sed corruptionis. Immortalem facere non corruptionis est, sed incorruptibilitatis. Et in sum- ma, quale fuerit id quod facit, iuxta eandem rationem id quod sit efficere solet. Deus autem & immor- talitas est, & vita, & incorruptibilitas. Opus autem Dei, homo. Quicquid verò ab immortalitate factū est, immortale est. Immortalis igitur homo est. Quapropter sanè hominem quidem ipse Deus fecit, re- liqua verò animantium genera aeri & terræ ac aquæ producere præcepit. Homo autem verissimè dicitur secundum naturam, neque anima sine corpore, neque corpus sine anima, sed quod ex compage ani- mæ & corporis in vnâ boni formam compositum est. Vnde hinc immortalem hominem factum esse apparet, extra omnem corruptionem & morbos constitutum. Di dicerit autem hoc quis etiam abundè ex scriptura. De aliis enim omnibus quæ temporum spaciis pubescētia ac senescētia transmutantur. Educant, dicitur, aquæ reptilia animarum viuentium, & volatilia volantia in terra iuxta firmamentum cæli. Et producat terra animam viuētem secundum genus, quadrupeda & reptilia, & bestias terræ secundum genus. De homine verò non amplius similiter vt de illis dicitur, Producat terra, aut edu- cant aquæ, aut fiant luminaria: sed, Faciamus hominem secundum imaginem & secundum simili- tudinem nostram, & imperent piscibus & volatilibus cæli, & omnibus pecoribus. Et accepit Deus limum de terra, & formauit hominem. Et quo sanè magis etiam vos differentiam percipiatis, quòd omnino & penitus ab aliis differens reperitur homo, & in secundo honore ab angelis connumera- tus, & immortalitatis existens: age iuxta veram & rectæ opinionis ratiocinationem etiam hoc tra- ctabo. Aliis equidem ab inspiratione spiritus in aere datum est, vt animata sint & viuant: huic verò ex ipsa immortalis & excellenti essentia. Insufflauit enim Deus in faciem ipsius spirationem vitæ, & fa- ctus est homo in animam viuētem. Et illis quidem vt seruiant, & imperio subdita sint, præceptum est: huic verò, vt imperet & dominetur. Et illis diuersæ figuræ ac formæ naturarum dantur, quas so- lida & visibilis natura iubente Deo generauit: huic verò formæ & imago Dei, & omnia ad illam ex- actam primariam patris ac filii vniuenti imaginem. Fecit enim Deus hominem, secundum imaginem Dei fecit ipsum. Quapropter etiam curam gessit perpetuitatis statum suum, vt ne ex facili corruptioni ob- noxia fiat, quemadmodum etiam statuarum opifex. Non enim solum pulchritudinis statuarum & de- coris ipsarum curam habent, vt sint pulchræ ac præclaræ: sed etiam quantum eius fieri potest, sibiipsis immortalitatem ex operibus procurant, vt ad longum tempus conseruentur, & non dissoluantur.

Quemad-

Quemadmodum etiam Phidias fecit. Hic enim vbi Pisæum simulachrum fabricasset, ex ebore autem id ipsum erat, oleum effundi iussit circum pedes coram ipsa statua, vt pro viribus ipsam immortalem conseruaret. Si itaque manuum opifex sic facit, Deus optimus ille artifex, qui omnia potest ex nihilo facere, non magis statuam rationalem sui ipsius hominem ipsum, incorruptibilem & immortalem omnino esse, ex omni necessitate machinatus est: sed fuit ita ignominiosè dissolui, interitūque ac cor- ruptioni tradi, quam præcipue propriis suis manibus facere dignatus est, ita vt secundum imaginem formaret ipsam, & secundum similitudinem sui ipsius, mundum mundi, propter quem mundus factus est: Non licet hoc dicere. Est enim ad extremam desipientiam delati hoc sentire. At fortassis oppone- ris vos ipsos aduersus relata, & Aglaophō, & dicitis: Et quomodo si immortale erat ex natiuitate, apud nos mortale factum est animal? quando sanè immortale impermutabiliter hoc quod est esse oportet, non delabens, neque decedens ad turpiorem & mortalem naturam: impossibile enim hoc est, alioqui non esset immortale, Dicam. Cum liberi arbitrii esset homo ad boni electionem, & hanc legem acce- pisset: Inuidia bonum odio habens, instiuit & inuidit. Deus enim creauit hominem ob immortalitatem & imaginem propriæ æternitatis fecit ipsum. Deus enim mortem non fecit, neque delectatur in interi- tu viuentium. Verum per inuidiam diaboli mors ingressa est in mundum, quemadmodum etiam sapien- tia per Solomonem testatur. Et vnde est mors, rursus dici necesse est, si non mortem fecit Deus? Si ab inuidia est, & quomodo inuidia voluntate Dei magis potuit? At hoc agrè explicabile dicemus. Vnde est inuidia? dicit aduersarius. Si enim à diabolo est, & cur diabolus factus est? Si factus est, etiam qui fe- cit ipsum, autor est vt sit malum. At omnino non est Deus malorum causa. Non est igitur factus diabo- lus: & si factus non est, etiam læsionis ac interitus exors est, & in defectuosus, nam non factus hæc ex om- ni necessitate adesse oportet, diabolus autem aboletur & punitur. Quod verò punitur, alteretur ac pa- titur. Læsionis verò exors est quod factum non est. Non ergo est non factus diabolus, sed factus. Si au- tem est factus, & omne quod factum est, à quodam principio factum est, & est ipsius opifex, etiam dia- boli. Et vt vtrum etiam ille non factus est, aut factus? At non factum esse solum Deum intelligi oportet. Neque enim est omnino in summa, in vniuersum alius opifex, præter ipsum. Ego, inquit, primus, & e- go postea, & præter me alius non est Deus: neque transmutari aliquid oportet, aut creati potest præter ipsius voluntatem. Etenim quòd filius nihil à seipso facere potest, confitetur, nisi videat patrem facien- tem. Quæ enim (inquit) facit pater, ea & filius facit. Nec verò hostile quid, aut diuersum ab ipso sen- tiens, aut Deo oppositum est. Alioqui si quid fecisset contra Deum, esse vtique cessasset, soluta eius con- stitutione per virtutem & robur Dei. Soli enim creatori soluere etiam immortalia possibile est. Ipse igitur diabolus dicitur spiritus circa materiam se habens, velut dictum est, & Athenagora, factus à Deo quemadmodum etiam reliqui facti sunt ab ipso angeli, & ob materiam & materiæ species concredi- tam sibi habent administrationem. Hoc enim erat angelorum cōstitutio, quòd facti sunt à Deo ob pro- uidentiam eorum quæ ab ipso constructa sunt: quòd vniuersalem quidem ac perfectam prouidentiam vniuersorum Deus haberet, & autoritas ac imperium omnium ex ipso penderet, & vniuersum velut nauigium sapientiæ gubernaculo citra inclinationem dirigeret: particularem verò angeli ad hoc ordi- nati haberent. Cæterum reliqui in his, ob quæ fecit ac constituit ipsos Deus, manserunt. Hic verò viola- uit, & prauus factus est circa concreditorum ipsi administrationem, & inuidiam contra nos concepit. Quemadmodum & qui postea carnes amauerunt, & cum filiabus hominum ob concubitus amorem conuersati sunt. Spontaneam enim etiam ipsis habere ad vtraque voluntatem Deus constituit, velut et- iam in hominibus: vt aut obediētes verbo essent cum ipso, & acciperent beatitudinem, eaque frue- rentur: aut non obediētes iudicaretur. Erat autem & diabolus stella Lucifer. Quomodo excidisti (in- quit) è cælo stella Lucifer, qui manè oriebaris? Erat lucis sidus matutinum, sed excidit, & in terram contritus est, vbi procreasset homini contraria. Deus enim indignatur superbis, & contumacem sen- tentiam impedit. Inuadit autem, vt vtriusque dicam. Cuncto, velut qui principium finisque sit, Mortalium serpens malorum statui, Theaurum habens ad eò grauem secum mali. Errore cæcus, ignorantia que dux. Vitæ lachrymis gaudens, simul suspiriis. Ad improbas persuadet hic iniurias, Con sanguineas armemus vt contra manus Fratres. Cain perduxit, vt resperferit. Cruore primus terram læuus rubido. Et primus vt noster parens cælestibus De sedibus miser ruinam fecerit.

Phidias sta- tuarii fa- ctum.

Inepta de creatione hominis fictio.

vndemors

Diabolus non est fa- ctus.

Diabolus est factus.

Angeli cur facti sunt.

Diabolus lucifer stella.

Mors cur inuenta.

Quacun-

Natur a liberi arbitrii.

Quacunq[ue] enim die ederitis de ip[s]o, morte moriemini: consentiens a seip[s]o ad esum, & diabolo variè ad inobedienciam persuadenti inescatus, reprobavit mandatum Dei, & factum est hoc ip[s]i in scandalum, laqueumque ac offendiculum. Non enim fecit Deus malum, neque est omnino in totum autor mali. Sed quicquid liberi arbitrii sic ab ip[s]o factum est, aut ad custodiendam ac seruandam legem quã ip[s]e iuste tulit, id non seruans ip[s]am malum dicitur. Grauisimum autem est damnum, Dei præscriptũ negligere, & iusticiam secundum liberum arbitrium transgredi. Vnde quandoquidem pollutus & inquinatus est homo, à sententia Dei discessione facta, & multas malicie maculas sibi affricuit, quas princeps ille & pater erroris peperit, qui laborem (velut Scriptura ait) concepit, quo hominem ad iniusticiam semper seducere ac concitare possit. Deus omnipotens immortale malum ex insidiis ip[s]um factũ intuitus, velut etiam diabolus seductor erat, pelliceas tunicas ob id fecit, velut mortalitate ip[s]os amiciens, quo per corporis solutionem omne in ip[s]o factum malum moreretur. Iam verò antea dubitatum est ac demonstratum, pelliceas tunicas non esse corpora, tamen etiam rursus (neque enim semel hæc dicere satis est) dicemus. Ip[s]e primus formatus Adam ante præparationem ipsarum confiteretur, se & ossa habere & carnes, quando sanè vxorem sibi adductam conspicatur, dixit: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea. Hæc vocabitur vxor, quoniã ex viro suo sumpta est. Huius gratia relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carnem vnã. Non enim tolerabo quosdam nugantes, ac violantes impudenter scripturam, quo ip[s]is carnis resurrectio non esse concedatur, ossa intelligibilia & carnes intelligibiles supponentes, & alias aliter sursum ac deorsum allegorias tranmutantes. Cum hæc ita velut scripta sunt accipi debere, Christus ip[s]e confiteretur, vbi interrogatus pharisæis de separatione vxoris, respondet: Qui ab initio creauit, masculum & foeminam fecit, & dixit: Huius gratia relinquet homo patrem ac matrem, & c. Quomodo enim de animis solum accipientium esset hoc, Crescite & replete terram. Aut hoc, Accepit Deus limum de terra, & formauit hominẽ: quod propriè de corpore dictum esse apparet. Non enim de limo & grauioribus, essentiam adeptus est anima. Quare verissimè certum est vndiquaque, ante pelliceas tunicas incorporatum fuisse hominem. Hæc enim omnia ante lapsum ipsius dicta sunt: de tunicis verò, post lapsum. Vnde procedamus rursus in speciem, quæ in manibus habemus, quum sufficienter ostenderit, pelliceas tunicas non esse corpora: sed mortalitatem à ratione animalium constructam. Hoc enim consequens est. Denique extra terminos paradisi ob hanc causam eiicitur. Non enim quòd non vellet Deus ip[s]um decerpere de ligno vitæ, ac edere, eiicit: poterat enim in æternum viuere, vbi rursus de ligno vitæ edisset: sed vt ne immortale fieret malum, velut indicauimus. Alioqui cur Christum de cœlis demississet in terram, si omnino voluisset hominem mori, vt penitus vitam non gustaret? Si verò ex pœnitentia Deum hoc fecisse dixit aduersarius contradicens, debilis est ip[s]orum ratio, pœnitentem Deum inducens. At neque ignorans futuri Deus, neque mala faciens, sed & summè bonus, & præsciens futura. Quare non eò quòd non seruetur in æternum ip[s]e qui de ligno vitæ edit, eum eiicit: sed vt mortificaretur primùm morte peccatum, quo sic post mortem consumpto peccato, excitatus homo purus ederet vitam. Nemo verò improbius periculum faciat argumentando, velut hæc aliter dicta sunt. Qui enim omnino decerneret carnem hanc non esse immortalitatis susceptoriam, reuera dementia per morbum maledicus est. Cur enim post tunicarum pellicearum constructionem Adam eiicitur, prohibitus edere de ligno vitæ ac viuere, si omnino impossibile erat, hominẽ in æternum viuere cum corpore? Impedimẽtum enim contingit, velut possit ip[s]e non mori, si de ligno gustet. Ait enim: Et fecit Dominus Deus Adam & vxori eius tunicas pelliceas, & induit ip[s]os. Et dixit Deus, Ecce factus est Adam sicut vnus ex nobis, vt cognoscat bonũ & malum: & nunc ne fortè extendat manum, & accipiat de ligno vitæ, & comedat ac viuat in æternum. Et expulit ip[s]um Dominus Deus ex paradiso voluptatis, vt coleret terram, & quæ acceptus est, & eiicit Adam. Igitur potuisset viuere corpus in æternum, & immortale esse, nisi prohibitus fuisset gustare vitã, prohibitus est autem, vt peccatum coocisum cum corpore moreretur, corpus verò peccato perditore surgeret. Quo itaque nõ esset homo malum immortale, velut dixi, & perpetuum haberet in seip[s]o peccatum prædominans, vt pote quod in immortalali corpore germinasset, & immortale alimentum haberet: Deus ob hoc ip[s]um prohibuit, mortalitate amictum. Hoc enim pelliceæ tunice volebant, quo sanè per solutionem ac diuisionem corporis, peccatum infernè stirpitus ac radicibus in totum corrumpere- tur, vt ne vel tantillum radicis sinceretur, à quo noua peccatorum germina emergerent. Quemadmodũ enim, vbi in ædificiis templorum pulchrorum ficus enata est, & in longitudinem ac magnitudinẽ probe coalta, & in omnes compositiones lapidum per multum farmetosas radices diffusa, non prius à nascendo quiescit, donec tota euellatur, dissolutis lapidibus in locis in quibus enata est: possunt enim rursus in suos locos adaptari lapides, sic sublata, quo templum quidem seruetur, nihil amplius malorum ip[s]um dissipantium sibi ip[s]i producens, ficus verò tota radicitus euulsa emoriatur. Eodem modo etiam Deus optinuit artifex templum suum hominem, qui instar syluestris ficus peccatum produxit, breuius mortis ictibus dissoluit, occidens (velut scriptum est) & viuificans: quo rursus earundem partium caro, post exsiccatum ac mortuum peccatum, instar renouati templi, immortalis & illæsa excitetur: peccato perfectè ac funditus perditore. Viuente enim adhuc corpore, antequam moriatur, necesse est simul viuere peccatum, intus in nobis radices suas abscondens, etiam si forinsecus per castigationum ac admonitionum sectiones fuerit refrenatum. Alioqui post illuminationem non contingeret nos iniusta facere, vt pote peccato penitus sinceriter à nobis ablato. Nunc verò etiam postquam credimus, & ad aquam purificationis deuenuimus, sæpe in peccatis reperimur. Nemo enim sic seip[s]um à peccato alienũ esse iactet, vt neque omnino in animo de iniquitate cogitet. Quare constat, contrahi quidem ac sopiri per fidẽ

Limus terra mater via hominis.

Cur deiecit Adam de paradiso.

Cur pelliceæ vestes data post peccatum.

Simile.

Homo replum est Dei.

Malorum cupiditatum origo.

per fidem nunc peccatum, vt ne fructus noxios producat, non tamen radicitus tolli. Et nunc quidem prauas cupiditates ac cogitationes velut germina ipsius contrahimus, ne qua amara radix sursum enascens infestet, non sinentes hiare & aperiri concussa oscula ad faciendos exortus doctrinæ ratione instar afficæ radices ipsius infernè nascentes secante. Tunc verò etiam ipsa cogitatio de malicia dissipabitur. Neque verò scripturarum testimonio hic sermo caret, si quis sinceriter verum dicere velit. Nam nouit etiam Apostolus, nondum radicem peccati integrè ex hominibus sublata esse, nunc quidem dicens: Noui enim quòd non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Velle enim adest mihi, operari verò bonum, non. Non enim quòd volo, facio bonum: sed quòd non volo, malum, hoc facio. Si verò quòd non volo, hoc facio: vt non amplius ego facio ip[s]um, sed quòd habitat in me peccatum. Nunc verò: Delector lege Dei secundum internum hominem. Sed video aliam legem in membris meis, rebellantem legi mentis meæ, & omnino captiuum facientem me legi peccati, quæ est in membris meis. A deò nõdum cõtingit peccatum funditus ac radicitus excindi. Non enim penitus moritur, sed viuat. Quomodo enim id fieri posset antequam homo morti obiiciatur: quo vnã cum ip[s]o tabefactum ac corruptũ, ip[s]um quidem prorsus percat ac pessundet, velut planta soluto eo in quo occultans radices suas conseruabat: homo verò rufus non amplius habens radicem producentem amaritudinem exsuscitetur. Proinde in auxiliariis medicamentis modum, ab auxiliatore nostro & verè medico Deo, ad eradicationem peccati ac deletionem, afflupta est mors, vt ne perpetuò durans in nobis immortale sit peccatum, vt quòd in immortalibus exortum est. Ip[s]i verò mutilati, & ægotantium modo exsurgentes, in virtutis domicilio conuersemur: vt qui in subsistentibus semper, immortalibusque corporibus magnum peccati morbum nutrimus. Quapropter sanè hæc ad ambo salutem, ad animam & corpus, instat medicamentaria purgationis, mortem Deus benè inuenit, quòd sic omnino inculpabiles ac innoxii efficiamur. Age verò quandoquidem multis circa talia exemplis opus est, hinc ipsa maximè consideremus, non prius destituri, antequam in clariorem interpretationem ac demonstrationem oratio ipsa deserit. Videtur igitur velut si quis summus oppifex statuam pulchram ex auro aut alia materia à se constructam, & per omnia membra congruenter ad pulchritudinem exornatam, rursus conflet, mutilatam repente conspicatur à pessimo quodam homine, qui præ inuidia non tulit decoram esse statuam, eam quæ læsit, inane voluptatis fructum capiens. Attende, ò sapientissime Aglaophon. Quòd si voluerit opifex ille nõ esse mutilam & vituperabilem, eamquæ cum tanto studio ac cura ab ip[s]o elaborata est, rursus impelletur vt conflet ipsam, ac talem faciat, qualis prius erat. Si verò non confarit, neque coegerit, verum manere fuerit, curans ipsam, ac corrigens, necesse est ignitam ac cura contrictam statuam nõ amplius posse conseruari eandem, sed immutatam fieri ac distractam. Quapropter si voluerit opus ipsam pulchrum esse, ac irreprehensibile, confringi, ac rursus confari oportet, quo turpitudines & alterationes omnes, & quæ ex insidiis ac inuidia in ip[s]o sunt, per reparationem ac conflationem pereant. Ipsa verò statuam in speciem suam integra & inadulterata similima sibi ip[s]i fabricetur. Statuam enim perire nõ cõtingit per artificem ip[s]um, etiam si rursus in materiam resoluatur. restitui enim potest. Turpitudines autem & mutilationes perire contingit, colliquefcunt enim. Restitui autem non possunt, eo quòd in omnitem & mutilationes perire contingit. Idem sanè videtur mihi etiam in nobis Deus disposuisse. Hominem enim decentissimum suum opificium, insidiis & inuidia malè afflictum conspicatus, non sustinuit relinquere talẽ, cum benignus erga homines sit, vt ne in æternum esset vituperatum, immortale in se habens vituperium. Sed dissoluit rursus in materiam, quo per reformationem colliquefcant ac dissipentur omnia in ip[s]o vituperabilia. Nam illic confari statuam, est hic mori ac dissolui corpus. Illic vero reformari materiam, ac suo nitore restitui, est hic post mortem resurgere. Quemadmodum & propheta Hieremias dicit, nam & ip[s]e de his sic admonet: Et descendi, inquit, in domum figuli, & ecce ip[s]e faciebat opus inter lapides, & excidit vas quod faciebat in manibus suis, & rursus fecit ip[s]um vas alterum, velut placuerat ip[s]i facere. Et factum est verbum Domini ad me dicens: Nũm quemadmodum figulus hic, nõ potero hoc vobis facere domus Israel? Ecce sicut lutum figuli vos estis in manibus meis. Attende enim quomodo, velut dixi, postquam transgressus esset homo, magna illa manus nõ probauit in contentionem relinquere suum opus velut adulterinum, cum diabolus illud iniuste ex inuidia laffisset: sed liquefactum emolliuit ip[s]um rursus in lutum velut figulus, reformans ip[s]um, quòd per reformationem omnes in ip[s]o turpitudines ac contusiones deleantur, & ip[s]um totum complacens denudò irreprehensibiliter fiat. Aut non habet potestatem luti figulus, facere ex eadem massa vas aliud ad honorem, aliud ad ignominiam? hoc est (sic enim Apostolus mihi declarare videtur.) Nunquid potestatem non habet Deus, qui ex materia vnaquaque eandem effinxit ac efformauit vnãquamque speciem, aut in honorem ac gloriam nos exsuscitare, aut in ignominiam ac condemnationem? in ignominiam quidem, eos qui in peccatis prauè vixerunt: in honorem verò, eos qui in iusticia. Quemadmodum ostensum est hoc etiam à Daniele, qui dicit: Multi ex dormientibus in aggere terræ, excitabuntur, partim in vitam æternam, partim in opprobrium ac confusionem æternam. & prudentes splendebunt velut plendor firmamenti. In nobis enim est, non extirpare perfectè prauitatis radicem, verum non in extensionem sinere excrefcere ac fructificare. Nam vniuersalis & perfecta radicem ipsius sublatio ac interitus à Deo fit, per corporis (velut dictum est) dissolutionem: particularis vero, ad hoc vt ne germen ferat à nobis. Er propterea cum qui enutrit ip[s]am magis in augmentum ac magnitudinem, & non eruit ac distinxit quantum in se fuit, necesse est pœnam dare: quoniam cum potuit, & facultatem ad hoc habuit, maluit nociuum vtili potius præferre. Quare nemo qui ip[s]e in causa est, petulanti lingua reprehendat di-

Radix peccati non auulsa.

Medicamenta contra morbos à deo querenda.

Simile.

Opificiũ Dei ornatisimum homo est.

Homo tũquam vas fictile in manibus Dei.

Resurgentiũ Inequalitas.

*Pauline
dictionis
ratio.*

*Mortis
vilitas.*

*Amor dei
omnia
vincit.*

*Homo tã-
quã ouis
ad macel-
lum desti-
nata.*

*Nulla le-
sio dilige-
tibus dei.*

*Mundi
exarsio.*

*Eorũ qua
videntur
& non vi-
dẽtur dif-
ferentia.*

*Quomodo
nouum cœ-
lum dici
possit.
Creatura-
rum per-
petuitas.*

uinam naturam, velut non iuste distribuentem vnicuique vitiorum ac virtutis taliones. Quis enim es, ð homo, qui contra respondes Deo? Num dicit figmentum ad fictorem? Cur me fecisti sic? Quomodo enim id faceret, quando ex propria voluntatis consilio maliciam elegit? Quapropter etiam non dicit Deo, inuariabilibus iusticiæ decretis iudicanti, Cur me sic fecisti? Quem admodum potens ille iaculator Apostolus, distortis verbis in medium coniectis, obscuram quidem & occultatam facit lectionum altitudinis elaborationem, verissimam autem & rectam opinionis, & quæ nihil habet neglectum, aut ægrè ad eò explicabile. Nam his qui non adhibito studio & ingenioso à verbis excidunt, aliquando in coherentia & dissona dicere videtur. Qui verò studiosè & sobria ratiocinatione relegunt, magno ordine ac veritate plena. Proinde exactè de his nunc tractare, ipsum per se solum ingens opus fuerit. Etenim ridiculum sit, si relinqueremus tuam considerationem, cuius gratia hæc scripsimus, & ad alia transitemus. Hæc enim à nobis dicta sunt propter eos qui vltro per se mali existunt, instar fatuorum. Cum itaque clarissimè ostensum sit mortem homini non in malum aliquod excogitatum esse, sed in bonum: deinceps oportet non malè his intendentem, de corporis resurrectione considerare. Quomodo enim non vtilis sit mors, quæ corrumpit ea quæ naturam nostram deprædantur? etiam iuxta tempus grauis sit quo afferri videtur, velut austerissimum ægroto pharmacum. Et vt ne sæpè eadem de iisdem repetamus, age & ex cantico Deuteronomii sermonis confirmatione facta, procedamus sequenti distincturi. Nam quod dicit à Deo, Ego occidam & viuere faciam: percutiam, & ego sanabo, & non est qui eximat ex manibus meis: qui aliud docere vult, quàm quòd ob hoc corpus primum occiditur ac moritur vt rursus resurgat ac viuat: percutitur primò ac sauciatur, vt rursus saluè ac sanè formetur? Et nihil omnino in vniuersum eximere ex magna ac forti ipsius manu ad perditionem & interitum potest, non ignis, non mors, non tenebræ, non chaos non corruptio. Quis enim, inquit, separabit nos à charitate CHRISTI quem interpretaris manum patris, & Verbum: tribulatio, aut angustia, aut persecutio, aut famæ aut nuditas, aut periculum, aut gladius? velut scriptum est: Propter te mortificamur tota die, reputati sumus velut oues ad mactationem destinata: verum in his omnibus superamus, per eum qui dilexit nos verissimè, vt impleatur, vult dixi, Ego occidam, & viuere faciam: percutiam, & ego sanabo. & non est qui eximat nos à charitate Dei, quæ est in CHRISTO IESU ad perditionem. Quapropter etiam reputati sumus velut oues mactationi destinata: vt mortui peccato viuamus Deo. Et hæc quidè hæcenus tractata sunt. Ceterum quæ cum his coherent, sic in manus sumèda sunt. Si omne quod generatum est ægrotat (sic enim aduersarius proponit) & secundum naturam, ac secundum alimentum, ab accedentibus, inquit, augetur, & ex decentibus minuitur. Quæ verò non generata sunt, sana sunt, neque egrotant, neque indigent, neque concupiscunt. Concupiscunt autem generata, & coitura & alimentum. Concupiscere autem, est ægrotare. Verum non concupiscere, neque indigere, est sanum esse. Aegrotant autem generata, quoniam concupiscunt. Non generata verò, non ægrotant. Patiuntur autem egrotantia, aut secundum plenitudinem ac copiam, aut inopiam eorum quæ accedunt & decedunt. Quod verò patitur, & deficit & perit, quapropter etiam generatur. Generatur autem homo. Non potest ergo exors læsionis esse homo, & immortalis. At verò concidit ipsis ratio etiam in his. Si enim omne quod factum aut generatum est, perit: nihil enim refer, vtrum dicas, nam & primi parentes non generati sunt, sed facti. facti item sunt angeli & anime. Qui facit, inquit, angelos suos spiritus: pereunt ergo angeli & anime, ex iporum ratione. At neque angeli neque anime pereunt. Immortalia enim sunt hæc, & indomita, quemadmodum qui fecit esse voluit. Immortalis igitur est homo. Non placet autem vt illud dicatur, quòd omnia funditus pereant, & terra & aer & cœlum non futura sint. Exarscisset equidem ad purgationem ac renouationem descensione facta totus mundus, igne dilutus. Non tamen ad perfectum interitum ac corruptionem deueniet. Si enim melius est non esse quàm esse mundum, cur Deus qui mundum fecit, quod peius est elegit: frustra laborauit. Igitur ad hoc vt sit & maneat, creaturam Deus construxit. Quemadmodum etiam Sapientia confirmat, Creauit enim Deus omnia ad hoc vt sint, dicens Et salutare sunt mundi generationes, & non est inter ipsas lethale medicamentum. Sed & Paulus palam testatur, dicens: Etenim sollicita creaturæ expectatio reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est, non volens, sed propter eum qui subiecit ipsam ob spem. Nam & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Vanitati enim creatura subiecta est, inquit: liberabitur autem à tali seruitute. Accipe quod creaturam mūdū hunc nunc dicere vult. Nō enim ea quæ nō videtur, corruptioni, seruiūt sed hæc quæ videtur. Manet igitur creatura in melius ac decentius renouata, exultans & gaudens resurrectione ob filios Dei, propter quos ingemiscit, et velut ex partu nunc dolet, redemptionem nostri corporis à corruptione etiam ipsa expectans, quo nobis exultatis, & excussa mortalitate carnis, iuxta id quod scriptum est: Excute pulcrem, & resurge ac conside Hierusalem: liberatūque à peccato, liberetur etiam ipsa à corruptione, non amplius vanitati seruiens, sed iusticiæ. Nouimus enim quod omnis creatura coingemiscit, & velut ex partu dolet vsque ad hoc tempus. Non solum autem illa, sed & qui ipsas primitias spiritus habent: & nos ipsi in nobis ipsis ingemiscimus, ad optionem expectantes redemptionem corporis nostri. Quia & Esaias confirmat. Quo enim modo cœlum nouum, & terra noua, quæ ego, inquit, facio manent in conspectu, dicit Dominus: sic erit semen vestrum, & nomen vestrum. Et rursus: Sic dicit Dominus qui fecit cœlum, hic qui condidit terram, & fecit ipsam, ipse discereit eam non in vanum, sed vt inhabitetur. Reuera enim non in vanum, neque frustra ad interitum creauit vniuersa Deus, velut sentiunt hi qui vana sentiunt: sed ad hoc vt sint, & habitentur ac permanent. Quapropter necesse est etiam rursus terram ac cœlum fore post vniuersum exarsionem ac consumptionem.

Cur

Cur verò hoc necessarium sit, amplioem adhuc prædictis rationem afferre oportuerit. Neque enim in oculos materiam, & talem statum quale ante constructionem habebant, resoluentur vniuersa: neque rursus in perfectum interitum ac corruptionem. At si non pereunt vniuersa, dixerint aduersarii, quomodo igitur Dominus cœlum ac terram præteritura esse dixit? & Propheta dixit, Peribit cœlum velut fumus, & terra velut vestimentum inueterascet: Quandoquidem hæc mos est scripturis, & respondimus, vt hæc mundi transmutationem in meliorem ac magis gloriosam restitutionem, immutatam ac perditionem dicat, tanquam videlicet prior figuræ pereat per vniuersorum ad illustriorem statum immutationem. Nam nulla contrarietas aut absurditas est in diuinis scripturis. Preterit enim figura mundi huius, & non mundus, dictum est. Sic sanè motem habent scripturæ vt perditionem vocant, immutationem in meliorem, aut pulchriorem prioris formæ. Velut si quis perditionem dicat figuræ puerilis, mutationem in virum perfectum, dum puerilis ætas in magnitudinem ac pulchritudinem mutatur. Quando enim eram puer, loquebar vt puer, sentiebam vt puer, cogitabam vt puer. Quædo verò factus sum vir, ea quæ pueri sunt aboleui. Etenim expectandum est vt creaturæ turbetur velut morituræ circa exarsionem quo renouetur, non tamen pereat, vt renouati in renouato mundo tristitiæ exortes habitemus: aut velut dictum est, Emittes spiritum tuum, & creabuntur (in centesimo tertio Psalmo) & creabunt uabis faciem terræ: temperamentum ambientes deinceps procurante Deo. Cum enim futura sit post hoc seculum terra, necesse est etiam fore habitatores, qui non amplius moriantur, nuptias contrahant, ac generent, sed velut angeli irreuerfim in incorruptibili optima facientes. Quapropter delictum est dicere, in quali vitæ statu tunc erunt corpora, cum neque aer, neque terra, neque alia futura sint. Oportet autem etiam illud ad prædicta considerare, quòd magnam ruinam res habet, si de his rebus liberè loqui à Glaophon oportet. Nam vbi pronunciasse Dominum dixisti, quòd qui resurrexerint nem asequentur, erunt tunc velut angeli, vbi tenent videlicet ipsi. Sadducei: mox inuoluiti. Angeli verò carnem non habentes in summa beatitudine, & propterea gloria sunt. Ergo etiam nos, qui equales angelis futuri sumus, necesse est similiter velut illos nudos fore: ignarus ð oprime, quòd is qui vniuersa ex nihilo fecit ac construxit, immortalium naturam non in angelos & ministros solum distributam construxit, sed etiam in principatus & thronos, & potestates. Aliud enim genus est principatum, & aliud potestatum, quia non vnus ordo, & vnus status, & tribus ac familia immortalium, sed genera, & tribus, ac differentia. Et neque Cherubim propria natura decedunt, & in angelorum formam mutantur, neque rursus angeli in aliorum. Oportet enim ipsos esse & quod sunt, & quod facti sunt. Nā & homo mūdū habitare, & omnia in ipso gubernare constitutus, exstructura ab initio in immortalis existens nunquā transmutabitur ab eo quòd homo sit, neque in angelorum neque in aliorum formam. Quia si quæ angeli in aliorum formam ex ea quam ab initio habent, transmutantur. Christus enim venit, non in aliam transformari ac transmutari humanam naturam prædicans, sed in id quod erat ab initio, antequam excideret cum mortalis esset. Oportet enim in propria sui habitus figura vnumquodque creatum manere, vt omnia omnibus sint impleta, cœli angelis, throni potestatibus, lumina ministris, diuiniore loci & pura lumina ipsis Seraphim, qui assistunt magno Senatui vniuersa continenti, mundus hominibus. Si verò dederimus mutari homines in angelos, occasio data fuerit dicendi, mutati etiam angelos in potestates & has in aliud atque aliud, donec sermo progressus in periculum incidat. At neque vt malum fabricauit Deus hominem, aut circa formationem eius aberrauit, & postea angelum ipsum facere cogitauit penitentia ductus velut pessimi officines. Neque ab initio angelum facere voluit, & cum id non posset, hominem formauit. Imbecille enim hoc esset. Cur igitur hominem fecit, & non angelum, si hominem angelum & non hominem fieri voluit? Quod non potuit, dicere blasphemus est. At dicitur, de meliore peius faciens: Et hoc absurdum est. Neque enim aberrat circa faciendum bonum, neque differt, neque impotens est. Sed & vult, & quando vult potestatem habet, cum ipsa sit potestas. Igitur vt esset homo homo, volens ab initio ipsum creauit. Si autem volens, vult autem bonum, bonum autem homo, homo verò quod ex anima & corpore compositum est dicitur: ergo non erit absque corpore homo, sed cum corpore: vt ne alius homo præter hominem fiat. Oportet enim Deum immortalia genera omnia seruare. Creauit enim, inquit Sapientia, Deus hominem ob incorruptibilitatem, & imaginem propriæ sempiternitatis fecit ipsum. Non ergo perit corpus. Homo enim ex anima est, ac corpore. Quapropter scias quòd Dominus eadem hæc docere vult, non credentibus Sadduceis in resurrectionem carnis. Hoc enim est dogma Sadduceorum. Vnde cōcinnata parabola de muliere & septem fratribus, vt sermonem de resurrectione carnis in dubium vocarent: Accesserunt ad ipsam, inquit Sadducei, dicentes resurrectionem non esse. Christus igitur, si non esset resurrectio carnis, sed anima solum seruaretur, suffragatus esset ipsis, velut bene ac rectè sentientibus. Nunc verò respondit, dicens: In resurrectione neque matrimonia contrahuntur, neque nuptiæ elocantur, sed sunt sicut angeli in cœlo: non quòd carnem non habent, sed quod non matrimonio contrahunt, sed sicut de cætero in incorruptibilitate, & per hoc angelis alsimilatos dicit, vt quemadmodum angeli in cœlo, sic & nos in ipsa radice: neque nuptiis, aut conuiuiis amplius vacante, sed vt videamus Deum, & colamus, vitam gubernante nobis CHRISTO. Non enim dixit, Erunt angeli: sed, Sicut angeli: nempe, gloria quidem & honore, velut scriptum est, coronati: verum paululum ab angelis euariantes, & prope quòdum vt angeli sumus. Quemadmodum si quis dixisset, vbi bona aeris constitutio est, & tranquillitas nō est, & omnia aetherea luna luce ornata, Luna lucet velut sol: non omnino sole carentem lunam esse, ipsum restari dicerent, sed sicut solem. Quemadmodum & quod non est aurum, propè autem est vt sit aurum: sicut aurum dicitur, & non aurum, Si vero esset aurum, non diceretur velut aurum, sed aurum. Quando

O ij

*Perditio-
nis signi-
ficatio.*

*Diversa
etas diuer-
sos mores
expostulat.*

*Post resur-
rectionem
status mi-
rabilis.*

*Homo in
viroque
statu per-
mansurus
est.*

*Absurdi-
tas Origē-
nis de an-
gelo &
ioanne.*

*Parabole
de mulie-
re et septē
fratribus
declara-
tio.*

*Sicut æge-
li erūt ho-
mines in
resurre-
ctione.*

Modus loquendi scripturae Resurrectionis vox

Resurrectionis lapsum praesupponit.

Anime resurrectionem fore absurdum est dicere.

Visiones non per hanc rationem.

Somni et vigiliarum imago ad mortem et resurrectionem.

Seminum ac plantarum imago ad resurrectionem.

Ex Psalmo.

verò non est aurum, sed propemodum est aurum, & imaginetur quis aurum, velut aurum dicitur: ita etiam quam velut angelos fore dicit in resurrectione, non hoc ipsum proferre audimus ipsum, angelos videlicet fore sanctos in resurrectione, sed propè ut sint angeli. Quare absurdissimum est dicere, Quoniam Christus pronunciauit sanctos cõspiciendos esse velut angelos in resurrectione, ob id corpora hæc non resurgere: & quidem cum ipsa dictio clarè actionem rei contingenti declararet. Resurrectio enim non de non lapso, sed de lapso dicitur, & resurgente. Quemadmodum vbi dicit Propheta: Et resurgere faciam ac erigam tabernaculum David collapsum. Cecidit autem labefactum desiderabile anima tabernaculum, in terræ cumulum. Non enim quod non moritur, sed quod moritur inclinatur. Moritur autè caro. Anima enim immortalis est. Proinde si anima est immortalis, corpus autè ipse mortuus qui resurrectionem quidem esse dicunt, verum carnis non esse, hi resurrectionem negant. Quoniam non quod stat, sed quod lapsum est ac inclinatum resurgit, velut scriptum est: Nunquid, qui cecidit, non resurgit: aut qui auertitur, non reuertitur? Quod verò immortalis sit anima, clarè docuit Saluator, & per seipsum, & per Solomonem locutus. Per seipsum quidem, in historia diuitiis: & pauperis Lazari, hunc quidem in sinu Abraham quiescere dicens, post corporis depositionem: illi verò in doloribus, per ea quæ Abraham loquentem introduxit. Per Solomonem verò in libro Sapientie titulum præferente, vbi scriptum est: Iustorum anima in manu Dei sunt, & non tangit ipsos tormentum. Putati enim sunt in oculis stultorum mortui esse, & reputatus est afflictio exitus ipsorum, & profectio, à nobis contritio. Ipsi verò sunt in pace, & spes ipsorum plena est immortalitate. Quare corporis est resurrectio, & non animæ. Non enim stantem quis erigit, sed iacentem. Quemadmodum neque sano medentur, sed ægroto. Si vero quis resurrectionem de anima, & non de carne futuram esse, dicere nititur: multa est huius stulticia ac temeritas. Dico enim corruptionem primum, ac solutionem animæ talem ostendere, quo ostendat etiam, resurrectionem, non sanè nugantem, sed palam dicentem aliquid apparere. At tamen dandum est hoc ab ipso, vt mortalem animam decernat. Alterum enim ex duobus concedendum est, aut vera Dominum pronunciaisse, cum animam immortalem docuit: & falsum esse, dicere ipsam corrupti: aut corrupti, & falsum esse, docere CHRIS TV M ipsam immortalem ac interitus exortem, tum in sermone de diuite & paupere, tum in Mosis ac Helie visione. At nihil aliàs Dominus locutus est, aut ementitus. Non enim spectrum aut visum ostendit discipulis in monte Heliam & Mosen, quo ipsos deciperet: sed id quod erant, citra falsitatem. Quare in docilis etiam, vt ita dicam, discere potest, immortalem & interitus exortem animam ipsum affirmasse. Igitur carnis resurrectio sit, non animæ, quo collapsum in corruptionem tabernaculum David erigatur: & vbi erectum est ac reedificatum, velut dies seculi, deinceps illæsum ac ruina expers maneat. Vult enim Deus non lapideam domum David ædificare, neque vt in regno cœlorum domum pulchram habeat, sed carnem tabernaculum animæ, quod ipse suis manibus fabricauit. Porro sic te ò sapientissime Aglaophon considerare oportet, Omnino autem facillimè discas hoc, si ad dormiendi imaginem respexeris, itemque resurgendi. Si enim dormire à vigiliis contingit, & resurgere à somno: & hoc resurrectionis ac mortis exercitium est. Somno enim ac morti gemina adsunt: quorum alterum, reuiuiscere videlicet necessarium est esse, vt viuat caro, ex eo quod mortua est: sicut excitari à somno. Quemadmodum enim ex dormiendo excitari ac vigilari contingit, & quid dormit non omnino in eodem habitu permanet vt semper dormiat, sed rursus resurgit: sic etiam viuere ex morte contingit, & non omnino qui mortuus est, postquam mortuus fuerit, in eodem manet. Si enim ex dormiendo vigilare, & ex ca dendo erigi, & ex destructione reedificari contingit, quæ fraus est in inclinatio non sperare erectionem, & in mortuo resurrectionem? Etenim nos non decepti consistetur, ex mortuis corporibus reuiuiscere contingere. Et non solum hoc, si ita vis, ex dormiendo ac resurgendo expendito, sed etiam à seminibus & plantis, quomodo in omnibus ipsis rectio denūciatur. Considera enim semina, quomodo nuda & sine carne mittuntur in terram, & perfecta affecta rursus redduntur. Aliqui si morerentur qui dem ac putrescerent semina, ex seminibus verò non amplius contingeret reuiuiscere ac nasci, quæ sit expectatio vt non omnia consumantur in mortem? Cæterum de his plura dicere in præfens, optime Theophile, vosque reliqui sermonis iudices, omittamus. Arripiamus autem & ea quæ deinceps ad hæc consequuntur, quomodo longè ab eo quod oportet, dicebat: quando in prophetia sexagesimiquinti Psalmi, quam coactè & impropiè exponit, resurrectionem in sola specie seruari sperare oportet, dicit Et, vt ne dicas quod non semper obscure tractat, ille, enim hoc distinctit, ego tibi clarius sic sententiam exponam. Equidem omnino vidisti pellem animalis, aut aliud quid tale aqua impletum, quomodo si paulatim euacuetur, & paulatim impleatur, semper eandem speciem ostendit. Quale enim fuerit quod cõtinet necesse est ad ipsum etiã quod intus est formari. Age eni si subeffluat aqua, si quis adiciat quantum effunditur, non sine vitrem acruatim aqua euacuari, necessarium est id quod adicitur tale videri, quale est & totum: eo quod etiam id quod continet, idem sit. Et sanè si quis corpus his assimilare velit, nullo pudore cõfundetur. Eodem enim modo etiam ea quæ ab alimento introducuntur pro expulsi carnis, in figuram speciei ipsius continentis transmutantur. Et quantum quidem ad oculos diffusum fuerit, oculis simile est: quantum ad faciem, faciei: quantum ad alias partes, iisdem: vt idè vnusquisq; appareat, nõ quod sint carnes in eodè primè subiectæ sed specie, iuxta quã specificatur ea quæ accedunt. Proinde si non sumus iidem vel ad paucos dies corpore, sed specie in corpore: hæc enim sola consistit à natiuitate: multo igitur magis neque tunc iidem secundum eandem carnem erimus, sed secundum speciem, quæ ita nunc semper conseruatur in nobis, & manet. Quod enim illic est pelis, hoc species est hic. quod verò illic in similitudine est aqua, hoc hic est quod accedit & decedit. Quemadmodum

igitur nunc cum corpus non sit idem, tamen character secundum eandem formam idem seruat: sic non eodem existente corpore, species in maiorem gloriam aucta, nõ amplius in corruptibili, sed in laudationis exorte ac spiritali corpore ostenditur. Quale ipse IESVS in transformatione erat, quando in montem ascendit cum Petro, Mose ac Helia cõspectis ab ipsis. Et hæc quidem hucusque considerata sint. Hæc enim est velut in summa Origenis dogmatum sententia. Si verò quis ex ambigentibus proponens corpus CHRIS TV, eò quod primogenitus & primitiæ mortuorum ac dormientium ipse dicitur esse, dicat, quod quemadmodum ille resurrexit, etiam omnia similiter: illi resurrectura esse sperare oportere: vt sicut CHRIS TV S excitatus est, ita & Deus eos qui dormierunt per IESVM ducet cum ipso. Surrexit autem corpus IESVS, & carnes habuit, ac ossa, quemadmodum credidit etiam Thomas: respondebimus, At CHRIS TV corpus non erat ex voluntate viri, neque ex voluptate interueniente, in iniquitatibus conceptum: ac in peccatis in vtero gestatum sed ex Spiritu sancto, & virtute altissimi, & virgine. Tuum verò corpus somnus est, & voluptas, & fordes. Et propterea sapiens ille Sirach in eo quod moritur homo, dicit: Possidebit reptilia, & bestias ac vermes. Et in psalmo octuagesimo septimo: Nunquid mortuis facies mirabilia, aut medici suscitabant & confitebuntur tibi? Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, & veritatem tuam in perditione? Nunquid cognoscetur in tenebris mirabilia tua, & iusticia tua in terra oblita? Sed & alia huiusmodi verba ex Scripturis plurima colligere licet, si quis velit, vt ne omnium nos mentione faciètes longius orationem extendamus.

Sequuntur deinceps ipsius Methodii verba

Quum igitur vix desisset Proclus, & silentium præsentium diu fuisset, ad fidem non habendam multum prostratorum, & ego reuera quietum esse sentirem, placidè eleuato capite, & respiratio ne facta, velut solent nauigantes vndarum tempestate desinente, tremens adhuc & vertiginosus (ictus enim eram, vt id coram vobis fatear, vehementia orationis perfusus) conuerto me ad Auxentium, & vocans ipsum, ò Auxenti arbitror dixi, non frustra dictum esse poeticum illud, Si duo coniuncti pariter cant. Nam aduersarii duo sunt, quare vtrique amborum robur sustinemus. coadiutorem enim te, & certaminis socium appello contra ipsos: ne nobis Aglaophon cum Proclo & Origene, orationibus persuasius contra nos armatus, resurrectionem excutiat. Age igitur cõtra sophismata ipsorum aciem instruemus, nihil timentes contradictiones quibus timidi impetuntur. Nihil enim in ipsis sanum est ac firmum, sed imaginatio solum decora verborum, ad stupefaciendos auditores, & persuasione instructa, non veritatis, neque vtilitatis gratia, sed vt coram præsentibus orationem sapientem ostèrent. Hinc itaque orationes aliquando verisimiles ad pulchritudinem ac voluptatem variegata, præstantiores putantur his quæ ad sinceram veritatem expensæ sunt, dum illarum doctores neque ad bonitatem ac pietatem contendunt, sed ad hoc vt placeant, & succellum habeant: quemadmodum Sophista, qui mercedem ex orationibus exigunt, sapientiæ laudibus vili precio coempti. Antiquitas igitur valdè pauci expositores erant, cum hi qui tunc erant, conarentur non delectare, sed iuuare præsentem. Ex quo autè deinceps ad leuitatem res deuenit, vt omnibus liceat interpretari scripturas, & omnes ad faciendum quidem bonum hebetati sunt opinionem referti, circa ratiocinandum verò profectum fecerunt, iactantes se velut qui omnia cognoscere possint, doceri quidem sibi opus esse, confiteri crubescences, contentere verò potius ac profluere velut doctores assueti. Audaces itaque hinc facti à pietate & mansuetudine, ac fide, quod Deus quem proficetur omnia facere possit, lapsi sunt: & ad quæstiones vanas ac blasphemias deuenerunt. nõ intelligentes, quod non opera verborum gratia facta sunt, sed verba operum. Quemadmodum in medicina per quam ægri seruari debent, opera verbis dominari debent, & verba operibus confirmari. Proinde in communi nostra concordia per omnia consona nobis mens sit, quæ optimis sermonibus mores linguæ consonos exhibeat instar lyrae: sed eos non inconcinnos, & à multis alienos: Nam propter assequendam veritatem contendere oportet, vt iusticiam exerceamus, & non propter comparandam opinionem sapientiam ostentare, & magis ad gloriam quàm ad veritatem certare, & prætextus omnem que simulationis apparatus induere. Sunt enim hi qui verborum prætextibus tragico more ornati sunt, velut mulieres, quæ forinsecus se de industria ad fraudem ornant: nisi quis cautè & sobriè fidem respiciat in his quæ adhuc sunt iuniores. Quare cauendum est vt talem sermonem in cor admittamus, antequam exactè consideremus. Præoccupant enim sæpe, impostores ipsos veros doctores. Quemadmodum etiam Sirenes vocis iucunditate odium erga homines procul occultant, & fugientes ipsas alliciunt. Aut quomodo, dixi ego, ò Auxenti, tu de his sentis? & is respondit: Sic planè quemadmodum tu. Igitur omnino Sophistas aliam opinionem habentes, simulacrorum veritatis imitatores esse dicimus, veritatem non cognoscentes, velut pictores. Nam & hi nauium stru-ctores & nauigia ac gubernatores imitari conantur, fabricare naues & gubernare nescientes. Visne igitur vt dera dentes colores persua deamus pueros eiusmodi picturas admirantes, quod neque nauis nauis est, neque gubernator, gubernator sed paries forinsecus ad delectatione colorib. ac picturis exornatus & quod imitatores simulacri nauis ac gubernatoris sūt tales, qui à coloribus & nõ nauis hæc expresse rūt Longū profectò audire cupido proxiimum, sed vile dixi ego ò optime, nam verba diuinitus inspiratarum scripturarum, quibus hi gloriam suam ad fraudem colorantes depingunt, iusticiam ac veritatem contumaciter nominantes, & iusticiam omnino non scientes, si quis auferat: quantum ipsos talibus nominibus denudatos subannandos esse putas? Valdè multum, inquit ille. Vtrum igitur ò Auxenti

Non solū iidem specie sed etiam numero erimus post resurrectionem. Corpus Christi quale resurrexit. Mortuum corpus quid possit deat.

Eiusdem Methodii uersiones. Duobus se mul euntibus.

Sophista Theologi.

Verba operum gratia facta

Ad assequendam veritatem quid agendum.

Sirenes.

Sophista velut pictores.

ti, inquam ego, tu huius via dux esse vis, aut ego præcedam? Iustum est, inquit ille, te præire. tu enim & sermonem auspicaris. Itaque dicebatur (age enim pro parte ab initio consequenter Aglaophontis sententiam expendamus) Anima corpus hoc nobis circumscriptum propter transgressionem suscepisse, quâ superioribus temporibus, absque ipso feliciter degisset. Pelliceas enim tunicas corpora esse in quâ cõcludi animas contingit, quo mortale g estantes, pro his quæ fecerunt pœnam darent. Aut non erant hæc quæ primum in principio antè dicta sunt Medice? Imò admone, si non video tibi rectè meminisse. Non opus habes, inquit ille, admonitione. Hæc ipsa enim erant, quæ in primis à nobis dicta sunt. Quid verò, nonne & hoc in sequentibus à te multifariam dicebatur? Quòd impedimento esset nobis corpus ad comprehensionem ac cognitionem eorum quæ reuera sunt, propter occupationes circa illud organum ac curandum, & propter alios ventris circa concupiscentiam impetus: & quòd esset insuper blasphemiarum & omnis generis peccatorum causa, eo quòd non possit omnino per seipsam citra corpus anima peccare. Et propterea post profectiorem ex hac vita, liberam ipsam ac nudatam corpore manere oportere, quòd à peccatis & inobedientia aliena sit in cœlis, ubi etiam conuersione cum angelis habebit. Nam corpus, vt polluat ac peccet, causa & auxiliarius illi existit. Sine corpore enim impossibile est animam peccare. Vnde quo sine peccato per infinita secula seruetur, non amplius ipsa corpus assumpturacesse, quòd ipsa deorsum ad corruptionem & iusticiam degraui, dictum & hoc est, inquit ille. Quid verò, etiam bene ac rectè hoc, inquam, à te dictum esse putas? Et quid hoc, inquit, tua interest? At non redargues sermonem. Neque tu animam, inquam ego. At ferre potes, vt propter ea quæ dixisti, sermo ipse expendatur? Bene & rectè, inquit ille. Bene verò ac rectè tibi sentire videtur, qui sibi ipsi contraria ac dissona dicit? Nequaquam. Quid igitur, inconcinne tibi videtur hic veritatem simulare? Maxime omnium, inquit. Non ergo admittis cum qui harmonias intendit, ad falsam sermonis cantilenam? Nequaquam. Quid igitur? Ego neque te ipsum dicentem inconcinne quodcumque tandem admittet. Quum enim dederis, incorporea peccasse animas, mandatum prætergressas: & dixeris, propter iniquitatem dedisse ipsis postea Deum tunicas pelliceas, vt mortalia gerentes pœnam darent, tunicas corpora interpretatus: in progressu sermonis oblitus eorum quæ antea asseruisti, animam per seipsam non posse peccare dicis, neque omnino ad hoc aptam esse, sed causam ipsi omnium malorum corpus esse. Vnde vt ne ipsa rursus ad iniusticiam concitetur à corpore, quemadmodum contingit prius, sic ipsam in æternum citra illud futuram esse, & quidem quum dixeris, in paradiso ante corpus animam, quando adhuc beata et indolens erat, peccasse. Vbi enim transgressa est mandatum, obtinente iam peccato propter serpētis persuasionem, vinculum ipsi datum esse in pœnam corpus asseruisti, Quare aut prius illud, aut posterius, non rectè habet. Aut enim ante corpus peccauit, & nihil minus etiam si non acceperit corpus, peccabit: & vana est tua de eo quòd corpus non refurgit inaniloquentia, Aut cum corpore, & non possunt pellicea tunica corpus esse putari. Reperitur enim homo ante ipsarum structuram diuinum mandatum reprobasse. Qua de causa etiam tunica parantur, nuditatem quæ à peccato ipsorum accessit occultatur. Aut nunquid persuadeo te, & vides quòd incohærentia asseruisti? & tibi hoc manifestum factum est: aut nõdum intelligis, ò Aglaophon, inquam quòd dico? Intelligo, inquit ille, & non amplius opus habeo vt rursus audiam. Verum non animaduerti, me non rectè dixisse. Necessè est enim mihi, qui dedi pelliceas tunicas corpora esse, vt consisteat etiam, priusquam in corpus venerit, animam peccasse: eo quòd ante structuram ipsarum transgressio facta est. Nam propter transgressionem tunice ipsis fiunt, & propter ipsam harum præparatio, & non transgressio propter tunicas contingit: & vt ex hac confessione assentiatur, quòd non hoc corpus causa malicie est, sed ipsa anima in seipsa. Quapropter etiam si non accipiat corpus, peccabit, quoniam etiã prius absque corpore peccauit. Et stolidum est dicere, corpus non posse reuiuiscere, ob id vt ne causa peccandi animæ fiat. Peccabit enim, velut etiam ante corpus peccauit, ita quoque post corporis depositionem etiam si non rursus corpus acceperit. Vnde necesse est ob hæc, neque me, neque alium dicentem admittere, quòd pelliceæ tunice sint corpora. Si verò admisero, cõsiteri oportet me etiã quæ relata sunt. Quid verò, nonne & illud inquam, ò Aglaophon, videtur tibi non rectè habere? Quale illud, inquit ille? Dicere, inquam ego, vinculum & pedicas corpus constructum esse contra animam: & quòd propheta victos terræ nos dixit. ideoque etiam Dauid, ligatos. Et ille: Non habeo, inquit, in promptu quòd tibi respondeam. At cur cum alio non disputas? Et ego (sentiebam enim erubescere ipsum, vitantem ne sermo redargueretur) Putas ne, inquam, per inuidiam aggredi me, vt redarguam te, & non contendere vt meo studio propositum clarum faciam? At, ò bone, ne delasseris dum interrogaris. Vides enim non de paruis nobis esse sermones, sed quomodo credere oportet. Etenim nullum tantum malum homini accidere posse arbitror, quãtũ arebus necessariis, quum falsa de ipsis opinione tenetur. Age igitur, promptè ea de quibus interrogauit declara, & si quid tibi dicere veri nõ video, magis veritatis quã mei curam habens, redargue. Maius enim bonum esse puto redargui, quã redarguere: quãtũ maius est vt quis ipse à malo liberetur, qui vt alium liberet. Age igitur, cõparates inter se sermones, cõsideremus an quid inter se differant. Etenim de quibus ambigimus, nõ valde parua sũt, sed de quibus scire præstat nõ scire turpe est. Igitur tu quidem non putas reuiuiscere corpus, ego autem puto. Et valde quidem, inquit ille, propter ea quæ dixi. Et tu quidem, inquam ego, vinculum, & carcerem, & sepulchrum, & donus, & pedicas, ipsum esse dixisti, Ego autem non ita sentio. Vera, inquit ille, mihi dicis. At verò proteruitatem, & errorem, & tristitiam ac indignationem, & in summa, omnia alia mala, quorum causam ipsum esse dixisti, impedire nobis impetum animæ ad id quo melius est asseris, nõ sinens nos ad eorum quæ reuera sunt, comprehensionem ac cognitionem peruenire. Et si enim aggrediamur aliquid eorum quæ

Tolle scilicet de verbis hæreticorum & scelus demudabitur

Corporis Impedimentum.

Animum sine corpore peccare est impossibile.

Quid tunicæ pelliceæ signet.

Vestis ad obsequium.

Pellicearum tunicarum ratio.

Corpus vinculum dicitur.

Melius redargui quã redarguere.

quæ sunt venari, caligo semper intercidens, rationi obscuritatem inducit, non permittens nos veritatẽ clarè considerare. Fraude enim repleta est, velut dixisti, consideratio nostra per aures, fraude item plena est consideratio per oculos, fraude etiam ea quæ contingit per alios sensus. Vides, inquit ille, ò Eubulli, quòd ego paratus sum te laudare. Vbi rectè declaraueris sermones? Ergò quo sanè me amplius laudes si vinculum corpus vobis videtur, non potest mutari malicie causa animæ esse, ampliùque iniquitatis, sed vice versa, modestiæ & castigationis. Sic autem rem considera: ita enim rem magis assequi poteris. Quò ducimus eos qui corporibus ærotant, nõne ad medicos? Manifestum est hoc, inquit. Quòd verò peccantes? nõne ad iudices? Necessarium hoc. Igitur pœnam daturos, inquam iustè propter ea quæ fecerunt? Etiam. Iustum autem omne bonum est? Cõsitetur. Qui verò iustè iudicat, bene facit: iustè enim iudicat? Cõsitetur. Quòd verò bonum est, vile apparet, vtilitatem ergò capiunt, qui iudicantur: tollitur enim improbitas ipsorum, tormentis prohibita. quemadmodum etiam vtilitatem capiunt morbi à sectionibus ac medicamentis medicorum. Nam iniustum pœnam dare, est animam corrigere, magnũ illum morbum iniquitatem abiciendo. Cõsitetur. Quid verò, non iuxta proportionem, peccatorum supplicia iustè adhiberi dicis his qui puniuntur? quemadmodum & his qui curantur, iuxta vulnertum proportionem chirurgias? Annuit. Igitur qui morte digna fecit, ad mortis supplicium condemnatur: qui plagis, ad plagas: qui vinculis, ad vincula. Cõsitetur. Punitur autem is qui debet vinculis, aut plagis, aut alio quodam inuifmodi supplicio, quo pœnitentiam agens, iniustè agere cesset, dum per tormenta velut lignum intortum dirigitur? Verissimè, inquit, dicis. Non enim præteriti delicti gratia iudex ipsum supplicio afficit, sed futuri, vt ne rursus faciat. Hoc manifestum est, inquit. Vinculum enim clarum est ipsi, quòd impetum ad iniustè agendum tollit, non permittens facere quæ vult. Verum est hoc. Ergò prohibetur à peccando, vinculis non sinentibus ipsum liberè agere, ac voluptatibus vti: sed contrahentibus, & iusticiam colere docentibus, donec didicerit per admonitiones temperatus esse. Apparet, inquit. Neque igitur causa est vinculum peccandi, velut apparet. Castigat enim, & iustiores facit, auxiliare medicamentum animæ existens: austerum quidem & mordax, sed curatiuum. Palam est, inquit. Age, expendamus rursus superiora. Concessisti corpus non esse vinculum animæ propter transgressionem? Et concedo, inquit. Peccare autem animam cum corpore, siquidem adulterium committere, occidere, ac impium esse, peccatum tibi videtur, quæ anima cum corpore facit? Annuit. At vinculum confessi sumus, non posse iniuste facere? Confessi sumus, inquit. Prohiberi autem, tristificationem à vinculis? Etiam. Vinculum autem animæ est caro? Annuit. At peccamus dum in carne sumus, consentiente nobis in hoc carne? Peccamus, inquit. Qui verò ligatus est, non potest peccare? Et hoc annuit. Coarctatur enim? Etiam. Nec permittitur à vinculo? Manifestum est. At corpus quidem ad peccandum est auxiliarium? Etiam. Prohibet autem vinculum? Assensus est. Non ergò corpus est vinculum, inquam, neque secundum te, neque secundum alium, ò Aglaophon, sed ad vtrumque animæ auxiliarium, siue ad bonum, siue ad malum. Concessit. Igitur his sic habentibus, responde ò Aglaophon ad ea quæ primum asseruisti. In superioribus enim vinculum & carcerem & pedicas animæ corpus dixisti. Et vides quòd non concordant cum his quæ dixisti. Quomodo enim concordarint, siquidem necesse est, ò optime, vinculum quidem carnem putari, animam verò vinculo auxiliario ac adiutore vti ad iniusticiam? quòd est impossibile. Si enim propter peccatum tormentum datum est, ad hoc vt tristificata anima erudiat ad colendum Deum: quomodo cooperatur ac concertat corpus ipsi ad iniustè agendum? Vincula enim & carceres ac pedicæ, & in summa omnes eiusmodi machinæ adiutrices ad correctionem, eos qui puniuntur cohibent ab iniustè agendo ac peccando. Non enim vt is qui iniuste egit, amplius iniuste agat, vinculum ipsi auxiliarium ad iniustè agendum datur, sed vt ab iniuste faciendo cesset, dum per vincula torquetur. Nam & iudices ob hanc causam malos pedicis ligant. Prohibentur enim etiam si non velint, à vinculis, vt ne mala faciant. Liberè autem degentium malefacere est, & eorum qui in custodiè viuunt: & non ligatorum. Homo verò primum quidem occidit secundum Cain, auctus est ad incredulitatem, simulacris addictus fuit, defecit à Deo, & quomodo ipsi corpus vinculum datum est? Aut quomodo Deus postquam homo ante corpus peccauit, auxiliarium ipsi maiorem ad iniquitatem ipsum corpus dedit? Quomodo verò etiam post vinculi constructionem dicitur hoc? Ecce ante faciem tuam posui vitam & mortem, vt eligas vitam: bonum & malum, vt eligas bonum. & Si volueritis & audieritis me. Hæc enim ipsi velut potestatem habenti, & non velut sub vincula ac necessitatem adacta dicta sunt. Quare vndiquaque cõfirmatur, neque vincula aut carcerem aut pedicas corpus putare: neque victas aut captiuas terræ esse animas, condegnante ipsas Deo, vt terreis pedicis sint ligatæ. Quomodo enim hoc ita se haberet, quando id demonstrari non potest? Absurdum verò est etiam illud conspicuè, putare videlicet in vita seculorum futura æterna corpus animæ non affore, eò quòd vinculum sit ipsum ac pedicæ, vt ne perpetui condemnati vincti siamus, velut corruptores in regno lucis futuri. Solutio enim sufficienter ac confutato sermone, in quo carnem animæ vinculum esse decreuerunt, solum est etiam quòd non vincti erimus propter ipsam in regno lucis, quòd accipiemus. Sed & aliud ostendere oportet, si quis animam in carnem, velut in laqueum, pœnam peccatorum subituram immittit, stultitiæ hoc magis est, quam rectæ opinionis. Si enim ante transgressionem, velut iam in superioribus exposuimus, animæ corpora habuerunt, quomodo postea facta transgressione, in laqueum in corpus inducuntur? cum non sit tempus, in quo antequam acciperent corpus peccarint. Non enim prudentis est, aliquando dicere, animas velut propter corpus peccasse: aliquando verò, quandoquidem peccauerunt, ob id &

Similitudo medici carnis.

An anima corrigi debeat.

Corpus vinculum non esse.

Correctio nem fruetus.

Anima resumptis corporibus viuunt in æternum.

vinculum & laqueum ad condemnationem ipsum factum esse. Si enim propter corpus peccauerunt, aderat ergo ab initio ipsis & ante peccatum corpus, quomodo enim propter hoc peccassent, quod nondum erat? Si verò laqueus ac pedicæ ac vinculum, ipsum corpus putatur, non amplius ambo simul causa sunt, sed anima sola peccauit. Cur enim post peccatum, ei quod peccauit, vincula & laquei ac compedes parantur? At qui confessi sanè sumus, non posse vinculum animæ esse ipsum corpus. Nam corpus quidem ad utraque & ad iusticiam & ad iniusticiam cooperatur. Vinculum autem ab iniustè agendo prohibet. Quare alterum ex duobus necesse est. Aut enim ab initio peccauius cum corpore, & non appareret rem pus in quo extra corpus fuimus, & simul causa est corpus animæ & malorum & bonorum. Aut sine corpore degentes peccauius, & inculpabile est à malicia ex toto. At absque corpore à bruta voluptate anima non superatur. Superati autem sunt primi parentes, bruta voluptate inescati. Erat ergo anima cum corpore etiam ante peccatum. Nam quòd non locus sit, ipsum putari propter transgressionem, in pœnam vinculum factum esse, quo purum & assiduam tormentum habeat anima secū dum ipsos mortale gestans, id ipsum arbitror me plenè cum omni demonstratione declarasse. Quare inconsonans & impossibile est, corpus quidem laqueum & vincula ducere, Deum verum inducere animas in laqueum pœnam subituras, ita vt ex supernis ex tertio cœlo eiiciat: quoniam in supernis mandato inobedientes fuerunt. Ad quid enim respectu habito crediderit quis his, quæ ita proterudè ab ipsis dicta sunt? & quidem non habente sic Psalmo, etiam si volenter ipsum exponant. Verum proferam ea quæ in ipso habentur, quo fabulositas expositionis ipsorum appareat, qui non volunt scripturas rectè intelligere. Sunt enim hoc modo dicta. Probasti nos Deus, igne examinasti nos, velut igne probatur argentum. Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorsum nostrum. Induxisti homines in capita nostra. Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos ad refrigerationem. Et statim inferunt: Hæc de animis dicta sunt, quæ in laqueum in ipsum corpus, velut in certamen delata sunt ex tertio cœlo, vbi est paradysus. Nam transiuimus per ignem & aquam, inquit, aut per vterum in mundum animæ accessum indicat, quandoquidem in tanta flamma ac humiditate contingit: aut delapsum à cœlis in vitam, penetrantem fontes ignis, & aquas super dorsum firmamenti. Aduersus quos operæ precium duco instare. Age enim pro ipsis, ò Aglaophon, responsum dato, quid dicent? Primum enim paradysus, vnde in primo parente eiecti sumus, ex hac terra palam locus eximius est, ad iucundam quietem, & vitam meliorem sanctis destinatus. Ab ipso Tigris & Euphrates, & reliqui flauii, qui illic profunduntur, hic apparent fluxionum excursus in nostrum continentem inundantes. Non enim ex supernis de cœlis effunduntur, ac eliduntur. Nam neque sustinere potuisset terra, vt tantam aquæ molem acervatim ex alto delabentem susciperet. Sed neque Apostolus asserit paradysum esse in tertio cœlo, si quis subtiles sermones audire nouit. Noui enim raptum vsque ad tertium cœlum, dicens: & noui talem hominem, siue in corpore, siue sine corpore, Deus nouit, quòd raptus est in paradysum. Duas reuelationes magnas se vidisse indicat, cum bis assumptus sit euidenter: semel quidem vsque ad tertium cœlum semel verò in paradysum. Nam quod dicit, Noui raptum talem vsque ad tertium cœlum: priuatim reuelationem ipsi apparuisse in tertium cœlum assumptum, confirmat. Quod verò rursus inferunt, Et noui talem hominem, siue in corpore, siue extra corpus, illatum in paradysum: aliam rursus ipsi manifestatam esse reuelationem in paradiso ostendit. Fabula igitur est, & tragica cantilena, dicere animas ex cœlis deiectas esse, & transire fontes ignis, & aquas super dorsum firmamenti, dum in mundum hunc nostrum feruntur. Nam neque Adam ex cœlis eiectus est, sed è paradiso plantato in Eadem iuxta orientes. Non enim ante incorporationem delictum admissum est, quemadmodum sufficienter ostendimus: neque rursus corpus, hoc est laqueus: sed post inscriptionem animæ in corpus sit peccatum. Nam hoc vtrumque simul est homo. Et delapsus ex paradiso hic est. At verò Aglaophon omnino negligentius sermoni attendebat, sed de rebus nullam intelligentiam habentibus disceptabat, Psalium iuxta improborum opiniones exponere nitens, de quibus dicere plura omitemus. Volo enim, quandoquidem semel ad corrigendam improbitatem ipsorum deuenimus, etiam huius prophetiæ rationem ipsis denudare. Probasti nos Deus, igne examinasti nos, velut igne probatur argentum. Probati assidue martyres per impetus tormentorum in tentationibus (plerunque enim prophetiæ in nostram fidem implentur) & piè ac fortissimè decertantes, gratias Deo agunt: Probasti nos, ad Deum dicentes, qui vt maiorem apud ipsum gloriam assequeretur, per multos labores ipsos redarguit, verè olympiacum certamen vincendum proponens. Et considerate, quomodo consona his verbis palam de martyribus Solomon pronunciat, neque enim scripturarum aliarum testimonio hic sermo caret. Deus tentauit ipsos, & inuenit ipsos dignos seipso. Velut aurum in fornace probauit ipsos, & velut integram fructificationem boni odoris suscipit ipsos, & in tempore visitationis ipsorum. Cum antea dixisset, Et tunc enim in conspectu hominum puniantur, spes ipsorum immortalitate plena est, & parum castigati, magnis beneficiis afficiuntur. Sed & quod in Psalmo 123. dictum est, Nisi Dominus erat in nobis, quum insurgerent homines in nos, profectò viuos deuorassent nos. Torretem pertransiuit anima nostra, profectò pertransiuit anima nostra aquam intolerabilem. Benedictus Dominus, qui non dedit nos in prædam dentibus ipsorum. Anima nostra velut passer liberata est ex laqueo venantium. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Martyres sunt qui psallunt. Duo autem sunt chori martyrum, qui pulchras victorias tulerunt. Vnus Testamenti noui, alter veteris, qui resonantem hymnum concinnè ad propugnatorem Deum & vniuersorum regem transmittunt: Probasti nos Deus, igne examinasti nos, velut igne probatur argentum. Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorsum nostrum, hoc est, forum iudicarium gentium,

Dissumptiua pars altera vera.

Sanctorum voces post resurrectionem.

Paradisus vbi sit.

Verba Apostoli de raptu suo.

Vana interpretatio Psalmi.

Psalmi prophetia exposita.

Martyrum duplici probatio.

tum, aut tentationes, per quas tribulati & igne examinati fortiter probati sunt. Proba enim me, inquit, Domine, & tenta me, igne torrens meos & cor meum. Dicit sanè etiam Abraham, igne examinatus in visceribus ob vniuersum filium, vbi mandatum Dei prætulit, postquam audiuit, Abraham patre filio tuo, abiecto gladio: Probasti nos Deus, igne examinasti nos, velut igne probatur argentum. Dicit & Iob post purulentæ defluxum, & vbi ab amicis impropria pertulit, & corpore malè affectus doluit, & per procellam loquentem ad ipsum Deum audiuit: Putas me aliter tibi responsum dedisse, quàm vt iustus appareas? Posuisti tribulationes coram nobis Domine, quòd nos velut aurum in fornace probes. Dicant tres illi in camino pueri, rore madentes, vt ne comburentur igne: Probasti nos Deus, igne examinasti nos, velut igne probatur argentum. Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos ad refrigerationem. Quare & mihi Methodio dicere licebit, vbi in die tua, ò Deus omnipotens, æternus pater Christi, citra dolorem transgressus fuero ignem, & aquarum naturam in vltoriam muratam habuerò, ipsorumque impetus effugero: Transiui per ignem & aquam, & eduxisti me ad refrigerationem. Tua enim est hæc diligentibus te promissio: Si transferis per aquam, tecum sum, & fluii non concludent te: & si transferis per ignem, non combureris, flamma non comburet te. Sed enim de expositione Psalmi hæc sufficiunt. Insuper porro etiam illud considerandum est, in quo instar dormientium multiformiter somniis illud pronunciat Apostolum dixisse, Ego autem viuebam sine lege quondam: & vociferantur, vitam nostram in primo parente ante mandatum, ante corpus, dixit: velut quæ sequuntur confirmant. Ego autem carnalis sum, venditus sub peccatum. Quia non aliter homo imperio ac dominio mali subici potuisset, venditus ipsi propter transgressionem, nisi carnalis factus fuisset. Anima enim per seipsum, inquit, à peccato corripi non potest. Quapropter asperè intulit, Ego carnalis sum, venditus sub peccatum: cum prius dixisset, Ego viuebam sine lege quondam. Et ipsis quidem hæc dicentibus, tunc pleròque admiratio ac stupor inuadebat. Nunc verò in conspicio prominente iam veritate, non solum longe seducti apparent, sed etiam ad summam blasphemiam deuenisse. Cum enim dederint, animas sine corpore ante mandatum vixisse, & per seipfos omnino peccato corripi non posse: ratiocinatione rursus facta subuertunt eum sermonem, imò potius seipfos. Corpora enim fabricant ipsis postea in supplicium, eò quòd ante corpus ipsa peccauerunt. Et sanè etiam conuicia iactantur iidem, dum corpus vinculis ac pedicis assimilant, aliæque stolidæ dicunt. Nunc verò, velut dictum est, totum còtrario modo se habet. Oportet enim ante peccatum animam fuisse cum corpore: alioqui anima quæ per seipsum peccato corripi non potest, non peccasset omnino ante corpus. Si verò peccauit, non fuit per seipsum exors, vt à peccato corripere nequiverit, imò magis exposita vt corripere & apprehenderetur. Quapropter etiam rursus, quamuis non acceperit hoc corpus, peccabit: quemadmodum sanè etiam antequam ipsum acciperet, peccauit. Cur verò omnino corpus accepit postea, postquàm peccauit: aut quid adeò opus fuit ipsi corpore? Siquidem igitur vt torqueretur & doleret, quomodo magis delictis fruitur, & proterudè agit cum corpore? Quomodo verò etiam liberum arbitrium habere in hoc mundo apparet? In nobis enim situm est, vt credamus & non credamus. Vbi autem in nobis situm est credere & non credere, in nobis rectè facere & peccare, in nobis benefacere & malefacere. Imò etiam iudicium quomodo velut futurum amplius expectari potest, in quo Deus vnicuique iuxta opera, & secundum studia retribuet: & non velut iam præsens putabitur: siquidem generari quidem & in corpus venire animam, iudicari est iam, & retributionem accipere. Mori verò, & separari à corpore, liberari est, & ad refrigerationem deuenire: eò quòd ante corpus ipsa peccauit. Quare ex vestra sententia in iudicium induci est, ac condemnationem, in corpus induci. Cæterum ex superabundanti ostendit sermo noster, impossibile esse, corpus tormentum ac pedicæ animæ putari. Sufficiebant quidem igitur hæc, & tempestiuum erat sermonem de his hic finire, cum ex ipsa Scriptura ostenderim, ante transgressionem protoplasmum illum ac primum parentem ex anima & corpore constitisse. Et ego nunc quidem hæc in summa recensio, occasiones saltem aggressio ipsorum corrigere annitens, vt ne modum oratione excedam. In promptu enim iam nobis est iudices considerare, quòd illud, Ego viuebam sine lege quondam, quod in epistola ad Romanos habetur, non potest cadere in vitam animæ ante corpus, velut ipsi volunt, quemadmodum ea quæ post hæc inferuntur, indicant: etiam si generosus hic medicus, frequentia verba abripiens, sententiam Apostoli ad id quod sibi videtur transformare annisus est, incurabile quiddam admittens, ac valdè puerile. Nam pro eo quod ad proprias concreciones & commissuras membra corporum seruare debebat, quòd tota figura corporis æqualis ac integra secundum naturam esset: extremitates detruncavit, scripturæ seriem prætergressus, velut si Scytha esset, qui hostis alicuius membra crudeliter ad illius internecionem conscinderet. Quomodo igitur Apostolus (dicent) hæc pronunciauit, si tu non sic ipsa habere ostendisti? Quoniam Apostolus (dixerim vtrique) legem ponens esse mandatum: detur enim hoc primum iuxta vestrum propositum, vt mandatum ipse legem dixerit: non per hoc asseruit, etiam primos nostros parentes ante mandatum sine corpore vixisse. Exiguum enim fuit tempus à creatione vsque ad mandatum, in quo vixerunt sine peccato.

Si vero rursus contrà intulerint, dicentes: Quomodo igitur sapientia carnis dicta est inimicitia esse contra Deum? legi enim Dei non subicitur, neque enim potest? dicendum, quòd sanè etiam hic aberrant. Non enim carnem ipsam, sed sapientiam carnis legi Dei non posse subici asseruit, quæ aliud à carne est. velut si dixisset, Sordes non probè purgati argenti non subicitur ad hoc, vt vas idoneum ex ipsa fiat ab opifice: neque enim potest. Eiici enim ipsam prius, ac eliquari oportet: & non per hoc pronunciauit, argentum non posse in vas fictile elaborari, sed id quod æreum est in argento, & reliquam duriciem. Sic etiam cum sapientiam carnis dixit, non carnem dixit non posse legi Dei subici, sed

Methodii ad deum elegans acclamatio.

Viuebam sine lege quondam, quomodo sit accipiendum.

Fragmenta de animabus et corporibus.

Iuxta opera cuiusque deus retribuet.

Locorum scripturæ detortæ in interpretationibus.

Sapientia carnis quid.

sed sapientiam quæ est in carne: velut impetum ipsius dicens ad imperantias, quem alibi aliquando quidem vetus fermentum maliciæ ac prauitatis appellauit, exhortans vt ipsam penitus à nobis expurgemus: aliquando verò legem rebellantem legi mentis, ac captiuam ducentem. Alioqui si ipsam carnem dixisset non posse subici legi Dei, primum neque accusationem petulantè agentes, aut prædantes, aut quæcumque alia per corpus facientes habere potuissent apud iustum iudicem, cum impotens sit caro vt legi Dei subiciatur. Quomodo enim accusationem mereretur, si iuxta eam quæ adest ipsi natura corpus viuere? Imò neque aliàs ad castitatem aut virtutem induci corpus posset, cum natum sit ad hoc vt bono non subiciatur. Si enim talis est natura carnis, vt legi Dei subici non possit: lex autem Dei est iusticia ac temperantia, oportebat neque virginitatem seruare, neque continenter agere penitus in totum posse. Si verò virginitatem seruant, & continenter agunt, nimirum corpus subiiciunt: aliàs enim continere à peccato impossibile est. Non ergo non potest corpus subici legi Dei. Alioqui quomodo Ioannes subiecisset suum corpus ad castitatem? Aut quomodo Petrus ad sanctimoniam? aut consequenter alii ad iusticiam? Quomodo verò etiam Paulus dixisset: Ne igitur regnet peccatum in mortali corpore vestro, in hoc vt obediatis concupiscentiis ipsius: neque exhibete membra vestra arma iniusticiæ peccato: sed exhibete vos Deo, velut ex mortuis viuentes, & membra vestra membra iusticiæ Deo. Et rursus: Quemadmodum exhibuistis membra vestra seruire immundiciæ & iniquitati ad iniquitatem, sic nunc exhibete membra vestra seruire iusticiæ ad sanctificationem: Proinde nouit, dirigi posse habitaculum hoc, & nutare ad bonum, vt mortificentur in ipso peccata. Nam quomodo aliter in seruitutem iusticiæ redigi potest homo, si non prius subiectis membris suis carnis vt non obediatur peccato, sed iusticiæ, vitam degat Christo dignam? Quandoquidem peccare & non peccare per corpus fit: ita vt anima aut ad virtutem, aut ad vitium instrumento ipso vtatur. Si enim neque scortatores, neque simulariorum cultores, neque adulteri, neque masculorum concubitores, neque molles, neque fures, neque auari, neque ebrii, neque conuiciatores, neque raptores regnum Dei possidere possunt: explerunt autem hæc & corroborantur per corpus: iustificatur autem nemo, nisi prius dominatus fuerit: dominatur autem his qui ad temperantiam ac fidem nutat: subicitur ergo legi Dei. Lex enim Dei est temperantia. Quare Apostolus non carnem bono subici dixit, sed sapientiam carnis, hoc est impetum ipsius, ipsum ad iniusticiam ardorem. Expurgate igitur, inquit: etiam gulosam ventris intemperantiam eruerè nitens, & tales appetitus ac voluptates disperdere docens, & eos qui sic deliciar, viuere esse putant, confundens. Qui Deum, inquit, ducunt ventrem. Edamus (aiunt) & bibamus, cras enim morimur: velut voracia corpora infernè circa pabulum solum ac mensas occupata. Et vbi dixit, Cibi ventri, & venter cibis: induxit, Deus autem & hunc & hos abolebit. Corpus autem non scortationi, sed Domino, & Dominum suscitauit, & nos suscitabit per potentiam suam. Aut nescitis quod membra vestra membra Christi sunt? Num ergo membra Christi faciam membra scortii? Absit. Aut nescitis, quod qui adhæret scorto, & quod caro cum ipsa iuxta membrorum copulationem & vnâ societatem sit, quam hoc ipsum externum corpus? per quod omnia hæc ad mixtionem & exarsionem peccata implentur. Vnde & omne peccatum quod fecerit homo, extra corpus est. Qui verò scortatur, in proprium corpus peccat, factus enim & incredulitas & iracundia & simulatio, animæ peccata sunt. Scortatio verò & stimulus & delicia, corporis. Cum quibus neque anima ad veritatem subuolabit, neque temperantiæ dogmatis subicietur: sed ambo dilabentur à regno Christi. Itaque si corpora nostra in sanctificatione detenta, templum sunt habitantis in nobis Spiritus, & Dominus est in corpore, & membra corporis membra Christi sunt: subicitur ergo corpus legi diuinæ, & regnum Dei possidere potest. Qui enim suscitauit Christum ex mortuis, viuificabit (inquit) mortalia corpora vestra per spiritum suum inhabitantem in vobis, vt mortale hoc induat immortalitatem, & corruptibile incorruptibilitatem, & mors in victoriam deuoretur. Non enim de alio corpore Apostolus hic tractauit, sed de hoc quod & moritur & mortificatur: per quod & scortari & petulantè agere possibile est. Si verò differentiam esse corporis ad carnem coniectarint (vt & hæc ipsis expendere permitamus) & corpus quidem aliud putarint, vel ipsius animæ quod non videtur: carnem verò, extrinsecum hoc quod videtur: dicendum, quod non solum Paulus & Propheta corpus sciunt carnem hanc nominari, sed etiam alii philosophi, apud quos sane maximè nominum certitudo obseruata est. Caro enim omnino, si de his peritè considerare velint, tota hæc habitaculi nostri moles propriè non dicitur: sed pars quædam totius, quemadmodum etiam ossa, aut nerui, aut venæ, corpus verò totum. Vnde etiam medici qui de corporum natura exactè tractauerunt, corpus nouerunt hoc quod videtur. Sed & Plato hoc ipsum corpus etiam ipse nouit. Itaque in Phædone Socrates: Ergo non aliud quid mortem esse putamus, inquit, quam animæ à corpore discessum, & esse hoc mortuum, esse ipsum per se ipsum corpus ab anima liberatum scortum esse, & scortum item esse animam à corpore. Atqui Moses ille beatus (veniamus enim iam ad diuinas scripturas) nonne corpus hoc nominari nouit quod dicimus? Et lauabit vestes, inquit, in purificationibus qui contigit immundum, & lauabitur corpore suo aqua, & immundus erit vsque ad vesperam. **Quid**

Accusatio sequitur peccatum.

ve ordinata inordinanda quomodo.

Membra nostra Christi sunt.

Scortationis vitium.

Corporis & carnis vocum significatio quæ sit.

Probatio Platonis de partibus hominis.

A

B

C

D

Quid verò lob? nonne nouit & ipse corpus hoc quod mortificatur appellare? Veratur autem corpus meum in purulentia vermium, dicens. Sed & Salomon: In malignam animam non intrabit sapientia, neque habitabit in corpore obnoxio peccato. Et in Daniele de martyribus, Non dominatus est ignis habitaculo corpori ipsorum, dicitur, & capillus capitis ipsorum non est exustus. Et Dominus in Euangelio: Ideo dico vobis, ne sitis solliciti quid edatis, aut quid induatis. Nonne anima plus est quam alimentum, & corpus quam indumentum? Et Apostolus: Ne igitur regnet peccatum in mortali corpore vestro, dicitur, & confirmat se noscere hoc, quo circumdatus sumus, corpus. Et rursus: Si autem spiritus eius qui suscitauit Iesum, habitat in vobis, qui suscitauit Christum ex mortuis, viuificabit etiam mortalia corpora vestra. Et rursus: Si dixerit pes, non sum manus, non sum ex corpore, num ob id non ex corpore? Et rursus: Omnes enim nos manifestari oportet coram tribunali Christi, vt reportet vnusquisque ea quæ sunt per corpus, prout fecit. Et rursus: Epistolæ quidem graues & fortes, præsentia verò corporis debilis. Et rursus: Noui hominem in Christo ante annos quatuordecim, siue in corpore, non noui, siue extra corpus, non noui. Et rursus: Sic debent viri diligere vxores suas, velut corpora sua. Et rursus: Ipse autem Deus pacis sanctificet vos perfectè, & spiritus vester integer, & anima & corpus citra reprehensionem, in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur. Ceterum illi incertè in fluctu ac turbatione Apostolorum ferri opinati sunt, nihil horum intelligentes, velut verborum ipsius sententiæ stabilitatem ac firmam sedem non habeant, sed sursum ac deorsum nantent, ac retractabilia dicant, nunc quidem carnem resurgere, nunc verò non resurgere. Vnde quo nihil relinquatur ex propositis, & vt perfectè hydram excindamus, ad propositum rursus reuertar. Consequenter enim vbi, velut promissi, etiam alia capita, & quæ ad ipsa dici oportet, ostendero, consona ac consecutanea etiam ipsa esse declarabo, & ad fidem de resurrectione carnis dicta. Pergamus itaque ad id quod primum in Apostolum dicere aggressi sumus. Nam quod dictum est ab ipso, Ego aliquando sine lege vixi, vitam nostram superiorem in paradiso, ante mæ datum, non extra corpus, sed cum corpore, in primis parentibus declarat, quemadmodum ab initio asseruimus. Quoniam antequam daretur mandatum, Deus accepto limo de terra formauit hominem, degebamusque extra concupiscentiam, nescientes omnino nos brutæ concupiscentiæ impetibus, & attractoriis voluptatum illecebris, ad intemperantiam cogi. Nam quod non habet præscriptionem, iuxta quam vitam degere oportet, neque liberam rationem potestatem, vt vita quam eligit vtatur, quod priuatim aut honoretur, aut vituperetur, id ipsum ab omni culpa ac crimine innoxium esse ostendendum est: quoniam non potest ea concupiscere quæ prohibita non sunt. Sed etsi concupiuerit, non culpabitur. Concupiscere enim non in præsentia & potestati subiecta cadit. Verum in præsentia quidem, verum non in potestate sita. Quomodo enim quis id concupiscat & amet, à quo non prohibitus est, & quo non habet opus? Quapropter concupiscentiam non nouissem, nisi lex dixisset. Non concupisces, quæ non habet opus: De ligno cognitionis boni ac mali ne edatis: quacumque enim die ederitis de ipso, morte moriemini: tunc concupiscentiam in me concepi. Non enim ea quæ habet, & quæ in potestate eius sunt, & quibus vitur, concupiscens desiderat ac cupit, sed ea à quibus prohibitus est, & quæ ablata sunt, & quæ non habet. Quare benè profectò dictum est, Concupiscentiam non nouissem, nisi lex dixisset, Non concupisces: hoc est, ne edatis de ipso. Hinc enim locum & occasionem nactum est peccatum, ad illudendum mihi, ac me peruertendum, Dato enim mandato, atq; iam habuit diabolus per mandatum, vt concupiscentiam in me operaretur, stimulans me ac illectans per artes suas, vt in prohibitorum appetentiam caderem. Nam absque lege mortuum est peccatum. Non dato enim, & nondum existente mandato, inefficax erat peccatum. Ego verò viuēbam irreprehensibiliter ante mandatum, non habens præscriptionem ac constitutionem, iuxta quam viuere oportebat, & à qua lapsus peccarem. Vbi verò venit mandatum, peccatum reuixit, ego autem mortuus sum & inuentum est hoc ad vitam mandatum, ad mortem. Quia postquam legem dedit Deus, & præscripsit quod faciendum & non faciendum, diabolus operatus est in me concupiscentiam. Admonitio enim Dei, & præceptum hoc datum est mihi ad vitam & incorruptibilitatem, vt obediens ipsi, & secundum ipsum viuens, integram & beatissimam in æternum, & semper florentem ad immortalitatem vitam habeam ac gaudium. Vbi verò ipsum reprobaui, ad mortem euasit ac condemnationem. Nam diabolus quem nunc peccatum hic appellauit, eò quod opifex & inuentor peccati sit, per mandatum occasione arrepta, ad inobediētiam deceptit me, & deceptum occidit, id operatus vt reus fierem condemnationis illius: Quacumque die ederitis de ipso, morte moriemini. Quare lex quidem sancta est, & mandatum Dei iustum ac sanctum & bonum: quoniam non vt lædat, sed vt seruet, datum est. Ne enim putemus omnino inutile quid aut nocuum, Deum facere. Quid igitur bonum mihi facta est mors, quæ maximi similiter causa futura boni legislatio nata est? Absit. Quia non mandatum Dei factum est ad hoc, vt ego in seruitutem corruptionis redigerer, & vt perniciosas mortis causas imprimeret. Sed diabolus, vt manifestaretur qui per bonum mihi malum construxit, quo fieret, & declararetur inuentor ille ac architectus peccati, peccator per excellentiam, & separaretur à bono, qui contraria mandato Dei procurauit. Nouimus enim quod lex est spiritualis: quapropter etiam in nulla re vlli causa est detrimenti, procul enim à concupiscentia bruta ac peccato habitant spiritualia. Ego verò carnalis sum, venditus sub peccatum: hoc est, ego carnalis existens, & in medio mali ac boni constitutus, velut libero arbitrio præditus, vt in me esset eligere quod volo (posui enim, inquit, ante faciem tuam vitam & mortem) vbi nutui ad hoc, vt inobediens fierem spirituali legi, hoc est mandato, & obediens fierem consilio illius materialis, hoc est serpentis: venditus sum propter hanc hæresim, lapsus sub peccatum, diabolo. Vnde hinc obediens me malum insidet ac viget, vt in carne mea inhabitet, velut fucus in fauo apis, circumuolans sæpè circum ipsam, ac bom-

Sapientia habitaculo.

Dilectio corporis sicut dilectio vxoris.

Declaratio dicitur Apostoli de vita sine lege.

Peccati cognitio ex lege.

Quid peccandi consuetudo faciat.

Diabolus peccatum appellatur.

Qualis lex.

Qui malū inhereat nobis similitudine ostēdit. Cogitatio enim & actionum ratio in nobis que sit.

Quid corrupta natura causetur.

Proverbia.

Qui accipienda verba Apostoli, quod volo bonum, hoc non facio.

Carnis effectus.

Proverbia verba.

Obstentia malis.

Epiphonema elegans.

ac bombum edens: quum hoc supplicium impositū sit mihi mandato transgresso, & venditus sim malo. Quapropter etiam non cognosco quod operor, cogitans quod non volo. Nam quod dictum est, Quod operor non cognosco, & facio quod odio habeo: non de eo quod operati sumus ac perfecimus malum, accipiendum est: sed de eo quod solum cogitavimus, cogitationibus insinceris sēpe nobis advolantibus, & seducentibus nos ad quæ non volumus, ita ut anima per cogitationes circa multa circūducatur. Non enim in nobis omnino est situm, ut aut cogitemus, aut non cogitemus absurda: sed ut cogitationibus utamur, aut non utamur. Impedire equidem ut ne incidat in nos cogitationes, quæ foris secus ad probationem nostri inspirantur, non possumus. Non obedire verò, aut non uti ipsis possumus. Alioqui quomodo Apostolus malum quidem quod displicebat, maxime fecisset: bonum verò quod placebat, minime: si non de extraneis cogitationibus dixisset, quas cogitamus aliquando etiam non volentes, non scientes ex qua causa? Has itaque cogitationes subvertere ac reprimere oportet, ut ne dilatata extremitates animæ obtineant. Impossibile est enim his opportunè in nobis vigentibus exoriri bonum, rectè ergo dixit, Quod enim facio, non scio. Non enim quod volo facio, sed quod odio habeo, id facio. Volumus enim ea quæ non conveniunt, & quæ nefas est cogitare. Nam hoc bonum est perfectū, non solum à faciendo abstinere, sed etiam à cogitando. Et quod volumus, hoc bonum non fit: sed quod non volumus, malum. Obrepunt enim circa cor nostrum, inscenduntque etiam non volentibus nobis sēpe, innumera cogitationes de infinita curiositate ac negotiis sordidis incidentes. Quapropter velle quidem ut neque cogitemus ipsa, in nobis situm est: verum efficere ac operari quòd displicent, ut ne rursus in mentem nobis redeant, hoc in nobis non est situm, sed ut utamur ipsis solum quodammodo, aut non utamur, ut sit sententia dicti talis: Non enim quod volo facio bonum. Volo enim nō cogitare quæ me lædunt, nam hoc est bonum & immaculatum, & quod dici solet, citra reprehensionem manibus ac mente factum quadrangulum. Et hoc quidem quod volo bonum non facio, quod verò non volo facio malum. Non volo cogitare, & cogito quæ non volo. Et considerate, an non ob has ipsas cogitationes etiam David interpellavit Deum, & agrè ferens quòd & ipse cogitaret quæ non vellet: Ab oculis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo. Si non dominata fuerint mihi, tunc immaculatus ero, & purgabor à peccato magno. Et ipse Apostolus in alio loco: Cogitationes destruentes, & omnem elationem quæ effert se contra cognitionem Dei, & captivam ducentes omnem intelligentiam ad obedientiam Christi. Si verò quis verbis impetere ausus responderit, quod Apostolus docet, quod non solum in cogitando est malum, quod odio habemus, & quod non volumus, sed etiam in faciendo ac operando ipsum: propterea quòd dictum est, Non enim quod volo facio bonum, sed quod non volo malum hoc facio: expetimus sanè, si vera dicit qui hæc dicit, ut declaret quòd erat malum, quod odio habebat Apostolus, & non volebat quidem facere, faciebat autem: & quod erat bonum, quod volebat quidem facere, non autem faciebat. Sed vice versa, quoties quidem volebat facere bonum, toties non bonum quod volebat, sed malum quod non volebat, faciebat. Nunquid non volens, simulacra colere, sed Deū colere, quod quidem volebat, Deum colere non potuit: quod verò non volebat, simulacra colere, potuit? Aut temperanter quidem agere, quod volebat, non potuit: intemperanter autem agere, quo gravabatur, potuit? Et in summa, crapulari, prodigaliter vivere, indignari, iniustus esse, & reliqua improbitatis opera, quæ non volebat, facere quidem poterat: quæ verò volebat, iusticiam & sanctitatem, non faciebat? At qui ipse in Ecclesiis omnes ad non delinquendum exhortans, non solum facientes & operantes absurda, perniciosa & iræ servari admonet, sed etiam consentientes ipsis in illa, ita ut iusticiam in nobis sine peccati ammissione exerceri contendat. Omne enim peccatum ac studium, consummationem per carnem acquirit. Sæpe igitur in epistolis palam hæc ipsa nos fugere ac odio habere docens, dicit: Ne erretis, neque scortatores, neque simulacrorum cultores, neque adulteri, neque molles, neque qui cum masculis concumbunt, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt. Et quod summum est, exhortans nos ad hoc ut penitus peccatum effugiamus ac excutiamus: Imitatores, inquit, mei estote, quemadmodum & ego Christi. Sic, non ob id quod faceret ac operaretur quæ non volebat, prædicta retulit, sed quod solum cogitaret. Alioqui quomodo exactus Christi imitator esset? Nunc verò quandoquidem sæpe bestiales incidunt cogitationes, concupiscentia ac curiositate aliàs aliter nos implentes, Muscarum veluti densa est populosaque turba dixit: Quod enim non volo, hoc facio, usque ad animam. Confidenter itaque ipsas depellere oportet, ita ut nihil omnino ad faciendum ea quæ ab ipsis insuscitantur, nutemus. Quòd enim admittamur in regnum cælorum, per omnes voluptates ac tristitias probati, si non immutati fuerimus, sed ubique velut autum corruptum per ignem examinati, à propria virtute non discesserimus, contingit hoc ut à multis mens nostra infestetur. Unde sanè strenuè velut optimos milites nos resistere oportet, qui ubi se ab hostibus obsessos vident, sagittarum & aliorum iaculorum ipsorum nullam curam habentes, observantiam civitatem alacriter contra ipsos procedunt, nullum studium omittentes, donec aciem ipsorum in fugam conuersam extra terminos expulerint. Vides enim, quòd cogitationes propter habitans in nobis peccatum, foris secus nobis instant, velut canes rabiosi, aut feni, aut audentes latrones, contra nos semper instigati, à tyranno ac principe iniquitatis, probantes nos an resistere ipsis possumus, & aciem eorum intrare instruere. Age igitur, o anima, fortiter resiste, ne forte remittens rapiaris, & non habeamus precium redemptionis quod pro te demus. Quod enim hostimentum dabit homo pro anima sua? inquit. Bonū igitur & maximo gaudio dignum esset, si non haberemus contra nos agentes ac pugnantes. Quando verò hoc impossibile est, & quod volumus non possumus, (volumus enim non habere eos qui extrahunt nos ad affectus, licebat enim sic citra sudorem saluari) & quod volumus, hoc non fit, sed quod non volumus,

volumus, oportet enim nos probari, velut dixi: Ne igitur concedamus o anima, ne concedamus malo illi, sed assumpta armatura Dei protegente ac defendente nos, induamus thoracem iusticiæ, & subinduamus pedes in promptitudine Evangelii pacis, in omnibus assumpto scuto fidei, in quo possumus omnia tela maligni illius ignita extinguere. & suscepta galea salutis, & gladio Spiritus, qui est verbum Dei, ad hoc, ut possumus stare aduersus insidias diaboli, cogitationesque destruerere, & omnem elationem quæ se effert contra cognitionem Dei. Quia non est nobis lucta aduersus sanguinem & carnem. Hac verò de causa hæc dico, quòd hic modus est Apostoli scriptorum. Multa equidem sunt quæ de singulis in hac epistola relatis ostendi possunt, quod iuxta rectam sententiam & accuratè se habeant. Verum longum fuerit ipsorum sic recensere. Figuram enim ipsius solum ac voluntatem ostendere nunc proposui. Non enim quod volo, hoc facio, sed quod odio habeo, hoc ago. Assentior legi Dei, quòd bona est. Nunc autem nō amplius ego operor ipsum, sed quod habitat in me peccatum. Noui enim quod non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum, rectè dicens. Meministi enim quomodo in superioribus decernebamus, etiam si ego omnia breui recensere volens, magis tardo, longiore mihi orationis periodo facta quam speravi, quam sanè ut absoluerem promptos nos esse conuenit: alias enim nunquam ad finem propostum deuenissemus. Dicebamus igitur, si meministi, ex quo hominem secundum seductū contigit mandatum spernere, hinc ex inobedientia contigit ut peccatum accepta occasione in ipso inhabitaret. Sic enim primum seditio incidit, distractionibusque ac cogitationibus alienis impleti sumus euacuati quidem ab insufflatione Dei, impleti autem concupiscentia materiali, quam multiplex serpens in nos inspirat, quum breui transgressi essemus nos mandati Dei circulum. Quapropter etiam mortem Deum ad sublationem peccati propter nos reperit, ut ne in nobis immortalibus exorta, velut dixi, immortalis esset. Vnde Apostolus dicens: Noui enim quòd non inhabitat in me, hoc est in carne mea bonum: peccatum à transgressionem per concupiscentiam in nos inductum significare vult, cuius quasi germina nouella ac ramuli, voluptuariæ in nobis cogitationes semper consistunt. Duo enim sunt in nobis cogitationum genera. Alterum à concupiscentia in corpore nostro blandiente consistens, quod ex materiali spiritus versutia, velut dixi, generatum est. Alterum à lege mandati, quam accepimus, ut in sitam haberemus & naturalem legem, quæ cogitationem nostram excitat ac dirigit ad bonum. Vnde lege Dei in mente delectamur, hæc enim est internus homo: lege verò diaboli in carne, iuxta inhabitat in ipsa peccatum. Lex enim quæ est in cupiditate mentis, renitens ac reluctans legi Dei, hæc est quæ affectuosas & materiales distractiones ad iniquitatem sepe producit, penitus ad voluptates nos trahens. Tres enim leges Paulus palam hic mihi asserere videtur. Vnam iuxta insitum in nobis bonum, quam etiam clarè legem mentis appellauit. Alteram ex insultu diaboli instantem, & ad affectuosas imaginationes sæpe animam distrahentem, quam reluctari legi mentis dixit. Tertiã verò, quæ per peccatum ex concupiscentia in carne exultat, quam legem peccati habitantem in membris vocauit: hanc sæpe inuadit improbus ille, in ipsaque vehitur, eamque cōtra nos exhortatur, ad iniusticiam & malas actiones nos compellens. Quæ enim foris secus à diabolo lex inspiratur, & per sensus velut bituminosus fluxus intrò in ipsam animam effunditur, ea à lege quæ consistit in carne iuxta concupiscentiam corroboratur. Apparet enim quòd in nobis ipsis aliud melius, aliud deterius est. Et ubi quidem id quod meli⁹ est natura, potentius fuerit detiore, tota mens ad bonum fertur. Vbi verò id quod deterius est redundat, & bono in nobis restiterit, rursus vice versa homo ad omnigenas imaginationes ac cogitationes deteriores rapitur. Quæ de causa etiam Apostolus optat liberari, mortem & interitum ipsum hoc esse dicens. Quemadmodum etiam Propheta: Ab oculis meis, dicens, munda me. Ipsa enim verba hoc declarant, dum dicit: Delector enim lege Dei secundum internum hominem, video autem aliam legem reluctantem legi mentis meæ, & captiuam me lege peccati quæ est in membris meis. Miser ego homo, quis me liberabit ex corpore hoc mortis? Non corpus mortem pronuncians, sed legem peccati in membris per transgressionem in nobis delitescentem, & ad mortem iniquitatis animam semper seducentem. Infert igitur statim, edisserens à quali morte cupiat liberari, & quis sit qui ipsum liberet: Gratia Deo per Iesum Christum. Animaduertendum enim, quòd si corpus hoc mortem, o Aglaophon, velut putastis, dixisset, non utique Christum velut liberantem ipsum postea ex hoc malo assumpisset. Nā quid magis admirandum aut amplius à Christi aduentu habuimus? Quid verò etiam Apostolus omnino velut per aduentum Christi potens ex morte à Deo liberari hoc loquutus esset? quando omnibus etiam antequam Christus veniret in mundum, contigit mori. Liberabantur enim omnes, dum separabantur à corporibus in vita huius exitu: Sed & in eodem modo omnes animarum credentium tum non credentium, tum iniustorum tum iustorum, in die obitus separabantur. Quid igitur Apostolus plusquam alii qui in incredulitate degerunt, accipere studeuisset? Aut cur liberari à corpore optasset: quod etiam si non voluisset, omnino ipsi contigisset, quemadmodum sanè omnibus statutum est mori & separari animas ipsorum à corporibus, siquidem corpus mortem animæ asseruisset? Quare non corpus hoc mortem, sed peccatum inhabitans per concupiscentiam in corpore, o Aglaophon, dicit: à quo Deus ipsum per aduentum suum liberauit. Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit nos à lege peccati, & morte: quo is qui suscitauit Iesum ex mortuis, propter spiritum suum inhabitantem in nobis, viuificet mortalia corpora nostra, peccato, quòd est in corpore nostro, ad interitum condemnato, ut iustificatio naturalis legis secundum mandatum ad bonum nos trahētis manifestetur rursus, quæ de bilitate fuit carne à peccato superata, ante Christi aduentum materialibus curis obruta. Impotentiam enim naturalis in nobis boni, ob quam languebat à concupiscentia in corpore sita superatum, Deus reuerit misso filio suo, qui similem carnem assumpsit. Veritas enim, & non apparentia erat, quod

Cur viri liter nobis dimittendum.

Ex contemptum mali origo.

Cur reperia mors.

Cogitatio nū genera duo.

Lex triplex.

Lex diaboli quomodo inspiratur.

Corpus mortis quod dicitur Paul⁹.

Liberatio quado contingit.

Lex spiritus vitæ in Christo.

*in veritate
te quomodo
curant
vulnera
nostra.*

apparuit: quo peccato ad interitum condemnato, ut non amplius fructificet in carne, iustificatio naturae legis impleveretur, redundans obedientiam in his qui non secundum concupiscentiam carnis ambulabant, sed secundum concupiscentiam Spiritus, eiusdemque ductum. Nam lex spiritus vitae, quod sanè est Euangelium, alia existens à prædictis legibus, per prædicationem ad obedientiam posita ac remissionem peccatorum, liberavit nos à lege peccati ac mortis, ut quæ penitus peccatum regnans in carne vicit. Quæ quidem igitur proponunt etiam ex Apostoli verbis, non rectè ipsa exponentes, ea d. Theophile declarata recensuit. Conuertam autem me etiam ad alia, stauiliatorem nostrum ad transitum orationis reperimus. Graua enim sunt, & non valde facillè destrui possunt quæ sequuntur. Quapropter etiam segnius ipsa attingo, cum longam & difficilem ipsorum demonstrationem fore videam: nisi aura aliqua intelligentiæ derepentè nos ex cælo afflet, & velut in medio pelago natantes, in tranquillum portum ac securiorem declarationem restituat.

Hactenus fragmentum ex Methodio.

*Vitiua
Origenis
et similia
doctrina.*

Hæc igitur sunt quæ ex parte & ex ordine à beato Methodio, qui & Eubulius dicitur, de prædicto Origene, & mala ipsius fide, per sophisticum errorem in sermone de resurrectione relata sūt. Quæ hic apponentes, suscipere arbitrari sumus aduersus illius nugæ, & ad ipsum destruendum, qui humana vitam per confictam ex Græca doctrina superstitionem ac malignitatem subuertit. Multa equidè etiam alia in huius argumenti consequentia à Methodio prædicto, viro sanè docto, & circa veritatem valde exercitato relata sunt, profecto versus alii totidem numero. Verùm quandoquidem promissimus in vnaquaque secta, modica quædam ad ipsius subuersionem nos dicturos esse, non enim pauca sunt illa: hactenus his ex opere ipsius appositis contenti fuimus. Carterùm ubi etiam ipsi pauca de nostra tenuitate, in eadem viri illius nugæ apposuerimus, à certamine contra ipsum instituto cessabimus: Deo brauium reddentes, qui victoriam dat, & Ecclesiam suam propria sua benignitate semper immarcessibilibus coronis ornat, veritatis videlicet prædicationibus. Dicemus itaque etiam ipsi aduersus illum pro virium nostrarum facultate. Dicis d. bone, velut etiam supra à me indicatum est, cauillas: Nunquid coriarius erat Deus, ut tunicas pelliceas ipsi Adam & Eua faceret, cum nondum animalia essent mactata? Si verò etiam mactata erant animalia, non erant, inquit, tunicæ pelliceæ, sed terreum quo obstitimus corpus. Et vndiquaque conuincitur, quod diaboli versutiam & serpentis fraudem sequitur, qui incredulitatis corruptionem humanæ naturæ induxit, & Eua decepta, & semper simplicium animarum mentes per versutiam in cogitationibus ipsarum corrumpit. Videamus itaque, an quæ à te dicta sunt stabilitatem habere possint: ut qui tantum laborem petulisti, & frustra certamen tot librorum à te conscriptorum subiisti. Si enim verum est quod de te celebris fama refert, quod senamillia librorum, diuinis operatiis, conscripsisti, & omni labore in vituperia ac dolos vanitatis insumpto, & opera inaniter collocata, per necessaria quæ adulterasti, sudorem mercimonii tui desperatum effecisti. Si enim resurgit corpus, neque anima aliquam hæreditatem assequetur. Vna enim est & eadem societas corporis & anime & vna operatio. Resurrectionem autem dolose etiam ipse confitens, imaginariam apparentiam & non veram habens, nomen solum confiteris. Qualis igitur resurrectio animæ dici potest, quæ non cadit, ne sepelitur? At manifestum est ex nomine, quod lapsi & sepulti corporis, est resurrectio, quæ ubiq, & in tota Scriptura à filiis veritatis prædicatur. Si verò non resurgit, non est resurrectio, quæ per omnes scripturas quæ prædicata est. Si autem resurrectio non est, vana est resurrectionis mortuorum expectatio. Non enim a ni marum resurrectio est quæ non ceciderunt, sed corporum sepulcorum. Si verò & pars resurrectionis suscitatur, pars verò deponitur: hæc ergo pars quomodo erit? Non enim possunt in corpore esse partes quæ resurgunt, & partes quæ deponuntur ac reliquuntur. Quod autem est corpus animale, & corpus spirituale, non aliud corpus est spirituale, & aliud animale sed idè animale, idè spirituale. Quando enim sumus in mudo, & corruptibilia carnis opera facimus, corpora sunt animalia. Seruimus enim animam in mudo in absurditatibus, velut etiam tu ex parte dixisti. Quando verò resurgimus, non amplius est anima seruitus, sed spiritus consequentia. Hinc iam habens arrabonem per hoc quod dictum est: Si viuimus spiritu, spiritu etiam ambulemus. Si verò etiam spiritu ambulamus, actiones corporis mortificantes viuamus. Non enim amplius nuptiæ, non amplius concupiscentiæ, non amplius certamina his qui continentiam profitentur, non amplius delicta castitati aduersantia, non amplius actiones quæ hic aguntur sed sicut dicit Dominus Qui illa resurrectione digni facti fuerint, neque matrimonium contrahunt, neque nuptum elocantur, sed sunt sicut angeli. Quemadmodum transtatis est etiam Enoch, ut non viderit mortem, & non reperiebatur. Non autem transtatis est & reliquit corpus, aut corporis partem. Si enim reliquit corpus, vidit ergo mortem. Ipse verò cum corpore transtatis, non vidit mortem. In corpore enim viuente est spiritualiter ablatum, & non animaliter, propter transtationem: & quidem in corpore existens spiritualiter. Sed & de Helia similiter, quod assuptus est in curru igneo, & est adhuc in carne.

*Pelliceæ
tunicæ ex
pense.*

*Senamillia
librorum
Origenes
scripsit.*

*A coniu
gatis ar
gumentis.*

*Corporis
animalis
ac spiri
tualis ra
tio.*

*Enoch
trāstatio.*

*Helia ra
pius.*

*Reipsa
idem ani
male cor
pus et spi
rituale.*

Carne autem spirituali, & non opus habente ut per coruos nutriatur, velut cum in hoc mundo fuit, & de torrente Chorat bibat, & pellem ouilem induat: sed ut nutriatur alio quodam spirituali alimento cuius suppeditator est qui occulta cognoscit, & inuisibilia creauit, Deus, ambrosium quendam ac incorruptibilem cibum habens. Et vides quod idem est corpus animale, idem spirituale. Quemadmodum etiam Dominus noster resurrexit ex mortuis, non aliud corpus suscitans, sed ipsum quod erat: & non aliud ab eo quod erat, sed ipsum quod erat in spirituale subtilitate transtans, & spirituale totum cōueniens ingressus per fores conclusas: id quod fieri nequit hic in nostris corporibus, propter crassitudinem, & quod

quod nondum in spiritualem subtilitatem sint cōnita. Quod igitur erat id quod conclusis foribus ingressum est? aliud ab eo quod crucifixum est, aut ipsum crucifixum? Omnino equidem non poteris non confiteri, ipsum quod crucifixum est. Redarguit enim te per exactam persequutionem ac certitudinem ipsius Thomæ, ubi dixit ad ipsum: Ne sis incredulus, sed credulus. Ostendit enim typum clauorum, & locum hastæ, & ipsas cicatrices dimissum corpore: quamuis cōnuisset corpus in vnam spiritualem vnitatem. Potuisset igitur etiam cicatrices delere, sed non deleuit, ut redargueret te d. fanatico. Erat ergo corpus quod in monumento sepulcrum fuit per triduum, & quod cum ipso resurrexit in resurrectione. Ostendit enim & ossa & cutem & carnes, ubi dixit: Vide quod spiritus carnem & ossa non habet velut me videris habere. Quo modo igitur ingressus est foribus conclusis? ut ostenderet quod corpus quidem esset quod videbatur, & non spiritus: verum corpus spirituale: & quidem quod cum anima & deitate & tota incarnatione idem esset, sed spirituale subtilium partium, quod aliquando crassarum partium fuerat, idem quod crucifixum fuerat, & idem quod superatum erat insuperabile, cōnitum ac contemptum deitate: & quod non amplius solueretur, sed perpetuò maneret, non amplius moriens. Surrexit enim Christus ex mortuis, primitiæ eorum qui obdormierunt: & non amplius moritur, mors ipsi non amplius dominatur. Quo verò cognoscas hæc, ob quam causam primitiæ eorum qui obdormierunt Christus dicitur, & quidem cum ipse non inceperit resurgere: nantate ipsum resurrexerunt per ipsum Lazarus, & filius viduæ, & alii tum per Heliam, tum per Helisum. At quandoquidem illi omnes ubi resurrexerunt, rursus mortui sunt, sic Christus primitiæ eorum qui obdormierunt est. Quis enim resurrexerit, non amplius moritur, sicut quæ futura est resurrectio per ipsius vitam ac benignitatem. Si verò est primitiæ eorum qui obdormierunt, etiam resurrexit omnino corpus ipsius cum deitate: & incarnatio ipsius resurrexit, ita ut nihil ex ipsa relictum sit, neque corpus, neque aliud quid. Non enim relinques animam meam in inferno, nec concedes ut sanctus tuus videat corruptionem. Et quod quidem dictum est de anima in inferno, significat non relictum esse. Sicut verò ut. S. ostendat corpus quod corruptione non vidit, sed in corruptis resurrexit triduanum, & incorruptibilitati cōnita in æternum. Tu verò dicas d. bone, hæc corpora esse pelliceas tunicas, quum cōsequencia hoc nusquam habeat, sed propter femina fabulosæ Græcorum doctrinam in te ab initio coniecta, & propter malignam cogitationem de resurrectionis incredulitate illi tibi exacerbata, Græco tunc inquam, qui te ad hoc perduxerunt. Animalis enim homo, inquit, non capit quæ Spiritus sunt. Stultitia enim est ipsi id quod spiritualiter recensetur. Si quidem enim ante inobedientiam tunicæ Adam & Eua factæ fuissent, verisimile esset tuum nugamentum, & quod seducere posset. Quando verò apparet post Eua factas esse, vnde nam formabantur quam à corpore? manifestum hoc est. Inmisit enim, inquit, soporem in Adæ, & dormiuit, & accepit vnam de costis ipsius. Costa autem nihil aliud est quam os, construxit autem carnem pro ipsa. Cum autem caro nominetur, quomodo adhuc expectatur huius structura? Et superius dicit: Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem. Et accepit, inquit, limum de terra, & formauit hominem. Limus autè & caro nihil aliud est quam corpus. Deinde postea, et ubi surrexerit Adam de somno, dixit: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea. Nondum autem tunicæ pelliceæ, nondum nugamentum à te allegorice constructum fuit. Os itaque ex ossibus meis, & caro ex carne mea, palam est quod corpora erant, & non incorporeus erat Adam, neque Eua. Et accepit de ligno ac comedit, velut deceptus fuit à serpente, & constitutus est in inobedientia, & audiuit vocem Dei ambulantis in paradiso ad meridiem, & occultati sunt Adam & Eua in ligno, & Deus dicit ad Adæ, Vbi es? Ipse verò deprehensus respondet: Vocem tuam audiui, & occultavi me, quoniam nudus sum. Nudum itaque quid dixit, animam aut corpus? Folia verò sicut quem tegebant, animam aut corpus? Et quis tibi dixit, inquit, quod nudus es, nisi quod de ligno comedisti, de quo solo præceptum tibi vti nec comederes. & ait, Vxor quam dediisti mihi, dedit mihi, & comedi. Vnde autem data fuit vxor quam à latere, hoc est à corpore, antequam tunicæ ipsi factæ essent? Et dixit ad mulierem, Cur hoc fecisti? Illa verò, Serpens (inquit) decepit me, & comedi, ac dedi viro meo. Deus autem inducit maledictionem, tum mulieri dolorem, tum viro ut in sudore comedar panem. Et postea dicit: Ecce Adam factus est sicut vnus ex nobis: & nunc ne forte extendat manum, & contingat lignum, & comedat ac viuat in æternum. Et post alia: Et fecit Deus tunicas pelliceas, & induit ipsos, & eiecit ipsos ex paradiso. Et vides quod vana est vocum inanitas à te iniquata? Quanto enim tempore antea erant corpora ipsi Adam & Eua? Si verò quis hoc interroget, & non poteris animaliter ratiocinationem faciens Spiritus gratiam suscipere, d. in cre dule, & omnes incredulos excedes, dic mihi singula à Deo facta quantam habent miraculorum operationem ac admirationem: Vnde ex nihilo extantum est cælum in sublimi dilatatum? Vnde respenderit Sol, & creata est Luna, & astra? Ex qua primitiua materia accepta est terra ex nihilo facta? Et quibus naturis facti sunt motus? Vnde constitutus est totus mundus, qui ex nihilo à Deo productus est? Vnde habitum constitutio, quæ in momento cælum regit? Vnde culices & vermiculos Moses seruus Dei per præceptum Dei accepit? Quomodo virgam ligneam in serpente mutauit animarum ac reptantem? Vnde contigit manus Moysis, ut in niuem mutaretur? Sic etiam tunc voluit Deus d. incredule, pelliceas naturæ tunicas, absque animalibus, absque arte aliqua humana & multiformi cultu, & simul ut voluit fecit Adam & Eua, quemadmodum ab initio simul voluit, & mundus & omnia facta sunt. Et de his saepe diximus etiam in aliis locis, & superius, Et his quidè qui vident viuere, compendiosa est salus, & praua facile fides ab ipsis cōfutari potest. Qui verò salutis doctrinam suscipere nō vult, his ne totum æuam ad cōprobationem sustulerit, iusto semper existente auditu, instar aspidis aures obturantis, ut non admittat vocem incantantem.

*Veritas
carnis in
sinuatur.*

*Christus
non mori
tur.*

*Inepta in
terpreta
tio de tu
nicis pel
liceis.*

*Folia sicut
quomodo
tegebant
animam et
corpus.*

*Vnde
creata sy
dera.*

*Pelliceæ
tunicæ à
natura
animalia.*

tium, dum velut diuinus sermo ait, à sapiente incantatur. Filiis autem veritatis non parum, vt arbitror, vilis fuerit hic sermo, etiam si per longum hic mihi sit expositus. Deueniam porrò ad sermone[m] de resurrectione. Vbi enim eos qui opinionem tuam non intelligunt, seduxisti, subicis tu, ò vane operarie, & dicis, Quidam simpliciores putant impios resurrectionem nos assecuturos esse. Non enim hoc solum est in corpore, sed etiam animalcula ex nobis nascuntur, vt ita dicam, pediculi & lendes, quæ neque extra corpus sunt, neque à corpore reputantur. Et nemo vnquam requisit lendem ex corpore excretam ad habendum, sed potius ad perdendum, neque corruptionem ex ipsa generatam. Neque quispiam damnum duxerit, huius aut alicuius à nobis fluentis perditione: etiam si sic res se habeat iuxta tuam narrationem. Non enim à nobis hæc queruntur, neque Deus hæc ad nostri constitutionem induxit, sed instar sordis ex ipsa quidem veste existentis, verum ab ipsa ornatus gratia reiecta, reliquerit. Illud autem clarum est, quòd perfectam vestem, neque defectuosam, neque superfluam, ob bonitatem artis suæ opifex induxit: omnia enim ipse potest. Si verò non sic esset, ò tu qui ex multiplici verfugia mentem lætam habes, potuisset vtique Saluator noster & Dominus, filius Dei, qui propter omnem securitate[m] vitæ nostræ venit, vt spem nostram firmaret, & plurima in seipso expressit ad veritatis suæ erga nos cõfirmatione[m], potuisset in quâ patre ei⁹ deponere, parte[m] resuscitare, iuxta fabulosâ tuâ assertionem & vanarum ratiocinationu[m] tuarum, ò contetiose, collectione[m]. Ipse enim statim redarguens mores tuos, dicit: Nisi granum frumenti in terra lapsum mortuum fuerit, solum manet. Si verò lapsum mortuum fuerit, multa grana producit. Et quòd nam dixerit granum, cuius manifestum est. Et totus mundus confitetur, quòd de ipso dixerit, hoc est, de corpore carnis sanctæ, quam de Maria accepit, & de tota sua incarnatione. Labi autem, siue cadere, & mori (sicut cum dicit, Vbi cadauer, illic congregabuntur aquilæ) de tridua[n]a corporis sui dormitione dixit, velut etiam ipse confiteberis. Deitas enim ipsius somni ex pers, casus exors, insuperabilis ac immutabilis existit. Mortuum igitur est granum frumẽti, & resurrexit. Totum itaque granum resurrexit, aut pars ipsius resurrexit? Aliud granum ab eo quod erat, aut ipsum quod erat ad esse resurrexit? Quod corpus per Ioseph funebri ritu curatum in sindone & in monumento nouo positum resurrexit, omnino non negabis. Quem itaque resurrexisset nunciabat angeli mulieribus, vbi aiunt. Quem queritis, Iesus Nazarenus non est hic, surrexit, sicut dixit. Venite, videte locum, & intelligete facite Origenem, quod non sunt hic reliquæ sitæ, sed totus resurrexit. Et vt scias quòd totus resurrexit: Resurrexit, inquit, nõ est hic, quòd tuas nugas repelleret, quòd reliquæ ipsius non esset relicte, sed ipsum totum corpus, quòd clauis transfixum fuit, quòd hasta compunctum quòd à pharisæis detentum, quòd consputum fuit. Et quid opus est mihi multa dicere, ad nugatum in misero ac factuoso illo generatarum cõfutationem? Ergo sicut resurrexit, & suum corpus suscitauit, sic etiam suscitabit nos. Ex hoc enim monstrauit sanctus ille Apostolus spem nostram, vbi dixit: Quo modo dicunt quidam inter vos, quòd resurrectio mortuorum non est? Si autem resurrectio mortuorũ non est, ne CHRISTVS quidem resurrexit. Si verò Christus non resurrexit, inanis profectò est prædicatio nostra, inanis item fides vestra. Reperimur autem & falsi testes Dei, quia testificati sum⁹ quòd suscitauerit Christum, &c. Et postea infert dicens: Oporteret corruptibile hoc induere incorruptibilitatem, & mortale hoc induere immortalitatem. Et non dixit mortale solum, neque corruptibile solum, neque immortalem animam: sed corruptibile hoc, cum additione vocis Hoc: & mortale hoc, cum appositione vocis hoc: Ipsum igitur totum granum ipsius resurrexit, & non pars resurrexit, sed totum resurrexit, & non aliud granum præter id quòd erat resurrexit, sed ipsum quod cecidit in monumentũ totum resurrexit. Et vbi potest aliquid tua inaniloquentia? Duo enim grana nouit diuina scriptura releta. Vnum in Euangelio, alterum apud Apostolum. Et alterum quidem ad omnem certitudinem declarat ea quæ perfectè in ipso facta sunt, hoc est exemplar resurrectionis: hoc enim & docens & faciẽs Saluator, omnia ad confirmationem nostri operatus est. Dixit enim de grano, & quomodo suscitatur granum, vt fidem spei resurrectionis nostræ in veritate nobis confirmaret. Post hunc successit Apostolus, qui Spiritu sancto ductus, futuram sanctorum gloriam post resurrectionem nobis exponit, & post fructu[m] bonorum rursus per granum frumenti ostendit, contra incredulos præconẽ agens. At verò dices mihi, quomodo resurgent mortui, & quali corpore venient? Et dicit ad eum qui talia dicit: Stulte: qui enim omnino ambigit de resurrectione, stultus est, & despiens. Deinde dicit: Stulte, tu quòd seminas, non viuificatur, nisi mortuum fuerit. Et quòd seminas, non quòd nascetur corpus seminas, sed nudum granum, tritici videlicet, aut aliorum seminum, & nõ viuificatur, nisi mortuum fuerit. De⁹ autem dat ipsi corpus prout voluit, & vnicuique semini proprium corpus. Et vides quòd non mutatur corpus, nemo enim qui seminauit ordeum, querit frumentum, siue triticum. Neque qui seminauit melanthium, inuenit ordeum. Sed quòd seminatur, id ipsum est quòd suscitatur. Si vero etiã relictum fuerit ex ipso infernè in terra, & resurrexit ex ipso germen, hic quidem in hoc corruptibili frumento, & ad excretionem non veniente, id quòd relictum est, inutile est: quòd verò ex ipso suscitatur præstabile est. Voluit autem ostendere speciositate[m], propter incredulitate[m] eorum qui spem Dei nõ expectant. Reuera etenim granum frumẽti tenuissimum est. Vbi vero in tali grano minutissimo, & radices, & fundamẽta, & stipula, & genicula, & tot fistulæ, & capitella, & valuule, & culmi, & grana multiplicia: Quo vero clarius etiam dicamus similia his recenset, vn de Mosi filio lochabeth & Ambrã contigit vt pugeret petram per virgam, & produceret aquam ex materia desperata, & siccum in liquidum mutaret: vt percuteret mare, & diuideret ipsum in duodecim itinera in mari, suo iussu vt mutaret fluium in sanguinem? vt tot ranas in momento congregaret? vt vermiculos cnpas Aegyptiis immitteret? vt grandinem cum igne misceret: vt noctem nigram & caliginẽ obscuratam Aegyptiis induceret? vt primogenita

Ix corpo re humana no qua procedit.

Granum frumenti quod sit appellatũ

Annunciata ueritas de resurrectione Christi.

Expressa resurrectionis testificatio.

Grani in terra coniecti similitudo resurrectionem innuat.

Elegans obiectio de modo resurrectionis.

Responsio quesiti.

Mosis miracula.

mogenita occideret permortem? vt populum quem ipse regebat, per columnam ignis deduceret? vt panem angelorum detraheret precibus & oratione? vt coturnices immitteret, & tot millia virorum præceptum Dei saturaret: vt vocem Dei audiret? vt dignus fieret inter tot millia vocem Dei audire, & cum Deo conuersari? vt per quadraginta dies, totidemque noctes, non requireret necessaria iuxta formationis nostræ naturam? vt transmutaretur carne in claritudinem solis, ac radium lucidum, perstringentem populum? vt filii Israël in faciem ipsius oculos intendere non possent? vt manus carnea in niuem mutaretur: vt uberet terram hære quòd susciperet Core & Dathan, & Abiron & Annam? vt postremum audiret, Ascendo in montem, & illic morere, vt nesciat homo ipsius sepulchrum: significante diuina scriptura, corpus Mosi ab hominibus funeris ritu curatum non esse, sed velut cogitatio suggerit, ab angelis? Atque hæc omnia, dum adhuc esset ipse in hoc mundo, adhuc in animali hoc, ac simul spirituali perfectè factò. Hinc itaque accipiamus arrationem in exemplum perfectæ tunc gemitationis, quando impletur quòd dictum est: Seminatur in ignominia, resurgit in gloria: seminatur in debilitate, resurgit in potentia. Quomodo enim non fuerit debile quòd seminatur, & nescit vbi seminatur? Quomodo non ignominiosum fuerit, quòd in sepulchrum mittitur, & cui puluis iniicitur, & quòd lancinatur abiectiũque, & non sentit? Quomodo autem non gloriosum, quòd resurgit & in æternum permanet, & quòd in spe benignitatis Dei regnum cœlorum adipiscitur? vbi fulgebunt iusti velut sol, vbi erunt æquales angelis, vbi cum sponso tripudiant: vbi A postoli sedent super duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Israël: vbi accipient iusti quæ oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascenderunt, ea quæ præparauit Deus diligentibus ipsum? Nostra itaque resurrectio in Deo, & omnis hominis iusti ac iniusti, increduli ac credentes, ita vt alteri resurgant ad vitam æternam, alteri ad iudicium æternum. Et tace tu Babylon, vetus illa confusio quæ nobis renouatis compescere os tu Sodoma, & clamor ille multæ vehementiæ ad Deum ascendens. Veniet enim ex Sion liberator, vt auertat impietatem à Iacob, & buccinabit, & mortui resurgent, & nos rapiemur in occursum ipsi in aerem. Quemadmodum & præstantior beatus Methodius dixit: eadem verò ipsa etiam nos ipsi ædificantes apposuimus. Ex coniunctis enim vniuscuiusque dictionis lucrum videre datur. Sanctus equidem A postolus duorum modorum speciem diuidens in vnam spem contraxit ex hoc, Nos rapiemur in nubibus in occursum ipsius: vt ostendat reuera hoc corpus, & non aliud ad hoc. Qui enim rapitur, nondum mortuus est. Ostendens autem quòd non præuenimus mortuorum resurrectionem: vt quòd apud homines ambiguum est, Deo facile ac possibile esse demonstrat: Nos enim qui viuimus, non præuenimus eos qui dormiunt, & ipsorum resurrectionem, ostendit viuentes & qui rapiuntur, vt ex viuis ostendat quòd illorum corpora tota resurgent, & ex eo quòd illi viuos residos præcedent, potentiam Dei demonstrat. Et videte vos qui vitæ vestræ curam habetis, quòd omnes qui contra veritatem inuecti sunt, sibi ipsi iniusticiam attraxerunt. Quemadmodum etiam sanctus propheta Dauid dicit: Concepit laborem, & peperit iniquitatem. Omnis enim qui congregat sibi ipsi laborem alienarũ doctrinarum, sibi & creditibus ipsi parit iniusticiam. Lacum aperuit, & effodit ipsum, & incidit in foueam quam fecit. Cæterum si quis ad hæc omnia habet quòd contradicat, veniat coram Deo repugnans labori. Deus enim fortis non fatigabitur, neque sriet. Neque datur excogitare prudentiam ipsius per quam soluta corpora suscitatur, per quam perditum seruat, per quam mortuum viuificat, per quam corruptibile incorruptibilitatem induit, per quam granum lapsum in resurrectionem profert, per quæ seminata ac mortua ad ampliore[m] claritudinem ducit, renouans nos, velut in multis Scripturis habetur, in quibus resurrectio nostra insinuat. Dauid equidem in Psalmo de innoatione domus, velut Propheta expectans, & in Spiritu sancto videns futurum, contentantem de resurrectione dixit: Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me, renouans meam domum: hoc est, corpus collapsum, & non ex hilarasti inimicos meos super me. Et Solomon in Prouerbiis similiter ad preparationem illuc omnem spem parans, exhortatus est dicens: Para opera tua ad exitum tuum, exitum appellas, hinc discessum. Et parate, inquit, ad agrũ: simul ad omnes admonitione[m] extedẽs, qui in agris & qui in vrbib⁹, tũ cruditas mechanicas artes tractant, in quibus nulla operatio in agro requiritur. Vnde enim linificis & argenti fusoribus, poetis item ac scriptoribus preparatio ad agrũ: Comprehẽsim enim simul indiscriminatim vox hæc omnes allocuta vocauit, Para te ad agrum. Imò innuit, quòd omni homini, ciuili ac rurali, depositio corporis est ager, propter sepulturam & mortem. Deinde postea eãdem resurrectionis spem significans dicit, Et reedificabis domum tuam. Semel enim ædificata est in formatione in ventre, quando matres vnquamque nostrũ in formatione gestauerunt. Verum à terra est resurrectio, aut ab agro, quæ reedificatur propter illatam ipsi destructionem in sepultura ruina, velut etiam Saluator dixit Soluite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo ipsum, aut reedificabo ipsum: vt qui sapientia est, & prudentiam ipsius homines excogitare non possunt, per quam ex dubiis locis corpora nostra profert partim in cinerem dissoluta, partim in mari, & aliis à carniuoris auibus, aliis à feris bestiis, aliis à vermibus corruptis. Si enim ea ex nihilo fecit vt essent, quanto magis id quòd est, in proprium statum facile restituerit? vt iustum decernat iudiciũ, vt nõ aliud alio iudicet, vt ne id quòd laborauit, priuet. Si eni animæ est fructio, & regni cœlorum hereditas, traçter corpus quòd vult, in deliciis versetur Gedõ, ne frustra labore Ioannes, ex camelis indumentum habens: ne castipemus carnem in secessu vitæ, ne domemus corpora nostra in castitate. Si verò corpus particeps est, in conuersationibus, in castitate, in ieiunio & aliis virtutibus, non iniustus est Deus si priuet laborem fatigati, et non rependat mercedem corpori unã cum anima fatigato? Statim enim reperietur irritum iudicium. Si enim anima sola iudicium subire reperietur, contradixerit vtique, non ex me est, inquit causa peccati, sed ex illo corruptibili ac terreo

Corpus Mosi ignatur vbi quiescat.

vbi accipiant iusti mercedẽ.

Resurrectionis modi duo.

Sibi malè gignit qui peregrinis literis abducitur.

Resurrectionis testimonia.

Si ex nihil fecit omnia ex aliquo in resurrectione poterit hominem suscitari.

*Vrget ab
nocomodo*

*Sanguis
locutus.*

*Arrogas
sapiencia
Origenis.*

*Rana ru-
beta.*

*Myoxi ex
vipera in
teritus.*

corpore, scortari, adulterium committere, petulanter agere. Ex quo enim illud à me discessit, nihil ho-
rum à me perpetratum est: atque sic facile se defender, ac iudicium Dei dissoluet. Si verò corpus per
seipsum ante se statuerit Deus, potest enim hoc, velut etiam supra à me per Ezechielem declaratum est
etiam si propter parabolam res ea facta sit: at species ipsa ad allegoriam veritatis tunc impetrata perfe-
cta est. Quod congregatum est os ad os, & harmonia ad harmoniam, & cum ossa sicca essent, & non-
dum anima neque spiritus mouens in ipsis esset, statim coacta sunt corpora, & iuxta prophetæ verba fo-
lidata. Et si vult Deus, potest hoc facere vt adsint corpora, & absque anima moueantur. Quemadmo-
dum etiam sanguis ipsius Abel, cum corpus esset, & non anima post mortem loquebatur. Non enim a-
nima est ipse sanguis, sed corpus est quod apparet. At non poterit copus absque anima iudicari. Con-
tradixerit enim etiam ipsum dicens: Ego non peccaui, sed anima. Ex quo enim à me emota est illa, nõ
adulterium commisi, non scortationem peregi, non simulacra colui. Atque sic contradicet corpus iu-
sto Dei iudicio, & merito contradicet. Hac itaque de causa, & propter multa alia necessaria, Deus
per sapientiam suam mortua corpora nostra & animas ad regenerationem profert, in benignitatis
sue erga homines promissione, quo is qui fatigatus est in sanctimonia, totam bonam retributionem re-
cipiat: & hi qui vana operati sunt, similiter iudicentur, corpus vnà cū anima, & anima vnà cum corpo-
re. Cæterum sufficient hęc mihi aduersus vltro sibi sapientiam arrogantes Origenem, qui vanè sibi ipsi
Adamantii nomen imposuit: itēque aduersus ipsius absurditatem, & perniciosam doctrinam, con-
tra veritatem in multis fidei partibus malè ab ipso excogitatam. Præterita autē huius hæresi, deinceps
aliàs ò dilectissimi considerabo, Deum consueto more inuocans, vt nostræ tenuitati auxilium ferat, vt
possimus resistere aduersus omnem contra veritatem excitatam vanam vocem, ipsamque superare, iux-
ta ea quæ ab Esaia dicta sunt: Omnis vox quæ insurget contra te, omnes ipsos superabis. Ipsi verò rei-
erunt ob ipsam: quo sic in virtute Dei compromissum absoluentes, his qui hæc attenda mente versare
volunt, & ad veritatis exercitium ac sanationis pharmacum (instar antidoti, vniuersumque serpentis
ac venenum etiaculantis reptilis omnium scortarum & huius Origenistarum hæresi, instar ranæ ruberę
ex multo humore formata, quæ & turbationem facit, & magno strepitu vociferatur) resurrectionem
Domini velut potionem accipientes, lentum ac viscosum venenum eructemus, ranæ videlicet illius ru-
betæ & pessimi reptilis iniquitatē. Contigit enim ipsi & hæc affectio cum omnibus aliis affectionibus
Quare ob ipsum doleo & ingemisco, hei mihi quomodo læsus est, & quot alios læsisti. Velut ab horren-
da vipera commorsus à mundana doctrina, etiam aliis venenum factus es. Tradunt equidem naturæ
rerum experti myoxum latitare, & fœtus suos simul in eodem loco multos parere, quinque & amplius
Viperas autem in hos venari. Et si inuenerit totum latibulum ipsa vipera, cum non possit omnes deuora-
re, pro vna vice ad satietatem edit vnum aut duos, reliquorum verò oculos expungit & cibos affert,
excæcatosque enutrit, donec voluerit vnumquemque ipsorum deuorare. Si verò contigerit vt aliqui i-
nex perti in hos incidat, ipsosque in cibum sumant, venenum sibi ipsi sumunt, eos qui à vipera veneno
sunt enutriti. Sic etiam, ò tu Origenes à prædicta Græca doctrina mēte excæcatus, venenum
his qui tibi crediderunt, euomisti, & factus es ipsis in edulium venena-
tum, ita vt per quæ ipse iniuria affectus es, per ea plus
iniuria affecteris.

FINIS PRIMI TOMI SECVNDI
libri Epiphaniij
SECVNDI

SECVNDI TOMI SECVNDI LIBRI EPIPHANII,
aut Quinti iuxta Tomorum consequentiam, hæreses
quinque sunt, hoc ordine.

1. Pauli Samosatensis. Hic, parum abest, vt affirmet, posstore ac in agistro quoddam. Carnis resurrectionē reprobant. Vtuntur veteri ac nouo Testamēto, & confingens ita vt quæ de ipso in diuinis scripturis dicta sunt, prædicatorio more se habeant: ipse verò non existat, nisi à Maria, & hucusque ab aduentu suo in carne. nuptiis in totum interdicitur. Solitariam vitam de- gentes, & virgines, & continentes, & viduas suscipiunt. Pueros verò qui nondum ad ætatis vige- rem peruenerunt, regni participes fieri negant, eo quod nondum decerantur.
2. Manichæi, qui & Acuanitæ, Maius Persæ discipu- li, Christum figuram dicunt. Solem & Lunam colunt, a- stris item ac virtutibus & demonibus supplicat. Duo principia introducunt, malum & bonum, quæ semper existant. Christum autem in apparentia apparuisse di- cunt, & in apparentia passum esse. Vetus Testamētum & Deum qui in ipso loquutus est, maledictis impetunt. Mundum autem non totum, sed partem ex Deo factam esse decernunt.
3. Hieracita, ab hierate Leontopolita Aegypcio, ex- positore ac in agistro quoddam. Carnis resurrectionē reprobant. Vtuntur veteri ac nouo Testamēto, & nuptiis in totum interdicitur. Solitariam vitam de- gentes, & virgines, & continentes, & viduas suscipiunt. Pueros verò qui nondum ad ætatis vige- rem peruenerunt, regni participes fieri negant, eo quod nondum decerantur.
4. Meletiani in Aegypto secta sunt, & nõ hæresis: vt qui nõ cōmunes preces faciūt cū his qui in per- sequitione lapsi sūt. Nūc autē Ariani obiecti sūt.
5. Ariani, qui & Ariomanitæ, filii Dei creaturæ dicunt, & spiritum sanctum creaturæ creaturæ. carnē solū à Maria Saluatorē accepisse affirmāt, & nõ animam. erat autē hic Arius presbyter A- lexandrinæ ecclesiæ sub Alexandro episcopo.

Contra Paulum Samosatensem, hæresim LXV.

PAULUS Samosatensis appellatus his succedit, qui fuit post Nauatum & Origenem, qui de cæ Pauli Sa-
tero in hæresi numeratur, propter elationem, quam sibi ipsi attrahere voluit, & per fastuosas mosatē
nugas suas contra veritatem se effere: idque intelligentia ex diabolo immissa. Itaque iuge- hæresis 65
te ob ipsum oportet, velut qui reuera ex diabolo inuidia impedit, & ex alto cecidit. In ipso e- Origenis
nim impletur id quod dictum est: Inuidia improbitatis destruit bona, & cogitatio cōcupiscentiæ eruit taxatio.
mentem innocentem. Hic porro, qui nobis propositus nunc est Paulus Samosatensis, cuius nominis in principio mentionem fecimus, & hæresis ipsius expositionem instituiamus, ex Samosatis erat, quæ ciui-
tas sita est in partibus Mesopotamiæ & Euphratis. Hic hoc tempore in diebus Aureliani & Probi re- Aurelia-
gum, in Antiochia constituitur episcopus sanctæ catholicæ ecclesiæ. Elatus autem mente excedit a veri- nus &
tate, & renouauit hæresim Arceionis, qui quondam erat in principio ante multos annos, & extinctus Probus
est. Afferit autem hic, Deum patrem & filium & spiritum sanctum vnum Deum esse. In Deo autem Imperato-
semper esse ipsum verbum, & spiritum ipsius, quemadmodum in hominis corde est proprium verbum: res Rom.
non esse autem filium Dei in substantia, sed in ipso Deo. Quemadmodum etiam Sabellius, & Nauatus, & Noetus, & alii. Nõ autem æqualis illis hic est, sed alius ab illis. Venisse autem verbum, & inhabitasse in Iesu homine. Et sic, inquit, vnus est Deus, & non Pater pater, & Filius filius, & spiritus sanctus Spi-
ritus sanctus. Sed vnus Deus pater, & filius ipsius in ipso, velut verbum in homine. Nimirum ex his tes- timoniis hæresim suam proponens, ab eo quod dixit Moyses, Dominus Deus tuus, Dominus vnus est. Non autem asserit hic velut Noetus, patrem passum esse: sed dicit, Verbum venit & solum operatum Error de
est, & rediit ad patrem. Et multa est apud hunc absurditas. Videamus autem an huius impostoris ver- passione
ba consistant. Dicit enim quoddam dixerit, Ego in patre, & pater in me. Et nos dicimus ex patre Deum Ver- patris.
bum, & cum ipso semper esse ex ipso genitum. Sed non patrem dicimus absque Verbo in substantia ex-
istente. Sed Verbum patris vnigenitus filius Deus Verbum, velut dicit: Omnis qui constitetur me corā
C hominibus, confitebor & ego ipsum coram patre meo. At vox Me, & Coram patre meo, ostendit pa- Vana scri-
trem natura in substantia esse. Hi verò Iudæismum corruptentes, nihil amplius Iudæis habentes, se- pturæ in-
cundi Iudæi vocabuntur, & Samosatitæ, nihil aliud existentes, quàm nomine solum ex sua opinione telli gētia
prævalentes. Nam Deum ex Deo, vnigenitum filium & Verbum negantes illi, sunt quales & hi qui ip- Iudæi se-
sum in præsentia abnegauerunt, occisores Dei ac dominicidæ, & abnegatores Dei facti. Reuera autem cundi.
reuera etiā ipsi non duos dicim⁹ esse deos, neque deitates, sed vnā deitatem. Nā neque duos dicimus pa- Samosati-
tres, neque duos filios, neque duos spiritus sanctos, sed & patrem & filium & spiritum sanctum, vnā ta.
deitatem, vnā glorificationem. Hic verò non dicit solum Deum, eò quod fons sit pater, sed solum Deum, tollens quantum in ipso est filii deitatem & substantiam, itēque spiritus sancti habens autem
ipsum patrem vnum Deum, qui non generauit filium, vt sint duo imperfecta, pater & filius: pater qui-
dem qui filium non genuit, Verbum verò in fructuosum Dei viuētis, & veræ sapientiæ. Verbum enim
velut id quod in corde est, esse volunt, & sapientiam qualem in anima hominis vnusquisque habet,
sapientiam ex Deo adeptus. Quapropter vnā personam Deum vnā cum Verbo dicunt, velut vna
C personam est homo, & ipsius verbum siue sermo, nihilo plus quàm Iudæi (velut dixi) glorificantes, Persona-
reuerentur verum Euangelii sermonem dicentem, In principio erat Verbum, & Verbum erat apud rium con-
Deum, & Deus erat Verbum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum fuso.
est. Si enim in principio erat Verbum, & verbum erat aquid Deum: id quod erat non solum iuxta pro-
lationem est, sed secundum substantiam. Et si verbum erat apud Deum: non verbum est hoc, quod
apud ipsum erat, neque enim verbum est is apud quem erat. Si enim in corde habet Deus Ver-
P iiii

Hæresis ex falsa intelligentia Evangelii Iohannis.

Varietas translationum.

Angelorum creatio.

Exscriptura inueniri tempus creatiois angelorum.

Testimonium Iohannis Baptistæ de Verbo.

Vita ex Evangelio accipitur.

Contrarius arguitur.

bum, & non genitum, quomodo impletur, Erat Deus erat Verbum? Non enim hominis verbum homo est apud hominem. Neque enim viuit, neque subsistit. Verum corde viuente ac subsistente, motus est solus, & non substantia. Dicitur enim & simul euestigium non amplius est, sed prolatum manet. At verbum Dei, velut dicit Spiritus sanctus ex ore prophetæ, Verbum tuum in æternum permanet. Huic autem consonè Euangelista dicit, Deum confitens manifestatum & aduenisse, non simul assumens cum verbi incarnatione patrem, Verbum enim, inquit, caro factum est, & habitauit in nobis. Et non dixit, Verbum & Pater caro facti sunt, Et dixit, In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Et non dixit, In Deo erat Verbum. Et ut ne aliqui malignè opinentur, lucida & viuifica verba in suam ipsorum maliciam ac detrimentum tranmutantes (aliter enim atque aliter incumbit cor hominis diligenter ad mala à iuuentute) & incipiant dicere, Non dixit, In Deo erat Verbum, velut etiam tu dicis, sed apud Deum erat verbum. Ergo non est substantia patris verbum, sed extra Deum Verbum: rursum commonefacit corrigens filios suos veritas, redarguens mentes contra ipsam scortantes, & dicit ipse vnigenitus, Ego ex Patre exiui & venio. Et rursus, Ego in patre & pater in me. Ille verò in prophetis de Filio, non corporalem habens molem, sed spiritualem habens sermone, ad humanam naturam debilitatem descendens, quò per ea quæ inter nos fiunt, ad sensum declarat, quod ex ipso verè genitus est Deus ex Deo, Deus verus ex Deo vero, non extrinsecus existens, sed ex essentia ipsius, dicit in Dauide loquens: Ex ventre ante Luciferum genui te, velut Septuaginta interpretati sunt. Verum ut alii interpretes, Aquila quidem, Ex utero excitata infantia tue tibi ros. Symmachus verò, Velut diluculo roris iuuentus tua. Theodotion autem, Ex utero à matutino iuuentus tua. Quinta verò editio, Ex utero à matutino tibi ros in iuuentute tua. Sexta editio, Ex ventre quærent te ros iuuentutis tue. In Hebraico verò, Merem Mesaar lactal ledelecheth, hoc est, clarè & citra ambiguitatem, Ex vêtre ante Luciferum genui te. Merem enim, ventris est, Mesaar autem, matutinis omnibus, hoc est ante Luciferum. Lactal, & ante rorem puerum. Lelecheth, hoc est, genui te. Quæ ex sermone cognoscas, quòd Deus Verbum in substantia, ex patre natura genitus est, sine principio & sine tempore, antequam quicquam esset. Non enim Luciferum solum dixit stellam, & quidem quum multa sint sidera, & Sol & Luna in quarta die facta, mare verò & ligna ac fructus antea facta, firmamentumque terræ ac cœli, & cum his simul angeli facti fuerint. Nisi enim vnà cum cœlo & terra angeli quoque creati essent, non vtiq; dixisset ad Iob, Quando genita fuerunt sidera, laudauerunt me omnes angeli mei voce. Itaque ante Luciferum, quasi diceret, antequam esset quid, & creatum esset. Erat enim semper Verbum cum patre: per ipsum enim omnia facta, & sine ipso factum est nihil. Porro dixerit quis, Ostendisti angelos fuisse ante sidera, & vnà cum cœlo & terra hos factos esse dixisti, unde facis demonstrationem, dic nobis? Nunquid ergo ante cœlum & terram omnino creati sunt? Nusquam enim clarè indicat Scriptura tempus creationis angelorum. Et benè quidem ostendisti, ipsos fuisse ante sidera: nisi enim fuissent, quomodo laudassent Deum hymnis, ob siderum creationem? Nos equidem vniuersi quæ questionis inuentionem non ex propriis ratiocinationibus dicere possumus, sed ex Scripturarum conuentione. Clarè enim indicat diuina Scriptura, quòd neque post sidera facti sunt angeli, neque ante cœlum & terram, quum palam intransmutabile sit dictum hoc, quòd ante cœlum & terram nihil erat ex creatis. Nam in principio facit Deus cœlum & terram: ut principium sit, & nihil ex creatis ante hoc ipsum sit. Non potest igitur, velut antea dixi, verbum in homine homo vocari, sed verbum hominis. Si vero verbum Dei Deus est, non est sine substantia Verbum; sed in substantia Deus Verbum ex Deo genitum sine tempore, suo principio. Verbum enim caro factum est, & habitauit inter nos. Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, plenum gratia & veritate. Iohannes testatur de ipso, & clamat dicens: Hic est, quem dixi vobis, qui post me venit, ante me fuit, quia prior me erat. Hic venit in mundum, ut mundus per ipsum saluus fieret. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus ipsum non cognouit. Vides vnigenitum Verbum? Vides in mundo completum inter homines, & plenam habentem gloriam vnigeniti à patre? Non quòd pater sit Verbum, non quòd pater vnà cum Verbo coniunctim apparuerit, quemadmodum homo vnà cum verbo suo apparet, & verbum ipsius apparere non potest, nisi additis qui verbum loquitur. Cui itaque credam? Cui assentiar? A quibus accipiam vitam in disciplinis? A sanctis Euangelistis, & Spiritu sancto plenis, qui Verbum à patre missum dicunt, aut à Pauli Samosatensis sectatoribus, qui Deum cum Verbo, & Verbum cum Deo esse dicunt? qui vnam personam patris ad Verbum, & Verbi ad patrem decernunt? Si autem est vna persona, quomodo alter mittit, alter verò mittitur? Emitit enim, inquit Propheta, Verbum suum, & liquefacit ipsa. Flabit spiritus eius, & fluent aquæ. Et rursus: Ego exiui ex patre, & venio. Et, Viuo ego, & viuit in me, qui misit me pater. Quomodo igitur mittitur, qui missus est, & per carnem apparet? Deum enim nemo vnquam vidit. Vnigenitus Deus, qui est in sinu patris, ille narravit. Et ait, Vnigenitus Deus: Verbum enim est ex patre genitum. Pater autem non est genitus: & propterea vnigenitus est Filius. Anticipauit enim diuina doctrina suam veritatem, propter suam prænotionem, ad animarum nostrarum securitatem. Quandoquidem enim sciebat Samosatensis illius dementiam, et peruersam Ariænorum opinionem, et eorum qui inæqualitatem docent, malignitatem, et Manichæorum ruinam, et cæterarum hæreseon fraudulentiam: dicit de vnaquaque dictione securos nos reddidit diuina Scriptura. Patrem etenim non dicit vnigenitum. Quomodo enim sit vnigenitus, qui non est genitus? Filium autem vnigenitum appellat, ut ne filius putetur pater, et vt ne velut verbum in corde hominis assimilatur Deus Verbum. Si enim verbum dicitur, propter talem vsam dicitur, vt ne putet quis alienum esse ab essentia Dei patris. Et non amplius est Verbum sine substantia, sed in substantia, propterea quod est vn-

A

B

C

D

est vnigenitus plenus gratia & veritate. Et vides quod sint ad securitatem nostræ vitæ. Hoc itaque dictum, Deum nemo vnquam vidit, vt inuisibilitatem patris indicaret, ipsiusque deitatis, & vt suam deitatem per carnem apparentem confirmaret. Quòd verò alia vltra hæc quis colligere possit, quæ pro nobis faciunt aduersus Samosatensis dementiam? Si enim erat in Patre velut verbum in corde hominis, quomodo accessit ex propria sententia loquutus? Ipse enim ad discipulos suos loquitur, ac dicit: Qui vidit me, vidit Patrem, Et nõ dixit, Ego sum pater: Sed vox Me, in Patre significat. Et non dixit, Ego sum ille: sed, Ego veni in nomine Patris mei, & ille est qui testatur de me. Et rursus de Spiritu sancto: Alium paracletum vobis mittam. Vide voces Mittam, & Alium, & Ego, vt ostendat patrem in substantia esse, & spiritum sanctum in substantia. Ille enim me glorificabit, de Spiritu sancto loquens, quia de meo accipiet: & quem dicit cum qui ex patre procedit, & qui de meo accipiet. Sed & alibi inquit: Duo testimonia hominum stabilia erunt: & Ego testor de meipso, & testatur de me qui misit me pater. Quot verò sunt alia totidem, & vltra hæc? Ecce enim, inquit, gratias ago tibi pater Domine cœli & terræ, quòd abscondisti hæc à sapientibus ac prudentibus, & reuelasti ipsa paruulis. Etiam pater, quia sic fuit bona voluntas tua coram te. Omnia mihi tradita sunt à patre meo, & nemo nouit filium nisi pater: & pater nemo nouit nisi filius, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus verò Euangelii doctrinam resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, & omnium hominum pessimè, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatum inuouationem excinderet. At vide rebellantem semper humanam naturam diabolum, quid in ipsam inuenit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes di

Tres per-
sonae in se
perfectae.

Filius, perfectus Spiritus sanctus. Ego enim in patre, non sicut Verbum in corde hominis. Sed patrem nouimus, qui intelligitur cum filio, & filium ex patre genitum. Et non sic, quod in homine velut in domicilio venerit diuinum Verbum, & quod postquam natus fuit, Verbum in ipso conspectum sit, & rursus in Deo sit supernum, velut in corde hominis verbum. Haec enim diabolicae insaniae sunt, & omnis abnegationis Dei characteres habent. Porro pauca haec aduersus huius recte se habere putauimus: non enim ad qua est horum potentia, & quae non possit non ab omnibus intelligentia praeditis subuerti. Quapropter cum & radices spinatum huius per praedicationem ac sententiam veritatis exciderimus, & venenum, ut ita dicam, extinxerimus, & virus huius ostenderimus, auxiliatorem innocentes Patrem cum Filio reuera existentem, & Filium reuera in substantia genitum, & sanctum ipsius Spiritum, Spiritum in substantia existentem, & salutarem dispensationis mysterii incarnationis: postquam per trophaeum contra moitem, cruce inquam, caput huius nouorum Iudaeorum quaestiones confregimus, ad sequeutes dilecti transueamus. Dryinas equidem serpens quidam est ita appellatus, qui sanè similis est huic heresiacae. Sicut enim dryinas dicitur quidem esse serpens, verum iuxta herbas & quercus frequentissime latibula sua habet, quapropter etiam dryinas vocatur, & quod quercum arborem amat, & foliorum delapsum viriditati ac palliditati ipse in medio ipsorum frus seipsum assimilat. Non autem vsque ad dedigentem dolorem hoc animal in fert, verum si is perseueret, mortem inducit. Ita etiam hic & heresis ipsius se omnibus numeris assimilat, ut qui nomen quidem Christi induit, Iudaeorum vero opinionem elegit. Verbum Christum confitens, non esse autem hoc statuens, & inter vulgus triumphum ducere non erubescit. Cuius apparentem doctrinam, verum errorem existentem, cum per calcamentum Christi concalcauerimus, & per scalpellum medicum Euangelii commotos lancinauerimus, & venenum ab ipsis exuerimus, ad reliquarum enarrationem, velut dixi, veniemus.

Cuiuslibet
personae in
trinitate
veritas
Dryinas
serpens.

Contra Manicheos, haeresim L XVI.

Manicheo-
rum haere-
sis 66.
Acuanite
Aurelia-
nus rex.
Manis ap-
pellatio.

Manichaei, etiam Acuanitae appellantur, propter quendam veteranum, a Mesopotamia progressum Acyan appellatum, qui huius veneni tractationem in Eleutheropolim intulit. Hi iuxta illud vitae suae tempus magnum mundo malum praedicauerunt, post Sabelli insolentiam. In temporibus enim Aureliani regis hi fuerunt, circa quartum annum regni eius. Est autem haec haeresis multum diuulgata, & in multis terrarum partibus decantata, quae ex Mane, velut dixi, initium dilatarionis suae per terram accepit. Hic verb Manes ex Persarum terra originem duxit, Cubricus primum appellatus, sed qui sibi ipsi Manis nomen imposuit: ex diuina fortassis puto dispensatione furiosum sibi ipsi nomen attrahens. Et velut ipse putabat iuxta Babyloniorum linguam Vasis nomen sibi indidit. Manes enim Babylonica lingua vas significat. Verum velut veritas declarat, Insania cognomen sibi adoptauit, quam Maniam Graeci appellant, propter quam miser ille furis concitus malam doctrinam in mundum disseminauit. Erat autem hic Cubricus viduae cuiusdam seruus, quae sine liberis defuncta, pecuniarum incomparabilem vim ipsi reliquit, aurique ac argenti, & aromatum & aliarum rerum. Sed & ipsa haereditatis successione habuit ex Terbintho quodam, qui & ipse seruus fuit, & Budda transnominatus fuit Assyriorum lingua. Fuit autem hic seruus Scythiani cuiusdam ex Sataenia oriundi, verum in finibus Palaestinae, hoc est in Arabia nutriti. Hic Scythianus in praedictis locis Graecorum lingua eruditus, in ipsarum literarum doctrina magnus euasit circa vanam mundi sapientiam. Quam autem semper proficereceret in Indorum regionem, mercimoniorum gratia, magnum mercium quaestum fecit. Vnde multa bona in mundo acquisiuit, & per Thebaidem petrastransit. Portus enim rubri maris diuersi sunt, ad oculo Romaniae discreti. Vnus quidem ad Ailam, qui est in sacra scriptura Ailon: vbi aliquando naus Solomonis per tres annos penetrans, attulit aurum & dentes elephantinos, aromataque ac pauones, & alia. Alter vero portus ad Castrum inundationis. Tertius autem supernè ad Bernicem appellatam, per quam Bernicem ad Thebaidem feruntur. Et species ab India venientes illic in Thebaidem diffunduntur, aut ad Alexandrinorum ciuitatem, per Chrysoeum fluuium, Nilum, inquam, qui & Geon in scripturis appellatur, & amplius ad omnem Aegyptiorum terram, & ad Pelusium feruntur, & sic in alias regiones per mare penetrantes hi, qui ab India veniunt, ad Romaniam perueniunt. Haec mihi historiae gratia ad verbum tradere cura fuit, ut & radicem vniuersaeque argumenti non exortes sint, qui haec adipisci ac legere volunt. Oportet enim eum qui narrationem aliquam aggreditur, pro viribus ipsam tractare, & ex radice introductionem facere: vnde etiam veritas comperitur, etiam si is qui dicit, careat orationis ornatu, & dicendi sua uiloquentia, quod ex vera historia id quod quaeritur, intelligentibus demonstratur. In principio itaque hic Scythianus multis diuitiis elatus, & vngentorum ac condimentorum possessionibus, aliisque quae ex India esseruntur, vbi venisset in Thebaidem, ciuitatem altam ita appellatam, & inuenisset mulierculam perniciosissimam, ac corporis pulchritudine conspicuam, & quae ipsius stulticiam admiraretur, abduxissetque ipsam de lupanari, in comitum enim turpitudine talis proficabar, additus est mulierculae, & liberatam ipsam in nuptias sibi coniunxit. Post multum vero temporis progressum propter excellentem voluptatem qua frucebatur, non tulit sceleraui ille, sed velut ociosus & malis aduersus, ex superflua deliciarum abundantia, deinceps aliquid nouum in vitam proferre cogitauit, & ex suo ipsius instinctu talia verba effinxit, non ex diuina scriptura & sancti Spiritus voce excogitata, sed ex misera humana natura ratiocinatione dicens: Quae ratione inaequalia in tota definita creationis amplitudine habentur, nigrum & album, fuluum & pallidum, humidum & siccum, caelum & terra, nox & dies, anima & corpus, bonum & malum, iustum & iniustum, quam

Saracenia.
Indorum
mercimo-
nia.

Romania

Scythianus

Blasphemia in
spiritum san-
ctum.

B

C

D

quam quod omnino haec ex duobus quibusdam consistunt? At diabolus in mente ipsius sedem firmavit ipsumque contra humanam naturam militans, horrendam hanc opinionem amplius concipere fecit, ut cogitaret, quod non est, & quod est non agnosceret, quo bellum quoddam in mentibus seductorum constitueret his, qui putant esse quid post eum qui est, & ut ita dicam, ex duabus radicibus, aut duobus principibus omnia effici, id quod improbisimum omnium ac impientissimum est. Verum de hoc rursus dicam. In his praedictis Scythianus mente excaecatus, occasioneibus ex Pythagora acceptis, sic sensit, & libros quatuor sibi ipsi formauit: quorum primo Mysteriorum nomen imposuit, secundo Summarum, tertio Euangeliorum, quarto Theaurorum. In quibus aequales & aequivalentes duorum principiorum coniungens personas in vnoquoque argumento, sic suspicabatur miser ille, & sic circa hanc partem imaginabatur, velut qui magnum quid vitae excogitasset. Et reuera magnum malum vitae suae ac ab ipso seductorum excogitauit. Cum autem vir in his esset, audiuissetque quomodo Prophetae & Lex de mundi constitutione dixissent, & de vno ac monarcha semper existente & non desinente esse Pater, ac de ipsius Filio, ac sancto Spiritu, voluit ampliore quadam in ductus voluptate, & in priuata mente sua irridens, & graues cachinnos in seipso habens, proficisci Hierosolyma, circa tempora Apostolorum: nimirum velut illic facturus sermonem apud eos, qui de Monarchia praedicarent, & de creationibus Dei docerent. At miser ille cum ascendisset, opponere se incepit aduersus presbyteros, illic secundum legem Dei Mosis datam, & in prophetica singulorum prophetarum doctrina viuentes. Nempe, Quomodo dicitis vnum Deum, qui fecit noctem & diem, carnem & animam, siccum & humidum, caelum & terram, tenebras & lucem? Illi vero clare ostendebant, non enim occultatur veritas. Hic vero contradicere non erubuit: & cum nihil efficere posset, tamen impudenter segnicie ferebatur. Vbi autem nihil perficere potuit, sed victus abiret, rem aggressus est per magicos quos habuit libros. Nam & praestigiator erat ex Indorum ac Aegyptiorum & vana ac fabulosa gentium sapientia, & horrenda ac perniciose incantamenta conatus, imaginationem quandam super domum conscendens exercuit, & tamen nihil efficere potuit, sed de domo delapsus, sinem vitae sortitus est. Multos porro annos isthic contriuit, discipulum autem vnum solum secum habuit praedictum Terbinthum, cui etiam sua credidit velut fidelissimo, & qui ex beneuolentia ipsi inseruit. Qui sanè, mortuo Scythiano, funus ipsius curauit benignissimè. Et cum ipsum sepe sepe considerat secum num ad mulierculam resisteret, quae iam a scortatione aut captiuitate Scythiano coniuncta erat. Verum aufugit acceptis omnibus quae habebat, auro & argento & aliis, in Persarum regionem, nomine suo immutato, ut ne deprehenderetur, pro Terbintho Buddam seipsum appellans. Hic autem rursus malam habuit haereditatis successione, quatuor libros Scythiani, & magiae ac incantationis studia: erat enim & ipse in literis diligentissimè eruditus. Vbi vero & ipse in Persarum regione degeret, & ad anum quandam viduam delatus esset eum qua vivebat, apud aeditos Mithrae numinis & apud sacerdotes simulacri, prophetam quendam Parcum & Labdacum, quaestione de duobus principibus proposita, cum non posset ne apud simulachrorum quidem cultus praedices sententiam suam asserere, sed confutationem ac confusionem ab ipsis auferret, similiter velut praedictus Scythianus eadem sentiens, super domunculam quandam ascendit, incantamentum videlicet quoddam exercere volens, & ab Angelo deturbatus concidit: atque sic mortuus est, propter eam quam aggredi voluit magicam operationem. Anus vero illa corporis ipsius funere curato, pecuniarum ipsius possessionem adeptus est. Et cum non haberet filium, neque aliquem cognatione coniunctum, multo tempore sic mansit. Postea vero emptum Cubricum, qui & Manes dicitur, sibi in ministrum assumpsit, & moriens malam hereditatem ipsi reliquit, velut venenum ab aspidem relictum in multorum corruptionem ac interitum. Rursus itaque Cubricus seipsum Manem appellans, inter ipsos debebat, & inter ipsos disputabat. Et quum nemo ipsi fidem haberet, sed audientes Manichaei, doctrinam aegre ferrent, & omnes ob inuentionem & horrendum fabulamentum ac vanam fraudem abalienarentur, ipse videns propriam versuriam confictorum sermonum subuerti, mente elatus excogitabat sibi ipsi occasionem quandam, per quam proprium figmentum horrendae suae doctrinae confirmaret. Et cum fama percrebuisset, quod filius regis Persarum in morbum quandam incidisset, & decumbebat ille in regia Persidis ciuitate: non enim illic Manes debebat, sed alibi procul a regia vrbe praepropterea malicia caciens: & putaret se ex libris domini sui Terbinthi, siue Buddae, successoris Scythiani, curationes aliquas efficere posse in filium regis, proficiscitur ex proprio loco, eoque delatus ad detur de seipso indicat, auxilium se laturum esse promittens. Verum non successit praestigiatori spei imaginatio. Excidit enim a spe, cum species quaedam medicamentaria aegroti regis filio exhibuisset. Tandem itaque in manibus ipsius adolescens moritur, ut omnes ipsius promissiones vanae ac mendaces redarguerentur. Hoc autem vbi sic euenisset, praepropterea regio in carcerem conuicitur. Non enim statim Persarum reges poenas sumunt de his, qui maiora delicta ac culpas in se admiserunt, sed ampliora quaedam mortis suffragia colligunt, & tormentis captiuos afficiunt. Et haec quidem sic transacta sunt, permanitque Manes, qui & Cubricus, in carcere degens, & a propriis discipulis visitabatur. Iam enim circulator ille exercitum, ut ita dicam, sibi congregarat, quos sanè discipulos vocabat, numero circiter duos & viginti. Ex quibus tres delegit, Thomam quendam appellatum, & Hermeam, & Addam, cum de sacris libris in Iudaea & toto mundo, de Christianicis, inquam, Legisque ac Prophetis, Euangelisque ac Apostolis audisset. Dato itaque praedictis auro, in partes Hierosolymorum ipsos misit. Hoc autem fecit priusquam in carcere concluderetur, quado aduersus multos disputans, proprium dogma confirmare non valuit. Cum autem audisset de nomine Christi & seruorum eius, Christianorum inquam, statuit sub nominis Christi argumento seductos decipere. Illi vero digressi, libros emerunt, non enim cunctabantur. Cum autem non deprehenderent

Scythiani
libri qua-
tuor.

Caro in
rebus diui-
nis cacu-
tit.

Contra di-
ctio mundi.

Benigni-
tas in se-
pultura.

Emptum
malum in
sui perni-
ciem.
Haeresis
initio res-
puitur.

Manes ca-
ptiuus.

Libri de-
pravatur
ab heresi-
cis.

derent ipsum in libero aere, sed in carcere, ed ingressi libros ipsi ostendunt. Ipse vero acceptos per-
secutus maliciose pervertit, suo mendacio ad veritatem adiuncto: ubi invenit personam verbi, aut ap-
pellationem sententiae suae similitudinem efficere potentem, atque hinc deinceps signum suum cor-
roboravit. Sed & interea argentum precibus collectum multum in carcere dedit, & fugitivus discessit,
relictaque Persarum regione, Romaniam adiit. Cum autem iam in medio Persidis ac Mesopotamiae ef-
set, circa solitudines adhuc consistens, audiit de magno quodam viro summa pietate praecellenti, no-
mine Marcello, in Caschara Mesopotamiae civitate habitante, qui erat vir per omnia Christianus, & in
iusticiae operibus admirandus, viduis ac pauperibus pupillisque ac egenis suppeditans, cogit atque
sibi adiungere virum: quod si hunc subditum adeptus esset, per ipsum non solum Mesopotamiae, sed etiam
rotius regionis ad Syriam ac Romaniam imperium obtinere posset. Scribit autem ipsi epistolam per
Tyrbonem quendam discipulum suum, ex sinibus Strangae fluvii, ex castello Arabionis appellato. Ea
epistola haec continuit, & haec accepta lege, studium improbitatis huius impostoris.

Epistola Manichaei ad Marcellum.

Manichae-
us Iesu A-
postolus
expressum
ptione.

Manichaeus Apostolus Iesu Christi, & qui mecum sunt omnes sancti ac virgines, Marcello filio di-
lecto gratia, misericordia, pax a Deo patre, & Domino nostro Iesu Christo, & dextera lucis con-
feruet te ab instante seculo malo, & accidentibus ipsis, & laqueis diaboli. Amen. Cum dilectionem
tuam maximam esse perceperim, valde gaudens sum: fidem autem non esse iuxta rectam rationem, indi-
gnè tuli. Vnde ad humani generis correctionem missus, parcensque his qui fraudi & errori seipos ex-
posuerunt, has ad te literas mittere necessarium duxi: primum quidem ad salutem animae tuae, deinde
etiam eorum qui tecum sunt, ad hoc ut ne indiscretam habeas cogitationem, velut simpliciorum duces
docent, dicentes, bonum & malum ab eodem ferri, & unum principium introducentes: non discernentes
neque dirimentes a luce tenebras, & bonum a malo ac pravo, & externum hominem ab interno, ve-
lut antea diximus, sed alterum cum altero confundere ac permiscere non cessant. Tu vero, o fili, non si-
militer ut multi homines, citra rationem ac simpliciter utraque prout contigerit unias, neque bonitatis
Deo attribuas. Principium enim & finem, & horum malorum patrem ad Deum referunt, quorum fi-
nis maledictioni propinquus est. Neque enim dictis a Domino, ac salvatore nostro Iesu Christo Euan-
gelis credunt, quod non potest arbor bona malos fructus ferre, neque arbor mala bonos fructus face-
re. Et subit animum meum admiratio, quomodo Deum, Satanam & malorum ipsius operum creatorem
& opificem dicere audent. Atque utinam hucusque saltem inanis labor ipsorum processisset, & non vi-
nigenitum, qui ex sinibus patris descendit, Christum, Mariae mulieris cuiusdam filium esse dixissent,
& ex sanguine ac carne, & reliqua foeminarum graueolentia natum esse. Et ut ne multa per hanc epi-
stolam scribens, mansuetudinem tuam in longum tempus suspendam, cum naturalem eloquentiam
non habeam, his contentus ero. Totum vero cognosces, praesente me apud te, siquidem salutis tuae ad-
huc curam geris. Neque enim laqueum cuiquam in initio, velut plerique imprudentiores faciunt. Con-
sidera ac illustri vir, admirabatur & obstupescere. Contigit enim ut Archelaus vrbis episcopus illa die
domi cum ipso esset, qua Manichaei epistolam servus ille Dei in manus accipiebat. Archelaus autem
cognita causa, & lecta epistola, fremebat dentibus velut leo rugiens: & zelo Dei assumpto, conabatur
potius proficisci usque ad ipsum, & comprehendere talem velut extraneum ex Barbaris, vnde etiam co-
riginem ducebat, & ad filios hominum perdendos insurrexerat. Prudens vero Marcellus episcopum
quidem mitigavit, Tyrbonem autem admonuit ut iter repeteret ad Manem in castello Arabionis, ubi
Tyrbonem expectabat. Est autem hoc propugnaculum in medio Persarum ac Mesopotamiae. Verum
is recusavit abitionem ad Manichaeum. Itaque Tyrbone non coacto, mittit quendam ex suis curforem,
hanc epistolam ad ipsum scribens.

Impium
de nativi-
tate Chri-
stidogma.

Indigna-
tur, lecta
epistola.

Epistola Marcelli ad Manichaeum.

Compla-
centia in
malis.

Marcellus vir illustris, Manichaeo per epistolam indicat gaudium. Epistolam quidem a te scriptam
accepi. Tyrbonem autem pro benignitate mea excepi. Verum literarum sententiam nequaquam
cognovi, nisi tu accesseris, & singula interpretatus fueris nobis ad verbum, quemadmodum per episto-
lam promissisti. Valete. Haec ubi legisset Manes, perpendebat secum, non bonam esse Tyrbonis istic de-
tentionem. Saepè vero decipiebant ipsum alia quae praeter praesentem statum cogitabat, mentis suae cer-
tificandae gratia. At tamen accepta per epistolam occasione, velociter ad Marcellum venit. At episco-
pus Archelaus cognito accessu ipsius, habens in seipso cum doctrina etiam fidei feruorem ac amula-
tionem, volebat, si id possibile fuisset, statim virum velut pardalim aut lupum, aut aliam quandam fer-
ram bestiam captam morti tradere, ut ne talis ferae incurfu pecora corrumperebatur. Marcellus vero
magis cupiebat ut per longanimitatem ac patientiam malorum disputatio aduersus ipsum ab ipso fie-
ret. Hic autem quum iam didicisset sententiae Manis totum argumentum: exposuerat enim ipsis Tyr-
bon, tum ipsi, tum Marcello, totam haereseos vanitatem. Quod Manes introducat duo principia prin-
cipio carentia, semper existentia, & nunquam deficientia, eo quod sint inter se opposita: & alteri quidem
imponat nomen, lux & bonum: alteri vero tenebras & malitiam: ut sit Deus & diabolus. Aliquando
autem deos etiam ambos vocat, Deum bonum, & Deum malum. Esse autem & constare ex duobus his princi-

Principia
veru duo.

principii vniuersa. Et alterum principium bona omnia facere, alterum similiter mala. Habere au-
tem in mundo haec duo principia substantias. Et alterum quidem principium fecisse corpus, animam
verò esse alterius. Eandem deinde esse animam in hominibus, & in omni animali, & in volatilibus &
reptilibus, ac reliquis bestiis: & non in his solum, sed etiam in plantis: vitae humorem motum animae ef-
ferens, quem etiam in hominibus esse dicit. Sed & aliam quandam fabulam fingens ac docens
asserit. Edentem carnes animam edere dicit, & esse ipsum reum ut & ipse talequid fiat: veluti si porcum
comedit, ut porcus rursus fiat, aut taurus, aut auicula, aut aliquid ex eduli creatura, quapropter ab ani-
matis abstinere iusti. Et si quis, inquit, plantauerit ficum, aut oleam, aut vitem, aut morum, aut persicam
etiam ipso mortuo anima eius ligatur in ramis arborum quas plantauit, & transcendere non potest, Et
si quis, inquit, uxorem duxerit, etiam ipse post discessum ex hac vita in aliud corpus transit, & sit mu-
lier, quo etiam ipse nubat. Et si quis (inquit) occidit hominem, aut asinum, aut aliud animal, post dis-
cessum a corpore statim conuertitur anima ipsius in occisi corpus, aut in murem, aut in serpentem. Aut
tale quid omnino futurus est, qualia occidit. A serebat autem rursus, quod sapientia superna boni Dei
consultans secum animam in omnibus diffusam (esse dicit enim ipse & qui ab ipso sunt. Ma-
nichaei, animam partem Dei & ab ipso auulam) in captiuitatem principum oppositi principii ac ra-
dicis, in corpora coniectam esse iuxta hunc modum inquit, eo quod ipsa cibus est hominum qui ipsam
rapuerunt, & robur exhibent iisdem, qui in corpora diuiserunt, huius gratia, inquit, praedicta sapientia
luminaria haec locauit in caelo, Solem & Lunam, & astra, artem hanc operata per duodecim elementa
quae Graeci asserunt. Atque haec elementa confirmat sursum trahere animas morientium hominum &
aliorum animalium, lucidas existentes, ferri autem ipsas ad scapham: nauigia enim vult dicere Solem
& Lunam: & paruum quidem scapham, siue nauim onerari usque ad quindecim dies plenitudinem
Lunae, & sic transmitti a quinta decima die, in magnam vim, hoc est Solem. Solem vero magnam illam
nauem traicere in vitae seculum, & regionem beatorum, & sic animas per Solem & Lunam transmissas
verum de his qui vanitatis ipsius cognitionem habent, dicit purgatas, dignas fieri hoc traicere ab ipso
conficere. Rursus vero tradit animam non seruari, si non quis cognitionis eiusdem particeps sit. Et ma-
gna est huius fabulamenti tragedia. Cum autem haec ita se haberent, & Archelaus opinionum illius
refutationem comprehendisset, paratissimusque esset tum ob multiplicem scientiam de Deo, tum ob eam
quam acquirerat a Tyrbone, a quo omnes viri illius praestigias exactè didicerat, ecce Manes adest cum
viris, quos secum ducebat. Statim igitur veniunt ad publicam disputationem in ipsa vrbe Caschara,
prius iudicibus delectis ad quaestiones ipsorum discussione, Marfino externa doctrinae philosopho, Clau-
dio medico & sophista, Aegialeo natura Grammatico, & Cleobulo sophista. Et cum multa verba di-
cta essent ex utraque parte, ipso Mane fabulosam doctrinam praetendente, Archelaus vero velut forti
armigero, propria sua virtute aduersariorum tela excutiente, tandem victus est Manes, & iudicium iu-
dicio veritas brauium tulit. Id quod mirum non erat, cum per se consistat veritas, & subverti non pos-
sit, etiam si iniquitas per impudentiam inducta veritatis firmitati se opponat, cum mendacium non ha-
beat substantiam neque fundamentum, quemadmodum & umbra tenebrarum, & lubricus gressus ser-
pentis, & inualidum pedum fulcimentum. Hinc itaque Manes aufugit, populo volente ipsum lapidibus
obruere: & nisi Marcellus interuenisset, & reuereda persona sua populum placasset, iam dudum miser
ille mortuus esset. Digressus autem hinc, venit in pagum quendam Cascharorum Diodoridem appel-
latum, in quo Tryphon quidam mansuetissimus illo tempore eius presbyter erat: quem ubi accessisset
Manes, rufus turbas ciebat, placens sibi ob deprehensum virum, bonum quidem in ceteris ac pietate
admirandum, verum eloquentia pauperem: sed & in his non valuit illudere Christi seruo, ut vel speraue-
rat. Deus enim semper sperantibus in ipsum dona ex Spiritu sancto suppeditat ac parat, velut etiam
promissit mentiri necius, Ne sitis solliciti quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiri-
tus patris mei qui loquitur in vobis. Hinc igitur rursus volente illo disputare aduersus Tryphonem pres-
byterum, & ipso in multis contradicente, & ad Archelaum de hac re scribente, quod vir quidam venis
set eò, velut lupus rapax, & qui ouile perdere conaretur. proinde rogo, scribe mihi quid aduersus hunc
facere oporteat, aut quibus rationibus improbae doctrinae contradicam. Et si quidem ipse dignatus fue-
ris accedere, a solitudine liberabis ouile Christi, & pecora ipsius. Archelaus autem misit ad ipsum
duos libros, per quos ex facili Mani resisteret, significauitque ipsi ut aduentum ipsius expectaret. Ma-
nes vero in medium pagum diluculo progressus, prouocat Tryphonem ad disputationem. Tryphone
autem compare, ac respondente ipsi ad verbum aptè ad ea quae petebat, iuxta datam ipsi a Deo intel-
ligentiam, perstringenteque impostorem placide quo dammodo, in quibus sibi ipsi non integre con-
stabat: profilit Archelaus velut fortis pater familias suorum curam gerens, & cum fiducia praedam ab-
ducere conantem aggredis fremebat. Statim autem ubi vidit Manes Archelaum, blande ex simula-
tione dixit: Sine me aduersus Tryphonem disputare, excedit enim me tua dignitas propter episcopa-
tum. Hic autem confutato ipsius sermone, ipsoque simulatore declarato, ipsum compescuit. Cum au-
tem prolato ab ipso sermones soluisset, rursus ipsum in confusionem adduxit, ut ne os quidem aperire
posset. At populi rursus zelo commoti, scelestum illum interficere conabatur. Verum fuga elapsus Ma-
nes, in praedictum castellum Arabionis rursus se recipit. Hinc vero ubi cognouisset rex Persarum Ma-
nes refugium, misit eò suis captum ipsum in praedicto castello ignominiose in Persidem pertraxit, &
cutem ipsius harundine excoriari iussit, & sic de ipso poenas sumpsit. Vnde & excoriatum harundine
vitem ipsius paleis expletum, eum hodie in Perside habent. Atque sic vitam finiunt. Quapropter ipsi
Manichaei strata super harundines faciunt. Sic autem ipso mortuo, & relictis discipulis quos diximus,

Animam
omnibus
edentem

Falsa
asserio-
nes de lo-
catione sy-
derum in
caelo.

Manes
vincitur.

Non con-
sentiant
haeretici.

Disputa-
tio indi-
ca.

Manes vi-
citur.

Manes ex-
coriatur.

Adda, Thoma & Hermea : hi sanè antequam ipse poenam penderet iuxta relatum modum, emissi erant ab ipso, Hermea in Aegyptum, cum quo etiam multi conuersati sunt. Non enim est antiqua heresis, & qui cum prædicto Hermea conuersati sunt nobis de ipso narrauerunt. Addas verò in superiores Orientis partes, Thomas autem in Iudæam, ex quibus corroboratum est dogma huiusmodi. Dicebat porò Manes seipsum esse spiritum paracletum, & aliquando Apostolum Christi seipsum dicit, aliquando Spiritum paracletum. & ingens est cecitatis huius maligna morù abalienatio. Cæterum deinceps ô charissimi, necessarium est ut in ipsam heresim eiusque vanitatem dicamus. Nam relata omnia iuxta historiæ seriem exposui : ubi sanè incipit docere ac scribere ac dicere perniciosissimus Manes, in suo de Filio libro. Libros enim diuersos hic edidit. Vnum eiusdem numeri cum viginti duabus literis Syrorum per alphabetum compositum. Vtuntur enim plurimi Persarum post Persica literarum elementa, etiam Syrorum literis. Quemadmodum apud nos multæ gentes Græcis literis vtuntur, & quidem cum sint propriæ ferè in singulis gentibus literæ. Alij autem profundissimam Syrorum linguam magis faciunt, & linguam circa Palmyram, tum ipsam, tum ipsius elementa. Sunt autem hæc duo & viginti, quapropter & ipse liber in viginti duas partes librorum sectus est. Huic autem libro indunt nomen, Manichæi mysteria, alium autem Theaurum appellant. Sed & alios libros conseruit, Theaurum videlicet paruum appellatum, & alium de Astrologia. Non enim ab huiusmodi vana curiositate absit, imò potius ad ostentationem in promptu propositam habent Astrologiam, & amuleta, quæ appenditur videlicet, & alias quasdam incantationes ac magicas artes. Incipit igitur in libro suo dicere idem Manes, Erat Deus & Materia : Lux & Tenebræ, Bonum & Malum : in omnibus extremè contraria, ut nihil inter se commune haberent alterum cum altero. Et hic quidem est prologus circularis illius. Hinc malignas suas artes auspicatur. Et liber quidem late sparsus est, talia quedam alia mala continens quorum difficultatem, & verborum contrarietatem etiam ex ipso initio scopi deprehendere datur. Etiam si enim magna est reliqua nugacitas & fabulosa tractatio, tamen ex introductione tota ipsius improbitas ostenditur. Nam quod dicit, Erat Deus & Materia, nihil diuersum à vana Græcorum opinione dixit. Facilis autem deprehensio ac destructio est noua hæc Scyphantiæ sapientia. Duo enim simul esse contemporanea ac sempiterna, ex consentaneis ratiocinationibus, ac prudenti intelligentia impossibile est, apud eum qui prudenter iudicare nouit, & notum, hoc est omnibus intelligentia præditis. Si enim duo sunt contemporanea, ne nomine quidem inter se euariant. Quicquid enim contemporaneum est, est etiam coæternum. Coæternum autem, etiam semper existens, hoc autem Deus, qui maxime ab aliqua causa principium non accepit. Nihil enim sempiternum, quam solus Deus. Diuersis enim nominibus hæc principia edidisti ô tu barbare mente, & humanæ naturæ hostis. Et alterum quidem appellasti Lucem, alteram Tenebras : & rursum alterum bonum, alterum malum. Dicis deinde, quod in omnibus extremè hæc sunt contraria, ita ut nihil commune habeant alterum cum altero. Ergo separas hæc inter se ? palam enim est, quod sunt contraria, velut dixisti. Si autem quæ simul sunt, natura amica ac concordia esse solent, etiam inter se conuersantia inueniuntur, simulque de gentia, ac societatem communem habentia, & omnino non inuicem discedentia, propter excellentiam amoris. Si verò inter se separata sunt, omnino vnumquodque horum terminatum est. Omne autem terminatum, non est perfectum : sinitur enim, eo quod terminatum est. Et aliàs requiretur terminus ad vtrumque terminationem, ut ne iuxta fines se mutuo contingentia vtraque, priuati per fines inter se coniungantur, & alterum cum altero communionem habeat, & contrarietatis terminum disperdat. Et si dederis, quid prohibens in medio amborum, non amplius id quod prohibet simile his erit, sed neutrum ab vtriusque erit. Si enim ab vna parte assimilabitur id quod prohibet vni ex duobus prius dictis æternis, non amplius alienum erit id, quod prohibet ab eo, cui assimilatur : sed ei, cui assimilatur coniunctum, & per adæquatam partem coniunctio continget, & non amplius terminabitur in duarum naturarum inter se distantia. Si verò neque simile est duobus, neque ex parte particeps alterius, non amplius duo sunt sempiterna ac semper existentia, sed de cætero sunt tria. Et non amplius duo principia, & duo prima inter se contraria : sed aliud tertium, & contrarium ambobus, & dissimile vtriusque, id quod prohibet in medio duorum, & cum neutro quicquam commune habet, ob peregrinitatem, & neque amborum similitudinem accipit. Et de cætero erunt non amplius duo, sed tria hæc. Quin & aliàs requiretur alius mediator, & quartus quidam, qui terminum hunc fugat. Non enim poterint duo terminum ponere aut murum, nisi alius fuerit qui terminum præscribat, & id quod prohibet in medium amborum immittat, & hic scientia præditus ac prudens, & moribus inuictus, ac celebris, ut vtroque ad inuendam pacem persuadere possit. Erit igitur vnus, qui terminum præscribit, & vnum quod prohibet, & duo quæ terminantur, & non amplius duo tantum principia, sed & tria, & quatuor. Et secundum hunc modum ad multa principia mentem conuerrere licet, & sinere ea quæ sunt, & imaginari ea quæ non sunt. Vnum verò hoc querit improbus ille, ut ne maliciam Deo ammiscat : nam & absurdum est, hanc Deo attribueret. Et diuina ac Ecclesiastica scripturæ character hoc confitetur, Deum penitus alienum & impermixtum à malo esse. Deus enim nihil mali fecit, sed omnia valde bona : ut qui bonus sit natura, incomprehensibilis essentia, omnia continens, & ipse à nemine contentus. Neque igitur malum semper erat, neque ex Deo factum est malum. Cum itaque neque sit malum, neque semper sit, neque ex Deo factum sit, reliquum est ut queramus, quali modo id quod non est semper, principium autem habuit ut esset, desinit autem & perit, & in finem non permanet, unde principium habuit. Et quum hoc quæserimus, primum considerandum est, quale est malum, & in quale sit malum : & an est aliquid circum scriptum

Manes se Spiritum vocat.

Syrorum litera apud Persas.

Heresis quomodo dispersa.

Principia duo refutata.

Principia tria.

Principia quatuor.

Malicis deratio.

scriptum, aut corpus, ut ita dicam, aut substantiam habet, aut radicem acquirere potest. Et quum hæc considerauerimus inter nos ipsos, substantia carens reperitur malum, & nullam radicem habens, sed vsque ad opera tantum actiue humanæ operationis effectiuum est. Nam in hoc quod facimus nos, malum est : in eo verò quod non facimus, non est : cogitatione nostra excogitante, quidam est malum operari, non placens Deo, & neque potens contradicere Deo, neque diuinitati repugnare. Quicquid enim ab hominibus excindi ac tolli potest, id multo minus Deo resistere potest. Sed & simul de diabolo sic distinguendum est, quod non à creatione naturaliter malus creatus sit, sed sibi ipsi post tempus malum facere excogitauit, & de quo ignotum non est, qualis futurus fuerit. Verum creatus est vnà cum omnibus bene, quum Deus propter excellentem iusticiam, & ob eximiam bonitatem, omnes & omnia vtilissima esse voluerit, & sua bona omnibus proposuerit. Iuxta permissionem verò liberi arbitrii, omnibus propria voluntate uti concedat, ut quisque quod voluerit faciat : quod ipse quidem malorum causa non sit, discretio autem sit eorum qui ad virtutem procedunt, & vicissim benignitatis ac bonitatis ipsius præmia accipiunt. At insanus ille Manes, Deum à malicia eximere volens, maliciam magis ipsi ex æquo attribuit. Simul autem omnem creaturam vituperare non erubescit, ex erroribus in nobis sientibus occasiones adeptus, & in omne opificium æqualiter contempsit, propugnator magis, ac defensor factus est malicie, quam se abnegare dicit, & pro odio aduersus ipsam, amicitiam quandam ac societatem cum ipsa amplectens, quando substantiam ipsi tribuit, & perpetuam ipsam prædicat, ac cum Deo semper esse, & nunquam esse cessare. Nominibus etiam quibusdam ipsam appellans, per omnem tractationem à veritate excidere conperitur : cum omnis creatura bene sit à Deo creata, ex his quæ ipse adducit testimoniis. Et primum quidem Materiam hanc vocauit, iuxta eandem sententiam existimat hanc esse corruptionem. Et primum si est corruptio, cuius ergò fuerit corruptio? Er siquidem aliorum corruptio existit, ipsa verò perpetua est. Ergò iam dudum res corrupta, & ipsa sola consistit, dum tanto tempore potentie suæ actionem operatur, & non excinditur. Si verò sibi ipsius est corruptio, corrupens & domans consumensque ac perdens : perditur ergo, & non consistet, ut quæ seipsam consumit ac corrumpit. Quomodo igitur consistit tanto tempore existens iuxta circularis rationem, simul autem nullam omnino societatem habeat cum vita, neque simul cum vita, neque cum bonitate reperitur? Quando verò in vnaquaque creatura ab ipso vituperata etiam bonitas inest concidit vndiquaque sermo ipsius de malicia, eo quod communiter alterum cum altero habeat, ex his quæ ab ipso dicta sunt, ut verbi causa de serpentibus & aliis reptilibus venenum iaculantibus dicamus. Nam quæ ad vilitatem sunt creata, apud ipsum verò nomine vituperata, inter ipsa etiam oppositum malicie reperitur, sic in serpente & aliis. Ex quibus enim venenum est ad mortem, in iisdem etiam antidotus aduersus mortem & afflictionem eorum qui ab illis percussi sunt. Et dies quidem hominibus ad opera, & vt illuminentur ac videant. Sed & nox quæ ab illo nomine vituperatur, requies quædam conperitur, ex Deo hominibus facta. Atque sic vnum bonum esse conperitur, & quod non à peccatis in nobis nomen habere potest, aut quod æqualiter mali æquiuocationem inueniat. Omnia enim bona & iucunda, & nihil à quoquam reiciendum. Et ecce, inquit, omnia bona valde, & nusquam est malicie radix. Huius enim gratia etiam Deus ab initio creans totum mundum per suam bonitatem, in singulis creaturis bonum intulit, dicens : Et vidit Deus quod esset bonum : quo bono ipsi testimonium præberet, & insidiatorem humanæ naturæ calliditatem tolleret, qui per malignas fabulas veritatem ex hominibus dissipare ac delere cogitant. Fecit enim cælum, & terram, & lucem, & quæ in terra sunt prima die. Et vidit, & ecce bonum, inquit Scriptura. Ergo non nouerat, quod bonum facturus esset, quia postquam factum est dicit, Ecce bonum? Et sic deinceps de aquis, de mari, de germinibus, de lignis, de luminaribus in cælo, de pecoribus, de volatilibus, & reptilibus ac piscibus. De singulis enim dixit, Et vidit Deus, & ecce bonum. Non prius ignorans, neque postquam factum est, velut per experientiam adeptus, ut sciret quod esset bonum, sed ab eo quod sint omnia bona, & quod nusquam sit malum, præuaticinatus est, propter malignorum opinionem, quum omnia bona sint, & bonitatis testimonium habeant, iuxta verissimum boni testimonium, bonum dixit, quod est omnis mali ac omnis malicie priuatio : & ut ab eo quod vniuersa bona sint, tollatur opinio de malicia inter homines excogitata, quo omnem improbam opinionem eorum qui hanc doctrinam inuehant, penitus excinderet. Deinde progressus ad hominem, non dixit quod bonum, non quod malum sit homo, eminentissima illa super omnia in terra creatura, qui ad principatum creatus est à Deo, inenarrabili sapientia. Cui traditurus erat Deus omnium dominium ab ipso creatorum, sicut dicit, Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem, & im perer piscibus maris & volatilibus cæli, ac reptilibus terræ, & pecoribus ac bestiis, atque omnibus quæ sunt in terra. Sed quoniam secundum imaginem Dei creatus est, contenta fuit diuina Scriptura tanta dignitate, non opus habens ampliore additamento. Si enim ipsius bonitatis imaginem haberet, Domini Dei videlicet omnis creaturæ opificis & boni, ex quo est omnis fons bonitatis, ex quo bonum in omnibus est : quomodo amplius testimonio opus habeat, ut audiat, Ecce bonum : quando sanè imaginem ipsius boni adeptus habebat. Postea verò ad finem vniuersorum, postquam omne opificium perfecit, diuina Scriptura omnia eodem testimonio ob signans apposuit, dicens : Et vidit Deus omnia quæ fecit, & ecce bona valde, cum additamento vocis, valde. Hac autem erat sexta dies, & septima requies, quo radice mali sublata, non amplius reperiat quis occasionem hoc audendi, ut maliciam sempiternam esse cogitat sublata est enim ea de ipsa opinio. Nusquam erat malum, quum omnia bona essent valde, & à bono Deo facta, & ipsius testimonio approbata. Materiam porò duplex est appellatio. Alterum enim nomen,

Malicie nomina.

Omnia ex creatione bona sunt.

Materia significatio.

Qij

velut dixi, iuxta scelesti huius opinionem, est actionis ac corruptionis confumentis. Materiam autem solemus dicere etiam apparatus vniuersi cuiusque rei apud eos, qui artes exercent: sic dicimus materiam lignorum, materia cementaria, materia auri materia argenti. Dicitur & materia quedam operationis in corporibus, quae ex corruptionum vitiatione colligitur. Dicitur itaque nouus hic vates, & quae ante secula sunt promittens. Ausus est enim hic etiam Spiritum sanctum seipsum appellare, aliquando verò Apostolum **I E S V C H R I S T I** seipsum, velut dixi, cognominat: quum neque columbae speciem vnquam induerit, neque Spiritum paracletum à caelo Apostolis missum, quem promissit vni genitus se missurum, non post multos dies illos termino constituto, sed statim vbi ascendisset, velut dixit: Si ergo abiero, ille veniet. Et statim in cenaculo repleti sunt Spiritu sancto, quum reuerſi essent à monte Oliuatum, sicut scriptum est. Et visa sunt ipsis linguae ignis disſectae, & domus impleta est velut flatu violento, & sedit Spiritus super singulos eorum, & loquebantur linguis miracula Dei, & vnusquisque audiebat propria lingua. Erant autem ex omni genere sub caelo, & vnusquisque per Spiritum consolationem accipiebat, tum Apostoli per ipsum donum, tum omnes gentes per auditionem admirandam dēternā Dei. Si enī Spiritus paracletus quē Dominus discipulis promissit, hic circulator fuisse verē furiosus, & cognomini suo satisfaciens: abiissent Apostoli priuati promissione, cum audierint à mētri nescio Domino, se accepturos donum sancti Spiritus, non post multos hos dies. Et comperit impostor ille contra **C H R I S T V M** mendacia conſingere, vt qui non impleuit, quae ab ipso sunt dicta. Praeterit enim generatio Apostolorum, à Petro, inquam, vsque ad Paulum & Ioannem, qui etiam diu fuit in mundo, vsque ad tempora Traiani. Praeterit etiam Iacobus primus episcopus in Hierosolymis, frater Domini cognominatus, filius autem Ioseph, ex propria vxore genitus, cum reliquis suis fratribus. Cum quibus conuersatus Dominus **I E S V S C H R I S T V S**, ex Maria semper virgine secundum carnem natus, in ordine fratrum consequutus est hoc, vt frater ipſorum vocetur. Praeterit etiam ex eadem ipsius sede sancti omnes, & cum ipsis Symeon, filii patris eius filius Cleophae fratris Ioseph. Quorum tempora consequenter & iuxta seriem à Iacobo episcopo, per successione in Hierosolymis episcopos, & singulos cum ipsis reges subiunxi, vsque ad tempus supra indicati Aureliani & Probi, in quo hic Manes cognitus factus est, homo existens Persa, qui hanc doctrinam alienam in mundum genuit. Et habet sic. I. Iacobus, qui ligno percussus in Hierosolymis martyrium subiit, vsque ad Neronem. II. Symeon, sub Traiano crucifixus est. III. Iudas. IIII. Zacharias. V. Tobias. VI. Benjamin. VII. Ioannes, vsque ad decimum nonum annum Traiani. VIII. Mathias. IX. Philippus. X. Seneca. XI. Iustus, vsque ad Adrianum. XII. Leuis. XIII. Vaphris. XIV. Iosif. XV. Iudas vsque ad vndecimū annum Antonini. Hic ex circumſione episcopi fuerunt in Hierusalem. Ex gentibus verò hi. XVI. Marcus. XVII. Calsianus. XVIII. Publius. XIX. Maximus. XX. Iulianus. Hi omnes vsque ad decimum annum Antonini Pii. XXI. Gratianus. XXII. Symmachus. XXIII. Gaius, vsque ad tempora Veri, octauum ipsius annum. XXIV. Iulianus. XXV. Capito, XXVI. Maximus, vsque ad decimum sextum annum Veri. XXVII. Iulianus. XXVIII. Valens. XXIX. Dolichianus, vsque ad Commodum. XXX. Narcissus. XXXI. Dius, vsque ad Seuerum. XXXII. Germanion. XXXIII. Gordius vsque ad Antoninum. XXXIV. Narcissus, vsque ad Alexandrum filium Mamae, non Macedonem illum, sed alium. XXXV. Alexander, vsque ad eundem Alexandrum. XXXVI. Mazabanus vsque ad Gallum & Volufianum. XXXVII. Hymenaeus, vsque ad Aurelium. In summa verò, ab assumptione **C H R I S T I** vsque ad Manem & Aurelium ac Probum reges, anni sunt **C C L X X V I**, secundum aliquos Chronographos: iuxta alios, **C C x l v i**. Et ab eo tempore hucusque alii fuerunt Episcopi, Bazas, Hermon, Macaris, Maximus, Cyrillus, Erennis, Cyrillus alius, Hilarionus qui nunc detinet Ecclesiam, cui obicitur quod sit Arianorum sectae. Reges autem deinceps sequenti, quorum tempora coniuncta fuerunt, hi sunt. Aurelia no sublato, Tacitus menses sex, Carus & Carinus & Numerianus menses duos, Diocletianus annos viginti. Maximianus, Licinus, Constantius Iulianus, Iouianus, Valentinus, Valens, Gratianus, vt sint à praedicto Mane vsque in praesens tempus, Valentis quidem annum decimum tertium, Gratiani verò annum nonum, Valentiniani iunioris annum primum, anni nonaginta tres. Quando quarto anno Aureliani, & temporibus Hymenaei episcopi Hierosolymorum, emissus est in mundum hic error, diaboli habitantis in ipso operatio ac imaginatio, vt à veritate se duceret eos, qui ipsi obedirent. Confutata igitur est vndiquaque ipsius nequitia. Quare mens prudentium omnia exacte cognoscens, adulteratam ipsius versutiam cognoscet, ac condemnabit. Si verò etiam alia omnia ipsius sophismata, nugis referta, obliquaque ac inconfidentia, quae ab omnibus intelligentia praeditis deridentur, ex ordine ad verbum proponere velim, & quae his omnibus opponi possunt conscribere, vereor, ne in nimis magnam molem tractationem contra ipsum extendam. Iam verò à magnis viris admirabiles contradictiones ad ipsum confutatum factae sunt, ab Archelao quidē episcopo, sicut antea dixi: ab Origene verò, velut audini, & ab Eusebio Caesareae, & Eusebio Emefes, Serapione Thunis, Athanasio Alexandriae, Georgio Laodiceae, Apollimario Laodiceae episcopo, Titōque & multis qui contra ipsum dixerunt. Nihil tamen molesti erit, etiam à nostra inopia pauca quaedam in miserimi hominacionis confusionem dici, ad subuertendum errorem ipsius omnibus mentem ac sententiam, velut etiam antea diximus. Velim autem non austeris verbis confutationem ipsius facere, sed quantum eius fieri possit mansuetē, nisi omnium Dominum effreni lingua impetere non erubuerit, vt qui statim ipsum creatorem negarit, qui totam hanc caeli ac terrae molem omniumque quae in

Vera consolatione ex Spiritu.

Episcopo vni Hierosoly. ordo

Adultera versutia quomodo deprehenditur.

eis sunt, & vniuersa in mundo fecit: alterum verò quendam imaginetur Deum qui non est, relicto eo qui est. Excidit enim à veritate, & accidit ipsi ridiculi prouerbiū factum. Sicut coruus cibum habens in ore, & umbra cibi in aqua conſpecta, volens alterum cibum assequi, praesentem amisit, & eam qui nullus erat non est assequutus. Quis verò ferre poterit blasphemum illum? Si enim patres habemus secundum carnem, & non ferimus vt quis ipſos vituperet: quanto magis si audiamus Dominum Deum omnium à malignissimo Mane blasphemis impeti? Quum igitur per misericordiam Dei pluuia deſcendat iuxta ipsius bonitatem ipse maledicus dicere non erubescit, pluuia non ex Deo esse, sed ex principum deſluxu. At reliqua dicere cui non ridiculum videatur, vt ferre Philistionis scripta magis sint necessaria, quam huius fabulosa imitamenta. Humiferum enim conſingens, docet eum gestare vniuersam terram, & per triginta (inquit) annos lassato humero, in alterum humerum trans ferre, ac terrae motus fieri. Si autem esset hoc, secundum naturam res esset, & non esset diuturna. Redarguunt autem impoſtorem Saluatoris ipsius verba, vbi dixit: Estote boni sicut pater vester caelestis, quoniam oriri finit solem (sua super iustos & iniustos, & mittit pluuiam suam super malos & bonos. Et hoc. Erūt terrae motus in locis, & fames & pestes. Si verò ex natura, aut iuxta cōſuetudinem terrae motus sūt, sepe sanè cū terrae motus per regiones sūt, cōtingitq; per totū annū per singulas noctes saepe terrae motus. Nūquid ergo faucibus humiferi humeris, labore non ferens ille ducitur affiduā cōmotionem faciens? Et quis talem stultitiam feret? Quid verò aliud probabile non ausus est dicere? Aſſerit enim hic animas, quae erroris ipsius cognitionem habent, assumi in lunam, quum lucida animae essentia existat. Quapropter, inquit, augetur luna, & decreſcit ac deficit, dum impletur ab animis eorum, qui in cognitione incredulitatis ipsius moriuntur. Deinde eandem à luna minore videlicet scapha depleri dicit, & in solem assumi, atque in beatorum seculum deponi. At semper caeca malicia suam ipsius confusionem ignorat, quod à suis verbis redarguitur, nugarum perfectionem absolueri non potens. Primum equidem vnus homo formatus est, ipse Adam, ex quo geniti sunt filii & filiae. In principio autē creationis mundi, circa centesimum plus minus Adae annum, occiditur Abel, annorum plus minus triginta. Post hunc primum occisum, moritur in terra Adam protoplastus annorum nonagintorum triginta, sole & luna & aſtris à quarta die in caelo fixis ac creatis. Quid igitur dixerimus, o bone, confitebimur dementiae tuae argumentum? Quomodo enim potuerunt non genti triginta anni fieri, citra lunae augmentum ac decrementum? Quilibet itaque vita defunctorum animis augetur luna, & implebatur, dic mihi. Verum ignorabat Manichaeus, quod sunt aliqui intelligentia praediti, qui non mendacibus verbis, sed verissimis demonstrationibus fidem habent. Deinde demus sic esse, quod non est, abſit, & ab animis Manichaeorum impleri lunam, dum plena sit, quomodo amplius conſistat tale argumentum? Si enim nullus Manichaeorum post decimaquintam lunae diem moreretur, sed praesinitū tempus esset sanctum, vt vsque ad decimaquintam lunae diem Manichaei morerentur, post decimam quintam verò non amplius morerentur, vsquequod lunae onus depositum esset, vt rursus à nouissimo impleri inciperet, probabile sanè esset mendacium ipſorum, nunc verò minimè verisimile existit. Quotidie enim moriuntur & elementa à Deo constituta cursu suum ſciunt, & rursus non conſistit onus illud animarum in luna ſens. Rursus porro iuxta improbitatis versutiam dicit, matrem vniuersorū quae virtutem suam concessit, ex caelo descendere vt eam fureret à principibus, & auferat ab ipsis virtutem quam ex supernis acceperunt. Vult enim dicere, quod principatus & potestates, bello illato Deo viuo magnam & incomprehensibilem ab ipſo virtutem rapuerunt, quam animam nominat. Et o ingentem huius absurditatem. Quisquis enim vi cogitur, & cui aliquid rapitur, inferior est. Si itaque principatus bono Deo superato, virtutem ab ipſo de armatura ipsius auulserunt, fortiores ipsi illo erunt. Ille verò quum his primum cesserit, rursus ab ipsis auferre non potest direptam ab ipſo virtutem, cum ab initio aduersariis restitit non potuerit. Et alia, etiam si aliquando rursus victor euadens contra aduersarios abreptam virtutem illis abstulerit, quum radix & principium mali adhuc sine principe maneat, & penitus tolli non possit, rursus denuò bello commoto amplioſiorem virtutem sibi ipsi acquireret, & suam olim acceptam à Deo bono virtutem, per potentiam quandam praualens, rursus abripiet. Et erit semper re nitens malum, resistensque, & nunquam detineti potens, perpetuoque rapiet, & rapinam patietur. Si vero etiam dixerint vasa illi, omnibus modis decepti, si bonus Deus armaturam partis ab ipſo abreptae temporis progressu liberabit, tunc principatus ac potestates aduersae virtutis diſſipabit, ac disperdet. Et si adhuc erit hoc, & si omnino diſſipabit ac disperdet bonus Deus, concidit praestigiatoris sermo, qui dicit non esse iustum illum bonum, neque in iudicio condemnare peccantem, neque tormentis tradere, neque occidere. Si enim omnino diabolus siue oppositam actionem diſſipare ac disperdere conatur, aut per se non amplius erit bonus, velut ipsius sermo habet, aut eo quod cum bonus sit, malum consumit. Et erit hic qui caelum & terram fecit Dominus, velut etiam reuera est, qui vnicuique retribuit iuxta opera ipsius, qui propter excellentem bonitatem, bono & in bonitate fatigato bonum exhibet, & ei qui mala fecit, iustitiam retribuit. Et vndiquaque confutata est ipsius opinio, corda hominum in contraria corrumpens. Caeterum ad verbum deinceps opinionem ipsius commodē subiungam, ex his quae Archelaus aduersus ipsum tractauit in contradictione aduersus ipsum, velut ipse Tyrbon vnus ex discipulis ipsius reuelauit; cuius supra mentionem feci. Cum itaque interrogasset Archelaus episcopus & Marcellus Tyrbonem de Manis doctrina, Tyrbon respondit dicentia quae ex libro appofui, & sunt haec.

Prouerbiū de coruo.

Philistion fabulator. Humiferi fabula

Animas in lunam assumi.

Superstio de die mortis.

Manichaei dogmatum Catalogus.

Quij

Manichæi hereses in capita digesta. Si Manis fidem discere vultis, à me breviter ipsam audite. Hic duos colit deos ingenitos, per se natu-
Elementa v. Scales, sempiternos: alterum alteri oppositum, & alterum quidem bonum, alterum verò malum in
Dexterâ porrigendi causa. roducit: alteri lucis nomen tribuens, alteri tenebrarum: & lucis quidem esse partem, animam in ho-
Emendatio indigna. minibus: tenebrarum verò, corpus & materiæ opificium. Commixtionem autem, siue temperamētū
Animarū salvatio mire expro- gitata. horum factum esse dicit hoc modo: assimilans hos duos huic exemplo, quemadmodum si duo reges
Luminaria esse na- nes. inter se pugnarent, qui esset ab initio hostes, ita ut uterque sua seorsim haberet. Et tenebræ quidem col-
Mortis causam dicit. lectis copiis ex confinibus suis inuasert, ac bello læcesserunt lucem. Quum autem cognovisset bo-
 nus pater tenebras in terram ipsius irruptionem fecisse, emisit ex se virtutem appellatam matrem vitæ
 Ipsa verò produxit primum hominem, & primus homo quinque elementa. Sunt autem, Ventus, lux,
 aqua, ignis & materia. Et quum hæc induisset homo velut ad apparatus belli, descendisse ipsum ait in
 frâ, & pugnavit cum tenebris. At principes tenebrarum bellum contra ipsum parantes, comedebant ex
 armatura ipsius, id quod est ipsa anima. Et tunc graviter pressus est illic in frâ primus homo à tenebris,
 & nisi pater preces ipsius exaudisset, & alteram virtutem ab ipso productam, viuum spiritum appella-
 tam demississet: & nisi hic descendisset, & dedisset ipsi dexteram, & ex tenebris eduxisset, iam dudum pri-
 mus homo detentus periculum incurrisset. Ex eo itaque tempore reliquit infernè animam. Et propterea
 Manichæi ubi obuiam alter alteri factus fuerit, dexteram dant sibi ipsi signi causa, velut à tenebris
 servati. In tenebris enim omnes hereses esse dicit. Tunc vivens spiritus mundum creavit, & ipse gestans
 alias tres virtutes descendit, & principes sursum tulit, & in firmamento cruci affixit, quod est ipsorum
 corpus ipsa sphaera. Tunc rursus vivens spiritus creavit luminaria, quæ sunt animæ reliquæ. Et sic fecit,
 ut firmamentum circulo omnia circumdaret. Et rursus creavit terram in octo reliquiæ. At humeris
 ferè in frâ gestat: & ubi lassatus fuerit gestando, tremet & terræ motus causa fit iuxta statutum tempus.
 Huius gratia filium suum demisit bonus pater ex sinibus in cor terræ, & in infimas huius partes, quo
 ipsi conveniens autoramentum, ac iustum atque integrum statum præferberet ac daret: & quotiescū
 que terræ motus fit, aut lassatus tremet, aut in alterum humerum transfert. Tunc itaque etiam Materia
 à seipsa creavit plantas. Et quum raperentur ipsæ à quibusdam principibus convocavit bonus pater
 omnes principum primarios, & accepit ab ipsis singulis vnam virtutem, & constituit hominem iuxta
 ideam ac formam primi illius hominis, & ligavit in ipso animam. Hæc est de commixtione ac tempera-
 mento tractatio. Quando verò videbat pater vivens animam in copore premi, ut qui miserator est &
 misericors, misit filium suum dilectum in animæ salutem: nam ob hanc, & humeriferi causam ipsum
 demisit. Et filius delatus transformavit seipsum in hominis speciem, & apparuit hominibus velut ho-
 mo, quum non esset homo, & homines putabant ipsum natum esse. Quum igitur venisset, opificium
 ad animarum salutem fecit, & machinam composuit habentem duodecim cados: quæ dum à sphaera
 uertitur, morientium animas haurit, & has magnum luminare radiis acceptas purgat, & Lunæ tradit,
 & sic impletur Lunæ discus à nobis appellatus. Naues enim, siue scaphas traictorias esse dicit,
 duo luminaria. Deinde ubi repleta fuerit luna, transmittit in Subsolanum, & sic oneris depulsi-
 onem facit, ac alleviatur. Atque sic rursus implet scapham, & rursus deplet, dum hauriuntur
 animæ à cadis, usquequod propriam suam animæ partem seruet. Omnem enim animam & omne
 animal quod movetur, boni patris essentia particeps esse dicit. Quum igitur Luna onus animarum
 seculis patris tradit, permanent in gloria columna, quæ vocatur aer perfectus: hic autem aer col-
 umna est lucis, relictus est enim animis purgatis. Hæc est causa, per quam animæ salvantur. Cau-
 sa verò cur homines moriantur, rursus hæc est. Virgo quædam pulchra, ornata ac persuadendum
 valde apta, deprædanti conatur principes, qui in firmamentum à vivente spiritu sublati sunt ac cru-
 cifixi. Videtur autem masculis quidem, femina esse formosa: feminis verò adolescens speciosus, & a
 mari dignus. Et principes quidem ubi vident ipsam ornatam, amoris cæstro stimulantur: & non
 potentes ipsam comprehendere, amoris desiderio mente correpti vehementer ardent. Quum igitur
 currentibus ipsis virgo disparet, tunc princeps magnus nubes ex seipso emittit, quo per iram suam
 mundo tenebras inducat. Et sic si pressus fuerit valde, velut homo sudans affligitur, sudor autem
 ipsius est pluvia. Simul autem & alter princeps, Messor appellatur, si à virgine spoliatus fuerit, diffun-
 dit pestem per totam terram, quo homines enecat. Nam corpus hoc, mundus appellatur ratione
 magni mundi. Et homines omnes omnes habent infernè superius illigatas. Quum igitur
 spoliatus fuerit à virgine, tunc incipit incidere radices hominum: & ubi incisæ fuerit radices ip-
 sorum, tunc incipit pestis fieri, & sic moriuntur. Si verò supernæ radices partes intensione concussæ
 fuerint, sic & consequitur terræ motus, ita ut humerifer simul commouatur. Atque hæc est mortis cau-
 sa. Dicam porro vobis etiam hoc, quomodo anima in omnia corpora transit. Primum purgatur mo-
 dicum quid ab ipsa, deinde transit in carnis, aut camel, aut alterius animalis corpus. Si verò homici-
 da fuit anima, aut etiam alia animalia interemit, in occisorum corpora transfertur: si verò repperta fue-
 rit quæ messuit, in mutas illas plantas. Animæ verò nomina hæc sunt: Mens, notio, intelligentia, cogi-
 tatio, ratio cinatio. At verò Messores qui metunt, similes sunt principibus, qui ab initio in tenebris
 sunt, quando comedebant ex primi hominis armatura. Quapropter necesse est ipsos transferri
 in fornium, aut phaselos, aut in hotdeum, aut spicam, aut in olera, ut metantur & incidantur. Et
 quis comedit panem, necesse est etiam ipsum comedi in panem mutatum. Si quis occiderit
 aunculam, auncula erit. Si quis occiderit murem, etiam ipse mus erit. Si quis est dives in hoc mundo,
 & exiuerit ex habitaculo suo, necesse est ipsum in pauperis corpus transire, ut & ipse obambulans pe-
 tat, & postea ad æternum supplicium deveniat. Quum autem corpus hoc tale sit, tum principum, tum
 materiæ,

materiæ, necesse est eum qui plantat per seam, multa corpora transire, donec per seam illa deiiciatur.
 Si verò quis ædificat sibi ipsi domum, distrahetur in vniuersa corpora. Si quis lauat in aqua, suam ipsius
 animam congelat. Et si quis non exhibet electis suis pietatem, punietur in secula, & transit in corpora
 eorum qui sacris initiati sunt, donec dederit pietates multas. Et propterea si quid optimum est in edu-
 liis, id ipsum electis præbent. Et cum panem edere volunt, orant prius, sic dicentes ad panem, Neque e-
 go te messui, neque molui, neque expressi, neque in clibanum misi, sed alius fecit hæc, & attulit mihi,
 ego sine culpa comedo. Et quum apud seipsum dixerit hæc, dicit ad eum qui in sacris instituitur, ora-
 ni pro te, & sic discedit ille. Nam sicut paulo antè dixi vobis, si quis meret, metetur. Ita si quis frumen-
 tum in machinam coniecerit, concitietur etiam ipse: aut subegerit, subigetur, aut assauerit, affabitur, &
 propterea interdictum est ipsis, ut ne opus faciant. Et rursus sunt alii qui dam mundi, ex quibus oriun-
 tur luminaria hæc, ubi ex hoc mundo occiderunt. Et si quis humi obambulat, lædit terram. Et qui mo-
 uet manum, lædit aerem. Nam aer est anima hominum, & animalium, & volatiliū, & piscium, & re-
 ptilium. Et si quis in mundo est, dixi vobis, quod corpus hoc non est Dei, sed est materiæ, & est tene-
 bræ, & ipsum obtenebrari oportet. Paradisus porro vocatur mundus. Sunt autem plantæ, quæ in ipso
 sunt, concupiscentiæ & aliæ deceptiones, quæ hominum cogitationes corrumpunt. At verò arbor in
 Paradiso, ex qua cognoscunt bonum, est ipse Iesus. Cognitio ipsius in mundo est: qui verb accipit, di-
 scernit bonum & malum. Mundus verò neque ipse Dei est, sed ex parte materiæ formatus est, & pro-
 pterea omnino disperditur. Quod verò deprædanti sunt principes à primo homine, hoc ipsum est quod
 implet lunam, quod purgatur quotidie à mundo. Et si egressa fuerit anima non cognoscens veritatem,
 traditur demonibus, quo edomet ipsi in gehennis ignis: & post castigationem transit in corpora,
 ut dometur, & sic mittitur in magnum ignem, usque ad consummationem. Ceterum de Prophetis a-
 pud vos sic dicitur, Spiritum esse impietatis, siue iniquitatis tenebrarum, quæ ab initio emerferunt, &
 propterea seducti, loquuti sunt. Excæcavit enim princeps ipsorum mentem. Et si quis sequitur ser-
 mones ipsorum, moritur in æternum, illigatus in glebam, quoniam non didicit cognitionem pa-
 racteti. Præcepit autem electis suis solis, qui non plures sunt quàm septem numero: Si deseritis
 edere, orate & mittite oleum multis nominibus adiuratum in caput, ad fidei huius fulcimentum.
 Nomina verò non sunt mihi manifestata, soli enim septem his vtuntur. Et rursus venerandum illud
 ac magnum apud vos nomen Sabaoth, ipsum esse air, naturam hominis, & patrem concupiscenti-
 æ: & propterea extensis manibus adorant concupiscentiam, Deum ipsam putantes. De Adam
 verò quomodo creatus est, sic dicit: Qui dixit, Venite, & faciam hominem secundum imagi-
 nem nostram, & secundum similitudinem, aut secundum formam quam novimus: princeps est,
 qui ad alios principes dixit, Venite, date mihi de luce quam accepimus, & faciamus hominem se-
 cundum nostram principum formam, quam novimus, quod est primus homo. Et sic creauerunt
 hominem. Et per hos facta est formatio mundi, ex principis opificio. Deum autem non habere par-
 tem cum ipso mundo, neque gaudere ob ipsum, eo quod ab initio spoliatus est à principibus, & in an-
 gustiam redactus. Atque hæc de causa mittit, & deprædatur ab ipsis animam suam quotidie per lumi-
 naria hæc, Solem & Lunam, à quibus totus mundus & omnis creatura rapitur. At verò eum, qui loquu-
 tus est cum Mose & Iudæis ac Sacerdotibus, principem tenebrarum esse dicit. Quare vnum & idem
 fuit, Christiani, & Iudæi, & Gentes, eundem Deum colentes. Nam in concupiscentiis suis decipit ip-
 sos, cum non sit veritatis Deus. Propterea igitur quicumque in illum, qui cum Mose ac Prophetis loquu-
 tus est, sperant Deum, cum ipso ligantur, quia non sperauerunt in Deum veritatis: ille enim secun-
 dum concupiscentias ipsorum loquutus est cum ipsis. Post hæc autem omnia in fine dicit, quemadmo-
 dum ipse idem scripsit: Cum conspicuum fecerit Senex imaginem suam, tunc humerifer dimittit ter-
 ram foras, & sic resoluitur magnus ignis, & totum mundum consumit. Deinde rursus dimittit glebam
 cum nouo seculo, quo omnes animæ peccatorum ligentur in seculum. Tunc autem hæc fient, quæ sta-
 tua venerit. Emissiones autem omnes, Iesus in paruo nauigio, & Spiritus vivens, & murus magni ignis, & mu-
 rus venti, & aeris & aquæ, & interni ignis viventis, circa paruum luminare habitabunt, donec ignis cō-
 sumperit totum mundum. In quorū annis verò hoc futurum sit, numerum non didici. Et postea restitua-
 tio erit duarum naturarum. Et principes habitabunt in inferioribus suis partibus, pater vero in superio-
 ribus, propriis receptis. Hæc autem vniuersam doctrinam dedit tribus suis discipulis, iussu vnoquoque
 in regionem abire. Et Adas quidem Orientis partes sortitus est, Thomas vero Syrorum terram adep-
 tus est, Hermeas autem in Aegyptum profectus est. Et usque in hunc diem isthæc degunt, dogmatis
 propositum erigere volentes. Hæc sunt quæ ex prædicto libro Archelai apposui. Et sic zizaniosa in mū-
 do seminationis doctrina excitata est, & sic zizaniam doctrinæ suæ euomuit. Quot vero ad ridiculi hu-
 ius imitatoris tantam calumniam quis regerere possit: Itaque omnibus clarum est, etiam si non efferue-
 scar oratio nostra ad subuersionem, sufficet tamen ad confusionem, & ad hoc solum cognoscendum,
 quod omnia, quæ apud ipsos recepta sunt, non consistunt, & nullam vim habent. Priora enim in poste-
 rioribus destruit, posteriora vero alia à prioribus loquitur. Aliquando enim mundum ex Deo factū ef-
 se vult, quandoque ex principibus, & Deū non habere aliquam causam in mundum, sed perire mūdū.
 Aliquando vero firmamentum pelles principum esse asserit. Aliquando vero crucifixos ipsos esse dicit
 supernè in polo, & discurrere, & nubes congregare, & concitari, ac amoris cæstro stimulari ad
 Quis

Oratio de pane e sum.

Paradisus Manis.

Animæ a demonibus edomita.

Adam & Eva forma matio.

Mundi cōsumptio per ignē.

Doctrina hæc tribus discipulis tradita.

Cōtrarietas dogmatis Manichæi.

virginis conspectum, & ad pulchritudinem adolescentis. Et d'ingentem turpitudinem. Quid enim im-
 probius, molestius & turpius dici possit, quam Spiritum veritatis feminam seipsum exprimere, aliquā-
 do verò macula specie principibus videri? Turpe equidem est, virum feminam fieri, & in femina for-
 ma esse. Turpissimum autem rursus, mulieres viros fieri, & viri habitum gestare. Et quomodo non is,
 qui virtutis ac diuini Spiritus est, ab hoc fabulatore Mane magis contumelia affici comperitur? **A**
 Quomodo autem excoriati amoris cestro stimulantur, dic mihi d' bone vir? Quomodo verò postquam
 crucifixi sunt, excoriati sunt? Si verò crucifixi sunt, quomodo discunt non apparente potestate?
 Quis verò tolerarit blasphemum, ex sudoribus principum nos nutriri decernentem, & ab excrementi
 turpitudine pluuiam nobis demitti? Vnde verò etiam ipse potum bibit, ex pluuiis hauriens cum pro-
 priis suis discipulis? Quomodo autem non ridiculus fuerit, qui corporali necessitate superatur, sudor-
 res bibens? Peccatum equidem diuersum est. Non autem tanta erit pœna eius, qui inuitus peccat, quan-
 ta illius, qui vltro ex mētis proposito peccatum committit. Etenim alii homines, etiam si sic esset, quod
 ablit, imaginatur enim sic insanus ille, tamen ignorantes, quod sudores, ac turpes excretiones aquan-
 tur ac bibunt, venia magis ac miseratione digni sunt, quam qui cum conscientia stimulatus, frustra pro-
 pter victam suam debilitatem, iisdem potibus vitur, & aliis ex carne deflexionibus. Et multa sunt, per
 quæ hic mendaci ore obedientes ipsi decipit. Quid enim apud ipsum non est ridiculum, quod putat
 femina herbarum ac fructuum & leguminum animas esse? Quare etiam ridiculè iuxta ipsius fabulam
 tum, ad ipsum confutandum dicere aggrediemur. Si animæ sunt grana lentis & phaseli, & ciceris, &
 aliorum, anima verò tauri eadem est, magis laudandi sunt, qui carnes edunt, iuxta ipsius adeo rationē,
 quam qui in vita ac conuersatione temperata se exercent. Timet enim iuxta suum fabulamentum, ne
 fortè animatorum animalium & aliorum particeps factus, etiam ipse similis fiat, cum contrarium mag-
 nis contingat: vbi enim conuenerunt viri quinquaginta, aut etiam centum, omnes ex vno tauro nutri-
 rentur, eam secundum vanam ipsius lycophantiam, & tamen ad ipsius confutationem dicendum,
 quod quinquaginta aut centum rei sunt vnius animæ. Qui verò grana seminum edit, in vno ingestio-
 nis bolo ac morsu, magis quam triginta aut quadraginta animarum reus erit. Et omnia ipsius vana sunt
 ac ridicula. Omni enim, qui mente in Domino præditus est, veritatis signa ex ipsa vera doctrina mani-
 festa sunt. Etenim Saluatore nihil verius est ad vitæ hominum reuelationem. Afferit enim hic barbarus
 ad nos progressus, Persa, ac mente seruus, nihil enim molesti esset, corpore ipsum seruum esse, asserit
 (inquam) quod omnes animæ æquales sunt, & quod vna in omnibus existit, in hominibus, in pecori-
 bus, in feris, in volatilibus, in reptilibus, & in marinis ac aquaticis animalibus, & in germinum semini-
 bus, in lignis quæ ac aliis omnibus visibilibus. At non sic ostendit Dominus noster. Profectò enim vbi
 venit ad homines saluandos, etiam pecorum sanandorum curam ac medelam habuisset, & resurrectio-
 nem lapforum animalium procurasset. At non sic narrat, neque sic docet: ablit. Verum hominum ani-
 mas ipse saluare nouit, quam animam comprehensum comprehendens per anigma dixit: Non veni,
 nisi propter quem perditam: vt diceret totam naturam humanam. Et quid dicit Scriptura? Curabat
 omnes, quos afferebant ad ipsum, lunaticos, & occupatos variis morbis. Adducebant ad ipsum cecos,
 surdos, claudos, paralyticos, mutilatos, & super omnes beneficentiam ac medelam suam expan-
 debat. Nusquam autem scriptum est, quod adduxerunt ad ipsum animalia. Deinde rursus, quem venisset in
 partes Gergesothorum, velut Marcus habet, aut in confinia Gergesenorum, sicut Lucas dicit: aut Ga-
 darenorum, velut Matthæus: aut alias gerasenorum, quomodo exemplaria quædam habent (nam lo-
 cus is inter tres illas partes medius erat.) Et ecce duo dæmoniæ supra modum sæui, è monumentis
 egressi vociferabantur dicentes: Sine, quid rei nobis tecum est, Iesu fili Dei, quod ante tempus venisti
 ad cruciandum nos? Nouimus te quis es sanctus Dei. Erat autem grex porcorum illic pascens. Et roga-
 bant ipsum dæmones, dicentes: Si eiicis nos ex hominibus, mitte nos in porcos. Et ferebantur in mare,
 & peribat in aquis. Pastores autem fugiebant, & nunciauerunt in ciuitatem. Et in Matthæo quidē
 de duobus dæmoniis dicitur, porcos autem simpliciter indicat, & numerum non declarat. Marcus
 autem etiam numeri porcorum certitudinem explicauit, dicens: Venit in partes Gergesenorum, & oc-
 currit ipsi dæmoniacus, qui ligabatur catenis ferreis, & dirumpebat vincula, & in monumentis dege-
 bat, ac vociferabatur: Sine, quid rei nobis tecum est, Iesu fili Dei, venisti ante tempus ad torquendum
 nos? Et interrogauit ipsum Iesus, Quod est tibi nomen? Et dixit, Legio: quia multa dæmonia ingressa
 erant in ipsum, & rogabant ipsum, vt ne mitterentur extra regionem, sed ingrederentur in porcos. Er-
 rat enim illic grex porcorum pascens, & permisit ipsis intrare in porcos. Et ferebatur grex porcorum
 præceps in mare, erant enim ferme duo milia, & suffocati sunt in mari. Et qui pascabant ipsos, fuge-
 runt, & denunciauertunt in ciuitatem. Nunquid igitur propter ignorantiam interrogabat Deus
 Verbum, qui propter nos homo factus est, & non norat nomen dæmonii, antequam interro-
 gatet? Imò solet Deus ex ore interrogatorum vniuscuiusque argumenti propositum clarum face-
 re. Sic etiam hic, vt horrendam dæmonum multitudinem ostendat, quæstionem facit, quo ex
 illius ore admirandum opus ostenderetur. Et rogabant ipsum dæmones, dicentes: Ne mittas
 nos in abyssum, sed permittite nobis vt ingrediamur in porcos, & permisit ipsis. Et egressi sunt
 dæmones, & ingressi in porcos: & ferebatur grex porcorum præceps in mare, & peribat in a-
 quis. O ingentem Dei benignitatem, quomodo mendacium redarguit, seruis autem suis verita-
 tem ostendit, per opera & per sermones, & per omnem suam curam. Opere enim ostendit non ean-
 dem animam esse in hominibus, & in pecoribus, & in aliis animalibus. Si enim eadem anima esset, qua
 ratione vnum mundare volens, aut vnam animam saluare hominis dæmoniaci, duo millia anima-
 rum

Peccato-
rum diuer-
sitas.

Christum
filium
Dei fatu-
rum diabo-
li.

Benigni-
tas Dei
mendacia
malorum
arguit.

rum simul perdere non pepercit? Et si eadem esset, quomodo vnum mundat, aut vnam animam, in a-
 lia verò corpora siue animas permittit dæmonas ingredi? Non sunt clara lucis opera? Non in luce sunt
 hi sermones facti? Non est illustris facies veritatis? Nonne omnia plana intelligentibus, & rectam inue-
 nientibus cognitionem? Quis his auditis & comparatis, non redarguerit Manem consentem ea, quæ
 non oportet, mentem hominum à veritate peruertere? At verò rursus scelerasti illi, audiui enim quædam
 sic loquentem, qui vbi ex nobis audiisset hanc tractationem, conuersus bestialis ille, cogitauit ni quid **Porcorum**
 posset, contra veritatem Dei, verba ludibrii plena sibi ipsi prætexere, & cogitauit vera mendacio impe- **submer-**
 tere. Et dixit, At intulit porcis mortem, discesserunt enim animæ ipsorum de corporibus, & saluata **sto,**
 sunt. Et multa est dementia non videntium & mente cæcutientium, & qui neque ad auditum sensum
 suscipiunt ea, quæ ab ipsis dicuntur. Si enim omnino animas à corpore discedere, salus putatur, oport-
 rebat potius Saluatorem demittere hominem dæmoniacum, vt saluaretur anima à corpore hominis li-
 berata. Ergo dilexit magis animas in porcis, quam animam hominis. Quæ enim ratione non etiam ho-
 mines vna cum porcis permisit ferri in mare ac mori, vt omnes animas, hominum & porcorum, mun-
 daret ac saluaret? Sed non sic nouimus. Verum Lazarum quidem à monumento quadriuanum vocat
 & excitat, & in mundum reducit, non malum quid ipsi largiens, neque malum ipsi faciens. Diligebat
 enim Lazarum, inquit Scriptura. Quem itaque diligebat, quomodo in carnem reuerti faciebat, si qui-
 dem mala est caro? Quomodo verò non fuit potius semel mortuum, & à corpore saluatum? Et ne quis
 putet Lazarum statim rursus mortuum esse. Ostendit enim clarè sanctum Euangelium, quod discu-
 bait Iesus, & Lazarus discumbebat cum ipso. Sed & in Traditionibus inuenimus, quod triginta anno-
 rum tunc erat Lazarus, quando est suscitatus. Postquam verò suscitatus est, alios triginta annos vixit. Et
 sic ad Dominum profectus est, vbi obdormiuit, & cum reuerendo nomine vocatus est, quem admo-
 dum omnes vsque ad horam resurrectionis, quando vnigenitus restituer, velut promisit, corpus anime
 & animam corpori, & dabit vnicuique prout fecit, siue bonum, siue malum. Si enim non corporum re-
 surrectio esset, vnde esset stridor dentium? At ne rursus quidam ex vesania sua dicunt, dentes ad man-
 ducandum nobis constructi sunt, qualem itaque cibum edemus post mortuorum resurrectionem? Si
 enim post resurrectionem rursus comedit Iesus de piscis assi parte, & fauo mellis, & conuersatus est
 cum discipulis per dies quadraginta, nunquid ergo erit esus? Et de esu quidem manifestum est, Quoniã **Esus post**
 beatus est, qui edit panem in regno cælorum. Et extat Domini ipsius promissio, Sedebitis in mensa Pa- **trium.**
 tris mei edentes & bibentes. Et edere quidem ac bibere ipsi soli cognitum est. Nam oculus non vidit, &
 auris non audiuit, neque in cor hominis ascenderunt ea quæ præparauit Deus diligentibus ipsam. Ce-
 terum quando quidem hoc loco animarum differentias exposuimus, & ea quæ ex ipsa veritate & exem-
 plo perfecta sunt, quod alia est anima hominis, alia pecoris, & quod non venit ad saluandum animam
 pecoris, sed hominis, eo quod pecora non iudicantur. Homines enim possident regnum cælorum, &
 homines iudicantur. Abibunt enim hi in iudicium æternum, & hi in vitam æternam, inquit vnigeni-
 tus. Quid autem qui quæstiones speculantur, vbi acceperint, & non deprehenderint dicti claritatem,
 ægrè ferunt opposita sibi ipsi excogitantes magis, quam vtilia sibi ipsi venantes. Quãdo quidem enim
 Matthæus dicit, Duo dæmoniaci, Lucas verò de vno narrat. Et vnus ex Euangelistis dicit, quod larro-
 nes simul crucifixi maledictis impetuerunt ipsum. Alius verò non solum quod non maledixerint vtri-
 que, sed etiam defensionem alterius indicat. Etenim increpabat alterum, & dicebat: Nò times tu Deū,
 quod in eadem condemnatione sumus: hic autem sanctus nihil fecit. Et ad hæc acclamabat, dicens: Me-
 mento mei Iesu, cum veneris in regnum tuum. Et Saluator ad ipsum dixit, Amen dico tibi, Hodie me-
 cum eris in paradiso: videntur sanè hæc velut dissonantiam habeant in Scriptura, verum omnia plana
 existunt. Et si enim duo sunt apud Matthæum dæmoniaci, apud Lucam iidem sunt. Sed quoniam solet **Contrario**
 Scriptura rationes factorum dare, ea gratia non meminit Lucas duorum, sed vnius. Duo equidem erant **rum Scri-**
 à dæmoniis curati, vnus autem permanfit in fide, alter excidit. Itaque propter permanfionem in fide, se **pturæ lo-**
 quebatur Iesum, velut Euangelium habet, in quemcunque locum abibat. Ea gratia alterum reliquit, &
 alterius qui permanfit in regno cælorum, mentionem fecit, & nihil aduersatur ad veritatis inuentionē. **corū con-
uincō
liatio.**
 Iam verò etiam aliam similem huic argumento rationem Euangelium narrat, velut de vno. Dominus
 decem leprofos mandauit, nouem autem digressi non dederunt gloriam Deo: vnus verò rursus permā-
 sit, qui etiam à Domino prædicatur, dum dixit: Decem leprosi mundati sunt, cur ne vnus quidem ex ip-
 sis reuersus est vt daret gloriam Deo, nisi solus hic alienigena? Et vides quod propterea quod intellex-
 erit beneficium, & propter gratitudinis opus, vnus pro decem mentionem facit. Eodem modo vnus E-
 uangelista de larronibus meminit. Solemus enim singularia pluralia dicere, & pluralia singularia. Di-
 citus enim, Narrauimus vobis, & vidimus nos, & venimus ad vos, & non duo sunt qui dicunt, sed v-
 nus qui præfens est. Vnus autem iuxta vsus consuetudinem, ex persona multorum pluraliter narrat. Sic
 pluraliter comprehendit Euangelii tractatio. Alter vero narrat, quod vnus quidem fuerit maledicus,
 alter verò confitebatur, & adeptus est salutem. Et vides, quod omnia veritatis dicta clara sunt, & nihil
 contrarium in Scriptura. Cæterum quum omnia hæc ex Scriptura recensuerimus, sermonis narratio-
 nem, vt arbitror, in longum extendimus. Et contingat quidem, opto, vt nos longa oratione lassē-
 mur: eos verò, qui veritati aduersantur, redarguamus: filios autem veritatis per salutaria ipsius me-
 dicamenta exhilaremus. Deinde rursus reliqua impostoris dogmata videamus. Dicit enim duo Testa-
 menta esse inter se contraria, & Deum qui loquutus est in Lege, alium esse à Deo Euangelii. Et illi
 quidem principis nomen imponit, hunc verò Filium & Patrem ipsius, bonum Deum dicit. Atque
 vnam vera diceret, & non errans contra seipsum blasphemaret. Eidem sermone etiam nos ipsi
 assentimur,

Traditio-
num su-

Esus post
trium.

Contrario
rum Scri-
pturæ lo-
corū con-
uincō
liatio.

Singula-
ria pro
pluralib;
& vici-
sim.

assentimur, quod boni Patris bonus filius, Lumen de Lumine, Deus ex Deo, Deus verus ex Deo vero, venit ad nos ut nos saluaret. In propria venit, & non in aliena. sui cum non receperunt. Quicumque vero receperunt eum, dedit ipsis potestatem filios Dei fieri: qui non ex sanguinibus, neque ex carne, sed ex Deo nati sunt. Quamquam nemo in mundo sine carne & sanguine natus est. Sed omnes participes carnis & sanguinis nati sunt. Quid enim essent, antequam in carne nascantur? aut quid possumus esse absque carne? Quandoquidem verò mundus ex Deo factus est, & nos creati, ex carne quidem patrum ac matrum geniti sumus, venit Dominus, ut generaret nos ex spiritu & igne. Geniti enim sumus, & est verum, & non potest quis primam natiuitatem negare, neque quod ex carne sit. Secunda verò natiuitate non ex carne geniti sumus, neque ex sanguine, hoc est, non carnis & sanguinis abusu vsi sumus, sed carne & anima in spiritu nati: quæ caro non amplius carnalis est, sed sanguis & caro & anima spiritua-liter vnita, hoc est, dedit ipsis potestatem filios Dei fieri, his qui transmutant mentem, et per carnem, et sanguinem, et animam Deo complacuerunt. Qui igitur in propria venit, non alienus est, sed Dominus omnium. Et propterea dicit, qui loquitur in Prophetis, Ecce adsum. Et Iudeis dixit: Si Moisi crederetis, crederetis etiam mihi, ille enim de me scripsit. Et, Abraham pater vester exultauit ut videret diem meum, & vidit, & gauisus est. Et, Sic patres vestri fecerunt Prophetis, & Beati estis, quum probra iecerint in vos, & dixerint contra vos omne malum mentientes. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra multa est in celis: sic enim persecuti sunt Prophetas ante vos. Et alibi: Hierusalem quæ occidit Prophetas, & lapidas eos qui missi sunt, quoties volui congregare filios tuos. Vox autem Quoties, ostendit quod per Prophetas ipsos congregare curam habuerit. Si enim Quæ occidit Prophetas, dicit redarguendo, profectò Prophetarum curam habet. Qui verò Prophetarum curam habet, non alienorum curam gerit, sed suorum. Et requiretur, inquit, sanguis qui effusus est à sanguine Abel, vsque ad Zachariam iustum, qui occisus est inter templum & altare. Et quum omnia sustulisset, & mensas numulariorum subuertisset, dixit: Nunquid facitis domum patris mei domum mercioniorum? Et ad Mariam ac Ioseph dixit: Cur quærebatis me, non sciebatis quod in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? Et statim infert Euangelium, dicens quod vbi dixerit, Nunquid facitis domum patris mei domum mercioniorum, mox recordati sunt discipuli quod scriptum esset, Zelus domus tuæ exedit me. Et quot producere licet ex Euangelis & Apostolis ad insanam Manis maniam confutandam, qui vult diuidere & abalienare vetus Testamentum à nouo, quum verus testetur de Salvatore, & Saluator confiteatur vetus Testamentum: & non solum ipse, sed etiam Apostoli, velut dicit Dauid, Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. Si igitur Dominum ipsum vocat, quomodo filius ipsius est? Et rursus in alio loco dicit, quum pueri clamarent, Hosanna filio Dauid, & non increparet ipsos, dicunt Pharisei, Non audis quid hi dicunt? increpa ipsos. Ipse verò ad illos dixit: Si hi tacuerint, lapides clamabunt. Filius enim Dauidis est secundum carnem, Dominus verò Dauidis, secundum spiritum. Et vtraque loquutio potens est, & vera dicit. Nihil enim adscititium habet veritas. Verum ut ne longius extendam hoc argumentum, contentus ero his testimoniis. Deueniam autem ad alia, circulatorumque confutabo. Si corpus alterius Dei est, ò bone vir, & anima alterius Dei, quæ est societas amborum? Et vereor, ne in profundam aliquam cogitationum molem exigua tenuitatis nostræ mens irruat. Quapropter refrenabo me ipsum, ut ne multum lectionis laborem faciam his, qui ex vno testimonio præstigiatores redarguere possunt. Equidem simul societatem habere non est eorum, qui inter se discrepant, sed vnus est. Non enim est diuisio, eo quod ambo decenter cooperantur, ac consentiunt. Si vero, iuxta huius sententiam, principes qui comederunt animam, fecerunt ipsi vinculum hoc corpus, quomodo comestam rursus includunt in corpus? Omne enim quod comeditur, consumitur: quod vero consumitur, cedit in hoc ut non amplius sit. Quod vero cedit in hoc ut non amplius sit, id neque in aliquo loco conclusum est, neque est, neque fiet ei, quod non est carceris locus. Sæpè autem suæ sententiæ oblitus, de quibus dicat, obliuiscitur: & quæ modo adstruit, eadem rursus destruere se ignorat. Aliquando enim animam comestam, in corporibus quæ sunt, conclusam asserit: aliquando vero abreptam esse à principibus supernè ex armatura boni Dei eandem tradit, ut non amplius comesta sit, sed captiua detenta. Aliquando vero eandem captiuam detineri, non amplius concorditer dicit, sed alio modo doctrinam contra ipsam narrat, asserens ipsam velut inescationem voluntaria mente à superna virtute eiectam esse, instar hædi in foueam missi, ad hoc ut feram venetur, irritatamque feram ad capiendum hædum descendisse, atque ipsam captam esse. Et siquidem de propria virtute hædum demisit superna virtus, hoc est bonus Deus, aut lux, velut ipse nominat, siue venatus fuerit feram, siue omnino venari potuerit: interim tamen dum primus deuorabitur hædus, etiam magis seipsam lædet superna virtus, partem sui in cibum feræ submittere, quo ipsa partis detrimentum passa feram capisse videatur. Et non amplius velut valida & suprema ac potens ratione aut voluntate feram capiet, sed multifariam machinatur, ac versute agit, quo feram superare possit. Et si omnino capta fuerit fera, iam tamen de propria parte hædum comestum amisit. Si enim animam demisit hic superna virtus, quo per animam principatus ac potestates venans illaquearet, non successit propositum ei, quæ hoc consilium iniuit. Siue enim demisit animam ut caperet, capta est: siue ut illaquearet, illaqueata est: cum descenderit à pura natura, & inciderit primum quidem in vinculum corporis ipsius materiam, deinde in multas peccatorum absurditates. Et vndiquaque corrui impostoris illius sermo ac scelestæ doctrina. Age vero videamus etiam de matre vitæ, quam à virtute emissam esse dicit, sed & ipsam matrem vitæ, primum hominem, hunc vero quinque elementa produxisse. Elementa vero sunt, velut ipse dicit, Ventus, lux,

natiuitatis geminatio.

Zelus Domini pro domo patris.

Anima corporis societatis ratio.

Mater vitæ Manis.

lax, aqua, ignis, materia. Hæc autem induisse hominem ipsum velut ad belli apparatus, & descendisse infra, ac cum tenebris pugnaſſe. Principes enim tenebrarum comedebant ex armatura ipsius, id quod est ipsa anima. O insanum præstigiatoris imitamentum, ò incomparabilem imposturam, & ridiculamentum aggressione, vndiquaque impotentiam attribuit Deo, vndiquaque ignorantiam assignat omnia scienti Deo. Qui enim Matrem vitæ, iuxta ipsius sententiã produxit, is opprobrium fert, aut quod ignorauit ea, quæ à matre vitæ fiebant, aut quod facta aliter euenisse comperta sunt, præter cogitationis expectationem. Ignorantiæ enim damnatur, qui alia quidem euentura esse cogitauit, alia verò postea facta inuenit, non iuxta ipsius voluntatem. Mater enim vitæ, quæ ab ipso Virtus appellatur, ex ipso emissã est, quam etiam turpe est matrem vitæ appellare. Non enim receptum est apud eos qui prudentia præditi sunt, ut femina aliqua in deitate cogitetur. Sed hæc, inquit, femina produxit primum hominem. Et ut in summa dicam, primum hominem, naturam & matrem vitæ ex his quæ inter nos sunt, imaginatur. Homo enim vocatus est in terra. Et mater quæ ex terra nos genuit, & ex Deo ipsi à adam creata est. Imaginatur autem ex propriis ratiocinationibus bestialis ille, in celo talia esse, qualia etiam in terra existunt: id quod penitus esse nequit, velut diuinus sermo vbique docet: Dicit enim corpora cœlestia, & corpora terrestria: sed alia est cœlestium gloria, alia terrestrium. Et non dum in totum ea quæ sunt supra cœlos, enarrauit, sed de apparentibus his quæ corpus existunt, Sole inquam, aut Luna, aut his quæ in terra sunt, & de corporibus sanctorum, velut sanè nos cogitamus, qui tenues sumus. An verò etiam eorum quæ supra cœlum sunt, ratio habebitur, non omnino decernimus, propter profundissimum scientiæ in ipso Apostolo alucum. Atta men multa terrestria relata sunt, quantum magis quæ sunt supra cœlos, vnde terrestribus assimilari possunt, ò bone. Primum verò hominem dicit rursus, armaturæ gratia, sibi ipsi parasse ventum, lucem, ignem, aquam, materiam. Siquidem igitur ex supernis est primum homo, & huc venit ut sibi ipsi armaturam pararet, & produceret sibi hanc ad munitionem suam, & ad potentiam acquirendam, profectò ea quæ in mundo sunt, potentiora sunt quàm is qui ex supernis de cœlestibus venit. Aqua enim est quæ videtur, & lux quæ apparet, & materia quæ ex tua sententia corrumpitur, & ventus qui ad aures nostras deferretur, & ignis hic quo omnes citra impedimentum vtuntur in necessitatibus. Et si per talia principes bello petit, quæ est efficacia belli, dic mihi? Quis nobis tubas inflabit, dux belli fies? Dirimamus phalagas, contrahamus alas belli. Quis miserit primum iaculum contra eum, qui grauiter insanit contra principatum ac potestatum substantiam? Ventus pugnat, ò bone, imò materia quæ ex tua sententia corrumpitur, imò ignis in nostrum vsu paratus à Domino, imò lux quæ tenebris ex parte cedit, interuallis temporum ex Deo ordinatis, imò aqua? Quali modo enarras ea quæ à te sunt nouata? Etenim videmus per hæc magis & bona & mala fieri. In igne enim sacrificia sunt simulachris, & non recusat ignis, neque prohibet peccatum. Aqua maris libant, qui demonia adorant, & non prohibetur est vnquam in aqua is qui conatur ignorantiam perficere. Quor autem pirata cædes in aqua maris perpetrarunt? Et potius non est contraria aqua principibus prauitatis, velut tu dicis, sed magis coadiutrix est aqua, quum nõ sit aqua causa, sed vnusquisque homo causa sui peccati. Et ò ingentes tuas nugas. Quid verò profuit apparatus armorum, & munitione elementorum primo iuxta te homini, qui ut pugnet descendit, & à tenebris superatus est? Dicis enim, quod pressus est illic infra homo: quum aut ipse precatus esset, audiuit ipsum pater, & dimisit alteram virtutem ab ipso productam, viuum Spiritum appellatum. Tolle personam tuam ò comediarum poeta Menander. Cum enim ille sis, te ipsum obregis, adulterorum & ebrietatis opera narrans. Nihil enim in te consistit. Græcorum enim poemata pro veritate introducens, seducis eos qui à te decepti sunt. Fortassis enim super te Hesiodus sapuit, vbi poemata de Deorum genealogia recensuit: fortassis Orpheus, fortassis Euripides. Illi enim etiam si ridicula narrauerunt, tamen manifestum est, quod cum sint peccata, ea quæ non sunt, finxerunt. Tu verò, velut tu narras, ut errorem ampliore facias. Hunc Spiritum viuum descendisse dicis infra, & porrexisse dexteram, ac eduxisse ex tenebris primum appellatum apud te hominem, infernè in inferioribus periclitantem, qui descenderat ut saluaret comestam animam, & ipsam seruare non potuit, sed ipse periculum incurrit. Siqui ad salutem missus est, periclitatus est, & alio rursus missus opus habuit ad suam salutem: quantum magis anima periculum incurrerit, propter quã missus primum homo periclitatus est, imò etiam secundus missus est ad saluandum, quem tu Spiritum viuum esse dicis? Per penitentiam igitur pater demisit adhuc fortiorem, ut primi hominis saluator fieret? Aut ignorabat illum primum impotentem esse, & illum saluaturum esse sperabat: quum autem ipse periclitaretur, postea re per experientiam cognita, emittit, ac demittit? Et ingens quædam est absurditas, ò Manichæe, & non coherens neque consistens totius doctrinæ tuæ fabulamentum. Dicit autem rursus, quod Spiritus vbi descendit, porrexit dexteram, & primum hominem periclitantem leuauit, ac eduxit. Quapropter mysterium discipulis suis tradit ad porrigendam dexteram, vbi alter alteri obuiam uenerunt, signi gratia, quod à tenebris sunt seruati. Omnia enim in tenebris esse dicit, præter se solum. Etenim cæci, ludibrii gratia, multum videntes appellantur à videntibus, dum declinant, ut ne male audiant. Deinde rursus dicit, alias quasdam substructiones ac architecturas nobis construens, velut præfens illic, & ea quæ non sunt imaginans. Tunc, inquit, hic viuens Spiritus creauit mundum, & ipse tres alias virtutes gestans, ac descendens principes sursum tulit, & in firmamento crucifixus, quod est ipsorum sphaera. Et vocem quidem sursum tulit, non intelligit brutus ille quomodo sibi ipsi reputat, & quæ apud ipsum laudata sunt vituperat, & quæ vituperata laudibus effert, instar ebrui ac delirantis, & alia pro aliis deblaterantis. Dicit enim principes infernè in tenebris esse, & prauæ substantiæ ac corruptionis esse locum. Et si ex hac corruptione & ex parte tenebrarum,

Mater vitæ virtus dicta.

Primum homo.

Res naturales in-differenter agunt.

Menandri imitatus est Manichæus.

Ex diſſimilis docet vnum redemptore simile.

Principium crucifixio.

rum, Spiritus principes coegit ac sursum tulit, ob maius supplicium, & malorum locorum mutatione facta, in supplicium sursum traxit, non amplius erunt superna bona & substantiæ vitalis, sed potius mortis, et inferna non amplius supplicium, sed bonæ cuiusdam essentia: ex quo loco quæ voluerit Spiritus in supplicium transferre principes, à iucundis ac necessariis ad supplicii locum transtulit, ut sic ipsos cruciaret. Et aliàs, si Spiritus mundum fecit, quomodo rursus dicit mundum non à bono Deo factum esse? Et si principium corpus esse firmamentum, in qua ergo cruce principes affixi? Aliquando enim dicit ipsos in firmamento affixos esse, aliquando verò ipsum firmamentum corpus ipsorum adstruit. Et multa est verborum tuorum incoherentia, quæ nullam consequentiam ad veritatem habet. Ita in omnibus hostis ad nos accessisti, magis autem tibi ipsi hostis, & qui sententiam tuam recipiunt. Deinde rursus idem dicit, quod postquam crucifixi principes in sphaera, creavit luminaria, quæ sunt animæ reliquiæ: & non dicit animam, sed animæ reliquias. O inconstans dogma, & sermones mendaces ac incoherentes. Omnes enim reliquiæ, pars sunt plenitudinis: plenitudo verò maior est reliquiis. Si itaque reliquiæ sunt luminaria, ostendat nobis maiorem luminaribus ut animam videamus. Si verò plenitudo comesta ac consumpta est, reliquiæ autem sunt luminaria, ergo etiam ipsa, quum infra crucifixos principes sunt, comedentur, principibus summum locum adeptis. Si verò eo quod crucifixi sunt, non amplius possunt animam & luminaria detinere, corrumpit mendax sermo tuus, o Manichæ. Deinde rursus idem docens, quomodo humerifero iustus status præscriptus sit: Creavit & Materiam, inquit, sibi ipsi omnes plantas. Et quum raperentur ipsæ à quibusdam principibus, contocavit magnus princeps omnes principes ac primarios, & accepit ab ipsis singulis unam virtutem, & construxit hominē secundum formam primæ illius hominis, & ligavit animam in ipso. Hæc est commixtionis tractatio. Quando verò videbat (inquit) pater vivens animam in corpore premi, ut qui miserator est, & misericors, misit filium suum dilectum in animæ salutem. Nam ob hanc, & humeriferi causam, ipsum demissum esse dicit. Et filius delatus transformavit seipsum in hominis speciem, & apparuit hominibus velut homo, & homines putabant ipsum natum esse. Quum igitur venisset, opificium ad animarum salutem fecit, & machinam composuit, habentem duodecim cados: quæ dum à sphaera vertitur, morientium animas haurit, & has magnum luminare radiis acceptas purgat, & Lunæ tradit, & sic impletur Luna discus apud nos appellatus. Et vides, quanta sit huius præstigatoris delira nugacitas, & ebrietatis obliuio. Nam quæ ab ipso dicta sunt, obliuioni tradit: & quæ dicere videtur, transmutat ac destruit, propria dogmata dissolvens, aliàs aliter atque aliter narrans, & posteriora destruit priora: & quæ in prioribus destruxit, rursus postea edificat ac extruit, ita ut ostendat, quod à seipso non consistit, sed dum à spiritu immūdo impellitur, alia pro aliis narrat, quemadmodum qui ex phrenitide mente capti sunt. Aut enim aduentum Domini nostri Iesu Christi dicit, post multos autem annos à factis luminaribus præsentia ipsius venit, & post machinam duodecim cadorum ab ipso appellatam. Semper enim, ex quo facta sunt sidera, in cælo existunt. Aut elementa ipsa dicere vult, aut spacia & mensuras cæli. Attamen à quarta die creationis mundi omnia bene ordinata sunt, non in detrimentum eorum, qui Domini imperio subiacent, Christi verò aduentum decimo quinto Tiberii Cæsaris anno prædicationem incepit, post trigentesimo natiuitatis ipsius annum, quod tempus incurrit in quinquies millesimum quingentesimum nomen creationis mundi annum, & trigentesimum ætatis ipsius, trigentesimum verò tertium vsque ad crucem. Quomodo igitur à quarta die in cælo fuerunt luminaria & astra? Si verò dicit, Ante hoc venit, & fecit hæc, inconstans est ipse nugacitas. Nam priusquam homo esset in terra, fuerunt ab ipso appellata elementa, & duodecim frustra vocati cadi, & machina, quam gratiosis nominibus seductos ab ipso imaginari vult. Omnibus enim intelligentiam habentibus clarum est ex ipsa Scriptura ac consequentia, quod priusquam formatus esset Adam, primus homo, facti sunt omnes stellæ ac luminaria in quarta die. Hic verò dicit, quod venit, ut faceret duodecim cados, in forma hominis, & apparuit hominibus homo. Siue ignorans, siue iuxta factam ab initio dispensationem se aliquid dicere putas, velut cæcus seipsum deducens, his qui ab ipso excæcati sunt procedentia in mendacia exponit. Presente verò veritate, & oculos per intelligentes aperiente, deliria sua in risum profert. Quibus enim hominibus apparuit non existentibus? Quomodo verò in hominis forma apparuit, qui non accepit corpus? Et si quidem id aduentum in carne impleuit hoc apparens, & non existens, apparentia res ipsa erat. Ergo neque apparuit, neque venit. Si enim ubi venit, non erat, ne ab initio quidem venit. Si verò putabatur quidem homo, non erat autem homo, quid urgebat Dei Verbum ut homo appareret, cum non esset? Nisi forte à creditoribus trahebatur, & voluit sibi ipsi formam effingere, quo posset latere ipsum quærentes. Si verò & apparuit, et non erat, qualis erat hæc Veritas? In veritate enim non est mendacium, sicut dicit de seipso unigenitus, Ego sum Veritas et Vita. Vita autem mortem non habet. Et Veritas alterationem non sustinuerit, ut ne veritate turbata, non amplius veritas sit, et concidit ex omni ratione idem tragicum argumentum. Neque enim post aduentum astra creata sunt, neque antequam fierent astra, homines erant. Et hinc atque illinc confutatus est seductor Manichæus, velut iam supra à me declaratum est, Cæterum de Lunæ tractatione dicit, quod ex animis discus eius impletur. Priusquam autem mortuus esset homo in terra, unde implebatur discus? Nam potest nongentesimum et tricesimum annum vitæ ipsius Adam, qui primus mortuus est in terra, quomodo una anima discum implebat? Aut quomodo nongentesimo triginta anni vocati sunt, si non Luna implebatur et deficiebat, et constitutum suum cursum perficiebat, non ab animis accipiens repletionem, sed à Deo habens præceptum sapientiæ ipsius. Omnia porrò animalia, inquit, eadem anima plena sunt, quo exæquet animam hominis, et muris, et vermibus, et aliorum degenerum formatione corporum. Reliqua verò nugacitas habet, quomodo virgo appareat principibus, aliquando

Luminarium creatio.

Negat verum fuisse hominem.

Mundi ætatis trigentesimo christi anno, fuit anno rum. 5509.

Deliria in mediopro lata.

A repugnātibz argumentum. Lunam animis implevi.

aliquando in viri habitu, aliquando in femina. Fortassis hermaphroditum sui dæmonis exprimes, affectus suos concupiscentiæ introducit. Deinde dicit, Quum princeps magnus spoliatus fuerit à dicta virgine, emittit suas nubes, & facit pestem, & incipit incidere radices, & sic Mors fit. Et non no nit brutus ille, quod quam vituperans Mortem dicit, magis vitam debebat vocare, eo quod à corporibus animæ discedant. Si verò omnino esse in corpore animam, principes carcerem putarent, nunquam hoc faceret princeps, ut liberaret e carcere animam ab ipso occupatam, iuxta tuam ad eō sententiam. Et quanta est absurditas in flagitio haec doctrina? Alia deinceps ludibrii plena sunt, velut electi ipsius appellati. Et reuera quidem electi sunt à diabolo ad condemnationem, quod implentur, quod dictum est, Et edulia ipsius electa. Illi enim desidentes vespæ, & nihil operantes, sed curiosæ agentes, & non scientes, quibus sanctus Apostolus prædicat, velut secundum prophetiam cognoscēs, quod non ex doctrina Dei ambulant, sed ex diabolo, attoniti ac stupidi quidam ociosi & pertinaces in malis, dicens: Qui non laborat, neque edat: quo ociosorum illorum propositum obliteret ac dānet. Iubent igitur eos qui ab ipsis instruantur, ut ipsos largè nutriant. Illi verò quicquid necessariū est, exhibent electis suis, quo videlicet pius videatur, qui alit animas electas. Hi verò ubi acceperūt, quod etiam ridiculum est dicere, per prætextum orandi pro his qui obtulerunt, maledictionem: fermè magis ipsi imponunt, maliçei potius quam bonitatis testimonium ipsis præbentes. Dicunt enim sic. Ego non seminavi te, non mœsui te, non molui, in clybanum non misi, alius obtulit & comedidit, innoxius sum, & potius maleficos nutritores suos ostendunt. Etenim reuera oportebat negātem Deum, qui omnia fecit, neque ex creaturis Dei nutrirī, peritoniam ac cauillam loquor. Ipsi verò non recidunt botrum, sed edunt botrum, quo penitus redarguantur, quod magis ebrietatem habent, quam veritatis ademptionem, ut um enim grauius est: Etenim vindemians semel recidit botrum qui verò comedit, per dentes scētores ac manducatores, & per hoc quod singula grana edomar, magis multipliciter torquet ac secat, & non amplius similis erit ei qui semel secuit, is qui manducauit & consumpsit. Verum ut videatur solum glorificare, ali quod veritatis signū prætendunt. Deinde rursus effreni ore loquuntur de paradiso, quem mundum vocat. Sunt, inquit, plantæ quæ in ipso sunt concupiscentiæ, & aliæ imposturæ deceptionesque ac fraudes, ut re vera à serpente deceptus indicetur. Sicut enim ille innocens Enæ aures corruptit, ita horrendus serpens ipsius aures corripit. Quæ enim in paradiso sunt plantæ, inquit concupiscentiæ sunt & aliæ deceptiones, quæ hominum cogitationes corrumpunt. At arbor in Paradiso, ex qua cognoscunt bonum, est ipse Iesus, cognitio ipsius in mundo est. Qui verò accepit, discernit bonū & malum. Et vides quomodo omnia recta perierit, cum Apostolus palam clamet ac doceat: Metuone forte sicut serpens Euam decepit per versutiam suam, ita corrumpantur cogitationes vestre à puritate & simplicitate erga Christum. Et vide quomodo vocet ipsam seductorem, & versutam, & qui Euam decepit. Et rursus in alio loco idem Apostolus, Vir non debet comam nutrire, cum sit imago & gloria Dei. Et vides, quod gloriam Dei dixit comam, quæ in corpore fertur, & non in anima. Et post hæc dicit, Adam non est deceptus sed mulier in transgressionem obnoxia facta, peccauit. Saluabitur autem per filiorum generationem, si manserint in fide. Et vide, quomodo natura quæ vera sunt prædicata, sunt in diuina scriptura, & frustra hic inaniter se effert, imò potius ludibrio se exponit apud eos, qui perfectæ intelligentiæ habent. Deinde rursus narrat, non esse mundum Dei, sed ex parte materiæ formatum esse. At quia sibi ipsi non consentit, sed contra sua dogmata modò destructiones, modò adstructiones confingit, omnibus manifestum est, talem opinionem delirantis esse. Transitus deinceps animarū narrat à corporibus in corpora, quos fortassis aut à Platone, aut à Zenone Stoico, aut ab aliquo phanatico collegit, & hoc mendacium reperit: Quomodo enim possibile est animam à corpore in corpus interire? Si quidem enim corpora formata ac parata essent, & sic animas suscipere, probabilis esset hæc tragica fabula. Si verò quod seminatur, ex modica gutta est, quomodo anima in tam exiguo corpore talem reperit amplitudinē? Sic enim formantur ea, quæ formantur, & nō amplius consistit ipse sermo. Neque enim à corpore in corpus transeunt animæ. Nam citra mixtionem feminæ ad matrem, & maris ad feminam, in singulis animalibus nihil formatur. Nunquid igitur sic consistit anima, ut per duorum corporum coniunctionem, tragicum hoc præstigatoris signum perficiat? Et multa est absurditas in his, qui talia vel cogitant saltem. Nos verò ut ne integritatis grauitatem mutemus, contenti sumus eminus solum huius argumenti speciem proposuisse. Præterito itaque corruptam opinionem. Omnes enim eiusmodi cogitationes absurdæ sunt. Si enim ex corpore in corpus animarū transitus contigit, & quando postea homo fit canis? Cur non ab homine canis fit, aut à boue? Cur auicula non gignitur? At si forte contigerit tempore aliquo in immenso seculo, ut monstrum nascatur, hoc signi causa fit. Et natura quidem suos terminos nouit, & non euariat ut hominis naturam aliter præter naturam formet, aut etiam vniuersiuersque pecoris: sed in vnaquaque qualitate eadem qualitas fit. Et si omnino corpus aliud pro alio, à corpore non fit, quanto magis anima hominis in aliud corpus non transibit? Et, inquit, transit? quo si forte in homine veritatis cognitionem non intellexit, in carne aut equo constituta & edomitā intelligat, & in hominis corpus reflectat, & sic adepta cognitionem, in Lunæ discum assumetur. Et mirum videri debet, quod cum in homine esset, apud quem sunt scholæ, Grammatici, Sophistæ, & artium immensa copia, & sermo, & auditus, & doctrina, in ignorantia fuerit anima. In porco verò constituta, maiorem cognitionem assecuta est: quo ostendat suæ cognitionis iactantiam magis porcorum esse, propter ipsius errorem ac impietatem.

Vespæ desidentes.

Ciborum reuerētia.

Paradisi esse mundū.

“ “ “ “

“ “ “ “

Ade formatio.

Ceterum de formatione ipsius Adam idem narrans, alia pro aliis per errorem contextit. Qui dixit, inquit, faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem, & addit, Venite, faciamus, quod scriptum non est: sed, faciamus hominem secundum imaginem nostram, & ad similitudinem, princeps est, qui ad alios principes hoc dixit. Verum hoc redarguit sanctus Apostolus, & ipse Dominus in Evangelio, quando pharisaei ad ipsum dixerunt, Non est bonum, hominem esse solum. Et Moses dixit dandum esse libellum repudij, & eiiciendam esse uxorem. At Dominus ad pharisaeos confutationem inferens, dixit, Moses iuxta duritiam cordis vestri scripsit, ab initio vero non sic fuit. Sed qui fecit, masculinum & feminam fecit, & dixit, Propterea relinquet homo patrem & matrem, & adheret uxori suae, & erunt duo in carnem unam. Et statim infert dicens: Quod ergo Deus coniunxit, homo ne sepatet. Confitetur itaque Dominus, Deum, hoc est proprium suum patrem fecisse Adam & Euam, & nuptias venerandas ex ipso institutas esse. Ex eadem consequentia etiam sanctus Apostolus praeco veritatis dicit: Mysterium hoc magnum est, ego autem dico in Christum & Ecclesiam, a similitudine creati a Deo Adam ac Euae, quos Deus creavit, & dixit Adam: Hoc os ex ossibus meis, & caro ex carnibus meis. Et huius rei gratia relinquet homo patrem & matrem. Et quoniam construxit ipsi costam in uxorem, non amplius aliud quid dicit, sed mysterium magnum, in homine & femina formationem. Iuxta tropam autem figuram, per allegoriam fertur. Quomodo igitur hic abominanda narrat, & a veritate Dei aliena, ea quae a Deo creata sunt, a principe creata esse, blasphemio ore afferens, & mentem a veritate distrahens? Deinde dicit: Quandoquidem anima ab initio ex supernis auulsa, angustia supernae virtuti inducit, propterea omnino demittit, ac praedatur a principibus reliquias suas, quae sunt ipsa anima, per haec luminaria. Magna profecto nostrae spes sunt, & magna nostra expectatio, quod non potest Deus bonus, & viuens & potens saluare, non dico suam virtutem ab ipso auulsam, sed quae ab ipso facta sunt & formata, si non per alium quandam modum & occultam depradationem, auulsam ab ipso virtutem spolians, nos saluaret. Et quid adhuc tempus terro in absurditatibus ipsius recensendis, cum etiam blasphemiam lingua dicere miser ille non erubescat, cum qui locutus est in Lege & Prophetis, principem esse tenebrarum? Beatæ spes nostrae, quoniam principi tenebrarum c n r v s offerre coegit. Cum enim mundasset leprosum, Abi, inquit, offer munus tuum, velut praecipit Moses. Munus autem erat in lepra, volucris in sacrificium, & similago in holocaustum. Si autem princeps tenebrarum esset, non utique Verbum, Filius Dei qui ex supernis descendit, & ad conuertendum hominem ab errore principum iuxta Manichaei doctrinam venit, non inquam subornasset, vel leprosum ab ipso curatus illi subiectus esset, sed potius instruxisset ut fugeret illum, & hoc non facere docuisset. At quoniam non venit ad destruendam legem (ipse enim dedit legem) neque Prophetas, sed ad implendum, hoc fecit, ut Legis & Prophetarum impletionem ipse indistinctam ab Evangelio ostenderet. Nam eundem Deum prophetas adorauerunt, & lex ab ipso data est. Nunc autem non per eadem dona eidem Deo adoratio perficitur, sed per preces & gratiarum actiones, & alias operationes. Illis enim velut seruis grauius imperauit: sic enim persuaderi poterunt: in Evangelio vero leuiora velut liberis, propter excellentem ipsius benignitatem. Cum autem vnus & idem sit Deus & Legis & Euangelij, neutrius temporis ministerio dissoluto, idem Deus est qui regnat per omne seculum, & qui colitur a seruis: verum in singulis generationibus, prout conuenit ipsius benignitati. Et confutatus est vndique huius error, cum Saluator praecipit legis mandata perficere: & postquam praecipit ea perficere, soluat ipsa, non aboleat, sed impleat, & oblationes alias pro his quae in lege sunt, Deo offerre iubeat: hoc est, pietatem ac bonitatem, castitatemque, ac sanctam vitae conuersationem. Potro dicit rursus, quod veniet Senex, & ostendet imaginem suam in extremis diebus, & tunc humerifer conspicatur ipsius faciem, dimittit terram, & sic ignis aeternus consumit terram. Et oblitus est brutus ille, quod materialem ipsam indicet, quam paulo ante a spiritu viuente creatam esse dixit. Simul autem omnem mundum rursus ab igne consumi asserit. Et tunc, inquit, post haec restitutio duarum naturarum in idem simul ad archetypum denent. O magnum laborem, & post laborem nihil ad correctionem tendens. Si enim postquam creatus & factus est, consumeretur ac dissipabitur, ut archetypa maneat, rursus in identitate duarum naturarum, boni & mali, erit conatus mali ad excitandum ac instituendum rursus bellum, & ad rapiendum rursus aliam virtutem, quo rursus alius mundus fiat. Si vero non amplius hoc fiet, ergo respiciet & moderatè se geret malicia, ut ne amplius committatur cum bonitate, & malus Deus aduersus bonum, non amplius bellum geret. Si vero etiam vnquam resipiscet, non erit malum, quando ab antiqua sua natura immutatum discessit. Si vero etiam mutabilis esse mali natura omnino a mala in bonum transmutatur, & non amplius erit mala natura, quae mutationem bonitatis habet. Potest enim & hodie mutari, & adhuc superstitè mala, in bonum mutabitur malum. Et quatione, qui mutandus est, iam non mutatur? Et si quidem per Dei machinationem malus mutatur, ut non amplius malum operari possit, non amplius mali sui ipsius culpa existit, sed bonus qui potest ipsius maliciam reprimere, & non vult ante tempus ea quae temporis sunt facere. Si vero immutabile penitus est malum, nunquam cessabit bello impetere, ac vicissim infestari, & omnino nunquam erit restitutio duarum naturarum, cum immutabile maneat malum, & conetur bono maliciam ostendere, & bellum contra bonitatem excitare. Et si omnino malum per concupiscentiam boni semper conteretur, profecto non amplius erit malum. Nam dum desiderat bonum,

Veteris Testamenti Deus alius ab eo qui est in nouo.

Mundi vasa sumptio perigens.

Mali ac boni naturarum consideratione.

Bonum est ex bono voluntate.

bonum, attrahere vult sibi ipsi bonum, quo vbi per naturam boni, & armaturam ipsius sibi ipsi vim attraxit, in hac videatur seipsum honorare ac illustrare, confidentemque ac potentem efficere. Omni enim qui vult bonum, omnino ex bona opinione haec cogitatio infidet, & penitus non amplius erit malum, quando bonum concupiscere reperitur. Omne enim malum inimicitiam habet aduersus bonum: sicut etiam bonum non vult malum. Si vero per mixta existit amborum facultas, & bonus propria depradari solet, bellareque ac excoriare principes & potestates, aliquando vero tollere ac disperdere materiam a malo factam, aliquando autem ex ipsa formare, improbitas & inconstitens narratio garrulitatis nobis inuoducta scelesti illius existit. Sed age dicamus de mali natura rursus, repetita oratione. Dic nobis, o bone vir, qui a temporibus Aureliani regis, & hucusque venisti, & quae ante omnia secula fuerunt, enarras, cum haec neque Prophetarum vaticinati sunt, neque ipse Saluator docuerit, neque Apostoli, nisi conficta aliqua ex sanctorum nomine nugatus fueris, ita ut libros tibi ipsi adoptes, ac producas. Vnde igitur venis mali principalem ab initio principatum nobis afferens? Quum autem interrogatur a nobis an mutabilem hanc maliciam asserat, aut immutabilem, iam nobis dictum est, quod immutabilem ipsam introducit: Et aliquando quidem mutabilem, aliquando vero immutabilem: ad malum quidem immutabilem, ad bonum vero mutabilem, quo ex duobus terminis turpis confusionis ab hominibus damnetur. Si enim in multis & infinitis seculis immutabilis erat malicia, ipsam hoc solum nomen habens, & nullum aliud quam mali, qui mutauit post multa secula immutabilem naturam, ut malicia ad non conuenientiam mutaretur. Si enim nondum rapuerat virtutem, & bello impetuerat, neque acceperat armaturam in suam virtutem & in cibum, manseritque per multa secula sine cibo, neque alimento indigens, quis conuertit eam, quae aliquando alimento non habuit opus, ut veniret ad cibum, requisieritque eum quem aliquando non requiebat, & indigerit eo, quo olim non indigebat? At si mutata est natura, quomodo immutabilitas mali a te confirmabitur? Si vero rursus ad proprium statum venerit, non amplius habens quod edat, quomodo malus aut prauus, qui concupiscit cibum edere ac cibo vti, sufferti potest, ut in futurum tempus sine cibo degat? Si enim quum cibus aduersus non esset, sustinere non potuit, sed ad cibum deuenit, & animam depradatum cibum sibi ipsi vendicauit, iam quum in conseruandine ciborum fuerit, multo minus naturam concupisci poterit, & nihil ipsum persuaserit, qui gulosus fuit, & in ciborum experientia constitutus, ut absque his vitam degat, quemadmodum sermo tuus inconstans hoc ipsum asserit. Verum praeteribo hunc locum, & ad alias ipsius nugas orationem deducam. Rursus enim dicit, quod principes in propriis partibus tunc erunt, & pater proprias recipiet partes. Quis igitur ille adeo aequus, ut terminum vtriusque partis demetiatur? Quomodo vero credetis, qui ab initio veritati, & bono non creditis? Si vero cum necessitate persuaserit bonus iniquo, ut suis contentus sit, & boni portionem non mundat, cur non ab initio hoc facere potuit, priusquam omnino partes ab ipso spoliarentur? Quomodo vero duo simul erunt in eodem, cum vnusquisque suam partem possideat? Si enim omnino partes habet, & aliae partes non ipsius sunt, non amplius omnipotens vocabitur, sed vterque ipsorum proprium habet dominium. Cuius vero tandem malus erit Dominus, non amplius existente mundo, neque animalibus & hominibus impio ipsius subiectis? Si vero omnino malus, est & materia & corruptio: quomodo non potius corruptus est? Si enim ex eo tempore malicia corruptio fuit, & corrumpit quidem alia, ipsa vero seipsam non corrumpit, non amplius corruptibilis est, quae alia quidem corrumpit, ipsa autem perpetua manet, & non disperditur. Cum autem ipsa maneat in solida substantia, corrumpatque alia, & non seipsam, nihil relinquere potest, sed penitus corruptio aliorum, alia corrumpit, ipsius vero substantia permanet. Et non amplius aliquid terum sinet, sed ipsa sola manebit: quae vero per ipsam corrumpuntur, abolentur. Si vero etiam sibi ipsi mala est, & sibi ipsi corruptio, non amplius substantia ipsius consistet, non solum in futuro dixerim, sed etiam ex eo tempore abolita fuit, ut quae iam seipsam in seipsa corrumpit ac dissipauit. Verum haec omnia narrationes sunt stultae vaniloquentiae: quas vbi cognoueritis vos prudentes filij sanctae Dei ecclesiae, fideique Domini, diiudicate circulatorum, & nugas ipsius deridete. Redit porro ad praetextus male a seipso excogitatos, & ad similitudines ex diuinis Scripturis, quae non sic se habent, sed sic ab ipso male intelliguntur. Age igitur, proponamus ea ad verbum, quae ex diuinis Scripturis suffurans, velut dixi, iuxta suam mentem exponit, etiam si iam saepe eadem tractantes exactissime refutauimus. Primum quidem igitur vbi reperit in diuinis scripturis nomen paracliti, & sancti paracliti virtutem ignorat, seipsam introduxit, opinatus sese hunc esse. Et asserit, quae a sancto Paulo dicta sunt, ad se pertinere, velut seipsi vbi ubi sanctus Apostolus dixit: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. At vbi veniet quod perfectum est, abolebitur quod ex parte est. Hoc vero de paraclito omnino non dicit Apostolus, nichil enim de praesenti & futuro, quemadmodum dixit etiam his, qui de temporibus cognoscere volunt, Nemo vos corrumpat, neque per sermonem, neque per epistolam, quasi dies Domini instet. Nisi enim reuelatus fuerit filius iniquitatis, homo iniustitiae, &c. Et rursus quum conuenissent discipuli ad Saluatorem, interrogabant ipsum de consummatione, & dicebat ipsis: Non est vestrum nosse tempora & momenta temporum, quae pater posuit in propria potestate, sed accipietis virtutem superuenientis in vos Spiritus sancti. Et rursus dicebat, A Hierosolymis ne discedite, expectate

Nunquam dominus cuiquam malus.

Paracliti tunc in seipso.

tes promissionem Spiritus, quam audiistis: hoc est, Spiritum paraclitum, de quo dixit. Si ego abiero, ille veniet, & annuntiabit vobis omnia. At annuntiabit vobis omnia, propter donum quod accepturi essent, inhabitabit in ipsis Spiritus sanctus, quo omnia ipsis clare exponat, quæ in hoc seculo capere poterunt. Et hic quidem in hoc seculo acceperunt Spiritum sanctum paraclitum, & prophetarunt, velut Agabus vaticinatus est de futura fame, quando propheta à Hierosolymis descendit ad Antiochiam. Et quatuor erant filii Philippi prophetis. Cum autem prophetant, ex parte prophetant, & ex parte cognoscunt. Quod verò perfectum est in futuris seculis sperantes expectant, cum corruptibile in corruptibilitatem transmutatum fuerit, & mortale in immortalitatem. Tunc facies ad faciem, iam enim per anigma res contiguant. Illic autem paratur, quæ oculus hic non vidit. Illic reuelatur perfectio, quam auris hic non audiuit. Illic magnum beneficium sanctis, quod in cor hominis non ascendit. Et vides, quod non Mani referuatur nosse eximia. Quomodo enim nosset Manes, qui à proprio scopo elapsus est? Conatus est enim Marcellum capere, venit ad Archelaum ut ipsum superaret, & non potuit. Quomodo igitur, qui ignorat quod recens est, nosse poterit de maioribus? Quomodo verò non effugit manus regis Persarum, quando captus pœnas dedit, ut manifestus fieret intelligentia præditis, quod omnia mentiretur. Rursus autem proferre vult testimonium, quo dualitatem à se dictam confirmet, & inter duo principia vanè distinctionem faciat, ex hoc quod Saluator dixit, Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor putrida fructus bonos facere. Ex fructu enim arbor cognoscitur. Et vide nihil eum mentem, & nihil in profunditate diuinæ Scripturæ intelligentem, si quidem enim arbores, sunt ergo etiam agricolam habent: & si plantæ sunt, omnino etiam ab aliquo plantatæ sunt. Quicquid autem plantatum est, non est sine principio, sed principium habet. Principium autem habens, etiam finem subibit. Itaque putrida arbor non semper erat, sed plantata est. Et bona hæc arbor non de tota superna bonitate narrat. Illic enim minimè mendax bonitas mutationem non habens, & in honore inenerrabili veri sancti Dei cogitatio. At in plantarum negotio videamus an sic se res habeat, & dicere ordiamur. Siquidem enim de Diabolo sermo est, iam sæpe ostendimus, quod non malus creatus est. Nihil enim malum Deus fecit, & hoc intelligentibus manifestum est. Si enim ex iisdem procedimus, nihil molesti fuerit demonstrare etiam in præsentis veritatis rationem. In principio itaque malus non erat, verum euasit malus. Ecce non consistit in hac parte sermo de planta. Videmus enim & Saulum persecutorem fuisse, postea verò propter nomen eius quem olim persecutus erat, persecutionem passum esse. Videmus Iudam cum duodecim apostolis electum fuisse, & postea defecisse, & in sorte locatum fuisse. Videmus Raab scortum alienum à genere Israel, postea penitentiam egisse, & misericordiam Dei accepisse. Videmus latronem ob maleficia captum, & in ligno suspensum, confessionem fecisse, & cum Domino in paradysum ingressum esse. Videmus Nicolaum bonum fuisse, & electum, postea verò malum euasisse, & inter hæresarchas connumeratum. Et quid opus est multa exempla recensere? Quid igitur est arbor hæc mala, ex qua bonum non fit, quam ipsa hominum actiones? Non potest enim ex malicia bonitas esse. Non potest ex inuidia iusticia, non potest ex adulterio laus fieri. Ipsa enim peccati arbor non potest per bonitatem fieri: hoc est, non facit arbor mala fructus bonos. Neque boni arboris est, malos fructus producere. Verbi gratia, bona arbor quæ non facit fructus malos, est quæ producit hospitalitatem, siquæ ab hospitalitate eueniunt, non malice gratia sunt, misericordiam & eleemosynam, castitatem propter Deum, continentiam propter Dominum, iusticiam propter legem. Hæc duæ arbores de iusticia & de peccato, hoc modo se habent. At barbarus hic Manes cogitat & vult de Deo dicere, & de diabolo. Et quod de Deo nemo potest audire, & dicere, quod nunquam malum fecerit, absit: & neque de diabolo quod bonum operetur, hoc clarum est. Sed per Deum omnia bona sunt, & malum ex ipso nihil creatum est, neque fit. Si verò ex diabolo sunt mala quædam, ecce inuenimus & per ipsum coronam sanctis neci, & præmium victoribus dari, & corruit ipsius sermo. Putrida enim arbor, & bona arbor, de bonis & malis operibus dictæ sunt, & non de veteri ac nouo Testamento, velut Manis doctrina voluit. Insuper autem idem Manes volens confirmare prætextus de duobus principiis, venantis modo subit sententias quæ sibi videntur, & sic habent, Dicebat, inquit, Iudæis, Vos filij diaboli estis, ille homicida erat, quia pater ipsius mendax erat. Vult autem maledico ore effutire ac dicere, creatorem cæli & terræ patrem diaboli esse: quum nullo modo dictum illud ad hoc referre possit. Si enim omnino diaboli filij sunt, corruit ipsius sermo, & sibi ipsi ignorans Manes repugnat. Separatæ enim sunt de cætero ipsorum animæ ex diabolo factæ, & non amplius sunt supernæ virtutis, iuxta ipsius fabulamentum. Aut non amplius pars lucis, aut armaturæ eiusdem, aut columnæ lucis, aut matris vitæ. Si verò omnino ipsi diaboli sunt, ergo etiam Abraham horum pater, cuius semen sunt ipsi Iudæi, diaboli est, iuxta Manis rationem. Quomodo igitur Saluator expressè dicit ad ipsos: Vos non estis filij Abraham, sed patris vestri diaboli. Si enim essetis filij Abraham, opera ipsius faceretis. Vos enim queritis me occidere, hominem qui veritatem locutus sum vobis. Hoc Abraham non fecit. Er vides quod abusus est sermo. Cum enim essent ipsi filij Abraham, Dominus abalinear ipsos ab eo, propter opera, non propter formationem aut creationem. Iam verò etiam in superioribus de hoc tractauimus. Quomodo igitur pars seminis ipsius erit modò aliena & diaboli, modò pars Dei? At hoc per conuicium dicit. Cui enim quis seipsum subiicit, huius seruus est, iuxta operationem & doctrinam, velut

Arbor bona & mala

Penitentia omnibus salutaris.

Filij Abraham quales

velut etiam Paulus dicit: Est enim multos præceptores habetis, at non multos patres. In christo enim in se v per Euangelium ego vos genui. Et vides quod de doctrina dicit. Et si quidem Manes suscepisset ipsum Abraham, dixissemus sanè, Abraham quidem Dei lucis, eos verò qui ex ipso geniti sunt, aliter. Cæterum argumenti scopus, & propositum hoc modo se habet. Imitabantur homicidam, imitabantur traditionem Iudæ, susceperant calumniam, proditoris, filij facti sunt ipsius, propter ab negationem Dei. Ipse mendax erat, loculos detinens, & furans, & dicens ad ipsum, Aue Rabbi. & redarguebatur, & audiebat, Amice propter quid ades? Hic Iudas imitatus est ipsum Cain, quoniam homicida erat, mentiens coram Domino, ac dicens, Nunquid custos sum fratris mei? Non scio vbi est. Et ipse iuxta imitationem filius fuit, itémque iuxta intelligentiam eius, quæ in serpente locuta est mendacis vocis, & dixit: Eritis sicut dii, cognoscentes bonum & malum. Atque hoc est, quod in Euangelio à Salvatore dictum est, Vos filij estis diaboli. Dicit enim, Nonne duodecim vos elegi, & vnus ex vobis est diabolus? Quoniam ab initio mendax est, & homicida, quia pater ipsius mendax erat. Et soluta est huius quæstio. Non enim diaboli filij erant, Iudæi, absit. Dicit enim Samaritana ad Saluatorem, Hic in monte hoc adorauerunt patres nostri, & vos dicitis, quod in Hierosolymis est locus vbi oportet adorare. Deinde post multa ipse Saluator dixit, Quæ nouimus, loquimur, quia salus ex Iudæis est. Et rursus Apostolus, Manifestum est quod ex Iuda exortus est Dominus. Et multa sunt quæ de hoc dici possunt, & errorem huius redarguere. Rursus autem inhaeret huic dicto, Et lux in tenebris lucet, & tenebræ ipsam non apprehenderunt. Persequerantur, inquit, tenebræ lucem: nempe malis principibus persequentibus, & bello impetentibus Deitatem. Si verò lux bello impetita à tenebris persecutionem patitur, ergo potentiores sunt tenebræ ipsa luce, quoniam fugit à facie tenebrarum, & non potest stare lucens, eo quod tenebræ sunt fortiores. At non sic se res habet. Neque enim lux fugit à facie tenebrarum, sed lux in tenebris lucet, & tenebræ ipsam non apprehenderunt. Si verò tenebræ non apprehenderunt lucem, multum abest hoc à sententia Manis, qui dicit, quod non solum apprehenderunt, sed etiam armaturam ab ipso abriperunt. Quomodo igitur quæ prædicatæ sunt ab ipso, quod rapuerint armaturam, omnino non apprehenderunt lucem? Quomodo verò lux quæ persecutionem patitur, ipsa sua sponte in tenebris lucet? At quoniam obtenebratæ erant mentes hominum per caliginem peccati, demisit Deus primùm legem, illuminans velut per lucernam lucentem, quemadmodum dicit Petrus in Epistola, Attendentes propheticis sermoni, velut lucernæ lucenti in squallido loco, donec lucifer exoriatur, & dies illucescat in cordibus vestris. Illic enim lux in tenebris lucet, lex data in manu mediatoris, per fidelem seruum Dei Moysen. Quapropter quandoquidem ab origine prima erat lux lucens velut scintilla in lege secundum naturam, quam vbi contempit Enoch, complacuit Domino: per quam deductus Abel, complacuit Domino: per quam inuenit Noe gratiam coram Deo, cognita via: per quam Abraham credidit Deo, & reputatum est ipsi ad iusticiam. Deinde vbi præterisset lux à scintillari modo, accessit aliquid ad splendorem lucernæ, quæ in squallido loco luxit, hoc est, lux in tenebris lucet, ipsum mandatum Dei, & cogitatio mentis secundum bonitatem, lucens in corde fidelium, in medio caliginosæ cogitationis malorum ac improborum factorum inter homines, cultusque simulachrorum ac abnegationis Dei, cædis item & adulterij, atque aliorum. Quando autem venit magnum luminare, lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus ipsum non cognouit. In sua venit, & sui ipsum non receperunt. Quot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Et vides in quibus tenebris hæc lux lucet, & quæ tenebræ ipsam non apprehenderunt. Nam bonum quod semper à Deo in mentem hominū mittitur, & illuminat in mundo, à peccato non superatur. Similitudinè deinde rursus apprehendit Manes, ab eo quod Saluator dixit: Simile est regnum cælorum homini patrifamilias, qui seminavit in agrum suum bonū semen, & dormientibus hominibus inimicus homo venit, & seminavit dixerunt: zizania. Deinde dicit ipsi serui ipsius, Nonne bonū se me seminasti in agro? Ipse verò dixit, Etiam. Vnde igitur zizania? Ille verò dixit, Inimicus homo hoc fecit. Serui ad ipsum Vis igitur, ut abeamus & eradicemus zizania? At ille dixit, Non, ne forte eradicantes zizania, eradicetis simul triticum. Verum finite vsque ad tempus messis, & dicam messoribus: Colligite zizania, & ligate in fasciculos, triticum autem deponite in horreum. Et parate zizania, ut comburantur igne inextinguibili. Quum autem discipuli ipsius in domo dicerent, Explica nobis parabolam zizaniorum, ipse soluit ac respondit, ut non concederet impostori, vt ansam haberet contra veritatem. Respondet igitur clarè Dominus, & dicit: Qui bonum semen seminavit, est Deus: ager est mundus: zizania sunt mali homines, triticum sunt boni homines: inimicus homo, est diabolus: messorum, sunt angeli: messis, est consummatio seculi, quando præcipiet Dominus angelis suis, & colligent peccatores à regno suo, & tradent ipsos ad exurendum. Et videtis vos filij veritatis, quod ea quæ vult dicere, contra seipsum producit hic renouatus nobis pro Ioanne & Iambre. Ipse enim negat mundum Dei esse. Hic autem Saluator dicit mundum esse agrum, patremfamilias autem ac dominum agri, hoc est patrem suum, & se ipsum seminasse bonum semen. Et neque diuisit animas à corporibus, aut corpora ab animis. Sed inimicum hominem dicit seminasse zizania, quæ sunt

Iudæi filij diaboli cursum di cti.

Iudas diabolus.

Tenebræ, & caligo peccati.

Benignitas aduentus Domini.

Zizaniarum parabola.

Cur boni homines dicuntur.

mali homines. Homines autem non dicit corpora per se, sed simul dicit malos homines. Rursus similiter bonum semen paterfamilias seminavit in agro suo, bonos dicit homines, & non dicit hominum animas, sed bonos cum corpore & anima. Proinde ergo per doctrinam seminat Deus bonum in hominibus, & per magnam fraudem subseminat mala opera diabolus in hominibus. Hinc atque hinc non reperiemus malicie radicem, sed opera quae per nos fiunt. Et omnino non est diabolus causa & autor seminatorum zizaniorum. Statim enim declarat dicens, Dum dormirent homines: & non dixit, Dum dormiret paterfamilias. Cum enim nos obdormierimus à bonis operibus, cum neglexerimus iustitiam, cum mentem non vigilantem habuerimus ad mandatum, Dei tunc seminamus peccata. Vides quod meliores parant fasciculos ad ignem aeternum? Dic mihi d. Manes, animas illic ligant, aut corpora cum anima exurunt, aut ipsas animas? Non enim amplius consistet sermo tuus de animarum purgatione, quando ad supplicium & iudicium tradentur. Verum suffecerint haec de his hactenus. Intelligentibus enim apparent & clara sunt dicta veritatis. Apprehendit rursus aliud dictum, in medium producit, & non intelligens ea quae in ipso sita sunt, aliter interpretatur salutaris doctrinae virtutem, eo quod dixerit Saluator, Venit princeps mundi huius, & in me nihil quod suum est inuenit. Et rursus Apostolus, Deus seculi huius excæcavit mentes infidelium, vt ne illuminet ipsos illuminatio gloriae Euangelij. Videamus itaque de principe mundi huius, de quo dicit Dominus, quod deiicietur infra: Ego autem si exaltatus fuero, omnes traham ad meipsum, quem dicat principem mundi huius. Et siquidem diabolus dicit, quomodo Iohannes in Euangelio de Salvatore dicit, Quod in sua venit, & sui ipsum non receperunt. Videmus enim duas has sententias inter se oppositas, Apostolus enim dicit: Totus mundus in malo situs est, & in mundo erat Saluator, quomodo ergo utriusque capientur? Si totus mundus in malo situs est, vbi locus Saluatori in mundo est, vt ipse sit in mundo? Et si propria sunt filij Dei ea, quae sunt in mundo, qualis princeps dominatur propriis Dei? Si verò non sunt propria filij Dei quae sunt in mundo, qualis princeps mundi concessit propria esse Saluatoris ea, quae sunt in mundo? Et si filij Dei est mundus, quomodo concessit principi vt suum mundum occupet? Sunt autem omnes sermones Scripturae veritatis in sapientia dicti, quemadmodum ipse Dominus dicit: Venit Iohannes in via iusticiae, non edens neque bibens, & dicunt, Daemonium habet. Venit filius hominis edens, & bibens, & dicunt, Ecce homo vorax & vini potor, amicus publicanorum & peccatorum, & iustificata est sapientia à filiis suis. Quomodo autem iustificata est sapientia à filiis suis aliter, quam ab intelligentibus sapientiae verba? Sicut dicit & in Prophetis, Quis prudens & intelliget haec, quia recta via Domini. Et cui ratio sapientiae, & cognosceret haec? Impij autem debiles erunt in ipsis. Debilis enim factus est, & reuera impius cum impiis in diuinis ac caelestibus sermonibus. Saluator enim paulo ante dixit, Videbant Satanam sicut fulgur de caelo lapsum. Et hic rursus, Princeps mundi huius deiicietur infra. Et si de Satana sermo erat iam lapsus, quid erat opus rursus deiici infra? At omnino dices, In abyssum. Vbi igitur exaltari volebat Dominus? Si quidem enim ab abyssis exaltari volebat, simile ad simile ad motum atque extentum, aequivalentes loquutiones efficit, quando in terra exaltatus est. Dixit enim de exaltatione crucis, & de ascensu in caelum, quo omnes sursum trahar ad seipsum. Et quae ratione, cum supernè esset, non attraxit, sed in terram venit? Oportebat enim ipsum venire, & speciem hominum in seipsum suscipere, quo Deus verbum, qui ex paternis sinibus descendit, vbi primum ipsum sanctum vas, quod à Maria accepit, efformasset sibi ipsi, ipsum sanctum videlicet corpus, in proprio corpore exaltaretur, & exaltatus similes traheret ad seipsum. Quis verò est princeps mundi huius? Quis quàm, velut dicit, Totus mundus in malo situs est, non caelum dicens, non terram, non solem, non lunam, non plantas, non mare, non montes, non aerem, non nubes, non ventum, non astra, non volatilia, neque quicquam ex creatis. Absit. Sed mundus est, mentis humanae superbia, audacia ac fiducia arrogantiae, temeritas elationis hominum. Hic princeps mundi superbia ipsa decidit infra. Vos enim, inquit, gloriam alter ab altero accipitis, ego autem non quero meam gloriam. Quomodo enim non cecidit superbia, quomodo non fractus est princeps mundi, cum Herodes quidem seruet & iudicet iudicem ac Dominum viuorum & mortuorum: Pilatus verò praesideat, minister maxillam alapis caedat, Iudas tradat, Caiphas iudicet, Iudaei conspuant, milites colaphiscent caput eius, qui nunc caelum & terram vertere potest. Haec est superbia, & audacia, & gloria hominum mundi. Hic erat princeps mundi, qui cecidit infra. Omnes enim qui in eminentia dignitatum in mundo sunt, per elationem, per audaciam, per gloriam, per superbiam, principatum possident, quorum nihil in Salvatore inuentum est. Linum enim fumigans non extinguet, & arundinem fissam non confringet. Et multa de hoc dicere possem. Rursus autem idem Manes producit, quod Apostolus dixit, Deus, inquit, seculi huius excæcavit mentes infidelium, vt ne illuminet ipsos illuminatio Euangelij. Si est Deus mundi huius, quid ergo Saluator, vbi venit, faciebat in alienis? Et siquidem aliena desiderabat, non est hoc boni, neque iusti. Si verò saluandi gratia venit non propria, sed aliena: hoc adulatoris cuiusdam est, volentis eos qui vicini sunt elatos facere. Et si omnino vt ea quae Dei huius seculi sunt saluaret venit, ergo ipsi Deo mundi gratiam deponit, propria ipsius vasa saluare tentans. Et si omnino assentitur deus seculi huius, propter suos qui à Salvatore seruantur, ergo bonus est, etiam si saluare non possit, gaudens

Princeps mundi quis

Sapientia qualis ad res diuinas.

Mundus quid sit.

Violentia in passione Domini.

A

B

C

D

gaudens ob suorum salutem. Et erit de cetero vna societas bonitatis: quoniam alter cum possit, saluat alter verò quum non possit sua saluare, ob seruatos gaudet: lucrum hoc dicens, quod sua ab eo qui bene saluat, salua habet. Et si omnino non aduertatur volenti sua saluare, etiam gratiam confitebitur. Si autem gratiam confiteatur, primum ipsum saluat cuius sunt qui saluantur, quo erga eum qui saluatur, bonitatem suam ostendat. Et non paruos potius saluare vult, & sinere necessarium, ex quo facti sunt qui saluantur. Aut aliter rursus. Si quidem vult ipsum non seruare, eos verò qui sub ipso sunt saluat, ergo non perfectum operatur, neque potest bonum operari in perfectione. Si verò eo quod est naturae, quae non saluatur, ipsum quidem saluare non potest: eos verò qui ab ipso facti sunt, seruat: multo perfectius putidiores sunt, qui ab ipso facti sunt, & impossibile est ipsos saluari. Sed & aliàs, siquidem propria quadam saluare non potens, ad aliena venit ostentationis gratia, vt suum auxilium demonstraret, magna est inopia, quae non potest sua saluare, & ad aliena proficiscitur, quo ostendat opus quod in suis demonstrare non potuit. Et iam corruit sermo Manis, de Salvatore & principe huius seculi dictus. Et est reuera Deus huius seculi, non Deus alius & diuersus ab eo, qui est, neque Deus alius in substantia existens: absit. Deus enim omnium Dominus, qui mundum fecit, vnus est Deus, pater Domini nostri IESUS CHRISTI, & nunquam desinit. Verum de quo Apostolus dicit, quem increduli in Deum sibi ipsi elegerunt, eum non solum vnum Deum huius seculi esse dico, absit, sed etiam multos, quibus increduli se ipsos subiecerunt, & mente excæcati sunt. Velut etiam in alio loco dicit, Quorum deus venter, & gloria in turpitudine ipsorum. Et Dominus in Euangelio, Non potestis duobus dominis seruire, dicit. Deinde post multa, vt estenderet, qui sunt duo domini, dicit: Non potestis Deo seruire, & mammonae. Proinde Deus est Deus, & mammonas est deus mundi. Per hos enim duos, mammonam, & ventrem, maxima pars naturae hominum inescata cæcutit, non à Deo causa accepta, sed per propriam malignitatem, prout vniuersumque appetens, in incredulitate se ipsum subditum omnibus tradit. Vnde & Apostolus dixit, Radix omnium malorum est auaricia. Et propterea execratur malam praesumptionem ac praenotionem facienti Deum, dicens: Edulia ventri, & venter edulii, Deus autem & hunc & illa abolebit, detestans ventris concupiscentias. Deus itaque huius seculi excæcavit mentes incredulorum. Quemadmodum etiam in Euangelio scriba primus & secundus dicere reperitur, Quid faciam vt vitam aeternam possideam? Ipse verò dicit: Honora patrem & matrem, sicut scriptum est. Non enim erant ab ipso aliena, quae in lege habentur, velut ipse docet, vitæ haereditatem esse legis obseruationem. Deinde dicit, Haec omnia feci à iuuentute mea: & cum hoc audiuisset, gauisus est, vt ostenderet mandata legis à sua deitate non esse aliena. Per hoc enim quod dixit, Gauisus est, consensum veteris Testamenti ad nouum fecit. At ille: Quare amplius, inquit, opus habeo? Et dicit ad ipsum: Si vis perfectus fieri, vende bona tua, & distribue pauperibus, & accipe crucem tuam, & sequere me, & habebis thesaurum in caelis. Ille verò abiit moestus: erat enim diues valde. Deinde dixit Dominus: Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem in regnum caelorum ingredi. Non possum enim ingredi, quoniam excæcati sunt à deo seculi, ducentes mammonam suam deum, & se ipsos subditos facientes deo huius seculi, hoc est auaricia. Quemadmodum dicit, Attendite à fermento pharisaeorum, quod est simulatio. Et in alio loco, Quod est auaricia. Et vt ostenderet huius effectum & opus, dicit: Ducis sunt caeci, caecus autem vbi caecum ducit, ambo in fonteam cadunt. Quandoquidem enim excæcavit ipsos auaricia, deus huius seculi, etiam non illuxit illuminatio Euangelij in cordibus ipsorum, eo quod excæcati sunt circa auariciam. Haec enim & Iudam excæcavit, haec etiam Ananiam occidit. Haec multos perdidit. Hic est deus huius seculi, quem homines sibi deum elegerunt, & honorem erga ipsum apprehenderunt, & Dominum contempserunt, sicut dicit: Vnum quidem amplectetur, alterum verò contemnet. Non potestis Deo seruire, & mammonae. Et vides expressè ac clarè quomodo rem interpretetur. Nullus enim est alius Deus, non in caelo non, in terra, non in omnibus locis, quàm vnus pater ex quo omnia, & vnus Dominus IESUS CHRISTVS, per quem omnia, & vnus Spiritus sanctus, in quo omnia, semper existens trinitas, vna deitas, & nunquam additionem accipiens, neque ablationem admittens. Transamus autem rursus ad alia, & retia huius bestiae ferae & inimici ac vltoris diuelsumus, o charissimi: ita vt quae ab ipso nouè dicta ac exposita sunt, ad veritatis locutionem seramus, his qui veritatem discere volunt, & mentem ab omni mala haeresis doctrina auertere. Reprehendit enim rursus legem & Prophetas, inimicus veritatis & sancti Spiritus existens, qui in lege & Prophetis loquutus est, & laxata lingua velut semper contra Deum, qui omnia fecit, locutusque est in lege ac Prophetis, & est pater Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis familia in caelo & in terra nominatur, dicit: Ex ipso concupiscentia, & ex ipso caedes, & alia omnia. Iussit enim & vestes rapere Aegyptiorum, sacrificia autem sibi ipsi offerre, & alia omnia quae lex tradit. Occidit & homicidam, vt non contentus sit prima caede: sed etiam alteram efficit, nimirum dum primam eadem vlciscitur. Immittitque concupiscentias in mentes hominum, mulierum & aliarum rebus. Prudenter autem, inquit, pauca de Christo vaticinatus est, vt per pauca similitudinis fidem faceret. Atque haec erant verba temerarij Manis, quae contra suum Dominum effreni lingua loquitur. Vbi verò considerabit quis, videbit nihil aliud in hoc apparere, quàm phrenitide correpti opera. Sicut enim qui ex phrenitide laborat, gladio contra seipsum armatur, & propter

Deus huius seculi.

Via ad salutem.

Auaricia est deus huius seculi.

Legis accipere.

R. iij

Cur spoliari Aegyptii.

Testamentum in mortis.

Lex iusto non est posita.

Mori oportet peccato ut Deo viuamus.

Testamentum non esse vnius doctoris.

morbum suas carnes conscindit, & putat se de inimicis vlcisci, & non nouit: sic etiam hic contra seipsum arma sumit, non intelligens sententias, quas contra seipsum attrahit. Si enim ex ipso concupiscentia est, & concupiscentiam operatur, quomodo sursum ac deorsum contra concupiscentiam scribit, qui concupiscentiam immittit? Qui dicit, Non concupisces quæ proximi sunt, neque bouem ipsius, neque iumentum ipsius, neque ancillam ipsius, neque agrum ipsius, neque uxorem eius, neque quæcunque proximi tui sunt. Si tollit concupiscentiam, non ipse est concupiscentia suppeditator. Quomodo igitur dicit, Præcepit, ut spoliarent Aegyptios, dum exhibant ex terra Aegypti? Reuera enim iustus est iudex, velut etiam iam saepe de hoc dixi. Et ut ostenderet, quod non ipse opus habeat sacrificiis, dicit in Propheta: Non sacrificia obtulistis mihi domus Israel quadraginta annis, dicit Dominus. Cuius igitur erant, quæ offerebantur ipsi quidem iuxta mentem offerentium? Ipse verò non eo quod ipsius opus haberet, admisit, sed ut ad sacrificia à multitudine deorum, vnum Deum cognoscere: quum videret sacrificia fieri diis Aegyptiorum, ut ne per multitudinem deorum mentes ipsorum mutata, vnum solum Deum relinquerent. Postquam autem abduxit mentem ipsorum à multitudine deorum, per multum tempus desuescere faciens ipsos ab huiusmodi proposito, incipit recedere quæ non voluerat, & dixit: Cur mihi thus ex Saba offeritis, & cinamomum ex terra longinqua? Num comedo carnes taurorum, aut sanguinem taurorum bibo? Hæc enim non requisiui ex manibus vestris, sed ut faceretis iusticiam erga proximum, & vnusquisque veritatem erga fratrem suum. Et vides quod progressu temporum substantia virtutis diuinorum reuelatur. Quem admodum ipse rursus dicit ad Samuelem: Vnge Saul in regem. Postea verò ipsos redarguit, dicens: Vnxistis regem, non per me: & principes, & ego non præcepi vobis. At quia expebant hoc mentes ipsorum, consolans Deus Samuelem prophetam, dixit: Non terrecerunt, sed me, dicit Dominus. Verum vnge ipsos Saul filium Cis, velut pueris paruis oblatum numen, ut gesserit infirmitatem debiliū, & morem gerat infanti ob debilitatem ipsius. Deinde dicit, id quod perfectissimum est: Sacrificium Deo spiritus contritus: cor contritum & humiliarum Deus non despiciet. Et, Sacrificate Deo sacrificium laudis. & quæcunque de hoc dici possunt. Postea verò dicit idem Manes: voluit de Christo sermonem edere. Qui enim locutus est in lege, magnus reuera, qui edit & de futuris cognoscit. Si autem nouit futura, non exors est prænotionis. Sed Deus est, qui futura nouit. Scripsit autem ipsa ut fierent. Si vero contraria ipsi fuissent, scripsisset quidem de ipsis, verum soluisset ipsa, ut ne ipsis, credidissimus. Quando vero futura in Christum perfici confirmat, profecto ipse spiritus est, qui locutus est in Lege, & in Prophetis, & in Euangelio. Vna est enim consonantia, quemadmodum per Moysen dicit: Prophetam vobis ex fratribus vestris ex citabit Dominus. Et rursus Dominus dicit: Moyses de me scripsit. Moyses autem dicit: Omnis anima que non audiet prophetam illum, exterminabitur. Et rursus Dominus: si Moysi scriptis non creditis, quomodo sermones meos audieritis? Et vndiquaque apparet veritas, lucida existens, & non habens rugam. Mortis porro rursus esse asserit Testamentum legis, eo quod Apostolus dixit: Si vero Testamentum mortis per literas incisum lapidibus fuit in gloria. Et non solum hoc dixit diuina Scriptura: sed quo dicitur iusto non est posita, sed patricidis, & matricidis, & periuris, & si quid oppositum est sanæ doctrinæ. Quando quidem igitur lex iusto non est posita, iniquus ergo est iustus: absit. Sed quoniam anticipauit iustus perficere ea quæ sunt legis, non est lex contra iustum qui fecit legem, verum posita est contra eos qui delinquerunt, iudicans iniquos. Sic igitur & Testamentum. Iussit enim homicidas occidi, & adulterum occidi, & iniquum legis transgressorem lapidibus obrui. Fuit autem in gloria: magna enim fuit huius gloria. Excelluit enim gloriam hominum, eo quod à mutua iniuria prohibebat, in luce columnæ ignis expressum, in tubis horrendis valde resonans, & in tabernaculo testimonij, & in magna gloria tunc constitutum. Oportebat enim præire Testamentum mortis, ut primum mortui peccato viuere iusticiæ. Sicut Christus infirmitates nostras portauit, & morbos suscepit, dum sustulit omnia in corpore in cruce, ut primum ea quæ sunt mortis, deinde quæ vitæ sunt, in ipso propter nos impleverunt. Et propterea primum moritur, ut mortis Testamentum confirmet. Deinde ex mortuis resurgit, ut à gloria ad gloriam transeat. In cruce enim triumphauit de principibus ac potestatibus, in morte condemnauit peccatum. In eo quod sepultus est, sepeliuit iniquitatem. In eo quod gustauit mortem, aculeum mortis confregit. In eo quod descendit ad infernum, spoliavit infernum, soluit ligatos in fortitudine, erexit trophæum crucis contra diabolum. Et vide quomodo gloria hæc à Mose vsque ad Dominum. Quanto magis Testamentum vitæ erit in gloria, lapide deuoluto, petris ruptis, monumentis apertis angelis coruscantibus, mulieribus annunciantibus, pace data, Spiritu Apostolis ab ipso dato, regno cælorum promisso, Euangelio illuminante orbem terrarum. Qui descendit, ipse est, qui ascendit supra omnes cælos, & sedet in dextera patris. Non erat mortificans Testamentum, sed contra mortem Testamentum. In gloria autem erat mortis Testamentum, quo excellens gloria contra mortem fieret. Deinde rursus idem Manes dicit, Non potest vnus doctoris esse vetus & nouum Testamentum. Illud enim veterascit de die in diem, hoc vero renouatur ex die in diem. Quicquid enim inueterascit ac senescit, propinquum fit interitui. Verum illud alterius Dei, & alterius doctoris est: & hoc alterius Dei, & alterius doctoris. Et si quidem duo vetera Testamenta ostendere potuisset, verisimile esse queat, quod ab ipso dicitur, velut

velut duo essent, qui tunc Testamenta fecissent, Similiter autem si duo noua Testamenta ostendere potuisset, poterat quis in mentem sumere, quod ab ipso dictum est. Si verò vetus est vnus, & nouum alterius, boni autem Dei est nouum Testamentum, mali verò vetus: ergo nisi vidisset bonus Deus malum Testamentum fecisse, non nouisset quod oportet Testamentum legare. Et erit hoc modo magis, ut qui ab illo doctrinæ occasionem acceperit, & in rebus infinitus sit. Si enim non vidisset, non vrique imitatus fuisset. Et oportebat magis vetus Testamentum esse boni Dei, quo potius malus imitator appellaretur, quam qui est verus Deus. Dicit enim Dominus in Euangelio: Quicquid videt filius patrem facere, sic & ipse similiter facit. Et ut ne admitteret consiliarium, ut ne gloriari posset diabolus, ac dicere, per consilium eius Saluatorem aliquid fecisse, cum dixit ad ipsum: Dic ut lapides isti panes fiant, ipse hoc non sustinet facere, ut ne discere videatur, & consilium à diabolo accipere. Et vides quod duo Testamenta vnus Dei dicit. Dicit enim Apostolus: Primum Testamentum in monte Sina datum est, generans in seruitutem. Mons enim Sina est in Arabia. Et si enim duæ sunt mulieres, at vnus est vir. Sic etiam si duo sunt Testamenta, at vnus est Deus, qui ambo legauit. Et propterea non duo vocauit noua, neque duo vetera, sed vnum vetus, & vnum nouum. Et dicit, Testamentum autem ob mortuos firmum est. Quapropter etiam primum sine sanguine non consistit. Accepit enim Moyses sanguinem hircorum, & aspersit ipsum librum & populum. Et ideo etiam secundum Testamentum ob mortem Saluatoris datum est, quando maximè ambo inter se consona sunt, illud quidem dicens, Non deficiet princeps ex Iuda, neque dux ex femoribus ipsius, donec venerit cui repositum est. Secundum verò, Deus erat in Christo, mundum concilians sibi ipsi, non imputans ipsis delicta. Et multa de hoc dicere solum, verum compendij gratia præscribo. Porro arboribus resuscitatis ac inueteratis rursus comparat Legem & Prophetas, nimirum dicto ex quod dixit, Lex & Prophetæ vsque ad Iohannem. Et nihil est hoc stultius. Cui enim non clarum est, quod impleto eo quod nunciatum erat per Prophetas, finiti erant Prophetæ? Si enim adhuc venissent Prophetæ nunciantes CHRISIVM, venturum ex Maria, nondum CHRIVS aduenisset. Similis enim videtur hæc res tali cuiuspiam facti. Rex profecturus in regionem, præmittit ante se in equis præparatores, prænuncios. Et quanto magis aduentus regis appropinquat, tanto plures sunt præcones aduentum anticipantes, & in urbibus aduentum annunciantes. Vbi verò venerit iam rex in urbem, quæ amplius est vtilitas præconum? Quid opus est equitibus, aut aliis denunciantibus regis aduentum, quando ipse rex intus est? Sic etiam Lex & Prophetæ vsque ad Iohannem. Vbi verò Iohannes prædicauit vocem in deserto, & ostendit, Hic est agnus Dei, qui tollit peccatum mundi: non amplius prophetis opus est, quo veniant & predicent nobis Christi ex virgine aduentum. Opus autem fuit his, qui præannunciauerunt ipsius aduentum, ad aduentum ipsius confirmationem, quoniam præannunciatus fuit. Quemadmodum enim si quis prædago gum haberet velut etiam Apostolus dicit, quod prædagogus noster est Lex ad Domini aduentum: vbi peruenit ad ætatem, & acceperit præceptorem, non omnino reicit prædagogum velut inimicum. Sic Christus & nos deducti sumus in Lege & in Prophetis, vsque ad aduentum præceptoris. Reperto autem præceptore, non reprobamus prædagogum, sed etiam gratiam ipsi confitemur, quod pueritiam nostram deduxit, & ad perfectiores disciplinas nos demisit. Aut quemadmodum si quis in mari nauigare vellet, & magnam nauem haberet, verum in parua scapha commotionem circa ripam maris transiret, & scapha hominem ad magnam nauem perferret: homo ipse non omnino submergit scapham, vbi magnam nauem reperit, sed cum hoc quod gratiam scaphæ habet, occupat maiorem salutis suæ nauim. Aut ut etiam aliter dicamus, quemadmodum si quis expositus sit à matre sua genitrice, assumptus autem sit ab aliquo quocunque tandem, & postea vbi in virum euasit, cognouerit suum naturalem patrem, sit autem talis prudentia præditus, nunquid vbi cognouit suum patrem, & propriam hæreditatem assequitur, ob id reprobat nutritorem, qui ipsum educauit, & non potius gratiam habet nutritio, quod non fuit ipsum in mortem tradi? Sic & nos gratiam habemus Deo qui dedit Legem & Prophetas, & gratiam habemus ipsi, qui dignatus est nos nouo Filij sui Testamento. Dicit deinde idem Manes, formas esse nos principum, & nos à principibus factos, ipsi vero in edulium obiectos, Verum multa est impietas in talibus verbis: videmus enim non sic res contingere. Omne enim quod est in terra, etiam si ex improbiorebus ac sauioribus feris sit, non propriam formam inuadit, sed alias, velut verbi gratia, Leones leones non comedunt, ob propriam figuram, & eundem ordinem: sed fame magna premente, feras in montibus, & vbi per longum tempus nihil reperiunt, aut propter niuem, aut ob aliam inopiam, diuersantur in speluncis ac latebris suis leones vnà cum catulis ac lenæis. Et non inuadit fera feram, non lupus lupum, nisi forte ad insaniam deueniat animal, & rabie percitum ignoret quod facit. Si itaque lupus lupum non edit propter eiusdem ordinis formam, quomodo possunt principes nos edere, si eiusdem formæ sumus, & non magis adblandiantur nobis, quo videantur proprias suas formas amplecti? Et vndiquaque redarguuntur impostoris sermones. Deinde rursus ex Euangelio apprehendit, quod non omnes capiunt ipsius doctrinam, sed quibus datum est. Et non erat in hoc loco sermo Saluatori de doctrina, sed de eunuchis. Si vero de doctrina ipsius hoc impletur, Non omnes capiunt dictum hoc: ergo si non capient, iuxta propriam mentem non capiunt. Laudabiles igitur aut vituperabiles hi iuxta liberum arbitrium vocabuntur. Et non amplius secundum naturam erit capacitas, alioqui quid profuisset suam doctrinam denuncians? Corruit autem vndiquaque ipse

Lex et vro pheta re non clarum est, quod impleto eo quod nunciatum erat per Prophetas, finiti erant Prophetæ? Si enim adhuc venissent Prophetæ nunciantes CHRIVM, venturum ex Maria, nondum CHRIVS aduenisset. Similis enim videtur hæc res tali cuiuspiam facti.

Prædicia tus Christi. Reperto autem præceptore, non reprobamus prædagogum, sed etiam gratiam ipsi confitemur, quod pueritiam nostram deduxit, & ad perfectiores disciplinas nos demisit.

Homines edulium principum.

Nō omnes capiunt hoc dictum, de qua re dictum sit.

ipſius ſermo. Neque enim doctrinam Saluator dictum appellauit, ſed ſermonem de eunuchismo. Et ſi etiam de doctrina dixiſſet, non amplius conſiſteret Manis ſermo. Dicit amplius idem Manes, noſtros iam ſermones uſurpans: Etenim oues meæ agnoſcunt me, & agnoſco meas oues. In omnibus autem mentitur. Cum enim uellet per blandicias rapere animas eorum qui tunc erant in diſputatione, hunc ſermonem prolocutus eſt eſcam, ut ita dicam, ſpargens, quo per adulationem ipſi coniungerentur, ut ubi coniuncti ipſi eſſent, inciperet iactare ac dicere, nouiſſe ſe ipſos priuſquam ad ipſum acceſſiſſent. Ac cecidit autem ei uelut Apollini uari, ſicut in Græcorum fabulis fertur, qui aliis uaticinabatur, ſibi ipſi uero uaticinari non potuit. Verum excidit à uaticinio, amans Daphnem, & excidit propter ipſius caſtitaſtem. Sic etiam hic Manes uaticinabatur qui dem ſe noſſe ſuos, uerum natura propter Marcellum uenit, ſubditum ipſum accepturus. Sed corruit ipſius uaticinium. Neque enim Marcellus ipſi fidem habuit, neque quiſquam alius illius temporis hominum. Deinde dicit, quod antiquis annis nemo ſaluatus eſt, ſed à decimo quinto anno Tiberij Caſaris, uſque ad ſua tempora. Probus autem erat illo tempore rex, & Aurelianus ante ipſum, quando hic Manes præſens erat. Et in hoc rursus conſutatur, cum uindiquaque Euangelium & Apoſtolica uerba dicant de hiis qui iam prius ſunt ſaluati. Similiter dicit Dominus: Requiritur à generatione hac omnis ſanguis iuſti effuſus in terra, à ſanguine Abel iuſti, uſque ad ſanguinem Zachariæ, qui effuſus eſt in medio templi & altaris. Vnde igitur iuſtus eſt Abel, unde Zachariæ, niſi quod erat iam ſaluus, & qui ſaluauit iam per Legem, & Prophetas? Apoſtolus autem dicit: Regnauit mors ab Adam uſque ad Moſen: quo agnoſcas quod in Moſe impedita eſt mors, non penitus abolita. Expectabat enim perfectiorem omnium IESVM: quo ubi ipſum tradidiſſet pro humana, natura immortalis mortuus, & inſuperabilis ſuperatus, & uita in carne ſuſtinens ut pateretur, frangeret per mortem eum qui imperium mortis habet, aculeum peccati, & mortem, quando de cætero implebatur. Vbi aculeus tuus o mors: ubi uictoria tua o inferne! Illic etenim in Moſe impedita mors enerſa eſt, ubi regnaſſet uſque ad Moſen. Et primum quidem iuſti erant Abel & Enoch, qui tranſlati ſunt ut non uideret mortem, & non eſt inuentus. At non dum erat lex ſcripta, ſed lex naturalis ex intelligentia & traditione, per ſucceſſionem ex patribus ad filios. Quando uero clare edita eſt lex, factus eſt gladius, ut ita dicam, diuidens uim peccati. Quando autem Saluator aduenit, contritus eſt aculeus mortis, & rursus denotata mors tunc in uictoriam. Et uide quomodo ſaluauit Deus per multos modos. Perfecta autem ſalus in CHRISTO IESU. Dominus noſter facta eſt, & ſic uelut etiam Euangelium dicit: Ex plenitudine ipſius nos omnes accepimus. Et qualem dicit plenitudinem, præterquam legem per Moſen datam? Gratia & ueritas per IESVM facta eſt. Illic quidem data eſt, hic facta eſt. Si ex plenitudine lex, gratia & ueritas per IESVM, ueritas & nouum Teſtamentum in Lege, & gratia, & ueritate ſunt. Alia porro ſententia idem Manes uſus eſt, dicens: Chriſtus redemit nos à maledictione legis, factus pro nobis maledictio. Dicat itaque quo argento facta eſt emptio, quale fuit precium quod dedit ut nos emeret? Non enim dixit, emit, ſed redemit. At emptio quidem nouit, precium autem non nouit. Veritas uero utraque conſtitetur. Redemit enim nos, & emit uerè à maledictione legis, factus pro nobis maledictio. Et quomodo emit nos, ſtatim inferit ille Eccleſiæ doctor, dicens: Precio empti eſtis, precioſo ſanguine agni immaculati, & immaculati Chriſti. Si itaque ſanguine empti eſtis, non eſt de emptorum numero o Manes, quia ſanguinem negas. Vnde uero nos emit, dic. Alienos nos emit? Ergo indignus fuit prior noſter Dominus, & opus habens noſtri precio, accepit id, & tradidit nos Chriſto. Et ſi traditi ſumus Chriſto, non amplius ſumus prioris. Si itaque prior non amplius nos poſſidet, ergo extra ſuam poſſeſſionem conſtitutus eſt, & in propriis locis non habet poteſtatem. Quomodo igitur operatur in filiis in obedientia, uelut ſcriptum eſt? Sed neque quomodo emit, neque quomodo empti ſumus, neque quomodo maledictio pro nobis facta eſt, nouit ille, per omnia inſaniens: qui aperuit os ſuum, & non poteſt ea quæ dicit confirmare. Ecce enim ipſos uidemus dicere in regeneratione aduentus ipſius, ac uociferari, In nomine tuo comedimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus. & dicit ad ipſos, Abite à me maledicti, non noui uos. Quomodo igitur ipſum conſitentur, & ipſe illos execratur? Quid uero erat maledictio legis? Maledictio legis erat crux propter peccata. Si quis enim deprehenſus fuerit in dilecto, dicit lex, ſuspendetis ipſum in ligno non occidat ſol ſuper ipſum, ſuper morticinium ipſius: ſed detrahetis ipſum, & ſepelietis ipſum ante ſolis occaſum. Quia maledictus omnis qui penderit in ligno. Quando quidem igitur propter crucifixionem maledictio conſtituta erat, ipſe ubi uenit, peccata noſtra in ligno ſuſtulit, ſeipſum dans pro nobis. Sanguis ipſius nos emit. Corpus ipſius nos à maledictione ſoluit, hoc eſt, ſoluit peccata per penitentiam crucis, & ſuum aduentum. Neque igitur lex maledictio eſt: abſit. Neque Euangelium maledictionem accepit, neque ipſe Dominus, ſed per occaſionem mortis ſuæ exoluta eſt mors contra peccatum. Deinde dicit, quod lex adminiſtratio erat mortis. Iam uero de hoc multa diximus, quod non ipſa erat miniſtra mortis. Neque enim iuſſit occidere: ſed dixit, Ne occidas. Quando quidem uero occidit homicidam, ut per unum occiſum cædis actio tolleretur: & propter unum terrefacti, multi abſtinerent ab iniuſticia, ut non amplius occiderent: adminiſtratio mortis erat, non ut mortem adminiſtraret, ſed ut mortem homicidæ faceret, ut ne amplius multi homicidæ fierent. Vbi autem uenit Saluator, quando quidem caſtigat iam prædagogus, plurimo tempore perfectiora documenta oſtendens, unà cum conſonantia legis, nempe, Ne occidas, ne furtum facias, ne dicas

Apollinis uaticinatio.

Saluatum neminem ante 15. Tiberij annu

Saluatio- nis modi multi.

Plenitudo quid fit.

Emptio et precii noſtri.

Maledictio legis crux.

Vnius mors cædis actio- nem tollit.

ne dicas falſum teſtimonium, dixit, Si quis te cecidit in dextram maxillam, obuerte ipſi etiam alteram, quo uita adminiſtratio fiat, cæde penitus ſublata. Qui enim percutitur in maxillam, irritationem ad cædem non facit, ſed manum homicidæ per humilitatem exoluit, maliciam in ipſo blandiciis demulcens. Atque ſic omnia conſona ſunt in ueteri ac nouo Teſtamento. Deinde rursus aliud dictum apprehendit, quo duatum perſonarum propoſitum obiter inferat, ad dicta ab ipſo dualitatis confirmationem, duarumque naturarum, principiorumque principium non habentium, & radicum, de quibus iam antea diximus, ſimilia dicere uolens, uerum ob rerum diuiſionem ſic diuidere addeſ, dicit non ueretur, quod uetus Teſtamentum dixit, Meum eſt aurum, & meum argentum. Nouum uero Teſtamentum dicit: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. At non nouit quod uetus rursus dicit, Diues & pauper alter alteri obuiam uenit, Dominus autem utroſque fecit. Et nouum Teſtamentum eidem conſentit, beatos quidem prædicans pauperes, natura pauperes, aliquando uero pauperes ſpiritu, ut utroſque exæquet, quo & gloriatus Petrus ueram paupertatem oſtendat, dum ait: Argentum & aurum non eſt mihi, quod uero habeo hoc tibi do, in nomine IESU CHRISTI, ſurge & ambula: & ut beatitudinem natura pauperum non oppoſitam eſſe indicet beatitudini pauperum ſecundum ſpiritu, qui ſancti ſunt qui poſſident aliqua cum iuſticia, pauperes autem ſunt animi humilitate, de quibus dicit: Eſuriui, & dedisti mihi edere: ſitiui, & potasti me, &c. Deinde declarat ex bonis ſuis. Et uides unum & eundem ſpiritu in ueteri Teſtamento, pauperem oſtendere ac diuitem ſimiliter etiam in nouo Teſtamento eundem: nam & Saluator laudat ambo. Intentus enim gazophylacio, uidit mittentes in corbonam, & non interdixit opulenta dona. Laudauit autem & uiduam, quæ duo minuta immiſit, propter prædictam paupertatem, ut impleteretur quod ſcriptum eſt: Diues & pauper alter alteri obuiam uenit, Dominus autem utroſque fecit. Et quod quidem hæc ſic ſe habent, & quod idem eſt ſpiritus ueteris ac noui Teſtamenti, uide Apoſtolam dicentem de priſcis prophetis. Deficiet me tempus, ſi narrare uoluerim de Gedeone, Baruc, Samſon, Iephtæ, Dauide, & reliquis prophetis, qui obambularunt in pellibus ouillis ac caprinis, malè exati, anguſtiſti preſſi ac coarctati, quibus mundus non erat dignus. Reperimus enim & Eſaiam ſacco indutum, & Heſaiam ſimiliter. Et uides quomodo beati prædicantur in ueteri ac nouo Teſtamento pauperes propter pietatem, & beati prædicantur diuites propter iuſticiam. Deinde rursus dicit idem Manes, uetus Teſtamentum, inquit, iubet ſabbatum agere: & ſi quis ſabbatum non ſeruauit, lapidibus obruebatur. Sic & qui falſum lignorum collegiſſet, tradebatur. Nouum autem Teſtamentum, hoc eſt Dominus in Euangelio dixit, Ego operor, & pater meus operatur. Et in ſabbato euellebant diſcipuli ſpicæ, & in ſabbato curauit: & non hoc ſolum, uerum etiam, Tolle grabatum tuum, & uade in domum tuam, dixit. Et o ingentem ignorantiam. Nihil enim peius eſt imperitia. Multos enim excæcauit ignorantia. Quando enim non ob bonam cauſam ſabbatum ſolutum eſt? Quando uero non ligatum eſt à malicia, non modo ſabbatum, ſed omnis dies? Iesus enim Naue ſuccellor Moſis, qui inter prophetas numeratur, qui electus eſt à Deo, qui per orationem detinuit ſolem & lunam, ubi dixit: Stet ſol iuxta Gabaon, & luna iuxta conuallem Ialo: ſtatim reperit ſabbatum ſoluere propter bonam actionem. Nam per ſeptem dies circundat muros Hierichum: ipſe Iesus, & non licebat ire in ſabbatum ultra menſuram ſex ſtadium definitorum. At menſura ambitus Hierichum ſtadia viginti excedit. Cum autem per ſeptem dies circundederint ipſi ciuitatem, omnino incidit ſabbatum in unam ex his diebus: Erat autem hoc præceptum Dei, ut oſtenderet uoluntatem ſuæ miraculorum editionis. Neque enim fraudes, neque machinæ erant, non arietes, non inſtrumenta bellica ad urbes euandandas, ſed uox tubæ corneæ, & oratio iuſti, proſtrauerunt collapsos muros aduerſariorum. Oportebat enim ipſos plecti, quoniam impleta erant peccata Amorrhæorum. Iudex enim erat lex contra iniuſticiam, & unicuique reddebat ſecundum ſua opera: & quoniam in peccatis erant Amorrhæi, in tranſgreſſione conſtituti, & qui abnegaffent inſiurandum quod iurauerunt, quemadmodum etiam alibi à me dictum eſt. Nihil autem moleſti erit, & hic eadem apponere. Hæc enim ſunt, quæ in promptu Manis illa uehementia habet, quod malus ſit Deus legis, qui deprædatus eſt Aegyptios, & eiecit Amorrhæos, & Gerſæos, atque alias gentes, & dedit terram ipſorum filiis Iſrael. Qui dicit, Non concupiſcas, quomodo dedit ipſis aliena, & non nouit idiora ille, quod propriam ſuam terram receperunt abreptam ab ipſis, & punita ſunt ea quæ facta ſunt inter ipſos, mutuo conſtituto termino ueritatis, & iure iurando. Noe enim ſeruatus à diluuiio, cuiusque coniunx cum tribus filiis, totidemque filiabus, ſolus diuidens totum mundum, tribus filiis ſuis, Sem & Cham & Iapheth diuiſit, iacta forte in Rhinocoruris, uelut etiam conſequentia habet, & nihil eſt yanum, neque adulteratum. Rhinocorura enim interpretari queas Nerl, & ſic natura indigenæ ipſam uocant. Ex Hebræica uero lingua ſignificat fortes, quando quidem Noe illic miſit fortes tribus filiis ſuis, & cecidit ſors à Rhinocoruris uſque ad Gadira, quæ ſors habet Aegyptum & Mareandinen, & Ammona Libyamque ac Marmarida, Pentapolin, Macaten, Macronen, Lepremanen, Syriam, Mauritaniam, uſque ad columnas Herculis, & interiorem Gadiram. Hæc ad Nothum ſue Auſtrum. A Rhinocoruris uero ad Orientem ſors hæc habet, Idumæam & Madianitin, Alabaſtritin, Omeritin, Axonitin, Bugean & Liban, uſque ad Baſtroreum regionem. Atque hæc ſors diſtinguit inter Sem ea quæ ſunt ad Orientem, Ipſi uero Sem cecidit ſors in amplitudinem, Palæſtina, Phœnicæ, & Caua Syria, Comagene, Cilicia, Cappadocia, Galatia, Paphlagonia, Thracæ, Europe, Lariæ, Iberiæ, Caſpia, Gardyca, uſque ad Mediã ad Boream.

Pauperes natura, et pauperes spiritu.

Deus cor inuictur.

Sabbati ſolutio ac ſeruari pro iuſta occaſione.

Terra diuiſio inter tres filios Noe.

ad Boream ac Septentrionem. Istic hæc fors separat Iapheth ad Boream. Ad occidentem verò, ab Europa vsque ad Hispaniam & Britanniam, illi adiacentes populi, Euites, Daunes, Iapiges, Labri, Latini, Optici, Magardes, vsque ad possessionem Hispania ac Gallia, Scoporumque ac Francorum superiorem regionem. Quando igitur sic dinisæ sunt sortes, Noë conuocatis tribus filiis decreuit iureiurando, vt nemo sortem fratris sui inuaderet, & fratrem suum circumueneret. At Chanaan filius Cham, quum auarus esset, inuasit Palæstinam terram, & occupauit ipsam: & appellata est terra Chanaan, eo quòd in ipsa habitauit, propria sua sorte relicta, eo quòd nimio calore referta esse videbatur: & sedens in terra ipsius Sem, quæ nunc Iudæa appellatur: genuit hos filios, Amorrhæum, Gergesum, Meresæum, Iebusæum, Euzum, Arucæum, Chetæum, Afenæum, Samaræum, Sidoniũ, & Philistæum. Ob id etiam Dominus in Lege dicit, ostendens quod peccata ipsorum in iureiurando implebantur, dum dicit, Nondum impleta sunt peccata Amorrhæorum. Quapropter permanserunt in monte, tempus terentes in deserto, donec ipsi seipfos condemnarent, & ad bellum se pararet aduersus filios Sem iniuria affectos. Sem enim genuit Arphaxad, Arphaxad Cinna, Cinna Sala, Sala Heber, Heber Phalec, Phalec Rhagab, Rhagab Seruch, Seruch Nachor, Nhacor Tharra, Tharra Abraam, Abraam Isaac, Isaac Iacob, Iacob Iuda, Iuda Phares, Phares Esrom, Esrom Aram, Aram Aminadab, Aminadab Naasson. In temporibus Naasson tribuni Iuda, & in temporibus Iesu Nane, accepert filij Sem propriam terram, nulla iniuria in medio existente, sed iusto iudicio. Contraerunt igitur muri Hierichuntis sua sponte. Iusticia enim vlciscitur iniusticiam. Per septem dies circumdabant muros, & soluebatur sabbatum, vt impleteret iusticia. Et non hoc solum, verum septem lucernas habebat candelabrum: sanctificationis in tabernaculo testimonij, & singulis diebus accendebantur lucernæ septem æqualiter, & nulla omnino ipsarum per vnã diem cessabat, sed vnaquaque die eadem lux erat. Non enim factum est sabbatum ad exclusionem, sed ad bonum opus. Quum autem nemo omnino operaretur in duodecim tribubus, solum altare non cessabat, quemadmodum Dominus in Euangelio dicit, Sacerdotes vestri profanant sabbatum in templo, & sunt sine culpa: B profanant autem sabbatum, hoc est soluant. Soluunt autem quomodo, quàm sacrificium offerentes Deo, vt ne ociosum sit altare: Et non hoc solum, sed & Sol oritur atque occidit, & Luna augetur ac deficit, & venti spirant, & fructus germinant, & mattes pariunt, & omnia fiunt in sabbato. Quapropter etiam Dominus vbi venisset, non artem fabrilem lignariam exercuit in sabbato, non ferrariam, non aliud quid: sed quum Deus esset, Dei opus operatus est, & dixit: Tolle grabatatum tuum, & ambula: quo ex gestante appareret opus quod factum erat, vt omnes cognoscerent eum, qui de celo venit in auxilium filiis hominum. Etenim reuera venit, vt solueret sabbatum. Non potuisset autem ipsum soluere, si alienus ab ipso fuisset. Nemo enim alienum soluit opus, nisi exceptor alienorum talis fiat, & alienus inspector pœnas sibi ipsi redimat. Quando quidem autem propriũ ipsius est sabbatum, ob id dicit, Dominus est filius hominis, etiam sabbati, & dicit: Non homo propter sabbatum factus est, sed sabbatum propter hominem. Si itaque fecit Deus sabbatum propter hominem, etiam prætulit hominem sabbato, quo homo requiem cognosceret, & futurorum quietem. Exemplaria enim sunt hæc cœlestium: hic enim ex parte, illa verò tota perfectio. Sabbatum igitur in lege vsque ad suam præsentiam. Soluit autem illud sabbatum, & dedit nobis sabbatum magnum, quod est ipse Dominus, requies nostra & sabbatissimus. Nemo igitur disparabit vetus à nouo Testamento, neque nouum à veteri. Vna enim est, eademque consonantia. At vero rudis & imperitus, si viderit duas vinas haurientis ex vno fonte haurientes, putabit propter vinarum diuersitatem, diuersas etiam esse aquas. Verum audiet ab his qui norunt veritatem, Gusta de duabus vnis, & vide quòd quæ quidem sunt vna, vnus autem est fons. Sic vnus Dominus, vnus Deus, vnus Spiritus, qui loquutus est in Lege ac Prophetis, & in Euangelio. Ob id enim non duo sunt vetera Testamenta, & neque duo noua Testamenta, quoniam non sunt duo, qui Testamentum fecerunt, sed vnus qui vetus antiquar, & nouum renouat, non vetus abolens in interitum, sed vetus sedans, & secundo hæreditatem opulentia apponens. Allam porrò rursus idem Manes sententiam producit, dicens: Scio spiritum saluari absq; corpore: hoc enim, inquit, docet Apostolus, dicens: Omnino auditur inter vos scortatio, & talis scortatio, quæ neque inter gentes nominatur, vt aliquis vxorem patris habeat. Er vos inflati estis, & non potius luxistis, vt tolleretur de medio vestrum, qui hoc facinus perpetravit. Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicavi eum qui hoc facinus perpetravit, vt congregatis vobis & Domino cum meo spiritu, tradatur talis satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluetur in die Domini. Interitus autem in carne est, perfecta abolitio. Quomodo igitur abolita carne in manu diaboli, & seruato spiritu, amplius erit resurrectio corporum aut carnis? Er non nouit imperitus ille in omnibus, quòd opera carnis sunt, scortatio, adulterium, petulantia, & his similia. Et non de ipsa carne dicit, sed de operibus carnis. Et enim quando operabitur scortationem, caro ipsa operatur. Si verò habuerit continentiam, non amplius caro est, sed caro in spiritum transmutata est. Quemadmodum etiam Apostolus dicit: Qui ab initio coniunxit ambos, dixit: Quapropter relinquet homo patrem suum, & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carnem vnã. Quare qui adhæret scortò, vnũ corpus est: & qui adhæret Domino, vnus spiritus est. Igitur qui scortationem operatur, caro factus est: non solum ipsa caro, sed omnia, & anima & alia, caro fiunt. Adhærens enim scortò, caro factus est: & quum sit carnalis, caro omni no vocatur. Qui verò adhæret Domino, vnus spiritus est, hoc est corpus & anima, & omnia quæ sunt in homine, vnus spiritus sunt in Domino. Et de hoc legem

Chanaan filii.

Sem filii.

Altaris frequentatio apud veteres.

Sabbatum magnum.

Spiritum saluari absque corpore.

legem ferens idem Apostolus, dicit: Deus posuit in corpore omnia membra, vnumquodque sicut voluit. Et vide quomodo confitetur Deum creatorem corporis, & positorem partium in nobis, sicut voluit propria sapientia ac bonitate. Deinde pro exemplo nostri corporis proponit corpus **CHRISTI**, quòd & nos corpus **CHRISTI** sumus, & membra ex parte, & ecclesia Dei, quæ est corpus **CHRISTI**. Si itaque corpus **CHRISTI** ipsa Ecclesia, agglutinata & adhærens spiritui, hoc est Domino, vnus spiritus est, qui sanè ab ipsa delinquit, à spiritu elapsus, caro factus est omnino corpore & anima, & si quid est in ipso. Alioqui quomodo possit pars tradi Satanæ, & pars non tradi? Non enim dixit, vt tradatur caro satanæ, sed vt tradatur talis. Qui verò dicit, talis, integrum hominem cum anima & omnibus, quæ sunt in homine, tradidit. Si verò totum tradidit, totam carnem pronunciauit, spiritum verò indicauit saluari in diem Domini. Quo verò non in culpa esset ecclesia ipsius delicti hominis, qui deliquit ac errauit, & inquinaretur tota Ecclesia vnus delicto, dicit: Vt tradatur is qui deliquit, vt spiritus, hoc est tota Ecclesia, saluetur. At inquit, scriptum est. Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt, & in hoc se aliquid dicere putat. Etenim reuera non potest scortatio regnum cœlorum possidere, neque adulterium atque petulantia, neque simulachrorum cultus, hoc est caro & sanguis. Si verò de carne & sanguine dictum hoc putas esse ipsam carnem, quomodo amplius impletur id quod dictum est: Quicumque receperunt ipsum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, qui non ex sanguinibus, neque ex carne geniti sunt, sed ex Deo. Quis in mundo genitus est sine carne? Sed quoniam transmutatæ sunt mentes, non naturæ eorum qui ex matrum ac patrum carne ac sanguine geniti sunt, & geniti sunt secunda natiuitate, quæ contingit ex generatione Domini per spiritum & ignem, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Quemadmodum igitur hi ex carne geniti sunt, & ex sanguine, & non amplius reputatur natiuitas ex carne & sanguine, propter mutationem iusticiæ, & quidem in carne & sanguine, sicut dicit, In carne enim obambulantes, non secundum carnem militamus. Igitur est caro, quæ non secundum carnem militat. Et propterea dicit, carnem & sanguinem non possidere regnum cœlorum, non de carne hac, quæ laboribus fatigata est, quæ sanctificata est, & Deo complacuit, sed de ea quæ in peccatis versata est. Alioqui quomodo impletur, quod dictum est: Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptibilitatem, & mortale hoc induere immortalitatem. Clarius autem de hoc idem Apostolus indicans, vt ne aliqui seducantur, & pro malis operibus de corporis formatione ex resurrectione desperent, dicit: Mortificate membra vestra terrestria, quæ sunt, scortatio, adulterium, petulantia, &c.

Sed & eos qui visi sunt Galilæis, & dixerunt, Hic **IESVS** quem vidistis à vobis assumi, sic veniet quomodo vidistis ipsum assumi. Caterum ex relictis omnibus possunt hi, qui intelligentia præditi sunt, sententiam cognoscere in omnibus veritatis sermonibus, & in prædicti appellati Manichæi mendaciis, quum etiam si non alicuius testimonij mentionem fecissemus, ex duobus aut tribus testimoniis quæ produximus, omnia ipsius falsa deprehendantur. Nos autem magnam viam asperam & periculosos locos huius Amphibæna ac perniciosæ feræ ementi (quæ nimirum Cenchritis est, à multitudine similitudinibus ad decipiendos videntes variegata, & occultum aculeatum ac venenum ei aculantem fontem habens, qui ex omnibus procedit. Quandoquidem enim cum Græcis Græcus est, Solem adorans & Lunam, & astra, & demones, Græcus hic vir ò charissimi existit, & hæresis ipsius Græcorum dogmata recenset. Magorum quoque dogmata nouit, & in ipsis volutatur. Astronomos laudat, eorundem dogmata curioso uestigans. Solum **CHRISTI** nomen verbis iactat. Quemadmodum etiam ipse Cenchritis serpens, occultat quidem venenum, verum decipit per varietatem, dum in medio multorum nostrorum versatur, & his quæ ad sunt assimilatur) postquam in virtute Dei, per lignum veritatis & sanguinem Christi, & per corpus, quod ex Maria verè genitum est, & per mortuorum resurrectionem, & per confessionem vnus vnitatis, caput draconis in aqua contriuitus, hac multorum capitum hæresi retrò fugata, & capite ipsius contuso, Deo quidè grati esse perseueremus, ad sequentes verò hæreses progredi festinemus, Deum inuocantes infirmitatis nostræ adiutorem, quo vbi promissa perfecimus, perfectè Deo gratias agamus.

Contra Hieracitas, hæresim LXVII.

Post flagitiosam hanc, & venenum supra omnem hæresim ei aculantem, Barbaricam Manis illius reptiliformis doctrinæ emissionem, surrexit quidam Hierax nomine, à quo appellati sunt Hieracitarum. Hic in Leonto Aegypti vixit, non exigua eruditionis, & Græcæ totius doctrinæ studiis exercitatus, & in medicina sophistica, aliisque omnibus Aegyptiorum ac Græcorum disciplinis exactè versatus. Denique & Astronomiam & Magiam attigerat. Experientissimus enim fuit multarum doctrinarum, & in exponendo ac narrando, velut indicant ipsius orationes. Egregiè verò nouit Aegyptiorum linguam, erat enim vir Aegyptius. Sed & in Græcâ non modicè clarus erat, omnibusque modis acutus. Et fuit sanè Christianus, verum non permansit in politia Christi: impegit enim, & lapsus excidit. Nam hic, vt clarè dicam, veteri ac nouo Testamèto discedens, & in ipsa expositiones faciens, docuit à seipso à propria vanitate quod ipse visum est, & quod ipse in mentem venit. Vult enim etiam ipse carnem non resurgere penitus, sed animam solam. Spiritualem autem resurrectionem asserit, & quæcunque sunt ex diuinis Scripturis in mentem suam collecta, ita in seipso coaceruauit absurda signimenta, omnia mala machinatus ad hæresis suæ confirmationem. Erat autem vir admirandus ob suam exercitacionem in pietate, & qui animas persuadere posset, Multi enim pietatis exercitatores statim ab ipso seducti sunt.

Caro etsi quis regni Dei non possidebunt, quomodo accipiendum.

Cenchritis serpens.

Hæresis Hieracitarum.

Hierax.

Hierax acutus homo.

Origenes Arbitror autem, quod de resurrectione mortuorum, quod carnis resurrectionem, negavit, ab Origene occasione accepit, aut ex sua ipsius mente hoc enouit. Non admittit hic nuptias, & asserit has esse veteris Testamenti. Abraham enim & Isaac & Jacob, & Moyses & Aaron, & omnes sanctos, Esaiam item ac Hieremiam similiter suscipit, & pro Prophetis habet. Et concessum esse ait in veteri Testamento, nuptias contrahere, verum à Christi aduentu non amplius nuptias a dimiti, neque posse ipsas possidere regnum caelorum. Quid enim noui, inquit, ut faceret, venit Verbum? Aut quid noui ut predicaret venit vnigenitus, & ut perpetraret? Si enim de timore Dei, hoc habebat lex. Si verò de nuptiis, predicauerunt has Scripturæ. Si autem de inuidia & auaricia ac iniusticia, hæc omnia continet vetus Testamentum. At, ut vnum hoc solum perpetraret, venit: nempe ut predicaret continentiam in mundo, & si-bijpsi eligeret castitatem & continentiam, sine hoc verò non posse viuere. Occasionem autem & prætextus vndiquaque colligit: nempe quum dicit, Et sanctificationem vestram, sine qua nemo Deum videbit. Si verò quis dixerit ad ipsum, Quomodo Apostolus dixit, Veneranda sunt nuptiæ, & lectus impollutus, scortatores autem & mæchos iudicabit Deus? tunc statim infert, dicens: At paululum progressus dicit, Innupta curat ea quæ Domini sunt, quomodo placeat Domino. Quæ verò nupta est curat ea quæ mundi sunt, quomodo placeat viro. Diuisa est vxor & virgo. Si igitur est diuisio, quomodo potest vbi diuisio est, simul communicare? Et si Deo non placet, sed viro, quomodo potest à Deo acquirere hereditatem? Propter scortationem, inquit, vnusquisque suam vxorem habeat: non laudās nuptias post aduentum, sed compatiens, ut ne in ampliorem perniciem incidant. Sunt enim eunuchi, qui seipso castrarunt propter regnum caelorum, Et volo, inquit, omnes esse sicut me ipsum. Et simile est regnum caelorum decem virginibus, quinque fatuis, & quinque prudentibus. Prudentes virgines fatuæ virgines, attamen virgines, regno caelorum assimilantur, & non dixit nuptiæ. Multa verò huiusmodi sibijpsi coaceruat, quo videlicet nuptias reiciat. Porro pueros morientes ante cognitionem non suscipit, sed reicit ipsos à destinata spe. Afferit enim, hos non fieri hæredes regni caelorum, quandoquidem, inquit, non decertauerunt. Si enim certauerit quis, non coronatur nisi legitime certauerit. Si itaque & qui certat non coronatur, nisi legitime certauerit, quanto magis hi, qui nondum ad certamen vocati sunt? Non credit idem paradysum esse sensibilem, quemadmodum sanè & Origenes, neque mortuorum, velut dixi, resurrectionem per carnem. Sed resurrectionem quidem mortuorum dicit, verum animarum resurrectionem, & spirituale quoddam fabulamentum asserit. Nemo autem cum ipsis conuersationem habet, nisi fuerit virgo, aut solitariam vitam degens, aut continens, aut vidua. At verò de Patre & Filio ac sancto Spiritu non asserit secundum Origenis sententiam. Sed credit reuera Filium ex Patre genitum, & de Spiritu sancto, quod sit ex Patre. Afferit autem hic, velut supra à me in Melchisedecianorum hæresi ostensum est, de Spiritu sancto, quod ipse est Melchisedec, eo quod (inquit) dictū est, Intercedit ineffabilis spiritus pro nobis. Et quis est hic, quàm is qui manet sacerdos in æternū? At sacerdos in æternū est, eo quod intercedit. Hic autem spiritū obuiā venisse ipsi Abraham illo tempore. Quādoquidem enim similis est filio, ob id, inquit, Apostolus, sine patre, sine matre, absque genealogia. Sine matre, inquit, quia non habet matrem in cælo. Sine patre, inquit, quia in terra non habuit patrem. Verum assimilatus filio Dei manet sacerdos in æternum. Et multa nugans de sancto Spiritu, magnum opus in tractatione de hoc impleuit. Vult autem perfectam ipsius confirmationem facere ex Aicensorio appellato ille dixit, nempe: Ostendit mihi angelus obambulans coram me, & ostendit mihi, ac dixit. Quis est ille ad dexteram Dei? & dixi, Tu nosti Domine. & ait: Hic est vnigenitus ille dilectus. Et quis est ille alter similis ipsi ex sinistris? & dixit, Tu cognoscis, hic est sanctus Spiritus, qui loquitur in te, & in Prophetis. & erat, inquit, similis vnigenito. Ex hoc vult confirmare, id quod dictum est. Assimilatus filio Dei, manet sacerdos in æternum. Quanta igitur possit mens nostra etiam de hoc tractare ad confictam ipsius sententiam reuellendam? At verò hic senex mortuus est, scripsit autem Græcè & Aegyptiacè Expositiones opificii sex dierum, fabulis quibusdam confictis & fastuosis allegoriis. Id quod & in aliis fecit, quæ à Scriptura composuit. Psalmos etiam multos recetes confinxit. Cæterum multi ex ipsis veris eius dogmatis sectatoribus, animatis non vescuntur. Ipse verò Hierax, siue Hieracas, reuera multam exercitationem habuit: verum discipuli eius post ipsum, per simulationem. Ille equidem ab omnibus edulis abstinebat, & à vino, sedque exercebat in studiis pietatis. Quidam de ipso tradūt, quod supra nonaginta annos vixerit, et vsque ad diem qua mortuus est pulchre scripserit. Erat enim Calligraphus, hoc est, scriptor pulchos literarum characteres ducens in scribendis libris. Mansit enim oculus ipsius constans, et illæsus. Age verò consideremus etiam huius zizania, quali diuini verbi sententia conestamus ac dissepimus venenatum hoc reptile, istar scorpionum antè et retrò feriens, ex duobus Testamentis sibijpsi accumulans ea quæ spectant ad læsionem: non quemadmodum habent diuini sermones, sed sicut adulterina ipsius intelligentia, lucida tenebricosè intelligebat. Neque enim reprehendi meretur mel, neque amarum est, neque cibi ex Deo creati, meliores illi, verum febrienti cuidam dati, amari in ore ipsius apparent: non ut sint dulcia amara facta, sed quod gustus febrientis faciat amara ea quæ ipsi exhibentur. Ita etiam omnis qui à veritate excidit, non à veritate deceptus est, sed veritatem falsis ratiocinationibus gustauit, ipsamque in amaritudo dinem transmouit. Videamus autem de pueris quid dicamus, de his qui statim in Bertheem Iudææ occisi sunt propter Christum. Num regni caelorum exores sunt tales, aut participes: participes igitur sunt hi, quum sint irreprehensibiles. Si enim non sunt participes, ergo causa ipsius Dominus fuit: propter ipsum enim occisi sunt. Si verò occisi sunt propter ipsum, ira ut non peruenerint ad certandum, neque acceperint brauium, ergo ipsius aduentus magis in perniciem mundi contigit, quandoquidem causa fuit ut immaturi infantes à vita discederent, supplicia asse-

Nuptiæ reprobata.

Virginitatis laus.

Melchisedec spiritus sanctus habebit.

Esaiæ Ascensorius liber.

Calligraphi.

Pueros saluos fieri.

cti, & in regias minas callapsi, ut ne peruenirent ad certamen, quo præmia ferrent. Videamus autem & alias speculationes. Accerte mihi Solomon è beatum illum ac sapientissimum, ad Hieracem hunc confutandum. Adis prophetarum beatissime, qui accepisti à Domino, effusionem cordis ac sapientiam, velut arenam iuxta litus maris, quidnam de pueris sentis? & inquit, Senectus enim venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero supputata. Verum canicies est prudentia hominibus, & ætas senectutis vita immaculata. Cum fuerit irreprehensibilis, à Deo dilectus est: & quum vixerit inter peccatores, trallatus est. Raptus est, ne malicia mutaret intellectum eius, aut dolus deciperet animam ipsius. Inuidia enim malicia obsecrat bona, & cogitatio concupiscentiæ transmutat mentem innocentem. Perfectus in breui expleuit tempora multa, ut dicat, Mortuus est iuuenis, impleuit tempora longa. Cõplacens enim erat Domino anima ipsius, propterea festinauit ex medio iniquitatis. Et ad Hieremiam dicit Dominus: Antequam ego formarem te in utero, noui te: & antequam exires tu ex utero, sanctificauit te. Videamus autem & ipsum Saluatorem, veridicum os illud, quod omnia cognoscit, Adis Domine, auxilium fermenti nostræ, & redargue Hieracem, eiusque perulantiam. Acceperunt ad ipsum (inquit) pueri, ut imponeret ipsis manus, & benediceret, verum discipuli repellabant ipsos & impediebant. Hic verò ad illos dicebat, Sinite pueros, & ne prohibere ipsos venire ad me: talium enim est regnum caelorum. Et, ut ne solum puerorum esse intelligeretur regnum caelorum, & non omnis ætatis ab ipsis quidem initium facit: his verò qui similes ipso rum sunt, largitus est ut cum ipsis habeant hereditatem. Si enim hi, qui secundum ipsos sunt, habent regnum, quanto magis illi, qui exemplaria sunt eorum, qui secundum ipsos sunt. Et corruit fabulosus ipsius sermo. Omnium enim miseretur Dominus. Custodit enim pueros Dominus. Et pueri laudant Dominum. Et pueri predicauerunt. Hosanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine Domini. Et, Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Et quot sunt huiuscemodi? At de carnis resurrectione, quomodo non erit carnis resurrectio, & vanè sapiens Hierax. Ipsum enim nomen loquutionis vim ostendit. Non enim eius, quod non cecidit resurrectionem vocat. Quale autem est quod cecidit, quale quod sepultum est, quale quod dissolutum est? Certè corpus, & non anima. Anima itaque non cadit, neque sepelitur, & quot possint de hoc dici? Anima enim resurrectio non vocatur, sed corpus est quod resurgit. Cæterum de electione, per quam venit Saluator, ut eligeret virginitatem, & continentiam ac castitatem, cui non est manifestum, quod est electio etiam sanctæ catholicæ ac apostolicæ ecclesiæ gloriatio? Sed & eos qui venerandas nuptias contraxerunt, elegit, vnumquemque enim in proprio ordine saluare solet. Quomodo enim non erunt venerabiles nuptiæ, & in Deo habentes regnum caelorum quum vocatus sit Saluator ipse ad nuptias, ut nuptias benediceret? Siquidem enim recusasset ad nuptias ingredi, profectò nuptiarum exsolutor fuisset, & qui non suscipit vnumquemque iuxta debilitatis ipsius veniam. Venerandæ igitur sunt nuptiæ, quoniam ipse illas decreuit. Quare accedit ad nuptias, ut obtureret ora eorum qui loquuntur contra veritatem. Istic enim primum signum edidit in Cana Galilææ, aqua in vinum commutata. Sicut enim exortus est à virgine, ut offenderet lumē à virgine orbi terrarum exortum: ita etiam primum signum in nuptiis fecit in Cana Galilææ, quo virginitatem quidem honoraret per partum, & luminis iactum per ipsam exortum: nuptias verò honoraret per diuina signa, quæ in nuptiis primum fecit, aqua in numerum transmutata. Similiter autem si alienæ essent nuptiæ, quomodo gentium doctor præcipit, dum dicit, Iuniores viduas reice: postquam enim lasciuierunt contra christum nubere volunt, habentes condemnationem, quod primam fidem reiecerunt. Quid igitur dicit, quum nubant, liberos gignent, domum gubernent? Si igitur hæc admittit, quomodo apud te è Hierax nuptiæ reiciuntur post aduentum christi in carne? At verò de Melchisedec quod asseris, quod ipse est spiritus. Itaque venit spiritus, & assumpsit carnem. Non igitur amplius vnigenitus solus genitus est secundum carnem, sed etiam spiritus. Si verò genitus est spiritus secundum carnem, ecce Maria est, quæ genuit Saluatorem, dicat Hierax, vbi est ea quæ genuit spiritum? & in eo quod dixit Assimilatus filio Dei, manet sacerdos in æternum: non amplius de Spiritu sancto est sermo. Non enim dixit, similis filio Dei, sed Assimilatus. At assimilatus posteriorem ductum habet. Si verò post tempus Abraham spiritus assimilatur Christo, ergo non erat aliquando, & propterea assimilatur filio Dei. Et quomodo sine patre esse potest? Si enim per se existēs est spiritus, & nō est propria essetia deitatis, meritò sanè sine patre ostendi poterit. Nam reuera quidem vnigenitus filius est, & fratrem non habet, filius verò Dei est. At etiam si non dicimus Spiritum genitum, quoniam vnigenitus est filius, tamen Spiritum ex patre procedentē, & de meo accipientem, dicit Christus. Qui itaque ex patre procedit, & de meo accipit, sine patre esse non potest. Si verò dixerit, sine matre in cælo, & sine patre in terra, potest hoc etiam de Saluatore dici. Quomodo ad finem Apostolus loquitur, dum ait: At is qui genealogiā ex ipsis non habet, decimas accepit ab Abraham patriarcha. Nam vox, Ex ipsis, eorritudinis indicium est. Qui enim ex filiis Israel genus non ducebat, ex aliis omnino gentibus genus habebat: verum eo quod non scripti sunt ipsius pater ac mater, inde ad eadē alia pro aliis imaginatur veritatis calumniatores. Nos autem & matrem ipsius in traditionibus reperimus, itemque patrem. Erat enim hic ex generibus Sidonis & Chanaanorum. Corruit itaque fabulosus ipsius sermo, & vana est etiam ipsius vita ac conuersatio. Non enim in inanimatis exercevit cum parua fide, hoc vitæ & spei salutis est doctrina. Omnia enim, inquit, ad gloriam Dei fiunt. Sed de his etiam ipsum contentum esse arbitror. Contriouimus enim scorpionij alas, & vires ipsius detraximus. Serpens enim alatus hic est, & scorpionis alas habens secundum multos modos, & volās, & imitans quidem Ecclesiæ virginitatem: non habens autem puram conscientiam. De hoc enim & similibus eius impletur illud, Cauterio notatam habentium conscientiam, prohiben-

Inuidia prohibet ne bona videam.

Resurrectio carnis.

Nuptiæ veneranda.

Melchisedec nō est spiritus sanctus.

Melchisedec pater & mater ac genus.

tium contrahere matrimonium, iubentium abstinere à cibis quos Deus fecit ad fumen dum. Ea sanctificatur quidem per verbum & presentiam Dei viventis, quia omnia bona & iucunda, & nihil reiici meretur apud Deum. Subsannantur autem perfectissime propter eas, quas habent singuli coinductas mulieres, de quibus gloriantur solent se habere ipsas ad ministerium. Sed cum & huius, velut dixi, alas detraxerimus, & caput ligno vitæ contriuerimus, hoc est cruce Domini nostri IESU CHRISTI, ad sequentes procedamus, inuocantes ipsum Deum auxiliarium, ad reliquarum hæreses confutationem ac euersionem, quæ ab ipsis frustra in mundum sunt introductæ.

Meletii Aegyptii secta L XVIII.

secta Meletii 68.

Meletianorum contubernium quoddam in Aegyptiorum regione est, à Meletio quodam episcopo in Thebaide, catholica Ecclesia, ac rectæ fidei: non enim immutata est fides ipsius in aliquo tempore à sancta catholica Ecclesia. Hic Meletius contemporaneus prædicti Hieracis fuit, & deinceps successit: fuit item sancti Petri Alexandriae episcopi contemporaneus. Et hi omnes tempore persecutionis fuerunt, quæ facta est tempore Diocletiani & Maximiani. At verò Meletij causa hoc modo se habet. Sectam fecit, non tamen à fide discessit. Hic in tempore persecutionis vnà cum Petro sancto episcopo & martyre, & aliis martyribus captus est, ab his qui ad hoc à rege destinati erant, nempe à ducibus Alexandriae & Aegypti eius temporis. Erat autem Cultianus præses Thebaidis, Alexandriae verò Hierocles. Et Meletius quidem in carcere detentus erat vnà cum prædictis martyribus, ac Petro Alexandriae archiepiscopo. Videbatur autem & Meletius præminere inter episcopos Aegypti, vt qui secundum locum habebat post Petrum in archiepiscopatu, velut adiuvandi eius gratia, sub ipso existens, & sub ipso ecclesiastica curans. Hic enim mos obtinet, vt Alexandriae episcopus totius Aegypti ac Thebaidis Mareotæ que ac Libyæ, Ammonia cæque ac Maraotidis ac Pentapolis, ecclesiasticam habeat administrationem. Postquàm igitur capti hi omnes martyrij gratia in carcere degebant, & multo tempore conclusi mansissent, alij verò ante ipsos traditi martyrij testimonium subissent, & honorem præmij accepissent ac obdormiuissent, hi verò, velut principes ac maiores, in posterum seruarentur, quum aliqui quidem martyrium subissent, alij verò à martyrio excidissent, & nefarium idolorum cultum fecissent & coacti etiam sacrificassent, qui sanè lapsi sunt, sacrificaruntque ac transcendunt, accesserunt ad confessores ac martyres, quo misericordiam assequerentur per penitentiam, partim milites, partim clerici diuersæ fortis, partim presbyteri & diaconi, atque alij, commotio facta est inter martyres, & tumultus non vulgaris: quum alij dicerent, semel lapsos, & qui abnegassent, & in fortitudine non permansissent neque decertassent, non oportere dignos fieri penitentiam, vt ne etiam hi, qui adhuc restarent, minus curarent in crepationem ac penam, propter talem veniam citius ipsis datam, atque sic præuaricarentur, & ad abnegationem Dei ac nefariam Græcismi operationem deuenirent. Et erat sanè rationi consentaneum hoc, quod ab ipsis confessoribus dicebatur. Erant autem hi, qui hoc dicebant, Meletius & Pelens, & quidam alij plures martyres ac confessores vnà cum ipsis. Zelum itaque pro Deo ostendentes, videlicet hæc dicebant. Pronunciabant autem, finita persecutione post multum tempus dandum esse prædictis penitentiam locum, in tempore factæ pacis, si reuera penitentiam agant, & penitentiam suam fructu ostendant: non tamè vt vnusquisque exciperetur in propriam sortem, sed post temporis spatium colligerentur in Ecclesiam, & in communitatem, & in contubernium, at non in sortes. Et erat hoc ex veritatis amore profectum, & zelo plenum. At verò sanctissim⁹ Petr⁹, misericordia præditus, & velut pater omnium existens, rogabat, ac supplicabat, dicens: Suscipiamus ipsos penitentes, & ordinemus ipsis penitentiam, vt alsideant Ecclesie, & ne auersetur ipsos, neque sortem, velut fama ad nos perlata habet, ne fortè qui semel ad confusionem præ imbecillitate ac infirmitate à diabolo concussi ac conqual sati sunt, etiam propter temporis moram perfectè subuertantur, & non sanentur, velut scriptum est, Nō debere claudum subuerti, sed potius curari. Et erat quidem Petri oratio, pro misericordia ac humanitate: verum Meletij, & eorum qui ipsi adhærebant, pro veritate & zelo. Hinc propter faciem argumētū, quod ab vtrisque partem videbatur, facta est secta: his quidem hoc asserentibus, illis verò illud alterū. Quando enim videret Petrus archiepiscopus, quòd Meletius cum suis zelo diuino nimium ducti, resisterent consilio humanitatis ipsius, ipse Petrus velum erexit, in medio carcere pallio expasso, hoc est lo dice, & præconiū fecit. Qui mecum sentiūt, inquit, accedant ad me: & qui Meletij sententiæ adherent, ad Meletium transeant. Et distributa est multitudo ad Meletium, episcoporum ac monachorum presbyterorum atque aliorum ordinum. Pauci verò omnino ad Petrum diuenerunt archiepiscopum, episcopi, & alij pauci. Et de cetero hi priuatim preces faciebant, & illi priuatim item. Sed & alia sacrificia similiter singuli seorsim perficiebant. Contigit autem Petrum martyrium subire, & decessit beatus ille successore relicto Alexandro in Alexandria; hic enim successit in throno post prædictum Petrum. Meletius autem & alij multi in exilium relegati sunt, exterminati in Phœnesia metalla, & tunc de cetero, qui sequebantur, confessores cum Meletio erant. Et ipse Meletius in carcere in professione per singulas regiones ac singulos locos transiens, constituebat clericos, episcoposque, ac presbyteros & diaconos, & edificabat proprias Ecclesias: & neque hi cum illis communicabant, neque illi cum his. Infcribebant autem singuli in propria Ecclesia, qui quidem Petro successerunt, veteres habentes Ecclesias Ecclesia Catholica: qui verò Meletio adhærebant. Ecclesia martyrum. Vnde & in Eleutheropoli, & in Gaza, atque Aelia, quū accessisset idem. Meletius, multis sic elegit. Et contigit vt ipse multum tempore teneret in prædictis metallis. At interim liberantur à metallis confessores, tum qui Petri priuatim erant:

Falsa Meletii appetito.

Penitentia ratio.

secta quomodo facta sit.

Ecclesia catholica Ecclesia martyrum.

erant: multi enim adhuc supererant tum Meletij sectatores: neque enim in metallis inter se communitatem habebant, aut simul preces fundebant. Corripit autem, Meletium adhuc ad tempus in mundo vitam agere, vt etiam floruerit cum Alexandro Petri successore, & in amicitia eius esset, curaretque res Ecclesie ac fidei. Dixit enim sæpe, Nihil habui diuersum, aut alteratum. Hic Meletius in Alexandria existens, & ad tempus illic degens, propriam habens communionem cum suis, Arrium deprehendit, & ad Alexandrum detulit, quod deprehendisset Arrium in ipsis narrationibus extra propositum fidei transgressum. Erat enim hic in Baucalide Ecclesia sic appellata in Alexandria presbyter. In singulos enim dies presbyter est destinatus. nam multæ ecclesie erant, nunc autem sunt plures, & ipsi Ecclesia tradita erat, etiam si alius cum ipso esset. Qua verò de causa hoc fiebat suo loco dicemus exactè, quādo hoc opus fuerit. Postquam igitur deprehendit Arrium Alexander, conuocatis illico episcopis ac synodo, quarebat de fide, & exigebat ab Arrio de concepta in ipso falsæ opinionis perniciæ responsonem. Arius verò non negauit, sed cum perstricta fronte, velut res habebat, ita respondit. Et expellit ipsum Alexander ex Ecclesia, expellitque cum ipso magna multitudo, quia ab ipso polluti erant, tum in virginitate degentes, tum aliorum clericorum. Arrius autem fugitiuus ad Palestinam iter arripit. Quū autem ad Nicomediam peruenisset, illincque epistolas ad Alexandrum scripserat, non discessit ab insana falsæ opinionis suæ sententia. Verum pauco interposito tempore idem Alexander sanctus Alexandriae episcopus rei Christianæ curam gerens, & beatum Constantinum commouit, & synodum in vrbe Nicæa conuocauit, & reprobatam est Arri hæresis, post ipsius mortem. Primum enim negabat coram facie beati regis Constantini, & per iuramenta simulabat ex ironia orthodoxæ fidei verba. Cum autè dixisset rex ad ipsum, Siquidem iussu iuras, fidem reperiat tuum iusiurandum, & insons eas: si verò dolose ac fraudulenter, sic contra quem iurasti, de te vitium sumat. Id quod non longè postea ipsi contigit, velut postea dicemus. Itaque hic Arrius conspirans cum Eusebio Nicomediæ episcopo eadem sentiente, delatus est ad eundem regem, velut quinégasset, & hæresim suam reprobasset. Vnde iubet, & committit Eusebio, vt eundem simul adducat ad Constantinopolim, tempore Alexandri episcopi Constantinopolis, & idem nomen habetis cum Alexandriae episcopo. Iam verò beatus Alexander in Alexandria post obitum Meletij prædicti confessoris, zelo contra sectam ac dissidium Ecclesie assumpto, vndique priuatim inter communitatem habentes, & à Meletio relictos, turbare videbatur, continereque ac cogere, vt ne ab vna Ecclesia dissentirent. Illi verò non volentes turbas mouebant, ac tumultus excitabant. Et cum sic premerentur ac continerentur à beato Alexandro, aggrediuntur quidam ex ipsis principes ac primas ferentes, tum in pietate, tum in vita, & proficiuntur in comitatum colloqui gratia, quo assequantur, vt & offerant, & communionem habeant priuatim, & non impediantur. Erat autem Paphnutius quidam, magnus vir Anachoreta, & ipse filius sceminæ, quæ confessionem fecerat, imo etiam ipse aliquo modo confessionem, attigerat & Iohannes episcopus ipsorum, vir & ipse venerandissimus, & Callinicus in Pelusio episcopus, & alij quidam, qui hoc fecerunt, qui sanè profecti ac delati ad regem repellebantur ac reuiciebantur. Qui enim in palatio erant, audito Meletianorum nomine, & ignorantes quidnam esset tale, non permittebant ipsis colloqui regi. Et in hoc contigit, vt Paphnutius, & Iohannes, ac reliqui multum tempus terebant in partibus Constantinopolis ac Nicomediæ. Tunc verò in amicitiam veniunt cum Eusebio Nicomediæ episcopo, & causam suam ad ipsum deferunt. Nouerant enim ipsi dicendi libertatem apud regem Constantinum habere, rogantque ipsum vt regi per ipsum noti fiant. Hic verò postquam promississet se ad regem delaturum esse ipsos, & negotium quod petierant curaturum, petit vicissim ab ipsis hanc petitionem, vt suscipiant Arrium secum in societatem, nimirum qui simularet & per ironiam penitentiam egerat. Hic verò pollicetur se suscepturos esse ipsa. Atque hinc desert ipsos ad regem, Eusebius, & causam ipsorum regi exponit, & conceditur Meletianis, vt ex eo tempore per se communitatem habeant, & à nullis impediantur. Atque vtiām iudè Meletiani, qui summam iusticiam veritatis demōstrabant, cum lapsis post actam penitentiam communionem habuissent potius, quàm cum Arrio & sectatoribus ipsius. Contigit enim ipsis hoc iuxta prouerbium, Fugientes fumum in ignem inciderunt. Neque enim Arrius potuisset habere statum & dicendi libertatem, nisi per huiusmodi occasionem: quæ mala coniunctio contigit ipsis vsque in hunc diem. Permisti enim sunt hi, qui quondam purè degebant, & summè iusti erant, ac fide Meletiani, cum Arrii discipulis, & plerique iam inquinati sunt mala Arrii fide emoti in his temporibus. Quidam verò etiam si manserint in verâ fide, non tamen alieni sunt à cœnosis sordibus, propter societatem cum Arrio & arrianis. Ceterum à prædicta occasione habuit eō iunctio Meletij & Arrianorum originem. Verum modico tempore interiecto, velut promissum me relaturum esse, hic rem ipsam recensebo. Cum cogere Alexander Constantinopolis episcopus in communitatem suscipere Arrium, & ipse oraret ac suspiraret, & fleteret genua, circa horam nonam in sabato in altari, Eusebius autem diceret, Nisi volueris hunc ipsum vitro in societatem communem suscipere, te inuito crastina die mecum ingredietur, Dominica autem iam insequeretur. Sicut autem dixi, cum orasset Alexander, ac rogasset Dominum, vt aut ipsum auferret, ne vnà cum Arrio, qui contra Dominum maledicta effudisset, coinquinaretur, aut miraculum faceret, velut in generatione ac generatione facere solet, non ita longè postea votum sanctum implebatur. Nam noctu Arrius ad sellam progress⁹ necessarii oneris deponendi gratia, crepuit, quemadmodum & Iudas quondam. Atque sic si nem ad episcopum est in loco immundo ac graueolenti. Post hoc autem tempus consistebantur ab ipsis discipulis, quæ ad Ecclesie destructionem pertinent. Mortuus est autem Alexander, Alexandriae episcopus, post synodum in Nicæa. Non aderat autem Athanasius post Alexandri mortem, erat enim diaconus illo tempo-

Arrii impudentia.

Paphnutius Anachoreta.

insinuatio nes ad regem promissus.

Prouerbum.

Arrii mors velut Iudg.

Athanasius.

re sub Alexandro, & demissus fuit ab ipso in comitatum. Quum autem Alexander præcepisset, nullum præficiendum esse nisi Athanasium, velut ipse, & qui de regula erant, ac tota Ecclesia consuebantur, qui Meletium Aegypti episcopum sequebantur, arrepta occasione, episcopo Alexandria non præfente, nunquam enim Alexandria duos episcopos habuit, velut alia vides, constituit pro Alexandro Theonam quendam nomine, qui mensibus tribus peractis mortuus est. Et non longè postea accessit Athanasius post Theonæ obitum, & vndique congregatus est Orthodoxorum conuentus, & sic ipsius constitutio facta est, & traditus est ipsi thronus digno, & cui præparatus erat iuxta Dei voluntatem, & iuxta beati Alexandri testimoniū ac præceptū. Hic incipit Athanasii discipuli, ac tristaripropter Ecclesiæ diuisionem. Persuadebat, adhortabatur, & non admittebant: cogebat, & cogebatur. At sæpe visitans accedebat propinquas ecclesias, maxime circa Mareoten, & quandoque Meletianis communitatem habentibus contigit, vt ex multitudine diaconus quidam post Athanasium, cum quibusdam ex populo ingrederetur, ac frangeret candelabrum, & pugna oriretur, velut fama refert. Hinc sanè conspiratio contra Athanasium exorta est, Meletianis accusantibus ac calumniantibus ipsum, aliisque pro aliis proferentibus, Arrianis verò simul se instruentibus, & seipso offerentibus, propter inuidiam aduersus sanctam Dei ecclesiam ac rectam fidem, & deserunt rem ad regem Constantium. Eusebius autem prædictus Nicomedia episcopus erat totius ipsorum collectionis administrator, ac concinnator detrimenti in Ecclesia, & aduersus papam Athanasium. Accusatores igitur accesserunt regi, & vas quoddam mysteriorum proferebant, quod quidam candelabrum velut dixi, appellat aliisque quædam accusabant, asserentes presbyterum quendam Mareotæ Arsenium percussum esse; huius autem manum gladio ab Athanasio populis, aut ipso Athanasio præcisam esse, proferebant enim etiam ipsam manum in comitatu, & ostendebant, quam in loculo asseruabant. Hæc cum rex audiuisset indignatione quidem concitabatur. Habebat enī zelum diuinum beatus ille, non tamen nouit quoddam scophantæ essent, propter emulationem, velut dixi, Arrianorum contra orthodoxam fidem. Iuber autem conuocari synodum in Phœnice in vrbe Tyro, Et iussit iudicare causam hanc. Eusebium Cæsareæ episcopum, & alios quosdam: erant autem hi quodammodo magis inclinati ad Arrianorum vanitatem. Et vocati sunt episcopi Aegypti catholice, & sub Athanasio principes quidam viri ac maiores, & in Deo illustrem vitam habentes. Inter quos erat beatus Potamon, magnus ille Heracleæ episcopus ac confessor, sed & ex Meletianorum partibus, hi qui Athanasium accusabant. Quum autem zelotes esset pro veritate ac recta fide prædictus beatus Potamon, liberum habens os, & qui nunquam personam alicuius suscepit: oculo enim in persecutione propter veritatem orbatu erat, cum vidisset Eusebium sedentem ac iudicantem & Athanasium stantem, superatus tristitia, & lacrymans ob ea quæ apud veritatis professores fiunt, inuectus est voce magna contra Eusebium, ac dixit, Tu sedes Eusebi, & Athanasius innocens existens à te iudicatur, quis tulerit talia? Dic verò mihi tu, Nonne mecum fuisti in carcere, tempore persecutionis? Et ego quidem oculum amisi pro veritate, tu verò nihil mutilatum in corpore habere videris, neque testimonium per confessionem præbuisisti, sed stetit viuens, nulla parte detruncata. Quomodo discessisti à carcere, nisi quod d promissisti his, qui necessitatem persecutionis nobis intulerunt, id quod nefarium est te facturum esse, aut sanè fecisti. Hæc ubi audisset Eusebius, indignatione quidem commouebatur, & surrexit ac dissoluit iudicium, dicens: Si huc venistis, & contra nos talia dicitis, profectò vera dicunt accusatores vestri. Si enim hic tyrannidem exercetis, multo magis in patria vestra hoc facitis. Deinde verò Eusebius, & qui cum ipso erant, periculum faciunt, ac mittunt duos quosdam Pannoniæ episcopos Arriani dogmatis studiosos, Vrsacium & Valentem, tum in Alexandria, tum in Mareotem, ubi prædicta facta esse dicebant, nepe vasis fracturam & alia pugnae ne gocia. Hi verò eò profecti, non illa retulerunt, quæ vera erant, sed alia pro aliis subicientes mentiti sunt & beato papæ Athanasio calumnias struxerunt, atque illi vt vera confingentes, ac in literas referentes, ad synodum detulerunt, in qua Eusebius & alii erant, velut postea ipsi indicauerunt penitentiam agentes Vrsacius ac Valens, vnà cum libellis profecti ad beatum Iulium Romanum episcopum, pro ratione reddenda de suo errore ac delicto, quoddam calumnias struxissent papæ Athanasio. At suscipe, inquit nos in communitate, ac ad penitentiam. Sed & ad ipsum Athanasium iidem conscriptis confirmationibus vsi sunt propter penitentiam. Quum autem videret papa Athanasius, qui erat in Tyro, grauem tunc vndique imminentem machinationem, priusquam veniret ad iudicium, aut in conspectum prodiret calumniatorum sibi aduersarium, noctu digressus venit ad Constantinum in comitatum, ac refert illi ac exponit causam. Ille verò adhuc tristitia repletus, et animo versans nūm vera diceret qui accusauerat, et mentiretur qui se excusaret, adhuc indignabatur. Ipso autem indignate, Papa Athanasius grauem sermonem aduersus Regem protulit, nempe, Iudicabit Dominus inter me, et te quoniam etiam tu consentis calumniatoribus modestiæ nostræ. Hinc contigit ipsum in exilium mitti, & simul ex scriptis ad regem ex synodo, absente enim ipso Athanasio, depositionem ipsius faciunt, & ob id quod rex exacerbatus aduersus ipsum tristabatur. Et manet in partibus Italiæ annos plures, quæ duodecim aut quatuordecim. Multa verò postea percrebuit fama, quod Arsenius, qui quondam inter mortuos à calumniatoribus relatus erat, & cui manum præcisam fuisse dictum erat, inuentus esset in partibus Arabiæ, & quoddam annunciaffet Arsenium omnino seipsum papæ Athanasio in exilio degenti. Et quum Athanasius papa latenter ipsum accepisset, velut fama ad nos perlata refert, & ipse Arsenius ad beatum Athanasium venisset, simulque ad Constantem ac Constantium Constantinenses filios peruenissent, Athanasius quidem Arsenium ostendit viuentem, ac duas manus habentem.

Ingenita Athanasii tollerata

Papa etiam episcopi appellati

Potamonis libera lingua

Pannoniæ episcopi

Romani episcopi auctoritas

Athanasius exulat in Italia

Et de cætero accusatores non solum calumniæ autores reperti sunt, sed etiam sepulcrorum violatores, propter manum aliquando ab ipsis circumlatam. Hinc totum negocium ridiculum erat, & admiratio talis ac tanta fabulæ ac desperationis. Quid enim quis dixerit de accusatoribus & accusato, & de aliis omnibus, quibus singulis recensendis multum tempus insumpserit. Mortuo autem Constantino, cum Papa Athanasius in multa dicecadi libertate, dignationeque ac gratia Romæ & per totam Italiam esset, & apud ipsum regem, eiusque filios Constantem ac Constantium, demittitur à duobus regibus post Magni Constantini obitum, dum Constantius esset in Antiochia, atque hoc approbare. Et nouimus sanè proprias literas à tribus regibus scriptas Alexandrinis, & ipsi papæ Athanasio. Et sedet rursus in thronum post successorem suum Gregorium ab Arrianis missum, quum in exilio Athanasius esset. Rursus autem insidiæ ipsi constructæ sunt apud Constantium à Stephano, & expulsus est. Et postea rursus insidiæ ipsi constructæ sunt à Leontio Apocopo & sodalibus ipsius. Vnde contigit ipsum eici, & rursus in ferri. Georgius enim à Constantio mittitur, & cedit Athanasius occultatus per tempus quoddam, donec Georgius sublatus est, quo tempore regnavit Iulianus, & ad Gracimum conuersus est post obitum Constantii. Cum enim Alexandrini ira perciti essent aduersus Georgium, ipsum occiderunt ac exusserunt, cinerisque eius in ventos disperferunt. Mortuo verò Iuliano in Perside, & succedente in regno Iouiniano illo beato, hic sanè cum multo honore & literis fide dignis, ad episcopum Athanasium scripsit, ipsumque accersit, & amplexus est ipsum, ac demisit ad proprium thronum, ita vt rursus receperit sancta Ecclesia episcopum, & ad modicum tempus consolationem inuenerit. Mortuo Iouiniano beatus Athanasius rursus in iisdem persecutionibus, famaque ac turbis fuit, non tamen ab Ecclesia & throno emotus est. Quum autem Alexandrini pro ipso legationem mitterent, & tota vrbs cuperet ipsum post Lucium, qui etiam nunc Arrianus est, constitui in externitate, fortassis autem in Antiochia, & sæpè hic rogasset regem Valentem, vt mitteretur ad Alexandria thronum: rex verò ipsum expellere non velle, propter populorum turbam, tandem cum mortuus esset papa Athanasius, missus est Lucius, qui multa mala intulit Ecclesiæ, ciuitati, populis, episcopis, clericis, qui sub Athanasio fuerant, ac ipsi in singulis Ecclesiis successerant, & Petro, qui post Athanasium constitutus erat successor ipsius in Alexandria. Hæc vsque in hunc diem acta sunt, aliis episcopis presbyterisque ac diaconis in exilium puls, aliis verò capitale supplicium passis in Alexandria, aliis cum bestis in pugnam commissis, his verò qui virginitatem exercent occisis, & multis aliis interemptis. In his hucusque agitur ecclesia Dei, ex prædicta causa Meletianorum & Arrianorum, qui per tales mores seditionem habuerant, & quod ipsorum falsæ opinionis congregatio præualeret, Arrianorum, inquam. Cæterum in confutatione Arii exactè de omnibus tractabimus. Transgrediar porrò & hoc argumentum, & ad ipsam Arrianorum hæresim accedam, Deum auxiliarium inuocans, dum cum horrendo hoc ac multiplici reptili pugnam committere tento.

Contra Arriomanitas, hæresim L XIX.

Hæc Meletii & sancti Petri Alexandria episcopi tempora, deinceps insequitur Arrius, & qui ab ipso appellati sunt Arriani, qui temporibus sancti Alexandri episcopi & successoris Petri floruit, qui Alexander ipsum Arrium per multam commotionem ac magnas synodos subuertit. Emouit enim ipsum, & eiecit ex Ecclesia & ciuitate, velut magnum malum in vitam productum. Tradunt autem ipsum Libyn genere, verum in Alexandria presbyterum fuisse, qui præfectus erat ecclesiæ Baucalidis appellatæ. Quotquot enim ecclesiæ in Alexandria catholice ecclesiæ sunt, sub vno archiepiscopo sunt, priuatimque ad has destinati sunt presbyteri, propter ecclesiasticas necessitates, ita vt habitatores vicini sint vnus cuiusque ecclesiæ, vicique ac biuia, quæ Labra vernaculalingua eorum qui Alexandriam urbem habitant, appellantur. Fuit autem hic Arrius temporibus Constantini Magni ac beati regis, filii Constantii senis, qui fuit filius Valeriani regis, qui etiam ipsum Diocletiano & Maximiano ac aliis regnauerunt. Omnes autem nouerunt Constantinum patrem Constantii & Constantis admirandum fuisse in Christianismo, & fide patrum apostolica ac prophetica in Ecclesiis, vsque ad ipsum Arrium non adulterata. Contigit autem vt hic multitudinem discinderet. Hunc enim Arrium presbyterum prædicti Alexandri ingressus est spiritus Satan, & commouit ipsum (velut scriptum est) vt contra Ecclesiam puluerem excitaret, & ex seipso ignem accenderet non vulgarem: qui occupauit omnem ferè Romaniam, maxime Orientis partes, vt vsque in hunc diem ipsius hæresis veram fidem ac Ecclesiam impugnare non cessauerit. At verò illo tempore videbatur Arrius presbyter esse, & fuerunt multi eius in presbyterio consortes in singulis Ecclesiis. Sunt itaque plures numero in Alexandria, cum ea quæ nunc extructa est Casaria appellata, quæ prius Adrianum fuit, & postea Licinianum gymnasium siue regia. Postea verò temporibus Constantii visum est ipsam ædificare ecclesiam, Gregorio Meletiano & Arriano auspicante, absolvente autem Athanasio beato, & rectæ fidei patre. In eam etiam rursus ab eodem beato Athanasio restituta est eadem ecclesia, quum combusta esset tempore Iuliani. Sunt autem alia plures, velut dixi: ecclesia Dionysii appellata, & Theonæ, & Pierii, & Serapionis, & Dizyæ, & Mendidii, & Anniani, & Baucalidis, & Abiæ. At in vnâ harum Colluthus quidem erat, in altera Carpones, in alia Sarmatas. Et Arrius prædictus vnâ ex relatis ecclesiis tenebat. Clarum est autem, quod vnusquisque horum secundum consuetam communionem populum ipsi concreditum in narrationibus docens, litem quandam populo immittebant, & alii inclinati erant ad Arrium, alii ad Colluthum, alii ad Carponem, alii ad Sarmatam. Sicut igitur quisque exponebat in

Athanasii in diecdo ex occasione libertas.

Iulianus apostata. Georgius Alexandrinus occisus.

Arriomanitarum hæresis. 69. Arrius Libs genere. Vixit temporibus Constantini

Romania.

Ecclesia in Alexandria.

Arii habitus.

Suspicio de heresi.

De heresi.

Epistola Encyclicae Alexandri.

Arii epistola.

propria ecclesia, alius aliud quid, & alius aliud, appellationis ac laudis ex illis gratia, alii Colluthianos seipso nominauerunt, alii Arianos. Nam & Colluthus quaedam peruerfa docebat, sed non durauit hu- ius heresis, sed statim dispersa est. Quo modo utinam & furiosa Arii fides, imò potius incredulitas, aut adhuc magis mala fides perisset. Elatione enim elatus senex à proposito excidit. Erat autem statura valde longus, subtristi specte, figuratus velut dolosus serpens, qui decipere posset omnino nocens cor, per versutum suum prætectum. Dimidium enim pallium hic semper indutus & stolam, dulcis erat in colloquio, persuadens semper animas ac blandiens. Quapropter valde citò septingentas virginitatem professas in vnum contraxit, & fama est ipsum etiam presbyteros septem & diaconos duodecim abstraxisse. Et venenum ipsum statim vsque ad Episcopos peruenit. Secundum enim, Pentapolis Episco- pum, & alios persuasit, vt simul cum ipso abducerentur. Fiebant autem hæc in Ecclesia, ignorante bea- to Alexandro Episcopo, donec Meletius Ægypti etiam ipse Archiepiscopus ex Thebaide, de quo iam à me dictum est, reuelaret. Nondum enim res Meletii ad inimicitiam deuenerat. Zelo itaque perductus Meletius, nihil enim alteratus erat in fide, quam solo prætectu vltionæ iusticiæ, id quod etiam ipse horrendum in vitam perduxit, velut iam de ipso diximus, detulit itaque ad aures archiepiscopi Alexan- dri, archiepiscopus Meletius in Ægypto, verum subditus Alexandro. Contemporaneus autem hic Me- letius fuit Petri beati Episcopi ac martyris, sicut dixi. Vbi igitur significasset de Ario omnia, quomodo discessisset à veritate, & quod multos polluisset ac perdidisset, corruptis his à recta fide, qui ipsi credi- dissent, tunc Episcopus accersitum Arium interrogabat de perlatis ad se, an hæc ita haberent. Ille verò neque hæsitauit, neque timuit, sed ab exordio perfricta fronte omnem suam malam opinionem euo- mit, velut epistola ipsius indicant, & examinatio contra ipsum tunc facta. Conuocat itaque Alexan- der presbyteros, & alios quosdam episcopos præsentis, & examinationem huius facit, ac interroga- tionem. Vbi verò non persuasus est à veritate, expellit ipsum ex ecclesia, & ipsum per urbem diffama- mat. Cum ipso autem distractæ sunt prædictæ virgines, & clerici prædicti, & alia multa turba. Cum autem versaretur Arius multo tempore in vrbe, statim moritur confessor Meletius, itaque testis ac martyr. Itaque Arius seditiones faciens, & singulos decipiens, multos perdidit. Postea verò v- bi deprehensus est, & ad confutationem venit in vrbe, ac diffamatus est, ab Alexandria aufugit, & ad Palæstinam iter arripit, quò cum peruenisset, singulos episcopos adiit cum blanditiis ac adulatio- ne, vt sibi multos faceret cooperatores: & suscipiunt quidem ipsum aliqui, alii verò repulerunt. Pos- tea verò ad aures episcopi Alexandri deuenit, & scribit epistolas Encyclicas, hoc est orbiculares, si- ue per circuitum, quæ sanè apud studiosos adhuc seruantur, numero septuaginta, ad singulos episco- pos, ad Eusebium statim in Cæsarea, supererat enim, & ad Macarium Hierosolymorum, & Aescula- pium in Gaza, Longinum in Aescalone, Macrinum in Iamnia, & ad alios, & in Phœnicæ ad Zenonem quendam antiquum, & in Tyro, simulque in Caua Syria. Cum igitur missæ essent epistolæ, reprehenden- tes eos qui ipsum susceperant, vnusquisque rescripsit beato Alexandro, seque purganit. Et alii quid- em per ironiam scripserunt, alii in veritate, partim dicentes se illum non excepisse, partim per igno- rantiam suscepisse. Alii verò responderunt, se per suspensionem studuisse, vt ipsum lucrificerent. Et varia fuerunt de his argumenta. Postea verò vbi cognouit Arius, quòd epistolæ allatæ essent episco- pis vndique, & de cætero vndique expelleretur, & non amplius quisquam ipsum suscipiebat, quàm ipse cooperatores. Eusebius enim antiquus senex Nicomediensis totus ipse erat, qui cum Luciano in Nicomedia conuixerat, sed & Leontius Apocopus in Antiochia nondum episcopatum sibi commissum habens, & alii quidam. Quandoquidem igitur ex eadem veneni fraternitate hi om- nes erant, suscipit ipsum Eusebius multo tempore. Vnde sanè epistolæ nugis refertas, complecten- tes omnem ipsius malæ opinionis fidem, idem Arius scripsit ad Eusebium in Nicomedia, quom non- dum venisset ad ipsum in Nicomediam, nihil amplius quam eadem quæ sentiebat, in ipsis tractans. Ex quibus vnam ad manus nostras perlatam, necessarium duxi hic apponere, quo videant legentes, quòd nihil contra quenquam per calumniam diximus, aut referimus, & est hæc. Epistola Arii. Domino dilectissimo, homini Dei, fideli, orthodoxo Eusebio, Arius fugatus ab Alexandro papa iniuste, propter veritatem omnia vincentem, cuius & tu protector es, in Domino gaudium. Pa- tre meo Ammonio in Nicomediam proficiscente, operæ precium duxi, & quod debetur tibi, vt te per ipsum alloquerer, simulque commonefacerem insitam tibi dilectionem ac affectionem, quam ad fratres habes propter Deum ac Christum eius. Nam maximè nos inestit ac persequitur, & om- ne malum contra nos mouet episcopus, vt fugarit nos ex vrbe velut homines impios, quoniam non consentimus ipsi publicè dicenti, semper Deus, semper filius, simul pater, simul filius, coexistit fi- lius ingenito cum Deo, semper genitus, ingenito genitus, neque cogitatione, neque momento quodam præeminet Deus filio, semper Deus, semper filius, ex ipso Deo filius. Et quandoquidem Euse- bius frater tuus in Cæsarea, & Theodosius ac Paulinus, & Athanasius, & Gregorius & Aetius, & om- nes in Oriente dicunt, quòd præexistit Deus filio sine principio, anathema facti sunt & excommuni- cati, excepto Philogonio & Hellanico & Macario, hominibus hæreticis in fidei doctrina non instru- ctis, qui filium dicunt, partim ructum, partim emissionem ingenitam. Et hos impios neque audire pos- sumus, etiam si infinitas mortes nobis hæretici minentur. Nos autem quid dicimus ac sentimus, & do- cuimus ac docemus: Quòd Filius nò est ingenitus, neque pars ingenti, iuxta vllum aliquem modum, imò neque ex subiecto quodam, sed quòd voluntate & consilio substitit ante tempora & ante secula, plenus Deus vnigenitus, inalterabilis, & priusquam genitus est aut creatus, aut decretus, aut fundatus, non erat, ingenitus enim non erat. Persequutionem autem patimur, quòd diximus Principium

Principium habet Filius, Deus verò sine principio est: propter hoc fugamur, & quòd dicimus, ex ni- hilo est. Sic autem dicimus, eo quòd neque pars Dei est, neque ex subiecto quodam, propter hoc fuga- mur. Reliqua tu nosti. Opto te valere in Domino, memorem tribulationum nostrarum cum Luciano- sta, reuera Eusebio. Sed & aliam à Nicomedia ad sanctissimum papam Alexandrum purgationis vide- licet gratia scriptam, & rursus veneni ipsius ei aculatione deteriorem, & blasphemis verbis intolerabili- ter refertam, & ab ipso ad Alexandriam missam subiunximus: & est hæc. Beato papæ, & episcopo nostro Alexandro presbyteri ac diaconi in Domino gaudium. Fides nostræ ex maioribus ac progeni- toribus nostris, quam etiam à te didicimus, beate papa, hæc est. Nouimus vnum Deum solum ingeni- tum, solum sempiternum, solum sine principio, solum bonum, solum immortalitatem habentem, solum sapientem, solum bonum, solum Dominum, solum iudicem omnium, gubernatorem, & econo- mum, immutabilem & inalterabilem, iustum & bonum, Legis & Prophetarum ac noui Testamenti. Hunc Deum genuisse filium vnigenitum ante tempora æternæ, per quem & secula & reliqua fecit: ge- nuisse autem non in apparenia, sed veritate, substituisse verò propria voluntate immutabilem & inal- terabilem, creaturam Dei perfectam, sed non velut vnam ex creaturis, facturam, sed non velut vnam ex facturis siue genituris, neque velut Valentini emissionem, facturam siue genituram patris afferuit, neque sicut Manichæus partem coessentialis patris, facturam introduxit: neque sicut Sabellius, qui vnitatem diuidens, Filium Patrem dixit: neque velut Hierax, lucernam à lucerna, aut faciem in duas, neque prius existentem postea genitum aut creatum esse in filium, quemadmodum etiam tu ipse beate papa in media Ecclesia ac consessu eos qui talia introduxerunt, resurasti: sed sicut dicimus, voluntate Dei ante tempora & ante secula creatum esse, & viuere ac esse à patre accepisse, ita vt pater simul substituerit ipsi glorias. Non enim pater, data ipsi omnium hæreditate, priuauit seipsum, vt ne ingenito modo habeat in seipso: fons enim est omnium. Quare tres sunt substantiæ, Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Et Deus quidem causa omnium existens, est sine principio, solus. Filius autem sine tempore genitus à patre, & ante secula creatus ac fundatus, non erat antequam gigneretur, sed sine tempore ante omnia genitus, solus à solo patre substitit. Neque enim est sempiternus, aut consempiternus, aut coingentus patri, neque simul cum patre ipsum esse habet, velut quidam de his quæ ad ali- quid appellantur, dicunt, duo ingenita principia introducentes: sed sicut vnitas & principium om- nium, ita Deus præ omnibus est: quapropter & ante Christum est, velut à te didicimus in media eccle- sia prædicante. In quantum igitur à Deo ipsum esse habet ac viuere, qui & glorias & omnia ipsi exhibuit, iuxta hoc, Principium ipse est Deus. Principium enim ipse est, velut Deus ipse, & qui ante ipsum est, eo quòd ex ipso est. Et si illud, Ex vtero: & hoc, Ex patre exiit, & venio, velut pars coessentialis, & velut emissio, à quibusdam intelligitur, compositus erit pater, & diuisibilis, & mirabilis, & cor- pus secundum ipsos, & quomòdò corpus consequuntur, patiens incorporeus Deus, quantum sanè in ipsis est. Opto te valere in Domino beate papa. Arius, Ethales, Achilles, Carpones, Sarmatas, presbyteri, Eu- zoius, Lucius, Iulus, Menas, Helladius, Gaius, diaconi, episcopi, Secundus Pentapolis, Theonas Libs fidelis, quem constituerunt in Alexandria Ariani. Quum igitur sic res mouerentur, Alexander Con- stantino regi scribit. At beatus rex accersitum Arium & episcopos quosdam percussatur. Ille verò sym- mystas habens, primum quidem in facie regis negabat, intra se verò insidias contra Ecclesiam struebat. Vbi igitur conuocasset ipsos beatus Constantinus, qui & ex Patre Spiritu sancto afflatus erat, sermo- nem loquutus est ad ipsum, dicens: Confido Deo, si dolose quid occultatum habes, & negas, omnium Dominus ille citò te redarguere potest, contra quem maximè iurasti. Vnde etiam deprehensus est ead- em sentire, & coram facie regis redargutus est. Verum rursus similiter negabat, & multi ipsius defen- sores pro eo intercedebant per Eusebium Nicomediæ episcopum. At tamen rex zelo ductus, epistolam magnam ad totam Romaniam contra Arium scripsit, cuiusque fidem, omni sapientia ac veris verbis re- fertam, sicut & hæc hodie apud studiosos seruat, hoc principium habens: Constantinus Augustus *Constanti* *Maximus*. Arius & Ariani, malus interpres, & vt ita dicam, imago ac statua est diaboli. Deinde inter *niepistola* *alia*, & post multam contra ipsum ex diuinis scripturis productam contradictionem, etiam ex Homeri *contra A* *versibus* quendam contra ipsum inuehens, miseræ gratia apposuit, quem ipsum etiam hic apponere *rium*. *Flomeri* necessarium duxi: & est hic. Age sanè vrge Ari, scutis opus est, ne tu hac facias, rogamus, cohibear au- *tem* *se* saltem Veneris conuertiatio. Quum itaque vellet Arius in Constantinopoli in communitatem re- *versus in* *cipi*, Eusebio cogente, & maximè apud regem petente, & Constantinopolitanum episcopum eius tem *Area*, *id* *poris* molestis afficiente, et hic non vellet cum ipso in communitate esse, neque in societatem ipsius *est Martè* *venire*, vrgereturque per vim ac suspiraret, et Eusebius diceret, Si non vis ex propria voluntate, crastina à *Constā-* *die* Dominica illucescente, mecum ingre dietur, et quid poteris facere? At piensissimus episcopus, et *tino in A-* *Deum* timens, Alexander optimæ ciuitatis episcopus: idem enim nomen habebat etiam hic cum Ale- *rium de-* *xandriæ* episcopo: per totam diem ac noctem, ex quo id audiuit, ingemiscens ac tristatus, in precibus *tortus*. *perseuerauit*, et Deum rogauit, vt aut ipse animam auferret, ne Arii communitate coinquinaretur, *et* *miraculum* quoddam ederet: id quòd et contigit huic. Quum enim noctu vrgeretur Arius, ven- *trisque* exonerandi gratia prodiret, peruenit vsque ad locum secessus, et intus desidens inuentus est: *crepuisse* ac expirasse. Quare sic deprehensus est in graueolenti loco finem sortitus, quemadmodum *et* *immundam* malam fidem euomit. Postquam igitur hæc peracta sunt, rex de Ecclesia sollicitus, et *Nicæna si* *trecentorum* decem et octo episcoporum, quorum etiam nomina vsque in hunc diem seruantur, et *modi epis-* *reprobant* ac execrantur Arii fidem in Nicæa vrbe, et confitentur patrum fidem orthodoxam et in- *uariabi-*

Arius ab aliis hære- ticus seip- sum exi- mit. Filius pa- tris Sabel- lii.

Constanti Maximus. Arius & Ariani, malus interpres, & vt ita dicam, imago ac statua est diaboli. Deinde inter niepistola alia, & post multam contra ipsum ex diuinis scripturis productam contradictionem, etiam ex Homeri contra A versibus quendam contra ipsum inuehens, miseræ gratia apposuit, quem ipsum etiam hic apponere rium. Flomeri tem se saltem Veneris conuertiatio. Quum itaque vellet Arius in Constantinopoli in communitatem re- versus in cipi, Eusebio cogente, & maximè apud regem petente, & Constantinopolitanum episcopum eius tem Area, id poris molestis afficiente, et hic non vellet cum ipso in communitate esse, neque in societatem ipsius est Martè venire, vrgereturque per vim ac suspiraret, et Eusebius diceret, Si non vis ex propria voluntate, crastina à Constā- die Dominica illucescente, mecum ingre dietur, et quid poteris facere? At piensissimus episcopus, et tino in A- Deum timens, Alexander optimæ ciuitatis episcopus: idem enim nomen habebat etiam hic cum Ale- rium de- xandriæ episcopo: per totam diem ac noctem, ex quo id audiuit, ingemiscens ac tristatus, in precibus tortus. perseuerauit, et Deum rogauit, vt aut ipse animam auferret, ne Arii communitate coinquinaretur, et miraculum quoddam ederet: id quòd et contigit huic. Quum enim noctu vrgeretur Arius, ven- trisque exonerandi gratia prodiret, peruenit vsque ad locum secessus, et intus desidens inuentus est: crepuisse ac expirasse. Quare sic deprehensus est in graueolenti loco finem sortitus, quemadmodum et immundam malam fidem euomit. Postquam igitur hæc peracta sunt, rex de Ecclesia sollicitus, et Nicæna si trecentorum decem et octo episcoporum, quorum etiam nomina vsque in hunc diem seruantur, et modi epis- reprobant ac execrantur Arii fidem in Nicæa vrbe, et confitentur patrum fidem orthodoxam et in- uariabi-

variabilem, & ab Apostolis ac Prophetis traditam. Subscribentibus autem episcopis in hanc, & Arianitidem hanc reprobantibus sic factum est. Simul autem & in eadem synodo canones quosdam posuerunt ecclesiasticos, simulque de paschate decreuerunt vnam vnitatem ac consensum, ut sancta Dei dies penitus vitiosa fieret, quandoquidem diuersimodè apud quosdam seruabatur: alii enim præ occupabant, alii medium tenebant, alii verò postea perficiebant. Et in summa, multa illo tempore assertio erat. Horum verò correctionem Deus per beatum Constantinum procurauit pacis gratia. Vbi itaque reprobatus est Arius, & hæc sic peracta sunt in eodem anno, decessit è vita Alexander, & succedit ipsi Achillas. Erat autem & Theonas constitutus à Meletianis. Tunc succedit Achillas episcopo post menses tres beatus Athanasius, qui tunc diaconus Alexandri ab ipso in comitatum missus erat, cui Alexander iam moriturus episcopatum deferri præcepit. Est autem mos in Alexandria, ut non cunctentur constituti post obitum Episcopi, sed simul fiant pacis gratia, ut ne contentiones fiant in populis, his hunc volentibus, aliis illum. Constituerunt autem necessarid, non præsentem Athanasio, Achillam. Verum thronus & sacerdotium præparata erant ei, qui ex Deo vocatus erat, & à beato Alexandro decretus: Quum igitur venisset Athanasius, & confirmatus esset, qui circa fidem magnus zelotes erat, & pro Ecclesia afflictebatur, quum iam congregationes & auulsiones vniuersas fierent in Meletianis appellatis, ob causam quam in tractatione de Meletio supra declarauit, & vellet conuentionem Ecclesie facere, conquirebatur & minabatur, ad monereturque, ac nihil efficiebat, nemòque aduertebat. Vnde omnia contra ipsum commota ex superexcellente in ipso diuinitus zelo facta sunt, ac constructa, ut etiam exilium ipse subierit, & Arianorum ex iniuissima potentia excommunicationem. At de beato Athanasio hæc tenentur: relata sunt enim res ipsius exactissime supra in Meletii tractatione. Hic itaque Arius à diabolica operatione afflatus est, & effreni ore impudenter ductus, extulit linguam suam contra proprium Dominum: ab initio nimirum dictionem apud Solomonem in Proverbiis interpretari volens: nempe, Dominus creauit me principium viarum suarum in opera sua, ante seculum fundauit me. In principio, antequam terram faceret, & antequam abyssos faceret, priusquam procederent fontes aquarum, priusquam firmarentur montes, ante omnes autem colles genuit me. Hinc erroris introductio ipsi contigit: & non veritus est ipse, ac discipuli eius, creaturam vocare eum, qui omnia creauit, Verbum ex Patre sine tempore & sine principio genitum. Deinceps verò ex vno hoc sermone, in multas ac malas semitas malignam mentem suam impellens, itémque ipsius successores, sexcentas & ultra blasphemias in filium Dei & in Spiritum sanctum iaculati conati sunt. Dissoluerunt autem aciem (ut ita dicam) & concordiam sanctæ orthodoxæ fidei & Ecclesie, non per suam potentiam, aut sapientiam: pauci enim inuitari decepti sunt. Multi verò simulatione subrepentes, multi autem & secundum vitam non sic se habentes, socii iisdem existunt. Nemo autem est horum causa, quam primùm quidem probatio fidelium, Regum verò defensor. Principium quidem Constantinus rex, in aliis quidem omnibus mitis & bonus, velut filius Magni & perfecti Constantini Pii, qui rectam fidem integrè seruauit. Sed & ipse Constantius pius fuit, & bonus, iuxta multos modos: verum in hoc solum, quod non secundum fidem parentis processit, deuiavit, atque deliquit: non ex sui causa, sed ab his, qui rationem reddidit in die iudicii: qui in apparentia Episcopi dicuntur, veram autem Dei fidem corrumpunt: quibus danda est ratio, & pro fide, & pro Ecclesie persecutionibus, & tot malis ac cædibus in Ecclesiis, ipsorum causa perpetratis, & pro tot millibus populorum, vsque in hunc diem tribulationem subditi sustinentium, & pro ipso beato Constantio ab ipsis decepto, & ignorante orthodoxam fidem, & cedente ipsis, velut sacerdotibus, per ignorantiam: ut qui non nouerit in ipsis errorem cæcitatatis, ac malæ fidei, ex diaboli structura inductæ. Secundo verò præualuit reptiliformis horum officina per Eusebium, qui rursus subit, ac corruptit aures Valentis pii & religiosi, ac Deum amantis regis.

Quandoquidem enim ab ipso lauacrum accepit, per hanc occasionem hi stare potuerunt. Nam olim & à mulierculis ac pueris, non dico de perfectioribus, qui omnem pietatis certitudinem, rectamque fidem nouerunt, sed & ab his qui ex parte, vel vulgari modo veritatem sciebant, redarguebanturque ac fugabantur, velut blasphemii Domini, & secundi Domini occisores, & reprobatores diuinæ perfectionis Domini nostri I. E. S. V., per Regis præfecturam, quæ est ipsorum defensor, ad aggrediendum omnia mala quæ facta sunt, & adhuc per ipsos fiunt in Alexandria & Nicomedia, in Mesopotamia, in Palæstina, per præsentis ipsorum Regis præsentiam ac gubernationem. Ex hac igitur dictione, in Paræmia scripta, Dominus creauit me principium viarum suarum in opera sua, deinceps omnia ab ipsis excogitantur, quæque consona huic sermone esse possunt, & quæ æquivalent, & conuenire possunt: quum neque hic ipse sermo, neque alia verba, de Deitate filii Deitalemque asserant. At quæ sunt deinde his similia, id quod in Apostolo scriptum est: Suscipite pontificem confessionis vestræ, qui fidelis est ei, qui fecit ipsum, & quod in Euangelio secundum Ioannem scriptum est: Hic est de quo dixi vobis, quod post me venturus est, qui ante me factus est, & quod in Actibus scriptum est, Notum vobis sit tota domus Israel, quod hunc Iesum, quem crucifixistis, & Dominum & Christum, ipsum fecit Deus, & alia his similia, quæ obseruant ad inimicorum vltionem. Inimici enim sunt reuera, ac insidiatore. Fortassis enim de ipsis scriptum est, & de similibus ipsorum: Exurgat Deus, & dispergantur inimici eius. Videntur autem & domestici esse. Nihil autem peius est, domesticis inimicis. Inimici enim hominis, omnes viri domus eius. Ex hoc fortassis etiam de his impletur: Exiliunt enim velut rabiosi canes ad inimicorum vltionem, & dicunt, Quomodo dicis de filio Dei? Hæc enim sunt ipsorum fraudes, ad inducendum venenum suum in simplices.

Arii erroris occasio.

Constantinus Arianos defendit.

Scriptura ab Ario detorta.

plices. Et quid est postea, ubi dixerunt filium Dei? O sapientes in seipsis, & ad cognoscendum apposti coram seipsis, & qui scientes sibi esse videntur. Quid apposuerit quis amplius nomini Iesu, si non filium genuinum dixerit, ex Patre existentem, & non alteratum? Deinde statim per ludibrium exiliunt, dicentes: Quomodo potest esse ex Deo? Si verò interrogantur, Non est filius? filium esse nomine quidem confitentur, verum potentia & mente negant: spiritum ipsum penitus dicere volentes, & non verum. Si enim, inquit, ex Deo est, & genuit ex seipso Deus (ut ita dicam) ex propria substantia naturali, aut ex propria essentia: igitur in molem extensus est, aut sectionem admisit, aut in generando dilatus est, aut contractus, aut aliquam affectionem corporalem sustinuit. Et in summa, subannatores sunt, suas res ad Deum referentes, & à seipsis assimilare Deum volentes, in Deo enim nihil tale est. Spiritus enim est Deus, & à seipso genuit vnigenitum ineffabiliter, & incomprehensibiliter, ac citra pollutionem. Quomodo igitur (inquit) si ex essentia ipsius est, non nouit diem, velut dicit, & horam? De die autem illa aut hora nemo nouit, neque angeli, neque Filius, nisi Pater solus. Quomodo verò in carnem venit, si est ex Patre? Quomodo autem potuit inseparabilis illa natura carnem inducere, si erat ex Patre secundum naturam? Et non sciunt, quod in suam ipsorum confusionem has rationationes coaceruant. Si enim propter hoc quod ipse alteratus est præter Patris essentiam, induit carnem, & in ipsa passus est, & crucifixus, ostendant nobis, quæ ex aliis spiritualibus creaturis, & quidem existentibus, carnem induit. Non enim possunt non confiteri Filium super omnes, etiam si creaturam ipsum dixerint, confitentur ipsum super vniuersas creaturas ipsius. Sed & velut gratificantes ipsi, voluit ipsi verbis blandiri, ranquam vna manu verberantes, altera verò oblinentes. Hoc enim voluit velut ex propria ipsi voluntate attribuere, & dicunt: Creaturam quidem dicimus, sed non velut vnam ex creaturis: & facturam, sed non velut vnam ex facturis: & facturam, non autem velut vnam ex facturis, siue genituris: quo in eo quod dicunt, Non velut vnam ex facturis, priuent ipsum generatione secundum naturam: & in eo quod dicunt, Non velut vnam ex creaturis, veram creaturam ipsum pronuncient. Sicut enim si creatura fuerit, creatura est, & quamuis sexcentis excellentius nomen haberit, idem est omnibus creaturis adæquatum. Non enim quia Sol illustrior est, creatura esse non potest, quemadmodum etiam lapis. Neque quia Luna excellit sidera, ob id non est creatura. Ecce enim omnia serua tua: quæcunque enim sunt, ex ipso sunt creata, & serua. At vnigenitus veritas est, & verbum ipsius veritas existit, velut dixit: Si vos manseritis in verbo meo, verè discipuli mei estis, & cognoscitis veritatem, & veritas liberabit vos. Si verè verbum ipsius verum est, & liberabit eos qui liberantur: quanto magis ipse liber est, quum veritas sit, & liberet ipsi obedientes, qui sunt serui, eo quod omnia sunt serua ipsius, & Patris eius, & Spiritus sancti eius. Deinde rursus dicunt, Quomodo venit in carnem, si ex patris essentia erat? Dicant igitur nobis, quomodo angeli non carnem assumpserunt, qui sunt serui ipsius, quomodo archangeli, quomodo exercitus, quomodo alia omnia spiritualia? Sed & inferiorem dicunt tales esse spiritum, & creaturam creaturam, nempe ipsius Verbi: quomodo igitur Spiritus non assumpsit carnem, cum possit habere personam mutabilem super Filium, iuxta ipsorum sermonem. Sed quoniam sapientia Patris erat, voluit per suam perfectionem suscipere nostram debilitatem, quo per ipsum omnis salus mundo contingeret. At illi bona in mala transtantes, ingrati sunt ac perfidi, & in proprium Dominum contumeliosiores ac maledici. Carterum alia quæ deinceps dicunt, imminutè sentiunt. Quomodo verò esuriunt, inquit, si patris essentia erat? De Deo enim scriptum est, Non esuriet, neque sitiet, neque excogitari potest prudentia ipsius. Hic verò & esuriit, & sitiit. Quomodo verò fatigatus est ex itinere, & sedit, quum scriptum sit, Deus non fatigabitur. Quomodo autem dixit, Qui misit me pater meus, maior me est? Alius enim est qui mittit, & alius qui mittitur: & manifestum est quod Pater non est Filius, & Filius non est Pater (non enim, velut Sabellius, nos docuimus, qui Filium Patrem esse dicit) alioqui non dixisset, Alius est qui misit me. & Vado ad Deum meum et Deum vestrum, ad patrem meum et patrem vestrum, dixit. Et non ex essentia Dei, discipuli secundum naturam geniti sunt, et dixit ipsis, Patrem vestrum. Multa verò insania est eorum, quæ talia dicunt. Si enim nomine solum vocatur, et non est secundum naturam, nihil differt ab aliis omnibus creaturis, etiam si in dignitatis præeminentia existat. Non enim quia rex præeminet præsidibus ac pratoribus, ob id non est similiter affectus cum aliis, et conferuus eiusdem creaturæ, vel pote mortalis quispiam: vel etiam qui eius imperio subditi sunt. Et non quia Sol reliqua sidera excellit, et in parte etiam Luna, ob id non sunt subiecta elementa, et vnus imperio opificis ac creatoris Patris et Filii et Spiritus sancti obedientia. Et non quia angeli visibilia excedunt, et in ordine aliis omnibus maiores sunt, utpote inuisibiles creati, et primum munus culturæ Dei habentes in assiduis hymnis, et immortales secundum gratiam ab ipso creati, & non secundum naturam, & immortales fieri digni facti ex ipso immortalis, & qui est vita in seipso, & immortalitas, ob id non sunt in timore & tremore, & sub responsione & examinatione, iussioneque ac mandato sanctæ deitatis seruitio pressi. Vbi enim est quæ situm exacta ratio veritatis, filium quidem dicere oportet, verum dicere & habere non solum nomine, sed filium, secundum naturam filium. Nam & inter nos multi vocantur filii, qui non sunt filii secundum naturam. Verè autem filii genuini vocantur, qui secundum naturam à nobis geniti sunt. Et si quidem filius solum vocaretur, sicut etiam omnes vocati sunt filii Dei: ergo neque differt ab aliis, & quomodo sicut Deus adoratur? Oportebat igitur etiam alios omnes, de quibus nomen adoptionis dicitur, velut ipsum adorari, quoniam filii Dei appellantur. At veritas non sic habet, sed nouit semper vnum vnigenitum filium Dei, cui omnia cultum diuinum præstant, ipsumque adorant. Et omne genu flectetur, cælestium, terrestrium ac infernorum, & omnis lingua confitebitur,

Arii argumenta.

Pater solus nouit de illa die

Similia.

Sabellii error.

Similia.

Filii appellatio nis ratio.

tur, quod Dominus est Iesus Christus in gloriam Dei patris. Sed neque sanctus Spiritus aliis spiritibus adæquatur, quoniam vnus est Spiritus Dei, spiritus ex Patre procedens, & de Filio accipiens. Hi verò volunt hunc creaturam creaturæ esse. Dicunt enim quod omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Igitur & Spiritus, inquit, & factus est, quandoquid omnia per ipsum facta sunt. Et ignorant illi qui frustra animam suam perdunt, quod alia sunt creaturæ, & alii creatores: Pater & filius & Spiritus sanctus, vnus Deus, Trinitas in veritate, & vnus in vnitate. Propterea enim vnus Deus, quia non duo patres, neque duo filii, neque duo Spiritus sancti. Et quandoquidem non alienus est filius à patre, sed ex ipso genitus, etiam non alienus est Spiritus sanctus. Verum filius quidem vnigenitus, genitus sine principio, sine tempore. Sanctus autem Spiritus, velut nouit ipse pater & vnigenitus, neque genitus est, neque creatus, neque alienus à patre & filio, sed ex patre procedens, & de filio accipiens. Spiritus enim meus, inquit, consistit in medio vestrum, & Vnxit Christum in Spiritu sancto. Si ipse vnigenitus vnigitor in spiritu, quis criminabitur sanctam Trinitatem? Deinde rursus dicit furiosus Arius, quomodo dixit Dominus, Quid me dicis bonum, vnus est bonus Deus, velut negante ipso bonitatem? Et quis alius ita bonus est velut vnigenitus, qui seipsum dedit precium redemptionis animarum nostrarum? Et non nouerunt Dei virtutem ac bonitatem, neque sapientie Dei dispensationem, quum animales & carnales sint, remoti à Spiritu sancto, vacui ab ipso, non habentes sancti Spiritus donum, quod docet sapientiam omnem hominem. Rursus autem rogant ipsum filii Zebedæi per matrem suam, vt in regno ipse alter sedeat à dextris, alter à sinistris. Et dixit illis, Nescitis quid petitis, potestis bibere poculum quod ego bibiturus sum, illis autem dicentibus, Etiam: ait ad ipsos, Poculum quidem meum bibetis, verum sedere à dextris meis ac sinistris, non est meum dare, sed quibus præparatum est à patre. Deinde dicit apostolus, Deus suscitauit ipsum ex mortuis, velut ipse opus habeat suscitante ipsum. Et in Euangelio Lucae habetur, inquit, quod Angelus Domini apparuit confortans ipsum, dum in anxietate fuit, & sudauit, & sudor ipsius fuit velut gutta sanguinis, quando digressus orabat, iam iam tradendus. Et rursus in cruce, inquit, dixit, Eli Eli lemas abachthani, hoc est Deus meus Deus meus, vt quid dereliquisti me. Et vides, inquit, quod indiget auxilio. At de eo quod dicit, Ego in patre, & pater in me, &c. Quod duo vnus sumus, vt & ipsi vnus sint: asserunt omnino, quod vnus esse, non secundum naturam dicit, sed secundum concordiam. Et non solum hoc faciunt, sed & animam humanam ipsum accepisse negant, hoc ipsum præstuentes. Carnem enim confitentur veram ipsum à Maria habuisse, & omnia quæ sunt in homine citra animam, quod vbi audiueris de fame aut siti, aut languore, aut profectioe, aut sudore, aut somno, aut concitatione, & dixeris quod propter humanam naturam his opus habebat: dicant tibi postea, quod caro per seipsam hæc non operatur, si non habeat animam, reuera enim sic est. Igitur aliud quid est, inquit, si Deitas ipsius indigebat: quod quum dixerint Deitatem ipsius indigentem, externum pronunciant ipsum & alienum ab essentia patris & vera natura. Arbitror autem quod ab eo, qui intelligentiam præditus est ex vno aut duobus testimoniis, aut quinque, ab ipsis male excogitatis, redarguis quæ ac subuersis, dum vniuersa veritas prædicatur, & clarè in fide orthodoxa confirmatur, redarguentur, à prædictis inquam, mente ac intelligentia diuina præditis, etiam si post has solutiones, infinitas alias dictiones excogitatas intulerint. A paucis enim plurimæ soluentur, æqualem vim habentes. Et incipiam primum dicere inde, vnde amaritudinis suæ radicem malè plantare inceperunt, à sermone per Solomonem dicto, nempe: Dominus creauit me principium viarum suarum in opera sua. Et non omnino alicubi confirmantur Scriptura, neque quisquam Apostolorum meminit huius dictionis, vt ipsam in nomen Christi ptoduceret. Quare omnino non de filio Dei dicit, etiam si dicat, Ego sapientia habitatione excepi consilium & scientiam, & ego intelligentiam accersui. Quot enim sunt abusuè appellata: Dei sapientia: Vna est autem, vnigenitus, non abusuè dictus, sed in veritate. Omnia enim Dei sapientia sunt, & quæcunque sunt à Deo, sapientia sunt. Alia verò est propria & super omnia existens, hoc est vnigenitus, qui non est abusuè sapientia, sed veritate, qui cum patre semper est, potentia eius existens & sapientia, iuxta id quod scriptum est. Nobis autem Christus potentia Dei, & Dei sapientia. Est autem sapientia pauperis anothilata. Et quoniam in sapientia Dei non cognouit mundus Deum, complacuit ei per stulticiam Euangelii saluare credentes. Et infatuauit Deus sapientiam mundi huius. Et dedit Deus cor Solomoni velut latitudinem maris. Et sapientiam fudit super filios Enac. Et dedit Deus Beseleel sapientiam. Et impleuit Deus sapientia ipsum Vri. Et multa de sapientia dici possunt, & qualis est locus prudentiæ, & sapientia vnde inuenta est. Etiam si igitur hæc celeberrima sapientia dicat, Ego sapientia habitatione excepi consilium & scientiam, & ego intelligentiam accersui, per me reges regnant, & per me magnates magni sunt, & potentatus scribunt iusticiam, & tyranni imperant terræ. Ego diligentes me diligo, & qui me querunt, inuenient me. Diuitiæ & gloria mihi sunt, et possessio multorum et iusticia. In via iusticiæ ambulo, et in medio viarum iustificationis diuersor: vt diuidam diligentibus me substantiam, et thesauros ipsorum repleam bonis. Si annunciauero vobis ea quæ quotidie fiunt, recordabor vt quæ ab æterno sunt, enumerem. Dominus creauit me principium viarum suarum in opera sua. Ante seculum fundauit me in principio, antequam terram faceret, et priusquam abyssos faceret, priusquam procederent fontes aquarum, et antequam montes firmarentur. Ante omnes autem colles genuit me, etc. manifestum est quod volentibus quibusdam dictioni contradicere, aduersarii solutione vtuntur, propter nomen sapientiæ et consequentiam sermonis qui dicit: Dominus creauit me: et ob id quod dixit, Ego sapientia habitatione excepi consilium: Ecce, inquit, sapientia quæ seipsam à principio nominauit, et deinceps progressa est, seipsam significat dicens, Dominus creauit me. Ecce enim dicit supra, Ego sapientia: et infra dicit, Si annunciauero vobis ea quæ

Loci ab Ario citati confutantur. Sapientia multiplex est.

quæ quotidie fiunt, recordabor vt quæ ab æterno sunt, enumerem. Et inquit, Dominus creauit me principium viarum suarum. Diximus autem quod multæ sunt abusuè per temporis occasionem ex Deo data sapientia, quia Deus omnia in sapientia perficit. Vna autem est vera sapientia Patris, & Deus verbum substantia. Ipsa enim dictio non omnino cogit me de filio Dei dicere: non enim indicauit Scriptura, neque quisquam Apostolorum meminit, neque Euangelium. Si verò etiam de filio Dei hæc dictio acciperetur non est eadem dictio, neque ad rectum iudicium posita. Totus enim liber prouerbia stitit, quicquid autem prouerbialiter dicitur, non idem est potestate, sed alia quidem ratione recensetur, alia verò potestate allegoricè accipitur. Si igitur hoc dicit, Et auertent quidam ad filium Dei hoc referre, absit de deitate ipsius hæc dictio non fertur, si tamen potest in præsentia ipsius in carne impleri. Quandoquidem enim ipsa sapientia edificauit sibi ipsi domum, fortassis à persona humana ipsius naturæ piè dici poterit, vt præsentia ipsius in carne, de ipsius deitate dicat, Dominus creauit me, hoc est, edificauit me in vtero Mariæ, principium viarum suarum in opera sua. Principium enim viarum descensus christi in mundum, est corpus ex Maria, quod est assumptum in opere iusticiæ & salutis ipsius. Verum omnino proflueritis, qui corillaxum habet, & graui hac plaga percussus est, de filio Dei inimicitiam in mente habens, Dixit, inquit, Si annunciauero vobis ea quæ quotidie fiunt, recordabor vt quæ ab æterno sunt, enumerem: & vides quod ab æterno dicit? At præsentia Dei in carne post sexaginta duas generationes, secundum Marthæum, contigit. Quomodo igitur possunt ea quæ ab initio seculi sunt, ab hoc dici? Et nō sciunt hi, qui tota via veritatis errant, quod diuina Scriptura sepe omnia quæ vult docere, incipit recensere non statim ad summam primariam, aut ad caput, vt ita dicam, procedens. Sed à proximis orditur, vt hoc quod prius est postremum significet: propter hoc enim dixit, si annunciauero vobis ea quæ quotidie fiunt, recordabor his, & mentionem faciam eorum quæ ab æterno sunt. Quemadmodum etiam Mosi indicauit Deus, primum ignem ardentem, & in igne rubi contigit visio paulo post. Angelus autem ipsi locutus est statim, postea verò Dominus ex rubo. Ille verò ab ipso statim non quæ videbantur quarit, sed de his quæ ab initio erant, interrogat. A des huc (inquit) demittam te ad filios Israel, & dices ad ipsos, Deus patrum vestrorum misit me, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, ita vt ante quique vel sex generationes Mosi nominari Abraham. Et quandoquidem dixit Deum patrum, priscum quid pronūciat. At Moses ex Dei gratia prudentia affectus, non hæc interrogabat, sed quod erat aduè antiquius, nempe, Si abiero ad ipsos, & dixerint ad me, quod est ipse nomen, quid dicam ad ipsos. Hic verò de cetero reuelat, Ego sum qui sum. Et primum quidem à propinquissimis incepit, postremum verò quod summum erat, indicabat. Sed & Lucas incipit ab imis & vicinissimis, nimirum: Ipse Iesvs incipiebat annorum ferme triginta, filius existens vt putabatur Ioseph, qui Heli filius fuit, qui Matha, &c. vsque ad Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei. Et vides quomodo præsentiam christi in carne primum ostendit, deinde quod postremum est. Quapropter etiam Matthæus iuxta genealogiam in carne deducere volens aduentum christi in hominum mentem, non statim dixit, Generatio iesu christi filii Abraham, sed primum filii Dauid, deinde filii Abraham: quod id quod recens est conspectum, & quod propinquissimum est proclamatum, & quod adhuc superius est indicans, significet id quod omnem creaturam excedit, auferri non posse. Quare & beatus Iohannes vbi venisset, ac reperisset homines occupatos circa infernum christi aduentum, & Ebionæi quidem seducto essent propter genealogiam christi in carne ab Abraham deductam, & à Luca reductam vsque ad Adam Cerinthianos verò & Merinthianos reperisset, dicentes ipsum ex affricu nudum hominem esse, item Nazaraos, & alias multas hæreses, vt qui postremus venit, quartus enim hic Euangelium prodiit, incipit reuocare, vt ita dicam, errore seductos, & circa infernum christi aduentum occupatos. Et dicit ipsi, velut à tergo ipsorum vadens, & videns quosdam in asperas vias inclinatos, & qui rectam ac veram viam reliquissent, Quod ferimini, quod vaditis, qui asperam & offensoriam & in hiatum ducentem viam vaditis, reflectite, non est ita, nō est à Maria solum Deus verbum, qui ex superno patre genitus est. Non est à temporibus Ioseph curato ris illius. Non est à temporibus Salathiel & Zorobabel, & Dauid, & Abraham & Iacob, & Noe, & Adam. Verum in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. At erat, & erat, non suscipit quod nuquam non fuerit. Et vides quomodo statim vicinissima primum significat? Quomodo Matthæus viam ostendit per genealogiam, & neque ipse exactè tractauit, quando ex supernis genealogiam ducebat? Et quomodo Marcus de peractis in mundo, & voce clamante in deserto tractauit, voce inquam, clamante de Domino per Prophetas & Legem prædicto. Et quomodo Lucas ab infernis ad ad superna reduxit? Postea progressus Iohannes quartus, coronidè & sincerati tem superni ordinis & deitatis semper existens declarauit, quemadmodum etiam Solomon prouerbia liter dicens principium viarum, siquidem piè voluerint quidam dicere de dispensatione in carne, velut ipsa dicat de christi deitate, quod ipsa deitas creauit domum, quod ipsa deitas carnem & incarnationem operata est, principium viarum in opera sua, salutis hominum ac bonitatis. Deinde statim adhuc procedentibus rebus dicit, Fundauit me in principio, itaque filius Dei secundum deitatem creatus, postea fundatus est? Dicant nobis mechanici illi supernorum inspectores, quali arte creata est sapientia, quali instrumento fundata est? At si omnino cogitare oportet, fugerimus utique à tanta blasphemia profunditate, & non attigerimus vnigeniti deitatem, quæ semper cum patre existit, & ex ipso genita est, Semper enim erat Verbum cum Patre, semper sapientia, semper Deus ex Deo Dominus, semper lux vera, & non spuria, semper esse ex ipso habens, et veritas existens, ac vita. Et quid opus est.

Proverbialis dictionis ratio.

Scripturæ mos.

Quatuor Euangelii tractationis ratio.

T

mihī multa de hoc dicere? Deinde dicit, Fundavit me in principio: proinde pium est videre, quod animam humanam hic significat. Nam Dominus creavit me, humana natura in carne dicit, si sanē sic intelligatur. Fundavit verō, velut in anima fundatus est, verum ante omnes colles genuit me: quo ostendat natiuitatem ex supernis. Atque hæc dicimus, non omnino sic discernentes, sed piē potius ad aduentum in carne referentes. Et si etiam oportet sic dicere, tamen nemo nos coegerit penitus de Christo dicere hanc dictionem. Si verō de Christo diceretur, haberet etiam suam vim, non iuxta vaticiniū dictam, sed iuxta ratiocinationis pietatem, vt ne quid imminutionis ad Deum referamus, ita vt putemus infetioem ipsū habere deitatem præter patris essentiam. Etenim quidam ex patribus nostris & orthodoxis, retulerunt hanc dictionem ad aduentum in carne. Et si oportet sic dicere de hoc, Dominus creauit me, & fundavit me, & hæc est pia ratiocinatio, magni patres sic exposuerunt. Et si quis noluerit orthodoxos suscipere, non cogetur. Verum ad externos & à fide alienos nullum est detrimentum. Neque enim hoc cadet nobis in aliquam deitatis imminutionem, quæ libera est, & semper est cum patre. Et quod quidem passus est Christus, passus est, sed non mutatus est natura. Verum permansit ipse deitas in sua alienitate à passione. Quapropter cum voluisset pati, ex propria bona voluntate pro genere humano, postquam non poterat deitas pati, per seipsam passionis exors existens, accepit nostrū passibile corpus, quum sapientia esset, vt in ipso ad patiendum consentiret, & nostras passiones suscipere, Deitate in carne coexistente. Etenim deitas non patitur. Quomodo enim qui dicit, Ego sum vita, moti poterit? Sed passionis exors permanet Deus. Comparatur autem carni, vt passio ad deitatem referatur, quum deitas non patitur, vt sit nobis in deo salus, in carne verō passio: vt ne passibilem Deum habeamus, sed passionis exortem, referentem in seipsum passionem, iuxta voluntatem, & non iuxta necessitatem. Attamen & hi cum Hebraicas dictiones nequaerigerint, neque nouerint, neque quomodo se habeat harum vis sciant, proteruē & petulanter emicuerunt graues inimici, quærentes occasione vnde fidem mutilent, imō magis seipsos, neque enim veritatem. Et quia inueniunt, Dominus creauit me, periculosè velut imaginantes somniant ea quæ ad nihil commoda sunt vitæ inferentes, & orbem terrarum turbantes. At hebraica lingua non si habet. Vnde & Aquila dicit, dominus possedit me. Semper autem hi qui filios generant, dicunt, Possedi vel adeptus sum filium. Sed neque Aquila vim interpretatus est. Nam possedi filium, velut recens est: in Deo verō nihil est recens, etiam si confiteatur quis quod genitus est filius ex patre, & non creatus est. Genitus est autem sine tempore, & sine principio. Neque enim est tempus inter patrem & filium, vt siue tempus quoddam super filium existat. Si enim per ipsum omnia, ergo etiam tempora. Tempore verō existente eo quod præ omnibus est, quomodo erit hoc, nisi sanē quæretur alius filius, per quem ante filium factum est tempus. Et multa sunt quæ ad infinitam hæsitacionem ducunt mentes hominum curiosorū & nihil bonum operantium. Cæterum in Hebraico dicit, Adonai, quod est Dominus: Canani, quod potest dici, tum instar pulli exclusit me, tum possedit me. Verum exactissimè dicitur, Instar pulli excudit me. Quis autē pullus nō ex natura genitoris gignitur? Et hic quidē in corporalibus creaturis per coitum masculi & feminae pulli sunt, ab homine vsque ad pecus, & volatilia atque alia. Quapropter vnigenitus per omnia existens sapientia patris, & volens ad correctionem omnia facere, vt ne quis ad ipsum referat quæ non sunt, & excidat à veritate, profectus ad humanum gen⁹ & natura à muliere genitus, & in vtero virginis reclinatus per gestacionis tempus, non à semine viri conceptus est, sed ex matre vniformiter accepit carnem, & in seipsum expleuit perfectam sui ipsius incarnationem, non defectuosam, sed veram. Et non quia ex semine viri non erat, ideo habebat quid de defectuosum: omnia enim perfectè habebat, carnem, & neruos & venas, & alia omnia quæ sunt. Animā verō verè, & non in apparentia. Mentem autem, & omnia quæ sunt in humana natura, excepto peccato, velut scriptum, Tentatus per omnia velut homo, excepto peccato: quo in eo quod vniformiter hic à matre secundum carnem genitus est perfectè, & non defectuose, ostendat volentibus videre veritatem, & non proptia mente cæcutire, quod etiam supernè ex parte genitus est perfectè, sine tempore & sine principio: & infernè ex matre sola genitus est impollutè, & citra inquinamenta. Quo verō etiam interpretemur dictionem, Adonai Canani, hoc est, Dominus instar pulli excudit me, omne quod generat, simile quid generat. Homo hominem gignit, & Deus Deum. Et homo quidem gignit secundum carnem, Deus verō secundum spiritum. Et qualis est homo, qui generat, talis est & qui ab ipso generatus est. In passionibus constitutus est homo, qui genuit propriū filium. Et passionis exors Deus, filii ab ipso genitum bitra passionem genuit, verè & non in apparentia, à seipso, & non extra seipsum, spiritus existens passionis exors, & spiritum citra passionem generas, Deus existens à passione alienus. & Deum verum generas citra passionem, Si enim ipse creauit omnia, & cõfiteris dō Arri, quo creauit Deus omnia, ipse etiam filium genuit. Si vero dicis, Si genuit, passus est dum genuit: Et nos ad te dicemus, Si gignens passus est, fatigatus est creans. At simul omnia quæ vult, omnia habet in seipso in perfectione: & neque in creando passio in filium cadet, neque Deum affectioni obnoxium esse, propter impollutā filii generationem, intelligetur. Immutabilis enim Pater, immutabilis Filius, immutabilis Spiritus sanctus, vna essentia, vna deitas. At omnino dices mihi, volens genuit, aut non volens? Et non sum sic cur tu, dō contencioso, vt vnum quiddam tale de Deo cogitem. Si enim non volēs genuit. Et si volens, genuit, ergo voluntas erat ante filium, & erit vel temporis monumentum inter filium per voluntatem. In Deo autem non est tempus ad consilium, non voluntas ad deliberationē. Neque igitur volens genitus, neque inuitus, sed in natura supra consilium. Natura enim ipsi est deitas, neque consilio opus habēs, neque sine consilio quid faciens, sed simul ex ipso omnia habens, et nihil rerum relinquens. Porro idem

Passionis Christi ratio.

solomonis locus in Prouerbiis expli catus.

Natiuitatis christi ratio.

idem Arrius rursus venatur dictiones, semper omnia collustrans, et flagitia sibi ipsi curiose inuestigans non velut haberet diuina Scriptura, sed velut ipse agrotat circa quæstiones & pugnas verborum ad nullam utilitatem, sed ad sui ipsius, et eorum qui ab ipso seducti sunt subuersionem, arripit dictum in quo Dominus benedicens discipulis dixit: Pater da ipsis vitam habere in seipsis. Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti IESUM CHRISTUM. Verum iam à me de his omnibus tractatum est in magno de Fide sermone siue libro, in quo rursus iuxta nostrā mediocritatem ac debilitatem, coacti à fratrum exhortatione, scripsimus de fide, cui libro imposuimus Ancorati nomen. Etenim quemadmodum exigua mens nostra valuit per Dei auxilium, ex vniuersa Scriptura doctrinæ Dei veritatem congregantes, velut ancoram his qui volunt, sanctam patrum fidē, apostolicamque ac propheticam, & ab initio vsque huc in sancta Dei ecclesia prædicatam, clarè proposuimus, quo contineatur, ac muniatur cogitatione, diaboli vafriçis excitetur, neque à tempestate ab hæresi multiplici in mundo commota lædatur. Sic enim & Dominus docuit discipulos suos, dicens: Si quod ab initio audiistis, manserit in vobis, vos in me manebitis, & ego in vobis: & ego in patre, & vos in me. Quare veritas fidei ab initio à Domino audita, manet in sancta Dei ecclesia, & propterea manet sancta Dei ecclesia & orthodoxa fides in Domino, & Dominus vnigenitus in patre, & pater in filio, & nos in ipso per sanctum Spiritum, si facti fuerimus templa sancti ipsius Spiritus capacia, quemadmodum dixit sanctus Dei Apostolus: Vos templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis. Igitur Deus ex Deo est Spiritus sanctus, per quem Spiritum templum vocamur, si habitare fecerimus spiritum ipsius in vobis. Spiritus enim christi spiritus est ex patre procedens, & de filio accipiens, velut ipse vnigenitus confiteretur. Hæc igitur omnia in prædicto de Fide libro exposuimus qui scripsit, velut diximus, ad patres Pamphylas ac Pisidiæ. Hic verō quoniam ad consequentes dictiones perrexiimus, necessariò rursus eadem in memoriam reuocare studuimus, ob propositum hæresiarum Arrii, & sectatores ipsius Arrianos, vt malicias ipsorum exoluamus, dulce in amarum trāsmutantes, & bonum in malum, & lucem in tenebras. Talibus enim perfectè à Domino per Esaiam Vx decernitur, qui bona in mala trāsmutant. Et talium nequaquam author est Deus, sed quisque horum, aut per vanam gloriam, aut præsumptionem, aut vanam sapientiam, aut diabolicam opinionem excidit à veritate, & sui flagitii tribulationem mundo induxit. Age igitur hanc dictionem tractemus, vt cognoscamus quæ à Domino dicta sunt, velut sanctus Apostolus dicit: Et nos spiritum Dei habemus, vt cognoscamus ea quæ à deo nobis donata sunt, quæ & loquimur, &c. dicit igitur dominus, da ipsis vitam habere in seipsis, hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti IESUM CHRISTUM. Exilit autem turbator hic Arrius, eiusque sectatoras, & dicunt, Orare omnino ac precari Deum, & dicere, Pater da ipsis vitam habere in seipsis, non est eius qui æqualis est ei, qui exhibet vitam. Si enim esset ex essentia patris, ipse vtique largitus esset vitam, & non petiuisset patrem dare accipientibus ea quæ ab ipso dantur per petitiones. Et non sciunt hi, qui contra seipsos sententiam peruertunt, quod venit vnigenitus, vt fieret nobis exemplar & salus, in medio mundo constitutus velut in teatro, instar athletæ destruens omnia contra veritatem in surgentia ex incredulitate ac calumnia & errore diaboli, alicubi per idolatriam, alicubi per Iudaicam opinionem, alibi per incredulitatem, alibi per elationem humanæ opinionis, vt doceret homines humilitatē ne quis seipsum aliquid putaret, qui homo sit, sed ad patrem vniuersorum totum referret. Et propterea etiam si vita erat, velut dicit, Ego sum vita, & posset dare vitam, non vult tamen turbare iusticiam, sed venit ad vnum principium, ad vnam deitatem, ad vnam veritatem, ad vnam concordiam, ad glorificationem vnam congregaret, hominum salutem ac mentem, & coram discipulis patrem rogar. Quis enim filius, à patre non petit? Quis verō pater filio non dat? Quis autem filius alienus existit à patris natura? Et propterea filius vnigenitus à patre, plenus gratia & veritate, non in digebat completum perfectionis, quum non deficiat in veritate, sed plenus sit gratia & veritate. Verum cum plenus sit, & dat, & dare potest, vult autem omnia referre ad Patrem. Glorificat enim filius patrem, glorificat pater vnigenitum. Ego enim glorificaui te in terra, inquit Filius ad Patrem. Et Pater ad Filium dixit, Glorificaui te, & rursus glorificabo. Non est dissensio, non est inuidia deitatis. Da igitur ipsis habere vitam in seipsis. Qui vita est, vitam à patre accipere vult, & dare discipulis, qui ipse vita est, vt ne distrahatur vnitate, vt ne spina fieret Iudæis, vt audirent Iudæi à Patre petentem & dantem discipulis suis. Quomodo igitur petit à Patre Filius? velut non habens & petens? minime: sed unitatem Trinitatis significans, perfectè exhibentem ei, qui dignè dona accipit. Quo verō significaret quod una est deitas rursus in alio loco non amplius petens dat, sed propria autoritate, velut fons existens à fonte, & deus ex deo, insufflauit in faciem ipsorum, et dixit: Accipite Spiritum sanctum. et alibi sustulit manus, et dixit, Accipite Spiritum sanctum. Et habet uitam in seipso, cui vult dare, dat. Sicut enim Pater uitam habet in seipso, sic etiam Filius uitam habet in seipso. Et vides quod honoris erga patrem gratia, et propter unam unitatem & unam glorificationem, et ut ne putent discipuli à deo legis et prophetarum ipsum mentes credentium declinare, vnigenitus uenit: huius gratia deus existens, et hominum malignitatem prænoscentem, sermonem ad Patrem mittit, et gloriam auferri nequeat Patri tribuit: quo Manichæus confundatur, qui Patrem negat, quo discipuli discant quod eadem est deitas in veteri ac nouo Testamento, quo Iudæi pudeant, quoniam non venit vnigenitus ut doceret alium Deum, sed ut suam & patris sui cœlestis deitatem reuelaret. Da igitur ipsis habere uitam in seipsis. Et quidem quum ipse prædicauerit hanc uitam, quomodo Patrem rogabat, ut daret ipsis quod ipse docebat ac dabat? Vitam enim postea pronunciauit, dicens: Hæc, inquit, est vita, ut cognoscant te solum

Ancorati liber Epi phanii.

Christus cur patrem rogat, vt det vitam discipulis

Pater solus vnus deus quomodo accipit vitam

verum Deum. Deinde Arrius & eius complures exiliunt propter hanc dictionem, velut qui aliquid contra veritatem repererint, quod dixit solum Patrem verum Deum. Vides igitur, quod solus est pater verus? Interrogemus autem & nos ipsi vos, Quid igitur dicitis? Solus est pater verus, filius autem quid tandem erit? Non est verus filius, vana est spes nostra, vana inter nos prædicatio, inveniuntur autem similes filium Dei, per blasphemiam contra vos ipsos, innominatis & nefariis simulachris, ad quæ dixerunt Prophetæ ex seductorem persona, prout quisque prophetarum huius dictionis mentionem fecit: & hoc, Falsos fecerunt sibi ipsi Deos patres vestri, & falsi facti sunt colles. Itaque etiam vnigenitus apud vos sic iudicatur, & ita turpiter de eo qui vos redemit, si modò redemit, sentitis. Non amplius eiusdem stabuli estis, negâtes vestrum Saluatorem, & qui redemit vos. Si enim nō est verus Deus neque adorandus est. Et si est creatus, non est Deus. Et si non est adorandus, quomodo igitur Deus prædicatur? Definite vos qui rursus naturam Babylonicam facitis, qui imaginem & figuram ipsius Nabuchodonosor erexitis, qui famosam hanc tubam vnitatem belligerantium buccinatis, qui in musicis instrumentis ac cymbalis & in psalterio per erronea verba vestra populos ad casum fertis, imaginem magis seruire efficientes, quam Deo & veritati. Et quis verus alter, sicut filius Dei? Quis enim adæ quabitur Domino inter filios Dei, inquit Scriptura, & alius ad ipsum non comparabitur? Et quid ait? Quo videas quod de filio dicit, consequenter narrans ait: Excogitavit omnem viam scientiæ, & dedit ipsam. Et post hæc, In terra uisus est, & inter homines conuersatus. Quomodo igitur non verè ad ipsum hæc dicta sūt qui dicit, Ego sum veritas. At dices mihi, quomodo dixit vnigenitus verus Deus, ut cognoscant te solum verum Deum, quo non multitudo deorum putaretur, ut ne diuisio fieret vitalis cognitionis: Si enim solus Deus verus pater, verus est filius ex patre verè genitus. Nam colens patrem, &

Lux vera & lux ci- tra addi- tionem.

solum ipsum verum Deum reuelans, seipsum ostendit ex patre verè genitum. Quapropter verus pater Deus, verus Deus filius vnigenitus. Et vnde demonstrandum est? At vide mihi dictiones hic, quomodo solum verum Deum dicit hic patrem. Verum in Evangelio secundum Iohannem dicit, Erat lux vera. Et quæ lux vera quam vnigenitus? Et rursus Scripturæ de filio dicunt, quod lux Deus & non dicitur Lux vera Deus, verum de filio Dei, quod lux vera vnigenitus. At de patre, Deus verus, & non dicitur, Lux vera Deus. De Filio verò, quod Deus, & non appositæ est vox verus, ad dictionem Deus filius. & vbi lux Deus, non appositæ est vox vera. Quid igitur, dicimus de patre, quod sanè lux vera est Deus, & non defectuosum faciemus Deum. Et quoniam non est scriptum, Lux vera, ideo non dicimus peccantes, quod non est lux vera. & quoniam scriptum est, Filius est Deus, & erat Deus apud verum patrem. Etenim erat Deus uerbum, & non dixit, Deus factum est uerbum, sed Deus erat. Et his duobus æquivalentia demonstrabuntur. ex dictione quidem Deus uerus pater, & ex dictione, lux vera filius, æqualitas dignitatis apparebit. Ex dictione uerò Deus filius, & lux Deus, æqualitas glorificationis inuenietur. Et nihil differet, neque contradicere quis poterit ueritati, sed uerus Deus est pater, & uerus filius unigenitus. Porro & de Spiritu sancto cogat quid hic dicere amplius, ut ne quibusdam relictis, occasione præbeam inimicis, ut suos prætextus habeant. Sic enim etiam Spiritus sanctus, uelut ipse dominus testatur, Spiritus est ueritatis, Spiritus patris: & ut Apostolus dicit, Spiritum Christi. Proinde Spiritus factus est spiritus ueritatis, spiritus Dei, sicut Deus uerus, sicut lux uera, sicut Spiritus filii. Vna enim est trinitas, una glorificatio, una deitas, una dominatio, Pater pater, Filius filius, Spiritus sanctus Spiritus sanctus, non est coniunctio ipsa trinitas, neque desunctio à propria sua unitate, non est defectuosa in perfectione, non aliena à propria proprietate, sed per omnia perfectio, tria, perfecta, una deitas, & cecidit aduersariorum machæra. Etenim sic scriptum est, Telum infantium sunt. Etenim infantes etiam si accipere uelint tela, inualidi sunt, non potentes manibus suis quicquam perpetrare. Si uerò etiam conturbentur infantes magis seipsos iugulant, ac seipsos iniuria afficiunt, quum non possint per telum conatum alios impetere. Quemadmodum etiam hi contra seipsos excitarunt bellum erroris, minime uerò irruunt in filios ueritatis. Transibo autem & ad alias dictiones rursus ab ipsis excogitatas. Et primum quidem admiratione digna res est, quod ironia uruntur ad integros ac simplices natura decipiendos, Quemadmodum enim serpens decepit Euam simplicem, eodem modo hi ubi uoluerint aliquos asciscere, primum quidem adulationibus multis, & liberalitate ac attentione, promissionæque simul & terribiliter aggrediuntur. Eos uerò qui non uolunt secundum ipsorum fidem ferrum, regis mandatis adoriuntur, & regis Valentis indignatione resistitis? inquit. Et quid est (inquit) & dicimus, Eadem est fides: nisi quod uanam gloriam sectamini? Videamus igitur an eadem sit fides. Dicunt itaque, Confitemur genitum Filium ex Patre, & non negamus: sed oportet nos etiam creaturam & facturam confiteri. Nihil autem est stolidius. Omne enim creatum, non simile est genito, neque genitum simile creato, maxime ad illam puram & perfectam essentiam. Omnia enim à Deo creata sunt, solus uerò filius Dei genitus est, & solus Spiritus sanctus ex Patre processit, & ex Filio accepit. Reliqua uerò omnia sunt creata, & neque progressa ex Patre processerunt, neque ex Filio accepit, sed ex plenitudine filii, uelut scriptum est: Verbo enim Dei omnia firmata sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus ipsorum. At, inquit, oportet etiam confiteri creaturam, quoniam dixit Scriptura firmiter dici creaturam, & figuratè dici genituram. Nam etiam si dixerimus genituram, non uelut uanam ex genituris dicimus. Itaque in eo quod genituram dicunt, & non ueram genituram, simplices decipiunt. Sed et creaturam confitemur, inquit. Quandoquidem enim et ianua siue ostium uocatus est Christus, et uia, et columna, et nubes, et petra, et agnus, & manna, et caper et vitulus, et leo, et fons, et sapientia, et uerbum, et filius, et angelus, et Christus, et saluator, et Dominus, et homo, & filius hominis, & lapis angularis, & sol, & propheta, & panis, & rex, & ædificator, & agricola, & pastor, & uitis, et quæcunque

Telū infan- tium.

Valēs rex Arrianus

Christi ap- pellatio- nes varie

cunque talia, sic inquit, etiā creaturam dicimus: abusu enim nos confiteri oportet. Fugè malam hanc opinionem ac calliditatem, ne det Dominus ut aliquis ex filiis ueritatis tali ironia subducatur, quod per eiusmodi argumenta etiam creaturæ nomen in filium Dei suscipere persuadeatur, atque sic confiteri. Dent enim nobis huius usus rationem. Nam omnia illa abusu dicta sunt, minime in deitatem Filii irruentia, neque defectuosum facientia ab essentia ipsius erga patrem. Et ostium dici poterit, quoniam per ipsum ingredimur: & uia, quoniam per ipsum uadim: et columna, quia ipse est fundamentum ueritatis: et nubes, quia intexit filios Israël: aut etiā columna, propter luciditatem ignis quæ illuminauit in deserto et manna, quia negauerant ipsum panem cælestem: & panis, quia per ipsum fortificamur: et angelus, quoniam magni cõsillii angelus est, dum in mundo magnum consilium annunciauit. Et lapis non insensibilis lapis dicitur, sed abusu, eo quod offendiculum fuit iudeis, nobis autem fundamentum salutis: et lapis angularis, eo quod construxit uetus et nouum Testamentum, circumcisio- nemque ac præputium in uiam ueritatem. Agnus autem, propter innocentiā, et quod per ipsum, peccatum ab hominibus sublaturum est: in eo quod ipse patri oblatum est ouicula ad mactationem. Nam uenit ut pro nobis pateretur, passionis exors, quo nos saluaremur. Et si quid aliud est eiusdem usus, quod cõfert ad salutem filiorum hominum, abusu à diuina Scriptura ad ipsum refertur. Quid igitur creatura pro fuerit, aut qualem utilitatem facit ad nostram salutem, et ad Dei uerbi in carne glorificationem et perfectam deitatem? Quid prodest nobis dicere ipsum creaturam? Quid facit creatura creaturis? Quid prodest creatura creaturis? Quomodo uerò creauit Deus Deum, in adorationem proponens, quado dicit: Ne feceris tibi ipsi ullam aliquam similitudinem, neque in terra, neque in cælo, & non adorabis ipsam. Quomodo igitur creauit sibi ipsi filium, & adorari præcepit, maxime cum Apostolus dicat: Et coluerunt creaturam præter creatorem, & stulti facti sunt. Stultum est enim creaturam deificare. B Reprobat autem primum præceptum, quod dicit: Dominum Deum tuum adorabis, et ipsi soli cultum præstabis. Quapropter sancta Dei Ecclesia non creaturam adoratur, sed filium genitum, patrem in filio, filium in patre, cum sancto Spiritu. At reuera, inquit, nisi dixerimus, quod creatura est, imminutionem Patris facimus. Creatum enim non imminuit creatorem: quod autem genitum est ex natura, id autem cõtractionem efficit, aut dilationem, aut imminutionem, aut sectionem, aut aliqua talem affectionem genitori annectit. Ingens autem est stulticia eorum, qui talia ratiocinantur, ut à seipsis Deum assimilent, & suas affectiones Deo annectant: cum Deus penitus exors sit passionis, & in generando, & in creando. Sicut enim nos patimur generantes, quoniam creati sumus, sic etiam laboramus creatantes. Et si patitur Pater generans, ergo etiam creans laborat. Quomodo uerò de Deo passionem dicere licet, & laborare, si quidem laborat? At non laborat? abicit. Non laborabit enim, inquit Scriptura: Spiritus igitur Deus, & spiritus sine principio, & sine tempore filium genuit, Deus ex Deo, lumen de lumine, Deus uerò de Deo uerò, genitum, non factum. Præterito autem & hoc dictum, & rursus ad alia nos conferramus, quæ ab ipsis in malis opinionibus dicuntur ac decantantur, & supra à me propoſita sunt. Etenim rursus uanè producant hoc dictum falso interpretantes, Suscipite pontificem uestrum fidelem existentem ei, qui fecit ipsum. Et primum quidem hanc epistolam, ad Hebræos inquam, reiciunt, negantes ipsam naturam ab Apostolo esse, & asserentes ipsam Pauli non esse. Verum dictum hoc, ob proprium morbum in seipſos, uelut dixi, malè suscipiunt: nimirum ex eo quod dictum est, Fidelem existentem ei, qui fecit ipsum, creaturam falso inferentes. Percunctetur autem quis intelligentia præditus ipſos, & hæsitabit non habentes quod respondeant. Quando assumpsit Dominus noster ut pontificis nomine appellaretur? Nequaquam enim ante aduentum suum in carne hæc nomina habuit, ut lapis uocaretur, & ouis quæ ducitur ad mactationem, & homo, & hominis filius, & aquila, & agnus, & alia omnia quæ ad ipsum post aduentum in carne referuntur. Quare & pontifex ipse appellatur, propter argumentum de ipſo à lege prædicatum: nempe, Prophetam ex fratribus ueſtris excitabit Dominus Deus ueſter. Proſ de prophetam & pontificem, & uocem ex ipsis, post hunc locum Scriptura clarè interpretatur, uelut etiam firmiter uidere est, quomodo rursus insuperabilis Dei uirtus & prænotio, ad obtinendum omnes quod contra ueritatem excitatur, omnia cum mirabili illuminatione prædixit ac munuit. Dicit enim sic in eadem consequentia: Nam omnis pontifex qui ex hominibus assumitur, pro hominibus constituitur, ad offerendum dona & uictimas pro peccatis, ita ut moderatè ferre possit: necessitatem enim etiam ipse habet in propriis peccatis. Qui uerò non habet peccatum, obtulit seipſum patri, partim ex hominibus, propter aduentum suum: partim non ex hominibus, quum non habeat necessitatem propter deitatem. Et de ipsius deitate dicit, Etiam si esset filius: de aduentu uerò in carne, Dicitur ex his quæ passus est, inquit. Et uides quod omnia ad Christum pertinentia plana sunt, & nihil est in ipsis tortuosum. Nam hoc, Pontificem fidelem ei qui fecit ipsum, neque eandem formationem corporis hic declarat, neque ipsius incarnationis: non de creatione omnino dicit, sed de dono dignitatis post aduentum suum, iuxta id quod dictum est: Dedit ei nomen quod est super omne nomen. Et non antea implebatur hoc in deitate, sed in præſenti aduentu. Nam ipſius incarnatio ex Matia, accipit nomē quod est super omne nomen, ut cum deo uerbo uocaretur filius dei. Et propterea etiam per ipsum Apostolum hic rursus dixit, Eum uerò qui paululū imminutus est infra angelos, uidemus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatū, quo dominus & factor angelorum, infra angelos imminutus appareret, & herrédus ac terribilis angelis, & qui ex nihilo ipſos cum Patre & sancto Spiritu creauit, imminutus dice- retur, & appareret manifestè, quod nō de deitate hic loquitur, sed de ipsius carne. Passio enim mor- tis non ante carnem ad Verbum refertur, sed post aduētū in carne, eodem passionis exorte existente &

Creatura pro- nomen.

Epistola ad Hebræos.

& passibili, passionis quidem exorte, in deitate: patiente vero, in humana natura. Quare etiam ambo in vno impletur, filius hominis, in hoc: & filius Dei, in illo. Simul enim Christus in ambobus filius vocatur. Quid igitur fecerit ipsum, discant ceteri omnes, quia nihil in hoc dicto ad deitatem refertur, sed ad aduentum in carne. Et neque sicut de factura aut creatura, sed velut de dignitate post aduentum dixit, fecit ipsum. Etenim si quis interroget regem aliquem de proprio illius filio, Quid est tibi hic, & audiat ab ipso, Filius meus est. Genuinus igitur tibi est, aut spurius: Ille vero respondet, Genuinus est ex me. Quid igitur ipsum fecisti? Regem ipsum feci: manifestum est nihil immutatum esse ipsum a patris sui dignitate. Et non omnino eo quod dixit, Feci ipsum regem, ideo creatum ipsum, dicit Rex. Non enim generationem negavit, quum non genuisse confessus sit, in eo quod dixit, Feci: sed illam quidem palam pronunciauit. Verum vox Feci, de dignitate declarauit. Sic etiam filius filius patris citra ambiguitatem ab his qui vitam volunt, creditur & adoratur. At post factus est, quomodo in corpore suo seipsum patri obtulit pro hominibus, ipse sacerdos, ipse victima, seipsum quidem obrulit pro omni vero creatura potestatem gessit. Ascendit autem spiritaliter & gloriose in ipso corpore, sedet in dextera patris, factus pontifex in eternum, & pergressus caelos semel, velut testatur de ipso in sequentibus idem Apostolus. Et corruit rursus horum diuina Scriptura praetextus, quae vitalis est, & nihil offendiculi habet fidelibus, aut ad imminutionem blasphemiae contra Verbum. Deinde rursus meminit alterius dicti, quod Iohannes stans in deserto, & conspicatus ipsum venientem, dixit: Hic est de quo dixi vobis, quod post me venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat. Et primum quidem ipse dictiones, velut capite grauati, alterat in sententia, & dicit, Quomodo hoc impletur in aduentu in carne quum non fuerit ante Iohannem in vtero Mariae conceptus? Sed velut Euangelista dicit. In sexto mense missus est angelus Gabriel in ciuitatem Galilaeae ad virginem desponsatam viro, cui nomen Ioseph, & ingressus ad ipsam dixit, Gaude gratiosa, Dominus tecum, &c. Quum igitur turbaretur virgo ob salutationem, dixit ad ipsam: Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Et ecce cognata tua Elisabeth concepit filium in senectute sua, & hic mensis sextus illi est, quae vocatur stellaris. Et vides (inquiunt) quod sex mensibus antequam bonum nuntium afferretur Mariae, iam praetextit Iohannes? Quomodo igitur hoc, Ante me factus est, in aduentu Christi in carne implebitur? Quis vero ex simplicibus, & non in sententia probe firmatis, hoc dicto auditio non turbabitur? Dicit enim, Quae necessaria sunt, & simplicia, & vitalia, in diuina Scriptura, ea his qui sibi praua attrahunt, magis nocua apparent, quum dicta penitus sint in Spiritu sancto illuminata. Quid enim relictum est a dicto ad securam certitudinem? Ecce enim dicit, Hic est, visibilem significans ac ostendens videntibus, De quo dixi vobis, quod post me venit. Et quis venit nisi vir? Nemo autem prudentia praeditus, vtrum nudum putauerit Dominum nostrum, quam haereses supra a me relatae, Cerinthiani & Merinthiani, ac Ebionitae, sed cum hoc quod uir est, omnino certo etiam Dominum ipsum sciunt veri fideles, velut etiam Iohannes testatur, Quod audiuius ab initio: quasi dicat, Eum qui ab initio est inuisibilis Deum Verbum, quem audiuius in diuinis Scripturis, in Prophetis annunciari, in caelo hymnis celebrari. Et propterea quod ab initio audiuius, & vidimus oculis, quo primum audiuisse Deum ab initio confiteatur: vidisse vero, hominem significet, quem etiam Baptista Iohannes dixit, Quod post me venit uir: & hoc, Manus nostrae contrectauerunt: ut Deum ex supernis significet, & hominem visibilem a Maria genitum ostendat, qui & ex mortuis perfectus resurrexit, non abiectus sanctum vas, quod suscepit, & perfectam suam incarnationem. At per hoc quod contrectauit latus, & typum clauorum, tria confitetur inconcussa. Sic etiam hic mihi intellige hoc, Hic est de quo dixi vobis, quod post me venit uir, ut aduentum in carne significet. Quia prior me erat, ut deitatem ostenderet, quoniam ante me factus est: In mundo enim erat, inquit Euangelium, & mundus per ipsum factus est, & mundus ipsum non cognouit. Si autem in mundo erat, antequam Iohannes gigneretur ac conciperetur, ante ipsum fuit in mundo, non de creatione, non de factura significat, sed iuxta usum consuetum, quo aequiuocum homines dicere solent. Fui in Hierosolymis, fui in Babylone, fui in Aethiopia, fui in Alexandria, non creationem hic significat, sed accessum & aduentum. Fui enim in Babylone, aut altero loco, quando ueni. Ante me igitur fuit aut factus est (vtrumque enim Graeca uoce significatur) inquit, ut ostendat Verbi in terra semper accessum. Et hoc, Prior me erat: ut ostendat deitatem semper existentem. Illud vero, post me venit, ut idicet conceptionem post Iohannem. Et propterea, Ego vox clamantis in deserto, Vox est praeparatiua auditus hominum. Primum enim inarticulatam uocem sonantem reddere solent clamantes, de longinquo uocantes eos qui ab ipsis aliquid audire debent. Et ubi illi uocem solam audierint, & mentem ad audiendum conuerterint, auresque praeparauerint, tunc is qui sonantem uocem emisit, de cetero distinguit sermonem quem dicere uoluit. Sic etiam Iohannes uox fuit, aures hominum praeparans. Non enim erat ipse Verbum, sed post ipsum uenit Verbum, propter quod praeparatiua uox fuit, siue facta est. Et propterea dicit, Vox clamantis in deserto, praeparate uias Domini. Vox enim praeparat, Dominus autem in greditur uias praeparatas, Et uox loquitur, ut praebent audientiam. Vbi uero auditus oculum egerit, tunc sermo in aurem suscipientium mittitur. Nusquam igitur reprehendet Arrius & eius complices Dei ueritatem, semper illuminantem corda fidelium, ut ne euerantur a salute in Verbo filio Dei in ueritate in creato, & semper genito. Progreduentibus autem rursus nobis, & ad sequentia procedentibus, nihil relinqueamus ex his quae supra ad soluendum sunt proposita, sed rursus ordinis consequentiam arripimus. Praetextum enim rursus alium praetextum, qui a sancto Petro in actis dictus est, nempe: Notum uobis sit tota domus Israel, quod hunc Iesum, quem crucifixistis, & Dominum & Christum, ipsum Deus fecit. Et rursus dicunt, quod hic Fecit scriptum est: & non uident quod dictum est (ipse enim per seipsum

Simile regis de filio suo interrogati.

Ante me factus est uel fuit et prior me erat, quomodo accipienda sent.

Iohannes uox cur sit.

Petri locutus explicatus.

seipsum dictum declarat) Hunc enim Iesum, ut significet Domini incarnationem. Ex hoc enim quod dicit, Hunc Iesum, quem crucifixistis: manifestum est, quod de carne dicit, quam crucifixum in carnem enim crucifixum. Et propterea Dominus in Euangelio dicit: Nunc autem quaeritis me occidere hominem, qui ueritatem dixi uobis, quam ex patre meo audiui: non ab humanitate separans deitatem. Neque enim extra humanitatem fuit deitas, quando passus erat: neque in patiendo relictus est a Verbo aduentus in carne, sed neque passionis exors Verbum passum est prius in carne patiente existens. Verum est enim in utrisque unum nomen, & in deitate, & in humanitate. Christus enim est incarnatio ipsius Verbi. Et Christus est in ipso in carne aduentu. Sed passio ipsa est in carne, quemadmodum dixit Petrus, Christo passio pro nobis in carne: ut ostendat deitatis a passione alienitatem. Et rursus, Mortuus in carne, uiuificatus autem spiritu. Hunc igitur Iesum, quem crucifixistis: ut ne relinqueretur sancta in carne dispensatio a passionis exorte & increato Verbo, sed conuineretur supernè increato Verbo. Quapropter & Dominum & Christum Deus fecit: id quod ex Maria conceptum est, & deitati conuinitum. Non enim Maria Deus secundum naturam. Quapropter consequenter infert, Fecit: quemadmodum etiam angelus Gabriel dicit, quum interrogasset ipsa, Quomodo erit hoc, quoniam uirum non cognosco: Spiritus Domini superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Quapropter & quod nateretur sanctum, uocabitur filius Dei. Quum autem dixerit, Et quod nateretur, ostendit non requisitus de Deo Verbo, quod filius est citra ambiguitatem, non creatus, non factus. Verum de disputatione carnali a Maria, cum additamento dixit, Et quod nateretur, Christum & Dominum fecit, uelut in aliis loquutionibus. Omnia clare impleta sunt, & nullum laborem exhibent. Sic etiam hic in aduentu carne impleta sunt, & nulla est praeruaricatio his, qui uitae suae studiosi sunt. Viuens enim Verbum a uiuente patre, filius patris, & non creatus. Omnia uero in aduentu in carne impleta sunt, ut neque spectrum putaretur, neque coessentialis caro supernae deitati: sed incarnatio ipsius conuinita in unam a passione alienitatem, maxime post resurrectionem a mortuis. Non amplius enim moritur, inquit, mors ipsi non amplius dominatur. Est enim vnus Dominus, vnus Christus, vnus rex, in dextera Patris sedens, corporale & spirituale, vna uirtus, vna deitas spiritualis, ambo lucida, & in maiestatis gloria. Porro transmittam hoc dictum, quod abundè me declarasse puto, & de aliis ab ipsis ad subuertenda dos audientes excogitatis dicere aggrediar. Rursus enim dicunt, Si est ex essentia patris, quomodo non nouit horam & diem? Sed proprio sermone confitetur discipulis, non nosse quae pater nouit, inquiens: De illa die & hora nemo nouit, neque angeli in caelo, neque Filius, nisi Pater solus. Si itaque, inquiunt, Pater nouit, & ipse non nouit, quomodo potest eadem deitas patris ac filii esse, quando quae nouit Pater, Filius ignorat? Quae uocem uero mysticè & in diuina sua sapientia, ad certitudinem cognitionis uerissimae unigenitus docens exposuit, hi ignorant, & humanos affectus omnes in suum ipsorum detrimentum, uelut horrenda reptilia, & ad suam perniciem ea quae ab astuto venatore inescata sunt, abripiunt, nescientes quod mendacium nusquam consistit. Veritas autem vndiquaque proprios filios suos corrigit, & mendacium redarguit. Dicam enim uobis, qui malam opinionem de Christo ab initio habetis, Vtrum maius est secundum naturam, & ad scientiam, Deus ne omnium Dominus, & pater Domini nostri Iesu Christi, aut dies a Patre & Filio ac Spiritu sancto inducta & facta, & illa hora? Omnino autem interrogati cogentur ab ipsa ueritate Patrem maiorem dicere, sicut etiam est. Si itaque dicit Filius, Nemo nouit Patrem, nisi Filius: & nemo nouit Filium, nisi Pater: Qui quod maius est, cognoscit, hoc est Patrem: quomodo quod minus est ignorat? At diuina sunt uerba a Spiritu sancto dicta, ignora autem his qui non acceperunt Spiritus sancti donum & gratiam. Tales enim quum sint praedicti, instabilem habeant intelligentiam, stolidamque mentem, ad noxias & ad minores praeruaricationes lapsantem. Opponet enim se illis id quod ab ipso Domino dictum est, Estote parati: Sint lumbi uestri praecincti, & faces uestrae in manibus uestris, & eritis uelut serui boni expectantes dominum suum. Sicut enim latro in nocte, ita accedit dies. Et sanctus Apostolus ait: Non estis filii tenebrarum, sed diei, ut ne dies uos uelut fur deprehendat. Si itaque filii diei non occultantur a tenebris, sed parati sunt, quoniam qua non sciunt die, & qua non expectant hora, Dominus ipsorum adest: igitur non differat a seruis suis & filiis diei, propter lucidam suam substantiam ac deitatem, quum ipse causa horum illis sit. Aut uelut ignorantes diem, & non parati, deprehendatur ignorans, & sub minoribus existens. Quis autem infamia percitus haec de Christo cogitauerit, quod ipse erit, uelut homines eius domino subditi, & discipuli: aut uelut deteriores, propter suam ignorantiam imparati? Et tota res est stolidi. Si itaque haec impleri non possunt, uerum sermo extensus uelut oppositus reperitur: quaerendum est igitur quam rationem reperiamus, quo citra oppositionem utrisque seruatis, a ueritate non recedamus. Impossibile est enim Dominum mentiri, & impossibile est ipsum frustra narrationes ad nostram uitam facere. Cognoscit itaque Pater, cognoscit Filius, cognoscit Spiritus sanctus. Nihil enim est in Patre diuersum a Filio, neque in Filio diuersum a Spiritu: uelut in vnaquaque praedicta haeresi pro re nata demonstrauius ex ueris confirmationibus, Trinitatem esse unam deitatem, & nihil habere in seipsa euarians. Sed totum perfectio, tria perfecta, vna glorificatio, & unum dominium. At dices mihi, Quae igitur ratione hoc dixit? Et iam quidem alibi de hoc sermone a me dictum est. Nihil autem prohibuerit ad eadem apponere, & eadem uera uerba referre: & ego quidem ad hoc impiger sum, legentibus autem hoc tutum erit, aduersariis uero in redargutionem. Habet autem res hoc modo. Tres ordines hoc loco in medium produxit: Patrem, & seipsum, & omnes angelos in caelo. Et Patri quidem attribuit nosse, non solum scientiam ostendens & cognitionem, sed etiam ea quae semper apud Patrem & apud filium citra ambiguitatem detenta sunt, & facta & perpetrata. Et pater quidem nouit diem, nouit ipsam,

Pater solus nouit de illa die

Exhortatio Christi ad praeparationem.

Tria perfecta.

& produxit ac fecit, & iudicavit. Sicut dixit in Evangelio secundum Ioannem, Pater neminem iudicabit, sed omne iudicium dedit Filio. In eo enim quod dedit, iudicavit: quum itaque iudicavit, novit: quum verò novit, scit quando venit. Qui enim non credit in Filium, iam iudicatus est: non quòd præterierit iudicium, sed quòd ea quæ tunc futura sunt, iam indicentur. Quare & ob hoc tale impletur. Novit enim Scriptura scientiam, & scientiam, quemadmodum etiam sapè pro oblata argumenti occasione, à similitudinibus & exemplis, vniuscuiusque propositæ rei ac causæ claritatem & declarationem explicare non reliquimus. Apprehendamus itaque rursus ab initio, & de his dicamus. Quid dicitis, o vos? Nouerat Adam Eam vxorem suam, & ante inobedientiam ac excessum, aut non nouerat? Et non potestis contradicere veritati. Si enim non volueritis recta via ingredi ad talem sententiam, redarguemini. Erant enim, inquit, nudi, & non erubescabant. Quum igitur ipsi nudi essent, & non cæcutirent: neque enim hoc negare potestis, vt non vidisse ipsos cõfiteamini. Nouit enim, inquit, Eua lignum quod bonum esset ad esum, & aspectu pulchrum. Proinde nouerat, & nouerat. Quum autem nosset & viderent se mutuo, cognouerunt: velut post multum tempus, ait Scriptura, Et cognouit Adam Eam vxorem suam. At priorem quidem notionem ac visionem siue scientiam, de notione per visum consistente, ac per intellectum dicit. In secunda verò notione, de cognitione & vsu loquitur. Quemadmodum etiam alicubi David, vbi consensuisset, velut dicit diuina Scriptura, Et consensuit David, & non calefiebat, & dicebant famuli ipsius ad ipsum: Queratur regi virgo, & inuenta est Abisac Sumanitis: Et calefiebat (inquit) ipsum, & cum ipso dormiebat, & non cognouit ipsam David. Quomodo non cognouit coniunctam corpore, & quæ latus applicauerat? At cognitionem hic non eam dicit quæ fit per intellectum, sed eam quæ contingit per ipsum. Nam & de Iacob dicit, Quod septem annis fuit pastor cum Rachel & Lia, & nouit ipsas. Quando verò de copulatione reuerendat in ipsum nuptiarum narrat, dicit: Cognouit Liam vxorem suam. Nam prior cognitio per intellectum erat, & per visum. Posterior autem cognitio siue notio, in vsu erat & actione. Sic etiam in eadem diuina Scriptura, Nouit Dominus eos qui sunt ipsius: non quòd ignoret eos qui non sunt ipsius, sed euidentiam defensionis ac protectionis Domini significat. Et, Discedite à me operatores iniquitatis, non noui vos: Igitur non nouerat ipsos secundum cognitionem? Imò quia non erant ipso digni, actionem ab ipsis tollit. Et in alio loco, Vos cognoui ex omnibus gentibus: Ergo omnes gentes, & numerus rotius humani generis cognitionem eius fugiunt, & non potius capilli vniuscuiusque capitis humani, cum eorum qui ipsi seruiunt, tum eorum qui ipsi non obediunt, cognoscuntur? & Vias à dextris nouit Deus: ergo ignorat à sinistris? Et quot eiusmodi dici possunt de notione, & notione siue scientia? Sic etiam vnigenitus filius Dei. Quandoquidem enim Pater iudicium dedit Filio, notiois & vsus cognitionem reddidit iam Patri: Nemo nouit diem, nisi Pater: iuxta duos modos, quòd nouit quando venit: nam in ipsius potestate dies & hora veniet. Et nouit ipsam: iam enim peractum erat ab ipso iudicium, traditum vnigenito. Ita est & in vnigenito filio Dei, qui Deus est, & nihil à Patre euariat, eadem notio. Ipse enim nouit ipsam, & ipse ducit ipsam, & fert & perficit, & iudicat, & sine ipso non veniet: Nondum verò nouit ipsam secundum actionem, hoc est, nondum iudicavit. Adhuc enim impii impie agunt, & iniusti abundant, & scortatores ac adulteri & idololatræ iniqui sunt, & diabolus operatur, & hæreses insurgunt, & error committitur, donec intulerit ipsam diem vnigenitus Dei filius, & quod iustum est, vnicuique retribuerit: & cognoscat ipsam, hoc est, peraget ipsam potentia. Et in Patre quidem, iuxta duos modos impletum est: in Filio verò secundum notionem est, & non ignoratur. Verum secundum actionem nondum perfectum est, quia nondum iudicavit. Cæterum à sanctis angelis iuxta duos modos hoc remotum est, & quod non nouerunt: notione per intellectum contingente: & quod nondum secundum actionem ipsi cognouerunt, hoc est, perfecerunt. Nondum enim præceptum est ipsis, egredi, ac colligere impios, velut zizania in fasciculos ac fasciculos, et præparare vt comburantur igni. Et videtis o dilectissimi Dei, quòd singuli qui sibi ipsis iuxta quandam præsumptionem horrenda attraxerunt, frustra militauerunt, singuli diuersimodè contra seipsum, in filium Dei inferiora et imminuta maledica lingua effutire aggredientes. At quum et huius dictionis declarationem abundè fecerimus, rursus ad alias mem appicemus, Dei potentia auxiliante. Et enim generosi illi, et in omnia satis adaculi, etiam si confiteantur non secundum Manichæos, neque secundum alias multas hæreses, et quamuis obtineant veritatem secundum carnem, tamen hoc ipsum faciunt defectuosè, et non plenè. Confitentur enim Salutorem habuisse carnem verè, audientes autem ex ipso Evangelio, quòd fatigatus fuit ex itinere, et esuriit, et sitiit, et dormiuit, et surrexit, hæc omnia collecta ad deitatem ipsius referunt, conantes deitatem ipsius ex talibus argumentis abalienare ab essentia Patris. Nam si est, inquit, ex Patre, Patre non sentiente lassitudinem, neque sitiente, neque esuriente, velut diuina Scriptura dicit: Non fatigabitur, neque esuriet: neque sitiit, neque dormiet, neque excogitari potest prudentia ipsius, hæc autem sic in Filium perfecta sunt: alienus ergo, inquit, est à Patris essentia ac natura. Et quòd quidem hæc in vnigenitum non implebantur ante aduentum in carne, etiam ipsi confitebuntur. Quum autem confessi fuerint coacti, peruenerint autem ad ea quæ in aduentu ipsius in carne facta sunt, et audierint eo quòd accipit corpus, ideo hæc rectè perficit, concedens velut auriga currui honestas necessitates, quoniam secundum veritatem carnem induit, et non iuxta apparentiam: tunc asserunt non ex carne sola hæc esse, nam reuera per se ipsam neque sitiit, neque fatigabitur. Verum non sciunt illi, qui via relicta ad contrarias semitas digressi sunt, quòd non solum carnem assumpsit filius Dei, vbi venit, sed et animam et mentem, et omnia quicquid est homo, præter peccatum: non à semine viri, sed à Maria semper virgine per Spiritum sanctum. Non volunt autem illi admittere, animam ipsam accepisse, propter talem aduersus

Adi quæ do nouerat vxorẽ suam Eua

Notio & scientia duplex in Scriptura

Duplex cognitio.

Nouit pater quomodo, & quomodo modo filii

Angelorum ignoratia

Animæ mens in Christo.

uetus ipsos redargutionem: id quod promptissimum omnium est, vt ipsorum vaniloquentiæ opponatur. Ipse enim consistetur versus Deus de seipso, dicens, Ego sum veritas: Anima mea conturbata est, & tristis est anima mea, & Potestatem habeo ponendi animam meam, & accipiendi ipsam: vt ostēderet seipsum Deum quidem esse habentem potestatem: hominis enim non est hic sermo, Nemo enim habet potestatem ponendi animam suam, & recipiendi ipsam. Quum autem de anima loquitur, ostendit seipsum verè hominem factum esse, & non in apparentia. Et rursus: Ego sum pastor bonus, qui ponit animam suam pro ouibus. Et vt ostēderet vera hæc esse, in cruce ad Patrem dixit, In manus tuas depono spiritum meum. Et cum venissent milites, inquit, inuenerunt ipsum iam expirasse. Et rursus, Et clamans voce magna, dixit: Eli Eli lemas abachthani, hoc est, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me: quemadmodum iam etiam hanc sermonis vim declarauimus. Et expirauit, inquit Evangelium. At Expirauit, & In manus tuas, & illud, Anima mea cõturbata est: & alia omnia cum veritas dicat, quis adeò stolidus sit, vt hunc officinæ credat hominum cæcutientium ac somniantium, & relinquat ipsas Dei verbi rationi consentaneas veritatis dictiones? Cæterum deinceps dictiones venientes, ea quæ probè & rectè dicta sunt à singulis scripturis, velut piratæ sana virorum corpora detruccant, & testimonio quodã vtantur, quo sæpè Scriptura figuratius vlt narrat. Et quod quidem figuratè dictum est, veritatem ferre solet. At verum & in indefinitè prædicatum, ad aliam personam allegoricè referunt. Statim enim exiliuit, è sancto E saia proferentes dictionem, quòd ex persona patris dictum est: Ecce intelliget filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est, quem dilexit anima mea: vt Patris sit hæc dicitio: nam hoc verum est. Quomodo igitur & Pater, inquit, animam accepit? Si autem dicamus, quod abfit: Quid igitur, inquit, est quam quòd hoc figuratè dictum est? Ergo, inquit, etiam id quòd à filio dictum est, figuratè dictum est. Et putant in hoc contra veritatem se venari ac reperire prætextus occasionem, id quod ipsis non conceditur. Minime enim fucata est veritas, & per se ipsam consistit, vt quæ neque vincitur, neque fucato ornameto opus habet. Videamus enim amborum vim ac virtutem. Siquidem enim pater venit in corpus, & carnem induit, & hunc sermonem dixit, verè animam habuit. Si verò carnem pater non induit, dixit autem hoc, Quem dilexit anima mea, figuratè hoc circa Deum dicitur, vt ratificaretur veritas, & vt ostendat erga filium ingenuitatem. Sed non etiam de filio eadem in hoc dicere licet. Et enim pater non suscepit carnem, filius autem induit carnem: pater homo factus non est, filius autem homo factus est. Simile enim de patre dicendū est. Sicut enim hic dicit, Dilexit ipsum anima mea: sic dicit, Inueni David filium Iesse virum secundum cor meum, & Cor meum longè abest ab ipsis. Si itaque eo quòd figuratè dictum est, Quem dilexit anima mea, accipimus hoc de anima: ergo etiam de corde figuratè dictum est, & mirum omnibus intelligentia præditis clarum hoc fuerit. Si itaque tropicè dicit de anima pater, & de corde quòd non accepit: non enim gestauit carnem: figuratius sanè ad patrem talia referuntur. Non autem idem etiam circa filium putandum est. Filius enim accepit carnem & omnem humanam naturam, ac partium situm. Nam erit hoc contrarium ei qui de filio figuratè dicit de incarnationis persona, etiam si in quadam parte sermonis argumentum contingat, propter hoc quòd verè incarnatus est. Si enim allegoricè accipitur de anima filii, & figuratè de ipsa accipiendū est: ergo etiam de corde talia dicantur. Et concedemus de cætero omnia apparentiam esse, & non veritatè. Figuratè dictum est & de carne, iuxta contentiosi Arrii rationem. Et non amplius cor habuit vbi venit Verbum, neque hepar, neque carnem, neque intestina, neque ossa, neque quicquam talium, sed omnia de cætero allegoricè accipiuntur, & tropicè dicuntur. Aut omnino vanum & imaginarium assumpsit corpus, quòd nulla interna viscera habebat. Quomodo igitur edebat & bibebat? Sed apage. Si verò pater dicit cor & animam, potest autem in ipsum allegoricè exponi, & tropicè dici, & in filium figuratè, eo quòd negauit ipsum animam accepisse, certè si de corde vrgeantur, non possunt negare, eo quòd confessi sunt ipsi, omnem situm partium corporis Dominum suscepisse: ex eo quòd cor & cor dictum est, alterum quòd in confesso est, alterum allegoricè acceptum. Sic etiam de anima sermo verus est, & non accipitur figuratè, neque dicitur tropicè. Quum autem sit Christi incarnatio in omnibus perfecta, corpore & anima, & mente & corde, & in omnibus quæ est homo, citra peccatum: contigit autem ipsum res humanas rationabiliter facere, & in deitate perfectè ad salutem perficere, non adhuc ipsius deitas gloria carebit præter patris perfectionem, sed propter humanitatem in carne implebitur, vt et sitiit et esuriat, et bibat, et comedat, et dormiat, ac tristis sit, ita vt à passione ac affectione aliena sit ipsius deitas. Et rursus corrui ipsorum de hac parte sermo. Quandoquidem autem venit in carnem Deus, quum dicant ipsi, Quòd si erat ex patre, quomodo venit in carnem: dicere poterit quis ad ipsos, De angelis quid dicitis? Omnibus autem manifestum est, quòd confitentur angelos à Filio factos esse. Nam et de Spiritu sancto blasphemiam dicunt, et à Filio creatū esse dicere audent, qui est increatus, ex Patre procedens, et de Filio accipiens. Si igitur in Spiritum sanctum hoc dicere audent, quanto magis de angelis non poterint negare, quòd ex vnigenito ipsum esse habuerunt creati et facti? Si itaque angeli ab ipso facti, et spirituales facti, et tamen creaturæ ipsius existentes, et infinite essentia eius inferiores, vt pote qui opus ipsius sunt, carnem non acceperunt, quid dicemus? Ergo maiores sunt Filio hi, qui ab ipso creati sunt? Aut etiam Spiritus sanctus cur non in carnem venit: et carnem gestauit, et homo factus est, aut Spiritus sanctus Dei, aut aliquis angelorum? Non omnino ob id quòd imminutus est Filius præter Patrem, ideo carnem induit: alioqui omnino etiam angeli debuissent carnem induere, aut etiam Spiritus. Sed quoniam sapientia Patris est, et virtus, et verbum, ipse omnia creauit cum Patre et Spiritu sancto: quo ostendat, quòd causa transgressionis Adam, non à formatione, neque ab eo quòd factus est, peccatum aut inobedienciæ delictum habuit, sed à propria voluntate, quo iustum iudicium in finem

Anima in Deo patre figuratè se dicitur. Cor in deo figuratè.

Deus in carnem cur venit.

finem deduceret, velut dixit Elias, Arundinem contritam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec deduxerit iudicium in victoriam. Et in nomine ipsius gentes sperabunt. Quemadmodum & David de ipso dixit, Et vinces, dum tu iudicaris. Iudicatus enim est, vt iudicans iussit obtureret ora contradicentium. Non enim poterit quis contradicere iusto ipsius iudicio. Gestavit enim corpus, impollutum ipsum conseruans. Non enim quod fuit in homine ab initio, hoc est in Adam, id ipsum omnino ex opifice fonte ab Adae peccato, peccandi causa fuit, & propter hoc peccauit. Sed liberum arbitriū ipsi dedit, & vnusquisque sibi ipsi causa peccati existit. Propterea sanè in fons opifex Deus Verbum, qui cum patre creauit hominem, & cum sancto Spiritu, immortalis & impollutus, propria voluntate, inenarrabili quodam sapientiae mysterio, homo factus est, ita vt perfectè omnia susceperit propria factura, propter benignitatis erga homines excellentiam: non ex necessitate, sed vltro nea mente: quo in carne condemnaret peccatum, & in cruce dissolueret maledictionem, & in monumentum sepulchri detraheret corruptionem, & in infernum descendens cum anima in deitate, stimulum mortis confringeret, & pactum erga infernum destrueret. At illi omnino ingrati, bona in mala transmutantes, pro quibus gratias agere benigno & perfectò, & bono ex bono patre existenti debebant: tantum abest vt gratias agant, vt etiam ingrati reperiantur, qui passiones & affectiones magis ipsius deitati attribuant, quas confirmare non possunt, quum omnibus manifesta sit veritas. Et cum hæc ita sint declarata, rursus ad alias dictiones deinceps deueniam. Producent enim dictum Euangelii male interpretantes, Qui misit me pater, maior me est. Et primū quidem dicit, Qui misit me pater: & non, qui creauit me. Omnes enim diuinæ Scripturæ ingenuitatem ipsius ad patrem significant. Genuisti me, inquit, pater, & Ego à patre exiui, & venio, & Ego in patre, & pater in me, & Qui misit me pater, & nequaquam qui creauit, nequaquam qui fecit, dixit. Et quomodo hi ea quæ non sunt, sibi ipsi coaceruāt? At, Qui misit me pater, maior me est, quid hoc dicto magis proprium, & quid hoc magis necessarium, & quid hoc magis genuinum, & quid hoc decentius? Quem enim decet glorificare patrem, quàm filium, verum ex ipso genitum? Pater enim glorificat filium, & filius glorificat patrem. Et ea gratia in exemplum nobis, gloriæ ab ipso ad patrem relatæ, in vnam vnitatem, & in vnam gloriam, glorificat filius patrem, quò nos doceat suum honorem patris esse, velut dixit: Qui non honorat filium sicut honorat patrem, ira Dei super ipsum manet. Maior autem secundum quem modum hic reputant, iuxta molem B imò iuxta tempus, imò secundum altitudinem, imò iuxta ætatem, imò iuxta dignitatem? Quid horum est in Deo, vt hæc cogitent. Neque enim temporari subiacet Deus, vt inferior intelligatur, qui sine tempore ex patre genitus est. Neque profectui in hæret Deus, vt filius profectu facto non assequatur patris maiestatem. Si enim iuxta profectum filius Dei, filius Dei vocatur, profectus multi fuerunt æquales ipsi. Et huius gratia ipse profecit, maior quidem dignitate vocatus, minor verò his qui ante ipsum in dignitate sunt. At dicit Scriptura, Quis assimilabitur Domino inter filios Dei, tanquam omnes abusiue dicantur, hic verò solus sit filius secundum naturam, & non secundum gratiam: quandoquidem excogitauit omnem viam scientiæ, & nemo ipsi adæquabitur. At quid dicunt? In altitudine præeminet pater filio. In qua itaque parte locatur Deus, aut localiter circumscribitur, vt circumscriptio quod maius est significet. Spiritus enim est Deus. Et vndiquaque corrui nouitas peregrina ab ipsis excogitata. Sed & hoc præterito, ad sequentes ipsorum dictiones d charissimi transeamus. Dicunt enim quod mittens non est similis misso. Sed alius est mittens potentia, & alius est qui mittitur: quoniam ille mittit, hic mittitur. Et si ex ipsis penderet veritatis sententia, non amplius ad vnam vnitatem veritatis & potentiae & deitatis referretur tota cognitionis ratio. Duobus enim occurrentibus, aut duobus mittentibus, nō amplius filius esset filius, sed frater: confratre coexistente, non amplius filius, quàm secundum coniunctionem, aut secundum adoptionem. Aut ipse erat qui seipsum mittebat, aut duo simul mittentes, aut accedentes, duas deitates significarent, & non vnam vnitatem. Hic igitur est qui misit, & qui mittitur: vt ostendat omnium bonorum vnum esse fontem, hoc est patrem. Deinceps autem à fonte, non alio nomine, sed secundum Filii nomen, itēque verbi, vnus existens fons ex fonte filius progressus, semper existens, apud Patrem genitus. Quoniam apud te est fons vitæ. Et vt ostendat etiam de sancto Spiritu, In lumine tuo videbimus lumen. Quo ostendat lumen Patrem, & lumen Patris esse Filium, & lumen Spiritum sanctum, & fontem ex fonte, ex Patre & vnigenito, Spiritum sanctum. Flumina enim ex alio ipsius fluent aquæ salientis in vitam æternam: dixit autem hoc de Spiritu sancto, inquit Euangelium: & rursus dicit ostendens discipulis suis de sua ad Patrem coessentialitate: Si quis aperuerit mihi, ingressus ego & pater meus, mansionem apud ipsum faciemus. Et non amplius dixit, mittat à patre meo, sed ego & pater apud ipsum, velut pulsante filio, & patre cum ipso ingrediente: ita vt semper sit, & nunquam deficiat pater à filio, & filius à proprio patre. Quapropter & in alio loco dicit: Ego sum via, & per me ingredientur ad patrem. Et vt ne aliqui minorem patre putent, & quod per ipsum ad patrem ingredientur, dixit: Nemo veniet ad me, nisi pater meus coelestis traxerit ipsum. Pater igitur fert ad filium, & filius fert ad patrem, infert autem in Spiritu sancto. Semper enim vndiquaque trinitas in vna deitatis vnitatem, tria perfecta, vna deitas. Et corrui ipsorum sermo. Rursus porrò dicunt, Quia igitur ratione dixit Christus ad discipulos suos, Vado ad patrem meum, & patrem vestrum, & Deum meum, & Deum vestrum. Si itaque Deum suum confitetur, quomodo amplius erit æqualis ipsi, aut ab ipso legitime genitus? Quo ostendunt, se in omnibus ignorantiam Dei habere. Et sanè nulla Euangelii illuminatione sunt illuminati. Si quis enim contrectarit & perscrutatus fuerit ab æterno, & secundum generationes, cognosceret veritatem perfectæ cognitionis salutis nostræ, & æqualitatis ad patrem virtutem. Verum stimulantur hi Iudaica sapientia circumdati, & filio Dei indignantur, quemadmodum illi dicebant:

T. ter maior me est, quomodo accipiendū

Mittentibus est formam missio.

Deū meū & Deū vestrum, cur Christus dixit.

Ob nullum malum te lapidamus, sed quod cum homo sis, filium Dei te ipsum nominas, æqualem Deo faciens te ipsum. Sic & hi in eandem affectum phariseorum ac Iudeorum collapsi indignantur, non volentes dicere filium æqualem genitori. Vide enim inibi scripturarum certitudinem, quoniam nusquam dixit diuina Scriptura sermonem hunc, ante aduentum in carne. Sed pater ad filium dicit, Faciamus hominem: coopificem vocans filium, & genuinum ostendens secundum æqualitatem. Et nusquam dixit filius, Deum meum & Deum vestrum. Et audivit Adam vocem Dei obambulantis in paradiso. Et fac tibi ipsam arcam ex lignis non putrescentibus. Et pluit Dominus à Domino. Et dixit Dominus ad Moysen: Ego sum Deus Abraam, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Et David dicit: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. Et nusquam dixit Dominus, Deum meum, & Deum vestrum. Quando verò accepit nostrum corpus, & in terra conspectus est, & inter homines conuersatus est, & inter nos reputatus: tūc ad discipulos suos, quibus per omnia assimilari debebat, excepto peccato, dixit: Deū meum & Deum vestrum, & patrem meum, & patrem vestrum: Patrem quidem meum, secundum naturam in deitate: & patrem vestrum, per gratiam per me in adoptione: Deum autem meum, quoniam carnem vestram assumpsit: & Deum vestrum, secundum naturam & veritatem. Atque sic omnia sunt clara & lucida, & nihil contrarium, neque mortis complexus speciem habens in diuina Scriptura: velut hi præterunt, mala sibi ipsi excogitantes. Arbitror autem & aduersus hoc abundè à me dictum esse. Deinceps igitur ad alia tranfibō. Et enim Spiritum sanctum creaturam creaturæ rursus esse dicunt, eo quod per filium omnia facta sunt, velut dixit Scriptura: imprudentes quosdam abripiētes, non velut dictum est, ipsum dictum habentes, sed malè opinantes, & à dicto id quod probè dictum est iuxta peruersam suam opinionem falsò interpretantes. Non enim diuinum Euangelium de Spiritu dixit, sed de omnibus creatis. Quia si quid creatum est, per Verbum creatū est, & à Verbo. Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Deinde rursus, In ipso vita erat: oportebat enim & in hoc impleri sancti Ioannis ordinis consequentiam, vt in eo qui erat, ea quæ sunt plenè semper confiteretur. In principio enim erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Nam erat, & erat, & erat. Et, In ipso vita erat. Et, Erat lux vera, & In mundo erat. Et quæcunque de hoc erat, ex Spiritu sancto B. Ioannes declarat: nempe, Omnia per ipsum facta sunt, quæ facta sunt. Superior autem & prior est huius facta sunt, is qui omnia fecit. Dicit autem Scriptura, per ipsum omnia facta esse, non autem nominavit qualia sunt quæ facta sunt. Suspicio enim prauitatis nusquam erat, vt ne aliqui suspicentur ea quæ non sunt, & maledictis impetant immutabilem & inalterabilem sanctum Dei spiritum. Propter hos enim dicit Dominus: Si quis dixerit sermonem in filium hominis, remittetur ipsi. Si verò quid dixerit in Spiritum sanctum, non remittetur ipsi, neque hic, neque in futuro seculo. Stolidus enim est totus ipsius sermo. Verum secundum blasphemiam ipsorum opinionem contradicere poterit quis ipsis, ac dicere, O vos generosi Sophistæ, & verborum detortores, qui sanctum spiritum Dei cum creatis numerare vultis, propter hoc dictum, Omnia per ipsum facta sunt, ex eo quod dicit Omnia: quum nequaquā numeretur cum omnibus sanctus Spiritus. Igitur & ratiocinari debeatis, aut alius quispiam vobis peior, etiam patrem per filium sanctum esse, iuxta blasphemiam vestram opinionem. Simul enim comprehensus est filius est, omnia per ipsum facta esse dicens. Si verò blasphemia est, de patre tale ratiocinari, imò stulticia, simile est etiam his quæ cogitant de Spiritu sancto, qui cum Patre numeratur & Filio. Si enim ex creaturis esset, non sanè increato Patri & increato filio connumeraretur. Sed quia increatus est, connumeratur. Dixit enim, Euntes baptisate in nomen Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Quomodo verò creatus fuerit spiritus, de quo testimonium perhibetur, quod ex Patre procedit, & à Filio accipit: per quem & perfecta hominum salus, & dispensatio in carne, ad omnem iustificationem impleta est. Vnxit enim ipsum Spiritu sancto, dicit Scriptura de Domino. Neque verò dispensationem in carne cum Deo Verbo vnitam in vnam deitatem vnxit Pater per creaturam. Sed quandoquidem vna est trinitas, tria perfecta, vna deitas: oportebat in Filio per dispensationem hoc fieri, vt omnino glorificetur, & in omnibus intelligatur trinitas, quemadmodum contra omnes hæreses de Spiritu narrantes, non vnum, non duo testimonia produximus, quod Dei Spiritus est, qui cum patre & filio glorificatur, increatus & immutabilis, & perfectus existens. Corruit autem & hic contentioforum contra seipso de hoc sermo. Rursus verò ad alias ipsorum dictiones nos trademus. Dicunt enim rursus, dictum non rectè accipientes, quod ipse Saluator dixit, Quid me dicis bonus? Vnus est bonus Deus. Et separauit seipsum hic à Patris essentia ac substantia. At totum hoc ridiculum est. Si enim qui tot bona nobis fecit, non bonus apud ipsos iudicatur, & quis adhuc flagitiosior hoc fuerit: Qui animam suam pro omnibus dedit, qui vltro nea mente ad patiendum venit, passionis exors Deus existens, qui peccata nobis condonauit, qui sanationes in omni Israel perfecit, qui ex bonitate sua tantum hominum genus in bonitate ad patrem congregauit, qui bonitatis præfectus est, & pacis dominus, qui supernè ex Patre bonus Verbum ex bono patre genitus est, qui dat alimentum omni carni, qui operatur in hominibus & omnibus ab ipso factis omnem bonitatem, non bonus apud ipsos iudicatur? Et non sciunt, qui obliuionem sibi ipsis inducunt, quod ad eum qui interrogauerat, subtilit vicissim sermonem, quo superbiæ in ipso elationem destrueret. Erat enim gloriosus quidam à Phariseis profectus, velut qui iustificationes legis exactè seruasser, & iusticiam ac bonitatem de seipso iactans dicebat, Magister bone, quid faciam vt vitam æternam possideam? Et quoniam sentiebat de seipso velut de tanta iusticia, Dominus volens ad Deum referre omnem bonitatem, Nemo, inquit, bonus est præter ipsum, vt nemo carnem gestans factum aliquem sibi attrahat. Atque ea gratia dicebat, Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi vnus Deus: quo talis & tantus talem sermonem loquutus, subuerteret in eo qui dixerat

Patrem meum, & patrem vestrum, cur Christus dixerit.

Spiritum sanctū nō esse creaturam.

Bonus est vnus Deus.

Bona appellatur etiam creatura.

Non est meum dare.

Deus excitauit ipsum ex mortuis.

Debilis Christi quae.

xerati in stationem, & opinionem quam de iusticia sua induerat: & vt redargueret ipsius cor, qui bonum quidem magistrum labiis ipsam dicebat, verum in bona ipsius doctrina non permanebat. Et quod quidem bonus est, ipse docet, dicens: Multa bona feci inter vos, cuius igitur ipsorum operum gratia lapidatis me? Cui enim hoc non est clarum ac manifestissimum, maxime cum multa bona sint & appellentur inter ipsius creaturas, velut diuina scriptura dicit? Ecce enim de multis bonis sacrae litterae narrant. Erat bonus Saul, inquit, filius Cis ex tribu Beniamin, altior omni populo super humerum & sursum versus. Et, Erat bonus Samuel cum Deo & hominibus, & Bonus est extremus sermo prae principio, & Aperi tuum thesaurum bonum caelestem. Cum autem haec sint creaturae, & bonae in dicuntur per ipsum & ab ipso factae: quomodo non potest quis confiteri bonum esse horum creatorem? Sed vt ne longiorem faciam de hoc sermonem, omnino enim diffusum de hoc diximus, rursus ad sequentes transibo, vniuscuiusque dictionis interpretationem facturum. Inserunt autem rursus dicta quaedam temerarii illi, diminutionum opinionem seminantes in eum qui ipsos redemit, si modum sunt redempti. Cum enim accederet ad ipsum mater filiorum Zebedaei, & rogaret, vt vnus sederet ex dextris, & alter ex sinistris, vbi veniret in regnum suum, dixit ad ipsos: Nescitis quid petitis, potestis bibere poculum quod ego potaturus sum? Illi vero dixerunt, Etiam possumus. Dixit autem ad ipsos, Poculum quidem meum bibetis, ac sedere ex dextris meis aut ex sinistris, non est meum dare, sed quibus praeparatum est a patre meo. Vides, inquit, quomodo non habet potestatem, praeter patrem qui habet potestatem, vt exhibeat quod velit? Et quis ex recte sapientibus sic intellexit? Si enim filius non habet potestatem, & quis habet potestatem? Pater enim viuificat mortuos, inquit, & sic dedit etiam filio, vt quem velit viuificet, & Quae patris sunt, mea sunt, & omnia mihi tradita sunt a patre meo. Quis igitur adhuc ambigit? Hoc autem vult ostendere diuinus ipse ac sapiens sermo, quod non iuxta personarum acceptionem res ipsa sit, sed pro dignitate. Domini equidem est exhibere, exhibet autem vnicuique pro dignitate. Vnusquisque vero qui operatus est iusticiam, accepit iuxta proprium laborem. Et non amplius ipsius solum est dare, sed eius qui seipsum dignum fecit. Audeo enim dicere, quod neque ipse est, etiam si possit dare, non tamen vult: neque sancti Spiritus, etiam si possit sanctus Spiritus dare, iuxta id quod dictum est: Alii datur sapientia per Spiritum, alii genera linguarum in eodem spiritu, alii interpretatio linguarum, alii potentia, alii doctrina. Vnus autem est Spiritus, qui distribuit vnicuique vt vult. Et non dixit, Velut ei praecipitur: sed, Sicut vult. Et filius quem vult viuificat. Et pater vocat quem vult ad filium. Et rursus, Neque Pater, neque Filius, neque Spiritus sanctus, iuxta personarum acceptionem vocat aut dat, aut exhibet, aut dignitatem praebet, sed si laboraueritis, erit vobis praeparatum a patre meo. At perfectum est, quoniam ego sum vita. Sed & amplius ad alia pergam. Dicunt autem, Quomodo dicitur ipsum ex perfecta Dei deitate? Ecce enim dicit de ipso Apostolus, quod Deus excitauit ipsum ex mortuis. Si vero opus habet auxilio Dei, vt excitet ipsum ex mortuis, ergo alius est qui excitat potentia, alius autem inferior qui excitatur per potentis potentiam. Et quousque tandem tempus tero circa vanos intellectus eorum qui frontem suam perfricauerunt. Quis igitur excitauit Lazarum? Quis excitauit viduae filium in Nain? Quis dixit filiae archisynagogi, Cum talicha, hoc est, surge filia? Cuius nomen inuocabant Apostoli, & mortui suscitabantur? Arbitror autem, quandoquidem Iudaei cum Apostolis disputabant, propterea quod putabat Apostolos praedicare defectionem a Deo legis: & propter praenotionem sancti Spiritus cognoscentis, quod futurae essent haereses, quae Christum a paterna voluntate dissidere asserunt: ea gratia ad vnam deitatem omnia iidem Apostoli referebant, quoniam ex complementa a patre fierent omnia voluntate Filii, cum bona voluntate Spiritus sancti. Non ergo iuxta diminutionem, aut iuxta debilitatem, aut ab alienationem Dei Verbi ab essentia patris hoc dictum est: mini me gentium. Vide enim exemplaria, quomodo narrat angelus, dicens ad Mariam & eas quae cum ipsa erant, Quid quaeritis viuentem cum mortuis? Vides viuens in propria deitate & carne resurrexit, non autem erat cum mortuis. Et quid dicit ad ipsas? Resurrexit, non est hic. Et non dixit, Excitauit ipsam Deus, & non est hic. At vt ostendam tibi potentiam, quod viuens resurrexit, etiam ipse rursus dixit, anrequam pateretur, ad discipulos suos: Ecce ascendimus in Hierosolyma, & tradetur filius hominis ad crucifigendum, & tertia die resurget. Et non dixit, Excitabit ipsum. Verum de hoc clare potestatem potentiae suae praemonstrauit, dicens: Potestatem habeo animam meam ponendi, & recipiendi ipsam. Qui vero potestatem habet, quomodo seipsum suscitare non potuit? Apostolus vero scribens, vt ostenderet nihil sine voluntate Patris in salutis dispensatione factum esse, dixit: Deus excitauit ipsum ex mortuis. Nam & in alio loco idem Apostolus dicit, Etiam si mortuus est ex debilitate, viuuit autem ex potentia. Velim autem audire intellectum eorum qui Scripturarum sinceritatem nouerunt, qualem debilitatem sustinuit vnigenitus, per quem caelum expansum est, aut a quo caelum creatum est, per quem sol illustratus est, per quem splendorem acceperunt sidera, per quem ex nihilo omnia facta sunt. Qualem ergo debilitatem dicit, profecto quam suscepit in nostra carne, vbi venit Verbum & ipsam induit, vt nostram debilitatem portaret. Quemadmodum etiam canit de ipso Propheta, dicens: Debilitatem nostram suscepit, & morbos portauit. Mortuus est igitur propter nostram debilitatem, vita existens & passionis eorum Deus, in debiliore ex nobis carne, viuuit autem ex potentia. Viuens enim est Verbum, & efficax, & acutius super omnem ancipitem gladium. Mortuus est igitur ex debilitate, viuuit autem ex potentia suae deitatis, viuuit in nostra carne, in qua passionem pertulit. Et propter talem dispensationem, Apostolus significans bonam voluntatem patris, dixit, Deus suscitauit ipsum ex mortuis. Ceterum asserunt etiam aliud dictum ex Euangelio secundum Lucam, quod magnum est & egregium, & ad omnia vtilissimum. Quale vero est dictum, quam quod, quando volebat Dominus propria voluntate ad passionem venire, assum-

pater trahit eat poculum hoc a me.

Non mea voluntas, sed tua fiat

Apparuit angelus cor fortis ipsum.

assumptis discipulis in monte iuxta illam horam, dicebat ab ipsis, ferme ad lapidis iactum, & digressus orabat, ac dicebat: Pater, si fieri potest, transeat poculum hoc a me, vt ne ipsum bibam: verum non quod ego volo, sed quod tu. Et primum quidem praetextum faciunt iidem, dicens: Vides quomodo stimulare dicit, & voluntatem euariam ostendit, dicens, Non quod ego volo, sed quod tu. Quomodo igitur eadem essentia existit? Et dicunt quod in ipso alia est voluntas, & in patre alia, & omnem vim ac potentiam ignorant. Propterea enim & Apostolus dixit, O altitudo diuitiarum & sapientiae & scientiae Dei. Quomodo enim propriam voluntatem dicit praeter patris voluntatem, quando ipse significat discipulis dicens, Conturbata est anima mea? Et quid dicam, Pater serua me ex hora hac velut preparatorio modo dictum narrans, & ambiguit dictione vtens, Quid dicam, pater serua me ex hac hora, hoc, inquit, dicam: At propterea veni in horam hanc? Venit autem non inuitus, sed volens. In superioribus enim dicit, Poculum habeo quod bibam, & quid festino donec bibero ipsum. Et baptisma habeo vt baptifer, & quid volo si iam baptifatus sum. Si itaque vult, & festinat, & dicit se ad hoc venisse, quomodo aliam voluntatem suam ostendit, & aliam patris: verum quoniam propter Israel tradendus erat, benignus existens, & semini Abraham parcens, pro populo sermonem faciebat. Voluntas autem erat patris, vt dispensatio sic impleteretur, quum filij Israel sibi ipsis causa essent, proditionis filij, & non a Deo coacti essent. Et non alia voluntas erat filiis praeter patrem. Sed oportebat ipsum etiam in hoc ostendere haec, vt totam vnitatem ad patrem referret, vt ne quid diuideretur ab vna vnitare ad dispensationem, quia & deinceps inferunt ac dicunt, Dum oraret constitutus in anxietate, velut in Euangelio Lucae habetur, Sudauit, inquit, & erat sudor ipsius velut guttae sanguinis decurrentis in terram, & apparuit angelus Domini confortans ipsum. Profiliunt itaque dictionum venatores statim velut praetextu contra aduersarium reperto, & inferunt dicens: Vides quod indigeat etiam fortitudine angelorum? Confortauit enim ipsum angelus: erat enim in angore. Et nesciunt quid nisi haberet haec omnia, & hoc, Non mea voluntas, sed tua fiat: & nisi in angore constitutus fuisset, & nisi sudor ipsi obortus fuisset, & ex corpore profusus: profecto apparatus erat praesentia CHRISTI in carne, & rationi consentanea opinio de spectro a Manichaeis ac Marcionistis decantaretur, quod aduentus ipsius in carne apparentia fuit, & non verissimus. Haec autem omnia, muniens vitam nostram, in totum suscipit dispensatorio modo, humanae affectionis narrationes habens, non simulat, sed in veritate. Et dixit, Non mea voluntas: vt ostenderet carnis substantiam veram, & vt redargueret eos qui dicunt, mentem non habuisse ipsum humanam, & redargueret dicentes ipsum carnem non habuisse. Totus enim diuinus sermo in medio filiorum tenebrarum consistens, redarguit tenebras, & illuminat filios veritatis. Vide enim mihi, quor vilitates sunt in hoc sermone. Ab incorporeis non procedit sudor, in eo vero quod hoc factum est, ostendit veram carnem, & non apparentiam a carne in deitate conuina. Nam sine anima & mente non fit anxietas. Quum autem in anxietate constitutus fuerit, ostendit se animam & corpus & mentem simul gestasse, vnde anxietas apparet. Et rursus in eo quod dixit, Non mea voluntas, sed tua fiat: ostendit vere mentem humanam, sed peccati exortem. Deitas enim ipsius semper est in Patre, & Pater in Filio, & Filius in sancto Spiritu omnia perfecte habet. Et nihil differt voluntas Filij a Patre, neque Patris a Filio, neque sancti Spiritus a Patre & Filio. Si enim vult filius quae non vult pater, profecto etiam ex nostra sententia nudus homo ipse erit, voluntate patris iuxta diminutionem. Sed non ita est abstitit. Verum in eo quod humanas affectiones narrat, verum suum in carne aduentum, & perfectam suam incarnationem ostendit, quo omnia ad nostram salutem fiunt, ad hoc, vt ne alia pro aliis intelligamus, & a veritate excidamus. Porro de eo quod visus est ab angelis confortari, & quid hoc magis proprium est, quid vero magis necessarium? Ecce enim inuenimus impleri dictum magni cantici a Mose conscripti, vbi dicit Expectetur velut pluuia sententia tua. Et paulo post rursus dicit: Adoret ipsum omnes filij Dei, & confortent ipsum omnes angeli Dei: non vt dent ipsi robur angeli: non enim indigebat angelorum confortatione. Sed confortent ipsum, hoc est, consistendo proprium ipsius robur ipsi attribuant. Nam & nos saepe vbi debiles fuimus, Deum benediximus, saepe Deum confortauimus, non quod Deus indigeat nostra benedictione, sed consistentes ipsius benedictionis robur, claro sermone dicimus, Tua est potentia, tuum robur, tuus est honor, tua est gloria, tua est benedictio, tua est fortitudo. Non nos fortitudinem exhibemus Deo, si dixerimus, Tua est fortitudo. Neque nos potentiam ipsi damus neque Deum benedicimus, si dicimus, Tua est potentia, tua est benedictio. Sed confortantes, & potentem facientes, potentiam ipsius confitemur, & Deo fortitudinem attribuimus. Sic etiam angelus circa illam horam, admiratione ductus super excellentiam benignitatis erga homines proprii Domini, quod quum Deus esset, & cum patre in caelo adoraretur, & a propriis angelis suis coleretur, vsque adeo sustinuit propria voluntate vitro venire & induere carnem: & non haecenus solum, sed etiam vsque ad passionem peruenire pro propria creatura humanae naturae, & vsque ad crucem tradi, gustareque mortem, mortem autem crucis, quo per ipsum humana natura trophaeum contra mortem erigeret, & cum qui mortis dominium habet, aboleret, hoc est diabolum, & in triumphum duceret omnem principatum ac potestatem. Quapropter admiratione ductus angelus dicebat ad ipsum, glorificans ac benedicens proprium Dominum in tali stadio ac miraculosa actione consistentem, Tua est adoratio, tuum est dominium, tua est potentia, tua est fortitudo: vt impleteret id quod a Mose scriptum est, Confortent ipsum omnes angeli Dei. Et videtis vos Christi cultores, & sanctae Dei ecclesiae ac orthodoxae fidei filij, quod nihil est in diuina scriptura obliquum, neque tortuosum. Sed omnia

mirabiliter ad nostram salutem scripta sunt, ac perfecta. At prædicti inimicitiam habentes aduersus unigenitum filium Dei, & aduersus Spiritum sanctum, omnia velut inimici cogitant ac comminiscuntur. Absit autem à nobis, vt humanis commentis attendamus: sed mentem nostram sanam habeamus, quo Dominum nostrum glorificemus, & nihil deminutum in ipso cogitemus. Si enim qui venit vt omnia saluet, aliquid deminutum in se habet, quomodo creatura à propriis imminutionibus ac delictis saluabitur? Rursus porro aggrediuntur nos velut aduersarij, sicut enim Iudaica opinio addicti, & nihil ab illis differunt, præter quàm nomine solum, qui nos rursus adoriuntur non Iudæi, quærentes contra Saluatorem dictiones quasdam, quo corripiant ipsum in sermone, quæ admouit Euangelium dixit, & dicunt: Dixit in cruce, Eli Eli lemas abachthani, hoc est Deus meus, Deus meus vt quid dereliquisti me? Et vides, inquit, miserabiliter ipsum inuocantem ac lugentem, & dicentem, Cur dereliquisti me? Et non sciunt qui à veneno hoc Arrianæ insanæ caput grauarum habent, & intelligentia scientiæ Dei destituti sunt, quòd oportet omnes humanos affectus in Domino in vera ipsius in carne præsentia confiteri. Et primum quidem ignorant se in his quæ de ipso sentiunt, ab aliis ad alia transilire, non vnum statum habentes; quomodo enim possunt, qui mentem prudentem non habent? Quandoque enim Saluatorem dicere ipsum volunt, & Dominum & Christum & ante omnia secula, & dominum angelorum & archangelorum, per quem omnia facta sunt, principatus & potestates, angeli & archangeli, cæli & omnia, terraque ac omnes homines, & omnia quæ in terra sunt, mare item & omnia quæ in ipso sunt. Et ò ingentem stoliditatem eorum qui talia de ipso glorificant, & hic non intelligunt, quòd non potest is qui ante secula est iuxta suam deitatem, per quem cælum & terra facta sunt, angeli que ac archangeli, & in summa vniuersa, visibilia ac invisibilia, hanc vocem ex persona deitatis suæ dicere, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Quando enim relictus est Filius à Patre: Quando verò non Filius in Patre, & Pater in Filio? Nam in terra Filius & Deus, Verbum descendit, cælum verò attingebat, & omnes inimici implebantur gloria ipsius. Et in Maria erat, & homo factus est, ac potentia sua implebat vniuersa. Quomodo igitur talis & tantus secundum deitatem suam miserabiliter dicebat, Eli Eli lemas abachthani, hoc est, Deus meus Deus meus, cur dereliquisti me? Et quidem quum ipse dicat, Rursus abeo, & non dimittito vos orphanos, sed venio ad vos. Et rursus in alio loco: Amen dico vobis, omnes vos offendiculi patiemini in nocte hac in me, & relinquetis me omnes solum. Sed non sum solus, sed est mecum qui genuit me Pater. Et rursus: A beo & demittam vobis Spiritum sanctum, qui ex Patre procedit, & de meo accipit. Et rursus in alio loco: Ego pulso, & si quis aperuerit mihi, ingrediemur ad ipsum ego, & Pater meus, & mansionem faciemus ad ipsum. Tanquam ipse ex Patre non relinquitur, sicut & Pater semper cum Filio est, quemadmodum sanctus Spiritus cum Patre & Filio. Quid igitur dicunt? Hic sermo est quem dixit, Deus meus Deus meus, vt quid dereliquisti me? Cui verò non fuerit clarum, quòd à persona suæ humanitatis ex humana affectione verbum hoc profert: Nam humanitas ipsius non per se existens aliqua est: non enim separata deitate, & seorsim existente humana natura, dicebat velut alius & alius: sed cõnita humanitate cum deitate, vna existente sanctificatione, & iam in ipsa, quæ perfectissima sunt, sciente: nimirum in Deo vnita, & in vna deitate coaptata, videns iam deitatem cum anima commoueri, vt relinquat sanctum corpus à persona ipsius Dominici hominis. hoc est, ipsius humanitatis, siue humanæ naturæ. Volebat enim deitas omnia perficere, quæ ad passionis mysterium pertinent, & cum anima descendere ad inferna, ad operandum salutem eorum qui illic prædormierunt, sanctorum inquam patriarcharum. Quum igitur motus sic fieret, à persona humanæ naturæ vox ad propriam suam deitatem dicebat, Deus meus Deus meus, vt quid dereliquisti me? At oportebat hoc fieri, vt impleretur per ipsum diuinæ Scripturæ, per proprios ipsius Prophetas de ipso prædicatæ: & vt impleret ea quæ contra infernum fieri oportebat, in forma hominis aduersus infernum, vt princeps infernus, & mors, capere hominem volens, per ignorantiam in anima sancta ignorans deitatem, magis ipse infernus caperetur, & ipsa mors destrueretur, & quod dictum est impleretur, Non sinēs animam meam in inferno, neque dabis sanctum tuum videre corruptionem. Neque enim reliquit sanctus Deus Verbum animam, neque relictā est anima ipsius in inferno. Omnia enim huiusmodi magni mysterij dispensat Trinitas in definitet, Pater & Filius & Spiritus sanctus: cum Filius quidē sit in carne, Pater verò incorporeus, & Spiritus sanctus incorporeus, Filius autem corporeus factus sit, sed immutabilis, per bonam & propriam suam voluntatem. In summa, à trinitate salus hominibus dispensabatur. Quapropter in alio loco dicit, quando quidem dixit, Vt quid dereliquisti me: hic ait, Non te sinam, neque te relinquam. Oportebat enim corpus per triduum esse in monumento, vt impleretur quod dictum est, Et eram inter mortuos liber. Et abiecerunt me dilectum, velut mortuum abominabilem. Et vt impleretur hoc, Non dabis sanctum tuum videre corruptionem: vt ostendat per sanctum, ipsum corpus, & vt ostendat neque animam relictam in inferno. In ipsa enim per detentionem in inferno erat Deus Verbum, vt impleretur quod dictum est ab Apostolo, impossibile enim erat teneri ipsum ab inferno. Et qua de causa impossibile dicit, quàm quòd festinabat quidem mors & infernus detinere animam. Impossibile autem erat animam ipsius detineri, propter deitatem. Si verò impossibile erat detineri propter deitatem, quomodo ergo ex persona deitatis suæ potuit dicere, Deus meus, Deus meus, cur dereliquisti me? Verum hic sermo ex persona humanitatis suæ iuxta humanos affectus dicebatur, vt discamus verè esse aduentum in carne & non in apparentia aut spectro ab ipso dispensatum. Surrexit autem de terra quale, quàm quod obdormie-

Eli Eli lemas abachthani.

Presentia dominiperpetua nobiscum.

Cur oporteat corpus per triduum esse in sepulchro.

obdormierat: Surrexit enim, inquit, non est hic. Quid verò resurrexit, quàm corpus autem, quod positum erat in monumento. Sed & anima vnā cum Deo Verbo rediit, & rursus simul implebat perfectam resurrectionem in eadem deitate, in eadem anima, in eodem sancto corpore, coniungens de cætero omnem dispensationem in vnam spiritualem vnionem deitatis, in vnam dispensationem in vnam perfectionem, velut dicit in nonagesimo secundo Psalmo: Dominus regnavit, decorem induit: quo ostendat, ingressum Dei Verbi à cælestibus in mundum, induisse decorem, hoc est, carnem ex virgine natam. Quando quidem videbatur vilis videntibus incredulis, ipsi verò decor reputabatur: vt ostenderet suam fortitudinem per apparentem carnis debilitatem, abolete eam quæ dominium habet peccati, hoc est mortem: qua subuersa, omnem dispensationem salutis nostræ decor fecit, & corruptionem dissipauit, & maledictionem deleuit, & chirographum contra nos, & pactum cum inferno dissoluit, & omnia ad salutem hominibus dispensauit. Statim enim vbi dixit, Dominus regnavit, decorem induit: apponit rursus, & iterat, dicens: Induit Dominus fortitudinem & præcinxit: vt ostendat primum indumentum à Maria: iteratum verò indumentum, à resurrectione ex mortuis. Nam primogenitus est ex mortuis, velut dicit diuina Scriptura. Quapropter ad secundum indumentum, ampliore certitudinem apponit, dicens: Induit Dominus fortitudinem, & præcinxit. Quemadmodum enim is, qui super lumbos præcinctus est, adstringit indumentum ad lumbos, superfluum speciem firmans, & proprio corpori adiungens: sic primum decorem, propter aduentum hic in carne, deinde fortitudinem (inquit) induit: vbi resurrexit ex inortuis, non amplius ad passionem humanitas ipsius venit, non amplius ad flagella, non amplius crucifigitur, velut de ipso Apostolus ait: Resurrexit, non amplius moritur, mors ipsi non amplius dominatur. Et propterea dicit, Præcinxit: vbi coniuit carnem suam in vnam deitatem, in vnam vnitatem, in spiritum, & diuinum & corporeum, in vnum spirituale effectum, & non habens dissolutionem, sicut ingressus est deinceps foribus conclusis: crassum, tenuē factum: passibile, passionis exors, in carne passus, manens autem in alienitate à passione, & quidem postquam ingressus esset, ostendens ossa & carnem, typum lanceæ, & typum clauorum, contractatus à Thoma, conspectus à discipulis, ingrediens autem foribus conclusis, vt ostenderet quòd in vnam spiritualem vnionem, omne suum erga nos homines salutis negocium dispensauit. Et quid opus est me circa hunc sermonem tempus terere? Nos enim impigri sumus ad hoc, vt eadem sæpe dicamus, & securitatis legentium gratia sæpe eadem narrauimus, quo Atij opinio nem & verborum ac sententiarum venenosam eiaculationem pertranseamus. Quum autem sufficienter de hac dictione tractauerimus, ad sequentes pergimus, quo vndiquaque plurimis, quæ in mentem nobis veniunt, ex illorum deliramentis declaratis, ostendamus ex paucis, aut etiam pluribus, quòd is qui adeptus est Spiritum sanctum, & mentem vigilantem à Domino accepit, nihil omnino obliquum potest cogitare, aut affectus speciem in Patrem, aut in Filium, aut in Spiritum sanctum, sed omnia perfectissimam. Verum dispensatorio modo ad singulos vsus, & in singulis locis ad propositum in veritate, in diuinis Scripturis dicta sunt ab ipso Domino, & ab ipsius Apostolis, & sanctis Prophetis ab ipso missis. Nam de hoc prophetauit qui dixit iuxta Hebraicam linguam, Eli Eli lemas abachthani, quod per consequentiam implebat Dominus in cruce dicens ea quæ de ipso prædicta erant, Eli Eli, Hebraica lingua velut præscriptum erat, Et non amplius Hebraica, sed Syriaca lingua coniunctum verbum exprimens dicebat, Lemas abachthani: quo principio quidem vteretur, velut erat de ipso scriptum: quod verò de erat huic dicto, in aliam linguam transmutabat, & hoc ipsum faciebat propter bonam dispensationem, vt confiteretur id dictum de se dictum esse à Propheta, per hoc quod Eli Eli dixit. Quod verò restabat, non amplius Hebraica lingua, sed Syriaca proferebat, quo subuerteret eos qui Hebraicam iactant, & honoraret etiam alias linguas, ad implerionem eorum quæ de ipso dicta sunt. Expallurus enim erat iam sui cognitionem in omnes gentes, & non in Hebræos solum, velut habet tota consequentia in vigesimo primo Psalmo, vbi ex persona aduentus eius in carne, omnia ipsius ex humano affectu prolata indicantur, ipse verò vbi venit, impleuit, velut series habet in toto Psalmo, de huius aduentus *С Н Р Т С Т*, in carne narratione, perfectissimam tractationem. Dicit enim, Diuiserunt vestimenta mea, & foderunt manus meas, & pedes meos, ipsi verò considerauerunt & inspexerunt me. Et quæcunque talia sunt, quæ non est possibile impleri in deitatem, sed dispensante deitate in carne omnia in veritate & alienitate à passione. Exiliunt porro rursus velut rabiosi canes rabie quadam perciti, suum ipsorum Dominum propter rabiem ignorantes, & ipsum primum impetentes, & dicunt rursus, vbi audierint à nobis, quod verum est, quod Dominus dixit in Euangelio de discipulis suis: Quos dedisti mihi pater seruauit ipsos in mundo. Et rursus, Fac ipsos vt sint in me, velut & ego & tu vnum sumus. Et dicunt, vides, quod ab ipso dicitur, Quod ego in Patre, & Pater in me, & duo vnum sumus: quòd non de æqualitate dicit, sed de concordia: Quomodo enim poterunt discipuli in ipso esse secundum æqualitatem? secundum concordiam poterant. Et statim penitus redarguit ipsos Dei veritas, quòd neque discipuli potuissent hoc implere, neque de ipsis hoc dici, nisi Verbum vbi venisset, ipsorum carne participasset, & coniunxisset ipsos in seipso in adoptionem. Propterea enim & vbi que in Cantico canticorum sanctam suam Ecclesiam propinquam & amicam vocat, alloquens ipsam per sanctam suam vocem exsuscitantem & inhortantem, dicens: Surge, veni propinqua mea, forma sa mea, columna mea. Et vides, quòd columbam ipsam vocat? Non potuisset autem Ecclesia propinqua Christi vocari, si non ex supernis venisset, & appropinquasset ipsi per carnem similiter passioni obnoxiam.

Decorē induit, quomodo sit accipiendū

Dominus præcinxit fortitudinem non moriturus

Syriaca lingua Christus in cruce vsus est

Ego et tu vnum sumus

quam accepit: quo propinquam sibi humanam naturam, congregatis his qui in obedientia propin-
 qui ipsi facti sunt, vocaret sanctam & immaculatam sponfam. Et propterea hic patrem rogat. Ver-
 bum, Dominus noster vnigenitus, pro discipulis, vt sint in seipso: quo cognationem ad ipsum per
 carnem factam, discipulis per bonam voluntatem patris sanctificatis in vnitatem bonae voluntatis,
 & adoptionis conueneret, vt habeant in primogenito patris, descriptionem primogenitorum in
 caelo: & vt ne putent aliqui filium abalienatum esse à gloria patris, per hoc quod gestauit carnem,
 muniens fidem & veritatis suae cognitionem, ne aliquis seruatorum ipsius in suspicionem veniret, &
 talis à spe excideret, & inquit, Vt sint sicut ego & tu vnum sumus, ita & hi vnum sint. Ego enim & tu
 vnum sumus, propter quod Deus ex Deo, & propter coessentialitatem in deitate. Et hoc, vnum sumus, vt re-
 dargueret Sabellium & ipsius scholam, qui putat Filium & Patrem coniunctionem esse, & Patrem
 & sanctum Spiritum similiter. Propterea dicit, vnum sumus: & non dicit, vnus sum. Duo enim per-
 fecta, Pater & Filius: vnum autem, propter aequalitatem, propter deitatem, & vnam potentiam, &
 vnam similitudinem. In deitate igitur, Pater & Filius vnum: in humanitate, Filius & discipuli
 vnum, ita vt adducantur discipuli, propter vocationis dignitatem, ad inenarrabilem ipsius benigni-
 tatem, in vna vnitatem adoptionis, per Patris & Filij & Spiritus sancti bonam voluntatem. Et rur-
 sus confutatus est error vanorum illorum, de proprio suo Domino male sentientium. Præterita au-
 tem & hac dictione, sequentes considerabo. Prosluunt autem rursus Sophistæ vanæ sapientiæ ho-
 mines, circa syllogismos ac ratiocinationes occupati, sibiipsis dictiones quasdam excogitantes, &
 Deum syllogismis concludere tentantes: velut etiam propheta ipsos redarguit dicens: Num sup-
 plantabit quis Deum, quoniam vos supplantatis me? Quid enim rursus generosi illi dicunt? Di-
 ctionem sanè supra declaratam locauimus, quæ ab ipsis proponitur nobis per interrogationem:
 nempe, Volens genuit Filium, aut non volens? Ostendimus ad quod in Deo nulla est futuri medi-
 tatio, sed simul omnia in ipso sunt perfecta: & non primum vult primum faciat, neque facit absq;
 deo genuit consilio, & non deliberat vt quid parer, neque præparatio ipsius consilio indiget. Quare apud
 ipsum genitura semper genita est, & non in tempore incepti, sed semper cum patre genita existit, &
 nunquam deficit. Vnde & hic rursus repetam dictionem pono, Quod neque volens genuit, ne-
 que non volens, sed in natura consilium transcendente. Naturæ enim est Deus, consilium excede-
 ntis omnemque intelligentiam ac opinionem. Similem autem huic dictioni aliam nobis noui
 illi Aristotelici excogitant: ab hoc enim veneni iaculationem sibiipsis affricuerunt, & Spiritus san-
 cti innocentiam ac mansuetudinem reliquerunt, velut Dominus dicit, Discite à me, quia mitis sum
 & humilis corde, & inuenietis requiem in animis vestris. Hi verò relicta mansuetudine, ad dicendi
 vehemenciam potius se conuerterunt, indueruntque Aristotelem, & alios mundi Dialecticos.
 Quorum etiam fructus ambiunt, nullum iusticiæ fructum scientes, neque Spiritus donum in se ha-
 bere digni facti illi contentiosi. Dicunt igitur ad nos, vbi ad ipsos dixerimus, quod Filius existens
 apud existentem patrem erat. Nam ad Moysen dixit pater, dices ad ipsos, Qui est misit me: & rursus
 Euangelium de Filio dicit, In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Ver-
 bum. Si itaque dixerimus, quod Filius qui est, erat apud existentem: dicunt ad nos, Itaque quod est,
 genitum est, aut quod non est genitum est. Si enim erat, quomodo genitum est? Si verò genitum
 est, quomodo erat? Et sunt hæc eiusdem vanæ sapientiæ circa quaestiones occupata, & sublimia pe-
 tentis, & superna curiosè scrutantis, & nihil boni operantis. Dicimus autem ad ipsos, Vnde vobis
 hæc suspicio vt hæc cogitatis? Si verò dixerint, Ita ratio expendere postulat: dicimus & ipsi, Dicite
 igitur nobis, o boni, vestra expenditis, aut quæ sunt Dei? Deinde aiunt à seipsis velut logici, Quæ
 Dei sunt expendimus. Nihil igitur differt Deus à vestro habitu, naturæque ac essentia? Etiam, in-
 quiunt. Si itaque differt natura Dei à vestra natura, primum quidem non potest vestra natura de
 Deo comprehendere ea quæ sunt incomprehensibilia. Deinde verò impium est, Deum à vobis as-
 similari secundum vestram essentiam. Inter nos enim quod non est gignitur. Nam ipsi aliquando
 non eramus, geniti autem sumus à nostris patribus, qui & ipsi aliquando non erant, & ab initio
 vsque ad Adam res deduci potest. Adam verò à terra factus est, aliquando non existens, Terra autem
 facta est ex nihilo, quia non erat semper. Deus verò pater semper erat, & qualis erat natura, talem ge-
 nuit filium. Genuit autem ipsum semper existentem, non confratrem, sed ex ipso genitum similem
 ipsi secundum naturam, Dominum ex Domino, Deum ex Deo, Deum verum ex Deo vero. Et
 qualia quis reputat de patre, ita & de Filio reputandum est: qualia credit de Filio, sic de patre putan-
 dum est. Ita enim dicit, Qui non credit in filium sicut credit in patrem, & honorat filium sicut ho-
 norat patrem, ira Dei manet super ipsum, quemadmodum diuinum Euangelium habet. Et rursus
 corrumpit ipsorum syllogistica ratiocinatio. Deus enim incomprehensibilis existens, Deum incom-
 prehensibilem genuit, ante omnia secula & tempora, & non est interuallum inter filium & patrem,
 sed simul intelligis patrem, simul intelligis filium: simul nominas filium, simul ostendis patrem. A
 patre enim filius intelligitur, & à filio pater cognoscitur. Vnde enim filius, si non patrem habet: &
 vnde pater, si non genuit vnigenitum? Quando enim potest non vocari pater, pater: aut filius, filius?
 vt putent aliqui patrem sine filio, & postea ad profectum venisse, & filium genuisse, vt post genituram
 vocetur pater filij, ipse pater, profectum faciens in deitate qui perfectus est, & nunquam perfe-
 ctione indiget. Rursus porro prætexunt curatiuum hoc pharmacum, & salutare antidotum, firmita-
 tem

Sabellijer-
ror.

Volens aut
non volens
genuit
filium.

Aristote-
lici noui.

Aeterni-
tatis filij
comproba-
tio.

tem fidei sanctæ Dei ecclesiæ abdicere volentes, ac dicentes: Vnde vobis essentia nomen affertur?
 Cur filius coessentialis patri dicitur? Quæ scriptura dixit de coessentialitate? Quis ex Apostolis essen-
 tiam Dei dixit? Non sciunt autem, quod & substantia & essentia idem est ratione. Consistit enim Do-
 minus in substantia sua. Et hoc, splendor gloriæ & character substantiæ ipsius. Essentia igitur est, non
 excessus sed ipsum hoc quod est, sicut dicit Moyses, Qui est misit me, ad filios Israel loquens. Qui est
 igitur, est quod est: quod verò est, essentia existens est. At particula con, non vnum rursus significat,
 sed de coessentiali duo perfectæ significat, sed non inter se diuersa, neque ab ipsorum vnitrate aliena.
 Si verò etiam vteretur pietatis gratia, dictione aliqua propter connexionem veritatis. Nam sine
 hoc vt confiteamur coessentialiam, omnes hæretici confutari non possunt. Quemadmodum enim
 serpens odit odorem bituminis, & spirationem cerui, & suffitum gagaræ lapidis, & fumum styracis,
 sic etiam Arius & Sabellius odio habent verbum confessionis coessentialis in veritate. Sed tamen
 ad ipsos dicimus, etiam si non esset vox hæc in diuinis Scripturis: est autem, & clarè habetur in Lege,
 & apud Apostolos ac Prophetas: ex duobus enim aut tribus testimoniis stabilietur omne verbum,
 attamen licebat nobis propter pietatem vt dictione vtili ad muniendam sanctam fidem. Vos autem
 quid dicitis? Dicite enim nobis o boni, quid dicitis de patre, increatus est pater, omnino reuera.
 Quis enim adeò stolidus fuerit, vt de hoc ambigat: aut adeò furiosus, vt putet non esse increatum
 Deum & patrem Domini nostri Iesu Christi? Omnino enim & vos ipsi confitemini, quod ingenuus
 est & increatus: non enim habetante se patrem, neque definitos annos, neque principium dierum,
 velut scriptum est Si itaque neque principium temporis, neque finem de ipso confitemur, quoniam
 increatus est, & hoc minime ambiguum est, nusquam verò de ipso hoc scriptum est. Verum pietatis
 causa cogimur hæc piè de ipso sentire ac dicere, etiam si non sit scriptum. Sic etiam de coessentiali
 dicere cogimur, etiam si non esset scripta vox iuxta propriam linguam expressis verbis: etiam si vide-
 ri possit hoc esse super nos, & super nostram naturam, vt de Deo disseramus: attamen ipse Dominus
 ex misericordia veniam dabit nobis, qui non volumus pro deitate rationem reddere, quæ non indige-
 re nostra confirmatione. Verum oportet piè dicere, & piè sentire, vt ne pereamus. Proinde respon-
 dere nobis Arii discipuli, Ingenitum dicimus omnes simul patrem & increatum, & admirabilis est
 dictio: scilicet, vbi itaque scripta est hæc, ostendite locum. Neque enim lex dixit, neque propheta,
 neque Euangelium, neque Apostoli, Si itaque piè dicimus dictionem non scriptam, estque recepta
 dum pro gloria Dei dicitur: quis nos reprehenderit, etiam si non esset vox coessentialis scripta, si in-
 uenisset nos verbum per quod possemus certitudinem nostræ salutis confiteri? Verum sunt testi-
 monia vna cum pia ratiocinatione, cum quæ supra proposita sunt, tum alia plura. Præteribo verò &
 hanc dictionem, & alias ipsius inelamentum contra simplices prolatas locutiones ac versutias,
 Deo adiquante, exagitabo: Dicunt enim rursus iidem, cum omnibus quæ ex Apostolo & Euangeli-
 liis iuxta mentem suam corrumpunt, malè intelligentes ipsas dictiones, etiam hanc in medium affe-
 rentes ex Apostolo, velut dictum est in epistola ad Corinthios, in capite de mortuorum resurrectione,
 sicut deinceps dicit, Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo & patri, cum aboleuerit omnem prin-
 cipatum & omnem potestatem ac virtutem. Oportet enim ipsum regnare, donec posuerit omnes ini-
 micos suos sub pedes suos: vltimus hostis aboletur mors: nam omnia subiecit sub pedes ipsius. Cui
 verò dicat, quod omnia ipsi subiecta sunt, manifestum est, quod excipiendus est is qui subiecit ipsi
 omnia. Cum autem subiecta fuerint ipsi omnia, tunc & ipse filius subiicietur ei qui omnia ipsi sub-
 iecit, vt sit Deus omnia in omnibus. Reprehendunt itaque hoc dictum, & pro more inimicitia suæ
 aduersus vnigenitum, destruunt inenarrabilem ac gloriosam ipsius deitatem, velut sæpe dixi, demer-
 tia inducunt, & dicunt, Vides quod dicit, Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo & patri, cum abo-
 leuerit omnem principatum & omnem potestatem ac virtutem. Oportet enim ipsum regnare, do-
 nec posuerit omnes inimicos suos sub pedes suos. At Oportet, & Donec, & Cum tradiderit regnum
 temporis est præscriptio: & blasphemantes dicunt, quierem & dissolutionem ipsius regnantis hæc
 indicant. Donec tradiderit regnum Deo & patri. Et ab initio mentem veritatis ignorant. Quod ideo
 quod particeps fuit vnigenitus carnis & sanguinis, humani affectus gloriæ assumenda apri, de ipso
 & de aduentu ipsius in carne decantantur ac dicuntur, se non sine perfecta semper & gloriosa ipsius
 deitate, quæ nihil opus habet vt gloriam assumat, sed habet perse glorificatione, & per se perfectio-
 nem. Simul autem de duabus partibus rationem reddit, dicens, de recenti quidem, Glorifica me pa-
 ter in gloria quam habuit apud te, antequam mundus fieret. Pater verò duorum habituum gloriam
 significans, de priore quidem secundum spiritum, Glorificauit vt indefinitum ostendat. De recenti
 verò propter aduentum in carne, Et rursus glorificabo: vt & hic claritas ostenderetur. De quibus etiã
 Apostolus dixit, dupliciter de ipso veritate proponens: Oportet enim ipsum regnare donec. Et hoc,
 Cui tradiderit regnum Deo & patri, propter principatum à tempore factum in aduentu in carne. Nam
 deitas vnigeniti erat semper cū patre, hoc est, vnigenitus deus Verbum ex patre progressus sine princi-
 pio, & sine tempore. Alioqui quomodo implebitur, quod dictum est ab angelo: Spiritus Domini super-
 ueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi: quando quidem dixerat ad ipsam, paries filium, & vo-
 cabis nomen ipsius Iesum, vt ostenderet ex supernis Deum verbum descendisse, & in vtero eiusdem
 virginis incarnatum esse, & perfectè hominem factum esse: vt ne dirimeret perfectionem in carne
 à diuina perfectione, cum hac appositione, & dixit ad ipsam: Quapropter & quod nascetur sanctum,
 vocabitur filius Dei. Deinde, Dabit ipsi Deus thronum pauid patris sui, & regnabit super domum
 V iij

Essentia et
coessentialia
litatis vo-
cabulum.

Ingeniti
vox, non est
scripta.

Pauli lo-
cus de mor-
tuorum re-
surrectione.

Glorifica-
ui, & rur-
sus glori-
ficabo.

Opposito
vri Scriptu
re locovri
declaratio

Iacob in secula, & regni eius non erit finis. Quum itaque hæc inter se alterum ad alterum opponatur, nimirum hoc, Oportet ipsum regnare donec: & regnabit super domum Iacob in secula: & non dixit, In seculum solum, sed in secula. Et rursus hoc, Cum tradiderit regnum Deo & patri: opponatur illi, Et regni eius non erit finis: & ambo qui talia de Domino & Christo dixerunt, omnium fide dignissimi sunt, quum angelus Gabriel sanctus sit, & sanctus Apostolus Spiritu sancto repletus, quidnam dixerint illi qui vitalis negocij sunt signari? Num quoddam contraria sibi ipsi sit Scriptura, quæ omnia semper verè dicit? Absit. Sed velut ab initio diximus, propter assumptionem humanitatis, omnia rationi consentaneam consequentiam habent. Si enim tradit regnum tempori, ergo nunc neque regnat. Si verò nondum regnat, quomodo reperitur semper adorari ab angelis & archangelis ante aduentum in carne, & in aduentu in carne, velut Scriptura de ipso dicit, nimirum dum ait: Quum induxerit primogenitum in orbem terrarum, & Adorent ipsum omnes angeli Dei. Et rursus, Sedit in dextera Patris, &, Flectet se ipsi omne genu, cælestium & terrestrium, & infernorum. Igitur regnat semper, qui omnibus adoratur. Quid igitur dicimus filio semper regnante, ab initio & nunc & deinceps, quando quidem nondum tradidit regnum patri, nunquid abest à regnando pater? Absit. Regnat enim simul cum Patre, & Pater cum Filio ac Spiritu sancto. At quid dicunt, cum tradiderit regnum, Deo & patri, desinit ipse regnare? Absit. Nam quomodo impletur hoc, Et regni eius non erit finis. Sed ut ostendat quoddam nihil in filio impletum est, neque impletur, quod desiderat ac privatim reputet ab vnione patris, & vna voluntate Patris & Filij & Spiritus sancti. Videmus enim & hic velut de ipso Filio dictum, quum tradiderit regnum Deo & patri, cum aboleuerit omnem principatum & potestatem ac virtutem: velut ipse Filius tradat regnum, & aboleat omnem principatum, &c. Et hoc, Oportet ipsum regnare, donec posuerit omnes inimicos suos sub pedes suos, velut Filius omnia faciat, & sua autoritate dominetur & potestatem habeat, & Patri subditos vna cum regno tradat. Deinde rursus transit ad aliam personam, Patre omnia Filio subiiciente, & dicit, Omnia subiecit sub pedes eius, vltimus hostis aboletur mors. Quum autè dicat quoddam omnia ipsi subiecta sunt, libet interrogare ipsos, E cuius persona dicit vocem, dicat? Nam profunditas mysteriorum Dei spiritualiter iudicat carnales. Carnalis enim non suscipit ea quæ spiritus sunt, stulticia enim ipsi sunt. Hic enim quæ dicit quoddam omnia ipsi subiecta sunt, siquidem Pater dicit ad Filium, defectuosa est tractatio. Subiecit enim Filius omnia Patri. Si verò ex persona Filij dicitur, cum dicat quoddam omnia ipsi subiecta sunt defectuosa est sententia, quoniam dilaciones quædam in Deo, aut in Patre aut in Filio reputantur. Quis verò est qui dicit, quoddam omnia ipsi subiecta sunt? Non enim dixit, cum dixerint. Si enim esset hoc Filij dictum, cum dixerint: poterat ad angelos referri, aut ad subiectos. Quandoquidem verò supra significauit Filium subiicientem & tradentem Patri, & Patrem subiicientem Filio omnia, deerat autem dictionum venatoribus persona Spiritus sancti, ea gratia indefinitè, post personam Filij & personam Patris, personam Spiritus sancti subiecit, qui annunciat semper ea quæ Patris sunt ac Filij, & docet, ut ne defectuosa fiat perfecta cognitio de trinitate, & de aduentu in carne gloriæ assumendæ apto. Deinde dicit, Vltimus hostis aboletur, mors. Abolitus autem ligatus est, non amplius operans quod operatur, neque amplius existens, nam abolitus est. Quid igitur de hoc dicere possunt, qui Scripturarum intelligentiam non habent? Nunquid oportet nos opinari de Filio, quoddam cessabit à regnando, si sanè dictio sic haberet? At impii erimus, & ipsum cum subditis numerabimus cum post actionem cesserit ab eo quod agebat: sed absit. Nemo enim ex credentibus in Christum & sperantibus in veritate, cogitabit, ut aut dicat aut audiat quid, quod non deceat ipsius gloriam, velut hi sanè sentiunt. Omnia autem docet diuina Scriptura, cum dicat, Omnia ipsi subiecta sunt, nimirum excepto illo, qui ipsi omnia subiecit. Cum autem subiecta fuerint ipsi omnia, tunc & ipse filius subieciatur ei qui omnia ipsi subiecit, quo id quod ab angelo ab initio indicatum est, etiam hic per similitudinem sermonis coniunctum, omnem declarationem potentie Verbi ex ordine & clarè ostendat. Quemadmodum etiam angelus simile dixit, ex supernis quidem Filium indicans, deinde cum addimento de aduentu in carne conuentionem declarans, nempe: Quapropter & quod nascetur ex te, cum additione vocis, Sanctum, vocabitur filius Dei. Proinde propter hoc & talia, nimirum, Quoniam quod nascetur, vocabitur filius Dei, ea de causa etiam ipse Filius subieciatur ei qui omnia ipsi subiecit, ut non amplius carnale carnale sit potentia, sed conuictum cum deitate, carnale in vnam vnionem conuictum, cum patre regnans & Spiritu sancto, cuius regni non erit finis. Et ex quo quidem resurrexit, principium accepit hoc, ut sit Deus omnia in omnibus. Conuictum est enim simul carnale spiritualiter in vnam deitatem. Quandoquidem verò dicit, Hoc facite in mei recordationem, vsque ad aduentum filij hominis: & Sic videbitis ipsum quomodo vidistis ipsum assumi, tunc de cætero omnibus perfectis, & nullo ad perfectionem pertinente relicto, ad ipsius deitatem referre oportet hoc, ut sit Deus omnia in omnibus, hoc est, ut ne sit diuisio: neque enim est, ut ne putetur multitudo deorum. Vna enim est glorificatio. Neque enim tunc velut tyrannidem gerens filius non subiectus est patri, neque subiectus est velut seruus, & potestatem non habens, ex patre genitus eiusdem naturæ & eiusdem deitatis. Neque tunc iuxta defectum, neque iuxta diminutionem, neque iuxta necessitatem, neque iuxta cessationem ut ipse desinat, subieciatur patri. Sed velut filius genuinus, vnigenitus cum patre regnans semper in vnam vnionem, & ad vnum præmium honoris adducens omnem creaturam, & docens suam Ecclesiam, ut sit Deus omnia in omnibus. Nam vna est deitas, vna dominatio, una glorificatio patris. Filij & Spiritus sancti: ita ut decenter honoretur pater à Filio, & Filius ut genuinus filius

Deus omnia in omnibus.

filij, & Spiritus sanctus velut qui non alienus sit à Patre & Filio. Et excludantur sermones & excogitate opiniones inimicitie aduersus Filium ac Spiritum sanctum, eorum qui contra filium Dei & Spiritum sanctum blasphemam lingua in surgunt. Ceterum adhuc amplius, quæ malè ab ipsis excogitata sunt, deprehendentes subuertemus. Rursus enim dictiones aliquas ex Euangelio producant, & dicunt, Cur non potest facere quicquam Filius à seipso, nisi viderit Patrem facientem: & ab initio non intelligunt, quæ dicuntur. Nam pater non prius fecit, & postea Filius struxit. Quod enim cælum fecit per se ipsum pater, & de forma primi cæli accepta similitudine Filius ita operaretur? At nemo ex his qui maliciam excogitant, ostendere hoc potest. In principio enim fecit Deus cælum & terram. Et simul in principio in mundi creatione dicit, Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & ad similitudinem. Et non dixit, Ades huc, faciam & ostendam quomodo opereris. Deinde verò ait Et fecit Deus hominem: & non dixit, Fecit, & ostendit Filio quomodo oportet facere hominem. Neque enim in ignorantia erat Filius, ut postquam didicit artem, tunc ea quæ eius sunt operaretur. At postquam rursus venit Dominus noliter, & carnem induit, & homo factus est, & inter nos conuersatus est, habuit autem ad Iudæos sermonem, qui putabant ipsum quæ patris sunt dissoluere, volens reducere mentem, ut per humanitati ipsius solum attenderet, dixit: Nihil facit Filius, nisi viderit patrem facientem: ut ostendat opus filij esse opus patris, & patrem complacentiam habere in ipsius totius operationis dispensatione. Sic etiam consequenter iuxta alias dictiones, velut bestia offendentes, & à persona fulguris quos veritatis confutati fugabuntur. Fulgura conuersionem, & disperges ipsos: emitte tela tua, & conturbabis ipsos. Additum est enim ad hanc dictionem, quod deinceps ex ordine sequitur, & dicunt ex Euangelio: pater enim diligit Filium, & omnia ostendit ipsi, quæ ipse facit: & maiora his ostendet ipsi opera, ut vos admiremini. Et rursus, pater suscitatur mortuos, & viuificat: similiter & Filius quos vult viuificat. Et rursus: Neminem enim pater iudicat, sed omne iudicium dedit Filio, ut omnes honorent Filium, sicut honorant patrem. Vide verò mihi, ô Ari, finem deinceps instituta aduersus te disputationis, vbi finiuit sermo? Non dixit, Quidam ita, & quidam non: sed, Vt omnes honorent Filium sicut honorant patrem. Ne itaque ignominia affice Filium, ut ne ignominia afficias patrem. Si enim quid diminutum aut inferius in Filium cogitare audes, ergo etiam ad patrem cogitatio tua ascendit. Eiusdem enim temeritatis est, in Filium quid cogitare, & non honorare ipsum quemadmodum honoras Patrem. Ut enim etiam de ipsi Patre, dic mihi ô generose, quid dicit Vt quem vult Filius, viuificet: non dixit, Quem iubet. Oportebat autem hæc omnia suscipere à Patre, sed non minorem esse præter Patrem, atque hoc iuxta duos maxime modos. Primum quidem ut adducat mentem nostram ad vnam deitatis vnionem, Patris & Filij, & Spiritus sancti: & ne ad partitiones & multitudinem deorum, hominum cogitationem deducat, sed sursum ferat ad vnam vnionem. Deinde verò etiam, ut adducat ad mutationem gloriæ aduentus in carne, & conuentionem deitatis suæ. Quando enim venit ut discipulos suos exhilararet, per promissionem qua dixit, quoddam essent aliqui istuc stantes, qui non gustaturi essent mortem, donec videant Filium hominis venientem in gloria sua. Et octaua die, velut Euangelium dicit, aut sicut alterum Euangelium ait, Post sex dies non quoddam Euangelistæ alia pro aliis dicant, sed quoddam vnà sit certitudo semper munita, ut ne occasio fiat, quo homines in necessariis offendant: nam dedita est cogitatio hominis diligenter ad praua à iuuentute sua, ob id alter Euangelista Octaua die dixit. Erat enim pars quædam diei reliqua quando sermone dixit, & connumeravit ab illa die & hora, si erat dies inclinata circa nonam aut decimam horam. Et rursus cum in octaua die circa tertiam aut quartam horam res facta esset, octaua hæc vocabatur. At verò alter Euangelista rem munit ac dicit, Post sex dies. Non enim numeravit diem in qua sermone ad discipulos dixit, neque eam in qua opus perfecit, sed intermedios sex plenos dies. Cum autem sic sermone faceret, declarationem eius ostendit. Assumpit enim Petro & Ioanne ac Iacobo, eduxit ipsos ad montem, & transformatus est, & fulgebat facies eius instar Solis, facies in carne simul existens in deitate, & vestimenta eius erant alba velut nix, caro videlicet quæ ex Maria & ex nostro genere erat, & transformabatur in gloriam, honorem ac perfectionem deitatis acquirens, & gloriæ cælestem, quam non habebat caro ab initio, verum hic in conuentione Dei Verbi accepit. Sic etiam prædicta intellige, quoddam omne iudicium dedit Filio, quoddam dedit ipsi potestatem, ut quæ vult viuificet, quo primum principium ostendat vnionem vnus deitatis, & vnam voluntatem, & ad Patrem referre se vniuersam bonitatem, & ad vnum principium ac deitatem, cum tres sint perfectæ substantiæ, vna vero deitas Patris & Filij & Spiritus sancti, & aduentus ac præsentiam in carne rursus assumat cum deitate, donum dignitatis, potestatemque ac perfectionem, à Patre & Filio ipsi donata, ad vnam spirituales deitatis conuentionem. Et profecto vix tandem euasimus tempestuosum hunc locum. Et cum omnem hanc veneni eiaculationem, seuque vndarum imperia ac impetuosas eleuationes, spumas item ac agitationes horrendas, telaque aduersariorum ac scuta, per rectam rationem in mente combusserimus, & arcus inimicorum confregerimus, & aduersus multiplicem hoc reptile, informem hydræ confusionem nos in sufficientes virtutè & gratiam ex Deo accepimus, velut qui in Deo potentes fuimus, victoriam carnem canamus. Cantemus Domino, gloriosè enim glorificatus est. Equum & infensorem proiecit in mare. Et cum caput draconis supra aquas contriuerimus, supra aquas inquam placidè fluentes, quatum voluerunt esse patricipes iuuenes cum Iudæis hereditatem adepti, aduersus quos inuehens Propheta dixit: Eo quod vos non vultis aquam Siloam placidè incedentem, sed vultis habere Raasson regem, & Tabeel filium Rhomelia: Ecce inducit Dominus super vos aquam fluminis fortè,

Filius non potest facere quicquam à se ipso.

Octaua dies ab altero Euangelista sexta die est

Transformatio christi.

regem Assyriorum, &c. Nos autem accepto auxilio in Domino, & assumpto spūto à vera carne in terram profecto, & simul cum spūto massā luti oculis nostris impressa: quo qui aliquando in ignorantia fuimus, nunc veritatem cognoscimus: abeuntē sive ac lauantem in Siloam, quod demissum interpretari potes, hoc est, in aduentu in carne, & in deitatis perfectione: & de cætero visu recepto, non amplius negamus Dominum, etiam si à synagogis reiiciant nos, qui ex Arii fraternitate sunt, & in dæorum successores. Nam & hi quemadmodum illi statuerunt, v' omnem confidentem Dominum à synagogis suis excludant: quo ostendant eum qui visum habet, confutationem factam eorum qui non vident. Nisi enim esset ipsorum synagoga tota cæca, non sanē eum cuius aperti sunt oculi, à conuentu suo excluderent. Gratias itaque agamus Domino, quod & visum recepimus, & Dominum confitemur, & læsa curauimus, si etiam opus mandatorum eius fecerimus: & conculcaminus serpentem, & contriuimus caput draconis per potentiam ac virtutem Dei. Cui gloria, hon or, imperium, patri in Filio, Filio in Patre, cum sancto Spiritu in secula seculorum. Amen. Porro relicta mortificata hac hydra multicipiti ac multifida, ad consequentes pro infituro d dilecti progrediamur, Deum semper auxiliarium inuocantes, vt eandem nostri, & eorum qui hunc nostrum laborem versare volunt, curam habeat, quo commorsiam sanentur: & qui nondum in malis examinati sunt, corrigantur.

FINIS SECVNDI TOMI SECVNDI libri Epiphaniij.

EPIPHANII EPISCOPI CONSTANTIÆ CYPRI, operis contra octuaginta hæreses Panarij appellati, liber tertius.

IANO CORNARIO MEDICO Physico interprete.

In primo tomo tertij libri, aut sexto, iuxta prædictum numéri ordinem, hæreses septem sunt cum sectis, hoc modo.

1 Audianorum rebellatio & secta, non tamen hæresis. Et vitam Et conuersationem bene ordinatam habent. Et habent itē fidem per omnia velut catholica ecclesia, plerique vero in monasterijs habitant. Vtuntur et multis apocryphis scripturis. Nō faciunt nobiscum communes preces, vituperantque nostros episcopos diuinites, & alios sed & pascha suo more priuatum celebrant, quando Iudæi idem faciunt. Et habent autem & peculiare quoddam ac contentiosum, durissimē id quod secundum imaginem est interpretantes.

2 Photini. Et Photinus à Sirmio originem trahens, hucusque circueit, & eadem que Paulus Samosatenensis sentit, verum in aliqua parte ab illo dissentit. Sed & ipsi Photiniani à Maria & hincque Christum affirmant.

3 Marcionem, à Marcello ex Asia Galatiæ originem trahente appellati sunt. Et in principio similes v' Sabellius sentiens, diffamatus est. Verum ad excusationem sui saepe progressus, & per scripta se tutatus, à multis accusatus est, quod in ipsam perseveraret. Fortassis autem penitentia ductus seipsum correxit, aut discipuli ipsius. Nam pro ipso aut discipulis ipsius, orthodoxi quidam defensiones ediderunt.

4 Soriani. Christum quidem creaturam confitentur, per similitudinem autem creaturam ipsum dicunt, sed non velut vnā ex creaturis: verum, aiunt, filium dicimus, at vt ne passionem patri attribuerimus per hoc quod genuit, creatū ipsum dicimus. Eodem modo & de Spiritu sancto sentientes, creaturam peritū ipsam decernunt. Reiciunt filij coessentialitatem, similem aut in essentia dicere volunt. Alij vero ex ipsis essentiam similitudinem essentia vocem reiecerunt.

5 Pneumatomachi. Et de Christo quidem bene sentiunt, Spiritum autem sanctum blasphemant, creatum ipsum decernentes, & non esse ex deitate. Imò potius abusu propter operationem

nem creatum esse, sanctificationem virtutem ipsam solum esse asserentes.

6 Arianus. Hic Arius à Ponto originem ducebat. Alibi hodie vero supersit tentatio vite. Presbyter hic erat episcopi Eustathij, qui v' Arianos taxatus est, & ab episcopatu reiectus. Quisquidem vero ipse Arius non constitutus est episcopus, multa contra Ecclesiam docuit, sicut quidem Arianus existens perficillissimus, verum amplius docet, non oportere offerre pro his qui obdormierunt, teinmare quartam, & prosabbato, & quadragesima, ac paschate prohibet. Renunciationem predicat. Carnis est omnino generis vitium, & voluptatum delicias licentissimē. Si vero quis in discipulis eius ieiunare velit, ne in diebus ordinatus hoc faciat, inquit, sed quando voluerit, non enim est sub lege. Afferit idem, episcopum non esse presbytero excellentiorem.

7 Aetiani, ab Aetio Cilicie, qui fuit diaconus sub Georgio Arianorum episcopo Alexandria. Et etiam Anomæi, hoc est inæquales appellantur. A quibusdam vero Eunomiani, propter Eunomium quendam Aetij discipulum, qui adhuc supersit. Cum ipse autem erat & Eudoxius arianissimus, verum propter timorem regis Constantij separauit seipsum, & solus Aetius exterminatus est. Permansit autem Eudoxius arianissimus, non tamen secundum Aetium. Et Anomæi, qui & Aetiani, Christum & Spiritum sanctum omnino à Deo abalienant, creatum ipsum affirmantes, & neque similitudinem aliquam habere dicunt. Ex syllogismo enim Aristotelis ac geometriæ Deum astruere volunt, & Christum suū nō posse esse ex Deo per tales syllogismos. At Eunomiani ab ipso appellati, reb ipsant omnes ad ipsos accedentes, atque ipsos vitam Arianos, & hoc in caput, sursum verentes pedes eorum qui baptisantur velut magna fama refert. Ceterum aberrare aliquem in aliqua fortatione, aut alio peccato, nihil esse aiunt. Nihil enim querit Deus, quam vltis quis solum in ipsorum fide.

Contra sectam Audianorum. LXX.

Vdiani, sive Odiani, ordo sunt. Hi in monasterijs habitatiōnem habent, & secedentes contubernium faciunt, tum in solitudinibus, tum prope vrbes, in suburbijisque, & vbi suas mansiones sive ouilia habent. Hic Audius horum princeps, temporibus Arii fuit, quando congregata fuit synodus contra Arium, eorum qui ipsum subuerterunt. Erat autem vir à Mesopotamia oriundus, clarus in patria sua, propter sinceritatem vitæ & zeli erga Deum ac fidei, qui saepe conspicatus ea quæ in Ecclesijs fiunt, in faciem episcoporum ac presbyterorū se talibus opponebat, ac ipsos redargebat, dicens: Non oportet hæc sic fieri, non debent hæc sic peragi, velut vir veritatis ita diuosus, & qualia à liberi oris viris ob veritatis amorē fieri solent, qui vitā maximē exactam viuunt. Quapropter talia videns, velut dixi, in Ecclesijs. loqui cogebatur ac confutare, & non tacebat. Si enim aliquem videbat pecuniæ studiosum ex clero, aut episcopum, aut presbyterū, aut alium quendam ex regula, omnino loquebatur. Et si videbat aliquem in voluptatibus ac deliciis viuentem, aut aliquem adulterantem ecclesiasticam prædicationē & Ecclesiæ statuta, non ferebat hic vir, sed verbis, velut dixit, reprehendebat. Et erat hoc graue admodum his qui vitā approbatam non habebant. Arque hac de causa contumeliis afficiebatur, contradictionē sustinebat, odio habebatur, agitarique ac protrudi & ignominia affici tollerabat, ad multū tēpus in Ecclesijs simul degens, donec quidā poterit in ipsum irruentes virum expellunt propter talē causam. Ipse verò non sustinebat se expelli, sed magis enitebatur vt veritatem diceret, & à vinculo vnus sanctæ catholice Ecclesiæ vnionis non discederet. Cum autem verberaretur saepe tum ipse, tum sodales eius, & grauius pateretur, valde ingemiscens consiliarium sibi ipsi sumit iniuriarum necessitatē. Nam seipsum ab Ecclesia separauit, multique simul cum ipso discedunt. Et sic diuisionem fecit, cum nihil haberet in fide diuersum, sed te assimilē crederet & ipse & sodales ipsius, etiam si id dicere maximè oportet, in paruo quodam ipsum contentiosē ferri, itēque eius asseclas. Nam cū hoc quod confitebatur de Patre & Filio ac Spiritu sancto mirabiliter, velut catholica ecclesia habet: etiam iuxta rectam fidē alia omnia in vita ad admirationem vsq; seruabat: propriis enim manibus laborans ipse, & episcopi ac presbyteri & reliqui qui cum ipso erāt, omnes nutrebantur. Postea verò vbi expulsus est ab Ecclesia, ab alio episcopo eadem inquirente, & ab Ecclesia digresso, eligitur hic episcopus. Cæterum de quo dicere incepi, quando quidē in digressionem sum, rursum narrationē persequare. Dico autē de dictione ex sacra Scriptura apud ipsum durissimē & peculiariter ac contentiosē exposita. Nā quod est secundū imaginē, quod Deus largitus est ipsi Adā, rigide vult decernere hic & socij eius, esse hoc impletum secundū corpus, ex hoc nimitū dicto, Faciamus hominem secundū imaginē nostrā, & secundum similitudinē: & deinde infert diuina Scriptura, dicens, Et fecit Deus hominē, luto accepto de terra: quando quidem, inquit, dixit hominem de terra, vide quod verissimē totū quod terrū est, hominē dixit. Ergo ipsum terrū prædixit fore secundū imaginē Dei. Et est hoc durū, velut dixi, & peculiaris pertinaciā, decernere hominē, in qua parte hominis locatū est id quod est secundum imaginē, si decernere omnino partem dicere, propter multa resistentia hominum intelligentiæ circa verbum hoc, & quæstionū multitudinem inuehentiā. Aut enim faciemus Deum visibilem & corporalem, siquidem in corpore quod secundū imaginē est, impletur corporaliter & formaliter, aut hominem Deo adæquatū, si hoc dixerimus. Quapropter non conuenit omnino decernere aut affirmare, in qua parte id quod secundū imaginē est, impletur: sed confiteri, id quod secundum imaginem est, esse in homine, vt ne gratiam Dei reprobemus, & Deo diffidamus. Quæcunque enim dicit Deus, ea vera sunt: etiam si fugerint nostram intelligentiam in paucis sanē dictis. Negate itaque hoc quod est secundum imaginem, non est credentis, neque sanctæ Ecclesiæ Dei. Est enim omnis homo manifestē secundum imaginem, & nemo ex his qui spem in Deum habent, negabit: nisi quidam sibi ipsis fabulas fingunt, eieci ex Ecclesia, & traditi ac Parrum ex Prophetis & Lege, & Apotolis ac Euangelistis: Sicut sanē etiam illi contentiosius se in hoc gerentes, traditionem secundum ecclesiasticam doctrinam excedūt, quæ credit secundum imaginem esse totum hominem, non decernit autem in qua parte situm est id, quod est secundū imaginē: quum neque possint hi, qui de his fabulosē disceptant, siue negant, demonstrare. Aliqui etenim dicūt in anima impleri quod est secundū imaginē, putantes id quod secundum carnē est, solum ratiocinari posse: & non sciunt tales, quod id quod secundum animā est, ratiocinatur: si conuenit syllogismo & ratiocinationibus attendere, & non simpliciter & simplici mētē Deū accedere & credere. Quoniā quæ à Deo dicta sunt, veritas sunt: & ipsi soli cognita, qui omnē veritatem nouit. Alij verò dicunt, neque in anima, neque in corpore esse, sed virtutē esse quod est secundū imaginē. Alij autē dicunt, non esse virtutem, sed baptisma, & gratiam in baptismate: nimirum ex eo quod dictum est, Quemadmodum gesta uimus imaginē terreni, gestemus etiam imaginem celestis. Alij rursum hoc nolunt, sed volunt dicere, tunc quidē fuisse id quod secundū imaginē est in Adā, donec in inobedientia fuit, & de ligno comedit, ac expulsus est: ex quo verò expulsus est, perdidit id quod est secundū imaginē. & magnū quoddā est hominū fabulamentū, quibus ne ad horā quidē credere oportet: neque his neq; illis, ita vel ita dicētibz: sed credere quod sit quidē in homine, quod secundū imaginē est: verū in toto maximē, & non simpliciter. Vbi verò est, aut vbi impletū est id quod est secundū imaginē, ipsi soli cognitū est Deo, qui per gratiā largitus est homini id quod est secundū imaginem. Neque enim perdidit homo, quod est secundum imaginem: nisi fortassis vile fecit, quod est secundum imaginem, dum inquinauit seipsum diuersis negociis, & immedicabilibus peccatis. Ecce enim

Audianorum rebellatio & secta, non tamen hæresis. Et vitam Et conuersationem bene ordinatam habent. Et habent itē fidem per omnia velut catholica ecclesia, plerique vero in monasterijs habitant. Vtuntur et multis apocryphis scripturis. Nō faciunt nobiscum communes preces, vituperantque nostros episcopos diuinites, & alios sed & pascha suo more priuatum celebrant, quando Iudæi idem faciunt. Et habent autem & peculiare quoddam ac contentiosum, durissimē id quod secundum imaginem est interpretantes.

Heretici diuersam faciunt cū nihil tale habeat fides.

Traditionem excedunt Ecclesia.

Secunda permissio facta Noe de manducatione ciborum.

Imago dei non est perdit ab Adam.

Imago dei non est perdit.

Imago dei non est corrupta.

Imago dei non est perdit.

Imago dei non est baptisima.

Sententia veterum ex visione Dei.

enim post Adam ad Noe dicit: Ecce dedi vobis omnia velut olera agri, maeta & comede. Ne edas carnem in sanguine animae, quia ego requiram animas vestras. Omnis qui effundit sanguinem hominis in terra, pro sanguine illius effundetur sanguis ipsius, quoniam in imagine Dei feci hominē. Et ego requiram sanguinem vestram ex omni effundente ipsum super faciem terrae. Et vides quod in homine dicitur esse, quod est secundum imaginem, post decimam generationem, ex quo Adā formatus est simul autem & Dauid post multum tempus dicit in Spiritu sancto: Vniuersa vanitas, omnis homo viuens, sed & deinceps post hunc Apostolus ipse dicit: Vir non debet comam nutrire, cum imago & gloria Dei sit. Sed & post hunc Iacobus de lingua loquens dicit, Quod est incoercibile malum, plena veneni mortiferi. Per ipsam benedicimus Deum & patrem, & per ipsam execramus homines secundum imaginem Dei factos: non conuenit fratres mei haec ita fieri. Et vide quod cornit sermo eorum, qui dicunt Adam id quod secundum imaginem est, perdidisse. At uerò eorum qui rursus dicunt animam esse id quod est secundum imaginem, talis sermo est & prae textus. Quoniam inquit, est inuisibilis, velut Deus inuisibilis est, operatiua est, motiua est, intellectu praedita est, ratiocinatrix est: atque ea gratia ipsa est quod secundum imaginem est: quoniam Deum in terra imitatur, mouens & operans, aliaque faciens, quae homo iuxta ratiocinationem facit. Reperiuntur autem & hi ratiocinationem facientes: nam si propter haec vocatur anima secundum imaginem, non potest amplius esse secundum imaginem. Deus enim infinitis modis, & adhuc amplius vlti à animā incomprehensibilis est, & incognoscibilis, omnia sciens, praeterita, & praesentia ac futura, visibilia & inuisibilia, fines terrae, & ima abyssi, summa caelorum, & omnia quae sunt, ipse continens omnia, à nullo uerò contentus. At anima continetur in corpore, ignorat ima abyssi, non nouit amplitudinem terrae, fines orbis terrarum nescit, summa caelorum non comprehendit, ignorat quae futura sunt, aut quando fient, & quae ante ipsam facta sunt. Et multa possunt de ipsa & talibus dici: simul autem & partes habet, Deus autem inuisibilis est. Dicit enim Apostolus: Viuens enim uerbum Dei est, & efficitur, & acutius omni anticipati gladio, & penetrans usque ad partes animae, ac medullas, & discernens cogitationes ac meditationes, & non est creatura in conspicua coram ipso, &c. Et uides etiam horū ratio conuenit: Et rursus eorum, qui dicunt corpus esse id quod secundum imaginem est, ratio concidit. Quomodo enim est visibile si possibile simile esse inuisibili, quomodo corporale incorporali, quomodo quod tactui subiectū est in comprehensibili? Videmus enim nos ab anteriori parte oculis quos habemus, quae uerò à tergo sunt, ignoramus. In Deo autem non est passio aut affectio, non deminutio: absit. Sed vndique est lux, vndique oculus, vndique gloria, cum spiritus sit Deus, & spiritus super omnem spiritum, & lux super omnem lucem. Omnia enim quae ab ipso facta sunt, in frā ipsius gloriam sunt. Sola autem trinitas incomprehensibilis est, & in gloria incomparabili ac incomprehensibili. Quum potest alij rursus dicant virtutem esse, quod est secundum imaginem, virtus sine obseruatione mandatorum esse non potest. Multi uerò in uirtute aliis praestantiores sunt. Virtutis enim multae sunt species. Nam & nos quosdam confessores nouimus, qui corpus suum, & animam tradiderunt pro Domino suo in confessione, & in castitate uixerunt, fidemque uerissimam habuerunt, pietate excelluerunt, benignitateque ac reuerentia erga homines, & in ieiuniis uixerunt, ac omni bonitate, & in signis uirtutis. Contigit autem ipsos habere uitium, ut aut conuiciatores essent, aut per nomen Dei iurarent, aut fabulatores essent, aut queruli, aut supellestem possiderent auri & argenti, atque aliarum rerum, quae defectu ofas faciunt uirtutis mensuras. Quid igitur dicimus, id quod secundum imaginem est, propter uirtutem adepti sunt? Verum propter pauca humana uitia contigit imaginem esse praetextum, & non amplius perfectam imaginem, quae in ipso est? Et rursus corrui horum ipsorum ratio. At eorum, qui rursus dicunt, baptisima esse id, quod est secundum imaginem, ratio multum dilabitur. Neque enim Abraham habuit baptisima, neque Isaac, neque Iacob, neque Helias, neque Moses, neque superiores, Noe & Enoch, neque Prophetarum, Elia & qui postea fuerunt. Quid igitur? Ergo illi non habent id, quod est secundum imaginem. Et multa sunt quae contra hos dici possunt, quemadmodum & contra Audium, contentiosē decernentem in corpore esse id, quod est secundum imaginem. Proferunt & alia quaedam testimonia iidem Audiani ex diuina Scriptura, nimirum: Oculi Domini super pauperem respiciunt, & aures ipsius ad preces illius. & Manus Domini fecit haec omnia. & Nonne manus mea fecit haec omnia uos durae ceruicis? & Caelum mihi thronus, & terra scabellum pedum meorum. Et quaecunq; talia de eo scripta sunt. & Videbam Dominum Sabaoth sedentem in throno alto & elato, & erat caput ipsius uelut lana alba, & amiculum ipsius sicut nix. Et vides, inquit, quod est corpus id quod est secundum imaginem Dei? Sed & in hoc resistunt ac grassantur super humanam potentiam, quod uisus est Dominus Prophetis. Et uisus est quidem sicut uoluit, cum potens sit in omnibus; & non negamus, quod uidentur Prophetarum Deum, & non solum Prophetarum, sed etiam Apostolorum: dicit enim sanctus Stephanus primus martyr, Ecce uideo caelum apertum, & filium hominis ex dextris stantem Dei & Patris: uerum per propriam potentiam Deus totus sanctus benignē amplectitur figmentum suum, ut ne aliqui increduli putent, de Deo loqui, esse simpliciter uerbo, & non ueritate, & uerbo tenus expendere ea quae ad Deum pertinent, & non implere id quod ab Apostolo dictum est, nempe: quod oportet accedentem ad Deum credere quod est, & quod diligentibus ipsum mercedis retributor existit. Quo igitur confidentem faciat hominem ab ipso formatum, sanctis suis & dignis scriptum reuelat Deus, quo sciant natura Deum, & mente fundentur ac sperent in ueritate, & praedicent ipsum

ipsum uerē, & fidelem hominem credentem faciant. Nam profectō etiam Graeci de Deo sentiunt uerbo tenus, & usque ad imaginationem. Nos autem uerē Deum uerum scimus, & esse uerē in substantia regem incomprehensibilem, creatorem uniuersorum unum Deum: & ex ipso unigenitum Deū, in nulla re differentem à patre: & sanctum ipsius Spiritum, nihil à Patre & Filio euariantem. Quem admodum etiam in omni haeresi de fide in Deum per longum uerba fecimus. Et quod quidem uisus est Deus hominibus, saepe diximus, & non negamus: Si enim negauerimus diuinas scripturas, uerum non sumus, & à ueritate excidere comperimur. Aut si uetus Testamentum reiiciemus, non amplius sumus catholice Ecclesiae. At Euangelium dicit, Deum nemo unquam uidit, unigenitus filius ipse exposuit. Et rursus eadem diuina Scriptura dicit: Uisus est Deus ipsi Abraham cum esset in Mesopotamia. Et ipse Dominus in Euangelio ait: Angeli ipsorum uident faciem patris mei, qui est in caelo. At omnino dixerit aliquis, diuinam Scripturam dixisse, Prophetas uidisse Deum in mente, ex hoc dicit: Angeli ipsorum uident faciem patris mei, qui est in caelo. Et rursus ex hoc: Beati mundi corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Qui uerò hoc dixerit, & in cogitatione sua dictiones ipsas copulauerit, ut uique dicere poterit, quod unum quicumque in mente Deum uidet, & non oculis. Verum huic resistit diuina Scriptura, dicens per Esaiam prophetam: Miser ego quoniam compunctus sum, quoniam homo immunda labia habens, in populo immunda labia habente habito, & Dominum Sabaoth uidi oculis meis. & non dixit mente, neque in cogitatione, sed oculis, ueritatem ac firmitatem fidei corroborans. Quid igitur dicimus, quum Euangelium dicat, Deum neminem unquam uidisse, Prophetarum uerò, & Apostolorum, atque ipse ad eum Dominus id asserant? Nunquid oppositum est quid in diuina Scriptura sibi ipsi Absit. Sed uidebant Prophetarum, & Apostolorum, & uerum est: uidebant autem prout poterant ipsi, & sicut licebat, & uisus est ipsi sicut uoluit. Omnia enim ipsi possibilia sunt. Et quod quidem inuisibilis est Deus, & incomprehensibilis, hoc manifestum est, & confessum. At rursus potens est facere quod uult. Neque enim quisquam opponit se ipsius uoluntati. Inuisibilis igitur est natura, & incomprehensibilis gloria. Si uerò uult conspici ab homine ab ipso facto, nihil aduersatur ipsius uoluntati. Non enim passionis affectu tenetur Deus, ut quod uult, non faciat, aut faciat quod non uult: potens enim est facere quod uult, sed facit quae decent ipsius deitatem. Nihil est omnino, quod uoluntati ipsius resistat, ut non possit facere quod uult, uelut decet ipsius deitatem. Et impossibile est uidere Deum humanam naturā. Et non datur ut uisibile uideat inuisibile. At inuisibilis Deus in benignitate sua ac potentia, potens fecit quod impotens erat, & dignatus est sua potentia, ut inuisibile uideret. Et quod uidit inuisibile & infinitum, non uelut habet infinitum uidit, sed uelut natura comprehendere potuit potens effecta, ut quod impotens esset, ad potens se extenderet. Et nihil diuersum est in diuina Scriptura, neque opposita dictio aduersus dictionem reperietur. Est autem ita, uelut saepe rei huius exemplum narraui: nimirum sicut si quis per tenuissimum foramen caelum conspiceretur, & diceret: Uideo caelum: & sanè non mentitur talis, uidet enim caelum reuera. Dicit autē ad ipsum aliquis, Non uidisti caelum: & sanè neque hic mentitur. Qui enim dicit se uidisse, non mentitur: & qui dixit ad ipsum quod non uiderit, idem uerè dicit. Neque enim uidit extensionem, neque latitudinem. Et qui quidem uidit, uerum dixit. Qui uero contradixit, non uidisse, non mentitus est, sed & ipse uerum dixit. Saepe enim & in summitate montis stantes uidemus ipsum mare, & si dicamus uidisse nos mare, non mentimur. Si uero quis contradicat, ac dicat, Non uidisti, & ipse non mentitur. Vbi enim penetrat latitudinem, ubi longitudinem, ubi profunditatem, ubi sunt recessus profunditatis & craterum ac effectus, homo scire non potest: Si itaque creaturarum res, sic se habet apud nos quanto magis id contingit in gratia quam largitus est Deus Prophetis & Apostolis? Uiderunt igitur quod est reuera, & non uiderunt. Sed uiderunt sicut natura potuit ferre, & hoc secundum gratiam potentiae qua potens ille ipsum potentem fecit in omnibus, propter amicitiam eiusdem hominis seruiuentis illi in ueritate. Si igitur tales putari Deum ita manus habere, aut oculos, aut alia, propterea quod sic uisus est Prophetis & Apostolis: contentiosē feruntur, ac redarguuntur à ueritate. Sed quaecunq; dicit in diuina Scriptura, ea credere oportet quod sunt. Quomodo uero sunt, ipsi soli cognitum est. Et quod uisus est, reuera uerum est: uerum uisus est sicut uoluit. Omnia enim potest Deus, & nihil ipsi impossibile est. Est autem incomprehensibilis, quum Spiritus sit incognoscibilis, omnia continens, & à nemine contentus. Et qualis Pater, talis & Filius, ita & Spiritus sanctus in deitate. Solus unigenitus uenit, & carnem induit, in qua etiam resurrexit, quam etiam conuinit deitati in Spiritum conuinit, seder in dextera Patris in gloria, uelut scriptum est. Sicut igitur incomprehensibilis est, incognoscibilis, ita omnia quae de ipso dicuntur, uera sunt. Si autem Deus incomprehensibilis est, ita omnia quae de ipso dicuntur, incomprehensibilia, quidem sunt, sed incomprehensibilia uelut quae sunt Dei, & sicut est in gloria incomprehensibili. Atque haec quidem pro capacitate nostra, in glorificationem Dei, humano ore diximus. Non enim habemus alterius uocis usum, praeter eam, quae à Deo iuxta mensuram nobis data est, etiam si in mente amplius de Deo sentimus. At non quaecunq; mens habet, tot ac tanta os eloqui potest, mensura concludum, & corporis organum cōtēū. Quapropter & ueniā dat Deus, à nobis suscipiens de ipso cognitionem, & glorificationem supra nostras uires se extendentem. Non quod Deo largiamur aliquid, sed uelut glorificemus Deum pro uiribus, quo pietentiamus, & ab ipsius gratia ac ueritate non excidamus. Haec autem de ipso Audio ac Audianis tractantes, proposuimus ea quae ab ipsis dicuntur, per quae iuxta peculiarem pertinaciam ac contentionem resistunt, inde core affirmantes.

Deus uisus ab hominibus. Deum nemmo unquam uidit.

Omnia Deo possibilia.

contraria non esse in diuina scriptura.

Uiderunt Deum prophetae quomodo.

Solus unigenitus carne assumpsit.

Habent

*Paschatis
celebritas*

Habent autem & alia quaedam, propter quae vel maximè cõsistunt, diuisionem ab Ecclesia amplius facientes, per quae etiam alios saepe conturbantes ab Ecclesia retrahunt, attrahentes viros ac mulieres. Nam cum Iudaeis pascha perficere volunt, hoc est, quo tempore Iudaei sua azyma faciunt, tunc ipsi pascha agere contendunt: & sanè asserunt, quòd sic erat in Ecclesia receptum. Nam & sermonem calumniatorium ecclesiasticis in hac parte obtendunt de Constantino: Propter personarum acceptationem, inquit, reliquistis patrum circa festiuitatem paschatis ordinem, & diem transmutastis in officium regis. Quidam verò rursus priuato contentione studio decernunt ac dicunt, quando instar natalis dies Constantini, tunc transmutastis pascha. Et siquidem eadè die pascha quorannis celebraretur, & decretum esset hoc facere, in synodo tempore Constantini congregata, probabile erat, quòd ab ipsis dicitur. Quando verò singulis annis non potest hic ordo in eadem supputatione hærere, corrumpit ipsorum sermo. Non enim ob natalem rex hoc curauit, sed propter Ecclesiae vnionem. Nã reuera duo maxima contribuit nobis Deus per prædictum Constantinum Dei amantissimū, ac semper beatissimum. Quòd congregauit vniuersalem synodum, ediditque fidem in Nicæa editam, quam confessi sunt isthic, cum subscriptione episcoporum qui ibidem conuenerunt, quo Atrius subuerteretur, & fidei puritas omnibus prædicaretur: & quòd curauit vt ab ipsis corrigeretur paschatis festiuitas ad vnionem nostram. Ab antiquo enim & ex superioribus temporibus dissensio erat in Ecclesia, dum diuersimodè peragebatur, ludibrium pariens singulis annis, cum alij ante hebdomada facebant, & cum aliis contenderent, alij verò post hebdomada, & alij anticiparent, alij medium tenerent, alij perficerent. Et erat omnino multa turba ac ærumna, velut multis studiosis non ignotū est: in quibus temporibus tu multus mouebatur in ecclesiastica prædestinatione, de huius festiuitatis quaestione, tum in temporibus Polycarpi & Victoris, cum Oriens ab Occidente dissentiret, & pacificatione inter se non admitterent, tum in aliis temporibus, & Alexandri episcopi Alexandriae, & Crescentij: quemadmodum comperiuntur vt vnusquisque ipforum aduersus alterum scripserit ac pugnaverit vsque ad nostra tempora, ex quo primùm turbatio cepit post tempus episcoporum circumcisorum. Quapropter congressi tunc vndique, & re diligenter æstimata, decernerunt concorditer vt fieret iuxta decorum supputationis ac consequentiæ. Cæterum ad hoc asserunt falsò iidem Audiani Apostolorum constitutionem, quae apud multos in ambiguo est, sed non reprobata. Omnis enim regularis ordo in ipsa habetur, & nihil à fide adulteratum, neque à confessione, neque ab ecclesiastica gubernatione ac regula. At verò dictum à quo accipiunt de paschate prædicti malè interpretantur, & per ignorantiam aliter intelligunt. Decernunt enim in eadem constitutione Apostoli, nempe: Vos ne supputetis, sed facite cum fratres vestri qui ex circumcissione sunt, faciunt, cum ipsis simul facite. & non dixerunt, Cum fratres vestri qui in circumcissione sunt: sed, Qui ex circumcissione sunt: quo ostendat eos qui à circumcissione in Ecclesiam transgressi sunt, principes esse post illud tempus: & vt aliis persuaderent, vt ne alius aliter faceret, & rursus alius alio tempore. Hanc enim omnem curam eò direxerunt, ob vnã vnionem, vt ne essent sectae, neque diuisiones. Hivero non intellecta mente Apostolorum, & sermone qui in constitutione habetur, putauerunt oportere cum Iudaeis pascha peragere. Simul autem quindecim episcopi fuerunt ex circumcissione, & oportebat tunc episcopis ex circumcissione existentibus, in Hierusalem constitutis, omnem mundum assentiri, & cum ipsis perficere, vt vna quaedam fieret concordia, & vna confessio, vna festiuitas per reuolutionem. Quapropter quum illorum cura, mentem hominum ad Ecclesiae vnionem congregans, tanto tempore perficere non potuerit: per bonam Dei voluntatem tempore Constantini eadem cura adhibita est, concordia gratia. Verum apud Apostolos dictum hoc propter concordiam habetur, velut testantur dicentes: Et si errauerint, nihil vobis curae sit. Ex ipsis autem illic relatis dictis oppositio & contrarietas conspicitur. Dicunt enim vigilias ferendas esse in medio Azymorum: non potest autem hoc semper fieri in computatione ecclesiastica. Ex tribus enim constat paschatis coniunctio: ex solari cursu, propter Dominicam diem, & mensum: & ex lunari cursu, propter legem quo in decimaquarta lunae immolaretur pascha, velut lex dixit. Non igitur potest peragi, nisi præterierit æquinoctiū, quòd apud Iudaeos non seruatur: neque exactè volunt tale perficere negotium: conuerunt enim apud ipsos, & confusa sunt omnia. Verum tamen etiam si tanta quaestio sit talis certitudo exacta, non tamè propter quaestionem hanc & exactam certitudinem ab Apostolis dictum est, sed propter concordiam. Si enim & cum hostibus Christi perficere id Apostoli præceperunt, velut hi affirmant, quanto magis propter concordiam cum Ecclesia peragere conuenit, vt ne Ecclesiae concordiam violemus. Quomodo igitur potest perfici hoc: Dicunt enim iidem Apostoli, Quando illi conuiuauerunt, vos ieiunantes pro ipsis lugete: quoniam in die festiuitatis Christum crucifixerunt. Et quando ipsi luxerint, azyma edentes cum intybis, vos conuiuamini. Contigit autem ipsos in Dominica die azyma accipere: illucescente enim Dominica vespera, possunt immolare pascha. Nam post vesperam præterito sabbato, non possunt opus perficere. Igitur vbi ipsi immolarunt, si surgunt conuiuaturi, quomodo nos in Dominica lugebimus & ieiunabimus, cum ipsos rursus Apostolos in cõstitutione dicere audiamus: Qui affligit animam suam in Dominica, maledictus est Deo. Et vides quanta est certitudo & oppositio, cum non possit res iuxta dictum peragi. In intellectu verò tota prædicationis veritas consistit, & ab ipsa Apostolorum constitutione, quoniam propter concordiam procurata est ratio is coniunctio, si perfecerimus aut perfecerint post æquinoctiū, quemadmodum illi peragunt, & nos sepe peragimus. Si vero cursus antequam prætereat æquinoctiū, velut illi agunt, quando soli agunt, etiam nos perface

*Constantini
maxima
cinoradio*

*Polycarpi
& Victoris
Crescentij*

*Apostolorum
constitutio*

*Absurda
ex falsa
intelligentiã
scripturæ*

*Paschatis
habenduratio*

*Die dominico
nõ as
surgenda
anima*

perfecerimus, continget nobis in vno anno duo paschata perficere, post æquinoctiū & ante æquinoctiū. Verum in alio sequenti anno omnino non perficiemus pascha. Et reperietur totum opus erroris esse, & non veritas. Nam ante æquinoctiū non implebitur annus, neque impletur, circulo cursus ex Deo hominibus constituto, vt etiam ob id quasi seipsum rediens Græcis appelletur idem annus, nisi præterierit æquinoctiū. Et poterat de hoc multa dici, quomodo rectè fecerūt patres, imò potius per ipsos Deus correxerat Ecclesiam, vt tota veritatis certitudo huius colendissimae festiuitatis post æquinoctiū fieret, quando decimaquarta lunae die computatio incidit. Non quod in ipsa decimaquarta peragamus. Vna enim dies apud illos quaritur: apud nos verò non vna, sed sex, hebdomas plenissima. Quapropter & ipsa lex dicit per ampliationem: Accipietis vobis ipsis ouiculam immaculatam, perfectam à decima mensis die, & erit vobis asseruata vsque ad decimam quartam, & macerabitis ipsam ad vesperam decimaquarta die mensis, hoc est luna. Observat autem Ecclesia vt festiuitatem paschatis peragat, hoc est hebdomada decretam etiam ab ipsis Apostolis in constitutione, à secunda sabbatorum, hoc est empta ouicula. Et siquidem fuerit decimaquarta luna in secunda sabbatorum, in medium agitur sacrificium ouiculae, siue in tertia sabbatorum, siue in quarta, siue in quinta, siue in profabbato, siue in sabbato, sed diebus ad huius tractationis dispensatione destinatis. Neque eni à decima sexta luna possumus neque à nona luna possumus incipere hebdomada eius sic coru & paschatis appellati facti, sed à decima vsque ad illucensentem decimam, interuenientibus duobus cursibus noctis & diei, & coassu pro eodè numero quatuordecim dierum lunae: etiam si pertingat in illuminatione decima quinta, propter necessariam certitudinem, tum solaris cursus post æquinoctiū, tum lunaris cursus propter decimam quartam, itemque plenae hebdomadis propter Dominicam, & numerum à decima die lunae, quae dies ad comparandum agnum destinata est, & nominis Iesu initiali litera notatur. Nam nomini ipsius correspondens exemplar ouicula accipiebatur, ita ex ipsa decima die decreta. Non autem possumus illucensente decima sexta, neque à nona luna principium aut finem habere. Anni enim cõtraria transgressione tardantes, propter diuersos inter se Solis ac Lunae cursus, hanc inæqualitatem efficiunt: non quòd offendiculum à Deo sit decretum, sed exacta certitudine hac à Deo ordinata, iuxta sapientem penitus ipsius gubernationem, quam largitur est proprio seculo, dum definita ordinavit luminaria & tempora, annos item ac menses & solsticia, & dum prouidit hominibus, harum rerum studium ac curam cõtribuit, ex sua erga homines benignitate. Cum enim annus iuxta solarem cursum compleatur in trecentis quinque quinquaginta quatuor diebus, & horis tribus: contingit propterea quod luna facit annum in trecentis sexaginta quatuor diebus, vt deficiant cursui secundum Lunam, dies vnde decim, & horae tres. Et primo quidem anno sunt epactae appellatae, hoc est dies ad actiui vnde decim, & horae tres. Secundo anno dies vnde decim, horae tres: tertio anno dies triginta tres, horae nouem. Et secatur vnus mensis intercalaris appellatus: intercalantur enim triginta dies. Relinquantur autem dies tres, horae nouem. Quae appositae vnde decim diebus & tribus horis de quarto anno, sunt dies quatuordecim, & horae duodecim. Quinto autem anno aliis appositis vnde decim diebus, ac tribus horis, sunt epactae viginti quinque, & horae quindecim. Et sexto anno appositis aliis vnde decim diebus, & horis tribus, sunt dies triginta sex, & horae octodecim, quae faciunt intercalarem mensum vnum. Et intercalati sunt per annos sex menses duo, primis tribus annis, mensis vnus, & aliis tribus annis, mensis alter, Et restant de epactis dies sex, horae octodecim. Appositae autem his ad septimum annum, ad vnde decim de eodem anno dies, & horas tres sunt epactae decem & septem, horae vna & viginti. Octauo verò anno rursus appositis aliis vnde decim diebus, ac horis tribus, sunt dies viginti octo epactae, & horae viginti quatuor, quae faciunt dies duas. Et his horis appositis ad viginti octo dies, sunt simul dies triginta. Et contigit in octauo anno intercalari triginta dies, vnum mensum in duos annos. Atque sic per octennium circuitum intercalantur dies nonaginta, qui sunt plenissimi menses intercalares tres: & fit in primis tribus annis mensis vnus, & sequentibus tribus mensis alter, & in duobus posterioribus annis mensis vnus. In his trium intercalariū mensium constitutionibus discordantia est circa pascha, apud Iudaeos & Christianos atque alios. In his fit euariatio apud prædictos Audianos, & seducit viros ac mulieres. In hac parte iactant se iuxta traditionem ab initio factam, & secundum constitutionem Apostolorum, nullam certitudinem animaduertentes, neque scientes claritudinem studij ac curae quam Apostoli in constitutione fecerunt: non quòd omnino Iudaei exactè hoc agant, sed vt contentionem excindant eorum, qui volunt quosuis iuxta ipsorum sententiam peragere, & non in vna concordia. Vnum enim pascha vult Christus, & hoc reputat & assumit cum qui hoc citra, contentionem celebrat, cum his sanè qui hoc exactè faciunt cum tota sancta Ecclesia, quae iuxta multos modos festiuitatem agit. Et siquidem à Constantino fissum esset pascha, probabilis esset istorum calumnia. Quando verò ante Constantinum dissidia fuerunt, & ludibrium fuit, Græcis proferentibus ac irridentibus discordiam in Ecclesia: tempore verò Constantini per diligentiam episcoporum seditio vnita est magis ad vnã concordiam: quid magis vtile fuit, ac gratiam meruit quam in vna die, à finibus terrae conciliare populum Deo, cõcordareque ac vtigilare, & eosdem dies æqualiter ferre, in vigilijs & precationibus, confessioneque ac cultu diuino, ieiunioque ac siccorum esu, & castitate, atque alijs bonis operibus Deo complacentibus per colendissimam hanc diem? Verum arbitror hæc sufficere de dissonantia in hac parte ordinis Audianorum. Sustinuit autem exilium ipse senex Audius, ad Scythiae partes, eo quòd rebelles faceret populos & ab episcopis ad regem delatus est. Illic verò annorum tempore, haud scio dicere quanto, commotatus est vterius progressus, & ad intima Gothiae, multos Gothorum in fide instruxit. Ab ipso sanè etiam monasteria in eadem Gothia facta sunt, & vitae conuersatio instituta, virginitasque ac exercitatio

*Anni ratio
ac appellatio*

*Sacrificiū
ouiculae
quãdo faciendum*

*Solis &
Lunae
cursus ratio*

*Expectati
vni ratio*

*Audius re
legat⁹ ad
Scythias.
Gothia f
de recipit*

pietatis non vulgaris. Est enī reuera hic ordo in valde admiranda conuersatione, & omnia in ipſorum monaſteriis recte ſe habente, exceptis his contentioneibus, tum euariati paſchatis, tum peculiaris perti-
 nacia in exponendo id quod eſt ſecundum imaginem. Caterum quod grauiffimum ac horrendiſſi-
 mum omnium eſt, non faciunt preces cum aliquo, etiam ſi probatus videatur, & nihil habeat quod
 A accuſari mereatur, neque ſcortationis reprehentionem, aut adulterij, aut auariciae, ſed quod talis in Ec-
 cleſia conuerſatur. Atque hoc eſt horrendum illud, quod immutant nomen Chriſtianorum à ſancta Ec-
 cleſia, quae non habet impoſitum nomen, ſed ſolum Chriſti: & quod Chriſtiani Audiani vocantur,
 aſſentiunturque in conſtitutionem humanae naturae, cuius ratio ab ipſis exigitur: etiam ſi vitæ ſinceritate
 & omni iuſticia is ordo ſit ornatus. Multi porro & poſt illius obitum fuerunt cum ipſis, & poſt ip-
 ſum ordinis ipſius epifcopi, Vriani quidam Meſopotamiae. Sed & à Gothia habuit aliquos, ipſoſque
 conſtituit epifcopos: fuit & Syluanus, & alij quidam: quorum aliqui è vita deceſſerunt, praefertim V-
 rianus, qui ex medio illorum glorioſus erat. Verum poſt horum ipſorum epifcoporum, Vriani & Syl-
 uani, qui ex Gothia originem trahebat, obitum, plerique diſſipati ſunt, & valde imminuta eſt horum
 congregatio, & in partibus Chalcidis ad Antiochiam ſita, & in partibus Euphratis. Nam à Gothia ple-
 rique fugati ſunt, non ſolum ex illis, ſed etiam noſtri illic Chriſtiani, perfectione magna inſtante ſub
 rege Graeco, qui valde malus fuit, & Romanis infeſtus, eo quod Romani reges eſſent Chriſtiani: ita
 vt tota gens Chriſtianorum ab illis partibus fugata ſit, neque reſtat radix ſapientiae, neque planta fi-
 dei. At tamen ſi videantur omnes eſſe fugati, omnino ſunt illic homines. Non enim poſſibile eſt fidei ſe-
 tem deficere. Multi igitur ipſorum Audianorum vbi diſceſſerunt à Gothia & noſtris partibus, huc de-
 lati cohabitant à tempore hoc annorum quatuor. Sed & à Tauro monte ruſus diſceſſerunt eorundem
 Audianorum monaſteria, & à Palaſtina ac Arabia. Erant enim iam dilatati, verum de cætero pauci, &
 B pauca monaſteria. Fortaſſis autem in duobus vicis in praedictis partibus, iuxta exteriorē Chalcidis par-
 tem, & vltra Damascum ac Meſopotamiae partes, vſque huc eſt ordo in paucis, velut dixi, ſuperſtes. Et
 haecenus abunde etiam de his dictum puto, quibus relictis ruſus conſequentia cōſiderabo, vt ne quid
 relinquam ex his, qui ad diuiſiones ac ſectas, diſſenſioneſque ac diſſidia in mundo dilapſi ſunt. Nā etſi
 fide ac moribus non aded euariē, attamen quicquid diuiſum eſt, & in vita nominatur, id quantum eius
 fieri poteſt, à nobis non relinquitur.

Contra Photinianos, haereſim LXXI.

Photinus, ex quo ſunt Photiniani, in hoc tempore floruit, & epifcopus ſanctae catholicae Eccleſiae
 fuit, qui in ſania non minima elatus, & ſupra omnes ante ſe ſurioſus factus, ſimilia his quae Paulus
 Samoſatenſis docuit, de filio Dei ſenſit, & verba maledictioe nequitiſſimae conſiſtere valentia euomit
 Hic originem à Sirmio duxit. Et quando zizanium in mundum inuexit, quod temporibus Conſtanti-
 ni factum eſt, vſque huc in via ſuperſuit, à Synodo occidentali in Sardica congregata ſubuerſus, ob eā
 quam euomit blaſphemiam. Aſſerit autem hic, ab initio Chriſtum non eſſe, verum à Maria & hucuf-
 que ipſum exiſtere, ex quo Spiritus ſanctus (inquit) ſuperuenit in ipſam, & genitus eſt ex Spiritu ſan-
 cto. Spiritum autem ſanctum dicit, velut temerarius architectus, & velut inenarrabilium rerum caeli
 C dimenſor, ſe putare Chriſti eſſe. Fuit hic Photinus loquax, & acuta lingua, & qui multos poſſet ſermo-
 nes pronuntiatione & dicendi promptitudine decipere. Saepe enim à multis conſutatus, & poſt illam
 Baſilium, qui in Sardica factam, quando ab epifcopis vocatus fuit ad reddendam rationē
 de maligna à ſe propoſita fide, impetravit à Conſtantino rege, velut qui fruſtra deſiſſet eſſe, vt ruſus
 acciperet auditores, coram quibus demonſtraret ſe fruſtra deſiſſet eſſe. Vnde rex illo tempore de-
 miſit iudices & auditores ſuae futurae purgationis, Thalaffium & Datianum, & Ceryalium, & Taurū
 & Marcellinum, & Euanthium, & Olympium, & Leontium, Baſilio Ancyranum ipſum interrogante &
 contradicente his quae ipſe deſenſurus aut admiſſurus eſſet. Non modicum autem diſputationem ad-
 uerſus Baſilium habuit, ſed inſtar perfrictae frontis leuis multerculae, colorem ſuum per verba in diſpu-
 tatione mutabat, falſoque adducebat dicta in conſiſtentia ac intelligentia veritatis, ſed quae eſſent ex ip-
 ſius mente fictae excogitata. Verum per fraudulentam ſuam vocem ac dicendi promptitudinem, ad
 ſeipſum et auditores confirmandos per linguam inſtruetus, de doctrina propoſita centum teſtimonia
 D generoſus ille cum iactantia ſe pro ducturum eſſe promittebat, etiam ſi ipſi ſepe aduerſus illam inſtarēt.
 Quemadmodum etiam in diſputatione aduerſus Baſilium, reperimus in his quae iuſſi ſunt ſcribere ve-
 lociter ſcribendi periti, Anyſius diaconus Baſilij, et Callicrates exceptor Ruſſini praedidis prouinciae et
 Olympius ac Nicetes memoratiſſe ſuae à memoria ipſius Baſilij, et Euryches ac Theodulus notarij Ba-
 ſilij. Et demiffa eſt pars vna obſignata ad regem Conſtantinum, altera permanſit in ſynodo apud Ba-
 ſilium, & adhuc à ſua pars apud Comites ſimiliter obſignata: prout ipſe ex ſententia ſua pronuntiarat
 Si quando enim Baſilius interrogaret ac propoſuiſſet, quomodo diuinae Scripturae docent de Domi-
 no Deo Verbo, ante ſecula eſſe vngentum & cum Patre: Photinus quidem ſermonem excipiebat, diui-
 ſionem annectens, alia quidem ad Chriſtum, alia verò ad Verbum in ſuperſis referri. Nā hoc, Faciamus
 hominem ſecundum imaginem noſtram, & ſecundum ſimilitudinem: verbo ſuiſſus Pater dixit,
 inquit: Quid igitur? Verbum in Patre (inquit) erat, ſed non erat filius. Et pluuit Dominus à Domino
 in Patre exiſtens Verbum. Et vidi deſcendentem ſupra nubes velut filium hominis, hoc, inquit, praede-
 nunciatiuē dixit: non velut filio exiſtente, ſed quod filius vocandus eſſet, poſt Mariam, & à carne ven-
 turus eſſet, genitus Chriſtus ex Spiritu ſancto & à Maria, praedictorio modo, inquit, omnia ad ipſum
 referantur

Simodus Sardica

Baſilius Ancyranus

Diſputa- tionis pu- blicarum quis fue- rit modus

referuntur ab initio, nondum autem erat. Verbum verò erat velut in me verbum. Iam autem dixi, quod
 ex Patre ſimiliter cum Paulo Samoſatenſi ſentit, alia verò adhuc praeter illum mente tranſgreſſus.
 Sed & hic ipſe ſubuerteretur, ad extremam Dei abnegationem progreſſus, & ad opinionem à vita aeter-
 na in omnibus alienam. Si enim recens eſt filius Dei ſecundum deitatem, ergo Adam primas habet, im-
 mō potius praefertur ei qui ipſum fecit: ſic enim etiam ipſe ratiocinabatur, imō praetergreditur potius
 diuinam ſcripturam, ſecundum erroneam intelligentiam proferens id quod & Apoſtolus dixit, Pri-
 mus homo ex terra terrenus, & ſecundus à cælo. Statim autem reluctatur ipſi doctrina veritatis, & ob
 tenebratam ipſius mentem redarguit. Hominem enim & hominem ſanctus Apoſtolus, & primum qui
 dem hominem Adam ex terra eſſe terrenum, ſecundum verò à cælo. Et quidem cum hominem dicat,
 non ex caro deſcendit, ſed etiam ex hoc conſeſſum eſt, quod ſit à Maria. A cælo autem abuſiuē nō
 dicit carnem, ſed ſecundum hominem, quandoquidem ex ſuperſis venit Verbum, & habitauit inter
 nos, velut ſcriptum eſt. Si igitur praerexit Dominus, etiam aedeſt, qui excogitauit omnem intelligenti-
 ae viam: eſſe autem ipſum non ambigit diuina ſcriptura. Nam poſteriora indicant priora, & quod
 omnem intelligentiae viam excogitauit, deinde in terra viſus eſt, futurum ipſius in carne aduentum. Et
 quod à cælo dicunt hominem intuliſſe, id non dicit Apoſtolus, ſed propter cōiunctionem aduentus in
 carne, hominem quidem ipſum dicit, eo tempus interpoſitum ab Adam vſque ad aduentum in carne.
 A cælo verò ipſum dicit, eo quod ex ſuperſis venit Deus Verbum in carnem, velut dicit Scriptura. Ver-
 bum caro factum eſt, non velut ipſe opinatur, Verbum ex patre progreſſum, & in carnem tranſmutatū:
 ſic enim iuxta erroneam ſuam intelligentiam narrauit de Verbo. Si verò eſt Adam antequam eſt Ver-
 bum, per quem ergo creatus eſt Adam, & omnes ante ipſum creaturae Dei: Aut ad quem dixit Pater,
 Faciamus hominem? Non enim quis vnquam ad internum ſuum verbum aut ad prolatitium dirigit
 conſultationem, ſed ad innatum & ſanctum ſuum verbum futuri hominis opificii enarrationem cum
 omni ſapientia facit vt diſcamus ex initio eſſe filium apud ſuum patrem, vt ne noſtrum creatorem recē-
 tem putemus, ſed cum patre ſemper exiſtentem ante ſecula, quemadmodum etiam Ioannes teſtatur,
 dicens: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum. Verum, inquit idem circulator, etiam
 ipſe dico eſſe Verbum à principio, ſed non filium Dei genitum. Et ſi non eſt filius Dei, vanus eſt ipſius
 labor, vana ipſius voluntas, & ſpes ac cogitatio. nihil enim amplius dicit Iudaes, qui hunc ipſum abne-
 gatunt. Non enim de ipſo dicit Euangelium, In principio erat Verbum, & Verbum erat in Deo: ſed,
 Verbum erat apud Deum. Et non ſolum dicit quod apud Deum erat: ſed, & Deus erat Verbum, at in
 homine verbum intus diſpoſitum ſemper & prolatitium exiſtens, non poteſt dici homo, ſed hominis
 verbum. Si non erat adhuc genitura, velut ipſe dicit, & ſi nondum erat filius Dei Deus Verbum: per
 quem omnia facta ſunt? Nam dicit Euangelium, Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt
 nihil. At inquit: Quemadmodum homo per verbū facit quod vult, ſic per propriū verbum pater per ver-
 bū in ipſo eſt, omnia fecit. Quomodo igitur Dominus per Euangeliū dicit, Pater meus vſque ad hoc tē-
 pus operatur, & ego operor? Caterum Pater operatur, & ego operor, dictum eſt, non quod Pater nō
 operetur in Filij operatione, neque quod Filius alienus ſit, & non operetur in Patris opificio. Omnia
 enim opera quaecunq; ſunt, ſimul ex Patre & Filio ac Spiritu ſancto facta ſunt: per ipſum enim om-
 nia facta ſunt à Patre, & ipſe omnia operatus eſt cum Patre ac ſancto Spiritu. Verbo enim Domini cœ-
 li firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus ipſorum. Quapropter & certitudinis inueniendae gratia
 Dominus in Euangelio dixit, cognoscens ſuſpiciones errancorum, vt qui praecognitor ſit velut Deus,
 & quod vnusquisque ſe à veritate abalienaturus eſſet, ad Iudeos dixit: Nihil à ſeipſo facit Filius, niſi
 viderit Patrem facientem: & non quod primum videat, & poſtea faciat. Sed omnia in ſeipſo habet, &
 facit quae vult. Quomodo igitur haec erunt, o Photine? Aut quis eſt qui in te hoc zizanium nobis ruſus
 propoſuit? Quis eſt qui venenum hoc mundo preparauit? Vnde tibi haec prauitas, vt in animum indu-
 xeris blaſphemiam opinionem contra Dominum tuum? Non perſuaſiſte Abraam loquens ad ipſum,
 ac dicens: Qui iudicas omnem terram, non facies iudicium? Redarguere enim velut apud ipſum fi-
 lius peregrinus fuerit, & non prolatio quaedam exiſtens, ſed in ſubſtantia Deus verbum. Et quo cognos-
 cas tu, qui vltro tibi arrogas ſapientiam, ſolutionem eorum quae in hoc argumento tractata ſunt, diuina
 Scriptura id quod perfectum eſt nobis, obſignauit ac pronuntiauit, dicens: Pluuit Dominus à cælo igni-
 ni & ſulfur ſuper Sodoma & Gomorra à Domino. Et non dixit, Verbum Domini: ſed, Dominus
 à Domino. Quemadmodum & Dauid dicit, Dixit Dominus Domino meo. Et quia non ſolum poſt ad-
 uentum & praefentiam in carne: filius reperitur, narrauit etiam de praefentia ab initio, nempe: Ex ven-
 tre ante luciferum genuite. Et de Spiritu ſancto, o vaniloque, & in ocioſis ac curioſis poſite, nemo
 ſuſcipiet tuum ſermonem. Neque enim maior eſt Spiritus, neque minor. Quis enim haec requiſiuit,
 inquit, ex manibus veſtris? Redarguit autem te eadem ſancta Scriptura, vbi loquitur Dominus de Spi-
 ritu ſancto, conſiſtens ipſum eſſe genuinum ſuae deitatis, & dicit, Qui ex Patre procedit: & De meo ac-
 cipiet. Et quot ſunt alia teſtimonia? Quandoquidem verò nugacitas tua omnibus manifeſta eſt, vt quae
 erroris ſit, & non veritatis: deprehenditur autem non ſolum à prudentibus, ſed etiam ab his qui mo-
 dicum quiddam de diuina Scripturae conſequentia cognoscunt: ea ſanè de cauſa non opus habeo mul-
 tis teſtibus, aut multo ad euertendum te labore: facilis enim deprehenuſ eſt tua narratio, ac maligna
 fides. Quapropter ſufficiunt haec aduerſus te dicta, quem velut animalculum inſectum ac impotens, pe-
 de de Scripturae & Dei verbi veritate conculcatum, aut velut lumbricum, ſive terre inſectum relinqua.
 Nam & iam huius impoſtoris haereſis, quae ad exiguum tempus durauit, diſſipata eſt, Caterum ad con-
 ſequentes deinceps, Deum conſuetore more inuocans, progrediar.

Homo ſe- cundus à cælo.

Eodem porro rursus tempore, simul enim omnes hi fuerunt, Marcellus fuit in Ancyta, qui sanè hu-
 culque peruenit, & duobus plus minus annis ante hunc annum è vita decessit. Fecit autem & ipse
 quandam diuisionem in Ecclesia, ab eiusdem temporis initio: exigua verò quandam hic ostendit
 intelligentiam, assimilatus Sabellio & Nauato, ab Arianorum aduersus ipsum exacerbatione, nimirum
 per ratiocinationem oppositionis aduersus Arianos. Vnde & à quibusdam in excessu ex parte, velut di-
 xi, tanquã qui Sabellianorum nugas habuerit. Quidam verò pro ipso rationem reddiderunt, non sic
 rem habere, sed rectè ipsum vixisse, & rectè ipsum quoque sensisse affirmarunt, quare multa de hoc
 quæstio fuit. Et occulta quidem mentis Deo nota sunt. Verùm qui ab ipso facti sunt & instructi, qui il-
 lius mentem ignorant, & non veritatem illius recensent: neque tres substantias confiteri voluerunt,
 quemadmodum habet veritas, quòd vna est deitas, vna glorificatio, coessentialis trinitas, & nihil à pro-
 pria gloria euarias Trinitas perfecta, & vna deitas, vna potestas vna essetia, ita vt neq; cõiunctio quæ dã sit
 neque diminutio. Hic verò cum voluerit quãdam diffusius apud quosdam dicere, declarauit se cum
 Sabellio sentire: quapropter etiam ipse inter hæreticos numeratus ac confutatus est. Apponam aut &
 editionem sermonis quem fecit ad Iulium beatum Romanorum episcopum idem Marcellus, nimirum
 sui ipsius defensionem faciens. Cæterum ex Apologia & libello ipso apparebit, quòd alia præter fidem
 veritatis senserit. Nisi enim alia sensisset, quorum gratia ad sui purgationem deuenisset? Nisi fortassis
 sermones ex ipso propositi sunt non recti, & quosdam perturbantes, atque hi ipsum ad hanc apologiã
 deduxerunt. Proinde exemplar hoc est.

Marcellus
hæreticus
iudicatur.

Exemplar epistolę Marcelli, quem deposuit synodus diuersa opinionis gratia.

Diuerso
pinnones
vnde.

Beatissimo coministro Iulio Marcellus in Domino gaudium. Quandoquidem aliqui ex condem-
 natis prius ob hoc quòd nõ rectè credūt, quos ego in Nicæna synodo redargui, contra me scribere
 ad pietatem tuam ausi sunt, tanquam ego non rectè neque ecclesiasticè sentiam, suam culpam in me
 transferre studentes: ea gratia necessarium duxi me conferre Romã, & commonescere te, vt eos qui
 contra me scripserunt accessas, quo presentes ipsi in utriusque à me redarguerentur, & quòd quæ con-
 tra me scripserunt, falsa sunt, & quòd adhuc nunc permanent in suo ipsorum errore priore, & horren-
 da contra Dei ecclesiam, tum contra nos præfides ipsorum ausi fuerunt. Quandoquidè igitur appa-
 rere non voluerunt, cum demiseris tu presbyteros ad ipsos: & hoc cum ego annum & tres integros in
 Roma vixerim, necessarium putavi hinc discessurus, meam fidem mea manu à me conscriptam cum
 omni veritate tibi tradere, quam didici, & ex diuinis scripturis sum edoctus: & simul de his quæ malè
 ab ipsis dicuntur te commonescere: quo cognoscas quibus sermonibus ad decipiendos auditores vrè
 res, veritatem occultare volunt. Dicunt enim non proprium & verum Verbum esse, omnipotentis Dei
 filium, & Dominum nostrum Iesum Christum, sed aliud esse ipsum Verbum, & aliam sapientiam &
 potentiam, & hoc factum ab ipso nominatum esse Verbum, & sapientiam, & potentiam. Et eo quod
 ipsi sentiunt aliam substantiam, disparatam à Patre esse aiunt. Insuper verò & præexistere Patrem Filio
 per ea quæ scribunt, pronunciant, & non esse ipsum verè filium ex Deo: sed etiam si dicant, Ex Deo, sic
 dicunt velut per omnia. Quin & quòd erat aliquando, quando non erat, dicere audent, & creaturam ac
 facturam ipsum esse à Patre decernunt. Qui igitur hæc dicunt, alienos à catholica Ecclesia esse credo.
 Credo aut sequens diuinis scripturas, quòd vnus est Deus, & huius vnigenitus filius Verbum, qui sem-
 per coexistit cum Patre, & nunquam principium vt esset habuit: verè ex Deo existens, non creatus, nõ
 factus, sed sèper existès, sèper cõregnas Deo & patri: cuius regni, iuxta Apostoli testimoniũ, nõ erit finis
 Hic filius, hic potentia, hic sapietia, hoc proprium & verum Dei verbum Dominus noster Iesus Chri-
 stus, indiuisibilis potentia Dei, per quem omnia facta sunt, velut Euangelium testatur dicens: In prin-
 cipio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Omnia per ipsum facta sunt,
 & sine ipso factum est nihil. Hoc est Verbum de quo etiam Lucas Euangelista testatur, dicens: Que-
 madmodum tradiderunt nobis hi qui ab initio ipsi viderunt, & ministri ipsius Verbi fuerunt. De hoc
 & David dixit: Eructauit cor meum verbum bonum. Sic etiam Dominus noster Iesus Christus nos do-
 cet per Euangelium, dicens: Ego ex Patre exiui, & venio. Hic in extremis diebus descendit propter
 nostram salutem, & ex maria virgine genitus hominem suscepit. Credo igitur in Deum omnipotentè,
 & in Iesum Christum filium eius vnigenitum Dominum nostrum, genitum ex Spiritu sancto & Ma-
 ria virgine, crucifixum sub Pontio Pilato, & sepultum, et qui resurrexit tertia die ex mortuis, et ascendit
 in cœlos, et sedet in dextera patris, vnde veniet ac iudicandum viuos ac mortuos: et in Spiritum san-
 ctum, sanctam Ecclesiam, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, et vitam æternam. Indiu-
 sibilem esse deitatem patris et filii, ex diuinis didicimus scripturis. Si enim quis separât filium, hoc est
 Verbum, ab omnipotente Deo, necesse est ipsum aut duos deos esse putare, quòd alienum esset à diui-
 na doctrina receptum est: aut Verbum non esse Deum confiteri, quòd et ipsum à recta fide alienum
 esse apparet, cum Euangelista dicat, Et Deus erat Verbum. Ego autem exactè didici, quòd indiuisibi-
 lis et inseparabilis est potentia patris ipse filius. Ipse enim Dominus noster Iesus Christus dicit, In me
 pater, et ego in patre, et, Ego et pater vnus sumus, et, Qui me vidit patrem. Et cum hanc ex diuinis Scri-
 pturis fidem acceperim, et à maioribus secundum Deũ edoctus sim, eam et in ecclesia Dei prædicauit,
 et ad te nunc scripsi, exemplari huius scripti apud me seruato. Et rogo te vt exemplar ad epistolam quo
 ad

Verbum pa-
tri coeter-
num.

Luca loc^o
expositus
aliter quã
vulgo so-
let.

Symbolum
paruum.

B

C

D

ad episcopos smiffurus es, inscribas: vt ne aliqui ex his qui non exactè nouerunt nos & illos, scriptis il-
 lorum animum aduertentes decipiantur. Valere. An itaque hic libellus rectè habeat, qui possunt, legãt,
 & quæ in ipso dicta sunt diligenter cognoscant: & si quidem malè haber, ipsi iudicent. Non enim vo-
 lumus vltra ea quæ nouimus, & ad uos peruenerunt dicere. Eriam si enim rectè habeat libellus ex pro-
 posto argumento, rursus cogitabunt legentes & audientes, quod non frustra, neque in vanum, neque
 contra illum, ipsi necesse fuit apologia & purgatione: nisi sanè euouisset sermones quosdam turban-
 res, & cogentes ipsum ad defensionem deuenire eorum quæ ab ipso dicta sunt. Contigit enim & post
 admissum errorem, vt per libellum seipsum purget ac corrigat. Aut fortassis per libellum ornauit suos
 sermones, quo occultet ea quæ ab ipso dicta sunt, vt ne excidat per depositionem à communi episcopo-
 rum collegio ac regula. Atque hæc sunt quæ de Marcello ad nos perlata sunt. Interrogauit autem aliqua
 do ipse beatum papam Athanasium de hoc Marcello, quomodo de ipso sentiret. Ille verò neque ipsum
 defendit, neque rursus grauitè aduersus ipsum inuectus est: verum solum risu leui edito ostendit, fla-
 gitium non magnum ipsum esse, sed habebat ipsum velut qui se purgasset. Apponam porro & ea quæ
 aliqui in ipsis Marcelli scriptis inuenerunt, quæ ipsis reprehensione digna esse videbantur, vt etiam
 ipsi contra illum inuehentes scripta ediderint. Verum ab aliis rursus demonstratum est, quòd redar-
 guendi gratia produxerunt ea quæ ab ipsis contra illum composita sunt, eo quod ipsi qui contra illum
 scripserunt, postea in aliud mutati fuerunt. Atque hi ipsi in suis ipsorum scriptis contra factas diuisio-
 nes etiam hoc expresserunt, producto in medium Acacio. Sed & Basilium Galatam, & Georgium Lao-
 dicea episcopum constituerunt ad eundem Acacium redarguendum. Hic enim erat qui ex Marcelli
 scriptis contra Marcellum dixerat, quo nos in omnibus nihil veritatis relinquentes ostendamus, quòd
 neque reprobamus ea quæ pertinent ad correctionem, neque collaudare volumus eos qui ali-
 quid præter veritatem aggrediuntur. Et ex Acacii contradictione aduersus Marcellum hæc sunt
 transcripta.

Dubitatio
de libri
veritate.

Athana-
sius papa
Alexan-
drinus.

Basilius
Galatae et
Georgius
Laodice-
nsis.

Acacii verba contra Marcellum.

Hæc quidem igitur & talia, post falsam expositionem dictorum in prouerbis, scripsit Marcellus,
 loquens contra Deum iniusticiam, & eleuans in altum cornu suum, vltra medium libri progressus
 & rursus ponens Asterii verba dicentia, Alius equidem est Pater, qui genuit ex seipso vnigenitum Ver-
 bum, & primogenitum omnis creaturæ, solus solum, perfectus perfectum, rex regem, Dominus Do-
 minum, Deus Deum, essentia et consilij et potentia ac gloria imaginem nihil euariantem. Hæc igitur
 ponens et grauitè ferens imaginem nihil euariantem, hoc est, expressam et claram effigiem essentia
 Dei et eorum quæ sequuntur, malam vocans hanc opinionem suam, displicentia adiungit, sic scribens
 Hæc verba malam ipsius de deitate opinionem palam coarguunt. Quomodo enim Dominus et Deus
 genitus, velut ipse antea dixit, potest adhuc imago Dei esse? Aliud enim à deo est imago, et aliud Deus
 Quare si quidem est imago, non est Dominus, neque Deus, sed imago Domini & Dei. Si verò est Do-
 minus reuera, & Deus reuera, non amplius Dominus & Deus imago Domini & Dei esse potest. Et de-
 ceptus. Nihil igitur ipsum de his quæ antea dixit, esse vult: omnium enim horum imaginem ipsum esse
 dicit. Igitur si essentia est imago, non potest ipsa essentia esse. Et si consilij est imago, non amplius ip-
 sum consilij esse potest. Et si potentia est imago non sui ipsius, sed alterius cuiusdã est. Hæc verò verba
 quum tu õ Marcelle, antea in principio libri collaudaris, nunc autem negaueris Deum ex deo Verbũ
 esse filium, & solum ex solo, & perfectum ex perfecto, manifestè malam tuam de deitate
 opinionem declarasti. Nam cum magni regis imaginem acceperis vitæ exortem, deitatis immunem,
 consilij expertem, impotentem que ac ingloriam & essentia inæqualem: impia illa lingua tibi excin-
 denda fuisse, vt qui dixeris in dominum, et in ad eõ impiè sentientem animam sermonem finiueris.
 Cum enim imaginem dei vitæ exortem descripseris, neque dominum neque deum, non essen-
 tiam, non consilium, non potentiam, non gloriam hanc esse, sed horum immobilem ima-
 ginem ipsam esse vis, velut inanimatam & vitæ exortem expositam ipsam faciens, & similiter
 inanimatam & sola humana arte constantem: verum viuentis viuente non vis esse imaginem
 Dei, neque essentia essentiam imaginè, neq; consilij et potentia ac gloria, consilium et potentiam ac
 gloriam citra euariationem esse imaginem. At dicere citra euariationem, non est tale quale citra gene-
 rationem siue ingenito modo, sed expressè ac exactè assimilatum ad paternam bonitatem & deitatem
 ac omnem operationem. Et post alia: Oportebat autem tibi muta facta esse labia loquentia contra deũ
 iniusticiam in superbia & contemptu. Nam solus solum genuit pater vnigenitum (etiam si tu non ve-
 lis, nunc aliud quid volens: cum non ex causa seculorum Valentini accessum acceperit filius, sed ex so-
 lo patre generationem habeat) & perfectus perfectum: nihil enim imperfectum est in patre, quare
 neque in filio, sed perfectionis illius, & plus quàm perfectionis genuinum genimen est filij perfectio,
 & rex regem: pater enim deum regnare, ante secula genito filio, & regno subdito rege, per què
 etiam reliqua reguntur, ita vt gratus constiteatur subiectionem. Non enim priuatum, sed regem genuit
 pater, regno ipsius neque principium dicitur neque vitæ finem habente. Non enim ab externis est dig-
 nitas, verum in essentiam ipsi confert similem patri genitori. Quapropter etiam scriptum est, Et regni
 eius non erit finis. Sic verò etiam Dominum dominum, & deum deum gignere, nos constitemur. Et in
 summa, essentia & consilij & potentia ac gloria imaginem dicimus, non inanimatam ac mortuam,
 sed essentialem & consiliariam, & potentem ac gloriosam. Potentia enim non generat impotentiam,
 X iii

Asterii
verba
Marcello
refutata.

Imago cu-
ius esse de-
beat.

Secularia
lemine ex
cogitata.

sed ipsam potentiam : & gloria non in gloriam gignit, sed ipsam gloriam : & consilium non gignit te meritam, sed ipsum consilium : & essentia non generat essentiam inaequalitatem, sed ipsam essentiam. Imago igitur, est Verbum, Deus, viua sapientia, in substantia existens, Verbum efficax. Hæc est quæ essentiam habet : hæc enim est in qua delectabatur quotidie Deus, quando orbe terrarum absoluto exhiberetur. Tu verò Marcelle hæc negans coram hominibus, negaberis quidem ab illa ipsa coram patre qui in cælis est : negaberis autem & coram Ecclesia, quæ sub cælo est, & scribit de te vbi que terrarum Audi sermonem Domini : Scribe virum hunc excommunicatum hominem, quia non augetur ex semine ipsius princeps amplius in Iuda, sedens super thronum Dauid. Et post alia, vbi mentionem fecit Marcellus verborum Asterij, infert Acacius dicens : Ponens igitur hæc, & procedens in abnegatione imaginis & essentia Saluatoris nostri, & filiationis vni geniti ex patre, & prerogatiue primogeniti totius creaturæ, et solitatis vni geniti, et perfectionis ex perfectio, et regni ex rege, et dominationis ex domino, et deitatis ex Deo, et in summa, essentia et consilij et potentia ac gloria dei imaginis nihil euariantis, et non paucis verbis negans coram hominibus, & ob id negandus coram patre ipsius : palam hæc scribis. Hæc verba manifestè malam ipsius de deitate Patris ac Filij opinionem declarant. At huius abnegatio tuam prauam ac peruersam opinionem de deitate ac essentia Christi manifestè coarguit. Fruuola igitur quæ sequuntur, infert scribens : Nihil igitur ipsum ex his quæ antea dixit, esse vult : omnium enim horum imaginem ipsum esse dicit. Igitur si essentia est imago, non potest ipsa essentia esse : & si consilij est imago, non amplius ipsum consilium esse potest : & si potentia, non amplius potentia : & si gloria, non amplius gloria. Nam imago non sui ipsius, sed alterius cuiusdam imago est. Fruuola autè, dicit Marcelle, & falsa sunt hæc omnia. Omnia enim quæ antea dixit, Asterius ipsum esse vult, dum ait : Rex regem, Dominus Dominum, deus deum, & destruit tuam inanimatam imaginem, ex tua sententia sola humana arte constantem. Omnium enim horum viua imaginem dicit, & viua imaginis genitoris effigiem existentem. Et essentia ipsam essentiam imaginem dicit, & consilij ipsum consilium, & potentia ipsam potentiam, & gloria ipsam gloriam : & non sui ipsius, sed alterius imaginem. Tu verò Deum ex Deo filium non confitens, neque lumen de lumine, neque potentiam ex potentia, neque deum neque lumen, nõ potètiã, non essentia, nõ consiliũ, non gloria, filiu esse vis. Verũ corpus hæc abolet in piẽ in consummatione cum his. Et negas quidem hoc, Deus erat Verbum, filium verò Dei vocas, aut nomine solo, aut hominum : quo diuersi generis genitor sit Deus, & filius adoptione genitus, iuxta hoc Filios genui & exalraui : & iuxta hoc, Accepisti Spiritum adoptionis : & hoc Offerte Domino filij Dei. Essentia igitur & potentia & consilij & gloria nihil euariantem imaginem filium patris Asterij dicens, omnes paternos characteres filio inesse dicit, & consilia Patris expressa esse, aut data esse filio, quæ non sunt alia præter ipsum. Omnia igitur quæ antea dixit, ipsum esse vult. Non enim imaginem in coloribus intelligit, neque tertium pictorem inducit, quo discoidantes ad patrem colorum qualitates alicubi pingat, & hoc filium vocet, Sic enim tu intelligens & non intelligens dicitis : igitur si essentia est imago, non potest ipsa essentia esse : & si consilij, non amplius ipsum consilium. Verum ex nostra sententia, si essentia est imago viua, ipsa essentia potest esse, & est. Et sic essentia essentiam imaginem dicitur, propter imitationem simillimam vitæ & operationis : ita etiam consilij consilium imaginem ipsi magni consilij angelum, & potentia ac gloria potentiam ac gloriam. Et hæc confirmat hoc. Quemadmodum enim Pater habet vitam in seipso, sic etiam filio dedit vitam habere in seipso. & Quemadmodum Pater suscitatur mortuos, et viuificat. Nam vox Quemadmodum, et Sic, imaginaria imitationis ac similitudinis exactam et absolutam effigiem significat. Et post alia pauca, Non enim Verbum Deus, sed Iesus exhibens vitam et pulchritudinem ac formam, ipse vitæ exors & non pulcher ac deformis est, in mortificatione, aut non esse consideratus, sed paternis characteribus, formatus est, non velut alius ipse existens, & alios characteres formæ habens, sed in ipso esse eius, characteres sunt, & in characteribus, ipsum eius esse. At imago alterius et non sui ipsius imago existens, quemadmodum etiam tu vis, exëpla ris characteres in seipso ferens, diuersitatem declarat. Diuersitatem verò velut similitudinem : non enim sui ipsius, sed alterius cuiusdam imago est. Hic igitur est imago Dei inuisibilis. Imago igitur patris filij viua viuens, in motu & operatione potest atque ac consilio & gloria : non inanimata, neque immobilis, que in alio quidem ipsum esse habet ac pingitur, ipsa verò in seipsa & per seipsam in motu non est. Et est imago nihil euarians, non quòd nihil euarias identitatis partem faciat, sed filium absolutum. Hactenus Acacius, Cæterum nunc dicunt orthodoxi & fratres nostri ac confessores, à quibusdam discipulis à Marcello relictis, editionem confessionis fidei purgatæ se accepisse : cuius subtilitatem cum ipse non percipiam, etiam hic apposui. Et est exemplar hoc.

Marcelli fides conscripta.

Reuereatissimis & sanctissimis episcopis, in Diocæsarea exulantibus propter orthodoxam in Saluatorem nostrum Iesum christum fidem, Fulgilio Abelpio, Alexandro, Ammonio, Harpocratio ni, Isaac, Isidoro, Annubioni, Pitimo, Euphratio, Aaroni : presbyteri ab Ancyra Galatiæ, Photinus, Eustathius, alius Photinus, Sigerius, & diaconus Hyginus, & hypodiatonus Heraclides, & lector Elphidius, & preses Cyriacus, in Domino gaudium. Cum nos profecti fuerimus ad vestram pietatem à prædicta nostra patria, debitam visitationem facientes : & quum nos interrogati simus à vestra sanctitate de fide nostra, quomodo hac parte habeamus, & susceperimus vestram cuiusmodi sollicitam interrogationem quam

*Asterij
verba ab
Acacio ap
probata.*

*Gradus
clericorum
quinque.*

quam maximè fecistis propter eos qui vanè de nobis falsa inuulgare volunt : necessarium duximus vos de hoc certiores facere, non solum ex ostensis vestra sanctitati à nobis literis, quas ad nos beatissimus papa Athanasius socialiter ac familiariter scripsit, sed etiam ex hac nostra conscripta confessione, quòd neque sentimus, neque sensimus vnquam aliquid extra decretam in Nicæa vniuersalem & ecclesiasticam fidem, quam sanè confitemur nos potentia sentire : detestantes eos qui audent creaturam dicere Spiritum sanctum, & hæresim Arrianam, Sabellique ac Photini, & Pauli Samofatenis, & eos qui non dicunt sanctam trinitatem, tres personas incircumscriptas, & in substantia existentes, & coessentialis, & consempiternas, & perfectas : detestantes item eos qui dilationem, aut contractionem, aut operationem Patris filium dicunt : & eos qui Deum Verbum filium Dei ante secula, & consempiternum Patri, & in substantia, & perfectum filium ac Deum non confitentur. Si quis eundem Patrem & Filium & Spiritum sanctum dicit, anathema sit. Si quis principium aut finem filio Dei & Verbo aut regno ipsius tribuit, anathema sit. Si quis patrem Patris dicit Filium aut Spiritum sanctum, & non confitetur filium Dei ex essentia patris ante omne consilium genitum esse, anathema sit. Cæterum de incarnatione Dei Verbi vni geniti filij Dei, confitemur quòd filius Dei etiam homo factus est citra peccatum, iuxta assumptionem totius humanæ naturæ, hoc est, animæ rationalis & intellectualis, & carnis humane. Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium ac inuisibilium creatorem : & in vnum Dominum Iesum Christum filium Dei, genitum ex Patre vni genitum, hoc est, ex essentia patris, Deum ex Deo, lumen de lumine, Deum verum ex Deo vero, genitum non factum, coessentialis Patri, per quem omnia facta sunt quæ in cælo sunt & in terra. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cælis, & incarnatus est, & homo factus est, ac passus, & resurrexit tertia die & ascendit in cælos, & venturus est ad iudicandum viuos ac mortuos, et in Spiritum sanctum. Eos verò qui dicunt, Erat aliquando quando non erat, et antequam gigneretur non erat, et quòd ex nihilo factus est, aut ex alia substantia aut essentia ipsum esse dicunt, aut mutabilem aut alterabilem filium Dei : hos detestatur catholica et apostolica Ecclesia. Ego Photinus presbyter catholice in Ancyra Ecclesiæ, sic credo et sentio, velut præscriptum est. Ego Sigerius eiusdem Ecclesiæ presbyter, sic credo et sentio, velut præscriptum est. Ego Hyginus eiusdem diaconus, sic credo et sentio, velut præscriptum est. Ego Heraclides eiusdem Ecclesiæ hypodiatonus, sic credo et sentio, velut præscriptum est. Ego Elpidius lector eiusdem Ecclesiæ, sic credo et sentio, velut præscriptum est. Ego Cyriacus preses eiusdem Ecclesiæ, sic credo et sentio, velut præscriptum est. Hæc sunt quæ ab ipsis ad cõfessores ac patres scripta sunt. Si itaque potest ab intelligentia prædictis intelligi, inter meliores esse, sanè sic loquitur. Si verò etiam illic rursus per tractationem in ipsa apologia erronea quædam sunt, et non recta, rursus similiter à studio sis loquitur. Cum igitur prædictorum omnium narrationem exequuti fuerimus de eodem Marcello, præterito etiam hunc, et consequentes considerabo.

Contra Semianos, hæresim LXXIII.

Cum per potentiam Dei impietatem Arrii confregerimus, et eorum qui post ipsum fuerunt, Photini inquam et Marcelli, qui sanè in paucis à veritate emotus fuisse videtur, quæ ab initio euomuit velut vitæ ebrietate occupatus : contingit autem vt sodales ipsius corrigantur, si modo corrigi poterint : sed et cum ex ipso Arrio enata zizania, per diuinum verbum quod super omnem ancipitem machæram penetrantius est, exciderimus : considerabimus quomodo quidam ex insania ab ipso Arrio producta semianianisunt : illius quidem nomen negantes, ipsum verò et prauam ipsius opinionem induiti, præteritum quodam asciticio faciem suam alteratam obuelantes. Quemadmodum enim in scena fabularum actio confictio velamine obducta est ; ita vt personis aliis suas facies occultant, et intra personam turpes et ebrietate plenas comedias tractationes narrent : aut aliàs ad hoc inducti, aut veterum fabularum experimentes, cum poeta apud ipsos hoc fecerint : sic etiam hi decipere volentes simplices, ipsi quidem sunt et facie et moribus et praua opinione, qualis Arrius et Arriomanitæ. Et fraudulētæ nimirum assentationis gratia confessam apud illos peruersam doctrinam ornare volentes, creaturam quidem filium Dei dicunt : quo verò decipiant, et filio Dei quid largiantur, cum assentatione ad eos qui per sermonem hunc corrupti sunt, præstigiatorum modo dicunt. Non dicimus creaturam velut vnam ex creaturis, neque genituram velut vnam ex genituris siue germinibus. At verò coessentialis vocem penitus reiiciunt, nimirum velut alienam à diuina Scriptura. Verum de his in tractatu contra Arrium exactissimè differuimus. Quo verò simile huic verbum proponant, Basilius inquam et Georgius, velut huius semianianorum hæresis præfides, Non dicimus (inquiunt) coessentialis, sed essentialis. Fugerunt autem hi qui à Synodo diuisi ac separati sunt, ipsius Arriomanitidis hæresis idem Basilius Ancyranus princeps, & Georgius Laodicæ, & Daphnes ad Antiochiam sitæ, siue Cauæ Syriæ episcopus. Iidem verò & de Spiritu sancto similiter vt pneumatomachi sentiunt. Non enim amplius velut cum pudore, aut cum dubio sermone, velut de filio perfectam creaturam ipsum dicere verentur, etiam si sic de ipso sentiant, & propter hominum metum similem essentia inferant, & creaturam non vt vnam ex creaturis dicant : verum de Spiritu sancto, velut dixi, non dubitanter progrediuntur, sed velut rabiosi canes impudenter creaturam ipsum penitus decernunt : atque sic affirmant & à Patre & à Filio alienum esse. Et vt ne quis dicat nos calumnias cõtra aliquos proferre, hic apponam velut vniuersique ipsorum epistolam scripsit : Basilius quidem vnam, Georgius autem Laodicæ cum Basilio & his qui cum ipsis fuerunt, aliam : & sunt hæc. Sancta Synodus in Ancyra, accedente paschate ex diuersis

*Fideicon
fessionis
exemplũ.*

*Basilius
& Geor
gij? semia
riani.
Laodicæ
Daphne,
Antiochia*

Synodi prouincis congregata, dominis venerandissimis, & vnanimis comministris in Phœnice, & reliquis eadem nobiscum sentientibus, in Domino gaudium. Optamus quidem post tentationis ecclesiasticae fidei tormentum, quod velut in igne factum est, his qui pro fide in medio fuerunt: & postea que in Constantinopoli facta sunt propter Marcellum, & post editionem fidei in Synodo congregata ob festum dedicationis Ecclesiae in Antiochia: & postea que acta sunt in Sardica Synodo, & fidem que illic effloruit, & amplius post ea que in Sirmio propter Photinum facta sunt, in his ratiocinationibus quas ob singula de fide capita interrogati, de his qui in Sardica aduersus Orientem dissenserunt, exposuimus, de cetero conquiescere, & vnica in pio regno domini nostri Constantini Ecclesia, ab Oriente vsque ad Occidentem scandalis eiectis, pacem agere, & cultui Dei attendere. Quandoquidem verò, velut appareret, non cessat diabolus per propria vasa conari res suas, quo sanè omnino ea que de Domino prædicta sunt, & per sanctum Apostolum consona velut ob custodiam fidelium prædicata, ad defectionem deducatur, excogitans nouationes contra ecclesiasticam fidem, & nunc quosdam in specie pietatis sibi familiares facere, & per ipsos profanas nouitates contra piam ingenuitatem vnigeniti filii Dei excogitare: prius quidem audientes per Antiochiam discurrere quosdam, imò & per Alexandriam, insuperque Lydiam atque Asiam, & immittere scintillas impietatis simpliciorum animis, speramus propter temeritatem impietatis, ac tantam impudentiam ipsorum, debellantibus ipsos etiam dominis comministris in loco, marcidam fore excogitatum hæresim, & extinctum iri maliciam. Quando verò deinceps & qui ex prædictis locis accesserunt, & qui ex Illyrico venerunt, annunciant operam adhibuisse huius mali reprobatores, & plures lædere audere, & ad maliciam fermentare, non amplius differre sustinentes, imò etiã literas adepti vnanimis comministri nostri Georgii Laodicæ ecclesiæ episcopi, quarum exemplar subiecimus, & testimonia eorum qui apud nos testati sunt, coram Deo reueriti, prout concedebat tempus sanctæ diei paschatis incumbens, congregati quotquot sanè congregari potuimus, eo quòd & hyems multis impedimento fuit, velut nobis per literas significarunt: in hac specie fidei idioma edere studuimus, quantum sanè restat ad fidem in Antiochia, velut diximus, editam in festo dedicationis, imò & in Sardica, quam suscepit synodus in Sirmio: & ratiocinationibus illinc repetitis, explicare exactè fidem Ecclesiæ catholicæ in sanctam trinitatem: ad hoc autem, velut antea diximus, in nouationis speciem solum, prout concedebat spiritus, indicantes. Et rogamus vos domini venerandissimi comministri, vt eam adepti amplexe mini traditam ex patribus fidem, & quòd consona vobiscum sentimus ac credimus, significare: quo certiores facti hi qui eandem impietatem inducere audent, quòd velut hæreditarem quandam seruamus fidem, quam ex Apostolicis temporibus per patres, qui in medio vsque ad nos fuerunt, suscepimus: vt aut pud facti corriganur, aut perseverantes ab Ecclesia exterminentur: vt qui defectionis locum filio iniquitatis per seipias præparant, qui iam minatur se audere in templum Dei sedere. Fides nostra in Patrem & Filium & Spiritum sanctum est. Sic enim dixit ac docuit discipulos suos Dominus noster Iesus Christus: Euntes docete omnes gentes, baptisantes ipsas in nomen Patris & Filii & Spiritus sancti. Igitur qui regenerati sumus in hac fidem, sententiam ex nominibus piè intelligere debemus. Non enim dixit, Baptisantes ipsos in nomen ex carnis, & incarnati, aut immortalis, & qui mortis periculum fecit, aut ingeniti, & geniti: sed, In nomen Patris & Filii ac Spiritus sancti: quo nominibus attendamus ex naturalibus, in quibus Patrem causam & autorem similis sui ipsius essentiæ intelligimus. Et Filii nomen audientes, similem intelligamus Filium Patris, cuius est Filius. Credimus itaque in Patrem ac Filium & sanctum Spiritum: non in creatorem & creaturam: aliud enim est creator & creatura, aliud Pater & Filius, eo quòd vtrunque horum separatum est intelligentia. Quum enim creaturam dico, primum creatorem dico: & vox Filius, velut à corporalibus assumpta, & propter affectus ac defluxus corporalium patrum & filiorum intelligentiam exhibet purè, quòd ex incorporali patre incorporalis filius originem habet, & ob id etiam creaturæ intelligentiam à corporali implicuit. Et quoniam creatura, quæ facit filium solum, à creatore alienitatem à passione accepit, ita vt ex creantis alienitate à passione ipsa creatura subsistat, vt pote quam creans firmam prout voluit, fecit: perfectam sanè ex corporali patre ac filio, & ex corporali creatore ac creatura, intelligentiam de patre & filio nos docuit. Ablato enim à creatura eo, quòd forinsecus substitit, & adempto materiali, & aliis quæ de corporali creatura nomen continet, sola à creatura manet intelligentia, illa inquam, à passione aliena & perfecta ipsius creati, iuxta quam creans creare voluit quòd creatum est. Si igitur à creato & creaturæ rursus alia eiicientes, solam intelligentiam accipimus ex alienitate à passione ipsius creantis, & ex perfectione ac firmitate, & eo qualem esse voluit creaturam, consequens est à patris & filii nominibus (quandoquidem maximè in patrem & filium credere edocti sumus) vnam quandam intelligentiam nos piè accipere oportere. Quare & ob id, eiecto eo quòd est secundum affectum aut defluxum, Patrem patrem Filii intelligi, & Filium non seminario modo deiectum corporalibus naturæ modis perfici, qui semper ad incrementum & corruptionem mouentur, vt characteres habeat velut corporalia, & sola relinquatur ipsius similis intelligentia. Quemadmodum enim à creatura (rursus dicimus) omnibus eiectis relicta est perfecta & à passione aliena ipsius creantis, & qualem voluit ac firma creaturæ intelligentia, si etiam de Patre & Filio omnibus corporalibus eiectis, relinquatur sola similis et secundum essentiam animalis creatio. Nam omnis pater iuxta similem sui essentiam pater intelligitur. Si verò cum reliquis omnibus eiectis intelligentiis ex patris et filii nominibus, simul eiiciatur etiam similis secundum essentiam animalis, quæ exhibet nobis vt de patre intelligamus, non amplius credetur pater et filius, sed creator et creatura, et superflua nomina nihil à seipsis inferentia. Et erit sic creator quidem velut

Fides Basilii & Georgii seminaria norum.

velut Deus, in nulla omnino re pater. Nam quòd non actionis pater dicitur pater, sed similis sui ipsius essentiæ, quæ iuxta talem actionem substitit, ex naturalibus rationibus manifestum est. Cum enim multas actiones habeat Deus, ex alia quidem actione creator intelligitur, prout cæli & terræ ac omnium quæ in eis sunt, imò etiam inuisibilem, creator est. Verum pater vnigeniti existens, non velut creator, sed vt pater qui genuit, intelligitur. Si verò quis propter suspicionem circa corporales patres ac filios, timeat, ne incorporalis quid pariatur, dum gignit, nisi imperfectum fuerit id quòd gignitur, & quæcunque contingunt circa corporalem patrem ac filium reuerentur, ac detrahatur genuinam de patre & filio intelligentiam, qualem dixerit aliud, facturam, & nunquam dicit Filium filium. Siue enim magnitudine excedentem dixerit, velut cælum montem aut collem excedit, ex facturarum genere ipsum, etiam si magnitudine excedens intelligatur, declarabit: siue vtilitate præminentem, velut qui primus sit factus, siue qui ad aliorum officium ministerium exhibuit, neque sic extra facturarum creaturarum intelligentiam ipsum constituit. Quemadmodum enim nihil differt, forcipe prunam de altari, & non ipsa manu tollere, & artis fabrilis est ferrum in hunc vsu vel alium, per manum fabricare. Erit enim & forceps & ferrum per manum fabricatum ex genere facturarum. Ita nihil differet à creaturis, is per quem omnia facta sunt, si non est filius, velut naturalis intelligentia suggerit, verum factus primus erit creaturarum, & instrumentum fieri creatori, per quem omnia conditor ipse operatur. Et non poterit quis comministri ac profere propriè appellari patris & propriè filii intelligentiam, ex filiis qui communi modo sic appellantur: alicui sic multi erunt filii Dei, cum dicat: Filios genui & exaltaui, ipsi verò me reprobauerunt. Et hoc: Nonne pater vnus omnium nostrum? & Quicumque receperunt ipsum, dedit eis potestatem filios Dei fieri: qui non ex voluntate carnis, inquit, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et præterea de inanimatis, Qui genuit glebas rotis. Nam per hæc amplius confirmabitur, ipsum non esse filium communi modo: sicut neque hæc, verum creaturam esse velut hæc, & appellationis filii solum participem esse. At verò Ecclesia credit, quòd Deus non solum est creator creaturarum: hoc enim & Iudæi & Græci sciunt: sed quòd etiam pater est vnigeniti, non solum habens creandi actionem, ex qua creator intelligitur: sed etiam priuatim & vnice generandi, iuxta quam pater vnigeniti nobis intelligitur. Hoc enim docens nos beatus Paulus scribit: Huius enim gratia factò genui mea ad Patrem, ex quo omnis patrum familia in cælo & in terra nominatur. Sicut enim hi qui secundum propriarum essentiarum similitudinem filios habent, sic & pater in cælis nominatur (à quo patres in terra secundum essentiam nominati sunt) secundum similitudinem suæ ipsius essentiæ: penitus ex ipso genitum filium habens. Et non potest intelligentia de his qui abusuè & æquiuocè filii dicuntur, vnigeniti conuenire. Quemadmodum enim pyxis propriè dicitur vasculum, quòd ex buxo factum est: communis verò & abusuè ab illo appellatur pyxis, etiam quòd ex plumbo, aut ære, aut aliqua alia materia paratum est. Neque igitur sicut qui genuit glebas rotis, hoc ipsum est essentialiter: abusuè enim hic de creatura, genitoris vox assumpta est. Neque sicut hoc, filios genui & exaltaui: nam & hic abusuè à benevolentia ac honore cognominati sunt. Neque sicut hoc, Dedit eis potestatem filios Dei fieri: nam & hoc secundum virtutem ac imitationem creaturæ acceptum est, ita vnigenitus intelligitur. Sed propriè sicut solus ex solo similis secundum essentiam ex patre, cuius & nominatus & intellectus est, genitus filius. Si verò propter ratiocinandi impotentiam non habeat quis ratiocinationem, & statuat sic intelligendum velut passionem aut diuisionem aut defluxum sustinerit pater, & fidem repellat, aut ab his qui piam de patre ac filio intelligentiam proponunt, rationem exigat, ab hoc expectanda est ratio, quomodo Deus crucifigitur: & quomodo stulticia Euangelicæ prædicationis, eo quòd citra ratiocinationes, apud eos qui sibi & in mundo sapientes videntur sentes, contingit: sapientior hominibus est, quorum nullam rationem habet beatus Paulus, nam per potentiam à syllogismorum arte alienam, stultam fecit sapientiam eorum qui syllogismis concludere possunt. Dixit enim: Veni annuncians vobis mysterium Dei, non in sapientia sermonis, vt ne inanis reddatur crux Christi. Qui igitur in sapientia sermonis exigit mysterium cum infatuata sapientia partem habens, ei ne habeatur fides velut suspecto circa mysterium, quando etiam ille non confidit in sapientia sermonis, Paulus inquam, vt ne inanis reddatur crux Christi. Si verò in his respondet, non in sapientia dicendi, sed stulticiam omnem ratiocinandi sapientiam redarguens, per potentiam ratiocinationis exortem, solam fidem accipit ad salutem eorum qui prædicationem suscipiunt, neque respondet quomodo pater citra passionem generat filium, vt ne inane reddatur mysterium filiationis vnigeniti ex patre, sed infatuatam sapientiam prudentium, velut scriptum est: Vbi sapiens, vbi scriba, vbi inquisitor huius seculi, redarguit non in sapientia sermonis, vt ne propter suspectas ratiocinationes inanis reddatur pia intelligentia de Patre & Filio, sed citra passionem patrem & filium. Patrem quidem ex seipso genuisse absque defluxu & passione filium, filium verò similem & secundum essentiam ex Patre, perfectum ex perfecto, vnigenitum substituisse, credentibus aut suspectis citra ratiocinationem prædicabit. Absurdum enim est, eum qui audit ex sapiente Deo productam sapientiam, qui Deus sapienter nouit genitæ ex seipso sapientia patere esse, cogitare passionem circa sapientiam subsistere, si debet ex ipso secundum essentiam similis sapienti sapientia subsistere ac produci. Si enim neque sapiens Deus participabit sapientia, compositè sapiens nobis intelligitur. At in compositè ipse est sapiens, est essentia: neque sapientia amplius filius deinceps intelligitur. At sapientia essentia est à sapientia essentia, hoc est sapientia essentia filius subsistens, similis erit & secundum essentiam sapientis Patris, à quo substitit productus sapientia ipse Filius. Quapropter etiam toler beatus Paulus probè in Hebraica lingua cruditus, ab eodem Spiritu qui in veteri ac nouo

Filii Dei multi.

pyxis significatio

ac nouo Testamento locutus est easdem intelligentias trahere, velut à duobus Psalmis, ab eo qui dicit: Iudicia tua abyssus multa: & ab hoc, Semitæ tuæ in aquis multis, & vestigia tua non cognoscuntur: A Paulus loquens quosdam scripserunt. Semitæ tuæ in aquis multis, & vestigia tua non cognoscuntur, imperuestigabiles ponens: pro, Iudicia tua abyssus multa, imperuestigabiles iudicia tua dicens. Sic etiam ipsa sapientia habitatio ne excepi consilium, &c. & transierit ad sermonem per quem, Dixit enim per me reges, & hoc, Si annunciauero vobis ea quæ per me facta sunt, recordabor vt ea quæ ab æterno sunt, enumerem, & dixit, Dominus creauit me principium viarum suarum in opera sua, ante seculum fundauit me: ante omnia genuit me: pro voce Principium, accepit Apostolus vocem primus: pro Genuit me, partus: pro toto simul, Creauit me principium viarum suarum, & genuit me primogenitus omnis creaturæ. Verum pro fundauit, in ipso creata sunt omnia: propter me facta sunt, quæ ab æterno sunt, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum & in ipsum creata sunt. Omnibus igitur apostolicis ad verbum correspondentibus ad ea quæ à Sapientia dicuntur, hoc est voce principium, ad primus: & genuit, ad primogenitus: & creauit me principium viarum suarum in opera sua, ad primogenitus omnis creaturæ: pro fundauit me, in ipso creata sunt omnia: pro per me, per ipsum. Manifestum est autem, quod etiam imago non deest, sed pro Ego sapientia, accepta est. Et sicut Sapientia sapientis filius, essentia essentia est, sic imago essentia similis est. Quapropter etiam intelligitur imago Dei inuisibilis, qui est filius. Et habemus correspondentes omnes dictiones, pro sapiente, Deus: pro sapientia, imago: pro principio, primus: pro genuit, partus: pro toto simul dicimus autem, pro Creauit me principium viarum suarum in opera sua, & genuit me Primogenitus omnis creaturæ: pro fundauit me, in ipso creata sunt: pro per me, omnia per ipsum & in ipsum. Et manifestum est, quod imaginem audientis filium Dei inuisibilis, & sic impudenter cauillari similitudinem secundum essentiam filii ad patrem conantes, velut in omnibus aberrantes redarguit non solum Paulus, sed etiam ante hunc Ioannes reuera tonitruum filius per propriam suam grandiloquentiam, velut ex quibusdam nubibus, ea sapientia ænigmatibus, piam nobis de Filio intelligentiam, iuxta similem modum persuasit. Vide enim mihi, quod etiam ipse quæ edoctus est à sapientia, ea in Euangelio ab ipso nobis prædicato tradidit. Cum enim Sapientia dixerit, Creauit me principium viarum suarum: principium exposuit, dum dixit, In principio erat Verbum. At pro Creauit me, dixit, Et Deus erat Verbum: vt ne in prolatione, sed in substantia solida passionis exortem ex Patre Deum Verbum intelligamus: pro Eram apud ipsum, apud Deum: pro Me facta sunt, quæ ab æterno sunt, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est: pro Fundauit, In ipso vita erat: Cui par est, In ipso creata sunt omnia: pro Verbum caro factum, Sapientia ædificauit sibi domum: pro Eram apud ipsum gubernans, Non potest Filius facere à seipso quicquam, nisi videat Patrem facientem. Quæ enim ille facit, ea etiam Filius similiter facit. Quare habemus illud dictum, In ore duorum aut trium testium: ad demonstrationem similitudinis Filii ad Patrem secundum essentiam: primus enim sapientis sapientiam Filium: alter Dei verbum vnigenitum Deum: tertius Dei filium imaginem dicit, vt Deus Verbum, & Sapientia, & imago, similis ex omnibus, quemadmodum antea dictum est, & secundum essentiam filius Dei & patris ab omnibus prædicetur. Insuper verò adhuc amplius velut Thomam, per actionis contrectationem, ad similitudinem secundum essentiam Deus Verbum nos adducit, dicens: Sicut Pater habet vitam in seipso, sic etiam filio dedit vitam habere in seipso. Si enim hoc, Sicut Pater habet, non velut in alio intelligitur. Non enim aliud est Pater, & aliud vita in ipso, vt aliud continens, aliud contentum intelligatur, sed ipse in compositè est vita Pater. Et sicut habet ipse, ita dedit etiam filio, nimirum in compositè sicut Pater. Et manifestum est quod sic habet, quoniam non ingenito modo habet, neque compositè habet, similiter omnia secundum essentiam, & in compositè sicut Pater: cum clarum hoc sit, quod simile nunquam idem esse potest cum eo cuius est simile. Quæ res vel hinc demonstratur, quod in similitudine hominum factus est filius Dei, & factus quidem est homo, non autem per omnia idem quod homo. Et in similitudine carnis peccati fuit, ac fuit quidem in affectibus, qui causa sunt peccati in carne, famis inquam, & sitis, ac reliquis, non fuit autem in idèitate carnis peccati. Quare etiam ex Apostolicis testimoniis similitudo secundum essentiam filii ad patrem prædicatur. Sicut enim in similitudine hominum factus, & homo erat, & non per omnia homo: homo quidem, eo quod carnem humanam assumpsit, nam Verbum caro factum est. Non erat autem homo, quoniam non similiter sicut homines genitus est, non enim ex femine & coitu. Ita etiam ante secula filius, Deus quidem est, eo quod filius Dei est: sicut homo, eo quod filius hominis non autem idè cum Deo & patre genitore sicut non idè cum homine, eo quod sine defluxu & passione, & sine femine ac voluptate. Et in similitudine carnis peccati, eo quod famè & sitim ac somnum in carne sustinuit, ex quibus affectibus mouentur corpora ad peccandum. Cum autem sustineret prædictos carnis affectus, non ex illis ad peccandum commouebatur. Sic etiam filius existens Dei, & in forma Dei existens, & æqualis Deo existens, proprietates quidem habuit deitatis secundum essentiam incorporeus existens, & similis patri secundum deitatem, & incorporaliter atque actionem quemadmodum similis carni, eo quod caro esset, & affectus carnis sustineret, non tamen idem esset: prout Deus erat, neque forma est dei, sed deus: neque æqualis est Deo, sed Deo: neque principaliter velut pater, quemadmodum non ad peccandum homo, sed similiter actione velut homo. Quæcumque enim fecerit

Proverbia loquens à Paulo mutat s.

Ioannes filius tonitruum.

Proverbia loquens à Ioanne mutatus expressus

Similitudinis ratio.

Homo non homo Christus.

fecerit Pater, ea & Filius similiter facit. Quemadmodum sanè hic non ad peccandum, sed similiter his qui in carne sunt commouebatur. Nam absurdum est, ab eo quidem quod secundum naturam est, ipsum venire ad hoc, quod præter naturam est: hoc est, à Deo factum filium hominis, similem fieri his qui sunt secundum naturam, id est natura hominibus, in suo ipso quod habet præter naturam. In suo verò quod habet secundum naturam, non esse similem ipsum Patri secundum naturam, qui ex Deo Deus genitus est. Et manifestum est, quod qui non secundum essentiam dicunt similem Patri filium, neque filium dicunt, sed creaturam solum: neque Patrem patrem, sed creatorem: quum ipsius vocis similis intelligentia ac significatio, non ad identitatem Patris ducat, sed ad similitudinem secundum essentiam & ad inenarrabilem ex ipso citra passionem, generationem ac natiuitatem. Quemadmodum enim (repeto sermonem) in similitudine hominum, & in similitudine carnis peccati, non ad identitatem hominis ducatur, sed ad carnis essentia similitudinem, propter prædicta: sic neque filius similis secundum essentiam existens genitori Patri, ad identitatem Patris suam ipsius essentiam ducet, sed ad similitudinem. Et si quis sapientia mundi adductus, quam Deus in seruaauit, non attendit in sapientia sermonis prædicationi, & cum fide confessus fuerit similitudinem secundum essentiam filii ad Patrem, velut falso dicens Patrem & Filium, & neque Patrem dicens verè, neque Filium, sed creatorem & creaturam, & communem faciens Patris & Filii intelligentiam in reliquis creaturis, & cauillari volens, siue ob utilitatem, siue magnitudinis excellentiam, primum esse creaturatum, & nullam reconstitens ecclesiasticam fidem in Patrem ac Filium, velut qui aliud quàm quod Apostoli nos docuerunt Euangelium, prædicare vult, anathema sit. Et sicut iuxta beatum Paulum antè diximus, etiam nunc rursus dico repetè que, ac necessariò pronuncio. Si quis sapientem solum audiens Patrem, etiam sapientiam vnigenitum huius filium ipsum esse dixerit, sapientiam soli sapienti, tollens esse filium, anathema sit. Et si quis sapientem audiens Patrem, & sapientiam filium ipsius, dissimilem dixerit secundum essentiam sapientiam sapientis Dei, velut non dicens sapientem sapientiam verè patrem, anathema sit. Et si quis Deum intelligens Patrem, ipsum verò in principio Verbum & Deum hunc, dixerit apud Deum Verbum ac Deum, ipsi Deo apud quem Verbum & Deus, velut non dicens verè filium, anathema sit. Et si quis vnigenitum Dei Verbum filium audiens Dei, apud quem Verbum & Deus, dissimilem dixerit secundum essentiam Deum Verbum patris, & Deum Dei ac patris, apud quem vnigenitus in principio erat Deus Verbum, velut non dicens verè filium, anathema sit. Et si quis imaginem audiens filium Dei inuisibilis, idem dixerit imaginem cum Deo inuisibili, velut non confitens verè filium, anathema sit. Et si quis imaginem audiens vnigenitum filium inuisibilis Dei, dissimilem dixerit secundum essentiam filium qui est imago Dei inuisibilis, cuius imago etiam secundum essentiam intelligitur, velut non verè dicens filium, anathema sit. Et si quis audiens filium dicentem, Quemadmodum enim Pater habet vitam in seipso, sic etiam filio dedit vitam habere in seipso, idem dixerit eum qui accepit à Patre vitam, & confiteretur hoc, Et ego viuo propter Patrem, cum eo qui dedit, anathema sit. Et si quis audiens hoc, Sicut enim Pater vitam habet in seipso, sic etiam filio dedit vitam habere in seipso, dissimilem dixerit secundum essentiam Filium Patri, contestans quod sic se habet, velut dixit, anathema sit. Manifestum enim est, quod vita quæ in Patre intelligitur, essentiam significante, & vita vnigeniti, quæ ex Patre genita est, essentia intellecta: vox sic, similitudinem essentia ad essentiam significat. Et si quis hoc, Creauit me: & hoc, Genuit me: de ipso audiens, genuit me non de ipso secundum essentiam intelligit, sed idem dixerit, Genuit me, cum creauit me: velut non dicens filium citra passionem perfectum, ex duobus nominibus, nempe Creauit me, & Genuit me, creaturam solum confitens, & non amplius filium, velut sapientia ex duobus piè intelligentiam tradidit, anathema sit. Et si quis dum filius secundum essentiam similitudinem ad suum patrem nobis reuelat, dum ait: Sicut enim Pater vitam habet in seipso, sic etiam filio dedit vitam habere in seipso, & secundum actionem similitudinem, dum dicit, Quæcumque enim Pater fecerit, ea & Filius similiter facit, solam secundum actionem similitudinem concesserit, & eam quæ secundum essentiam est, quæ præcipua fidei nostræ pars est, à Filio abstulerit, velut seipsum priuans vita æterna, quæ in cognitione Patris & Filii est, anathema sit. Et si quis in Patrem & Filium credere profitens, Patrem non essentia similis ipsius patrem dixerit, sed actionis, velut profanas inuouationes contra essentiam filii Dei loqui audens, & verè filium esse tollens, anathema sit, Et si quis Filium similem secundum essentiam intelligens, illius cuius etiam intelligitur Filius, aut idem dixerit cum Patre Filium, aut partem Patris, aut secundum defluxum ac passionem, velut corporales filios, incorporalem filium ex incorporali patre productum substituisse, anathema sit. Et si quis eo quod Pater nunquam Filius intelligitur, & Filius nunquam Pater intelligitur, aliud dixerit Filium à patre, eo quod Pater aliud est, & aliud Filius, velut dictum est, Alius est qui testimoniū præbet de me: & Testatur, inquit, qui me misit Pater: propter hæc, quæ piè in Ecclesia intelligitur, proprietatem personarum Patris & Filii, timebimus ne fortè idem intelligatur Filius cum Patre, dissimilem dixerit secundum essentiam Filium Patri, anathema sit. Et si quis in tempore Patrem, patrem vnigeniti filii intelligit, & non super tempora, & omnes humanas cogitationes credit vnigenitum filium ex Patre citra passionem substituisse, velut transgrediens apostolicam prædicationem: quæ tempora quidem de Patre ac Filio reprobatur, si deliter autem nos hoc docet: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, anathema sit. Et si quis Patrem tempore seniore dixerit Filio ex ipso vnigenito, iuniorè verò tempore filium Patre, anathema sit. Et si quis temporis exortè vnigeniti Filii ex Patre substantia, ad ingenitã Dei essentia referat, velut Filio patre dicès, anathema sit. Et si quis potestatem sola Patrem dixerit vnigeniti Filii, & non potestate simul & essentia Patre vnigeniti Filii, velut solam potestatem

restatem accipiens, & ipsum ad reliquas creaturas communem faciens, & non dicens verè ex Patre genuinum Filium, anathema sit. Et si quis potestate & essentia dicens Patrem, Patrem filii, coessentialem autem aut eiusdem essentia cum Patre Filium dixerit, anathema sit. Et sunt qui subscripserunt, Basilus, Eustathius, Hyperechius, Leroius, Heorticus, Gymnasium, Memnonius, Euryches, Severinus, Eurychius, Alcimedes, Alexander. Sic credo, & velut præscriptum est, etiam per subscriptionem confiteor.

Hætenus Basilii & Georgii communefactio.

Essentia vocabulū

Essentia nomen nudo modo in veteri ac nouo Testamento non habetur, sensus autem & significatio eius ubique habetur. Et primum in his quæ Deus Moysen mittens, dixit: Sic dices ad filios Israel, Qui est, &c. velut de eo qui primario pater intelligitur, ex quo omnis patrum familia in cælo & in terra nominatur, qui neque ex aliquo est, & his quæ sunt, ut sint causa est. Quandoquidem verò & filius est qui est, accepit hoc ex Evangelio secundum Ioannem dicentem, In principio erat Verbum: & occasionem reperit Paulus Samosatensis, & Marcellus, non amplius dicentes filium Dei filium verè, sed prætextu ex voce Verbum arrepto, verbum & sermonem ex ore voluerunt dicere filium Dei: ideoque coacti sunt patres qui Paulum Samosatensem condemnarunt ob talem opinionem, quo ostenderent quod Filius substantiam haberet, & existens est: & est qui est, non autem verbum ex ore est, essentiam dicere etiam Filium, differentiam eius quod per se ipsum existit, & eius quod non existit, essentia nomine ostendentes. Nam Verbum per se ipsum nullam substantiam habet, & non potest esse filius Dei: alioqui multi sic erunt filii Dei. Multa enim confiteretur Pater loquens ad Filium, cum dicit: Fiat firmamentum, fiant luminaria, producat terra, & faciamus hominem. Quare Pater ad Filium loquitur: & verba quidè Dei quæ loquitur ad Filium, non sunt Filii. Verum Filius ad quem loquitur Pater, cum aliis piè appellatur panis, & vita, & resurrectio. Insuper & Verbum nominatur, quoniam interpretis est voluntatū Dei. Itaque ut ne hæretici decipientes simpliciores, dicerent Filium idem cum verbis quæ loquitur Deus, patres differentiam filii Dei ad verba Dei ostendentes, Filium essentiam vocauerunt: ita differentiam declarantes, quod Deus est qui est, & verba quæ loquitur sunt, sed non essentia Dei, verum vocales actiones. At filius Verbum existens, non est vocalis actio Dei, sed filius existens, essentia est. Si enim Pater est qui est, & filius est qui est, est autem sic Filius, velut qui ex Deo ingenuè ipsum esse habet: Verbū intelligitur filius, non velut verba quæ Deus loquitur. Illa enim ipsum esse in loquente habent, hic verò ex eo quod ex Patre genitus est, & Patrem audit, & Patri ministrat, ipsum esse habet. Hanc igitur substantiam patres vocauerunt essentiam. Similem igitur intelligimus Filium Patri per omnia, pugnatè & aduersus hanc quæ nunc exorta est in Ecclesia hæresim. Nam præfens hæresis iuxta voluntatem & actionem pronunciat esse similem Filium Patri, iuxta essentiam verò dissimilem esse Filium Patri. Quare confirmatur à præsentibus nouis hæreticis, quod voluntas quidem Filii, & actio Filii, similis est voluntati Patris, & actioni Patris. Ipse autem Filius dissimilis est Patri. Et propterea voluntarem quidem Filii, & operationem similem esse voluntati ac operationi Patris, Filium autem non volunt similem esse Patri. Quoniam affirmant non esse ex Deo genitum Filium, sed solum creaturam esse ipsum: & huc differre à cæteris creaturis, quod præminet magnitudine, & quod primus omnium productus substitit, & quod ministro ipso vsus est Deus ad reliquorum opificium. Nam, inquit hæretici, alia quidem per Filium Deus fecit, ipsum autem non per aliquem, sed ipse ipsum per se fecit, & præminetem magnitudine & potentia omnibus fecit. Et propterea ipsum vocauit vnigenitum filium. Nos verò qui de catholica Ecclesia sumus, & ex diuinis Scripturis confessionem fidei accepimus, sic habemus: Quod Pater similis sibi ipse filii est pater, & Filius similis est Patri, ex quo Pater Filius intelligitur, ita ut nos amplius decernamus, atque sic mentem purgemus, velut aduersus Sabellios ac reliquos, quod neque filius potest pater, neque pater potest esse filius: sed Filius filius, & Pater pater, & non filius. In his enim est exacta sinceritas cognitionis personarum, quod Pater, pater semper existens, carnis exors est, & immortalis: Filius autem filius existens semper, et nunquam pater existens. (Semper autem dicimus propter temporis exclusionem, et substantia incomprehensibilitatem) carnem assumpsit iuxta voluntatem Patris, et mortem pro nobis sustinuit. His ita probè discretis, admirandi illi hæresis propugnatores, duo procurare student. Vnum quidem, ut non amplius dicant Patrem et Filium, sed ingentium et genitum. Et per hoc, hæresis commentum ac sophisma Ecclesie superinducere se putant. Intelligunt enim sapientes rerum diuinarum, ingentium minus esse quam nomen Patris. Nam vox Ingenitum, quod quidem non genitum est significat, nondum verò an & Pater est significat. At vox Pater, plus est quam nomen ingentium. In ingentio enim non apparet Patris potentia. Verum in nomine Pater, simul apparet quod non est Filius ipse Pater, simulque propriè intelligitur Pater, & quod causa est similis sibi ipse filii. Atque vnum quidem hoc est. Alterum verò, quod cum antea scripserint dissimilem secundum essentiam Filium Patri, & putarent se condemnare Ecclesiam per literas quas à venerando episcopo Osiã venati essent, in quibus dissimilis secundum essentiam habetur, postquam rediissent illi ex Oriente ad Sirmium collegerunt & hoc huius hæresismi maleficium, ut ne pœnas darent ob facinora in Orientalem fidem perpetrata: & conati sunt essentia nomen, quod in vsu patribus est, propter prædictas causas tollere ex ecclesiastica doctrina, quo etiam hac parte hæresim suam corroborare viderentur. Opinati enim sunt, quod si essentia nomen eiectum esset, iuxta voluntatem solum, & iuxta actionem, similem Patri Filium dicentes: potestatem se habituros, dum essentia non nominaretur, de cætero dissimilem dicere secundum

Verbi ad Verbi differentia.

Creatura quomodo dicatur filius Dei ab hæreticis.

Ingeniti ac geniti voces cur excogitata.

dum essentiam, & iuxta ipsum esse, Filium Patri. Attamen vindex veritatis Deus, qui deprehendit sapientes in vafria ipsorum, cognitionem vnigeniti sui, & Filium per omnia similem esse Patri, coram pio rege audacter locutus est. Sic enim & ipse sentiebat pius existens propugnator suo vnigenito filio Dei. Et sic sentiens pio ore decreuit, per omnia, velut nos catholici credimus, similem esse Filium Patri: & ut per ipsum non procederet infidæ contra ecclesiasticam fidem constructæ, quæ tollere volebat essentia nomen: quo dum ore non diceretur essentia, de cætero in cordibus latitas hæresis pasceretur. Verum ipsos antea deprehendimus scripsisse, similem secundum voluntatem, dissimilem verò secundum essentiam. Quare si integrè & purè per omnia similem confitentur, vanus redarguitur ipsorum conatus, qui moliti sunt essentia nomen tollere. Nihil enim lucrifecerunt, coacti confiteri Filium Patri per omnia similem. Si enim per omnia, velut confessi sunt, similis est, sicut sanè est filius patri similis: non secundum voluntatem & operationem solum similis est, velut ipsi decernunt, sed secundum existentiam, & iuxta substantiam, & iuxta essentiam velut filius: & in summa, per omnia, omnia completur, & nullam differentiam admittit: ita ut confiteamur neque ipsum sibi ipsi similem esse patrem, neque filium ipsum sibi ipsi similem esse: sed filium esse similem patri: & in eo quod per omnia similis est patri, filium esse, & non patrem: ex quo patre perfectus ex perfecto, ante omnem intelligentiam & omnes ratiocinationes temporæ ac seculæ, ex patris similitudine genitus, sicut nouit solus pater, qui ex seipso ipsum citra passionem genuit, & filius qui ex ipso ipsum esse habet, & cui ipse reuelabit, in sui speculatione exhibens nobis, ut patrem ipsius dignè intelligamus. Et ne perturbet aliquos substantiarum nomen, propter hoc enim substantias orientales dicunt, ut proprietates personarum substantiantes & existentes notas faciant. Si enim Spiritus est pater, Spiritus etiam filius, Spiritus etiam Spiritus sanctus: non intelligitur pater filius, substitit autem & Spiritus, qui non intelligitur filius, & qui non est Spiritus. Substitit autem & Spiritus sanctus, & non est Spiritus sanctus, neque pater, neque filius: sed Spiritus sanctus ex patre, qui per filium datur meritò substantentem et existentem: proinde proprietates personarum substantiarum substantias nominant orientales, non tres substantias, tria principia, aut tres deos dicentes. Desertant enim, si quis tres deos dicit. Imò neque patrem & filium duos deos dicunt. Confitentur enim vnam esse deitatem, continentem per filium in Spiritu sancto omnia. Confitentur vnam deitatem, & vnum regnum, & vnum principium. Attamen personas in proprietatibus substantiarum piè notas reddunt, patrem in paterna autoritate substantentem, intelligentes etiam filium, non partem esse patris, sed purè ex patre perfectū ex perfecto genitum, & substantentē cōsistentes. Et Spiritum sanctum, quem diuina scriptura paraclerum nominat, ex patre per filium substantentem notificat. Veluti enim paraclerum spiritus veritatis docet nos veritatem, quæ est filius: Nemo enim dicit, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto: sic etiam Filius, qui est veritas, verum Deum suum patrem nos piè nosse docebit, quemadmodum dicit: Qui vidit me, vidit Patrem. Igitur in Spiritu sancto Filium dignè intelligimus. In filio verò vnigenito Patrem piè ac dignè glorificamus. Et hoc est sigillum fidei, in quo sigillo baptisari præcepit Saluator & Dominus noster Iesus Christus, dicens: Euntes docete omnes gentes, baptisantes ipsos in nomine Patris & Filij ac Spiritus sancti. Equidem de Filij similitudine ad Patrem per omnia, diffusus alibi dictum est. Sed neque nunc breuibus indicare cunctabimur, quod apostolus imaginem inuisibilis Dei Filium dixit, & in hoc docuit quod Filius similis est Patri: alibi vero quomodo Filium intelligere oportet, tradidit. Nam in epistola ad Philipenses dixit: Qui in forma Dei existens, non rapinam arbitratus est, quod esset æqualis Deo: sed inaniuit se ipsum, forma serui accepta, in similitudine hominum constitutus. Et in epistola ad Romanos: Impotentiam enim legis, in eo quod imbecillis erat per carnem, Deus proprio filio misso in similitudine carnis peccati explenit, & de peccato condemnauit peccatum in carne. Quare ex duobus testimonijs, ex duabus epistolis, à corporali piè etiam de similitudine intelligentiam in incorporali, de Patre ac Filio nos edocemur. Nam hoc, Forma serui accepta: & hoc, In similitudine hominum constitutus: ostendit quod ex virgine carne suscepit. Igitur caro quam suscepit filius Dei, eadem quidem est cum carne hominum verum in similitudine hominum est: quoniam non ex semine velut homines, neque ex cubili viri genitus est. Sicut iuxta similem modum etiam Filius spiritus existens, & ex Patre spiritus genitus, iuxta hoc quidem quod spiritus ex spiritu est, idem est: velut caro ex carne Mariæ est. Verū iuxta hoc quod citra defluxum & passionem ac partitionem ex Patre genitus, similis est Patri. Et non ipse secundum carnem filius, in similitudine hominū est, & non ipse per omnia homo. Igitur per epistolā ad Ephesios docuit nos, quomodo substantia Filij similis est substantia Patris: Spiritus enim ex Patre, & iuxta spiritus quidem intelligentiam, idem: sicut iuxta carnis intelligentiam, idem. Non idem autem, sed simile, eo quod spiritus qui est Filius, non est Pater. Et caro cum Verbum suscepit, non est ex semine & voluptate, sed sic velut Euangelium nos docuit. Et per hæc sanè nos docuit, velut ante dictum est, quomodo Filius iuxta essentiam suam, & substantiam essentia suæ, similis est per omnia Patri. Quomodo autem similis est iuxta voluntatem & actionem ac opera, per epistolam ad Romanos, ubi dixit: In similitudine carnis peccati, condemnauit peccatum in carne. Quæ enim eadem caro erat quam suscepit filius Dei, cum carne peccati, & similiter concitabatur ad famem & sitiam ac somnum, velut omnis caro, ea ex his ad peccandum non commouebatur. Quapropter dictum est, In similitudine carnis peccati. Id quod simile est huic, Quæ enim Pater, hæc & Filius similiter facit. Pater enim spiritus existens, authenticè facit: Filius verò spiritus existens, non authenticè facit sicut Pater, sed similiter. Igitur prout caro & caro, idem est: sicut inquantū spiritus & spiritus, idem est: inquantū verò sine semine, sanon idem, sed simile. Sicut inquantū sine defluxu & passione filius, non idem, sed simile est. Et prout

Constantini. Pictas.

Substantiarum nominis ratio.

Similitudinis Filij ad Patrem ratio.

Idētitatis ac similitudinis ratio expref

quidem caro & caro, idem: sicut prout spiritus & spiritus idem. In quantum verò in similitudine carnis peccati, similis est carnis motibus, & non idem. Quemadmodum sanè in similitudine motus Filius ministeri modo, & non idem sicut Pater autenticè. Quæ enim Pater facit, eà Filius non sic ipse facit, sed similiter, Et manifestum est ex his, quod per omnia Filius similis est Patri, velut Filius Patri ex ipso genitino modo genitus. Nam absurdum est, filium Dei ante secula existentem, & secundum naturam existentem Deum, quando præter naturam suam ex Maria factus est homo, similem fieri ipsum hominibus secundum naturam, in suo ipsius quòd habet præter naturam: præter naturam enim erat ipsi qui Deus erat, ut homo fieret: in suo verò quod habet secundum naturam, non esse ipsum similem Patri genitori. Si enim in suo quod habet præter naturam, similis est his qui secundum naturam: multo magis similis est in suo quod habet secundum naturam, Patri qui ipsum ingenuè genuit. Quare similem esse per omnia filium Patri, propositum est in Scripturis. Similis est autè, velut docuit nos similis intelligentiam Apostolus, per ea quæ relata sunt. Similis enim est & in quantum vita ex vita, & lumen ex lumine & verus ex vero, & sapientia ex sapiente. Et in summa, est similis secundum Scripturas, non iuxta actionem ac voluntatem solum, sed secundum ipsam essentiam & substantiam ac existentiam, similis est per omnia patri genitori, velut filius patri. Si verò noui illi ac vani hæretici disputantes contra nos ingentium dicunt & genitum, dicemus ad ipsos: Quandoquidem vos malefici essentia nomen, quod patres in vfu habent, velut non scriptum non admittitis: neque nos Ingenti vocem in Scriptura non ex tantem recipimus. In corruptibilem enim, & inuisibilem, & immortalem, dicit Apostolus, nunquam autem ingentium ipsum nominavit Scriptura. Deinde velut dictum est, Ingentium nondum significat patris intelligentiam, & genitus nondum significat propriè filium: sed omnia genitum commune facit intelligentiam. Qui enim dixit genitum, quod quidem genitus est significavit: nequaquam verò filium qui sempiternè intelligitur, declaravit. Quapropter sempiternè intelligentes filium Dei, hoc non recipimus. Ad hæc, Pater & Filij nomen, cognationem ad aliquid & relationem significat. Quare etiam si Patrem solum nominemus, habemus in nomine subintellectam notionem Filij. Pater enim filij pater dicitur. Et si filium solum nominauerimus, habemus notionem patris, quia filius patris filius dicitur. Hæret enim alterum ex altero, & non dirimitur cognationis habitus, sed & alterutrum solum dictum conducit alterius intelligentiam: & non nomen solum, sed cum nomine etiam naturæ consortium: patrem enim intelligentes Deum, Dei patrem intelligimus: & filium intelligentes Dei, Deum intelligentes relatum filium Dei, & similem illi secundum naturam, cuius intelligitur filius. Ingentium verò non dicitur geniti ingentium, neque genitum ingenti genitum. Quandoquidem igitur neque muram inter se relationem habens ingenti voces, neque simul naturam ostendunt: verum commune faciunt filij proprietatem ad reliquas creaturas: non suscipimus eas voces propter insidias ad impietatem tendentes, sed semper patris & filij nomine piè utemur. Primum quidem quod qui ex gentibus vocati sumus, non baptisati sumus in ingentium & genitum, sed in patrem & filium. Deinde quod nusquam reperitur, quòd filius suum patrem dixerit ingentium, sed semper patrem dixit Deum, & semper se ipsum filium Dei. Atque hoc ipsum paucis indicabimus, audientes ipsum dicentem: Si diligereis me, gauderetis vbique, quia vado ad patrem meum. Et, Quem pater sanctificauit & misit in mundum. Et, Mihi ita scimini, quia dixi, Filius Dei sum. Et, Ego ex patre exiui, & venio: exiui ex patre, & veni in mundum: rursus relinquo mundum, & eo ad patrem. Sed & Petri confessio est, Tu es Christus filius Dei. Et pater ex supernis dixit, Hic est filius meus dilectus. Et propterea quandoquidem sic pater filij meminit, & filius patris, & in his nominibus (repeto sermonem) ob signati sumus, his etiam semper utemur, repulsis profanis vocum vanitatibus contra apostolicam fidem. Nam quod à patre dictum est, In splendoribus sanctorum, ex vtero ante luciferum genuit: necessariò dictum est, & abducat à communitate ad creaturas filium, parte ex ipso genuinum & propriè genitum filium, per vteri nomen docente, Sicut similiter etiam filius, Dominus creauit me, dixit, Et ut nouatam ipsius ad reliquas creaturas naturam putarem, necessariò intulit, Ante omnes verò colles genuit me piam & passionis exortem filiationis suæ ex Deo patre intelligentiam declarans. At semel quidem pater, & semel filius, propter prædictam piam ingenuitatem Dei, Genitum vocem nobis proposuerunt. Verum totum nouum Testamentum plenum est patris & filij nominibus. Quo verò ex propriis cognoscantur hi qui hæresim hanc nouarunt, ex multis ab ipsis in hoc argumentum conscriptis, paucapet longum annotauimus, ex quibus catholici totam hæresis sententiam edocti, necessariò arbitrariò dicabunt, eos qui hæc scripserunt, detestari ipsa, & ipsos sua ipsorum reicere ab Apostolica fide: detestari item ac anathemate ferre eos, qui eadem cum ipsis sentiunt ac docent. Scribunt enim ipsis verbis sic: Nam ut impertirem vobis optima in Deo verba, atque hæc breuibus, maximè proposui. Quicquid enim similitudinem secundum essentiam filium cum patre conseruare opinantur, extra veritatem progrediuntur, per ingenti appellationem accusantes similem secundum essentiam. Et rursus dicunt Filius verò minor natiuitate & est, & esse confessum est: non ergo similitudinem secundum essentiam conseruat ad ingentium, verum conseruat ad ingentium, verum conseruat in propria substantia, ferens Dei voluntatem. Igitur similitudinem conseruat non secundum essentiam, sed iuxta voluntatis rationem. Qualem enim voluit, produxit. Et rursus: Quomodo non etiam ipse mecum confiteris, quod secundum essentiam non est Filius similis Patri? Et rursus: Quando tanè in confesso est, Filius sine carens, non ex propria natura vitam habens, sed ex ingenti potestate. Verum ingenta natura infinite superi est omni potestate. Quomodo manifestos faciunt se ipsos impii, pro similitudine essentia diuersitatem, essentia immutantes ac prædicantes. Et rursus, Quapropter nomen Pater essentia significationem non habet,

Patris & filij nomē ad aliquid est.

Ingenti & geniti appellationes reprobate.

Exēplar alterius epistolæ Seruariarum.

habet, sed potestatis quæ produxit filium ante secula Deum Verbum, quam habet infinite ipsi donatam & quam essentiam ac potestatem habens perseuerat. Et rursus: Essentia significantiam volunt esse vocem Pater, sed non potestatis. Itaque Patris nomine appellent etiam vngenti substantiam. Dicimus nunc ad præfentes hæreticos: Quia vos scripsistis similem secundum voluntatem, dissimilem secundum essentiam: ideo nos contra scripsimus, quod similis non secundum imitationem solum est, sed etiam secundum essentiam. Quandoquidem igitur primi vos essentia mentionem fecistis, dissimilem secundum essentiam dicentes: & propterea conamini ut tollatur nomen essentia, quo iuxta voluntatem solum similem esse Filium dicatis: si verè assentimini per omnia similem esse Filium Patri, de testamini eos qui differentiam similitudinis proferunt, & scribite sic: Si quis non per omnia similem dixerit Filium Patri, sicut Filium Patri: sed iuxta solum voluntatem similem dixerit, iuxta essentiam verò dissimilem, is anathema sit. Et postea si volunt essentia nominis mentionem facere, & reprobant suas ipsorum subscriptiones: essentia mentionem vbique facientes, confiteantur etiam quæ tradita sunt à patribus, non solum secundum voluntatem, sed etiam iuxta essentiam & substantiam ac existentiam per omnia semel similem esse Filium Patri, velut Filium Patri, quemadmodum diuina dicunt Scripturæ. Etenim in editam fidem, de eo quod similis est Filius Patri per omnia, sic subscripserunt: Ego Marcus episcopus Arethusa sic credo ac sentio, velut præscriptum est, & qui præfentes fuerant similiter. Valens verò sic: Quomodo quidem subscripsimus noctè illa scescentis pentecostes: præscriptam subscriptionem nouerunt qui præfentes fuerunt, & ipse pius rex, apud quem & scripto & citra scriptum testatus sum. postea verò quum suo more Valens subscripsisset, & in subscriptione apposuisset, similem filium patri: non autem apposuisset per omnia, & ostendisset quomodo assensus esset præscriptis, aut quomodo coessentialis vocem intelligeret: adnotauit hunc pius rex, & cogit ipsum addere, per omnia: quod etiam addidit Basilius. Suspiciens itaque Valens Basilius ipsum hoc, per omnia, ex propria sententia apposuisse, festinauit etiam ipse hoc arripere, secumque ad Synodum in Arimino deferre. Subscriptum autem sic: Ego Basilius episcopus Ancyræ, credo ac consentio præscriptis, similem confitens Filium patri per omnia: per omnia verò, non secundum voluntatem solum, sed & secundum substantiam, & secundum existentiam, & secundum essentiam, velut filium, secundum diuinas scripturas spiritum ex spiritu, vitam ex vita, lumen de lumine, Deum ex Deo, verum ex vero, sapientiam filium ex sapiente deo et patre. Et in summa, per omnia similem filium patri velut filium patri. Et si quis secundu aliquid similem dixerit, velut præscriptum est, eum alienum esse à catholica Ecclesia, velut qui non dicit secundum diuinas Scripturas similem filium patri. Lecta est subscriptio, & data est Valenti, præfente Marco, Georgio, Vrsacio, Germano, Hypatiano, episcopis et presbyteris ac diaconis pluribus. Hæc epistolæ postpositæ sunt, ut vnusquisque studiosus & veram fidem requirens sciat, quòd non ex inani ferimur ad dicendum contra quosdam, sed ex veris confirmationibus procedere conamur. Itaque ad contentionem deuenerunt iidem rursus cum sodalibus suis, propter odia quædam & emulationem humanam rixantes inter se, & de principatu litigantes. Et fortificata est tunc pars horum semarianorum, Basilius in qua, & Georgij, ac syluani, & reliquorum, cum haberent secum carnis dextram, Constantium regem. Vicit tamè Eudogius, & Georgius Alexandrinus, & Euzoius Antiochenus. Et Basilius quidem ac Georgius Laodicæ depressi sunt, quamuis multum valerent. Ex quibus multi separati sunt ab eadem hæresiac synodo. Et diuisa est Arianorum congregatio in tres ordines. Acacius enim Palæstinus Cæsareæ episcopus cum Meletio & Vranio Tyrio, & Eutychio Eleutheropolita, propter emulationem & odium aduersus Cyrillum Hierosolymitanum, restitit Basilio, & Georgio Laodiceno, & syluano Tarfensi, Eleusioq; Cyzici, ac Macedonio Constantinopolita, & Eustathio sebastæ, & Aniano Antiocheno. Tunc his confirmatis contra ipsum, idem Acacius seipsum armauit, & multam turbam concitauit. Et inter se quidem eiusdem opinionis sententiam habuerunt: cum autem vnusquisque diuersimodè confiteretur, inter se ad contentionem progressi ac fissi, in prædictos tres ordines diuisi sunt. Nam Acacius cum suis coessentialem confitebatur, neque creaturam vnā ex creaturis. Et quāuis iidem essent, occultè verò propter temporis occasionem creaturæ vocem conticescerent, ipsi quidè toti fuerunt quales etiam Ariani: occultauerunt autem in illo tempore, nihil aliud sentientes quam hoc propter eos qui ipsis ammixti erant, natura quidem orthodoxi, verum hypocritæ, ut qui simularent regiam dexteram, & formidarent, haberentque inter se inimicitias, sua confirmare volentes. Eutychi enim Eleutheropolita, nimirum ut qui à beato Maximo Hierosolymita, confessor e ac episcopo fidè haberet manifestè orthodoxam: propter inimicitiam aduersus Cyrillum, non ammixtus fuit Acacio, orthodoxam quidem habens fidem vsque ad tempus, simulans autem ob proprium thronum: & alij plures Palæstinæ (propter quos Acacius cum suis instructus erat) eandem rabiem habentes, & infamiam malam fidem, tandem ad tempus nihil concitabant de his, neque confitebantur, neque negabant. Sed congressi in seleucia aspera appellata in Isauria, ex præcepto Constantij regis, aliam fidem edunt: non secundum eā quæ à patribus proposita est in vbe Niçæ, quæ rectè & bene ordinata est, sed simulatè velut per simplicitatem dicentes, Credo in vnum Deum patrem omnipotentem, & c. Et in filium Dei: simpliciter, nihil fortius locuti. Postea verò vtabulam suam agerent, dixerunt: Reuertimus vocem coessentialem, velut alienam à diuina Scriptura. Dissimilitudinem verò filij ad patrem anathemate ferimus. Et erat hæc fraudulentorum venatorum esca. Nam cum inter se conuersabantur, dicebant ac docebant, quòd creatura quidem est filius Dei, sed similis est patri, velut iuxta sententiam hanc, quæ inter homines recepta est. Exprimunt enim & plastæ statuas, & assimilant imagines ex auro & argento, & alia materia, aut per colores in ligno; & similitudinem habent, nihil autem iux-

Sinodus Ariminensis.

Arrianorum secta tres.

Seleucia aspera synodus. Fidei in seleucia edita exēplū

ra aequalitatem expressorum. Sic apud ipsos fraus erat, confiteri quidem similem patri, nihil autem habere de patris deitate in totum. Verum quidam ex his qui cum ipsis erant, propter instantem ita temporis calamitatem, simul suscipiebant, & simul erant consocij plerique ipsorum. Quidam verò etiam ignorantes, velut postea ostensum est. Erat enim cum his Patrophilus Scythopolita, & post hunc Philippus qui illic constitutus erat successor prædicti, & alij plures, qui natura hanc hæresim tenebant. Nunc verò post illorum obitum, cum dilatata est ipsorum mala opinio, etiam cum loquendi fiducia ex hac hæresi sunt, propter carnis dextram: & dum non amplius impediuntur, palam prædicant ipsorum aggressio nem, nõ amplius neque pudore prohibiti, neque aliquo præcepto coerciti. Quo verò non videamur ex inani ferri, etiam editam illic ab Acacio fidem cum suscipiunt in ipsa synodo factam hic apponam. Et est hæc: Nos qui convenimus episcopi ex diversis provinciis in Seleucia Isauria, mandatum pietatis piensissimi regis nostri Constantii, hæc colloquuti sumus iuxta regiam voluntatem. Hæsterna die quæ erat ante quintum Calendas Octobres, omnem diligentiam adhibuimus, ut pacem ecclesie cum omni bono ordine conservaremus, & fidem firmiter distinguere, velut præcepit piensissimus rex noster Constantius, iuxta propheticas voces, & nihil præter divinas Scripturas ecclesiasticæ fidei adderemus. Quandoquidem verò in synodo quidam nostros partim contumelia affecerunt, partim os obturaverunt, non permittentibus ipsis loqui, partim excluderunt inuitos: sed & depositos habebant secum ex diversis provinciis, & præter regulam constitutos secum ducebant, ut confessus vndique tumultu ple nus fieret: quemadmodum illustrissimus comes Leonas, & splendidissimus dux provincia Lauricus suis oculis perceperunt: ea de causa protestemur quòd non fugimus, neque aduersamur authenticam fidem in dedicationis festiuitate in Antiochia editam proferre: vbi etiam maximè patres nostri illo tempore ad subiectam quaestionem concurrerunt. Nam multos turbavit vox coessentialis, & similis essen tiæ appellatio, in præteritis temporibus vsque in præsens. Sed & vsque huc dicitur nouari ab aliquibus dissimilitudo filij ad patrem. Quapropter coessentialis vocem reijcimus, velut à Scripturis alienam, dis similitudinem verò detestamur. Et omnes, qui tales sunt, alienos ab Ecclesia putamus. Similitudinem autem filij ad patrem clarè confitemur, iuxta Apostolum dicentem de filio, Qui est imago Dei inuisibilis. Confitemur autem & credimus in vnum Deum, patrem omnipotentem, creatorem cæli & terre visibiliumque ac inuisibilium. Credimus autem & in Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei ex ipso genitum citra passionem ante omnia secula, Deum Verbum, Deum ex Deo vnigenitum, lumen vitam veritatem, sapientiam, potentiam, per quem omnia facta sunt in cælo & in terra, siue visibilia, siue inuisibilia. Hunc credimus in consummatione seculorum, ad reprobationem peccati, carnem assump sisse ex sancta virgine, & hominem factum esse, passumque esse pro peccatis nostris, ac resurrexisse, & assumptum esse in cælos, & sedere in dextra patris, rursus venturum in gloria, ad iudicandum viuos & mortuos. Credimus & in spiritum sanctum, quem etiam Paraclitum nominauit saluator ac Domi nus noster Iesus Christus, vbi promisit post abitionem suam missurum se esse hunc discipulis, quem etiam misit, per quem & sanctificat eos qui in Ecclesia credunt, & baptisati sunt in nomine Patris & Fi lii ac spiritus sancti. Eos verò qui præter hanc fidem aliud quid prædicant, alienos nouit catholica Ec clesia. Quòd autem huic fidei æquiualens est & ea quæ in firmio prima edita est fides, coram pietate re gis nostra, cognoscunt qui ipsam legunt, subscripserunt presentes, Basilius, Marcus, Georgius Alexan driæ episcopus, Pancratius, Hypatianus, & plurimi episcopi Occidentis. Ego Georgius episcopus Alexandriæ editi fidem sic, & confiteor me sentire velut præpositum est. Ego Acacius episcopus Cæsa reæ edidi fidem sic, & confiteor me sentire velut præpositum est. Vranus episcopus Tyri. Euty chius episcopus Eleutheropolis, Zoilus episcopus Larisse Iyrie, seras episcopus ex Paratonia Libye. Pau lus episcopus Emises. Eustathius episcopus Epiphaniæ. Ireneus episcopus Tripolis Phœnicis. Eusebius episcopus Seleuciæ Syria. Eutyrianus episcopus Paratorum licie Eustathius episcopus Pinarorum & Sidymorum. Basilius episcopus Cauniorum Lydiæ. Petrus episcopus Hippis Palesti næ. Stephanus episcopus Ptolemaidis Libye. Eudoxius episcopus Lydiæ. Theodosius episcopus Phi ladelphie Lydiæ. Phœbus episcopus Polychalandæ Lydiæ. Magnus episcopus Themisorum Phrygiæ. Euagrius episcopus Mitylenes in Insularum. Cyrtion episcopus Doliches. Augustus episcopus Euphra tise. Pollux episcopus Prouinciæ secundæ Libye. Pancratius episcopus Pelusii. Philicadus episcopus Augustadarum Phrygiæ prouinciæ. Serapion episcopus Antipyrgi Libye. Eusebius episcopus Sebaste Palestine. Heliodorus episcopus Iozuse Pentapolis. Ptolemæus episcopus Thmucos Augustonices. Augarus episcopus Cyri Euphrasie. Exeresius episcopus Gerasorum. Arabion episcopus Adraorum. Charsius episcopus Azoti. Elisæus episcopus Diocletianopolis. Germanus episcopus Petrororum. Barochius episcopus Arabiæ, simul episcopi XLIII.

Fides synodi Seleucia.

Hæstenus prædictorum semiariorum & Arianorum fidei editio.

Nos qui intelligentia præditi estis, vbi hanc & alias perlegistis, cognoscitis quomodo astuta est ag gressio alterius ipsorum congregationis & nihil rectum, neque breue habens confessionis de Deo. Di cit enim Dominus, Quod in aurem audiuitis, hoc prædicate in tectis. Et Apostolus dicit, Veritatem loquatur vnusquisque cum proximo suo. At propheta horum malignitatem redarguens detegit, ac dicit Cum proximo suo loquitur pacifica, in corde verò suo habet inimicitiam siue maliciam. Sic etiam hi, Acacius inquam, cum suis complicibus, ab his qui regi adhærebant diuisi, cupientes soluere vinculum veræ confessionis, spuriam quandam & deprehensu facilem, vndiquaque dissolubilem, ediderunt editionem, quo possunt ex his relatis, siquidem vellent, aliquos decipere, & iustum confiteri, si verò

verò voluerint suam malæ opinionis venenum detegere, erit ipsis comoda hæc editio, ambigua exi stens ad duos modos, & potens vnus cuiusque figmenti ipsorum confessionem. At quandoquidem in hac Acacii synodo ab alijs duabus synodis diuisa: diximus enim quomodo in tres ordines Arianorum secta diuisa est. Nam Eudoxius & Germanus, & Georgius Alexandrinus, ac Euzoius Antiochia, in vnum ordinem fisci sunt. Basilius verò & Elenus, Eustathiusque ac Georgius Laodiceæ, & Sylua nus Tarsi, & Macedonius Constantinopolita, & alij plures in alterum ordinem diuisi sunt. Acacius au tem rursus, & Meletius, & Eutychi, atque alij plures alium ordinem & ipsi constituerunt, & erat to tum opus nequitia plenum. Quæ enim quisque sentiebat, ea etiam alter habebat. Verum ad scissuras inter se dissecti sunt, aut ob inuidiam, aut propter odium quoddam mutuum, eo quod Cyrillus Hiero solymitanus aduersus Eutychium iram haberet, & hic rursus aduersus illum, & quod Cyrillus esset cum Basilio Galata, ac Aniano constituto in Antiochia, & Georgio Laodiceæ. Quid autem tempus tero in diuidendis ac recensendis ipsorum sectis: Deueniam ad horum oppositiones, & subuersionem frau dis singulorum. Oportet autem me prius de his quæ postea facta sunt dicere. Contigit enim hoc qui busdam ad prauitatem. Nam Meletius in Antiochia constitutus ab Acacio: hinc enim facta est Aca cii reluctatio, eo quod vel modicum quiddam ac maligna ipsorum opinione auerfaretur, & ostende ret se ipsum inter orthodoxos esse: ex hoc quòd confirmaret prædictum Meletium in constitutione. Constitutus itaque Meletius hic ab Acacio & complicibus eius, putabatur ab ipsis esse ipsorum opinio nis: sed non inuentus est sic, velut multi de ipso tradunt. Etenim qui nunc ab ipso & ordine ipsius in uitati sunt, hi eo quod ille fugatus est, & à proprio throno eiectus, temporis moræ ac persecutionis dilati onem accedentes, ac consentientes propter Deum, rectam fidem habent. Fuerunt enim populi plures huius ordinis ipsius synodi, qui sibi ipsos episcopos constituerunt, & mirabiliter de fide confitentur, & coessentialis vocem non reiciunt. Sed & paratos se esse aiunt, si fiat synodus perfecta confiteri, & non negare. Contigit enim ipsum prædictum venerandissimum Meletium ab Arianis Acacio adhærens con stitutum, in primo alloquio velut primitias in Antiochena ecclesia exponere: & ut quidem plures asserunt, iuxta rectæ fidei sententiam. Cæterum ipsius expositionem hic apponam. Et est hoc exem plar concionis Meletii.

Arriano rum secte ordines tres.

Sapientissimus Ecclesiastes dicit, Melior est finis sermonisque principium eius, quanto melius est ac securius, cessare a decenti certamine, quam incipere: maximè quando idem Ecclesiastes ait, Ipsa sapi entia pauperis vilipenditur, & sermones ipsius non audiuntur. Quandoquidem corpus non est vnum me brum, sed multa: omnia autem membra muram inter se curam habent, ut ne sit dissensio in corpore. Et non potest dicere caput pedibus, Non est mihi opus vobis: verum Deus contempserunt corpus, & inferiori membro contribuit ampliorem honorem. Quod quidem igitur fieri non potest, quin dum to tum corpus mouetur, simul commoueatur & quodque membrum, hinc manifestum est. Quale verò se cerit quis principium sermonis ad vos? Aut manifestum est, quòd omnis incipiendi & sermonis & o peris, conuenit benignum ac pacificum principium facere, & finem: & qui ab eo incipiunt, etiã in ip sum desinunt. Hoc enim dicit Apostolus euenturum esse ad salutem per nostras preces & suppedita tionem spiritus, quem dat Iesus credentibus in ipsum. Et siue edificationem loquatur quis, siue exhor tationem, siue consolationem dilectionis, siue communionem spiritus, per pacem quæ est secundum

Lex corpo ralis est spi ritualis.

Deum, accedit: non tamen ad omnes in discriminatim, sed ad diligentes legem, velut Propheta dicit: Legem non corporalem, quæ imaginem & vmbra habet futurorum, sed spiritualem, quæ sapienter re uelat prædictorum aduentum. Pax enim, inquit, multa diligentibus te, & non est ipsis offendiculum. Quare clarum est, quòd qui pacem oderunt, eos offendiculum manet: & oportet eos qui ab his libe rari desiderant, velut scutum quoddam prætere ditionem erga Deum. Ipse enim est pax nostra qui fecitambo vnum, & interpositam spem destruxit, inimicitiam in carne, lege mandatorum in do gmatibus abolita. Et neque mandatum Domini seruare datur, dilectione Dei non præeunte. Si enim diligeris me, inquit, mandata mea seruabis. Neque oculi illuminari possunt, neque cor, mandato non illuminante. Mandatum enim Domini, inquit, lucidum illuminans oculos. Imò neque sermonem veritatis emittere datur, nisi quis habet Christum in seipso loquentem, iuxta eum qui dicit: Num expe rimentum requiritis eius qui in me loquitur, christi? Imò potius non loquitur solum, sed etiam misere tur. Veniat enim, inquit, misericordia tua & salutare tuum super me, & responsurus sum exprobrantibus mihi sermonem, id quod non contigeret vtique, nisi quis iustificationes requireret. Eorum enim qui non sic dispositum habitum habent, confusio contingit in opprobriis, ut non possint loqui. Aufert à me

Opprobrium, inquit, & vilipensionem. Aufertur autem ex ore, veritatis sermo, vt nihil amplius sit pre cantis. Ne auferas sermonem veritatis ex ore meo. Quando autem hoc contingit, cum non seruauerit le gem, per omnia, cum non ambulauerit quis in dilatactione. Dilatari enim oportet cor, in quo quis Chri stum in ambulante capere vult: cuius gloriam non homines, sed cæli explicant. Cæli enim enarrat gloriam Dei, imò magis ipse pater, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est: quem non potest quis confiteri, si in altum loquatur aduersus proximum suum, si in anti christo rum ordinem ac cognominationem seipsum confiteatur, defectione facta ab ordine ac cognomine Christianorum. De quibus dictum est, Ne argueritis vnctos meos. Quis enim (inquit) est qui mentirur, nisi qui negat quod IESVS non est CHRIS TVS? Hic, inquit, est antichristus. Qui enim negat Filium, ne Patrem habet. Qui verò confitetur Filium, etiam Patrem confitetur. Quod igitur, inquit, ab initio audiuitis, hoc maneat in vobis. Et si, inquit, manserit in vobis quod ab initio audi uistis, etiam vos in Filio manebitis, & Patre. Manebimus autem, cum coram Deo & electis angelis

confitebitur, imò etiam coram regibus, & non fuerimus pudefacti. Loquebar enim, inquit, testimonium tua coram regibus, & non sum pudefactus: quoniam filius Dei Deus ex Deo est, vnus ex vno, ex ingenito vnigenitus, electum ac præminens genimen genitoris, & dignus filius, principio creatis & inenarrabilis interpres inenarrabilis: Verbum & sapientia ac potentia, eius qui superat sapientiam & potentiam, & quicquid lingua loqui potest, & cogitatio mouere, genimen perfectum & manens, ex perfecto ac manente in identitate: quod neque defluxit ex patre, neque dissectum est ac diuisum, sed citra passionem ac integre prodijt, ex eo qui nihil eorum abiecit quæ habuit. Et Verbum est ac dicitur Filius, non quidem vox Patris, neque loquela intelligitur. Subsistit enim per seipsum & operatur per seipsum omnia, & in seipso omnia. Quemadmodum & sapientia idem existens, non cogitatio Patris intelligitur, neque motus & actio ipsius principalis, sed genimen simile Patris, & quod characterem patris exacte exprimit. Hunc enim pater obsignauit Deus: & non in alio quidem est: non subsistit autè per seipsu, sed genimen actiuu, & quod fecit hoc totu, & sepe conseruat. Hæc sufficiunt vt & Græcorum errore, & à Iudaica superstitione, & hæretica praua opinione nos liberent. Quandoquidem verò quidam dictionum in Scripturis positarum sententiam peruertunt, & aliter quam cõuenit interpretantur, & neque verborum vim, neque rerum naturam considerant, & deitatem filij reprobare audent, offendentes ad dictionem creaturæ, quæ in Prouerbijs habetur: Dominus creauit principium viarum suarum in opera sua: eos sanè oportebat Spiritum viuificantem sequi, & non literam occidentem. Spiritus enim viuificat, Age sanè audebimus & nos pauca de his tractare: non quod non perfecte dictum sit ab his qui ante nos dixerunt: profecto enim si quis hoc dixerit, in sanerit: nequidò docente opus habeatis, ipsi enim vos à Deo edocti estis: sed vt in conscientijs nostris manifestemur, quod concupiscimus spirituale beneficiu vobis conferre. Credas igitur quòd neque alibi in Scriptura, neque in præsentis loco, contraria verba Scripturæ inter se sunt, etiamsi pugnare videantur apud eos qui sanam fidem non habent, aut intelligentia debili præditi sunt: & quòd nullum exemplum in mundo inueniri potest, quòd sufficiat per se clarè declarare vnigeniti naturam. Et propterea scriptura multis speculationibus ac cognominibus vtitur, si quomodo possumus per ea quæ circa nos sũt, cõprehendere id quòd supra nos est. & per ea quæ cognoscuntur, imaginari ignota, sensim ac paulatim à manifestis ad occulta perducti. Quàdoquidè igitur oportebat credentes in Christu, credere quòd similis est Filius Patri, vt pote qui imago est eius qui in omnibus est, & per quem omnia facta sunt, quæ in cõlis sũt & in terra. Imago autem non inanimatum animati, neque velut actio artis, neque velut effectus operationis, sed genimen genitoris. Et quia non fas est per corporalem humanam generationem, vnigeniti ante secula generationem exprimere, & velut per exemplum sapientiæ, quæ humanas cogitationes Patris complectitur, non tamen vt non in substantia sit, & non existat: ea de causa vtriusque vocibus vsa est Scriptura, & creaturæ, & generationis, itemque voce Creauit, & voce Genuit. Non quòd contraria videatur & in eodem & de iisdem dicere: sed vt per vocem Creauit, substantiam & stabilitatem: per Genuit verò, præminentiam vnigeniti ac proprietatem declarat. Ego (inquit) ex Patre exiui, & venio. Sufficiens est autem & sapientiæ nomen, vt omnem passionis intelligentiam excludat. Sed quòd ferimur, in memores eius qui dixit: O altitudo diuitiarum & sapientiæ ac scientiæ Dei, quàm imperscrutabilia sunt iudicia ipsius, & imperuestigabiles viæ ipsius. Habemus enim doctorem Spiritum veritatis, quem dedit nobis Dominus post assumptionem in cõelos, vt videamus ea quæ à Deo nobis donata sunt, in quo etiam loquimur: non in doctis humanæ sapientiæ sermonibus, sed in doctrinis Spiritus spiritualibus spiritualia comparates. In quo colimus & adoramus, quapropter ignominia afficimur. In quo Prophetæ prophetarunt, in quo iusti deducti sunt. Per quem ad filium adducimur. Verum quid sumus curiosi de natura? Nihil enim velut carnalibus & nõ sicut spiritualibus colloquimur: De alijs eni dictum est illud, Non possumus ad vos loqui vt spirituales, sed velut carnales. Timendum enim est, ne forte ex contentione de incomprehensibilibus, & ex inquisitione eorum quæ assequi non possumus, in profundum impietatis incidamus. Et dixi, Commentis vtar, & ipsa elongata est à me vltra quam erat & in altam profunditatem, quis inuenit ipsam? Simus memores eius qui dixit: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit perfectum, tunc quòd ex patre est abolebitur. Si quis sibi videretur cognoscere, nõdũ nouit velut esse oportet. Et propterea timèdũ est, ne forte dum conamur dicere, de quibus non possumus dicere, prohibeamur vt neque dicamus de his quæ possumus dicere. Ex fide enim oportet loqui, non ex his quæ dicuntur credere. Credidi enim, inquit, quapropter loquutus sum. Cum igitur de propria natiuitate pronunciare nequeunt, curiosè inuestigemur, ac contendere nitamur de Dei generatione, quomodo non timor est, ne forte qui dedit non solum linguam disciplinæ, sed etiam vt sciamus quando oportet loqui, ob dicendi perulantiam silentio nos damner? Id quòd in beato Zacharia factum est. Qui quum nõ credidisset ei qui nunciaret natiuitatem filij, humanis ratiocinationibus Dei gratiam ac potentiam metiens, & disceptans apud seipsum, an hoc natura posset, vt vir senex ex prouectæ ætatis muliere filios susciperet, quid inquit? Quomodo cognoscã hoc quòd ita futurum est? Ego enim sum senex, & vxor mea prouectæ ætatis in diebus suis. Proinde cum audiuisset ecce eris silens, & non poteris loqui: egressus est, et non est loquutus. Quapropter omifsa de ambiguis contentione, et de his quæ supra nos sunt, teneamus ea quæ accepimus. Quis enim est qui audeat ob cognitionem et scientiam instari, quando ipse qui reuelationibus dignus factus est, qui in tertium cõelum assumptus est, qui audiuit verba arcana, ad modestiam adactus est per stimulum in carne, vt ne se efferret. Et ipse Propheta qui dixit: Credidi, propter quòd locutus sum? Humiliatus sum, inquit, non simpliciter, sed vehementer. Quanto enim quis propius ad cognitionem peruenisse viderat,

Contrarietas nõ est in scriptura.

Imaginis ratio.

Creauit & Genuit vocibus vsa cur receptus.

Fides verba præcedat.

videretur, tanto magis debet cogitare apud seipsum, quòd homo est. De hoc audi quid dicat: Ego verò dixi in excessu meo, Omnis homo mendax. Habentes igitur doctorem veritatis, non amplius humanis doctoribus vtamur, sed intelligentes: neque modos perscrutemur, neque aliud quicquam. Quemadmodum enim generationem Filij dicere non est, ita modum quo generauit Pater, proferre non possumus. Sed putandum est sufficere ad doctrinam hoc, quòd omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Der verò Dominus, vt nos iuxta Abrahamum sentiamus, qui dicit: Nunc incepti loqui ad Dominum meum, Ego verò terra sum ac cinis: & non iuxta cedros Libani nos efferamus. Quia non in doctis humanæ sapientiæ sermonibus, sed in doctrina fidei, æqualis & pacifica sapientia acquiritur: neque dubitemus, sed quicquid facimus, sic faciamus, vt Deo patri cum ipso in sancto Spiritu complaceamus. Cui gloria & imperium, & honor, & potentia, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

Hactenus confessio Meletii.

Visum est porro plerisque Arrianorum, vt ipsum à Pontica regione transferrent, non in gratiam, neque in quietem, sed in molestiam grauiorem. Hinc concitant regem, ac deferunt virum, velut qui non confessus sit creaturam perfectam, & depellunt ipsum ex sua cathedra. Et noctu fugatur vir vsque ad hæc tempora, qui etiam in hunc diem est in patria sua, vir in precio ac existimatione: præsertim per ea quæ nunc audimus ipsum præstitisse, & ex his quæ nunc Antiocheni de ipso confitentur, non amplius omnino, & ne in transursu quidem vocis creaturam mentionem facientes, sed coessentialem confitentes Patrem & Filium & Spiritum sanctum, tres substantias, vnã essentiam, vnã deitatem, quem admodum est vera fides ab origine Prophetica & Euangelica ac Apostolica, quam confessi sunt patres nostri & episcopi in Nicæa synodo congregati, coram Constantino Magno ac beatissimo rege. Opto autem, vt contingat etiam ipsum venerandissimum Meletium sic confiteri, quemadmodum hi qui sub ipso sunt in Antiochia, & alijs quibusdam locis confitentur. Sunt enim & aliqui qui videntur cum ipso societatem habere, & cum ipsius synodo, qui blasphemant Spiritum sanctum. Et de Filio quidem rectè dicunt, verum Spiritum sanctum creatum putant, & omnino à Deo alienum. De quibus postea in hæresis ipsorum subuersione omnia exactè pro viribus dicemus. Venerandus igitur est nobis, velut dixi, hic vir propter talem de ipso famam. Nam & aliàs vita eius venerabilis est, mores boni, & ipse per omnia populis gratus, propter vitam suam apud omnes prædicatam. Quidam verò etiam de hoc, non habeo quòd dicam, an odio aut inuidia inducti, aut sua ipsorum magnificare volentes, aliqua narrarunt, quòd non propter rectam fidem contra ipsum motus factus est, sed propter regularia (inquiunt) negotia, & ob rixas inter ipsum & sacerdotium ipsius, & quòd suscepit quos olim reiecit, ac anathemate percussit. Sed hæc non valde approbamus, eo quòd maximè postea in sua synodo quotidie multa correxit, ac confessus est in fide, velut supra me indicatum est. Oportet enim partim hoc pro viribus, ac iuxta debilitatem nostram in omnibus verè dicere. Fieri potest enim, vt non animaduertit vir in impetu expositionis verborum, non habeo quòd dicam: fieri potest, vt per simplicitatem ab ipso prolatus sit sermo, Deus nouit: verum in vna parte reprehensibiles sunt duo aut tres sermones in eadem expositione, in eo quòd omnino de creatura, de filio Dei accipit in ipsius deitate, etiamsi vsque ad nomen tantum: & in eo quòd dicit, Super sapientiam, & si quid aliud. Cæterum quum pauca aduersus ea quæ ab ipsis proposita sunt recensuerimus, etiam hanc narrationem præteribimus. Dicite nobis o vos, quid molesti fuit dicere similem essentia coessentialem, manifestè nobis confiteamini, quo & vos cognoscamus proptios esse, & non alienos. Potest enim & simile essentia esse æs ad aurum, stannum ad argentum, plumbu ad ferrum. At non decipiet nos vestra excogitata & tornata fabulositas. Siquidem enim vultis quosdam sentie significatio. coessentialis significatio. Non enim dicimus, simul essentialem, sed coessentialem: quòd nihil Patris immutatum confiteamur, sed Deum reuera ex Deo genitum, & non aliunde, neque ex nihilo, sed ex Patre progressum sine tempore, & sine principio, & inenarrabiliter genitum, semper existentem apud Patrem, & nõquam esse desinentem, sed genitum, non confratrem, non propatrem. Nam vox con, duarum substantiarum significatiua est, non alienarum natura. Quapropter vinculum veritatis in hoc & Spiritu sancto dispositum est in ore eorum qui hanc vocem ediderunt. Et vides quòd non erit prætextus, neque potes contra rectam fidem dicere, & conseruare eos qui à te confecti sermonis tui fabulam audierunt. Nimirum quòd si quis dixerit coessentialem, coniunctionem confessus est, non enim amplius hoc erit. Nam per vocem coessentialem duo significantur, & à voce coessentialis indicatur quòd genimen non est alienu à patre. Tu verò cum confinxeris vocem similis essentia, per nomen quidem essentia redargueris, per immutatam verò confessionem condemnaberis, non quæ dicis senties, sed quæ sentis adulterare docēs. Si enim omnino non est ex ipso, verum similis ipsi est, multum abest à veritate. Ex quacunque enim materia voluerit quis construere aliquid, non sanè æquale construxerit id quòd exprimit, ei quòd exprimitur. Etenim structura hoc opus est. At verò quòd generatur ex aliquo, id ipsum ad genus simile, & ad ingenuitatis æqualitatem conseruat speciem. Si itaque non ex ipso patre genitus est filius, verum extra ipsum fuerit, similis autem essentia apud te per gratiam quam illi contribuis dicitur: nihil ipsi dedisti, sed ex gratia ab ipso excidisti. Qui enim non honorat Filium velut honorat Patrem, ira Dei manet super ipsum, sanctus Apostolus dicit. Et rursum, Ego ex Patre exiui, & venio: dicit ille qui dixit, Ego in Patre,

Meletii integritas.

Similis est sentie significatio. coessentialis significatio.

& Pater in me, & qui dixit, Philippe qui vidit me, vidit Patrem. Cum autem sepe de his tractauerimus, hæc nunc hic sufficere putamus, quando eadem confutationes quæ supra relaxæ sunt aduersus radicem quæ horum prauam opinionem produxit, etiam hic prædictos hos seminarios subuertere possint, item quæ eos qui se ab ipsis diuiserunt, Acacium videlicet & alios, qui ediderunt in Seleucia Isauria aliam fidem præter eam quæ est veritatis: quam etiam ipsam ex ipsis editam in propatulum proferre cupientes, similiter post Basilii Ancyrani & Georgii Laodicensis fidem, ex persona omnium scriptam, totam perfectè proposuimus. Quò verò & hanc latenter quidem horrenda operantem, verum quæ velut per frenum obturamentum accipit, propter simulationis tempus, non possideam, & vt ne videar hoc per obliuionem fecisse, dicam etiam pauca aduersus ipsam, & eos qui ipsam ediderunt, aduersus prædictos inquam, Acacium, Euzoium, Eutychem, & alios. Et manifestum quidem est, quòd editio præposita immutet confessionem veritatis. Quo verò non dicant aliqui, per calumniam nos aduersus hos dixisse ostendemus quæ in progressu temporum visa sunt, ac deprehensa in prædicta ipsorum synodo. Ex ipsis enim Euzoius fuit, qui in Cæsaria discipulus illorum extitit: etiam si Acacio successit, post constitutionem Philumeni à Cyrillo Hierosolymitano constituti, & post constitutionem Cyrilli senis ab Eutycho constituti, & post constitutionem Gelasii rursus à Cyrillo Hierosolymitano constituti: ex forore enim ipsius erat. Constitutus enim his tribus, & cessantibus propter mutuam litem, rursus constitutus est prædictus Euzoius. Ex ipsis itaque & Gemellinus fuit, ex ipsis Philippus Scythopolita, ex ipsis Athanasius Scythopolita, qui non latenter, sed cum loquendi fiducia, velut temerario suo iudicio & inexperti, non solum quæ Arrii sunt, docent, sed profecta ipsorum pugnant, & veritatem docentes persequuntur, non amplius sermonibus subuertere cupientes, sed etiam inimicitias & bellis ac gladiis tradentes eos qui rectè credunt: perniciem enim non in vna ciuitate ac regione operati sunt, sed in multis. Ex ipsis est & Lucius hic, qui in Alexandria tanta perpetravit in eos, qui consentunt filium Dei in veritate. Ipsorum autem sodalitas singulis diebus, cui intelligentiam Dei habenti non est nota, ita publicè prædicant creatum filium Dei, creatum item Spiritum sanctum, & alienum omnino ab essentia Dei. Nam Eudoxius, postquam finem sortitus est turpiter Georgius in Alexandria, primum locum suscepit, & amicitiam cum præeminente potestate contraxit. Eudoxius igitur in suspitionem venit, quòd Hypatio & Eunomio adhereret, eo quòd per blandicias quasdam redargutus, non cessaret sentire cum his qui dissimilinem docent, etiam si id occultaret. Quos enim in exilium fugauerant aliquando propter eiusmodi barathri expositionem, eos ipse ad profectum euexit, Demophilum, Hypatium, Eunomium, Aetii discipulos. Qui Aetius aliquando fugatus fuit in exilium ad Tauri partes, & à Georgio Alexandrino constitutus est diaconus: ex quo sanè radix eorum qui dissimilitudinem ac inæqualitatem docent, exorta est: ita vt vna quidem spinosa materia sit, & eadem radix, verum fissuræ diuersimodæ, sicut in vnaquaque spina. Sic & horum malignitas, aliàs aliter, & aliter aliàs, falsas prauæ suæ hæresis interpretationes in peius proficientes effudit, & perniciem in mundum euomuit, quemadmodum etiam postea de hac inæqualitatem docente hæresi rursus dicemus. Cæterum nunc hæc hætenus benè se habere rati, cum velut horrendum reptile subuerterimus, propulsatumque conculcauerimus, mortuum relinquamus ac declinemus, & ad sequentes procedamus, Deum inuocantes, vt nobis similiter auxilium ferat, quo promissioni nostræ satisfacere possimus.

Fides Se-
lencia di-
nata.

Cyrillus.

Contra Pneumatomachos, hæresim LXXIII.

Ab his Semiariis & ab orthodoxis quidam geniti sunt homines (monstra, vt ita dicam) duplicis naturæ & semiperfecti, quæ madmodum Centauros, aut Panas aut Sirenas, fabularum fictores nobis proposuerunt. Et aliqui quidem ab Arrio orti, filium sanè non perfectam creaturam decernunt, sed filium sine tempore genitum. Tempus autem in suspitione dicunt, quòd fuit à cælo vsque huc. Non tamen alieni sunt à dictione, quam in primis Arrius euomuit: nempe, Esse aliquando, quando non erat. Verum ante tempora omnia ipsum esse per quem omnia facta sunt, dicentes, blasphemant Spiritum sanctum. Alii verò natura etiam de filio orthodoxè sentientes, quod erat semper cum patre, & nunquam esse desit: sed ex patre quidem ipsum genitum sine principio, & sine tempore dicentes, in Spiritu sanctum omnes hi blasphemati sunt, non connumerantes ipsum patri & filio in deitate. Sapè verò de hoc multa differuimus, & in vnaquaque hæresi veram de ipso affirmationem non modicè exposuimus, quòd cum patre & filio Dominus appellatur. Spiritus enim Domini repleuit orbem terrarum, spiritus veritatis, spiritus Dei. Spiritus enim Domini dicitur, & ex patre procedens, & de filio accipiens, largiensque dona diuersimodè prout vult, perferens etiam profunditates Dei, & cum filio existens, baptizans, obsequans, perficiens obsequium. Quos verò non hic labore suscipiam, ea quæ à me dicta sunt in magno sermone de fide conscripto in partes Pamphyliorum, apponam, ad oppositionem quidem eorum qui blasphemant Spiritum sanctum, ad doctrinam verò legentium, & ad exhilarandos eos qui digni facti sunt Spiritu sancto. Et sunt hæc.

Ex sermone Ancorato.

epiphani
sermo An-
coratus.

Apparuit gratia Domini ac Saluatoris nostri Iesu Christi, docens nos vt abnegata impietate ac mūdana concupiscentia, temperatè ac piè & iustè viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit seipsum pro nobis, vt liberaret nos

nos ab omni iniquitate, & purgaret sibi ipsi populum acceptum, æmulatorum bonorum operum: delecto per dogmata contra nos chirographo, qui nobis contrarius erat, sublatoque ex medio, & in crucem affixo: exutis principibus ac potestatibus, quas palam vituperauit, ipsisque in seipso in triumphum duxit: portis arcibus contractis, & vetricibus ferreis contritis, lucem vitæ rursus ostendit: manum porrigens, deducens, viam faciens, scalam cælorum ostendens, paradysum rursus habitare faciens. Habitauit itaque in nobis, & iustificationem legis dans nobis ipse spiritus, vt cognosceremus ipsum, & quæ de ipso sunt, hoc est principium & finem vitæ: lex iustitiæ factus est nobis, lex fidei, lex spiritus, liber ex lege carnis peccati. Quapropter delector lege Dei secundum internum hominem. Intra nos autem est Christus, si quidem habitat in nobis. Ipse enim mortuus, via vitæ pro nobis factus est, vt viuentes nō amplius sibi ipsi viuant, sed ei qui pro nobis mortuus est & resurrexit, & vitæ causa est. Nam iuramenti ante multa secula recordatus (secundum quod ait Dauid) Deus erat in Christo, & mundum sibi ipsi reconciliauit, non reputans ipsi delicta ipsorum. Quia in ipso omne complementum habitare voluit, & per ipsum reconciliare omnia sibi ipsi, pace facta per sanguinem crucis. Accessit itaque ad dispensationem complementi temporum, velut promissum est Abraam & reliquis sanctis, vt restauraret omnia in ipso quæ in cælis sunt & in terra. Seditio autem erat, & inimicitia, & intolerantia Dei. Reconciliauit autem in corpore carnis ipsius, per ipsum faciens ambo vnum. Venit enim pax nostra, & interseptum parietem destruxit, & inimicitiam in carne sua, legem mandatorum in dogmatis aboleuit, quòd duo crearet in seipso in vnum nouum hominem. Iussit autem & gentes incorporatas & simul participes ac cohæredes promissionis esse, dum dixit: Venite ad me omnes qui fatigati estis & onerati, & ego reficiam vos. Proinde quia ego debilis eram per carnem, demissus est mihi Saluator, in similitudine carnis peccati talem dispensationem perficiens, quo me à seruitute redimeret, à corruptione, à morte. Et factus est mihi iusticia, & sanctificatio ac redemptio. Iusticia quidem, quoniam per fidem ipsius peccata dissoluit. Sanctificatio verò, quia per aquam & spiritum & verbum suum me liberauit. Redemptio verò est sanguis ipsius, dum precium redemptionis agni veri pro me seipsum tradidit, propitiationem purgationis mundi, reconciliationis omnium in cælo & terra, mysterium ante secula & generationes occultum, implens temporibus decretis. Idem transformabit corpus humilitatis nostræ, vt fiat conformis gloriæ ipsius, iuxta efficaciam potentie suæ, qua omnia sibi subiecit: quoniam in ipso habitat omnis plenitudo deitatis corporaliter. Receptaculum itaque sapientiæ ac deitatis Christus mediator, reconciliat omnia Deo in seipso, non reputans peccatum, occulta mysteria implens, per fidem Testamenti sui prædenuntiata Lege & Prophetis: filius Dei prædicatus, filius Dauid dictus. Ambo enim, Deus & homo, mediator Dei & hominum, vera domus Dei, sacerdotium sanctum, dator sancti Spiritus regenerantis ac reuocantis omnia rursus Deo. Nam verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, velut gloriam vnigeniti à Patre. Pluuia cum arboribus & plantis in eandem naturam transiens, corpus efficit, & singulos fructus iuxta similitudinem. Et in olea quidem oleum pingue fit, assumpta ab ipsa essentia: In viro verò, vinum dulce incorporatur. In fico autem, ficus dulcescit. Et in singulis seminibus ad speciem ipsorum naturam auget. Sic arbitror, Dei verbum in Maria caro factum est, & in femine Abraam homo inuentus est iuxta promissionem. Inuenimus enim Messiam de quo scripsit Moses: & dixit sanè Moses, Descendat sicut pluuia eloquium meum. Et Dauid, Descendat sicut pluuia in vellus, & sicut gutta stillans in terram. Lana itaque suscipiens rorem, velleris fecunditatem auget. Terra verò suscipiens spei agricolam pluuia, auget fructum ex præcepto Domini, contribuens naturam promptiorem, & vt accipiat ab ipso amplius studium habet. Sic sanè etiam virgo Maria, Vnde cognoscam hoc, inquit, quòd erit mihi istud: & audiuit, Spiritus Domini superuenit in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Quapropter & quod nascetur ex te, sanctum erit, & filius altissimi vocabitur, Christus in angelo loquitur: efformata autem seipsum in sua ipsius formatione, forma serui assumpta. Et Maria quidem haurit sermonem ad conceptionem, velut pluuia terræ: seipsum verò fructum ostendit verbum Dei, assumens mortalis naturam. Sic igitur ex ipsa hauriente, velut terra & vellus, veræ spei fructus, & sanctorum expectatio: velut Elizabeth dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui: vnum hoc assumpsit ex humana natura, quòd passionis obnoxius fuit, cum passionis exors sit Dei Verbum. Hic est panis viuens qui de cælo descendit, & vitam dat. Hic veræ oleæ fructus, oleum vñctionis & compositionis, quod præfigurauit Moses. Hic vera vitis, quam colit solus pater, botrum gaudii generans nobis aqua viuens, quam vbi sitiens homo acceperit, non sitiet amplius, sed est in ventre ipsius saliens in vitam æternam. Ex hac acceperunt noui agricolæ, & tradiderunt in mundum: veteres autem agricolæ resiccant, & corruerunt propter incredulitatem. Et sanguine quidem ipsius sanctificantur gentes, spiritu verò proprio euehit vocatos in cælum. Quicunque igitur spiritu ipsius docentur, hi viuunt Deo: Qui verò non, hi adhuc mortui additi sunt, & animales aut carnales vocantur. Oportet igitur reprobare opera carnis, quæ est munimentum peccati, & mortificare membra mortis per gratiam ipsius, accipereque Spiritum sanctum, quem non habuimus gubernatorem, qui iustificat me olim mortuum. Quem si non accepero, moriar. Siue spiritu enim ipsius quis mortuus est. Si itaque spiritus ipsius in nobis est, qui suscitauit ipsum ex mortuis, viuificabit mortalia corpora nostra, per inhabitantem in nobis spiritum ipsius. At arbitror quòd ambo habitant in homine iusto, Christus & spiritus ipsius. Si verò Christus ex Patre creditur, Deus ex Deo, & spiritus ex Christo, aut ab vtrisque sicut Christus dicit, Qui ex Patre procedit: & Hic de meo accipiet: Christus autem ex Spiritu sancto, iuxta angeli vocem: intellego mysterium quod liberauit me, ad eum apud eum qui venit ad me, fide, auditu, mansione, amicitia. Scip-

Similitu-
dines con-
ceptionis
Verbi dei
in virgine
Maria.

Sermo dei
ad genera-
tionem
secundus

ria. Scipsum enim Deus cognitum facit, seipsum Christus praedicat, seipsum Spiritus sanctus manifestat dignis. In scripturis autem sanctis trinitas nobis annunciat, ac creditur citra curiositatem, citra contentionem, per assensum auditis: ex hac fide salus gratiae, ex fide iusticia citra opera legis. Scriptum est, Ex auditu fidei spiritum Christi dari his qui saluantur. Fides autem vniuersalis praecognita Ecclesiae vocibus haec, ut puto, significatur, prout ego quidem in fide instructus sum ex Scripturis: Tria A
 S. trinitas sancta, tria constantia, tria existentia, tria coexistentia, tria in forma, tria conformia, tria operantia, tria cooperantia, tria in substantia extantia, tria coextantia in substantia inter se conuertentia. Trinitas haec sancta vocatur, tria existentia: vna concordia, vna deitas, eiusdem essentiae, eiusdem substantiae, eiusdem potentiae, similia ex simili, aequalitate gratiae Patris, & Filii, ac Spiritus sancti: quomodo vero, ipsis docendum relinquatur. Nemo enim nouit Patrem nisi Filius, neque Filium nisi Pater, & cui Filius reuelarit. Reuelat autem per Spiritum sanctum. Haec igitur tria existentia, aut ex ipso, aut ab ipso, aut ad ipsum, vnicuique dignè intelliguntur, prout singulis seipsa reuelant: lucem, ignem, spiritum, & aliis, ut puto, visionum similitudinibus, prout dignus est homo cui inseruitur. Ipse itaque est Deus, qui in principio dixit, Fiat lux, & facta est lux. Ipse qui illuminauit nos ad videndum lucem veram, quae illuminat omnem hominem venientem in mundum. Emitte lucem tuam & veritatem tuam, inquit Dauid. Ipse est Dominus qui dixit: In extremis diebus effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filii ipsorum & filiae ipsorum, & adolescentes ipsorum visiones videbunt: tres personas B
 sancti ministerii ostendens nobis ex substantia triplici existente. Dico igitur Christum, ministrum & executorem factum esse circumcisionis pro veritate Dei, ad implendum promissiones: comministrare autem Spiritum sanctum, traditum accepimus ex diuinis Scripturis, sic. Demittitur Christus à Patre, demittitur Spiritus sanctus: loquitur in sanctis Christus, loquitur Spiritus sanctus: sanat Christus, sanat Spiritus sanctus: sanctificat Christus, sanctificat Spiritus sanctus: baptizat Christus in nomine suo, baptizat Spiritus sanctus. Sic dicunt Scripturae: Emitte spiritum tuum, & renouabis faciem terrae: simile est illi dicto, Emitte verbum tuum, & liquefacies ea. Ministrantibus ipsis Domino & ieiunantibus, dixit: Spiritus sanctus: Segregate mihi Barnabam & Saulum in opus ad quod vocaui ipsos: simile est illi, Dominus autem dixit, Ingredere in ciuitatem, & illic dicetur tibi quid oporteat te facere. C
 Hi igitur emissi à spiritu sancto, deueniunt ad Seleuciam: simile velut cum Dominus dicit, Ecce mitto vos sicut oues in medio luporum. Visum est spiritui sancto nullum aliud imponere onus, praeter necessaria, velut si dicat: Dico autem non ego, sed Dominus, ut vxor à viro ne separetur. Penetrarunt autem Phrygiam & Galaticam regionem, prohibiti à spiritu sancto loqui verbum in Asia. Vbi verò venissent in Mysiam, conabantur in Bithyniam abire, & non permisit ipsis Spiritus: velut quum dicit Dominus, Euntes baptizate omnes gentes: & Ne gestetis peram, non virgam, neque calcamenta. Qui (inquit) dicebant Paulo per spiritum, ut ne ascenderet Hierosolyma. Et Agabus dicit: Haec dicit spiritus sanctus, Virum cuius est hoc cingulum: simile, sicut cum Paulus dicit: An experimentum quaeritis eius qui in me loquitur Christi? Et, Memores este verborum Domini, quoniam ipse dixit, Praestat dare quam accipere. Et nunc ecce ego vincetus spiritu vado: velut cum ait Paulus, Vincetus Iesu Christi. Verum spiritus mihi testimonium praebet per ciuitatem, dicens: simile sicut cum ait, Dominus testimonium praebet animae meae quod non mentior. In virtute secundum spiritum sanctificationis: simile ei quod dicit, Sanctus in sanctis requiescens. Et, Circumcisio cordis in spiritu: simile est velut cum dicit, Et circumcisi estis circumcisione per manum non fiende, dum exiistis corpus peccatorum in circumcisione Christi. Si quidem spiritus Dei habitat in vobis: simile est ei quod dicit, Quemadmodum accepistis Christum, in ipso ambulare. Et, spiritus Domini locutus est in me. Et, sermo ipsius in ore meo. Et, Primitias spiritus habentes: simile sicut cum dicit, Primitiae Christi. Sed ipse spiritus in tercedit pro nobis: simile velut dum ait, Qui est in dextera Dei, qui & intercedit pro nobis. Vt fiat oblatio gentium acceptabilis, sanctificata in spiritu sancto: simile velut cum ait, Dominus autem sanctificet vos, ut sitis sinceri & inoffensi in diem Domini. Nobis autem reuelauit Christus per spiritum suum: simile est illi dicto, Quando complacuit Deo qui segregauit me ex vtero matris meae per gratiam suam, ad reuelandum filium suum per me. Nos autem non spiritum mundi accepimus, sed spiritum ex Deo: simile est illi, Vos ipsos probate an Christus sit in vobis. Templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis: simile est illi, Inhabitabo in ipsis, & inambulabo, & ero ipsorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Sed & gratiam & iusticiam ex vtriusque dicit: Iustificati autem in nomine Iesu Christi Domini nostri, & in spiritu Dei nostri: simile est illi dicto, Iustificati autem ex fide, pacem habemus apud Deum per Dominum nostrum Iesum Christum. Nemo potest dicere Dominum Iesum, nisi in spiritu sancto & Nemo potest Spiritum sanctum accipere, nisi à Domino: Diuisiones autem donorum sunt, idem verò spiritus: & diuisiones ministeriorum sunt, idem autem Dominus: & diuisiones operationum sunt, idem autem Deus qui operatur omnia in omnibus. Sed & à gloria in gloriam, quemadmodum in Domino, ita à spiritu. Et ne offendatis spiritum sanctum, per quem signati estis in diem redemptionis: simile est illi, Num pronocamus Dominum, num fortiores ipso sumus? Spiritus autem expressè loquitur: simile est illi, Haec dicit Dominus omnipotens, Et spiritus meus stat in medio vestrum, & si quis mihi aperuerit, ingrediar ego & pater, & mansionem apud ipsum faciemus. Et salas autem, Et super ipsum spiritus Dei: Christus verò, spiritus Domini super me, eo quod vnxit me. Et, Iesum à Nazaret quem vnxit Deus spiritu sancto. Et, Dominus demisit me, & spiritus ipsius. Manifesta autem est & vox Seraphim, clamans: Sanctus, sanctus, sanctus Deus sabaoth. Si verò audieris, quod per dexteram Dei exaltatus est, & promissionem à Patre accipit: aut iuber ut expectent promissionem Patris,

S. trinitas mysteriorum.

Verbi dei virtus in creando.

Locis Scripturae con cordes de christo spiritu sancto.

Patris, quam audiuistis (inquit) ex me. Aut, Quod spiritus ipsum expellit in desertum. Aut quod ipse dixit, Ne sitis solliciti quid dicatis, quoniam spiritus patris mei est qui loquitur in vobis. Aut, Si verò in spiritu Dei eiicio daemona. Aut, Qui verò maledicit in spiritum sanctum, non dimittetur ipsi, & car. Aut, Pater, in manus tuas deponam spiritum meum. Aut, Puer crescebat & confortabatur spiritu. Aut, Iesus autem plenus spiritu sancto reuersus est à Iordane. Aut, Reuersus est Iesus in virtute spiritus. Aut, Quod natum est ex spiritu, spiritus est: simile est sicut cum dicit, Quod factum est in ipso, vita erat. Aut, Et ego rogabo patrem meum, & alium paraclerum dabit vobis, spiritum veritatis. Aut, Cur impleuit satanas cor tuum, ut mentireris spiritui sancto, dixit Petrus ad Ananiam, & postea: Non hominibus mentitus es, sed Deo. Ergo Deus est ex Deo Spiritus sanctus, cui mentiti erant illi detracto precio agri. Aut Manifestatus est in carne, iustificatus est in spiritu: maius hoc non possum dicere, Deus autem est etiam Filius. Ex quibus inquit, est Christus, quantum ad carnem attinet, qui est Deus in omnibus. Crede (inquit) in Dominum Iesum, & saluaberis. Et locutus est (inquit) ipsis verbum Domini: cumque perduxisset illos ipsos in domum, apposuit eis mensam, & exultauit cum tota, quod credidisset Deo. Aut, In principio erat Verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Aut, Ut doctrinam saluatoris nostri Dei ornent. Aut, Apparuit gratia Dei salutaris omnibus hominibus, erudiens nos. Aut, Expectantes beatam spem, & aduentum gloriae Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi. Nam idem est ministerium Spiritus & Verbi. Attendite, inquit, vobis ipsis, & toti orni, in quo posuit vos Spiritus sanctus episcopos, ut pacificos ecclesiam Dei: simile est velut cum dicit, Gratiam habeo qui me potentem fecit, Christo Iesu Domino nostro, quod fidelem me iudicauit, dum posuit in ministerium. Cooperatur itaque, velut demonstrarum est, Patri Filius, & Spiritus sanctus. Verbo enim Domini caeli firmati sunt, & spiritu oris ipsius omnis virtus ipsorum. A dorandus autem est Spiritus sanctus. Qui enim adorant Deum, eos in spiritu adorare oportet, & veritate. Si verò cooperantur haec, creatura creaturam non efficit, neque creata deitas sit, neque in mensura aut ambitu Deus cognoscitur. Est enim circumscriptus, incomprehensibilis, inconsiderabilis, omnes creaturas complectens Deus. Neque adoratione colenda est creatura. Coluerunt enim creaturam praeter creatorem, & stulti facti sunt. Quomodo enim non est stultum, creaturam Deum putare, & primum praecceptum reprobare, quod dicit: Audi Israel, Dominus Deus tuus Dominus vnus est, non erit in te Deus recens. Ceterum in diuinis scripturis varia sunt nomina Patris & Filii ac Spiritus sancti. Et Pater quidem appellatur, Pater omnipotens, Pater omnipotens, Pater Christi: Filius verò Verbum, Christus, lux vera: Spiritus autem sanctus, paracletus, spiritus veritatis, spiritus Christi, spiritus Dei. Deus itaque intelligitur pater, & lux praelustris, & virtus, & sapientia. Si autem lux est Deus & pater, lux ergo ex luce est filius, & propterea lucem habitans inaccessibilem. Virtus autem est totus Deus, & propterea Dominus virtutum. Sapientia est totus Deus, igitur sapientia filius, ex sapientia, in quo omnes thesauri sapientiae absconditi sunt. Vita item est totus Deus, igitur vita ex vita est filius: Ego enim sum, inquit, veritas & vita. Spiritus autem sanctus ab vtriusque, spiritus ex spiritu. Spiritus enim Deus & deitas, donorum dator est, verissimus, illuminator, consolator & paracletus, consiliator Patris annunciator. Sicut enim filius magni consilii angelus est, sic etiam Spiritus sanctus. Sed accepimus (inquit) spiritum Dei, ut videamus quae donata sunt nobis à Deo, quae & loquimur, non in persuasibus sapientiae sermonibus, sed in demonstratione spiritus Dei, spiritualibus spiritualia comparantes. At dicit quis, Igitur duos esse filios diximus, & quomodo est vnigenitus? Quinimò tu quis es, qui contra Deum ratiocinaris? Si enim filium vocas eum qui est ex ipso, spiritum verò sanctum qui ab vtriusque: quae solum fide intelliguntur à sanctis, lucida, lucem dantia, lucidam operationem habent, & per fidem lucis consona ad ipsum Patrem fiunt. Audi o bone, quod Pater veri filii est pater, totus lux: & filius veri patris, lux de luce: non sicut facta aut creata, appellatione solum: & Spiritus sanctus, spiritus veritatis est, lux tertia à Patre & Filio. Alia verò omnia adoptione, aut appositione, aut appellatione: non similia his actione, aut potentia, aut luce, aut intelligentia: aut sane velut dixerit quis, Filios genti & exaltaui: aut sicut dixerit quis, Ego dixi, Dii estis, & filii altissimi omnes: aut velut dicat quispiam, Qui peperit glebas roris: aut velut dixerit aliquis, Ex quo omnis patrum familia in caelo & in terra: aut sicut dicat quis, Ego qui firmo tonitruum, & creo spiritum. Non enim velut reliqui patres aut patriarchae verus ille Pater incepit esse pater, aut vnquam desit tempore esse pater. Si enim incipit esse pater, filius ergo erat aliquando alterius patris, antequam esset ipse vnigeniti pater. Iuxta similitudinem autem dum patres patrum & filii considerantur, in infinita antiquitate verè patrem inuenire est. Neque velut reliqui filii adoptione, verus filius adolescens est, ut sit filius. Si enim adolescens est ut sit filius: erat aliquando tempus, quando non erat Pater, pater vnigeniti. Neque velut reliqui spiritus, spiritus veritatis creatus aut factus est. Neque velut reliqui angeli, magni consilii angelus vocatur. Illi enim principium habent & finem, hi verò imperuestigabile principium ac impetium habent. Et hi creant omnia in infinita secula, cooperantes Patri: illi verò creantur ab his prout voluerint. Et illi quidem colunt hos, hi verò coluntur ab vniuersis creaturis. Et hi quidem sanant creaturas, illi verò medelam ab his accipiunt. Et illi iudicantur pro merito, hi verò iudicium iustum habent. Et illi quidem in tempore sunt, hi verò non sunt in tempore. Et hi illuminant omnia, illi verò illuminantur ab his. Et hi vocant paruulos in altum, illi vocantur à perfecto. Et hi largiuntur omnibus, illi dona accipiunt. Et ut summam dicam, illi hymnis celebrant sanctitatem in caelis caelorum, ac reliquis inuisibilibus locis: hi verò celebrantur, & dona pro merito dignis exhibent. Plurimos autem spiritus dicit Scriptura, Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignis flammam, & Omnes spiritus laudate Dominum. Ceterum dignis dantur dona discretionis spirituum. Aliqui enim caelestes sunt, gau-

Spiritus S. adorandus.

Nomina varia patris & filii ac Spiritus sancti.

Spiritus multi in scriptura.

gaudentes veritate: aliqui tenebre, ad fraudem & errorem apposti; aliqui subterranei, abyssi & tenebrarum filii. Ipsum enim Euāgelium dicit eos rogasse, ut ne mitteret ipsos in abyssum. Similiter autem & spiritibus imperavit, & spiritus expulit verbo, & non permisit ipsis loqui. Dicitur autem spiritus iudicii, & spiritus combustionis: & dicitur spiritus mundi. Nos verò, inquit, spiritum mundi non accepimus. Sed & spiritus hominis. Quis enim nouit ea quae sunt hominis, nisi spiritus hominis? Et spiritus vadens, ac non reuertens. Nam spiritus pertransiit in ipso, & non exister, & destrues spiritum ipsorum & deficient. Et spiritus prophetarum prophetis subduuntur. Ecce spiritus falsus stetit coram Domino, & dixit ipsi, Per quid decipies Achaab? Et ero, inquit, spiritus falsus in ore pseudoprophetarum. Dicitur porro & spiritus compunctionis esse, & spiritus timiditatis, & spiritus Pythonis, & spiritus scortationis, & spiritus procellae, & spiritus verbosus, & spiritus debilitatis, & spiritus immundus, & spiritus surdus, & spiritus mutus, & spiritus vix loquens, & spiritus valde horridus, qui vocatur Legio, & spiritus ualida nequitiae. Infinita autem sunt eloquia sapientibus de spiritibus. Sicut enim multi filii adoptione aut appellatione, non autem veritate, eo quòd principium habent & finem, & hoc per peccatum: sic etiam spiritus multi adoptione aut appellatione, etiam si peccato non careant. Verum spiritus sanctus solus appellatur à Patre & Filio, spiritus veritatis, & spiritus Dei, & spiritus Christi, & spiritus gratiae. Largitur enim unicuique bonum diuersimodè, alteri spiritum sapientiae, alii spiritum cognitionis, alii spiritum fortitudinis, alii spiritum sanationum, alii spiritum prophetiae, alii spiritum discretionis, alii linguarum, alii interpretationum, & reliqua dona, velut ait: Vnus autem & idem spiritus est, qui diuidit unicuique ut vult. Quoniam spiritus tuus bonus deducet me, inquit Dauid. Et spiritus ubi vult spirat: substantiam sancti Spiritus per alia nobis ostendens: Et vocem eius audis, sed non scis vnde venit, & quò vadit. Et nisi nati fueritis ex aqua et spiritu: simile est illi quod Paulus dixit, In Christo enim Iesu ego vos genui, & de hoc dicit Dominus, Cum venerit paracletus, quem ego mittam vobis spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille testimonium præbebit de me, & adhuc multa habeo quae dicam, sed non potestis portare nunc: ubi verò venerit ille spiritus veritatis, deducet vos in omnem veritatem. Non enim loquetur à seipso, sed quaecumque audiet loquetur, et ventura annunciat vobis. Ille me glorificabit, quia de meo accipiet, et annunciat vobis omnia. Si itaque à Patre procedit, et ex meo (inquit Dominus) accipiet, quemadmodum nemo nouit patrem nisi filius, neque filium nisi pater: sic autem dicere, quod neque spiritum, nisi pater et filius, ex quo procedit, et à quo accipit: et neque filium et patrem, nisi Spiritus sanctus, qui verè glorificat, qui docet omnia, qui testificatur de filio, qui ex patre et ex filio solus dux est veritatis, legum expositor sanctarum, legis spiritualis enarrator, prophetarum doctor, apostolorum magister, euangelicorum dogmatum luminare, sanctorum elector. Lux vera ex vera luce, est filius naturalis, filius verus, filius genuinus, solus ex solo: cum ipso etiam Spiritus, sed spiritus qui nominatur, hic Deus est qui glorificatur, semper in Ecclesia pater, semper filius, semper Spiritus sanctus, altus alti et altissimus, intellectualis, gloriam habens immensam, quo inferiora sunt creata et facta. In summa, omnia quae intelliguntur, et singula quae mente comprehenduntur. Deitas autem vna in Mose maxime denunciat. Dualitas in prophetis vehementer prædicatur. Trinitas autem in euangeliiis manifestatur, amplius iuxta temporum occasiones ac generationes conueniens iusto in cognitione ac fide. Cognitio autem hæc immortalitas ex fide dicitur, hæc adoptio in filios fit. Verum primum iustificationes carnis enarrat, velut ambitum templi externum excitans in Mose. Secundas verò iustificationes animæ exponit, velut sancta ornans in reliquis prophetis. Tertias autem iustificationes spiritus, velut propriatorium et sancta sanctorum concinnans in euangeliiis ad suam habitationem. Tabernaculum verò sanctum, templum sanctum, ipsum iustum habet solum qui in his versatur. Habitat autem in ipso vna deitas incorruptibilis, vna deitas imperturbabilis, incomprehensibilis, inenarrabilis, inuisibilis, seipsam cognoscens sola, seipsam ostendens quibus vult, testes sibi ipsi excitans, vocans, praefiniens, glorificans, ex inferno exaltans, sanctificans, vniens rursus ad suam ipsius gloriam ac fidem tria hæc coelestia, terrestria, ac inferna: spiritum, animam, carnem, fidem, spem, charitatem: præterita, presentia, futura: seculum seculi, secula seculorum, sabbata sabbatorum: circumcisionem carnis, circumcisionem cordis, circumcisionem Christi in excendo corpus peccatorum. In summa, purificat sibi ipsi omnia, inuisibilia et visibilia, thronos, dominationes, principatus, potestates, virtutes. In omnibus autem eadem vox sancta à gloria in gloriam, sanctus, sanctus, sanctus clamans, patrem in filio, filium in patre, cum sancto Spiritu. Cui gloria, et imperium in secula seculorum, Amen. Et dicat, qui sic credit, fiat, fiat.

Iustificatio triplex

Hactenus ex sermone Ancorato.

ET hæc quidem sunt quae iam de fide patris ac filii et Spiritus sancti scribentes, brevissimè pro nostra mediocritate exposuimus, et ex antea dictis appolimus. Adhuc autem perseverabimus ad vitam nostrae confirmationem in producendis piè testimoniis, et in pia tractatione ex recta ratiocinatione de deitate. Etenim in superioribus ostensum est per multa testimonia, quod vniuersus communiter cum patre facit, et aequaliter in omnibus perficit ac largitur, velut ex patre existens: et non alienus à patris potentia et deitate, sed coessentialis patri. Non solum autem filius, sed etiam spiritus sanctus cooperatur filio et patri, et aequaliter facit, donans ac largitur prout vult, velut qui et ipse reuera ex Deo est, et non alienus à patre et filio, sed coessentialis patri ac filio. Atque hoc omnibus manifestè per omnia extot testimoniis demonstratum est, ac demonstrabitur. Nunc verò propter aduersarios et inimicos sancti Spiritus, de solo sancto Spiritu ea quae pia sunt, ex recta ratiocinatione, et ex eiusdem diuinæ scripturae testi-

testimo-

testimoniis recensuimus; & prioribus amplius addemus velut consequenter vera pietas de sancto Spiritu habet. Est enim spiritus sanctus vnicus, qui ab omnibus adoratur, & ab omnibus creaturis ac facturis desideratur, & nulli adaequatur, non angelò, non alij spiritui, sed vnicus est. Cum enim multi spiritus sint, hic omnium spirituum supremus est, velut existens semper ex patre, & non de aliis ex nihilo factis existens. Multi enim sunt spiritus. Vnus autem est Spiritus sanctus, velut vnus Deus, & vnus vniuersus filius Dei, sic & Spiritus sanctus Dei, à Deo autem & in Deo. Verum vniuersus filius incomprehensibilis est, & Spiritus incomprehensibilis, ex Deo autem, & non alienus à patre & filio. Non autem est coniunctio cum patre & filio, sed trinitas semper existens eiusdem essentiae non alterius essentiae à deitate, non est enim deitas alia ab essentia, sed ipsa per se deitas, & ex eadem deitate filius & sanctus Spiritus. Et spiritus quidem, spiritus sanctus est, filius verò filius. At Spiritus ex patre procedens, & de filio accipiens, perferuntur profunditates Dei, annuncians quae filij sunt in mundo, sanctificans, sanctos faciens per trinitatem, tertius nomenclatura: nam trinitas est pater, & filius, & spiritus sanctus. Eunt enim, inquit, baptizate in nomen patris & filij ac spiritus sancti: sigillum gratiae, non coniunctio trinitatis, non alienus à sanctificatione, non disparatus nomenclatura, non alienus à largitione, sed vnus Deus, vna fides, vnus Dominus, vna gratia, vna Ecclesia, vnus baptizatus. Semper enim trinitas est, velut saepe dixi, & nunquam trinitas additionem accipit, id quod dulce est confiteri, & nulla fatietas dicere. Dulcia enim, inquit propheta, gutturi meo eloquia tua. Et si dulcia sunt eloquia, quanto magis nomen sanctum trinitas, fons omnis dulcedinis? Trinitas igitur quae sic numeratur, pater, & filius, & Spiritus sanctus. Non autem coniunctio est trinitas, neque disparata est à suauitate, verum in substantia perfectionis perfectus pater, perfectus filius, perfectus spiritus sanctus: pater, & filius, & spiritus sanctus. Et rursus spiritus locatur in donorum largitionibus. Diuisiones enim donorum spiritui, idem autem spiritus. Et diuisiones ministeriorum sunt, idem autem Dominus. Et diuisiones operationum sunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus. Hi verò sic se habentibus, cauti simus ne à veritate excidamus, sed veritatem confiteamur, non patrocinantem Deo, sed piè intelligentes, ut ne pereamus. Intolerabile enim est, creatum quid in trinitate dicere, aut cogitare, aut etiam postea genitum. Sed semper erat pater, & filius, & spiritus sanctus. Neque confrater est filius patri, neque coniunctio. Et spiritus neque coniunctio, neque confrater est patri & filio. Verum filius genitus ex patre, & spiritus procedens ex patre, ita ut trinitas inenarrabilis sit in identitatis glorificatione, & filius incomprehensibiliter sit cum patre: & spiritus sancto, similiter ut nunquam deficiat trinitas à sua sempiternitate. Pater igitur semper ingenuus: & increatus, & incomprehensibilis. Filius autem genitus, sed increatus ac incomprehensibilis. Spiritus sanctus semper, non genitus, non creatus, non confrater, non propter, non nepos: sed ex eadem essentia patris & filij: spiritus enim est Deus. At huiusmodi munitate vitæ nostrae testimonia in tota scriptura habentur. Verum de pluribus pauca apponam pro viribus, ne narratione de spiritu in praesens sine testimoniis relinquam. Statim etenim pater de filij praesentia dicit: Ponam spiritum meum super ipsum, & iudicium gentibus annuntiabit, quòd genuinum prædicet Deum sanctum suum spiritum omnibus credentibus ad salutem. vniuersus verò ad idem testimonium apponens dicit: spiritus Domini super me, eo quòd vnxit me: quo aduentus ipse in carne spiritu sancto munitus, & creditibus prædicatus, ex Christi testimonio claram confessionem haberet, quòd spiritus non est alienus à Deo. Rursus autem dicit Dominus de spiritu, spiritus patris mei est qui loquitur in vobis. Et rursus, velut non alienus sit spiritus à deitate Dei, insufflauit in faciem discipulorum, & dixit, Accipite spiritum sanctum. Et rursus, ut ostenderet suam aequalitatem ac coessentialitatem ad spiritum suum, & patris sui sanctum, dicit: Si diligitis me, mandata mea seruabitis. Et ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis: tanquam ipse Dominus sit paracletus, & spiritus sanctus similiter sit symparacletus. At apostoli ostendentes quòd non est seruus spiritus, sed eiusdem deitatis, autoritate ipsius demonstrantes, dicunt: Et dixit spiritus sanctus, segregate mihi Barnabam & saulum, ad opus ad quòd vocaui ipsos, &c. Apostolus autem clarè de ipso dicit: Dominus autem est spiritus. Vbi vero spiritus Domini, illic libertas, & vos populus Dei estis, & spiritus Domini habitat in vobis. Si itaque templum Dei vocatur propter habitationem sancti spiritus, qui audeat reprobare spiritum, & abalienare ipsum ab essentia Dei, cum palàm apostolus dicat, Vos templum Dei estis: propter inhabitantem in ipsius dignis spiritum sanctum. Quomodo verò alienus à Deo erit spiritus, qui profunditates Dei scrutatur? Et ne dixeris mihi, scrutatur, & nondum cognoscit: velut quidam maledicere audent, & seipso perdere: aliqui idem sanè dixerint & de patre, quoniam etiam de ipso scriptum est, Quòd scrutatur promptuaria ventris. Et si impiè intelliges, eo quòd non addita est vox Cognoscit, ad vocem scrutatur, de spiritu sancto: impius utique fueris, dum cogeres etiam de patre eandem opinionem proferre, Neque enim de patre scrutante promptuaria ventris, addita est vox Cognoscit. Neque enim erat opus dicere, cum praenotio Dei clarè indicetur, & ex voce scrutatur, perfectè enuncietur. Sic etiam de spiritu & filio, cum vna cognitionem ac praenotionem palàm habeat sancta Trinitas, perfectionemque ac indentitatem. Et infinita possunt de his dici, & ingens testimoniorum moles ex diuina scriptura produci, & res ipsa diffusè ampliari, ut etiam legentibus molestia inducatur. Verum sufficienter in vnaquaque hæresi multa loquuti, omnes illas nos imbecilli per potentiam Dei subuertimus, & alienas à veritate esse demonstrauimus, & singulas blasphemare ac negare veritatem, aliam plus, aliam minus, quemadmodum & hi faciunt, frustra in Dominum blasphemantes.

s. trinitatis mysterium explicatum.

Paracletus ipse de minus.

Z

& in spiritum sanctum, & non habentes neque hic, neque in futuro seculo peccatorum remissionem, iuxta ipsa aedem Domini verba, propter blasphemiam in spiritum sanctum, & ab ipsa veritate concu-
 cati, instat horrenda cerasta unicornis: quum mentis blasphemiam totum corpus corrumpere possit,
 velut ex Domini sermone, & vera vnguenti confessione persuasi sumus, quoniam blasphemanti in
 spiritum sanctum, neque in hoc seculo, neque in futuro remittetur, velut dixi. Conculcati itaque sunt
 ac contriti, & non valentes contra veritatem. Porta enim inferni verè sunt omnes hereses, sed contra
 petram non praevalent, hoc est, contra veritatem. Etiam si enim aliqui ex ipsis voluerint dicere, Fi-
 dem equidem editam in Nicæa etiam ipsi confitemur, ostende verò mihi ex ipsa, quod spiritus sanctus
 in deitate, connumeratur: comperientur, quod etiam ex ipsa redarguantur. Non fuit autem tunc de
 spiritu quaestio. Nam ad hoc quod pro tempore accidit, synodi cautionem faciunt. Quando quidem
 igitur Arius in filium maledicentiam produxerat, ea gratia cum ampliore disputatione exacta sermo
 num certitudo facta est. Vide verò ab ipsa confessione, quod non compertitur aliquid di-
 cere, pneumatomachi spiritum blasphemantes, & a dono ac sanctificatione eius alieni. Statim enim
 ipsa editio confitetur, & negat. Credimus in vnum deum patrem omnipotentem. At credimus, non
 simpliciter dictum est, sed fides in deum. Et in vnum dominum Iesum Christum, non simpliciter dic-
 tum est, sed fides in deum. Et in spiritum sanctum, & non simpliciter dictum est, sed in vnam glorifi-
 cationem, & in vnam unitatem deitatis, & in vnam coessentialitatem, in tria perfecta, vnam verò dei-
 tatem, vnam essentiam, vnam glorificationem, vnam dominationem, à voce Credimus, & Credimus
 & Credimus. Atque hic corrumpit raliū disputatio. Et quousque extendit sermonem, quam hanc suffi-
 cerentem his qui veritatem diligunt. Quapropter præteribo & hanc, inuocans deum, vt nobis con-
 sueto more opem ferat ad horum omnium subuersionem, quo per virtutem ipsius, absoluta promissio-
 ne nostra, per omnia ipsi gratias agamus.

Contra Aerium heresim LXXV.

Aerius quidam rursus similiter exortus est, magnum mundo malum, furiosus mente, elatus opi-
 nione. Omnem enim heresim temeritate eorum quæ facta sunt ab initio vsque ad finem, aut va-
 na gloriola, aut elationis fastuosa gratia effecit. Aut fecit sanè hæc concupiscentia, aut æmulatio er-
 ga proximos, aut exacerbatio, aut petulantia. In summa, cecitas ex diabolo est: non quod diabolus
 possit decipere non volentem, sed quod vnusquisque sibi ipsi author sit operacionis peccati, quo (vt
 inquit) probi ac integri manifesti fiant. Hic Aerius in hunc vsque diem viuit in carne, & superest in
 vita: Arius quidem in rotum, aliter enim non sentit, quam velut Arius, & adhuc vltra amplius quæ
 Arii sunt persecutatur, acutus lingua, & armatus labiis in hac parte, qui pertrahat ad seipsum deceptū
 exercitum, & multitudinem eorum quibus semper pruriunt aures, & laxa mens est. Nam & ipse ma-
 gnā quandam fabulosam ac vanam opinionem mundo excogitauit, quæ risum quidem excitat pru-
 dentibus, & tamen per hanc multos decepit ac allexit. Hic condiscipulus fuit Eustathii Sebastei, Se-
 basteæ Ponti appellatæ regionis, siue parua Armenia. Simul enim exercebantur prædictus Eusta-
 thius & Aerius. Quum autem venisset Eustathius ad episcopatum, ille magis concupiscebatur, sed nō
 peruenit ad ipsum, hinc oritur æmulatio. Videbatur autem Eustathius blandiri Aerio: statim enim
 postea constituit ipsum presbyterum, & xeno dochium siue peregrinorum hospitium ipsi commit-
 tit: quod ab alendis pauperibus prochotropheum in Ponto appellatur. Talia enim quædam extruunt
 ob amorem hospitalitatis, & mutilatos ac imbecillos illic diuertere facientes, victum suppeditant ac
 necessaria pro viribus ecclesiarum præfides. Quando quidem igitur ira ab ipso non deficiabat, quori-
 die augerebant sermones, & æmulatio ipsorum in medium progrediebatur, sermonesque non bo-
 ni & calumnie ab Aerio contra Eustathium proficiscebantur. At episcopus Eustathius accersito Ae-
 rio, blandiebatur, hortabatur, minabatur, infirmebat, consolabatur, & nihil perficiebat. Nam quod
 ab initio deiectum erat, in magnum malum ipsum opus impellebat tandem itaque relicto procho-
 tropheo, Aerius dicebat. Hinc pretextum velut contra inimicum volens inuenire, aut contra aduer-
 sarium telum mittere, persecrabatur: & de cetero apud omnes calumniarios Eustathium, dicebat: Nō
 amplius talis est, sed declinavit ad pecuniarum collectionem, & ad omnis generis possessionem. Et
 hæc sanè per calumniam excogitauerat ille: reuera autem cum Eustathius ecclesiasticas necessitates
 haberet in manibus, aliter facere non poterat, & probabilia videbat quæ ab Aerio dicebantur. Re-
 putauerit autem foras quis secum, quando quidem contra Aerium dicentes, Eustathium obiter
 induximus, nunquid etiam Eustathium laudibus vehimus? Equidem vitam ipsius ac politiam nō pau-
 civiri admirantur, vti nam autem & fide rectè sensisset. Arii enim dogma etiam ipse ab initio vsque
 ad finem obtinuit, & neque persecutionum tribulationes ipsum correxerunt. Persecutionem enim
 passus est cum Basilio & Bleuso ac reliquis. Visus est autem & ad Liberium beatum Romæ episco-
 pum vnā cum multis episcopis legatum agere, & editione synodi in Nicæa factæ, ac recte fidei confes-
 sioni subscribere. Verum postea velut recordatus & ex somniis expergefactus, rursus priora præ-
 Ariariorum opinionis confiditate non destitit. Attamen de Aerio nobis sermo est, quapropter rur-
 sus ad ipsum oratio dirigenda est. Hic Aerius propter huiusmodi rationes in principio quidem ren-
 unciationem iactat: relicto autem prochotropheo, magnam multitudinem virorum ac mulierum
 allexit. Fugabatur autem ipse cum suis ab Ecclesiis & agris ac vicis, & aliis ciuitatibus. Sepe vero cū
 multa

Cerastes
unicornis
Nicæa
nomina
spiritu
scto
ignora
uit.

Prochotro-
pheum.

Eustathius
Arianus
Liberius
Romanus
episcopus.

multa sua turba vigilantes, ac sobrii in agris debebant, subditi que & sub petra pernoctabant, & ad
 sylvas confugebant. Erat autem ipsi sermo furiosus magis, quam humanæ conditionis, & dicebat:
 Quid est episcopus ad presbyterum? Nihil differt hic ab illo: vnus enim est ordo, & vnus (inquit) ho-
 nor, & vna dignitas. Imponit manus episcopus, ita etiam presbyter. Lauacrum dat episcopus, simili-
 ter & presbyter: dispensationem cultus diuini facit episcopus, & presbyter similiter. Sedet episco-
 pus in throno, sedet etiam presbyter. In hoc multos decepit, & ducem hunc habuerunt. Deinde ait,
 Quid est pascha, quod apud vos perficitur? Iudaicis fabulis rursus additi estis: Non enim oportet
 (inquit) pascha peragere, pascha enim nostrum immolatus est Christus. Deinde qua ratione post mor-
 tem nominatis (inquit) nomina mortuorum? Orat enim (inquit) viuens, aut dispensationem facit,
 quid profuerit mortuo? Si verò omnino preces eorum qui hic sunt, pro illis sunt qui isthic sunt, igitur
 nemo sit pius, neque boni quicquam faciat, sed acquirat amicos quosdam per quem vult modū,
 aut per pecunias per suadens, aut amicis id in obitu demandans, & orent pro ipso, vt ne quid illic pa-
 tiantur, neque immedicabilia peccata ab ipso perpetrata requirantur. Sed neque ieiunium (inquit) erit
 ordinatum. Hæc enim Iudæi faciunt, & sub iugo seruitutis. Iusto enim lex non est imposta, sed patri-
 cidis ac matricidis, & reliquis. Si verò omnino volo ieiunare, qualemcumque eligam diem à me ipso
 & ieiunabo propter libertatem. Vnde apud ipsos studium est, vt potius in die Dominica ieiunent,
 quarta verò & prosabbato edant. Sæpe verò etiam quarta ieiunant, non ex statuto, sed ex propria (vt
 inquit) voluntate. In diebus autem paschatis quando apud nos sunt humi dormitiones, castitates,
 afflictiones, siccorum esus, preces vigiliae, ac ieiunia, & omnes animarum salutes per sanctas affli-
 ctiones: ipsi à summo mane obsonantur, carnè que ac vino venas suas explentes cachinnantur, riden-
 tes ac subannantes eos qui sanctum hunc cultum hebdomadis paschatis perficiunt. Tamen si enim
 renunciatorium habeant huiusmodi, non tamen exercetur apud ipsos, sed multo plus carnis
 esus & vini potus: nisi fortasse rari aliqui in medio ipsorum ex propria voluntate hoc velint, verum
 plerique ipsorum magis vtuntur largis eduliis, carnis esu & vini potu, velut sæpe dixi. Hæc sunt quæ
 Aerius in mundo euomuit. Ostendit itaque intelligentiam & incredulitatem suam, per ea quæ rur-
 sus ad prauam artem in mundum furiosè inuexit. Verum ad oppositiones aduersus ipsum deuenia-
 mus, pauca recensentes atque sic prætereuntes: & quod quidem tora res est stulticia plena, apud pru-
 dentes manifestum est. Dicere enim ipsum episcopum & presbyterum æqualem esse, quomodo erit
 possibile? Episcoporum enim ordo, Patrum generator est: patres enim generat Ecclesia. Presbyte-
 rorum verò non potens generare patres, per lauacti regenerationem generat filios Ecclesie: non ta-
 men patres aut doctores. Et quomodo possibile erat, presbyterum constituere non habentem ma-
 num impositionem ad eligendum, aut dicere ipsum æqualem esse episcopo? Decepit autem prædi-
 ctum Aerium nugacitas ipsius & æmulatio. Profert autem ad errorem suum & eorum qui ipsum au-
 diunt, quod Apostolus scribit presbyteris & diaconis, & non scribit episcopis. Et ad episcopum di-
 cit: Ne neglexeris donum quod in te est, quod accepisti per manus presbyterij. Et rursus in alio loco
 episcopis & diaconis scribit. Quare est, inquit, idem episcopus & presbyter? Et non nouit ille, qui
 consequentia veritatis ignorat, & historias profundissimas non legit, quod cum recens esset præ-
 dicatio, sanctus Apostolus pro re nata, velut habebat scripsit. Vbi enim episcopi erant iam constitu-
 ti, scripsit episcopis & diaconis. Non enim omnia statim potuerunt. Apostoli constituere: presbyte-
 ris enim opus erat & diaconis, per hos enim duos ecclesiastica compleri possunt. Vbi verò non inue-
 tus est quis dignus episcopatu, permansit locus sine episcopo. Vbi autem opus fuit, & erant digni epi-
 scopatu, constituti sunt episcopi. Cum autem multitudo non esset, non inuenti sunt inter ipsos, qui pre-
 sbyteri constituerentur, & contenti fuerunt solo episcopo in loco constituto. Verū sine diacono in
 possibile est esse episcopum. Et curā adhibuit sanctus Apostolus vt diaconi essent episcopo, propter
 ministerium. Sic Ecclesia accepit complementa dispensationis, sic illo tempore erant loci. Nam sin-
 gulæ res non ab initio omnia habuerunt, sed progressu temporis ea quæ ad necessariorū perfectio-
 nem requirantur, parabantur. Equidem Moles mittitur in Aegyptum, velut vetus Testamentum ha-
 bet, cum virga sola. A Deo autem missus, cum proficisceretur in Aegyptum, additur ipsi in auxilium
 Aaron, frater ipsius. Deinde postquam, fratris commissionem dedisset, congregatus est apud ipsum se-
 natus, & principes populi illius temporis. Et post hæc corroborato opere, & collecta consequentia,
 pertransiit mare. Et nondum erant secundum legem, donec Dominus vocat ipsum in montem. Dat
 autem ipsi plicas siue tabulas mandatorum, & ostendit ipsi vt cōstruat tabernaculū, & præficiat prin-
 cipes, decuriones, quinquagintarios, centuriones, & tribunos militum. Et vides quomodo res ampli-
 antur. Facies, inquit, omnia iuxta formā ostensam tibi in monte Sina. Et vides quomodo additū est
 candelabrum septē faculas habens, vestes ad pedes demissæ, indumenta sacerdotalia, tintinnabula, chla-
 mydes, amicala, pilei mitrae, lapidū preciosorū cōpositiones, cyathi, mortariola, thuribula, pelices, al-
 taria, catini, marmaroth, quæ sunt cola, midicoth qui appellatur cyathi, mechonoth qui sunt gradus
 & quæcumque lex recenset, cherubim, & alia, arca testamenti, vestes, anuli, tentoriū, collaria & pelles:
 rubefactæ, poculāq; & alia, ianitores & tubæ ductiles ac curuæ, aureæ ac argenteæ, aræq; ac cornes,
 & alia quæ lex dixit, sacrificia diuersa, doctrinæ. Nā cū ab initio hæc non essent, nunquid ergo post-
 quā factus est ordo, nō exhibuerūt negocia? Sic etiā quæ apud Apostolū scripta sunt, donec ampliata
 est Ecclesia, donec ad propriā mēsurā deuenit, donec ornatu intelligentiæ iustissimè ex Patre & Filio ac
 sancto Spiritu gubernata est. Et corrumpit Aerij sermo. Et quod nō potest idē esse, docet diuinus Apostoli ritus.

Episcopus
differt
presbyte-
re

Mel Perado

Episcopus
differt
presbyte-
re

Principia
omniū re-
rū exigua
tempore au-
gescunt.

Ruina ser-
monis Ae-
rii.

sermo, quis sit episcopus, & quis presbyter, cum dicit ad Timotheum qui erat episcopus: Presbyterum ne obiurges, sed adhortare velut patrem. Quid negocij esset episcopo, vt presbyterum non obiurgaret, si non super presbyterum potestatem haberet? Quemadmodum etiam rursus dicit: Aduertus presbyterum ne cito admiseris accusationem, nisi coram duobus aut tribus testibus. Et non dicit ad aliquem presbyterum, Ne admiseris accusationem contra episcopum: neque scripsit ad aliquem presbyterum, vt ne episcopum obiurgaret. Et vides quod omnis ruina eius qui ex diabolo concussus est, non est exigua. Videmus autem ac consideremus etiam alia ipsius, & primum de paschate dicamus, quod dicit, Pascha nostrum immolatus est Christus: videamus ipsum qui dixit hoc, an non perfectus, & dicit, Festinabat quo perageret diem Pentecostes in Hierusalem. Qualem autem Pentecosten perficiebat Paulus, si non pascha perficiebat? A quo vero non assensum est in omnibus orbis terrarum regionibus, quod quarta & prosabbato, ieiunium est in Ecclesia decretum? Si vero etiam oportet constitutionem Apostolorum proferre, quomodo illic decreuerunt quarta & prosabbato ieiunium per omnia, excepta Pentecoste, & de sex diebus pascharis, quomodo precipiunt nihil omnino accipere, quam panem & saltem & aquam, qualis die agere, & quomodo dimittere in illucelcentem dominicam, manifestum est. Quis autem magis de his nouit, hic ne seductus homo, qui etiam nunc superest, & hucusque in mundo versatur, aut qui ante nos testes fuerunt, habentes ante nos traditionem in Ecclesia, qui que etiam a patribus suis traditum acceperunt: quemadmodum etiam hi a suis patribus didicerunt, qui ante ipsos fuerunt, quomodo Ecclesia acceptam a patribus suis veram fidem vsque huc continet, itemque traditiones. Et corrumpat rursus huius sententia de paschate. Deinde vero sit non de eodem argumento quartarum & prosabbatorum, iidem Apostoli in constitutione dixissent, etiam aliter vndique demonstrare possemus: Attamen de hoc exae scribunt. Assumpsit autem Ecclesia, & in toto mundo assensus factus est, antequam esset Aetius, & qui ab ipso appellatur Aetiani. Fortassis enim & ob hoc iustissimum nomen accepit: aetium enim spiritum habebat ex immundicia, quod ab aeriis spiritibus prauitatis, in ipso contra Ecclesiam habitauit. Postea vero de eo quod proferatur nomina vita defunctorum, quid hoc magis fuerit vile, quid hoc commo dius, & magis admiratione dignum, quod credunt praesentes, quod hi qui decesserunt viuunt, & non sunt nulli, sed sunt & viuunt apud Dominum: & vt pientissimam praedicationem recenseam, quod spes est orantibus pro fratribus velut qui in peregrinatione sint. Pro sunt autem & preces pro ipsis fiientes, etiam si totam culpam non abscondant. Verum enimvero quod nos saepe dum in mundo sumus, fallimur & erramus tum inuiti, tum voluntarie, quo id quod perfectius est significetur, & pro iustis, & pro peccatoribus memoriam facimus: pro peccatoribus quidem, misericordiam Dei implorantes: pro iustis vero & patribus, & patriarchis, Prophetis, Apostolicis, Euangelistis, martyribus ac confessoribus, episcopis que & Anachoretis, & pro vniuerso ordine, vt Dominum IESUM ab hominum ordine separemus, per honorem quem ipsi exhibemus: & vt adoratione ipsi praestemus, illud mente volentes, quod Dominus non est alicui homini adaequatus, etiam simillies, & vltra, in iusticia degat vnusquisque homo: quomodo enim possibile fuerit ille enim est Deus, hic homo, & ille in caelo, hic in terra, per reliquias in terra: exceptis his qui resurrexerunt, & cum ipso ingressi sunt in ciuitatem sanctam, velut sanctum Euangelium dicit: Multa autem corpora sanctorum surrexerunt, & cum ipso ingressi sunt in sanctam ciuitatem. Sanctam autem ciuitatem quam dicit: In ambabus enim sermo hic impletur, in ea quae hic est, & in superna. Quod enim in hac Hierusalem cum ipso ingressi sunt primum, id manifestum est. Antequam vero ascenderet Saluator in caelum, nemo ascendit donec cum ipso ascenderunt. Nemo enim ascendit in caelum, nisi qui ex caelo descendit, filius hominis. Verum de his cum locus ita ferret, duas sententias ostendimus. Si vero quis dicit, Nunquid sane in Hierusalem ingressi sunt: is discat, quod in illa die foribus clausis astitit Iesus, vbi erant discipuli eius congregati, & dixit ad ipsos, Pax vobis. Deinde vero rursus ad propositi argumenti consequentiam deueniam, quod Ecclesia necessario hoc perficit, traditione a patribus accepta. Quis autem poterit statutum matris dissoluere, aut legem patris velut Salomon dicit: Audi filii sermones patris tui, & ne repudies statuta matris tuae: ostendens per hoc quod & in scriptis & sine scripto docuit pater, hoc est Deus, & vnigenitus, & spiritus sanctus. Mater autem nostra Ecclesia, habet statuta in se posita, indissolubilia, quae dissolui non possunt. Cum itaque ordinata sint in Ecclesia statuta, & bene se habeant, & omnia mirabiliter fiant, confutatus est rursus etiam hic seductor. Sed & hoc relicto, velut scarabaeo, aut cantharide, aut buprestis animalculo, per ecclesiasticum fundamentum & Dei potentiam conculcato, ad reliquias consequenter procedamus, Deum auxiliarium inuocantes.

Contra Anomeos, haeresim. XXVI.

Sunt rursus quidam qui appellantur Anomei, hoc est inaequales, siue dissimiles, Hi autem recentiores sunt. Habuerunt autem ducem Aetium quendam diaconum, euectum propter nugas suas a Georgio Alexandrino, qui Arianorum simul ac Meletianorum episcopus fuit, & temporibus Iuliani, velut supra a me declaratum est, in pompam per urbem ductus est super camelo: & primum quidem a Graecis conclusus & multa passus, ac per urbem ductus, velut dixi, & lignis caesus, deinde per totam ferme ciuitatem tractus, ac sic mortuus, & post mortem exustus, & cum multis pecorum ac bestiarum ossibus in cinerem redactus, & postea a ventis dissipatus, sic tandem finem adeptus est. Dixerit autem fortassis aliquis de eo qui sic mortuus est. Igitur martyr factus est, qui a Graecis haec passus est. Et siquidem

Georgii Alexandrini interit.

siquidem pro veritate fuisset ipsi hoc certamen, & haec accidissent ei a Graecis propter inuidiam, & ob confessionem in Christum: reuera intet martyres, eosque non paruos, locatus esset. Non erat autem causa propter confessionem in Christum, sed propter multam violentiam, quam in suo appellato episcopatu in ciuitatem & populum exercuerat, alicubi hereditates hominibus a parentibus relictas diripiens. Et vt ne calumpniemur virum: multa enim sunt quae ab illo Alexandrinis facta sunt: quomodo nitrum omne exceperit, quomodo paludes papyri & calami, & stagna salis gubernate & ad se ipsum aufere excogitauit: Nam omnis turpitudine vita quaestus gratia per multas artes, vsque ad vilissimas res, ab ipso non negligebatur. Et enim & lecticas excogitauit corporibus eorum qui effertur, ad numerum certum facere, & sine his quae ab ipso ordinatae erant, non efferebatur corpus mortuorum, maxime peregrinorum: non propter hospitalitatem, sed velut dixi, quaestus gratia. Si quis enim sepelisset per se ipsum corpus, periculum subibat: sic autem a singulis qui efferebatur lucri aliquid ipsi accedebat. Et omitto de his dicere quae ille vir in deliciis & crudelitate & aliis accipiebat. Propter haec igitur omnia Alexandrini in ipsum ita perciti, & maxime Graeci, hac morte ipsum multauerunt. Mihi vero obtigit occasio de hoc dicendi, eo quod Alexandrini audito obitu Constantij statim hoc modo ipsum perdidit, & nulla alia de causa hic de ipso a me facta est mentio, quam propter Aetium ab ipso constitutum diaconum. Hic Aetius etiam secundum mundanam doctrinam in ruditus erat, vsque ad perferendam suam aetatem, velut fama refert. Ceterum digressus in Alexandriam, operam dedit Aristotelico cuidam philosopho ac sophista: & cum sane dialecticas argutias ex illo didicisset, nihil aliud cogitauit, quam quomodo essingeret de Deo Verbo expositionem, & hac rem attentius aggrediebatur, a summo mane & perpetuo vsque ad vesperam in hoc desidens: dico autem in hoc, vt per geometriam quandam & per figuras de Deo diceret ac decerneret, docens ac degens velut summus Arianus. Et cum Arij furiosam doctrinam haberet, amplior pernicijs euasit per illorum conuersionem, & contra filium Dei, & contra spiritum sanctum linguam suam quotidie excauit. Hic autem accusatur ab aliquibus, & eadem Constantio indicatur, & in exilium mittitur ad Tauri partes. In quo loco omnem suam doctrinam dilatauit, & in medium proferre cum dicendi fiducia deprehensus est, perstricta fronte per impudentiam ampliore, & euomitiones mala doctrina indefinenter ostendit. Ausus est enim dicere inaequalem & dissimilem filium patri esse, & non idem deitate esse ad patrem, non quod non similitudini innitatur. Nam super similitudinem, nouimus filium ad patrem velut eundem deitate, & aequalem, & omnino non alteratum. Multa enim sunt assimilata Deo sed non idem & aequalia sunt deitati: quemadmodum etiam homo secundum imaginem & similitudinem est, sed non idem cum Deo ad aequalitatem. Et simile est regnum caelorum grano sinapis, sed non idem cum regno, quod nequaquam particeps est eiusdem ac similis fermenti. Et simile est decem virginibus, & viro patrifamilias velut ad similitudinem, sed non secundum identitatem. Cum autem filius similis sit patri, & plus quam similis, eo quod idem sit ad patrem, & aequalis patri: non similitudinem solum confirmare nobis studium est, sed etiam identitatem ac aequalitatem, velut qui est Deus ex Deo, & filius ex patre, & non alienus ab essentia, sed ex ipso genitus. Sic etiam de Spiritu sancto. At vero huic generoso Aetio neque similitudinem filij ad patrem approbare visum fuit. Verum nos non solum similitudini innitentes, confirmationem fidei, & honorem Trinitatis verè proponentes confirmemur. Nam & argentum stanno assimilatur, & aurum aeri, & plumbum ferro. Et lapides preciosi assimilantur vitro: & similitudo non indicat naturam, sed assimilationem. Hic vero nos contentente scriptura filium imaginem Dei inuisibilis esse, vim diuinam Scripturae ex Dei munere diligenter cognoscere, nimirum quae ad Pharisaeos dixit: Non nouistis scripturas, neque uirtutem Dei: non uimus duplicem esse hunc habitum. Verum ab usum velut ab homine accipientes, ad dictionis siue locutionis confirmationem declaramus: nam & hominis imago dicitur, & non similis. Haec enim est per colores assimilata, illa uero per generatiam coessentialitatem, tanquam genito filio ad patrem exprimentem genus, & tanquam de caetero assimilatio reperitur identitatis, & coessentialitatis, & expressae imaginis. Et est nobis vnigenitus filius Dei, idem eum patris deitate & dignitate, & aequalis per ueram imaginem, ac similitudinem non euariantem, sed nihil immutatam, velut filius ex patre uerè & coessentialiter genitus. Sic etiam de spiritu sancto, eo quod ex patre procedit, etiam si non est genitus, propterea quod filius est vnigenitus. At hic Aetius amplius uolens resistere ueritatis confessioni, ne similitudinem quidem filij ad patrem confiteri conatur. Nam alij Ariani a Luciano & Origene accepta occasione, & alij qui conuersati sunt cum Asterio sophista, qui excidit in persecutione tempore Maximiani facta: partim quidem velut in superiorem orbem a me declaratum est, creaturam filium Dei vnusquisque praedictorum decernit, & spiritum sanctum creaturam creaturae docuerunt: partim uero dixerunt, simile esse filium patri, etiam si creaturam ipsum esse decreuissent. Hic uero tota quidem illorum simulatione: sua uero impietate clare detexit, dogma illud aditum ac impudens aduersus Dominum reuelans. Et ut quidem habet ueritas iustissime aduersus eos qui creaturam introducunt, huius Aetij etiam Anomei appellati, exacta confessio inuehitur. Omne enim creatum dissimile est creatori, etiam si ad gratiam assimilatur. Et creator creati dissimilis est, etiam si eolorum uarietatibus ipsum ornate conatus fuerit: nisi sane secundum imitationem solum speculationis fuerit expressum ad assimilationem ac similitudinem. Et quantum ad Arianos, qui creatum putant filium Dei, & spiritum sanctum, ualidus fuerit huius sermo, uelut etiam postea ab ipsis Arianijs, Eudoxio inquam, & Menophilo, atque alijs citatus, & coram rege constitutus, ipsos palam redarguit, cum diceret: Qualiter ipsi habet, ego habeo, uelut etiam ipsi omnes. Sed quod in me

Georgii Alexandrini auaricia.

Aetius inruditus.

Similitudinis ratio.

Aetius contra Arianos recte inuehitur.

verū est, ipsi occultant: & quod ego clarē ostendo ac confiteor, hi omnes eadem dicunt. Occultabant autem hoc, cum rex non aduersaretur Arianae fabulae, sed pium sanē se esse putaret. Nam creaturam confiteri filium Dei recusabat, indignabaturque, ac in exilium misit Aetium, velut supra ostēsum est. Atque hinc initium haeresis cepit, & ab vno argumento ad multam aliorum calamitatem vir hic mente elatus, grauius sauciuit animam suam, & eorum qui ipsi fidem habuerunt. Nam ad eam imaginationem seductus ille postea deuenit, itēque discipuli eius, vt diceret: Sic scio Deum clarissimē, & ad eū ipsum scio ac noui, vt nō me quidem magis noscam quā Deum. Sed & alia multa de hoc au diuimus, quomodo diabolus horribiliter machinatus sit, vt per ipsum animas hominum inescarōrum perderet. Etenim non solliciti sunt de vitā sanctimonia, non de ieiuniis, non de mandatis Dei, non de aliquo alio ad vitam hominibus à Deo praecepto: sed solum promptus est ipsis sermo, per vnum verbum omnia. Velut si quis iactura ē nauis facta, & omni vectigali eiecō, detineat vnum quiddā ex his quae in nauem imposita sunt, tegulam inquam, aut aliud quid, vt per vnum instrumentum omnem pontum pernatate possit, & salutem sibi ipsi parare: & talis fallatur, & non velut putauit de instrumento in manus sumpto, finem reperiat, postea submersus, à toto negotio ac salute excidat. Sic etiam hic Aetius, & qui ex ipso sunt anomoi, in medium afferentes dictum quod à Domino in Euangelio dictum est, dictionem quidem exponunt, verū vim ipsius non recte tenentes, falluntur & falluntur. Quum enim in ipsos inciderit quis, & de mandatis mentionem fecerit: hoc dicunt velut dictum habet, quod nihil aliud est quod querit Deus à nobis, quā vt cognoscamus ipsum solum: quemadmodum etiam Christus dixit, dum ait, Da ipsis patre vt habeant in seipsis vitam: haec autem est vita, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Audiuimus enim quosdam dicentes, quod ab ipso palam audierunt, quum quidam accusarentur ob absurdum factum, quod cum muliere dormiuissent, & ab ipsis condemnarentur ille omnino non indignabatur, sed etiam frustra illud ludebat, dicens nihil esse tale. Corporalis enim, inquit, est necessitas & ministerium, velut aurem scalpimus. Et ipse quidem vereor dicere, quae impurus ille narrauit. Accepra, inquit, penna aut sarmentum autem scalpimus, & sic cessat pruritus circa aurem: ita & hoc, inquit, cogitabit secundum naturam, & si quis perfecit, non peccat. Et multa talia hic vir exponens, diluit omnia & male docuit: vt ex ipsis operibus videatur, quis sit. At Domini verba clarē nobis declarant ipsum, vbi dicit: Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in indumentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: ex fructibus ipsorum cognoscetis ipsos. Nunquid colligunt à spinis vvas, aut à tribulis ficus? Sic etiam huius per omnia dementiae temeritas hinc & illinc redarguitur, qui sanē contra Dominum suum aperuit os, & effreni lingua in Dominum suum blasphemias iacere non est veritus: quo ex fructibus proteruitatis ac aquositate ipsius prudentes periculo facto non decerpant. Non enim potest vna ex spinis vindemiari, cum etiam ex peruersa doctrina vitae sanctimonia conspiciatur. Verū haec quidem circa virum facta esse accidisse audiuimus. At per doctrinam ipsius commissa multa sunt, cum elatio animi eius, contra Dominum aua vsque ad insaniam processerit. Pauca verò de multis apponam, & quae Dominus dederit, ad ipsa subuertenda, etiā ipsi dicemus. Et est huius Anomoi de fide nugacitas & verborū assimilationes, ex Scriptura quidem acceptae, non autem sic sententiam habentes, sed aliam vim tenentes, ab ipso verò sic accepta. Asserit autem statim in principio, quod non potest ingentū simile esse genito: nam & nomine differunt, alterū enim est ingentū, alterum genitū. At verò totum est solidum, & quod ad insaniam adegit virum. Si enim quaremus ingentū genitorem, vt ne opinione veram de Christo perdamus: inuenietur non amplius vnus pater, neque pater patris, sed infiniti patres patrum, dum inquiruntur. Et non amplius vnus Deus est, qui semper est, & ante se nihil habuit, & semper perseuerat ac manet, ex quo vnigenitus verus filius genitus est, & est, & sanctus eius spiritus ex ipso: sed erunt dum queruntur dii multi, Et de cetero, omnia fraus erunt, & non veritas. Oporteret autē velut est, vnum scire Deum patre Domini nostri Iesu Christi, ex quo etiam spiritus sanctus ex patre procedens, & de filio accipiens. Et haec est vna deitas, vnus Deus, vnus Dominus, Pater & Filius & spiritus sanctus: non quod conuentione sit Filius ad Patrem, aut etiam spiritus sanctus: sed Pater pater, & Filius filius, & spiritus sanctus spiritus sanctus. Tria perfecta, vna deitas, vnus Deus, vnus Dominus quemadmodū iam saepe in his haereticorum tractationibus hoc modo glorificatione de Deo expressimus. Igitur quandoquidē vnus est Deus, & non datur suspicari alium praeter eum qui est: admirabiliter & ingentus est pater & increatus, & vnigenitus filius Dei ex ipso genitus, non dissimilis est ipsi per omnem modum: sed idem cum Patre, & aequalis secundū omnem dignitatē, etiam si hic genitus est, ille verò ingentus est. Si quidem enim omnino genuit ex se filium, impossibile est non esse aequalem ac similem patri. Omne enim quod gignit, simile sibi ipsi gignit: & non solum simile, sed aequale identitate, Homo etiam hominem gignit, & Deus Deum. Et homo quidem ex corporū complicatione, Deus autē inenarrabiliter solus vnigenitum genuit: & non secundum aliquam defuxionem, neque contractionem, neque dilatationem. Sed spiritus existens pater, ex se ipso sine principio & sine tempore filium genuit, simile ipsi per omnia & aequalē, velut dicit sanctū Euangelium, quod querebant ipsum occidere Iudaei, nō solum quod dissoluisset sabbatū, sed etiā quod filium Dei se ipsum dixisset, aequalem se ipsum faciens Deo. Quomodo enim nō similis sit patri & aequalis per omnia, qui in ipso habet vitam, & dicit, Quemadmodū pater suscitāt mortuos, sic etiam filius suscitāt mortuos. Et qui dicit, Qui vidit me, vidit patrem: non potest diuersus esse, qui per se ipsum patrem significat. Et qui dicit, Qui cognoscit me cognoscit patre, &, Qui vidit me, vidit patre, velut ipse nō alius sit praeter patre, quemad-

Similenu fragicum.

Peccatorū nulla ratio apud Aetium.

Similitudinē aequalitatis ratio.

modū etiā pater & filius significat, Faciamus hominē ad imaginē nostrā, & ad similitudinē. Si enim nō esset filius similis patri, quomodo igitur homo ad imaginē & ad similitudinē factus est? Nō enim dixit pater, Faciamus hominē ad imaginē meam, aut iuxta imaginē tuam: sed, Ad imaginē nostrā. Ab eo verò quod dicit Nostram, aequalitatem patris in filio ostendit, & similitudinē: & non hoc solum, sed etiam identitatem in omnibus, & in nullo diuersitatem. Quomodo verò potest non esse aequalis, & non similis, velut etiam iam dixi, qui dicit: Ego in Patre, & Pater in me. Non enim ipse solū in Euangelio hoc dicit, sed etiam in spiritu sancto prophetans Esaias nouit filium in patre, & non alienum à patre, neque diuersum: quemadmodū habet dictū, quod hanc consequentiā habet, ab Hebraico quidem sic: Phthou, saarim, viaboto, sadic, fomer emmunim, tesro smooch Thesar, Salom salom, chibac batou, betub baldonai, addoth chibaia, adonai Sodolemim. Ex Graeca verò interpretatione Aquilae sic: Aperite portas, ingrediatur gens iusta, seruans fidem, signētū firmum, custodia pacis, quia in ipso confidunt, confidite in Dominū vique in seculū, quia in Domino Dominus qui firmavit secula. At apud Septuaginta sic: Aperite portas, ingrediatur populus custodiens iusticiam, & conseruans veritatem, defendens veritatem, & custodiens pacem, quia in te sperauerunt Domine vique in seculū, deus magnus aeternus. Obseruet autem lector, quod pro Dominus deus: & magnus, pro in domino, apud septuaginta habetur. Et quanta ac quot possent de hoc dici: Vereor autem, ne forte in molem ingentē accumulē de his verbis tractationem. Omnia enim clara sunt in diuina Scriptura his, qui pia rationatione diuinū sermonē adire volunt, & non diabolicam operationē in seipsis conceperunt, ac se ipsos in barathrum mortis conicere conantur. Velut miserabilis hic, & qui ab ipso sunt peruersi, contra veritatem arma mouerant, super omnes qui ante ipsos fuerunt blasphemī in Deum ac ipsius fidē. Et quod quidem non potest dissimilis esse Filius patri, imō neque huc enitētes haec diximus: est enim nō solum similis, sed etiā aequalis & idem deitate, idem sempiternitate & potentia. Et non dicimus id essentialē, vt ne dictio apud quosdam vsurpata Sabellio assimiletur. Idem verò dicimus deitate, essentialē & potentia, per omnia aequalem Patri & sancto ipsius spiritui. Coessentialē autē dicimus, velut habet sancta fides, qua ex voce Co, manifestē significantur perfecta. Quoniam filius ex patre perfectus ex perfecto, perfectus etiam spiritus sanctus. Ceterum ab vno & altero aut tertio testimonio hi deprehenduntur. Si enim omnino confiteatur ab ipso genitum, necessario confitebitur similem esse genitori. Manifestum est autē, quod in verbis quidem dicit genimen siue geniturā, creaturam autē manifestē habet & credit. Per gratiam verò filium ipsum vocari, velut expertus est ille coelestium cognitor, & indiuisibilem diuisor, & nostrā in Christi salutis geometra. Corruit autem omnium horū sermo, qui creaturam ipsam esse falso protulerunt, sicut etiā huius corruer. Dicam enim ad ipsum iustissimē, dic mihi o bone, quid dices de filio Dei, creaturam ipsum dices, aut genimen, siue geniturā? Si enim creaturam ipsum esse dices, ne amplius probabiliter occultes perniciem, dum nomine genituram Patris ipsum vocas. Omne enim creatum non est genitū: & si est genitū, non est creatū. Omite igitur vt neque sermone genitū dicas. Non enim conuenit tibi omnino, vt vel in vno sermone veritatis verba in labiis feras. Sed dic omnes tuas insidias, vt dicamus quis es, & sic insidias tuas euitemus, quae animas corripunt, & strue insidias his qui tui desiderio tenentur. Adoras itaque filiū dei, aut nō adoras? Etiā, inquit, adoro ipsum Deum adoras, aut non? Etiā, inquit, Deū adoro. Qualis igitur erit deus, qui apud te creatus dicitur, & adoratur? Si quidem enim vnum creauit adorandus deus, & hunc adorari voluit reliqua verò omnia ipse creator non vult adorari. Imō etiam accusat adorantes creaturam, per legem docens: Non facies tibi ipsi vllam similitudinē, ac adorabis ipsam, neque in caelo, neque in terra, neque in aquis. Et Apostolus dicit, Coluerunt creaturam praeter creatorē, & stulti facti sunt. Quomodo igitur de omnibus praecipit vt ne adorentur? Nunquid personarū acceptio est apud deū: absit. In hoc enim quod vnus adoratur, ostendit penitus aliū esse eū qui adoratur praeter creaturā: & alia creaturā que non adoratur, praeter adorandū dominū, filiū dei ex patre genitū. Ideo enim quod ex ipso genitus est similis ipsi, & secundū ipsum filius, ea propter etiam adorandus est ab omnibus. Per ipsum enim fecit omnia, & sine ipso factum est nihil. Per ipsum enim & sanctum suum spiritum, qui ex ipso processit, & de filio accepit, fecit & firmavit omnia. Verbo enim domini caeli firmati sunt, & spiritu oris ipsius omnis virtus ipsorum. Cum enim dixit vnigenitus, velut supra à me relatum est, vt cognoscāt te solum verū Deum, & quem misisti Iesum Christū, segregauit seipsum à creatura. quemadmodum etiam Apostolus dicit, Vnus deus ex quo omnia, & nos per ipsum: & vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Et vides, quomodo ostendit vnū deū patre, & vnū dominū ex ipso genitū. Et non dixit, Vnus deus & vnus dominus cū omnibus ex ipso factis: sed, Vnus dominus, per quem omnia. Si verò vnus dominus per quem omnia sunt, non est vnus ex omnibus, sed factor omnium creatorum, omnium creator existens. Cum autem filius ex patre genitus sit, & ex patre sit, per quem omnia facta sunt: dissimilis omnibus est, nempe creator vniuersorum existens. Nam vnus & vnus deus pater, ex quo omnia: & dominus Iesus per quem omnia: contra superiore dictione per vnus, & vnus, & per ex quo & per quem: partim elare ex patre filium manifestauit, partim non item filium ex reliquis esse mirabiliter pronunciauit, per quem omnia dicens: quo ostenderet patre esse, & filium esse à patre existente vnigenitum dominum. Dixit autem haec Apostolus spiritu sancto ductus. Qui propter non habuit opus de spiritu aliquid declarare, non quod non glorificetur spiritus cum Patre, & Filio: neque vt ipsum ex omnibus significaret, quae per filium creata sunt. Sufficiebat enim patri ac filio connumerari per firmā filij confessionē, dum dicit: Euntes baptisate in nomen Patris & Filij & spi-

Ego in Patre, & Pater in me. Esaias loc⁹ expensus.

Filius Dei nō est creatura.

Pauli loc⁹ explicat⁹.

ritus sancti. Loquens itaque Apostolus, imò potius spiritus sanctus in ipso, de seipso non indicauit. Manifesta enim erat cognitio de ipso, ut de qua neque Iudæi ambigerent: reseruabatur autem, ut ne spiritus sanctus seipsum constitueret. Apostolus enim spiritu sancto se ferebat, & de patre ac filio dicebat, ut ostendatur trinitas semper existens, & nūquam esse desinens. Ne admireris, si audieris, vnus Deus ex quo omnia, & vnus Dominus per quem omnia. Nam in eo quod dixit filium Dominum, non omnino negauit Apostolus esse Deum etiam Dominum. & in eo quod dixit, Vnus Deus per quem omnia, non negauit esse Deum etiam Dominum. Simul enim & Dominus & Deus, & Deus & Dominus: & nihil differt de his quæ ad nos in veritate salutariter ex Deo per Apostolos prædicata sunt. At vero idè Anomæus, & qui ex ipso orti sunt, relicta via veritatis, malè progrediuntur, & verba Dei excogitantes, & de cæteris ad dissertationes ac disputationes verborum, sententiam euerteres, resiliuerunt à veritate, & à cælestibus exciderunt. Omnis enim dictio redarguet ipsos, si mentem suam ad Euangelij illuminationem conuertere voluerint. Nusquam enim vngenitus dicit, & quidem in carne præsens, Qui creauit me pater, demisit me. Neque pater alicubi in Euangelio dixit, neque in veteri Testamento, Creauit vobis filium: sed, Pater me misit, & Ex patre exiit, & venio. & Qui est in sinu patris, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Et multa licet nobis de salute nostra cognoscere, & non à nequitiosa huius diaboli doctrina corripere. Diabolus enim, volens perdere humanum genus, inuidia ductus aduersus hominis gloriam, diuersas artes excogitauit. Primum quidem per ignorantiam, deinde per idolatriam, aliquando per improbitatem, nunc verò per errorem & hæreson fraudem: quo vndiquaque hominem à cælestibus subuertat. Quot igitur & quanta poterit medio critatis nostræ mens aduersus te dicere, ò Anomæe? Rectè enim Anomæus, hoc est, inæqualis & dissimilis es, qui ab hominibus & mores & intelligentiam perueristi, his inquam, qui intelligentiam Dei adepti sunt, & fidem veritatis habent. Non enim ad bonum procedens inæqualis factus es hominibus, sed declinatione à via veritatis factus, dissimilis factus es filius ecclesiæ Dei: & prætextu arrepto, filium Dei qui secundum ipsum patrem est, dissimilem patri dicens, tu dissimilis factus es, & hoc nomen sortitus, cum non amplius similis sis eorum qui in Deo seruantur. Quo vero non circa ipsius quæstiones immorans tempus perdam, age ex ipsis dictionibus quas ipse exposuit dialecticè ad quosdam scribens, ipsum confutabimus. Videbitur enim dialecticam quandam fraudem conficere in suo libro, qui nullum sermonem habet fidei simplicissimæ ac sincerissimæ & in spiritu sancto ac mansuetor ornata. Totum vero per totum ipsius opus quod ad nos peruenit, in primis posui, ut ab ipso faciamus reliquam disputationis aduersus ipsum subuersionem. Et est hic Actij Anomæi libellus.

Actij Anomæi.

Actij libellus.

Quandoquidè in tempore illatæ nobis persecutionis ab antiquariis, & his qui iam diu opinioni sue adhæserunt, quidam ex prædictis abstulerunt cū aliis multis, etiā opusculū priuatim à nobis elaboratum, de ingenito Deo & genito, idque interpolationibus ac detractionibus corruptū ediderunt, ordinis consequentia interpellata: venit autem postea id ipsum ad nos, studio quodam nobis ipsum afferente: coactus sum rursus velut pater purgatum id scriptum vobis emittere, ò vos omnes pij decerratores ac decerratrices, quo scire possitis iuxta sanctarum scripturarum intelligentiam in prædicto opusculo nostram sententiam prolatam esse, per quam omnem hominem vobis contradicere conantem de ingenito Deo & genito, compescere, ac breuibus illationibus pudesfacere poteritis, maxime vero omnium prædictos: in versuum specie pronuntiati pronuntiationem, & solutionis solutionem, quo facilius retineantur, & aggressiones ac epicheeremata clara sint, facturus, initio de Deo ingenito sumpto. j. Si possibile est ingenito Deo, genitum ingenitum facere. ij. Si omni causa superior est ingenitus Deus, propter hoc etiam superior generatione fuerit. Si vero superior est omni causa, nimirum etiam generatione. Neque enim ab alia natura ipsum esse accepit, neque ipse sibi ipse esse exhibuit, iij. Si ipse sibi ipse esse exhibuit, non propter naturæ debilitatem, sed eo quod transgreditur omnem causam, vnde nam quis productam naturam ad eam quæ produxit, inuariabilitatem in essentiam habere concedet, cum talis substantia generationem non admittat: iij. Si indefinenter Deus permanet in ingenita natura, & genimen indefinenter genimen est, coessentialis & similis essentia: peruersa opinio corrumpetur. Stat autem incomparabilitas in essentia, vtraque natura indefinenter permanente in propria naturæ dignitate. v. Si ingenitus est Deus secundum essentiam, non essentia disparatione genitum genitum est, sed potentia quæ ipsum produxit. Eandem enim essentiam & genitam esse & ingenitam, nulla pia ratio permittit. vj. Si ingenitum genitum est, quid verat genitum ingenitum factum esse? Omnis enim natura magis ad suam familiarem festinat, quam ad alienam. vij. Si non totus Deus ingenitur est, nihil prohibet genuisse essentialiter. Si vero totus est ingenitus, non essentialiter ad generationem disparatus est, verum potentia genimen produxit. viij. Si totus est generatiuus ingenitus Deus, non essentialiter genitum genitum est, cum tota essentia ipsius habeat vt generet, non autem vt generetur. ix. Si vero transformata essentia Dei genimen dicitur, non immutabilis est essentia ipsius, cum mutatio operata sit filij constitutionem. x. Si vero immutabilis fuerit & generatione superior essentia Dei, id quod secundum filium est, vique ad nudā appellationem confirmabitur. xi. Si feminaliter erat genimen in ingenito Deo, post generationem

nem extrinsecus incremento sumpto, in virum, vt ita dicam, euasit. Perfectus igitur est filius, non ex eo quod genitus est, sed ex his quæ assumptis. Quæ enim naturaliter assumunt, velut ex illis constantia, perfecti nomen diuersimodè admittere solent. xj. Si perfectum erat genimen in ingenito, genimen est etiam non ex eo quod ingenitum ipsum genuit. Genitam enim naturam in ingenita essentia esse impossibile est. Est enim idem, & esse non esse. Genimen enim ingenitum non est, & ingenitum existens, genimen non erat: cum dissimilis pars in Deo, blasphemiam figuram & contumeliam obtineat. xij. Si ingenita naturæ existens Deus omnipotens, genita naturæ non nouit seipsum: filius autem genitæ naturæ existens, hoc cognoscit seipsum quod est: quomodo non fuerit coessentialitas mendacium, cum ille cognoscat seipsum ingenitum, hic verò genitum? xij. Si non vox ingeniti substantiam Dei declarat, sed humanæ inuentionis est incomparabile nomen: gratiam debet Deus inuentoribus propter ingenitum, cum præminentiam nominis non ferat in essentia. xv. Si extrinsecus de Deo consideratur vox ingeniti, qui considerant, potiores sunt considerato, cum præstantius natura nomen ipsi exquirant. xvj. Si non cedit ingenita natura generationi, est hoc quod dicitur: si vero cedit, generationis passiones meliores fuerint substantia Dei. xvij. Si genimen immutabile secundum naturam est, propter genitorem: ingenitum essentia est immutabile, non propter voluntatem, sed propter dignitatem quæ est in essentia. xvij. Si ingenitum essentia significatiuum est meritò à genitæ essentia oppositè distinguitur. Si verò nihil significat ingenitum, multo magis nihil significat genimen. Nihil autem ad nihil quomodo opponi potest? xix. Si verò ingenita prolatio ad genitam prolationem opponitur, silentio prolationi succedente: fieri contingit & perire Christianorum. spem in prolatione sitam, at non in naturis sic habentibus, velut nominum vult significatio. xx. Si nihil plus distribuit ad præminentiam essentia ingenitum genito: prolatione solum præmi-nens filius, meliores seipso cognoscat eos qui ipsum sic appellant, non appellatum Deum ipsum patrem. xxj. Si ingenita essentia melior est generatione, intra se habens ipsam præstantiam per se essentia est ingenita. Non enim volens, quoniam vult, potior est generatione, sed quoniam natura est. Per se igitur existens essentia ingenitus Deus, nulla ratione permittit contra seipsum excogitare generationem, impellens ferri contra genita omnem examinationem ac omnem ratiocinationem. xxij. Si priuationis significatiuum est de Deo ingenitum, nihil autem fuerit ingenitum, quæ ratio absterit aliquid ab eo quod nihil est? Si verò significat id, quod est, quis secedere fecerit ab eo quod est, id quod est ipsum sui ipsius: xxij. Si priuationes, habituum sunt ablationes, ingenitum in Deo aut priuatio est habitus, aut habitus priuationis, At si quidem priuatio est habitus, quomodo id quod non adest, velut quod adest, Deo connumerabitur: xxij. Si verò habitus est ingenitum, necesse est præsupponere genitam essentiam, vt sic assumpto habitu ingenitum nominetur. xxv. Si verò genita ingenitæ essentia particeps fuit, & habitus abiectionem passa, ingenita natura priuata est: fuerit utique essentia quidem genita, ingenitum verò habitus xxvj. Si verò genimen transitus significatiuum est, manifestum est quod habitus significationem habet, siue transformatum est ex essentia quadam, siue hoc est quod dicitur genimen. xxvij. Si ingenitum habitus est, & genitum habitus, essentia quidem habitibus priores sunt: habitus autem etiam si essentia posteriores sunt, attamen potiores. xxvij. Si ingenitum geniti causa est, ipsum esse significans, & genimen coinfert cum sua ipsius essentia ipsum autorem: vox genimen essentia significatiua est, & non habitus: quom ingenita natura? xxix. Si omnis essentia est ingenita, qualis Dei omnipotentis, quomodo alteram quidem passibilem, alteram vero passionis exortem quis dixerit? Si vero per sortem ac partem ingenitæ naturæ, altera permanet quantitate & qualitate, & (vt summatim dicam) omni mutatione superior, altera vero passionibus obnoxia est, ita vt concessum sit ipsi, inuariabilitatem in essentiam habere, eo quod sponte sua permittit amicus ea quæ sunt prædicta: fuerit hoc utique consequens, facientem quidem ingenitam dicere, genitam autem eam quæ transformatur. xxx. Si factæ naturæ ingenita natura est causa, ingenitum vero nihil est absolutum: quomodo id quod nihil est, fuerit causa eius quod factum est? xxxj. Si ingenitum est priuatio, priuatio autem habitus abiectionis est, abiectionis vero penitus perit, aut in aliud transit quomodo possibile est vt habitu transeunte aut pereunte, ipsa ingeniti scilicet appellatione, cognominetur essentia Dei: xxxij. Si ingenitum significat priuationem, quæ non adest Deo: quomodo ingenitum esse dicimus, genitum vero non esse? xxxij. Si nudum nomen est de Deo vox ingenitum, nuda autem prolatio substantiam Dei atollit contra omnia genita: præstantior ergo est hominum prolatio, quam omnipotentis substantia, vt quæ incomparabili præminentia Deum omnipotentem exornauit. xxxij. Si omni genito confors & coniuncta est causa, causæ autem exors est ingenita natura: non causam significat vox ingenitum, sed substantiam indicat. xxxv. Si omne quod factum est, ab alio factum est, ingenita autem substantia, neque à seipsa neque ab alia facta est, necesse est ingenitum essentiam significare. xxxvj. Si ex genimnis essentia comparat, quod causa est ingenita substantia, contra omnem causam inuariabilitatem habens: per se sanè essentia est incomparabilis, nō extrinsecus coostendens in accessibilitatem, verum per se existens incomparabilis & inaccessibleis, quoniam etiam ingenita. xx xvij. Si excidit omnem naturam ipse omnipotens, propter ingenitum excedit, quod causa est durabilitatis ipsius creatis. Si vero non essentia significatiuum est ingenitum, vnde nam habebit creatorum natura, vt conseruetur? xx xvij. Si nihil ex inuisibilibus ipsum ante seipsum feminaliter existit, verum permanet in natura quam forte adeptum est: quomodo ingenitus Deus liber & exors existens, nunc quidem suam essentiam, posteriorem

Ingeniti & genita natura.

in genimine videtur nunc verò priorem in ingenito, secundum primi & secundi ordinem xxxi. Si permanet in natura ingenita Deus, auferatur ab eo quod in generatione & in ingenita natura seipsum noscat. Si autem conceditur in ingenito ac genito suam ipsius essentiam extendere, ipse sui ipsius essentiam ignorat, dum à generatione & ingenita natura circumducitur. xl. Si verò etiam genitum particeps est participationis ingeniti, verum in geniti natura indefinenter permanet in imperfecta sanè natura seipsum cognoscit, ignorans videlicet ingenitam participationem. Non enim possibile est, ipsum de seipso, & ingenitæ essentia & genitæ cognitionem habere. xli. Si verò despicabile est ingenitum propter mutationis aptitudinem, dignitas naturæ est essentia immutabilis, cum ingenitam naturam omni causa superiorem constreamus. xlii. Si ingenitum ab omni causa exemptum est, fuerint autem multa ingenita, inuariabilem habebunt naturam. Non enim per sortitionem, naturæ cuiusdam communis & propriæ particeps facta, altera quidem faciebat, altera verò fiebat. xliii. Si omnis essentia est ingenita, nulla differet ab alia iuxta dominij libertatem: quomodo igitur dixerit quis aliam mutari, non permitteus Deo producere ex non subiecta essentia. xliii. Si omnis essentia est ingenita, omnis est inuariabilis: cum autem essentia inuariabilitatem habeat, facere & pati casui spontaneo deferendum est. xlv. Cum autem multa sint ingenita & inuariabilia, innumerabiliter differunt inter se. Non enim numerabilia esse poterint, quæ distant aut in totum, aut iuxta aliquid: cum omnis distantia sortem ac partitionem quandam ostendat causæ disiunctæ ingenitæ naturæ. xlvj. Si vox Ingenitus & Deus, ex comparatione & æqualitate idem significant, ingenitus ingenitum genuit. Si verò aliud quid significat ingenitum, & aliud Deus, non absurdum est Deo, Deum genuisse, ita ut uterque originem sumpserit ex ingenita essentia. xlvj. Si verò quod ante Deum est, nihil est, quænam admodum non est: Deus & ingenitum idem significat, non admittente genimine ingenitum: quapropter neque simul profertur cum Deo & patre suo sustinet. Sanos & sanas, vis qui est per se genitus Deus, qui etiam solus verus Deus propterea appellatus est à misso Iesu Christo, qui subsistit verè ante secula, & genitæ substantiæ verè existit: conseruet ab impietate, per Christum Iesum Salutem nostram, per quem omnis gloria Deo & patri, & nunc in secula seculorum. Amen. Aetij libellus finis. Atque hoc sanè est principium corruptarum ipsius sententiarum, velut dixi, quæ ex parte ad nos peruenerunt. Trecenta enim capitula simul his conformia ipsum fecisse dicunt, omni blasphemiam referta: hic verò velut perditio corpore reptilis & putrefactio, studioso quodam ductore, qui reptilibus reliquias & ossa collegit, in perniciem quorundam, insidias quas iactat, construxisse, ad quosdam nimirum scribens, velut ipsum opusculum honesti studium præ se ferens continet. Cuius principium hoc est: Qua de causa etiam nos, operationis Dei curatiuos diuinæ scripturæ sermones, ab initio usque ad finem colligentes, subuersoriam antidotum construimus his qui à veneni ipsius eiacula-tione sanari volunt, & regione cuiusque dictionis ipsius subuersiones apposituri eorumdem syllogisticorum capitulum, hoc modo. Aetij Anomæi verba. Quandoquidem in tempore illarum nobis persecutionis ab antiquariis, & his qui iam diu opinioni suæ adhaerent, quidam ex prædictis abstulerunt cum aliis multis, etiam opusculum priuatim à nobis elaboratum, de ingenito Deo & genito, idque interpositionibus ac detractationibus corruptum ediderunt, ordinis consequentia interpellata: venit autem postea id ipsum ad nos, studioso quodam nobis ipsum afferente: coactus sum rursus velut pater purgatum id scriptum vobis emittere, & vos omnes pij decertatores ac decertatrices, quo scire possitis iuxta sanctarum scripturarum intelligentiam in prædicto opusculo nostram sententiam prolatam esse, per quam omnem hominem vobis contradicere conantem de ingenito Deo, & genito compescete, ac breuibus illationibus pudefacere poteritis, maxime verò omnium prædictos in versuum specie pronunciatam pronuntiationem, & solutionis solutionem, qua facillius retineatur, & aggressiones ac epichemata clara sint, factururus, initio de Deo ingenito sumpro. Confutatio Diabolici factus tui & syllogisticæ vanitatis, ad verbum confutationem faciam, non transgrediens, neque posthabens, dictionum quæ tibi longiores aut etiam breues videntur, immensitatem. Et primum quidem, quandoquidem scribens ad multitudinis tuæ decertatores ac decertatrices, dixisti quosdam antiquarios, & qui iam diu opinioni suæ adhaerent, abstulisse quod in manibus habueris opusculum, cum producta sit apud te dicitio, utique coarguerit, te magis hoc nomen possidere, & eos qui à te didicerunt, ut ne dicam, seducti sunt. Etenim sancta Dei fides ab initio existens, & semper antiqua, & non inueterascens, semper est, & firmata est huius fundamentum, & existit habens suum Dominum sine tempore. Ideo neque ipsa temporalis existit, sed cum angelis conuersatur, & sanctos per generationem ac generationem ornat. Tu verò potius temporalis es, passus ac deceptus ab errore, & elatus mente, etiam gregem tuum fusum in pabulum spinosum implicuisti. Nemo enim ex veteribus tecum sensit & Aetij qui contra antiquarios scribens ipse temporalis es, & minime antiquarius. Statim autem ex prima aggressionem, ubi dixisti opusculum te scripsisse de ingenito Deo & genito, conturbasti mundum per tantam tuam illustrem sermonis aggressionem: quo sic ridiculum faciam disputationis tuæ sermonem, extanta nouatione ac nominum effectione constantem. Quis enim ex Christianis, salutaris Dei predicationem adeptus, hanc reliquerit, à te per fabulosum tuum errorem persuasus, ita ut relinques Deum semper existentem, & sanctum ipsius spiritum semper existentem, veniat & audiat à te de genito Deo, quo etiam ipse inter stultos recensatur, ut qui didicerit adorare creaturam præter creatorem, qui est benedictus in secula. Amen. Non habemus enim nos creatum Deum, non factum: sed increatum, & non factum, ex patre genitum sine principio & sine tempore. Siue enim voce genitum versute vteris, genitum equi-

Ingeniti quid sit.

Aetii obiectiones.

Sancta fides inuariabilis.

A

C

D

uocò

voce etiam factum vocare volens, non admittam tuam dictionem: siue non sic intelligis, imminuere sentis, præter hoc quod ex patre genitus est. Ex spinis enim non colligunt vitas, neque ex tribulis ficus: neque ex vitis erroneo rectus expectari poterit sermo. Compescuit enim & Dominus demones A Christum ipsum consistentes. At iuxta sanctarum scripturarum intelligentiam, dicis sententiam tuam in prædicto opusculo prolatam esse: dic mihi, qualis scriptura diuina docuit adorare Deum factum? Et quod quidem ingenitus est Deus, omnibus manifestum est. Sed neque hoc nominatum haberet in diuina scriptura, verum à recta ac pia ratiocinatione, & ex ipsa intelligentia, de Deo pie hoc cogitare ac dicere, congruum est. Dicis autem, quo scire possint decertatores ac decertatrices à te appellati, potius autem seducti vocandi, quomodo vnicuique respōdeat per compendiarium, & retentum facile sermonem, in versuum specie ac modo capita à te composita esse. Quapropter ipsa tua quæ videntur fortia verba ac sophistica, quæ aduersus maiores in contradictione à te elaborata sunt, imò potius ut aduersus veritatem os atolleret: nos viles & idiotæ & non maiores, sed multis in sancta Dei Ecclesia tenuioris conditionis, & velut prædixi, instabilis huius valdeque vilis nugacitatis consistere non poteris subuersionem faciemus. Et hæc tunc quidam contra præfationem tuam opposuit se nostra tenuitas. Iam verò rursus capitibus tuis ex ordine locatis, è regione vniuscuiusque dictionis ac capituli vicissim apponam contradictiones ex diuinis scripturis ac recta ratiocinatione acceptas, & rationalium questionum tuarum confutationes: quo serui Dei & veri athletæ ac decertatores, lecta ac considerata omni tua absurditate, derideant te ac dicant: Superbia cordis tui fecit tibi hæc, tu enim dixisti hæc in mente tua, Ascendā in caelum, & supra stellas caeli ponam thronum meum. Sedebo in monte alto, super montes altos ad Aquilonem. Ascendā supra nubes, & ero similis altissimo. Nunc verò in infernum descendes, in fundamenta terræ, & cætera. Aetij Cap. i. Si possibile est ingenito Deo, genitum ingenitum facere. Confutatio. Primum quidem Deo attribuire impossibilitatem, impiū est. Nam & quod indecorum est ipsius deitati, etiam id ipsum facere non est ei impossibile, sed indecora est ipsi malicia. Deo igitur nihil impossibile est, nisi quod impossibile est in diuina ipsius ac potente bonitate, & ipso qui bonus est, melius esse. Et aliter, si genitum apud Deum bonum putaretur ut fieret, impotens autem sit ad bonum bene perficiendum, hoc sanè imminutio fuerit circa potentem, qui vult id quod præstantius est operari, & non potest. Si verò ingenitum bonum est, genitum verò in proprio ordine bene factum est, cum bonus sit ordo geniti ex bono Deo, & ab ipso approbatus, non utique fecerit id quod bene genitum est ingenitum, quoniam iam bene approbatum est ipse, sic bonum esse. Quandoquidem igitur boni ordo, non propter impossibilitatem, non transmutatur, sed quia bene sic est: bonus sanè est ingenitus Deus, bona etiam quæ ab ipso facta sunt in proprio ordine, non assumunt ingeniti nomen. Non enim deos creatos fecit, quo alterum iuxta alterum extentum delectat per cognomen, obscuritatem maioris nomine carentis ad id quod minus est. Siquidem enim alius est Deus ingenitus, alius verò genitus, naturis nihil commune habentibus, impossibile est communicare secundum naturam per nominis dignitatem: nisi fortassis per abusiuam quandam gratiam: & hoc iuxta participationem, diuite largiente minori. At minor nunquam poterit maioris nomine seipsum appellare, cum omnino cognoscat alienum se esse à dignitate secundum naturam, & nomine. Dixit autem quis tibi & Aetij hoc, Deum erat Verbum. Quomodo habebit nobilitatis secundum naturam nomen, aut quomodo æquabitur, siquidem factus est per Dei dignitatem. Aut quomodo excidetur hoc, Deus erat, cum tempus non admittat diuisionem facere vocis erat, ne in vulgari quidem re: Cognosces autem quod principio carens Deus, & ingenitus Deus, genuit ex seipso Deum similem sibi ipsi: & non hoc solum, sed etiam æquale per omnia: & non creauit, ut ne dissimilis factus ipse creatus, deleteret nomen Deus, per diuersitatis distantiam. Impossibile est enim, gignentem dissimilem & inæqualem sibi ipsi gignere, & genitum genitori dissimile esse. Quapropter hic amplectemur identitatem secundum naturam ex Evangelico testimonio, nempe: Omnia patris mea sunt: hoc est, Deus pater, Deus ego: vita pater, vita ego, & cætera omnia quæ decent patrem, & filium & spiritum sanctum in vna deitate, trinitate nihil diuersum habente: quum imperfecta cognitione cautum sit, sine principio & sine tempore in substantia esse Verbum patris, & in substantia, esse spiritum sanctum ex patre & filio. Aetij Cap. ij. Si omni causa superior est ingenitus Deus, propter hoc etiam generatione superior fuerit. Si verò superior est omni causa, nimirum etiam generatione. Neque enim ab alia causa esse accepit, neque ipse sibi ipsi esse exhibuit. Confutatio. Si omni causa superior est ingenitus Deus, genitus verò ex ipso, indignè ipsi genitus est, & non iuxta æqualitatem etiam in præferendo patris nomine consistit: ignominiam genitori ipsum genimen affert, alterius nominis præter factas creaturas, dignitatem habens, & non velut creaturæ honorem factori vendicans. Quæ enim extra ipsum sunt, gloriam creatori vendicant, cum non sint æqualia factori, neque nomine creatoris appellantur: sed serua facta sunt in gloriam creatoris, quo à gloriosis & illustribus id quod præminet, & super ipsa est, proportionabiliter consideretur. Hoc verò non amplius horum appellatione vocatum, verum ex præminentis coessentialitate, ex eo quod cōiunctè locatus est, dignitatem habens, si differet à præminente iuxta diuersitatem, etiam præminentem minorè dignitatem vendicabit, quæ variata sit geniminis societas, ad id quod præminet. Quapropter simile ex simili, & æquale D ex æquali germine, non ex corporali intelligentia nobis per fidem apprehensum est: sed Deus ex Deo, lumē de lumine, & verbum patris in substantia existens, ita ut seruetur immutabilis præminentis gloria, in eo quod præminens non ipsum sui ipsius causa est, sed à seipso æquale gignit impolluta & incōprehensibili essentia, coessentialitate ipsum essentialē & in substantia existens diuinum genimē. Cuius imago non est inanimata,

Sophistica contra Ecclēsiā Dei refutatur.

mata, sed patris exprimens genus, velut dicit diuina scriptura, quæ inæqualitate genitoris genimen loquat, imago iniquis inuisibilis Dei. Et ut ne quis putet differentiam esse imaginis & identitatis, ipse pater correctionem vitæ nostræ prospiciens, ante hunc sermonem dixit hoc, Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & ad similitudinem: non disparans seipsum à Filio, sed dualem & æquiuocam dictionem prolocutus, Faciamus hominem: quo duos significaret, seipsum & filium, aut etiam spiritum sanctum. Sed æqualitatem imaginis, non per duos sermones interponens vnam imaginem dixit, sed per vocem Nostram, dualitatem pronunciauit: factum autem hominem, non ad vnius imaginem, sed ex duorum similitudine, & æqualitate imaginem factum esse asseruit: quo penitus manifestum sit, præminentiam in Patre & Filio ac sancto spiritu manere in identitate & non alterari. Neque enim ab alia natura accepit Patrem, aut Filium, aut spiritum sanctum, aut alteri naturæ participationem suæ ipsius naturæ dedit: neque iuxta aliquam sectionem aut defluxum, ut esset ex ipso vni genitus & spiritus sanctus, naturæ alterationem operatus est. Sed quemadmodum ab initio præminens natura ingenua & increata semper erat, ita semper ex ipso præminens genimen, & spiritum sanctum nobis manifeste prædicauit, & non immutatè. Actij Cap. iij. Si ipse sibi ipsi esse nõ exhibuit, non propter naturæ debilitatem, sed eo quod transgreditur omnem causam, vnde nam quis productam naturam ad eam quæ produxit, inuariabilitatem in essentia habere concesserit, cū talis substantia generationem non admittat? Confutatio. Oportet te, ð Aeti, sursum attendentem & tuam ipsius miseriam considerantem, cohibere temerariæ mentis tuæ superfluam impietatem: quo & nos cum tanta tua temeritate, coinfantes, superari relinquamus, sed tibi & nobis ipsis ea quæ ad pietatem pertinent consulentes. Quum enim putes inter necessaria, & deo conuenientia, dissimile & inæqualem Deum ei, qui ex ipso genitus est, ex multo errore iuxta pium quoddam signum re censens Deum magis inter indecentissima, similem ipsum prædicas his quæ non decent ipsius deitate. Et primùm quidem cogitare de Deo tantam mentis profunditatem, impietatis fructus est, & potius insanæ mentis. Nam dicendo sui ipsius autorem, aut hoc, Ipse sibi ipsi esse exhibuit: in quibus malis suspicionibus te ipsum transfixisti, refricans ac querens de Deo, quomodo erat, nõ semper, aut à seipso, aut casu, ipsum esse adeptus. Et timeo & inhorresco, dum prauam tuam cogitationem tracto. Cessa itaque, & cessabimus nos, quum sufficienter & sanctè habeamus semper, intelligere Deum, & credere, quod erat semper Deus. Nam & in hoc solide loquens, ac ratiocinationem facies, velut qui magnificè honoratis Deum, dixisti, quod neque ipse sibi ipsi esse exhibuit: neque ergo, si ex tua sententia à dictionibus & syllogismis dependet fidei salus, in inferioribus, & miserabilibus corporibus sermonis tui similitudinem habemus. Nulla enim creatura sibi ipsi causa est, aut ipsa sibi ipsi esse exhibuit, ab animantibus vsque ad hominem, & ab hominibus vsque ad angelos. Nulla item factura sibi ipsi esse exhibuit, sed ex solo existente, vnaquæque ab initio ipsum esse accepit. Desine itaque hic, velut putas, ratiocinari, & concludens ne enitaris præter naturam te extendere iuxta maiorem: subuertes enim per omnia: cum vni genitus æqualis sit & similis patri, siue quod natus est, siue quod genitus est à patre, dignitatem habeat: nihil enim differat in hoc ab æqualitate ad patrem, siue neque à similitudine: & quum non possint creata sibi ipsi esse exhibere, velut etiam præminens ille & in omnibus perfectus, non ab aliquo ex supernis principium habuit, neque enim incepit esse. Erat enim semper, & semper est, etiam si in identitate maneat, & sibi ipsi esse non exhibeat, cum non æqui uocè dictiones quarantur, sed speculatio sincera ad pietatem. Quandoquidè verò dixisti, si ipse sibi ipsi esse non exhibuit, non propter naturæ debilitatem, sed eo quod transgrediat omnem causam: discite etiam tu, quod non propter debilitatem, Filij nomen est, sed propter decorum commune cum genitore, præminentiam coessentialitatis habet. Nam sicut Patri deo centissimum est quod transgreditur omnem causam, sic etiam soli ex solo Patre cum solo spiritu eadem vna deitas decet, quæ neque causam suscipere potest: non propter debilitatem, sed eo quod transgreditur omnem numerum eorum quæ ex nihilo sunt: cum vna sit deitas, quæ in vno Trinitatis nomine numeratur, & in vno sigillo, per nomina Patris & Filij & spiritus sancti, illuminatis prædicatur, & nihil diuersum à seipsa habet, vera doctrina æqualitatem nomenclaturæ exprimente, Patris & Filij & spiritus sancti. Dixisti porro rursus, vnde nam quis productam naturam eam, quæ produxit, inuariabilitatem in essentia habere concesserit, cum talis substantia generationem non admittat? Et neque intelligis, neque intellexisti, quod te ipsum ab alienasti à cognitione veritatis Dei, non ex spiritu sancto veritatem doctus, sed ex sapientia mundi infatuatus, in supernis ambulare conans. Consequenter enim etiam ipse audies, quod frustra laboras. Nouit enim Deus ratiocinationes sapientium quod sunt vanæ. Qui enim genuit Verbum in substantia existens, æquale sibi ipsi genuit, & non diuersum à sua deitate: non propter genimnis euariationem ac diuersitatem, sed quod indecorum omnino erat nos cogitare, indignum se ipso & inæqualem & genitore inferiorem genituram, ipsum genitorem genuisse. Quapropter per filium & in substantia existens Verbum omnia facta esse dixit, quo ipsum non de creaturis factis numeraret, sed in patre similem & æqualem esse ostenderet, & propter id quod decet patris nomenclaturam, semper esse eundem essentia, non peregrinum esse, sed genuinum, velut filium coessentialitatem ex ipso genitum, Actij Cap. iij. Si indefinenter Deus permanet in ingenua natura, & genimen indefinenter genimen est, coessentialis & similis essentia peruersa opinio corrupteretur. Stat autem incomparabilitas in essentia, veraque natura indefinenter permanente in propria naturæ dignitate. Confutatio. Si indefinenter & incessanter Deus permanet, velut dixisti, in ingenua natura,

natura

natura autem Dei est sempiterna, indefinenter habens dignitatem, non propter quod aliud, sed eo quod est per se Deus, & per se sempiternus: ergo sanè etiam genimen coessentialitatem erit, si apud te indefinitis nomen accepit, velut fraudulenter filio gratificans probabiliter de natura differuisti. Dabis enim etiam coactus confiteri immensum et incomprehensibile nomen indefinitis in omnibus. Quomodo igitur non erit coessentialitatem? Nam quum putaris te cauillari, per nomen prauæ opinionis veritatem cõtumelia afficere conatus, ex ipsis quæ protulisti verbis, redargueris. Aut enim dabis finem eorum qui à te blasphemiam impetiti sunt, velut diuersam essentiam habeant: aut ubi indefinenter ipsum de creueris, in omnibus immutabilitatem & inuariabilitatem indefinitis dignitatis inducere cogaris, veritate non admittente, finem habere filium: quoniam regni eius, inquit Scriptura, non erit finis: eo quod cum patre regnat semper, & cum suo spiritu. Nam omne quod principium habet, etiam finem habebit si voluerit is qui esse exhibuit ei quod principium accepit. quod sanè in omnibus possibile est, in Filio verò impossibile est. Est enim semper ex eo qui est, & apud eum qui semper est, nunquam esse desinens. Quapropter & coessentialis erat, & est, & erit, solus ex solo, & in nulla re ab essentia diuersus: sed iuxta hominem dignitatem manente deitate in identitate, ita ut neque coniunctionem habeat, neque principium ipsius esse sibi ipsi exhibeat: neque quod dissimile sibi ipsi est, assumat, quæ semper est, & nunquam esse desinit, verum semper decorum secum habet in dignitate patris ad filium, et filij ad patrem et spiritus sancti cum patre et filio, existens et nunquam desinens. Est enim sibi ipsi incomparabilis Trinitas, nullam in dignitate diuisionem admittens. Actij Cap. V. Si ingenuus est Deus secundum essentiam, non essentia, disparatione genitum genitum est, sed potentia quæ ipsum produxit. Eandem enim essentiam & genitam esse & ingentam, nulla pia ratio permittit. Confutatio. Sape nobis progressus es ð bone, proferens ingentum & genitum voces, à Dei nomine abhorrens, qui in omnibus iniquitate mentem tuam sepeliuisti. Illud autem quibus indigus expetit, ut facultatem habeat eius quo indiget in solatium, & ut in ore ferat, si talis facultas non detur. Itaque etiam tu quandoquidem impius es, vel nomine tantum huius Dei nomen dicere magnificas: nam ex natura timorem eius & fidem et spem et dilectionem erga ipsum, nunquam adeptus es. Alioqui suffecisset tibi semel hoc dicere, et non transgredi terminum ordinis præscripti. Clara est enim contra te à Salvatore nostro prolata sententia: nempe, A fructibus ipsorum cognoscetis eos: quod es quidem amictus pelle ouilla, intus verò es raptor et lupus, si enim esses ex spiritu sancto genitus, et a Prophetis ac Apostolis edoctus, oportebat te ab initio creationis mundi vsque ad tempora Hester, euoluere viginti & septem veteris Testamenti libros, qui viginti duo ab Hebrais numerantur, & quatuor Evangelia, et quatuordecim epistolas sancti apostoli Pauli, et vna cum Aetis Apostolorum, ante hæc et in istis temporibus factis, etiam catholicas epistolas Iacobi et Petri et Ioannis et Iudæ, et Iohannis Apocalypsim, et Sapientias, Solomonis inquam, et filij Sirach, et omnes in summa diuinas Scripturas: & te ipsum condemnare, eo quod nobis protulisti quod nusquam haberetur: non quidem indecorum Deo, sed pium in Deum est ingentis nomen, sed nusquam in diuina Scriptura dictum continetur. Nemo enim adeo insanus vnquam fuit, ut genitum Deum cogitaret. At neque opus habeo dicere ingentum Deum solum patrem, propter eum qui ex ipso genitus est, ut ne quis de patre solo hoc certum esse putet, sed etiam de filio & spiritu sancto: quum recta intelligentia & spiritus sanctus doceat omnes filios veritatis, ut ne à seipsis hoc admitterentur, sed iuxta id quod exigitur, & quod in ipsis est, ratiocinationem de Deo ad pietatem sciant. Oportet itaque eo quod ingentis ipse est, & nos à nobis hoc confitemur, & appellationis huius vocis cõtirmationem à Scriptura non habemus: à nobis ipsis per ratiocinationes hanc pietatem nosse, quod sic se habet. Ad quid enim essentia disparatio erit ipsum genitum, si iuxta veritatem eo quod genitum est, nomen habet, naturali quadam & inenarrabili Deo conueniente, & ei qui ex ipso genitus est sine tempore & sine principio, veritate, & non ab usua quadam opinione? Hinc non creatam dicimus essentiam, neque alienam velut factam, sed genitam essentialiter, et non alienam à genitore. Quapropter etiam increata permanet, et non facta, sed genita ex eadem essentia Dei, non tempori succubens. Non enim qui genuit, in veritate temporis succubuit, ut propterea temporalem produceret essentiam. Quale enim est genimen, talis genitor: et qualis genitor, talis etiam qui genitus est. Actij Cap. VI. Si ingentum genitum est, quid veritatem genitum ingentum factum esse? Omnis enim natura magis ad suum familiare festinat quam ad alienum. Confutatio. Si ingentum fecit, & non genuit, in vna identitate posita appellatione, & altero iuxta alterum non extento per nominis permutationem secundum veritatem, ipsa vis habitus in altero dissonantia consistit, nihil ad alterum comunicas, nisi solum secundum potestatem causæ præminentis naturæ, erga omne quod ab ipsa creatum est. Quandoquidè autem in medio factoris & facti, & creatoris ac creati, alia quadam est appellatio, propinqua quidem ingentis nomini, longè verò distans à creatoris nomine, impossibile est omnia confundere, ð Aeti, & disparare à te ipso perfectæ, iuxta verbum habitum filij ad patrem, semper existentis & increate appellationis societatem: impossibile est ingentam & increatam naturam creatam aliquando fuisse, et ab eo quod creata fuit, rursus transmutatam recurrere ad suam ingentam naturam, etiam si sexcentas coniectas Aristotelicas propositiones, relicta superna simplici & pura spiritus sancti doctrina. Actij Cap. VII. Si non totus Deus ingentus est, nihil prohibet genuisse essentialiter. Si verò totus est ingentus, non essentialiter ad generationem disparatus est, verum potentia genimen produxit. Confutatio. Et totus Deus ingentus est, & qui ex ipso genitus est, & increatus est, & sanctus ipse spiritus, qui à te paruit penditur, ð carnalis & animalis Aeti, spiritualiter expensum vniformiter habet ex ipso præminentia, non assimilatus multis ex ipso, & per ipsum, & ab ipso creatis. Quapropter neque societatem habebit eum

Ingeniti nomen nõ est in scriptura.

A a

multis, neque quis dignitatis ipsius particeps fuerit. Omnia enim prateruolant & cedunt, & omnem causam syllogisticam relinquunt doctrinali illi ex diuina Scriptura sententia, nempe: Nemo nouit filium nisi pater, neque patrem nisi filius, & cui is reuelauerit. Reuelat autem per sanctum Spiritum, non his qui de ipso per syllogismos ratiocinantur, sed qui in ipsum legitime ac perfecte credunt. Nam neque iudicia ipsius perferuntur poteris, neque uias ipsius inuestigabiles, uelut scriptum est, etiam si tu miserabilis homuncio infinita nobis nugans progrediaris. Aetij Cap. VII. I. X. X. Si totus est generatiu⁹ ingentus Deus, non essentialiter genitum genitum est, cum tota essentia ipsius habeat vt generet, non autem vt generetur. Si uero transformata essentia Dei genimen dicitur, non immutabilis est essentia ipsius, cum mutatio operata sit filii constitutionem. Si uero immutabilis fuerit, & generatione superior essentia Dei, id quod secundum filium est, usque ad nudam appellationem confirmabitur. Confutatio. Oportebat igitur non solum te, o Acti, sed etiam omnem hereticum post vnam admonitionem deuitare, uelut sancta & sapiens doctrina docet: per te enim condemnatus es, tibi ipsi perniciem attrahens, & non ab alio coactus. Quis igitur miserabitur eius qui sibi ipsi malus, & nemini bonus est? At vt ne ob mala quae in mundum produxisti, sentias de te uelut qui magna & opposita in te ipso habeas, perseverabimus etiam ipsi cum longanimitate per ancipitem gladium Christi doctrinam, spinosas tuas radices excindere, in sana erga Deum perfectaque ac uera confessione. Sit enim gloria misericordiae Dei, qui deprehendit te, qualis es, Iude uidelicet locum obtinens, qui cum discipulis quidem numeratus est, separatus est autem, non Christi habens mentem, sed ex fatua susceperit contra Dominum suum Dei abnegationem. Nuda enim dictione confessus es filium Dei habere in mente. Et quid opus est aduersus te disputatione, cum omnino alienus sis a Christianis, Prophetisque & Apostolis ac Euangelistis, martyribusque ac omnibus sanctis, qui te in diem iudicii prompte redarguere possunt, quonia⁹ usque ad mortem tormenta sustinuerunt, flagellati, caesi, bestiis ac igni obiecti, & neci gladii, ut filium Dei existentem & ex ipso uere genitum non negarent. Generatiuus enim est pater solius uirgeniti, & non alterius cuiusdam adhuc post vnum: & ex ipso processit Spiritus sanctus, & non alius Spiritus, creator autem & factor est eorum quae ab ipso facta sunt, & semper sunt. Quapropter non amplius multi filii gignuntur, neque multi Spiritus ex ipso procedunt, eadem deitate semper in Trinitate manente, ac glorificatione habente, & nunquam accessionem accipiente, neque desinente, neque relicta, uelut quae non sit. Quapropter etiam non usque ad nudam nomenclaturam in genimine consistit dignitas, alioqui multos fratres post ipsum habuisset similes ipsi, uelut in hoc dicto, Filios genui & exaltaui. Et in hoc, Qui peperit glebas roris. Et in hoc, A quo omnis patrum familia in caelo & in terra nominatur. Et in hoc, Nonne vn⁹ pater omnium uestrum? Et in hoc, Filius meus Iacob. Et in hoc, Primogenitus Israel. Hi enim omnes nuda dictione allegoricè, à non esse ad esse progressi, non secundum essentia uera appellatione consistant, sed nudè & secundum gratiam. Quapropter per vnum qui neque secundum gratiam, neque nuda appellatione nominatur, sed secundum ueritatem, creati sunt ab vno per vnum, cum eo qui ex ipso procedit, & de ipso accipit. Aetij Cap. XI. Si feminaliter erat genime in ingenito Deo, post generationem extrinsecus incremento sumpto, in uirum, ut ita dicam, euasit. Perfectus itaque est filius, non ex eo quod genitus est, sed ex his quae assumptit. Quae enim naturaliter assumunt, uelut ex illis constantia, perfecti nomen diuersimodè admittere solent. Confutatio. Si non confessio sit quod incorporeus est genitor, omnia apud te in fabulam conuertantur. Vbi uero fabulam composueris non alium quendam corruptis ac conturbas, sed mentem tuam turbas à uera confessione. Ex seipso enim Deus perfectus existens, perfectum filium genuit, non alium prater naturam. Non enim indecens est ad genitorem, neque externae assumptionis indigus. Non enim quid maius est post essentiam Dei, quo indigo aliquid impertiri possit incrementi assumendi ad perfectionem. Qui enim est semper incorporeus, eum qui incorporeus est apud ipsum reuera semper genito modo, perfectum perfectus semper reuera genuit & Spiritus existens deus etiam spiritum uerbum in substantia existens genuit. Omnino enim stolidum fuerit apud te Aetium, qui in supernis ambulat, & opiniones contra Deum ex syllogismis & mentis tuae ratiocinatione perserutans, quod ei qui fecit omnia de nihilo, & potest omnia perfecta sub vnum efficere, nihilque opus habet accessorio incremento, uerum certis legibus haec adstrinxit, crescentem essentiam assumptici deitate indigentem aribus, & creatis ab ipso ad aequas. Ab initio enim perfecta ipsa fecit, & ea quae ipsi adhuc germinant assumptionis indigentia, sapientie lege decreuit: quae sanè sunt haec, inter quae sunt etiam quae deinceps facta sunt ac sunt: uelut uerbi gratia, caelum, terra, aqua, aer, sol, luna, astra, et quae ex aquis genita sunt, usque ad hominem. Non caelum imperfectum fecit, non terram imperfectissimam, sed perfectam quidem terram, perfectum item caelum: uerum inuisibilem et inornatam tunc, propter eam quam facturus erat exornationem. Aquam autem et simul lucem primò creatam, per ueram lucem, incretam ac uiuificam, omnia fecit: deinde etiam ea quae ex terra producta sunt, et antea firmamentum. Non semiperfectum quid factum est, sed omnia in perfectione. Producat enim, inquit, terra herbam saeni, seminans semen secundum genus et secundum similitudinem, & lignum fructiferum, cuius semen ipsius in ipso, iuxta similitudinem, in terra. Et uides, quod nulla emendatione ad assumendum incrementum creata ipsa indigebant, sed uirilia (ut ita dicam) & perfecta per praecipuum statim inueniebantur, homini uero tradita quae sub ipso sunt, et in ipso feminaliter, in dominum, non perfecta tradita sunt, quo sciret homo semper benefactor, et omnibus ipsum esse exhibentem, & in omnibus existentem, et incrementa uirul cuiusque creaturae ad constitutionem eorum quae ipsi commoda sunt, exhibentem. Tradidit ipsi feminaliter terra uelut fulcro, ut ita dicam, prostrata, et uelut uero ipsi tradita: quo eruptione eorum quae

Actius luras est.

Creaturae Dei perfectae.

Homo seminaliter dominum habet pro ducè dori germinii.

quae perfecte à Deo facta sunt, ea quae feminaliter per ipsum cum prudentia in terram mittuntur, ita ut lignorum & aliorum germinum, ipse quidem tenuerit uelut particulam à perfectis mutuat⁹ hanc in terram inserat: ex perfecti Dei incremento ad augmentum peruentura speret, ut extrinsecus augetur ea quae ab ipso insita sunt, ut ne ignorans incrementi suppeditatorem, seipsum putet opificè & excidat à ueritate. Etiam si enim plantauit Noe uitem, non tamen scriptum est, quod erat uitis opifex, sed erat uir agricola. Ali⁹ enim est, qui futuris authenticam potestatem exhibet, alius est qui esse ab ipso accepit homo, cui illius agricultura concedita est: quo hic quidem colat ea quae incremento ad perfectionem opus habent, ille uero perfectionem exhibeat per suum incrementum eorum quae ab ipso creata sunt, & ad perfectionem augetur. Sic etiam in animalib⁹, & uolatilib⁹, sic & in pecorib⁹, & reptilibus ac marinis. Omnia ab initio perfecte facta sunt per praecipuè, uerum per uoluntatem sapientiae nunc incremento indigent, propter uilitatem hominis in terra per intelligentiam dominantis, quo cognoscit supernum omnium Deum, & suppeditatorem seminum, & incrementi augetur esse Deum & Dominum. Quapropter quae sunt in caelo, & non per hominis manus feruntur, & neque generant neque generantur, ea sunt Deus in perfectione. Non enim inciderunt in mentem hominis, ad insidias & uanae gloriae elationem: uelut uerbi gratia de Sole & Luna atque astris dicam. Neque enim eo quod generatur luna, aut deficit, aut augetur, à proposito suo alteratus: sed eo quod temporum est constitutio & suppeditatio: quae tempora Deus luminaribus ad ordinauit. Quo modo igitur corporalia & deficiètia & quae corumpuntur, Deus uoluntate sua statim perfecta effecit, cum uero quae ex seipso genuit, vnum ex vno, qui est semper genito modo apud eum qui est, incremento indigum genuit? Cessa igitur o Aeti, uanas nobis & Aristotelicas dictiones proferre: cum sufficienter habeamus nos, & non fallamur, Domini nostri ueram doctrinam, quae hoc dicit, Ego ex patre exiui & uenio: & cum non abusi uè dicitio uim habeat, sed perfectionis ac dignitatis Dei essentiam significet. Aetij Cap. XII. Si perfectum erat genimen in ingenito, genimen est etiam non ex eo quod ingenitus ipsum genuit. Genita enim natura in ingenita essentia esse impossibile est. Est enim idem, esse & non esse. Genimen enim ingenitum non est, & ingenitum existens, genimen non erat: cum dissimilis pars in Deo, blasphemiae figuram & contumeliam obtineat. Confutatio. Oppositè introducit perperam Aetius ex syllogisticis nomenclaturis, humana intelligentia Deum comprehendere uolens, & uelut ex dictionibus mutulare conatur euidens fidei firmam spem, dissimilem dissimiliter collidens, & in dictionem dictioni subuersorio modo interponens, ut ex hoc conetur dissimilitudinem filij ad patrem significare: id quod impossibile est. Ex ipsis enim syllogismis quos mundum docuit, etiam ipse concluditur. Dicit enim, Si perfectum erat genimen in ingenito, genimen est etiam non ex eo quod genitus ipsum genuit. Genita enim naturam in ingenita essentia esse impossibile est. Est enim idem, esse & non esse. Genimen enim ingenitum non est: & ingenitum existens, genimen non erat: cum dissimilis pars in Deo, blasphemiae figuram & contumeliam obtineat. quare uerba quae sermonis eius conficti partes redarguuntur: quoniam non est possibile, dissimilem esse filium patri, neque inaequalem perfectae ipsius deitati. Si enim omnino asserit uolenter, contra seipsum uero dicta conuertit quae recenser, genitum & ingenitum semper dicens, ab hoc discat creatum & increatum. Quoniam non est possibile, hoc communionem dignitatis ad illud habere, quod est totum adorandum. Si enim omnino adorandum est dissimile dissimili adaequatum, non amplius distinguet sermo vnum ab ueneris: cum dissimilitudo non possit in ordine eiusdem dignitatis locari, etiam si in gloria excedatur, vnum ab omnibus dissimilibus existentibus ad vnum, eo quod nihil commune habeat cum vno, omnium ad vnum dissimilitudo. Et erunt, de caetero & Sol, & Luna, & astra, & terra, & amplius his inferiora adoranda: & non amplius vnus cum vno spiritu, hoc est, vna trinitas, & vna deitas, & vna adoratio. Igitur si hoc propter hoc concludendum est, erit quidem idem in ueritate: quoniam non simile est vnum Verbum omnibus uerbis, neque vnus filius omnibus allegoricè appellatis aequalis: non enim est Cum omnibus, sed Per quem omnes. Quod igitur impossibile est apud ipsum Aetium ab initio positum est, & ad contumeliam blasphemiae figuram obtinens, propter partem quam dixit in Deo esse: non differentiae pars existit, sed aequalitatis: & quae ne diuidit quidem deitatis, sed semper est perfecta, tria existentia perfecta, vna deitas. Imò potius ad confirmationem uerae fidei, dissimilitudinem nobis communiuit ad hoc, ut ne putemus, neque credamus praeter dignitatem Graecae nationi, ob temeritatis praesumptionem damnata, ac sententi omnem creaturam adorandam esse, quae dissimilis est ad patrem, qui adoratur in filio, & filium qui adoratur in patre, cum sancto Spiritu, cui gloria in secula. Aetij Cap. XIII. Si ingenite naturae existens Deus omnipotens, genita naturae non nouit seipsum: Filius autem genitae naturae existens, hoc cognoscit seipsum quod est: quomodo non fuerit mendacium ipsa coessentialitas, cum ille cognoscat seipsum ingenitum, hic uero genitum? Confutatio. Dixit Aetius, & pronunciauit distinctor ac definitior naturae Dei, homo existens natura, & quae supra naturam sunt, scire uolens: atque hoc non ex consequentia Scripturae, sed ex mortalis cogitationis syllogismis: quod ingenite naturae existens Deus omnipotens, genitae naturae non nouit seipsum. Undique autem & semper & ab initio sermonis, non amplius iuxta ueteres Arianos, uel occultè filium uult appellare uirgenitum. Verum in omnibus uidetis uos filii ueritatis, quod omnino uult ipsum alienum esse à patre, & omnino non participem esse diuinam essentiam: id quod clarum est ex illis quae ubique temerè pronunciat: Nam dicit, quod seipsum ingenitum cognoscit, & genitae naturae seipsum non nouit: frustra ab ipso profertur, & si etiam uel per nudam dictionem filius, filius uocetur: subuertetur autem ipse sermo. Etenim ingenitus est pater, & genuit, & pater non uirgenitum, natura existens sibi ipsi decessit, eo quod solum vnum uirgenitum genuit, & spiri-

Vana Aetij in rebus diuinis ex cogitatio.

Nonnulla tenenda quae expressa non sunt in scriptura.

Quomodo stultifacii sunt serui Dei.

Caecum Aetii de bonitate Dei iudicium.

Impiire censere passiones esse in deo

spiritum protulit solus genitor ob solam vnigenitum, qui cum filio sine principio genito coexistit, spiritus existens, qui spiritum genuit, & non corpus existens, quod corporaliter in suas dimensiones deducitur, neque deficiens, neque crescens, neque sectionem sustinens. Quare apud alia omnia, quae generant & generantur, multorum adhuc necessitas requiritur. Hic verò nihil simile habet omnibus rebus, illa vnus ad vnum dignitas. Quapropter & ipse qui genitus est praeminenter, ex eo qui genuit mirabiliter, velut ab ingenito genitus est concedens genitorem. Et ipse non gignit amplius, secundum essentiam inquam: quo ex eo quod non gignit amplius secundum essentiam, et ex eo quod pater non est genitus, ex vtriusque partibus omnis gloria dignitatis conseruetur in vna vnitate dignitatis Dei, patris perfecti, & filij perfecti, & perfecti Spiritus sancti. Et propterea coessentialitatem non mendacium esse nouit diuina scriptura, neque pia rationatio, quae de patre & filio ac sancto Spiritu pie didicit glorificare ac adorare, ex Deo gratia accepta. Aetij Cap. XI III. Si non vox ingeniti substantiam Dei declarat, sed humanae inuentio nis est incomparabile nomen: gratiam debet Deus inuentoribus, propter ingeniti inuentum, cum preminentiam nominis non ferat in essentia. Confutatio. Et ingenitum diximus contra Aetium in atheniensium autem dicentes patrem, etiam ingenitum confitemur. Genitum autem filium non negamus, sed non creatum. Neque enim si filium genitum decreuerimus, ex Deo patre essentiam habere negare possumus: genito modo enim genuit, & non creauit. Sicut enim is qui oblique omnia de genito & in genito cogitat, seipsum subuertit, & non aliud quiddam: sic etiam ipse ex humanis syllogismis syllogisticamque oppositione, ac humanae vanitatis sapientia, audit hoc: incipit mens hominis ad praua diligenter a inuentute. Dicemus autem & nos, quod multo magis indecorum est Deo increato creare creatam, & non factam facere: non enim possibile est increatam creare, & non factam facere futura: si non deest in genito gignere, iuxta Aetij sententiam. Cum autem creatura videatur, & maxima pars essentiae substantiae appareat, Deo autem increato non deceat ut ab ipsa creatam sint, quo ne incomparabile in mutationem factorum deductum, pro decoro apud Aetium magis indecorum putetur: quaeretur de cetero alius Deus, qui est increatus, & alius creatus, & creare iuxta suum ipsius proportionem potens. Cum autem creatus & creare potens, non sit per se existens, sed creatus: quaeretur etiam alius, qui huius causa fuit, & ab hoc alius animo concipietur, & multa erat profunditatis erroris cogitationum vanitas, mente non amplius stabilitatem habente, sed implente id quod dictum est. Stulti facti sunt serui Dei, & stultus factus est omnis homo a scientia & cognitione. Non enim quis sibi ipsi vixit, neque sibi ipsi moritur. Neque quis cognoscat aliquid praeter Deum, qui reuelauit nobis veram fidem, & dicit, Hic est filius meus dilectus, ipsum audite: sed & qui ex seipso genitus est, reuelauit nobis patrem suum, & dicit: Ego ex patre exiui & venio. Et neque ab hominibus habuit Deus incomparabile nomen, neque propter incomparabile nomen, ipsa dignitas veri in substantia existentis Dei verbi, & ex patre sine principio coessentialiter geniti euertetur: neque alterutri nominis inuenti gratia hominibus debetur. Nihil enim assumit Deus dignitatis aut additamenti. Verum ipse Deus omnibus exhibet ex sua plenitudine semper in identitate manente, & non deficiente: sed semper in propria essentia ferente nominis & potentiae & essentiae dignitatem. Aetii Cap. XV. Si extrinsecus de Deo consideratur vox ingeniti, qui considerant, potiores sunt considerato, cum praestantius natura nomen ipsi ex quibus sint. Confutatio. Nemo melior est Deo, velut veritas habet, ad Aetium loquor, qui sic ratiocinatus est. Quomodo enim quis melior aut potior Deo fuerit, cum omnia ex Deo esse acceperint, & cum autor sit Deus eorum quae ab ipso creatae sunt rationalium & irrationalium, visibiliumque ac invisibilium. Melior est ipse supra omnia, siue ratiocinationes mentis fiant rectae ad pietatem, ut honorent id quod melius est, neque ex parte, neque ex toto, omnibus simul congregatis, & innumeris insuper ad hymnum Dei excogitatis, assequi potentibus & in seipsis complecti gloriae ipsius perfectione, excedente semper meliore inferiorum intelligentiam: siue pro viribus & supra vires laudem deferant meliori. Est enim non sermonis praedicatione melior, sed potentia, et nomine, et sermonis elogio. At non differre faciet incomparabile ab incomparabili, ipsa melioris ab inferioribus glorificatio. Nouit enim in patre id quod melius est, per ingenitum, et id quod melius est, ex ipso genitum. Quapropter coessentialitatem confiteretur recta intelligentia hominibus ex Deo donata, ut ne dissimilitudine essentiae filii ad patrem excogitata, diuisionem faciat melioris et sincerę perfectionis eius qui genitus est in veritate a genitore, incomparabiliter omnem intelligentiam excedente propter praestantiam. Aetii Cap. XVI. Si non cedit ingenita natura generationi, est hoc quod dicitur: si vero cedit, generationis passiones meliores fuerint substantia Dei. Confutatio. Passiones omnino in Deo recensere, impiissimum est. Nam intra passiones genitus non continetur Deus. Cum autem superior sit his quae in nobis ad diuisionem intelligentiam succumbunt, omnibus modis Aetii sermo subuertetur. Omnia enim in nobis passiuę contingentia, in Deo citra passionem consistunt. In nobis enim iuxta aliquam partem velle ipsum, est passio siue affectus: non dico velle pium esse, sed velle quid facere quod est super naturam: eo quod non possumus perficere officium voluntatis. Velut ut de homine dicamus, volare, in aere ferti, venas profundas cognoscere, nosse fundum terrae, & similia. Quantum autem est quod in me passiuę continetur, tantum est quod in Deo citra passionem existit. Quapropter omnia quae vult, facere potest, natura non reluctante ipsi ad voluntatem: nostra autem natura in nobis aduersus voluntates repugnante, quae ad impossibilitatem se in nobis extendit. Et non propterea quod dicimus Deum facere quod vult, ideo omnino dixerit quis, quod facit quae non decet: minime genitum. Illa enim vult quae

Quomodo passione gignitur

Filius ex diuinitate impassibilis

genitor in diuinitate ex sua natura impassibilis

quae & facit iuxta proportionem suę dignitatis, neque voluntate, resistente aduersus potentiam ne potentia opponere se aduersus voluntatem: non quod non possit, sed quod non velit. Et alias post talem a passione abalienitatem in Deo existentem, in nobis autem & aliis creaturis passiuam existentem, si contingat sic cogitare, passio alia rursus secundum veritatem est confitenda: post secundam autem, etiam tertia cogitanda venit. Passione gignitur & gignimur, nostra natura & aliorum quae gignamur & gignimur ac gignunt sectione sustinere dilatationemque; ac contractionem, mollemente ac immutatione, & alia omnia quae passione continentur propter talem causam. In Deo verò nihil horum inerat in eo, quod filium genuit. Si enim fuisset vnum quoddam ex his in Deo iuxta opinionis praetextum ad genitum subuersionem, ab alia secunda nos parte oppositè aduersus ipsos dicendum est: quod in nobis qui in passione gignimur & gignimur, passio altera est in creando: & patimur in eo, quod gignimus & gignimur. Deus autem apud vos creator & non genitor intelligitur. Quare propter generationem quidem, & subuersionem faciendam falso passionem profertis, quo filij ingenuitatem negetis: verum passionem in creando, obliuioni traditis, quae sanè neque ipsa passio est in Deo, absit. Neque enim nos passionem ipsi attribuimus, confitentes ipsi creatorem esse vniuersorum: neque rursus passionem circa ipsum esse cogitamus, genuisse ipsum verum filium vere sine principio & sine tempore confitentes. Quapropter naturam ipsius nouimus incomprehensibilem esse, & passione non affici. Et ideo confitemur ipsum & genitorem & creatorem passionis exortem. Genuit enim vnigenitum passionis exors & non patiens. Et emisit ex se sanctum suum Spiritum, sectionem non passus. Et creauit creatam & quae creantur, citra afflictionem, neque affectui obnoxius. Et facit quod vult conuenienter suae deitati, non prius consultans, quo cogitando discat, an oporteat quod efficitur: neque volens facere & non potens suppeditare voluntati quod efficitur, propter passionem. Simul enim habet velle, facere, genuisse vnigenitum, creasse omnia: quum diuina natura & dignitas superior sit syllogistica Aetij ratiocinatione & tota humana natura, Deo potiore existente omni inuenito, & neque passioni cedente, sed super excedente omnes passiones & omnes opiniones. Aetij Cap. XVII. Si genimen immutabile secundum naturam est, propter genitorem: ingenitum essentia est immutabilis, non propter voluntatem, sed propter dignitatem quae est in essentia. Confutatio. Quam diu prodit nobis hic idem dicens, & nihil eorum quae antea habentur transgrediens? Quae enim dixit ab initio & vsque ad finem, eadem de iisdem & nihil aliud recessit. Non enim misteria nobis ostendit, non Deum quem iactat, docuit, non fidem per quam operantes Apostoli, firmam veritatis confessionem nominantes, mortuos excitauerunt, leprosos mundauerunt, & alia omnia bonae consonantiae effecerunt, ex quibus exempla verae operationis ostenderunt, protulit: sed vanos & insolentis syllogismos, non transgrediens rautologiae prolationem, sed illa ipsa & nihil aliud narrans. Quapropter rogamus ut nemo ex lectoribus nobis vitio vertat, si etiam nos in iisdem versamur, dum aduersus ipsius rautologiam dicere cogimur. Genimen enim immutabile est, quantum decet deitatem. Et genitor immutabilis est, velut decet iuxta proportionem, immutabilem ipsius naturam. Manet autem genitor semper habens genitum ex seipso (nullam suspicionem concedens creatis ab ipso, ut sciant patrem sine filio & vnquam nouerint genitum sine patre) & perfectum ipsius spiritum, qui ex patre procedit, & de filio accipit. Et hoc decorum est dignitati essentiae Dei, ut citra assumptionem non indigeat aliqua dignitate, sed habeat ipsam sempiternam in propria identitate. Aetii Cap. XVIII. Si ingenitum essentiae significatum est, merito ad genituram essentiam opponitur. Si verò nihil significat ingenitum, multo magis nihil significat genimen. Nihil enim ad nihil quomodo opponi potest? Cap. XIX. Si verò ingenita prolatio ad genitam prolationem opponitur, silentio prolationi succedente: fieri contingit & perire Christianorum spem in prolatione sitam, at non in naturis sic habentibus, velut nominum vult significatio. Confutatio. Quomodo praecoccupare contra seipsum testimonia solent, qui in expertorum mentes stupefacere didicerunt. Qui enim in prolatione spem adeptus est solus Aetius, & non in veritate, hanc de nobis praedicare audacter prodit ipse, & filium Dei, ac Deum patrem nudis verbis confiteri non reueritus: cum nos maxime consistearum naturalem esse patrem, & naturalem esse filium, & naturalem esse Spiritum sanctum. Trinitati enim nihil aliud comparabitur. Et propterea verè coessentialitatem confessionis nostrae fulcrum, & non per prolationem, quae per ipsum sublata est, ut quae fiat ac creat, velut Aetii de patre & filio ac sancto Spiritu opinio habet. Est enim reuera pater verus, et filius reuera verus, et Spiritus sanctus verus, etiam si sexcentos vanos syllogismos subseminer. Nam de his diuina Scriptura, Prudentia prudentium reprobabo. Et, Nouit Dominus cogitationes hominum quod vanae sunt, et cetera. Aetii Cap. XX. Si nihil plus distribuit ad praeminentiam essentiae ingeniti ad genitum: prolatione solū praeminentis filius, meliores seipso cognosceret eos, qui ipsum sic appellarunt, non appellatum: Deum ipsum et patrem. Confutatio. Nulla pia ratio concesserit, etiam si innumera nobis confingat Aetius, meliores esse eos qui ipsum esse ab eo qui est, acceperunt. Per ipsum enim etiam ipse confiteretur eosdem genitos esse. Neque enim secundum prolationem verbi sciunt genimen vocare, sed verum ex vero genitum, Christiani qui ex ipso beneficio affecti digni facti sunt, ut sciant ipsum in veritate, et docti sunt per patrem, non a carne et sanguine, et propterea merito beati praedicantur, velut ille qui cum additamento vocis viuens, filium Dei ipsum cognouit. Sine enim spiritualiter percunctetur Spiritus existens vnigenitus, animale Aetium quae Spiritus sunt, non suscipientem: siue dicat, Vado ad Patrem meum et Patrem vestrum, et Deum meum et Deum vestrum: ambra haec appellationes ad alterius generis nomina adaequari non possunt, veritate semper manente, et vno quoque vtili ordine in filio Dei in veritate claritate docente. Neque enim patrem meum et patrem vestrum, secundum carnem ad ipsos referendum est. Quomodo enim pater carnis Deus, qui carnem non induit? Neque Deum meum et

Deum vestrum, secundum filii Deitatem, & secundum discipulorum adoptionem accipiendum est. Sed Deum meum & Deum vestrum, propter nostram incarnationem, mysterialiter discipulos munivit qui vera in omnibus loquuntur. Patrem autem meum & patrem vestrum, propter meam ad ipsum naturam & meam ad vos societatem, quam ego hominum amore ductus apud vos presens dedi vobis ut fieretis, velut dictum est: Dedit ipsis potestatem ut filii Dei fierent. Quapropter etiam ipse apud ipsos diversans formam servum accepit, recentem cum recente societatem contrahens, primarius & antiquis illis manentibus in identitate, & non ad confusionem transeuntibus: ita ut filii quidem hominum, per participationem ad incorruptibilitatem transmutati sint, sed non cuncti ad coessentialitatem: & hic servum formam accepit, ut per vocem Acciperit, recens factus declaratur: per hoc vero quod in forma Dei exiit, quod ad mutationem non abierit, indicetur. His autem sic se habentibus, & qui hac in perfecta cognitione sic, qui a Deo docti sunt, clarè confiteantur: neque Deus meus & Deus vester, neque pater meus & pater vester: ex consentanea societate, per æquiuocationem à sincera essentia differre faciet, & à præminètia propriæ proprietatis, patris ad filium, & filii ad patrem, & sancti Spiritus similiter. Actii Cap. XXI. Si ingènitæ essentia melior est generatione, intra se habens ipsam præstantiam per se essentia est ingènitus. Non enim volens, quoniam vult, potior est generatione, sed quoniam natura est. Per se igitur existens essentia ingènitus Deus, nulla ratione permittit contra seipsam excogitare creationem ac generationem impellens ferri cõtra creatam ac genitam omnem examinationem ac omnem ratiocinationem. Cõfutatõ. Hisdem vexationibus circumdat nos Actius, idem dicens, velut dixi, & sæpe suam de iisdem tautologia ab initio vsque ad finem subornans. Nunquam enim fides, quæ omnem fidelem seruat, ex syllogistica hominum opinione consistit. Fallaces enim sunt hominum cogitationes, & ad immensitatem essentia Dei se extendere non possunt. Nam tota salus nostra, viuax Christi mysterium, Iudæis quidem offendiculum est, Græcis autem stultitia. Nobis autem vocatis Iudæis ac Græcis Christus Dei potentia est, & Dei sapientia. Quoniam quod stultum est Dei, sapiens est hominibus. Et quod debile est Dei, fortius hominibus est. Quomodo igitur non quis inter Iudæos constituerit Actium, propter offendiculum syllogistorum? & inter Græcos autem, eo quod ex propria quæ sibi persuasit sapientia, stultitiã putat veritatem dei? Et tamen vobis melior omni creatura ac opificio creator & opifex vniuersorum, nõ ideo quæ melior est his quæ ab ipso facta sunt nõ facit & creatur ea quæ ab ipso facta sunt. Neque enim invidet propriæ bonitati: intra se enim habet ipsam per se bonitatem, quæ omnibus melior est. Neque enim intra affectus cõtinetur, aut inuidia aut liuoris, & ea quæ sunt ex nihilo efficit. Nõ enim quæ ab ipso facta sunt, verum incomparabili ipsi deitati inferiora sunt, & nõ quæ ab ipso creata sunt, contra seipsam excogitauerit: sed in gloria sua, ut ostendat luculentam suam deitatem, ipsa per se bonitas existens, & ipsa per se essentia, cõmunicas his quæ ex ipso de nihilo creata sunt ipsi esse volens etiã ipsa participare suo dono, vnam quæque creaturam iuxta proportionem vniuersi cuiusque propositi. Et lumen quidem lumen contribuit, celo verò pulchritudinis ornatus. Terra item ac alii iuxta voluntatem suam partes virtutis largitus est, angelisque ac reliquis sanctis potestatibus ac virtutibus, eo quod dedit ipsis incorruptibilitatem. Homini item donauit imaginis dignitatem, vitæque ac cognitionis & rationalis beneficii donum. Et nõ ad voluntatem solū affuit ipsi hoc, velut quis dicere possit cõstitit, aut secundum futurum, aut consultoriam ratiocinationem, sed secundum ipsam per se bonitatem. Est enim ipsa per se bonitas, cõdecet ipsi omnia habens, et faciens ac operans. Quemadmodum igitur bonitati ipsi non indecorum asciuit hoc ipsum, sed gloriã et cognitionem laudis luculentam munificentiã, ut qui per hoc ad noticiã et sensum eorum quæ ab ipso facta sunt, deuenit. Sic etiam gloria est, non assumens aliquid ipsius deitatis. Nunquam enim indiget Deus gloriæ additamento: sed ipsa per se gloria, et ipsa per se virtus, et ipsum per se miraculum, et ipsa per se laudis celebritas, quod pater genuit, etiam si ipse non est genitus: quo ex fonte semper existente, scilicet eternus fons coexistens, ex ipso existens fons ex fonte, & Deus ex Deo, & lumen de lumine, qui non esse cõcepit, non sub tempore cecidit, sed simul patrem habet verè, ita ut simul pater filium habeat verè, non indecorum patri, non dissipantem incomparabilitatem. Non enim est corporalis quædam distinctio, sed Verbum in substantia Deus ex patre existens, & Deus ex Deo, excludens omnem syllogisticam suspitionem, in vitam existens fidelibus, & omnibus qui à patre, per ipsum & ab ipso facti sunt, credentibus ac cognoscentibus, & non stulticiam putantibus potentiam Dei, & dei sapientiam, quæ excedit omnem examinationem, & omnem ratiocinationem corruptibilem, præsertim hominum, quemadmodum etiam ipse Actius inuitis cõfessus est. Actii Cap. XXII. Si priuationis significatiuū est de deo ingènitum, nihil autem fuerit ingènitum, quæ ratio abstulerit aliquid ab eo quod nihil est? Si verò significatiuū, quod est, quis secedere fecerit ab eo quod est, id quod est ipsum sui ipsius Confutatio. Quæ secundum priuationem dicuntur apud externos dialecticos, ea profert nobis Actius velut de dei noticiã, & utilitate distinguens ac tractans, prius ignarus de quibus apud externos priuationum accipitur. Non enim de omnibus possibile esse secundum priuationem dici, allerit dialectici: sed de his quæ secundum naturam quid possident. His enim quum ea quæ secundum naturam sunt in contraria mutari possint, de ipsis sanè secundum priuationem dicuntur. In his verò quæ impossibilia sunt, non item: verbi causa, vocem Cæcus de lapide nemo dixerit. Nam qui à natura dispositus est ad videndum, deinde visum amisit, cæcus dicitur. Volueris enim, aut homo, aut pecus quod ex natura videre solet, quando priuatus est, cæcus priuatus dicitur. Sic etiam in irascibilem, aut innocentem, aut indefessum non dicimus lapidem: non enim ex natura est. At de homine aut pecore ex natura irascisoleto, quando non irascitur, dixerit aliquis secundum priuationem, de impossibilitate autem non ite. Sic etiam de Deo accipiendum sermone velut aduersus Actium inuehente, & per interrogationem expendente. Dic nobis o Acti, nõ in incomparabilem ad omnes qui non sunt ex eadem essentia, aut etiam ipsum cum

Cogitationes humane non adesse ad mysteria diuina.

Bonitas diuina vbi que sui similis.

Priuatiue dicitur ratio.

cum omnibus numerare audebis? Et si quidem cum omnibus hunc numeraueris, qui non ex essentia ipsius sunt, sed de nihilo ab ipso, per eum qui est ex ipso secundum essentiam, facta sunt, excepto solo hoc ipso & Spiritu sancto, qui ex incomparabili essentia patris & vniuersi filii ipsius est: absurdissima fuerit tua confessio. Quomodo enim adhuc vnus ex omnibus fuerit is ex quo omnia de nihilo facta sunt? Impossibile enim est hoc, & neque ipse hoc dixeris. Cum autem impossibile sit ipsum esse similem aut æqualem his qui ex ipso de nihilo facta sunt, impossibile est ipsum similia pati his qui ipsi dissimiles sunt quibus est ex ipso ut sint ipsa de nihilo, & omnia quæ sunt in ipsis, quibus contingit iuxta priuationem, ut sit contrarium. Hæc enim vident non à seipsis. Neque enim & esse à seipsis habent, sed per gratiam datam eius qui largitus est ea in quibus contingit passio secundum priuationem eorum quæ in ipsis fuerunt per donationem. At qui largitus est, à passione alienus est, & non ex aliquo ipsum esse habet, neque potest priuari his quæ ex nihilo sunt. Si igitur non æqualis est ille filius, aut pater, aut Spiritus sanctus his, verum alius est filius ab his, non æquali nomenclatura vocatus, sed præminens & incomparabile nomen habens, ipsum per se bonum ab eo qui ipsum per se bonum est: quænam fuerit ea complicatio, quæ ad priuationem oppositè se habet? Corruit enim Actii sermo, qui nobis priuationem introduxit cum ingènitus Deus, & genitus filius, non secundum priuationem, quæ est creaturatum, habeat dignitatem existentem, sed iuxta id quod sponte & propriè per se decet ipsius essentiam ac deitatem. Sicut enim in irascibile est, non quod non irascatur, sed quod ipsa per se, ut ita dicam, in irascibilitate est: ita etiam ingènitus, eo quod ipsa per se ingènitæ natura est: etiam si filius genitus sit ab ingènitæ, dictione priuatiua frustra posita de incomparabili ad alios, ex sententia eius qui ipsam supposuit, & expressit. Neque enim alia ipsi genitus adæquantur. Neque ingènitus creaturis impertit coessentialitatem: non quod impotens potentem accuset, sed quod impotentia ad potentem non extendatur, propter præminentiã vnus Dei, & vniuersi ex ipso filii, cum sancto Spiritu. Actii Cap. XXIII. Si priuationes, habituum sunt ablationes, ingènitum in Deo aut priuatio est habitus, aut habitus priuationis. At si quidem priuatio est habitus, quomodo id quod non adest, velut quid adest, Deo connumerabitur? Cap. XXIII. Si vero habitus est ingènitus, necesse est præsupponere genitam essentiam, ut sic assumpto habitu ingènitum nominetur. Cap. XXV. Si vero genita ingènitæ essentia particeps fuit, & habitus abiectionem passa, ingènitæ natura priuata est: fuerit vti que essentia quidem genita, ingènitum verò habitus. Cap. XXVI. Si verò genimen transitus significatiuū est, manifestum est quod habitus significationem habet, siue trãse formatum est ex essentia quadam, siue hoc est quod dicitur genimen. Confutatio. Iam equidem eum Actius de priuationis argumento, multum auxilium tulerit his qui à fide alieni sunt, etiam ipse æqualiter cum illis contra fidem se armavit, nihil de fide dicens, neque recordatus disti aduersus eos qui à seipsis vanos sermones proferunt, & principium fidei non tenent, velut aduersus ipsos reprehensoriè Scripturã dicit, Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax, addito & hoc, Humiliatus sum valde. Nunc vero rursus in iisdem tempore contereus, & priuationis ac habitus nomenclaturas, & syllogistorum fallacis humanæ opinionis onerosam molem obiciens, & spiritualiter percunctans seipsum, eõ enititur ut proprium suum propositum relinquit, ex humana versutia, à qua de Deo dicit quæ vult. Imò etiam nos etiam si multa de priuationum ratione disseruerimus, rursus cogit iisdem immorari, & in confutationibus aduersus ipsum tempore terere. Et erat quidem sufficiens præcedens confutatio, quæ propter æqualem progressum & syllogistici sermonis ipsius æquiuocationem, contra ambo ferri potest. Verum quando quidem neque equum ferri oris effrenem sinere oportet, siue per præcipitia feratur, siue ab impetu iam sit reuocatus & relictus: neque viro contra fidem eadem dicenti permittit, & non contra ipsum dicere: rursus dicimus, si quidem priuationes, habituum sunt ablationes, ingènitum in Deo aut priuatio est habitus, aut habitus priuationis. At si quidem est priuatio habitus, quomodo id quod non adest, velut quod adest, Deo connumerabitur? Et siue taliter aut taliter de Deo cogitas o Acti, & habitus circa Deum coniectas, erit mens tua priuata. Quæcunque enim contenderit cor tuum apud Deum depone, præterquam solum credere & admirari ac ex tota mente glorificare, redargueris: cum Deum quidem non possis syllogisticis cõcludere, neque filium ipsius, neque sanctum eius Spiritum, quo te Deus redarguat & mendax fias, velut scriptum est: In nobis enim & habitus & voluntas & cogitationes fallaces sunt, quoniam natura & essentia talis sumus. Dicitur autem & natura & essentia Dei: & non eo quod nos naturam & naturam audimus, & essentiam ac essentiam, ideo incomparabilem Deum nostræ naturæ comparare oportet. Sic etiam de omnibus quæ de Deo dixeris o Acti, ipsum totum nullam complicationem admittit, incomparabile existens & perfectum in seipso, nulla re indigens. Est enim ipse per se sensus, & ipsa per se voluntas. Quapropter incomparabilem vniuersum filium incomparabiliter genuit, & neque sua ipsius essentia priuatus est, neque ipsius qui genitus est solus ex solo, & sanctus ipsius Spiritus, non habentes ad alia æqualitatem, aut dignitatis, aut naturæ, aut alterius cuiusdam argumenti. Non priuauit, inquam, seipsum, neque secundum habitum, neque secundum essentiam incomparabilis sua deitatis. Neque genimen ex ipso priuatum est, velut dixi, dignitate Patris, & æqualitate incomparabile existens, & sanctus ipsius Spiritus, ad omne quodcumque tandem id est: hoc est, tria sunt perfecta, perfectus pater, perfectus filius, perfectus Spiritus sanctus: non quod coniunctio aliqua sit, neque ad seipsam permixta, neque quid immixtum in seipsa habens: ut ne id quod disparatur, delectat incomparabile: & id quod alteratum est, priuationem ipsius esse efficiat: ita ut habitu solum dicatur & non veritate: aut quod velut nudo sermone nominetur in transitu, & non sit quemadmodum tua omnino mens cogitat, à fidei doctrina abalienare tentans. Nam credere oportet accedentem ad Deum quod est, & requirentibus ipsum mercedis retributor sit: id quod in patre solo perfici non potest.

Confutatio Actii dogmata.

Habitus & voluntas ratio.

*Primum
signum in
christianismo*

Qui enim non habet filium, neque patrem habet: & qui filium dicit, non potest extra Spiritum sanctum. Est enim reuera pater verus Deus, velut testatur filius, qui vidit patrem: & vera lux filius, qui cognoscitur a patre, & testimonium ab ipso fert, & spiritus veritatis ipse Spiritus, qui non alienus est, sed a patre procedit, & de filio accipit. Hæc porro tollant totum syllogisticum verborum tuorum dæti fabulamentum: & fieri non potest, vt nos impellas vt discipuli fiamus præceptoris tui Aristotelis, & sinamus doctrinam eorum qui illuminati sunt ex spiritu Dei, & sunt quidem piscatores & alieni à literis, & in eloquentia idiotæ, verum præcones veritatis in potentia Dei qua digni facti sunt. Non enim in sermone syllogistico est regnum colorum, & in sermone iactabundo, sed in potentia & veritate. Et enim sufficiens coniectauimus ab initio sermonis tui, deprivatione habituum & situm, & genitam essentiam, & ingenitam essentiam, assumentem & non assumentem, & participationis habitus abiectionem sustinentem, & de essentia complicata genita, habitu verò ingenito: & genimen dictum in transitu, significatum autem in habitu solo, & significatiuum habitus, siue transformatum est ex essentia quadam, siue genimen dicitur, velut dixisti. Eadem enim de iisdem cogitatio tua loquitur, nihil absolvens, dum contra eadem fertur ac dicit. Aetii Cap. XXVII. Si ingenitum habitus est, & genitum habitus, essentia quidem habitibus priores sunt: habitus autem etiam essentia posteriores sunt, attamen potiores. Cap. XXVIII. Si verò ingenitum geniti causa est, ipsum esse significans, & genimen coinferat cum sua ipsius essentia ipsum autorem: vox genimen essentia significatiua est, & non habitus quum ingenita natura nihil secum coinducat, quomodo non essentia fuerit, sed habitus ingenita natura? Confutatio. Habituum distinctiuum sermonem in Deo & post Deum construere rursus nobis Aetius conatur, velut videtis vos veritatis amici. Et alia priora facit, alia posteriora Deo. Deo autem priora aut posteriora accipere, nefas est dicere. Simul enim in Deo omnia ad sunt, & additamento non habet opus. Quapropter etiam genimen non à tempore intelligi pia ratio concedit. Semper enim est. Deus pater & filius & Spiritus sanctus, hoc Trinitas existens. Quapropter qui est vocatur Deus pater qui est etiam filius, qui est apud existentem, genitus existens sine principio & sine tempore velut in hoc dicto, Apud te est fons vitæ. Et hoc, In lumine tuo videbimus lumen. Et hoc, Qui est in sinu patris. Et hoc, In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Et de sancto Spiritu similiter, Spiritus meus consistit in medio vestrum. Et vides quod nihil recens est in trinitate. Quare neque essentia ante habitum, neque habitus ante essentiam. Habitum autem non iuxta incertos appellatos habitus, qui mutationem sustinent in quoquoque qui ipsos habent, accipere oportet, etiam si coegeris nos dæti, habitum de Deo dicere. Et neque quid in Deo potius est, neque posterioris, sed quæcunque decent dignitatem ac glorificationem, vni deitati vna glorificatio, vnus honor vt colant filium sicut colunt patrem, & vt ne blasphement Spiritum, propter minarum sermonem, qui peccatum ipsi non remittit, neque hic, neque in futuro seculo, velut sanè decorum est. Nihil diuersum circa trinitatem intelligere est, aut colere, aut glorificare. Verum in patre pater, in filio filius, in Spiritu sancto Spiritus sanctus. Sic dicere, & sic in veritate glorificare, decenter vni trinitati adorationis cultum tribuere, & dignitatem cõfiteri, vera fides est. Et neque ingenitum genito indiget, vt coinferatur cum ipsius essentia, quo autor essentia ipsi fiat significantium geniminis nomē: neque habitus ingenita natura, essentia geniti est, aut dicitur. Nulla enim re indiget trinitas, neque additamentum alicuius accipit. Neque enim quia ipsa trinitas erat semper, & nihil erat creaturarum, ideo fortis capiendæ, aut assumendæ nominis alicuius, aut additamenti gratia, dignitatem sibi ipsi excogitauit pater: qui per filium quidē creauit cælum & terram, & omnia visibilia ac inuisibilia, & Spiritu suo firmavit omnem virtutem eorum quæ ab ipso creata sunt: quo ex eo quod creatæ sunt creaturæ, & facturæ factæ, coinductio cõtingat, vt creator appellatur, & opifex pater, & idem assumptiue de filio intelligatur, per quæ, & à quo creata facta sunt: aut de sancto Spiritu, in quo firmamēta firmata sunt. Etenim non mutatus ab habitu in habitum Deus, & natura & essentia alteratus, velut secundum cogitationem & mutationem fecit ea quæ facta sunt. Habuit enim in seipso semper opificii vim ac perfectionem, & nullam assumptionis gloriæ indigentiam. Et quemadmodum in creaturis non oportet aliquem cogitare de Deo, quod dignitas essentia & gloriæ Dei, assumptionis habitus & dignitatis est, sic refellitur Aetius, qui vult Deum syllogismis concludere iuxta ingenitum & genitum, iuxtaque habitus & essentia ipsius inductum nobis sermonem: cum cõfiteatur omnia creata, quod sint verè, & non sint excogitata assumendæ gloriæ gratia à minimè indigo Deo quemadmodum etiam de vnigenito, & de sancto ipsius Spiritu, non æquale dicere licet creatis impossibile enim est hoc dicere. At sanè syllogismos profert nobis Aetius sublimia loquens, & cõtra superna audacter inuehens. Verum ab infernis vicissim concluditur creaturis, etiam ipse nihil reperiens in syllogistico suo sermone. Nam sapientia hominum præterit, & syllogistica hominum dictio sepelitur. Egredietur enim Spiritus ipsius, & cõuerteret ipsa in puluerem. Omnes enim ratiocinationes hominum prætereunt, & homines vnà cum syllogistica Aetii arte, & artificiosa cõtra fidem versutia. Manet autem fides, spes, et charitas, velut scriptum est. Aetii Cap. XXXIX. Si omnis essentia est ingenita, qualis Dei omnipotentis, quomodo alteram quidem passibilem, alteram verò passionis exortem quis dixerit? Si verò per sortem et partem ingenitæ naturæ, altera permanet quæritate et qualitate, et (vt summam dicam) omni mutatione superior, altera verò passionibus obnoxia est, ita vt cõcessum sit ipsi, inuariabilitatē in essentia habere, eo quod spõte sua amicus permittit ea quæ sūt prædicta: facit vtique hoc cõsequens, facientē quidem ingenitum dicamus, genitam autē eam quæ transmutatur. Confutatio. Nō omnem essentiam ingenita esse dicimus, neque omnē ex Deo genitā. Nam qui genuit genitum ex ipso, & omisit ex se Spiritum suum sanctum, Spiritum filii participem: non omnes genuit, sed vnū: quare etiam est vnigenitus, et vnum ex se

*Nihil recens
in trinitate.*

*Trinitatis
nullius in
digens.*

*Philosophia
inanis
speculatio
in
productione
personarum.*

*Generatio
in diuinis
qualis.*

A

B

C

D

ex se emisit Spiritum sanctum. Creauit autem per vnum, & firmavit in vno omnes, partim quidem generantes, & post creationem genitos: partim verò creatos, neque generantes, neque genitos. Multum autem distat in creatura trinitatis essentia ab his quæ à trinitate sunt creata, & non à trinitate genita. Quapropter habet trinitas à passione alienitatem & inuariabilitatem. Omnia verò post trinitatem passioni subiacent, nisi quid donauerit ille passionis exors de alienitate à passione, per incorruptibilitatem, his quibus vult gratificari luculenter per largitionem. Non habent autem incorruptibilitatem ex incorporea natura, sed ex luculentia boni & passionis exortis Dei. Nam neque quod passus est vnigenitus in carne, passionem deitatis ipsius asciscit, quamuis ex vera confessione credimus ex vera fide, quod passus est passionis exors existens Deus Verbum. Mansit autem idem in alienitate à passione, non mutatus natura, neque alteratus. Quapropter sapientia existens, & Deus passionis exors existens, & gnarus quod per passionem seruaturus esset eos qui passionis mortis habent: non legatum misit, non angelum, neque amplius velut ante ipsum prophetas: sed ipse Dominus venit, & passibilitate in seipso suscepta vere passus est, deitate ipsius à passione aliena manente. Non enim aduentus in carne potestatem deitatis ipsius hebetauit. Reperitur enim in sua deitate, ea quæ Dei sunt operans, & non à carne impeditus: ventum quidem increpans & fluctus ac mare, Lazarum verò propria autoritate euocans, & infinita alia supra hæc faciens. Et concedebat quidem prout consentaneum carni, vt & à diabolo tentaretur, & ab hominibus vapularer, & à comprehendentibus caperetur, quo in passibili passionis exors pateretur passionis exors manens in propria deitate, & non alienus à passione exorte Deo. Verum voluntati faciens omnia secundum admirabile ipsius mysterium, sicut etiam pater Deus cum ipso vnigenito & sancto suo Spiritu, trinitas existens semper perfecta, & à passione aliena, vna deitas continens omnia, vnus Deus, vna dominatio, eodem Deo continente vniuersa. Et non eo quod continet omnia, passioni subiacet, quum ea quæ contineantur, passioni succumbant. Intra omnia enim est, & extra vniuersa, omnium Deus, inmixtus ad omnia. Vnde non eo quod est vbique, neque eo quod extra omnia est, neque ideo quod continet omnia, neque eo quod in ipso omnia mouentur, passionem inducet passionis exorti Deo. Sicut neque propterea quod genuit vnigenitum, neque quod vnigenitus genitus est, neque propterea quod Spiritus ipsius sanctus ex ipso emissus est, passionem inducet sanctæ trinitati. Neque enim passibilis est Spiritus sanctus, qui in columbæ specie descendit in Iordanem: neque vnigenitus qui à Ioanne baptisabatur ac contractabatur: neque Pater qui ex supernis clamabat voce, quæ ab hominibus percipiebatur. Hic est filius meus, hunc audite. Inuariabilis itaque est filius. Et pater quidem ingenitus, filius verò genitus, passionis exors, & Spiritus qui citra passionem processit. Et cum alia creata sint, trinitas perfecta permanet in quantitate & increata nomenclatura, ita vt neque melior transmutetur, neque quod genitum est passione contineatur. Neque enim qui genuit, passione detentus fuit. Non enim corporale est genimē, sed Spiritus ex Spiritu, & filius ex patre. Similiter & sanctus Spiritus ex ipso, Spiritus patris, Spiritus Christi, non creatus, non genitus, non confrater, non propater, non nepos: incomparabili essentia patris & filii & Spiritus sancti, excedente omnem intelligentiam & omnem mentem non solū dixerim hominum, sed etiam angelorum. Non enim transmutationem suscepit vnigenitus, neque ipse pater, neque sanctus ipse Spiritus, eo quod vnigenitus passionis exors existens in carne passus est, & sanctus Spiritus in columbæ specie descendit, & pater ex supernis vocem in aures hominum citra passionem inmisit: quemadmodum non mutationem & passionem induxerunt creati angeli, & cæli, & terra, & omnia ei qui ipsa fecit: sed totum est admirabile mysterium, velut dictum est, O altitudo diuitiarum & sapientiæ & scientiæ Dei. Aetii. Cap. xxx. Si factæ naturæ ingenita natura est causa, ingenitum verò nihil est: quomodo id quod nihil est, fuerit causa eius quod factum est? Confutatio. Est quidem igitur secundum aliam sententiam, & non secundum æqualem ad omnia, ingenita natura ad vnigenitum genimen, & sanctum ex ipsa Spiritum: non autem causa, velut id quod est ad id, quod non est. Est enim non de nihilo qui genitus est, neque non existens est qui genuit, neque Spiritus ex ipso sanctus. At aliorum causa est id quod est. Quare semper cum propria gloria est S. Trinitas, semper existens proportionabiliter vnicuique nomini dignitatis ipsius. Per ipsam enim & non extrinsecus, facta sunt, quum non essent. Quapropter neque per seipsum pater eorum quæ facta sunt causa est: sed pater & filius & S. sanctus fecit omnia. Si verò esset alienus filius, velut à causa non existens, progressus vtique cum omnibus etiā ipse equalis esset. Et causa esset Deus non amplius genito modo producti, sed inlita creaturæ. Et non amplius vnus dici posset genimen, alia verò creaturæ: sed aut omnia cum ipso genimina dici oportebat, aut ipsum cum omnibus similiter creaturam vocari. Et nihil esset præminens, adæquato vno omnibus, iuxta partem, quæ de nihilo est, non solum dixerim Angelis, sed etiam hominibus, & pecoribus, & quæcunque infinita distantia absunt ab illius natura & dignitate, ad vnigenitum ipsum factorem ac creatorem. Est igitur qui est cum eo, qui est, ex ipso sine tempore reuera genitus, non de nihilo, sed ex ipso. Et est sanctus ipse Spiritus, non alienus ab ipsius essentia: neque velut ad auxilium, iuxta Aetii sententiam, Deo exquisitus. Aetii Cap. xxxi. Si ingenitum est priuatio, priuatio autem habitus abiectionis siue amissionis est, abiectione verò genitus perit, aut in aliud transit: quomodo possibile est vt habitu transeunte aut pereunte, ipsa videlicet ingeniti appellatione, cognominetur essentia Dei? Confutatio. Si à te & hucusque gloria Dei à tuis dæti syllogismis, ad gloriam Deo comparata ac exquisita est, iuxta superius à te prolatis sermones: etiam ipse aduersus te, concedente Deo inuehens, paria tibi & ipse proferam, quod quum nullus veterum in veteri Testamento, itemque nouo, siue sanctorum Apostolorum siue Prophetarum hoc senserit, meliorem reipsum facis etiam ipso Deo, & planè cærrum. A te enim et hucusque assumpsit Deus, velut secundum tuum sermonem, in fidem suam syllogisticam hanc tuam artem, vt de ingeniti

*Trinitatis
constitutio.
Creatio
passioni
subiecta.
Passionis
Christi ratio.*

*Miracula
Christi ex
vniuersa*

*Testimo-
nia patris
de filio.*

*Si filius
pater non
esset
equalis
in
conuenientia.*

*Ingeniti
suspiciosa
disquisitiones.*

geniti priuatione dicamus, & omnino de amissione habitus & transmutatione, & de cognomēto Dei in essentia Dei appellatione. Neque enim propterea quod est Deus omnium creator, quē post vnigenitum ipsius & sanctum ipsius Spiritum, extant, per creatorum constitutionem inuenta est priuatio eorum quæ non ad sunt Deo, aut confessio eorum quæ ipsi ad sunt, assumpta est: quod id quod postea creatum est, offerre Deo id quod melius est & sincerum, per illam priuationem & immutabilitatem excogitari. Sed quod est semper existens ipsum ingenitum, totum gloria, & totum incomprehensibile ab omnibus creatis ab ipso, iuxta partem eorum qui ad glorificationem se extendunt: ut quod glorificetur quidem ab Angelis, secundum Angelorum linguam, quæ apud Apostolum humanæ præferenda prædicatur: glorificetur item secundum hominum linguam mensura inferiore, & secundum eorum quæ adhuc inferiora sunt facultatem. Et non omnino quod in vnaquaque creatura proportionaliter inferior sit aut transmutata sit glorificatio. Sed est quidem in seipsa immutabilis, quum priuatur omnis creatura eo ut se in glorificatione ad infinitum extendat, suprema essentia semper omnem mentem ac intelligentiam excedente, & non per ea quæ ab omnibus dicuntur ipsi licere, aut alterationem, aut mutationem, aut profectum siue præminentiam acquirente. Eadem enim deitas melior est, & incomparabilis ac glorificata. Actii Cap. xxxi. Si ingenitum significat priuationem quæ non adest Deo, quomodo ingenitum esse dicimus, genitum verò non esse? Confutatio. Ingenitum est equidem, nusquam verò dictum est, non à Propheta, non ab Apostolo, non ab Euangelista: nihil enim miri erat hoc de Deo dicere, aderat enim præ rationationi ab ipsa naturæ lege. Tu verò Acti hoc nobis nouè dicere tradens, velut miraculum te ipsum proferre putas. Commiscuisti autem præ naturæ legi, & fidei statuto in additamentum, ut meliores fiamus ex Deo donato, ut ex ingenito genitum intelligamus adæquatum dignitate: quo qui apud te adoratur dissimilis, æqualis inuenitur ei qui secundum te dissimiliter prædicatur. Siquidem igitur adorauisti patrem nuda nomenclatura, per ironiam & simulationem honorem obtulisti. Et si filium adorasti, dissimilem patri agnosces, confusionem operatus es in adoratione, dissimilem dissimili æqualiter veneratus. Si verò propter incredulitatis tuæ præsumptionem negabis te adorare filium, redargueris ab omnibus, non agnosces eum qui debite ab omnibus adoratur, & æqualis est. Adorabunt enim ipsum omnes Angeli Dei. Et adorauit ipsum Maria, ubi gloriose resurrexisset in carne, & omnes ipsius discipuli. Non enim habet facti nomen, neque creati, ex patre genitum sciunt, & adorant existentem ex eo qui est, & sanctum ex ipso Spiritum. Sciunt enim alienum ipsum essentia à creatis. Non enim est factus aut creatus, sed genitus ex patre. Quare per omnia fatigatus, & multo tempore in sumpto, & peregrinis sermonibus inductus, adorabis ipsum. Oportet enim omnes stare coram tribunali ipsius. Et omnis lingua constabitur, quod Dominus est Iesus Christus, qui non alienus à Deo est, sed in gloriam Dei patris, velut scriptum est, ac creditur. Actii Cap. xxxi. Si nudum nomen est de Deo vox ingenitum, nuda autem prolatio substantiam Dei attollit contra omnia genita: præstantior ergo est hominum prolatio quam omnipotentis substantia, ut quæ incomparabili præminentia Deum omnipotentem exornauit. Confutatio. Neque nudum nomen est de Deo vox ingenitum, neque cum creatis secundum essentiam communicans. Quare neque creaturæ nudi nominis sunt significatiua. Quum autem in medio ingeniti & creati aliud nomen requiritur, quod est filius & non creatus, cui nam præminentia attribuenda est? Et siquidem creatis communicare debemus, quum neutrum ex dictis nuda nomenclatura nominetur, sicut de ingenito & creatore ac creatis factis non nudum nomen assumitur, ita de genito & filio non nuda nomenclatura suscipitur, id quod frustra in calumniam raptum est ac conclusum apud Actium, confusionem indicabit, eo quod non adæquatur nomini filii, creata in veritate essentia, & non nudum nomen. Nam neque ipse filius filii nomenclaturam nudam suscipit. Quum autem non sit non existens, neque secundum nudam nomenclaturam dicatur filius vnigenitus, & Spiritus sanctus: patris sanè gloriæ connexus est, & non creaturatum nomenclatura confusus. Neque enim elatione opus habet deitas, velut quæ non sit: neque altitudinis indiga est, etiam si ab aliquibus in ignorantia existentibus non exaltetur: neque per aliquorum prolationem essentia deitatis constituitur: neque enim gloriabitur hominum aut aliorum prolatio, velut quæ Deo indigo gloriam asciuit, aut omnipotentem Deum ornauit, Deum adorandum Deum nouit, & creatorem ac opificem suum. Neque enim seipsum gloria præminere putat, & ornatricem esse proprii sui opificis: alioqui seipsum adorandam duxisset, & eum qui adoratur, non adorasset. Et frustra per omnia tuus, o Acti, sermo turbam concitat. Actii Cap. XXXII. Si omnigenito consors & coniuncta est causa, causa autem exors est ingenita natura: non causam significat vox ingenitum, sed substantiam indicat. Confutatio. Et omnigenito consors & coniuncta est causa, & non consistitur hoc velut à te docti. Præuidet enim fides veritatis hoc, & præconferitur ac docet, quod Deus est causa exors, atque extra omnem causam, & immixtus ac purus ab omni æqualitate. Propterea enim etiam ipsi non adoramus omne quod infra ipsius Dei essentiam est, eo quod soli puero decet adorationem tribuere, patri ingenito, & filio qui est ex ipso, & Spiritu sancto qui est ab ipso, & per vnigenitum. Nam nihil est in Trinitate creatum, & sub causam cadens. Non enim de nihilo est quicquam in Trinitate, velut alia sub causam lapsa sunt, & causam adempta. Quapropter Trinitas talis causa exors existens, solam se ipsam adorari citra errorem docuit, quoniam sola hæc à causa aliena est. Omnia verò sub causam ceciderunt. Hæc enim sunt facta & creata: pater verò increatus, filium habens ex ipso genitum, ac non creatum: & Spiritum sanctum ex ipso procedentem, & non factum. His autem sic se habentibus, neque passionem causæ sortitus est filius, qui adoratur et Spiritus sanctus, etiam si patrem habeat genitorem: neque reliquæ creaturæ absque passione fuerint sortis causæ, à patre et filio

Ingenii
declara-
tio.

Confessio
de christo
vniuersa-
lis in iudi-
cio.

ac Spiritu sancto creatæ. Clarè autem absque passione sortis causæ fuerit filius vnigenitus, & sanctus ipse Spiritus, velut etiam pater. Quoniam filius est genimen, & non creatura: & non ex eo quod genitus est, causam passionis sortietur filius: neque Spiritus sanctus, eo quod ex patre procedit: neque enim pater, eo quod genuit, & ex seipso eduxit, alia verò omnia post filium & Spiritum creauit, sub passione causæ reperit, & quidem quum alia omnia in creando aut creando passioni obnoxia sint. Proinde causa exors est pater & filius & Spiritus sanctus. Causa autem est Trinitas vniuersorum concrets & cooperans, & nihil in seipsa creatum aut factum noscens. Actii Cap. x v. Si omne quod factum est, ab alio factum est: ingenita autem substantia, neque à seipsa, neque ab alia facta est, necesse est ingenitum essentiam significare. Confutatio. Et hoc rursus profert nobis Actius, velut nouum quid ac recens narrans, quo dialecticæ & superfluo ratiocinantis inuentor esse videatur: hoc ipsum declarans de quo neque ambigitur, & quod in catholica Ecclesia in confesso existit. Omne enim quod factum est, ab alio factum est. Ingenita autem substantia neque à seipsa, neque ab alia facta est. Et necesse est ingenitum essentiam significare. Et quid est hoc magis necessarium? Quod enim semper apud ipsos Arianos & Arianos dolose accipitur ipsum essentia nomen, Actius clarè coactus à veritate confessus est. Cum itaque ingenita natura essentia sit, & ex seipsa, & non de nihilo impollurè & citra passionem vnigenitum genuerit sine tempore & sine principio, & ex seipsa eduxerit Spiritum sanctum, & nō de nihilo: palam in sancta catholica Ecclesia orthodoxè Trinitas coessentialis prædicatur, quum nulla creatura hoc nomine vocari possit, eo quod neque secundum naturam est quicquam simile vnigenito & sancto Spiritui, neque secundum adorationem. Hæc enim sunt de nihilo creatæ, & non adorandæ. Trinitas autem semper est, pater, pater perfectus: filius perfectus, ex patre genitus: & Spiritus sanctus, spiritus perfectus ex patre procedens, & de filio accipiens. Et omnia nobis lucida sunt in diuina Scriptura & sancta fide, & nihil obliquum aut contrarium aut tortuosum. Actii Cap. xxxv. Si ex genimnis essentia comparatur, quod causa est ingenita substantia, contra omnem causam inuariabilitatem habens: per se sanè essentia incomparabilis, non extrinsecus coostendens inaccessibilitatem, verum per se existens incomparabilis & inaccessibilis, quoniam etiam ingenita. Confutatio. Sæpè Actius contra eadem fertur, velut iam sæpè dixi, in laborem solum nos inducens, & nihil amplius. Quapropter etiam in præsentis cogimur labori additionem facere, & eadem de iisdem repetere, quandoquidem & ipsi sic visum est. Nam etsi ex genimnis essentia comparatur ingenita, quæ genuit: nihil tamen distinguet à se genitor ipsum genitum per dignitatem gignendi. Ex seipso enim genuit essentialiter Spiritum ex spiritu, & non corpus ex corpore. Quapropter incomparabiliter comparatur genitor condecens genitum, & genitus genitorum. Neque enim additamento indiget Deus, ut aliquando pater vocetur, aliquando non: neque filius reperietur ex superna coniunctione, aliquando non existens, iam verò existens. Quare per se essentia est Deus pater, & filius, & Spiritus sanctus, & non diuersa essentia. Neque enim est confrater, neque est postea genitus, sed inenarrabiliter condecens patris nomini, coessentialis est filius, & condecens patri & filio ex ipso sanctus ipsius Spiritus. Quapropter inaccessibilis est in patre & filio ac sancto Spiritu, ad omnia quæ sunt inferiora, & ex ipsa Trinitate creata. At verò Trinitas ad seipsam non est inaccessibilis: est enim increata, & ingenita & incomparabilis. Quare non potest quicquam adæquari patri. Non coadoratur ipsi quicquam ex his, quæ de nihilo facta sunt, & non genita. Nulli enim ex his, quæ facta sunt, dixit vnquam, Sede à dextris meis. Neque verò vnigenitus de aliquo dixit, Qui videt me, videt patrem. Et, Ego in patre, & pater in me. Et, Nemo nouit patrem nisi filius, & filium nisi pater, & cui sanè reuelabitur. Reuelat autem per Spiritum sanctum cognoscentem, & docentem ac annunciantem in mundo ea, quæ filii sunt, per scrutantemque profunditates Dei. Propterea enim dicit, Qui non honorat filium, velut honorat patrem, ita Dei manet super ipsum. Et non dixit, Qui non honorat angelos, velut honorat patrem. Neque rursus dixit, Qui non honorat etiam filium, sed filium velut patrem, similiter autem & Spiritum sanctum. Quoniam non remitteret ei, qui in Spiritum blasphemus est, neque hic, neque in futuro seculo: quo Trinitatis inaccessibilitatem significet, & incomparabilitatem in patre & filio & Spiritu sancto. Actii Cap. xxxvi. Si excedit omnem naturam ipse omnipotens, propter ingenitum excedit, quod causa est durabilitatis ipsius creatis. Si verò non essentia significatiuum, est ingenitum, unde nam habebit creatorum natura ut conseruetur? Confutatio. Decet dicere ac confiteri, & sic tenere, quod omnem naturam excedit omnipotens. Ex quo nobis vnigenitus inenarrabiliter progressus est: Deus verbum & sanctus ipsius Spiritus. Et propterea secure non creaturam, Deum facimus, ut ne stulti fiamus, verum excedentem omnem naturam Trinitatem glorificamus, Deum facimus, & sanctum ipsius Spiritum, eo quod ingenitus est & increatus. Nam neque alterius naturæ est vnigenitus & Spiritus sanctus. Sed Deus ex Deo, lumen de lumine: & cum omnipotente patre etiam ipse filius vnigenitus omnipotens appellatur, velut etiam clarè habet diuina scriptura. Non enim alius à dignitate patris est vnigenitus, sed condecens dignitatem patris, velut palam testimonium præbet mihi sanctus Apostolus, qui in spiritu sancto de filiis Israel dixit: Quorum, inquit, est cultus diuinus et Testamenta, et quorum sunt patres, ex quibus est Christus, quantum ad carnem attinet, qui est in omnibus Deus benedictus in secula. Amen. Propterea enim et adorandus est vnigenitus, et Deus vnigenitus, et diuinus spiritus ipse Spiritus sanctus. Et post sanctam Trinitatem non est alius Deus: pater verò omnipotens et vnigenitus ipsius filius Iesus Christus, condecens patris dignitatem, et appellatus pater futuri seculi, condecens item sanctum ipsius Spiritum increatum: semper Trinitas manifesta et cognita, ex qua Trinitate omnibus factus causa est, siquidem sinceræ et incomparabilis essentia significatiua est, pater in filio, filius in patre, cum sancto spiritu

Vnigenit^o
etiam om-
nipotens ap-
pellatur.

ita vt

ita vt durabilitas semper in seipsa habeat sempiternitatem. Ex qua Trinitate ad est creatis vt conferuentur. Actii Cap. xxxv. Si nihil ex indiuisibilibus ipsum ante seipsum feminaliter existit, verum permanet in natura quam sorte adeptum est: quomodo ingenitus Deus liber & exors existens, nunc quidem suam essentiam posteriorem in genimine videt, nunc vero priorem in ingenito, secundum primi & secundi ordinem: Confutatio. Oportebat Aetium praesignificare nobis & quaestiones suas claras proponere, maxime hanc dictionem reprehensibilem, & omnino nullam similitudinem cognationem habentem, quum neutrum ex his quae ab ipso nominata sunt alteri coaduari possent. Affect enim nobis multorum inuisibilium nomenclaturam. Sunt enim & inuisibilia animalia spiritalia, Seraphim, inquam, ac Cherubim. Sed & Angeli, & alii quidam spiritus, in quibus verè impletur, quod neque in ipsis feminaliter quid existit. Neque enim corpora dixerit quae ea quae sunt inuisibilia. Etenim neque generat, neque generantur. Creatura autem sunt secundum voluntatem deitatis semper existentis clarè, & sortitum est vnumquodque creatum, id quod ipsi is qui est, contribuit virtutis, in excellentia luculentae suae benignitatis. Et adeptum est vnumquodque id quod sortitum est, & in hoc manet. Er liber est Deus ab omni causa, in seipso totum habens: non in futurum, neque per penitentiam filium post tempora habens, aut sanctum suum Spiritum, sed condecenter ei vt habeat semper filium genitum, habens filium & hunc vngenitum, habentem semper patrem in seipso. Haber autem & sanctum Spiritum ex patre existentem, & de filio accipientem, semper ipsum habens. Nam neque propter in gloriam, neque ob gloriae additamentum, siue vberiore copiam (quum deitas semper sit, nullum autem creatum semper extet) Trinitas vnquam seipsam in minore opulentia vidit. Et nunc quidem hoc vidit, nunc vero in additamento essentiae seipsam videns, velut indiga postquam creata sunt ea, quae causa sunt, in vberiore additamento gloriae siue opulentiae existens. Et vndique nihil efficit impetus eorum, qui contra veritatem syllogisticas humanas opiniones obtrudere, & in medium afferre volunt; quum dignitas Dei patris & filii ac Spiritus sancti omnem intelligentiam angelorum & ultra excedat, quanto magis humanae naturae: Nam ratiocinationes hominum miseræ sunt, & incorruptibiles ipsorum cogitationes, in syllogismos & quaestiones seipsas inuoluentes ac transigentes. Alii enim ex suis ratiocinationibus per sophisticam quandam opinionem percunctantur de malo, vnde inceptit. Alii vnde est diabolus, aut cur factus est. Alii cur Deus peccatum hominem sic ipsum creauit. Alii quidam talem, inquit, ipsum fecit, cur postea ipsi culpam adscribit: quo vbi omnes percussuerint suas cogitationes, discant seipsos corruptibiles, & attribuant Deo patri & filio ac Spiritui sancto, hoc est vni trinitati, adorationem & scientiam, petantque ac assequantur ab ipso veræ fidei cognitionem, vt ne suam mensuram excedere conentur, sed discant ab occaecata intelligentia quiescere, & non sophisticam fraudem exercere per linguam incensam, & ratiocinationes imprudentes, sed potius modesti esse per prudens illud dictum sanctae & diuinæ Scripturae, quae iubet, vt ne vltra sapiamus quam oportet sapere, sed vt sapiamus in hoc, vt modesti simus. Actii Cap. xxxix. Si permanet in natura ingenita Deus, auferatur ab eo, quod in generatione & in ingenita natura seipsum noscat. Si vero conceditur in ingenito ac genito suam ipsius essentiam extendere, ipse sui ipsius essentiam ignorat, dum a generatione & ingenita natura circumducitur. Cap. xl. Si vero etiam genitum particeps est participationis ingeniti, verum in geniti natura indefinenter permanet: in imperfecta sanè natura seipsum cognoscit, ignorans videlicet ingenitam participationem. Non enim possibile est ipsum de seipso, & ingenitæ essentiae & genitæ cognitionem habere. Cap. xli. Si vero despicabile est ingenitum propter mutationis aptitudinem, dignitas naturæ est essentia immutabilis, quum ingenitam naturam omni causa superiorem constitemur. Confutatio. In ingenita natura haud dubie permanet Deus, qui omnia de nihilo creauit, ac fecit patrem, genuitque ex seipso coessentiali sibi ipsi filium & condecentem ipsius sempiternitatem, & spiritum qui ex ipso processit, ac deest ipsius coessentialitatem. Et neque ideo quod Trinitas creauit de nihilo ea quae sunt, visibilia ac inuisibilia, ob id tollitur id quod correspondet iuxta proportionem dignitati Dei, ipsa videlicet sempiternitas eius qui est, per recens creaturarum nomen. A uertitur autem a creatis superna excedens essentia, quae non est is coessentialis, sed hæc de nihilo adesse vocauit. Quare genitus filius, non ex nihilo, sed ex eo qui est, condecenter simul consideratur. Neque enim distenta est essentia, neque contracta, sed spiritus existens pater, spiritum verè filium genuit, & ex seipso protulit Spiritum sanctum: & non seipsum ignorat, neque essentiam suam contrahi aut dilatari nouit, aut sectionem sustinere. Hæc enim omnia circa Deum nosse absurdissimum est, sicut etiam ignorare ipsum Deum, hoc est Spiritum sanctum. Et neque ingenitus non particeps est cum genimine coessentialitatis: neque genitus non simul habet cum patre sempiternitatem. Nouit enim pater filium, & filius nouit patrem, trinitate semper in desinenter increata manente, & indefinenter existente: vngenito genito ex eo qui semper est, & reuera existente, & in propria perfecta natura. Quapropter cognoscit seipsum, & non ignorat neque filius ingenitam patris essentiam, neque ingenitus filii ex ipso essentiam, quum fide dignus sit ingenitus Dei Verbum, qui dixit: Nemo nouit patrem nisi filius, & filium nisi pater. Quare tollatur generosi huius Actii pronuntiata sententia, qua dixit, Non enim est possibile ipsum de seipso, & ingenitæ essentiae, & genitæ cognitionem habere. Anteuertit enim vngenitus, & hanc iudicariam ipsius vocem obliterauit, dum dixit se ipsum nosse patrem, & neminem alium, comprehenditque simul Spiritus sui sancti substantiam, velut etiam in alio loco dicit: Spiritus patris docebit vos, Si autem patris est spiritus, non ignorat etiam ipse patrem. Dixit autem, Nemo patrem nouit nisi filius: quo seipsum & patrem & Spiritum sanctum, alia transgressum esse significet, quae non sempiternè existunt, sed facta sunt. Si vero anteuertit hoc dicendo quod semper nouit patrem: frustra nobis obrepat Aetius palam vaniloquus, & omnibus manifestus, quod

Quaestio-
nes homi-
num vane

quod velut homo ratiocinatur, carnaliter percunctans, & animalis existens, propter eum qui seipsum & patrem & sanctum ipsum Spiritum cognoscit. Exemptus igitur est Deus ab omni causa, non solum pater, sed etiam filius & Spiritus sanctus: quum in confesso sit, Deitatem Patris & Filij & spiritus sancti omni causa superiore esse. Actii Cap. xli. Si ingenitum ab omni causa exemptum est, fuerint autem multa ingenita, inuariabilem habebunt naturam: non enim per sortitionem, natura cuiusdam communis & propriae particeps facta, altera quidem faciebat, altera verò fiebat. Confutatio. Ab omni causa, palam exemptum est ingenitum, eo quod vnum est ingenitum & adorandum, diuiso adorando ab his qui adorant. Adoranda est autem Trinitas, quae vnitas est, & in vno nomine Trinitas numeratur Pater & Filius & Spiritus sanctus, non alienum à seipsa in se possidens, sed condecenter genuit. Pater Filium, & non creauit. Et hic quidem est ex ipso semper genitore, quare genimen est ex eo qui est, & ille processit ex seipso sanctus Spiritus, ita vt sit Trinitas in vna veritate increata, omnia verò ex ipsa Trinitate de nihilo creata. Vnde vna Trinitas vnus est Deus, pater & filius & Spiritus sanctus, non alieum à seipsa in se possidens, increata, ingenita, non facta, sed faciens: non creaturæ nomen habens in se ipsa, sed creans, vna existens, & non multa. Omnia verò ex ipsa, multa quidem sunt, sed non cum ipsa numerantur. Quapropter neque sortita est alteram naturam communem ab essentia incomparabili. Et ob hoc non creata est in Dei essentia natura, sed creatrix omnium, quae non possunt cum incomparabili & vna essentia patris & filij & Spiritus sancti, in coessentialitate participare. Clarum est enim quod ipsa ei qui veritatis cognitionem habet, reuelat, quod ipsa sola adoratur, & non omnia: & quod ipsa sola in nomen sui, ipsius baptizata, & non vniuersa. Actii Cap. xlii. Si omnis essentia est ingenita, nulla differet ab alia iuxta Domini libertatem. Quomodo igitur dixerit quis aliam mutari, aliam mutare, non permittens Deo producere ex non subiecta essentia. Confutatio. Omnis qui resistit veritati in admirationem, & ad perterrefaciendum colligens sibi ipsi sententias, videtur quibusdam per subuersionem impetere, & à vitali via transferre ac deuastare, velut hic Aetius, nunc quidem in hoc dicto à natura nihil dicens, perterrefacere videtur simplices, dum ex superfluo ea quae ab ipso dicuntur, repetit, verbis tantum velut ex abundantia profere solet, etiam in praesentiarum vsus. Non enim omnis essentia ingenita est iuxta intelligentiam confessionem, alioqui omnis deificaretur. Quum autem non omnes essentiae deificentur, sed vna praeter omnes, quae est vna deitas in Trinitate: quomodo adhuc reliquum fuerit generoso huic, vt perterrefactio ipsius ad Filios veritatis procedat? Differt autem et altera ab altera. Nam hæc quidem Trinitas creat, omnia verò ab ipsa creata sunt. Et hæc à dominio libera est: quae verò ab ipsa facta sunt, dominio subiacent. Et hæc quidem transmutantur, illa verò inuolabilem habet naturam, transmutans semper ea quae ab ipsa transmutantur, et de nihilo essentiae & substantias producere potens. Hoc enim est decens Deo, vt ex non subiectis, et ex nihilo ab ipso factis ac productis secundum gubernationem transmutet prout vult. Actii Caput xlii. Si omnis essentia est ingenita, omnis est inuariabilis. Quum autem essentia inuariabilitatem habeat, facere et pati casui spontaneo deferendum est. Cap. xlv. Quum autem multa sint ingenita et inuariabilia, innumerabiliter differunt inter se. Non enim numerabilia esse poterint, quae distant aut in totum, aut iuxta aliquid: quum omnis distantia sortem ac partitionem quandam ostendat causam distinctam ingenitæ naturae. Confutatio. Non omnis essentia ingenita est. Stultum est enim etiam hoc cogitare, et Graecis ignorantia est hæc ratiocinatio: et illa sententia, siue expressè, siue per interrogationem ab Actio dicta est. Manifestum est autem, quod per interrogationem dixit. Interrogata ita que de hoc Graecos, et illi assentiantur ipsi hanc quaestionem ex syllogismo sic habere, materiam quandam contemporaneam de Deo praedicantes, Capiatur autem simul cum illis, si fuerit assensus: quum veritas ipsa habeat vnum esse quod facit, ita vt in vna essentia perfecta Trinitas, et non per coniunctionem numeretur, alia verò omnia esse facta et creata, et non infecta: deitate verò increata existente, et Patre quidem generante, Filio verò genito, Spiritu sancto autem ex ipso Patre emisso, et de Filio accipiente, omnibus reliquis creatis existentibus. Quum autem sic inuariabilis in potentia maneat tota deitas condecenter in Trinitate, ita vt vnitas ad patrem referatur, propter dignitatem et stabilitatem, et ad tollendam Deorum multitudinem: inuariabilitas quidem manet potentia, dignitas autem condecenter reputatur filij ad patrem, itemque Spiritus sancti. His itaque sic se habentibus ex integro corruet insidiosa quaestio versata. Non enim multa sunt inuariabilia, sed vna trinitas in vnitate, et vna deitas in Trinitate. Reliqua verò omnia distant, neque eo casu spontaneo habentia pati aut facere: neque sancta Trinitate in hoc quod facit aliquid, pati potente, quum tota sit passionis exors & adoranda, Pater, inquam, & Filius ac Spiritus sanctus. Fecit enim omnia Deus per Filium, sed non Filium: non enim est cum omnibus, sed communiatur ac cooperatur patri, & coadoratur: neque etiam Spiritus sanctus, non enim numeratur de omnibus, verum firmat potentiam vniuersorum, & coadoratur. Quum autem omnia sub vnus prouidentiam posita sint, feruntur & faciunt & patiuntur, & quaecumque alia: Quapropter vna trinitas ad seipsam inuariabilis est: alia verò ex ipsa variata ac mutata sunt, neque enim sunt contemporanea, neque consempiterna: sed illa sola sempiterna est & increata & ingenita ac non facta: filio quidem genito sine tempore & sine principio, semper autem existente, & nunquam esse desinente: vnde caute caput & non principium, patrem filii docuit diuina Scriptura, propter coessentialitatem: & Spiritu sancto sempiternè existente, & ex patre emisso, qui etiam semper cum patre existit, & non à tempore esse inceptit. Actii Cap. xlv. Si vox ingenitus & Deus, ex comparatione & aequalitate idem significat, ingenitus ingenitum genuit. Si verò aliud quid significat ingenitum, & aliud Deus: non absurdum est Deo, Deum genuisse, ita vt vterque originem sumpserit ex ingenita et

sentia. Cap. XLVII. Si verò quod ante Deum est, nihil est, quemadmodum non est: Deus & ingeni-
tum idem significat, non admittente genimine ingenitum, quapropter neque simul proferri cum
Deo & patre sultinet. Confutatio. Vnde vult nos Aetius acquirere in nobis ipsi sententiam ques-
tionum ac ratiocinationum ipsius ab ipso propositarum? Et siquidem adstruit ex ratiocinationibus
ac syllogismis, corruet etiam nostrae opinionis acquisitio simul cum ipso. Deum enim nunquam
syllogismis conclusit: neque dicit figmentum ad fictorem, Cur me sic fecisti, velut scriptum est. Cae-
terum ex pia ratiocinatione ac iusta certitudine, ad sancti Spiritus per sanctas Scripturas doctrinam re-
flectendum est. Quum autem constans ac certa sententia doceat nos de his qui creaturæ diuinum cultum
praestiterunt, quod stulti facti sunt: quomodo non inuenietur Deum pro creatura accipere, & hunc a-
doraré ac honorare, quum fides ex natura reiiciat adorationem à creatore, & creatum ab adorando. Ete-
nim si omnino hoc nihil differet ab his qui creaturæ adorationem exhibent: nihil praefendum erit
in Christianismo. Erit autem talis fides idololatria potius, quam diuinus cultus. Adorant enim etiam
illi Solem, & Lunam, & potestates, caelum & terram atque alias creaturas: & non diuersitas creatura-
rum facit miraculum, neque id quod praeminet, distinguit à seipso honoris aequalitatem, propter æqui-
uocationem, etiam si alterum alteri valde praeponderet. Vnus enim est qui ambo fecit, & assignauit vni
nomen non nominis varietatem, sed essentiae. In omnibus enim creatis seruum est creaturæ nomen, sed
non liberum. Et si in vna parte id quod seruum est, adoratur, nihil differet adoratio ab alia parte, etiam si
inferior sit. Aequalis enim est, cogitationem habens cum suprema creatura, de nihilo ab eo qui est, ipsa
adepta. Hinc ingenitum condecens est Deo, & Deus ingenito. Quapropter genimen non opus dici-
mus, neque facturam, sed genimen essentialiter à patre impollutè genitum, coessentialè patri & quod
simul adoratur: & Spiritum sanctum ex ipso, non alienum, idèdque etiam simul adorandum. At verò
cum creatis non simul profertur nomen Deo, eo quod transmutata sunt ab ingenita natura, quoniam
de nihilo ipsum esse sortita sunt. Verum Trinitas habet hoc, quod semper est. Et non aliud quid est
Deus, & aliud ingenitum. Constat autem à Aetio, Filium ex Patre genitum esse per simulationem, &
non ex veritate. Omne enim genitum non est creatum, & creatum non genitum. Si verò genitum est
creatum, iuxta alium modum creatum est, velut vt verbi gratia dicamus, homines gignunt homines,
sed non creant: hi verò superno ex Deo sunt creati. Quapropter quæ ab ipsis quidem gignuntur, ge-
nita sunt: à Deo verò omnia creata sunt. Quum autem sit Deus increatus, genuerit autem sibi ipsi filium
& non creauerit, non aliud gignit à sua essentia. Quomodo igitur genimen ex ipso erit creatum, quum
pater increatus sit? Si verò creatum apud ipsum est genimen, non amplius genimen vocatur. Et mul-
ta sunt quæ aduersus eiusmodi absurdam opinionem dici possunt. In decorem autem est etiam Deo,
esse aliquando sine filio, postea verò vocari patrem post filium. Et indecorum est filio, esse ante ip-
sum tempus, erit enim tempus maius ipsius maiestate. Condecens est autem patri, vt semper habeat in
identitate dignitatum nullum defectum ac sempiternitatem. Et quod ante Deum nihil erat, hoc ma-
nifestum est. Deus itaque, velut dixit Aetius, & ingenitum idem significat. Et quomodo se ipsum com-
plicando accusat potius quam confirmat? Si enim cum Deo est Deus, velut est Deus, etiam ingenitum
admittit genitum filium, habet enim comprehensum vocem Deus. Simul profertur autem cum patre
à voce Deus, & cum patre honoratur Deus verbum, etiam si Aetio hoc non in mentem venit, quum
omnes creaturæ filium adorent, & omnis lingua confiteatur, quod Iesus est Christus in gloriam Dei pa-
tris. Cui gloria Patri in Filio, cum sancto Spiritu, in secula seculorum. Amen. Aetij conclusio ad fi-
nem. Sanos & sanas vos, is qui est per se genitus deus, qui etiam solus verus deus propterea appellatus
est à misso Iesu Christo, qui substitit verè ante secula, & genitæ substantiæ verè existit: conseruet ab im-
pietate, per Christum Iesum Saluatorem nostrum, per quem omnis gloria Deo & patri & nunc & in se-
cula seculorum. Amen. Confutatio. Et ad finem Aetius suæ congregationi scribens, quos decer-
tatores ac decertantes dixit, non desistit ab eiusmodi verborum flagitiis: sed etiam in hoc quod sanos
ait, ostendit doctrinæ suæ alienitatem. Dicit enim, Sanos & sanas vos, is qui est per se genitus deus: nul-
la consideratione habita, quod in vno verbo totam quæstionis suæ subseminationem destruxit. quum
enim dixerit in superioribus capitibus de ingenito deo, prauidit etiam quod neque seipsum fecit, hic
verò per se genitum nobis falso introducit. Tota autem mens ipsi in obliuione sui constituta est, vt de-
prehendatur. deinde dicit, Qui etiam solus verus deus propterea appellatus est. At iuxta suum sermo-
nem & sententiam, aut tollit filium esse deum, & frustra profert nomen, vt Christianus nomine appel-
letur, aut deum quidem habet filium, sed non verum. Et erit ipsi vnus Deus verus, & vnus non verus.
Iuxta descensum verò vnum sub vno inueniens, & amplius Spiritum sanctum in minore ac inferiore
ordine locans, aut minorem rursus deum habebit, aut hunc Trinitati non connumerans, erit penitus à
Christianis alienus miserimus ille homuncio, et de cætero Græcus absolutissimus denunciabitur, et nu-
mero Sabduæus, alienus quidem à Spiritu sancto, velut etiam est, Græcis verò in parte comparatus:
vnum quidem deum asserens magnum, et vnum paruum: vnum verum, et vnum non verum, velut Graeci
confitentur, vnum magnum deum, alios paruos nominantes: quum diuina Scriptura clarè redarguat
et de patre, quidem dicat, quod est deus verus, et de filio similiter, quod est deus: et de patre, quod lux
deus, de filio verò: Erat lux vera: et Spiritu sancto, quo est spiritus veritatis. Verè itaque annunciat
nobis Trinitas in sapientia, & altitudine diuinitatum. Deinde rursus dicit, à misso Iesu Christo, & non
reueritus est dedignari vngenitum nomine Dei, sed solum nuda dictione vsus est, velut in superiori-
bus capitibus confessus est, vsque ad nudam appellationem tribuens Filio nominis honorem. Dicit au-
tem ante secula verè substituisse, & verè genitæ substantiæ esse. Conseruet autem, inquit, ab impietate:
solet

solet autem omnis mala mulier suos mores praecipare ac predicare. Quum enim non videat in quâ
ta sit impietate, seipsum piuum putat. Quemadmodum qui ex leuissidatione infania laborant, seipso
quidem putant sapientes esse, alios verò mente captos. Hinc verò per Christum Iesum Saluatorem no-
strum, neque Dominum nostrum exprimere ausus fuit, sed per simulationem Saluatorem nostrum di-
xit. Et ait, Per quem omnis gloria, Patri, & cætera: & hoc ipsum quod dicit omnis gloria
eò tendit vt detrahatur filium ab honore & gloria, quod sanè nemo, pius vnquam sustinere pote-
rit, & qui donum veræ fidei à Spiritu sancto accepit. Porro quum hæc omnia ab hoc Ae-
tio per dialecticam quandam artem ac syllogisticam humanarum praestigiarum versutiam in ca-
pitibus quadraginta septem relata tractauerimus, hortatur vos ô Christiani ac serui Christi, & filii
veritatis, vt hæc diligenter legatis, & statim cognoscetis omnem ipsius terrenam vanitatem, & doctri-
nam à Spiritu sancto alienam. Nam non fuit ausus vel in vna dictione mentionem facere diuinæ Scrip-
turae, aut alicuius dicti veteris aut noui Testamenti, non ex Lege, non ex Prophetis, non ex Euangelij
non ex Apostolis: non alicuius Patriarchæ testamentum afferre: non ipsius Saluatoris, non Patris, non
Sancti Spiritus dictam per Apostolos relictam, aut per Prophetas: quo penitus per se deprehendere-
tur ab amicis veritatis, quod omnino alienus est à Deo & ipsius fide. Arbitror autem nos sufficienter
pro viribus ad propositiones ipsius respondisse, inerudito quidem sermone, verum confirmatione à di-
uinis Scripturis & pia ratiocinatione sumpta. Et quandoquidem abundè in confutationibus aduersus
ipsum de fide palam differuimus, hæc sufficere putamus: vt ne ampliore facto additamento, molestiâ
quandam ampliore legentibus exhibeamus. Cæterum rursus pauca ex quibus ipse mente elatus est,
post alienam suam fidem, & in Christum ac sanctum ipsius Spiritum inimicitiam, & quæ ausum est os
ipsius ac discipulorum eius audacter in altum eructare, & ingentes blasphemias proferre, compendio
dicam. Hic etenim cum suis sectatoribus inani imaginatione deceptus est supra omnes homines, non
in eo quod noscant Deum secundum fidem, sed natura secundum scientiam, velut etiam supra alicubi
memini. Dicunt enim ipsi non simpliciter se nosse Deum in cognitione fidei, sed velut cognoscit, quis om-
ne visibile & quod manibus suis contrectat, velut si quis in manus accipiat lapidem aut lignum, aut
alterius cuiusdam materiæ instrumentum. Sic enim dixit hic generosus, nempe, ita noui Deum sicut
me ipsum, & non in tantum noui me ipsum sicut Deum. Cæterum stulta dicere & audire, multis quidè
contingit ad fraudem, prudentibus verò in ludibrium. Quis enim vesanus ac furiosus non potest etiâ
alios furiosos facere, maximè sequentes & obediens? Si enim quis interrogauit ipsum & discipulos
ipsius ac dixit, Ne recense mihi quod Deum noscas incomparabilem & incomprehensibilem, qui se-
cundum speciem quidem non comprehenditur, verum per fidem à seruis cognoscitur, sed dic ac recen-
se mihi fundamenta terræ, promptuaria abyssi, venas maris, inferni locum, acris mensuram, caelorum
formam & scrastrudines, quod est summum supernorum, quod est extremum infernorum, quid in dex-
tra, quid in sinistris, creationem ac formationem tui ipsius mihi disere, & eorum quæ in terra sunt inen-
narrabilia, numerum ac mensuras. Vbi hæc audiuerit, velut percepimus ab his qui ab ipsis decepti sūt,
ad sophisticos praetextus declinantes per cauillum dicunt, ab illo videlicet edocti, Omnia hæc corpora-
lia, & sunt, & nosse non possumus, Deum autem qui ipsa fecit, nouimus clarè, quis est, & qualis est, &
quomodo est. Quis autem, his auditis, non statim risum effuderit? Stolidum enim est hoc totum, quod
opificem incomparabilem ac inenarrabilem dicit se nosse & exactè scire (atque vnquam dixisset se per
fidem nosse & exactè cognouisse, & non secundum scientiam quandam ac noticiam contrectationis
dicere ausus esset) quæ vero ab ipso incomparabili facta sunt, dicit se ipsum & suos non scire, eo quod
secundum speciem apud videntes in admiratione esse possunt: maximè quum vbique diuinæ Scriptu-
ræ clarè de Deo praedicent, inuisibilem ipsum esse & incomprehensibilem, & nulla mentis vi cognos-
cibilem, solum autem per fidem in veritate cognosci quod est, & diligentibus ipsum mercedis retribu-
tor sit. Quum porro qui ex rectè sententibus de Dei gloria, fideque ac dilectione, et incomprehensi-
litate dixerit ipsis, Nos nouimus Deum inuisibilem, inenarrabilem, nouimus autem ipsum reuera exi-
stentes inuisibilem ac incomprehensibilem: per cauillum ac ludibrium velut fabulam quandam re-
censere ausus est hic, qui nouam dialecticam nobis producit. Cui igitur, inquit, similes estis, et vestra il-
la fides, virgini corruptæ, cæca existenti et surdæ ac mutæ: quæ quidem quod corrupta est omnibus qui
ipsam noscunt, ostendit, interrogata autem quis sit violator, non audit vt intelligat, et neque vidit cor-
ruptorem, eo quod cæca est: neque cloqui potest, quoniam muta est. Verum hæc ipsius fabula vice ver-
sa in ipsum retorqueri potest, iuxta id quod scriptum est. Conueratur labor ipsius in caput ipsius. Et, Ca-
det in foueam quam fecit, et quæ sunt his similia. Ipsa enim similis est cæco ex nauitate sic genito,
loquenti autem et multa loquenti ac audienti, et scienti quidem albi ac nigri nomen, cærulei quidem
ac prasini ac fului, et aliorum diuersorum nominum, lucisque ac tenebrarum, quorum nomina quidè
auribus percepit, non tamen cognoscit quid sit species, ac forma, neque omnino potest ipsam interpre-
tari, eo quod ab initio cæcus genitus est, et varietatem vniuscuiusque qualitatis colorum ignorat, item
que formam. Vnumquodque enim horum nominum conuenientem discretionem per sensum visus ha-
beret, non autem per sermonem, neque per contrectationem ac tactum probari potest ab eo qui ab ini-
tio formam non nouit. Quum igitur hi qui à nauitate cæci sunt, de his differentes, et nigrum albo op-
poni scientes, et vitidi cæruleum ac purpureum et coccinum, atque alios colores, interrogauerit à no-
bis qualitatem formæ, et vniuscuiusque qualitatis colorem, neque dicere possunt neque à vobis doceri
sed solum per rationem mentes suas persuadent, decipiunt autem audientes, velut perfectæ discretio-
nis gnari, etiam si verbis dicant, ignorantiam tamen per incomprehensibilitatem possidentes. Sic etiam

Impuden-
tiam aetia-
norum.

Anabap-
tista.

Scolopen-
dramulti-
pes lulus
reptile.

hic prodiit nobis de Deo dicens, & de nobis quidem per cauillum praedicat mutae et surdae ac caecae vit-
ginis corruptionem, quum ipse per suas blasphemias magis sit corruptus, & ignorantiam velut à nati-
uitate caecitatem adeptus: loquens quidem de Deo, verbis autem assimilians, & discipulos suos ad impudē-
tiam instituens, nihil enim ipsi non audent. Blasphemant quidem igitur Prophetarum nomina &
Apostolorum, cum ab aliquibus redarguuntur ac castigantur decurrentes & resiliētes ac dicentes, hoc
Apostolus velut homo dixit. Aliquando verò, quid mihi profers ea quae in veteri Testamento? Nō est
autem hoc mirum iuxta ea quae ab ipso saluatore dicta sunt, nepe, Si patrem familiās Beelzebub voca-
uerunt, quanto magis domesticos ipsius? Si itaque ipsum Dominum & veram ipsius gloriam negant, quā-
to magis Prophetas ipsius & Apostolos. Quia & in ampliore infantiam delati ipsius sunt discipuli, &
horum successor Eunonimus quidam falso appellatus, qui adhuc hodie superest in vita magnū & re-
merarium flagitiū. Rebaptizat enim iam baptizatos, non solum eos qui ab orthodoxis & sanctis aliis ad
ipsum veniunt, sed etiam eos qui ab ipsis Arianis. Rebaptizant autem ipsos in nomen Dei increati, &
nomen filii creati, & in nomen spiritus sanctificatiui, & a creato filio creati. Quod verò tota nequitiei &
orchestra ac scenae ipsorum officina conspicitur, quod non est fides, quae ab ipsis praedicatur, sed ferē
dixerim mimorum officina, affirmarunt quidam, quod in caput baptizatos eos, qui ab ipso rebaptizan-
tur, pedibus sursum versis, & capite deorsum. Et sic per iurandum cogit ipsos iurare, vt ne resiliant
à tali haeresi ab ipso instituta. A iunt autem eundem Aetium post obitum Constantij, à Iuliano rege ab
exilio reuocatum esse, quum adhuc esset diaconus suae haeresis, & à suae haeresis episcopo ad episcopatu
euectum esse. Haec sunt quae ad nos de Aetio & discipulis ipsius peruenerunt, quibus aliqui Anomaeo-
rum nomē impoferunt, eo quod amplius & vehemētius adhuc Arii haeresim amplexi sunt & sequuntur.

Quae sanē cum pro viribus exacte ex Dei auxilio recensuerimus, & velut multi pedem scolopendram
& reptile quod lulus vocatur, per veritatis pedem conculcauerimus, & vera vniuersi confessione con-
triuicimus, consueto more Deo gratias agentes, & ipsius potentiam in auxilium nostrae imbecillitatis
cupientes, ad reliquas deinceps pro viribus ac captu nostro o dilecti, transeamus, ipsum inuocantes, ve-
lut dixi, Dominum, vt adsit nobis ad illas ostendendas, & confutationem ipsarum faciendam, quo
per virtutem potentiae ipsius possimus implere promissionem tenuitatis ac paruitatis nostrae.

Finis primi Tomi, tertii libri Epiphani.

SECUNDI TOMI TERTII LIBRI D. EPI-
phanii, Aut septimi, & Vltimi Tomi, iuxta numeri ab initio
diuisionem, haereses quatuor sunt
hoc modo.

1. Dimaritia, qui non perfectam christi incarnationem consistunt. Quorum aliqui coessentialia corpus deitati dicere ausi fuerunt, quidam verò animam ipsi accepisse negabant. Aliqui autem propter dictū hoc Et verbum caro factum est: huic dicto inuidentes negabant à creata carne, hoc est Maria, ipsum carnem accepisse, & contentiose solum Verbum carnem factum esse dicebant. Postea verò haud scio, quo consilio, mentem ipsum non accepisse dicunt.
2. Antidicomariani, qui sanctam Mariam semper virginem, postquam genuit Saluatorem, ipsi Ioseph copulatam fuisse dicunt.
3. Collyridiani, qui in nomē eiusdē Mariae in die qua-

dam anni stata, collyridem quandam offerunt, quibus in didimus Collyrii vidianorum nomen.

4. Massiliani, quos interpretari possis precatores. Coniunguntur his haereses à Graecis introductae nepe Euphemita, & Martyriani ac Sataniani. Haec est septimi tomi summa, & trium librorum finis. Si mul autē omnes haereses octoginta sunt. In ipso porro sine huius tertii libri, ac septimi tomi, postremi fides catholicae Ecclesiae habetur, & Apologia pro veritate, & praedicatio Euangelij Christi, & catholica ac apostolica Ecclesia character, quae est ab aeterno, verū temporum successionem manifestissimē in Christi aduentu in carne reuelata est.

Contra Dimaritas, haeresim LXXVII.

Dimarita-
rum haere-
sis. 77.

Diaboli in-
uidia mag-
nitudine.

Mentē in
Christo
negantes.



Onsequenter ab his, quas retulimus, rursus grauis molestaque & à fide aliena nobis
prodiit in vitā praesumptione sententia atque haeresis, ex qua causa non habeo, quod dica-
m: sed vt ne quiesceret, qui semper conturbat humanam naturam, & bello, vritā dicā
infestat diabolus, amara sua venena admirandis edulis immittens, & velut in melle ama-
ritudinem amiscens, & per quosdam quorum vita in summa admiratione est, & qui ob
orthodoxae fidei laudem semper praedicantur. Nam hoc ipsius opus est, qui ab initio patri nostro Adā
inuidit, & ab omnibus hominibus inimicus est. Et quemadmodum à quibusdam sapientibus dictum est
quod inuidia semper magnis successibus aduersetur: sic etiam per magnas personas quosdam prae-
textus ille immisit, vt nos & sanctam Dei Ecclesiam inuexatos nō sineret, sed turbas semper ciceret, & bel-
lo impeteret. Visum est enim quibusdam, & his ex nobis progressis, & in magna exultatione degen-
tibus & qui apud nos & omnes orthodoxos semper in laude ac admiratione fuerunt, vt mentem Chri-
sti in carne aduentu abiecerint, ac dixerint, Quod carnem accepit Christus, vbi venit Dominus noster,
itemque animam, mentē verò non accepit, hoc est perfectum hominē. Quid autem ex hoc vitā con-
tulerunt, nō habeo quod dicere possim, aut à quibus prioribus didicerint, aut quod vitale ex hoc lucrari
sint;

sint: aut nobis & audientibus ac sancte Dei Ecclesiae commodarint. Nihil profecto praeterquam tur-
bam & diuisionem in nobis excitarunt, tristitiamque ac damnum mutae dulcedinis ac dilectionis in-
dixerunt. Nam diuinarum Scripturarum consequentiam ac rectitudinem, & innocentiam confessionē
propheticaeque ac euangelicam & apostolicam fidem relinquentes, sophisticam & fabulosam sentē-
tiam nobis falso inuexerunt, cum quae etiam multorum grauium malorum consequentiam: implem-
tiam in seipsis id quod dictum est, Quod discedent quidam à sana doctrina, intenti fabulis ac vanitatibus.
Senex reuerendus, & nobis semper dilectus & beato Papae Athanasio, omnibusque orthodoxis, Apol-
linarius à Laodicea: hic erat qui in principio hoc verbum excogitauit ac produxit. Et primum quidem
vbi audiuissemus à quibusdam ipsius discipulis, fidem non habebamus, quod talis vitā hanc sententiam
A in vitam inuexisset, amplius in expectatione spei longanimes, donec rei certitudinem cognoscerem-
us. Dicebamus enim eos qui ad nos ab ipso venerant, non intelligere profunditatem eorum quae
à tam docto ac prudente doctore dicerentur, & à seipsis haec dicere, quae ab ipso non didicissent. Mul-
ta enim erant in his qui ad nos venerant, quae ambigua erant. Quidam enim ipsorum ausi fuerunt dice-
re, Christum ex supernis corpus derulisse, peregrinus autem sermo in cogitatione hominum perma-
nens vehementer profectum faciebat. Alii verò ex ipsis, etiam animam accepisse Christum negauerunt
Quidam etiam coessentialia corpus Christi deitati dicere ausi sunt, & orientales partes in multam tur-
bam concitarunt, propter quos necesse fuit Synodum conuocari, & tales anathemate ferire. Sed & co-
mentarii facti sunt, quorum exemplaria ad beatum Papam Athanasium missa sunt. Propter quam exē-
plariorum causam etiam ipse beatus coactus est scribere epistolam, contra eos qui talia dicunt, minis
adiectis, atque eam epistolam ad reuerendissimum episcopum Epictetum misit. Dignatus est enim de
B hoc vel ipsis turbatoribus respondere. Clarē verò de fide idem beatus Papa scripsit: & qui illa dicunt,
ac turbas excitant, eos exterminauit. Cuius sanē epistolae exemplar hic apponere per totum necessarium
duxi, & est hoc.

Athanasius episcopus Alexandriae, ad epictetum episcopum Corinthiorum,

EGO quidem putabam omnem vaniloquentiam omnium qui vsquam sunt haeretici sedatam esse ex
Synodo in Nicæa habito. Nam fides quam in ipsa confessi sunt patres secundum sanctas Scriptu-
ras, sufficiens ad confutandam omnem impietatem, & confirmandam piā in Christo fidem. Propte-
rea sanē etiam nunc diuersis habitis Synodis, in Gallia & Hispania ac magna Roma, omnes qui con-
uenerunt eos quidem qui occultant, & Arii dogma spirant, Auxentium in quantum in Mediolano, &
Vrsatium & Valentem ac Gaium à Pannonia, vniuersali suffragio, velut ab vno spiritu commoti, dere-
stati sunt. Scripserunt autem quoque uersus, propterea quod tales sibi ipsi Synodorum nomina excogi-
tabant, vt nulla in catholica Ecclesia Synodus nominetur, nisi sola ea quae habita est in Nicæa, quae om-
nis haeresis trophaeum est, & praesertim Arianae, propter quam maximē etiam nunc Synodus congre-
gata fuit. Quomodo itaque post tot facta aliqui adhuc ambigere, aut quaestionem mouere conantur:
Siquidem igitur ex Arianis sunt, nihil mihi est, si ea quae contra ipsos scripta sunt, calumniatur: que-
madmodum etiam Graeci quum audiunt, Simulachra genitum argentum & aurum, opera manuum
hominum, stultitiam putant sancti Spiritus doctrinam. Si verò ex his sunt qui rectē credere, & ea quae
à patribus manifestata sunt, amplecti sibi videntur, per quaestionem destruere volentes, nihil aliud faci-
unt, quod vel scriptum, proximo potum praebent turbidam confutationē, in nullam verò vtilita-
tem verbis contendunt, quam ad subuertendos simplices. Haec autem sic scribo, quum adeptus sim co-
mentarios à pietate tua factos, qui ne scribi debebant, vt ne memoria quidem aliqua ipsorum ad poste-
ritatem transmitteretur. Quis enim vnquam talia audiuit? Quis autem docuit aut dicit. Ex Sion non
exibit verbum Domini, & lex Dei ex Hierusalem? haec verò quando exiuerunt? Qualis infernus eru-
stauit, vt coessentialia dicatur corpus ex Maria verbi deitati? Aut quod verbum, in carnem & ossa ac
pilos, & torum corpus transmutatum est, & à propria natura immutatum? Quis verò omnino audiuit
à Christianis, quod ad adoptione & non natura corpus gestauit filius? Aut quis adeo impius fuit, vt dixerit
simul ac senserit, quod deitas ipsius quae est coessentialis patri, ipsa circumcisa est, & imperfecta ex per-
fecta facta, & quod in ligno clauis affixum erat, non erat corpus, sed ipsa opifex natura essentia? Quis
verò audiens, quod non ex Maria, sed ex sua essentia transmutauit sibi ipsi verbum desideratum corpus
dixerit Christianum esse eum qui haec dicit? Quis autem nefariam hanc excogitauit impietatem, vt
vel in mentem venerit vt diceret, Qui dicit ex Maria esse Dominicum corpus, non amplius Trinitatē,
sed quaternitatē in deitate docet? Quare propter, hoc hi qui sic sentiunt, carnem quam induit Saluator
ex Maria, essentia ipsius Trinitatis dicunt. Vnde verò rursum eruetauerunt aliqui equalem praedictis im-
pietatem, vt dicant non esse recentius corpus deitate ipsius verbi, sed consempiternum ipsum per om-
nia genitū esse, quandoquidē ex sapientia constat. Quomodo verò etiā dubitare ausi sunt hi qui appellā-
D tur Christiani? Si Dominus qui ex Maria prodiit, filius quidem essentia & natura Dei est, verum quan-
tum ad carnem ex femine Dauid est, carnis autem sanctae Mariae: qui igitur aded audaces fuerunt, vt
dixerint Christum carne passum ac crucifixum, non esse Dominum ac Saluatorem & Deum & filium
parris? Aut quomodo Christiani volunt nominari, hi, qui dicunt in sanctum hominem, velut in vnum
ex Prophetis venisse verbum, & non ipsum hominem factum esse, accepto ex Maria corpore: sed alium
esse Christum, & alium Dei filium, qui ante Mariam & ante secula filius est patris? Aut quomodo Chri-
stiani esse possunt, qui dicunt alium Deum esse, et aliud esse Dei verbum? Haec erant in commentariis
Bb iij

Apollina-
rius.

Ambigua
horū dog-
mata.

Athanasii
epistola
Epictetum
episcopus
Corinthio-
rum.

Nicena
Synodi au-
toritas.

Vt destru-
ant Ecce-
stiam om-
nia reuo-
cant ad
quaestionē

Excogita-
ta impie-
tas de cor-
pore Chri-
sti.

indifferenter quidem dicta, vnam verò & eandem sententiam habentia respicientem ad impietatem. Propter hæc disceptabant ac litigabant inter se hi, qui gloriantur ob confessionem patrum in Nicæa factam. Ego verò admiratus sum pietatis tuæ patientiam, quòd non compeiscit eos qui talia dicunt, & piam fidem ipsi proposuit, quo aut ea audita quiescant, aut contradicentes, velut hæretici nominentur. Nam prædicta, neque dicta, neque audita sunt apud Christianos, sed omni modo ab apostolica doctrina aliena sunt. Quapropter sanè & ego illorum dicta nudè in epistolam inscribi feci, quo etiam is qui audit solum, videat turpitudinem in ipsis ac impietatem. Et si autem oportebat eorum qui hæc excogitauerunt turpitudinem pluribus accusare ac redarguere, attamen bonum esse duxi hæc & nihil amplius per epistolam scribere. Nam quæ ita palam vitiosa ostenduntur, amplius exercere, & curiosius inuestigare non oportet, vt ne contentiosus velut ambigua putentur. Hoc verò solum ad talia responde re ac dicere satis est. Quòd nò sunt hæc catholice Ecclesie, neque patres hæc docuerunt aut senserunt. Quo verò non ex perpetuo silentio nostro, occasionem impudentem sibi ipsi illi malorum repertores arripunt, bonum fuerit paucorum ex diuinis Scripturis mentionem facere: fortassis enim vel sic reueriti cessant à sordibus his inuentis. Vnde vobis in mentem venit, o boni, vt dicatis coessentialia esse corpus ipsius verbi deitati? præstat enim ab hoc ordiri, vt vbi hoc putidum ostensum est, etiam omnia alia talia esse ostendantur. Ex Scripturis enim non potest hoc inueniri, Deum enim in humano corpore fuisse dicunt. Sed & patres in Nicæa congregati, nò corpus, sed ipsum filium dixerunt coessentialia patri: & hanc quidem ex essentia patris, corpus verò ex Maria esse, rursus confessæ sunt Scripturæ. Aut igitur negare Synodum Nicenam, & velut hæretici hæc falso inducite: aut si vultis filii patrum esse ne sententias præter illa quæ ipsi scripserunt: nam ex hoc absurditatem speculari vobis licet. Si coessentialia est Verbum corpori, ex terra naturam habenti, coessentialia autem est verbum patri iuxta patrum confessionem coessentialis erit etiam ipse pater corpori ex terra facti. Et quid succensetis Arianis, qui ipsum filium creaturam dicunt? Dicunt enim & ipsi patrem coessentialia creaturis. Et quum ad aliam pietatem transeantes dicatis, in carnem, & ossa ac pilos & nervos atque totum corpus, verbum transmutatum esse, & à propria natura immutatum, tempestiuum fuerit vos dicere palam ex terra ipsum factum esse. Ex terra enim, ossium & totius corporis natura est. Quæ igitur est tanta dementia, vt etiam aduersus vos ipsos pugnantis, coessentialia quidem dicentes verbum corpori, aliud ad aliud significatis, in carnem verò ipsius verbi mutationem transmutatam esse imaginamini. Et quis deinceps vos ferre poterit vel loquentes tantum hæc? Supra omnes enim hæreses ad impietatem declinauistis. Si enim coessentialia est verbum corpori, superflua est Mariæ mentio & usus, quum possit corpus etiam ante Mariam sempiternè esse, quemadmodum sanè est etiam ipsum verbum, siquidem secundum nos essentialia est corpori. Quæ verò est vtilitas aduentus verbi, quo aut suam ipsius coessentialitatem indueret: aut à propria natura immutatum, corpus fieret. Non enim ipsa se ipsam apprehendit deitas, quo & coessentialitatem suam induat. Sed neque peccauit verbum, quod aliorum peccata redemit, quo mutatum in corpus, se ipsum pro seipso oblationem offerat, & se ipsum liberet at non est ita, absit. Semen enim Abrææ apprehendit velut Apostolus dixit: vnde debuit per omnia fratribus assimilari, & assumere similis nobis corpus. Quapropter etiam verè subiacet Maria, ut ex ipsa hoc accipiat, & velut pro prium pro nobis ipsum offerat. Et hanc Esaias prophetas ostendebat dicens, Ecce virgo in utero habebit, & pariet: Gabriel autem mittitur ad ipsam, non simpliciter ad virginem, sed ad virginem de ipsa viro, quod ex ipso ostendat Mariam verè hominem esse. Et partus meminit Scriptura, & dicit, Fasciis inuoluit, & beata prædicabantur vbera que suxit. Et oblatum est sacrificium, velut aperuerit genitum vterum. Hæc verò omnia parientis virginis signa ac notæ erant. Sed Gabriel cautè ipsi nunciium attulit, dicens non simpliciter, quod nascitur in te, vt ne forissecus introductum ipsi corpus putaretur, sed ex te: quo id quod nascitur ex ipsa, palam ex natura esse crederetur, et hoc ostendit etiam natura. Nam impossibile est, corpus virginis lac ferre, quæ non peperit. Et impossibile est lacte nuttiri corpus, et fasciis inuolui, quod non prius natura genitum est. Hoc est quod circumcisum est octauo die, hoc Simeon in vlnas suscepit hoc puer fuit et creuit, et decem annorum factum ad trigefimum annum peruenit. Nò enim velut quidam putauerunt, esset ipsa Verbi mutata circumcisa est, quæ sit inalterabilis & immutabilis: ipso quidè Saluatore dicente, Videte me, quoniam ego sum, et non alteratus sum: Paulo verò scribente, Iesus Christus heri et hodie idem et in sæcula: sed in circumciso corpore et gestato, et quod comedit ac fatigatum est et in ligno affixum ac passum, erat passionis exors, et incorporeum Dei verbum. Hoc erat in monumento positum, quando ipse iuit ad prædicandum etiam spiritibus in carcere, velut Petrus dixit, id quod maximè ostendit dementia eorum, qui dicunt in ossa et carnem mutatum esse verbum. Si enim hoc esset, non fuisset opus monumento: ipsum enim iuisset per se ipsum corpus ad prædicandum spiritibus in inferno. Nunc verò ipsum quidem verbum iuit ad prædicandum, corpus autem in donec in uoluntate deposuit Ioseph à Golgotha. Et ostensum est omnibus, quod non corpus erat verbum, sed corpus erat verbi. Et hoc vbi ex mortuis resurrexisset, contrectauit Thomas, et vidit in ipso typos clauorum, quos sustinuit ipsum verbum, videns ipsos configi in proprio corpore: et quum posset prohibere, non prohibuit. Sed et quæ propria sunt corporis, incorporeum verbum velut sua ipsius sibi propria faciebat. Nam quum corpus verberaretur à ministro, velut ipsum pateretur dixit, Quid me cædis? Et quum natura intrangibilis esset, tamen dicebat, Dorsum meum dedi in flagella, et non auerti faciem meam ab insipientibus. Quæ enim humanitas verbi patiebatur, ea in ipsa degens verbum ad se ipsum referebat: quo nos verbi deitate participes fieri possemus. Et erat admirabile præter omnem opinionem, quòd idem erat quod patiebatur

Corpus non esse coessentialia deitati Verbi.

Christus semen Abrææ apprehendit

naturam in Christo ratio.

Cur dixit Christus Cur me cædis?

patiebatur, & quod non patiebatur: patiebatur quidem, quoniam proprium ipsius corpus patiebatur, & in ipso quod patiebatur erat. Non patiebatur autem, quoniam natura Deus existens, verbum passionis exors est. Et ipsum quidem incorporeum erat in passibili corpore. Corpus verò habebat in seipso passionis exors verbum, quod imbecillitates ipsius corporis debebat: faciebat autem hoc, & fiebat sic, vt ipsum quæ nostra sunt suscipiens, & oblationem offerens, ipsa oblitteraret, de cætero suis ipsius nos amplexum faceret. Apostolum dicere: Oportet corruptibile hoc induere incorruptibilitatem, & mortale hoc induere immortalitatem. Non autem adoptione hæc fiebant, velut rursus aliqui opinati sunt, absit: sed reuera in veritate homine facti Saluatore, totius hominis salus facta est. Si enim adoptione erat in corpore Verbum, velut illi volunt: quod autem adoptione dicitur, imaginatio est & apparentia: reperitur quòd in apparentia salus & resurrectio hominum dicitur, iuxta impientissimi Machabei sententiam. Atqui non in apparentia salus nostra facta est, neque corporis solum, sed totius hominis, animæ & corporis verè in ipso salus facta est. Humanum igitur natura est & verum corpus Saluatoris quòd ex Maria assumptum, iuxta diuinis Scripturas: verum autem erat, quoniam idem erat cum nostro. Soror enim nostra est Maria, quia omnes ex Adam sumus. Et de hoc nemo dubitauerit, qui reuera carit in memoriam ea quæ Lucas scripsit. Postquam enim resurrexit ex mortuis, putantibus quibusdam quòd non viderent Dominum in corpore ex Maria accepto, sed pro hoc spiritum conspicerent, dicebat: Videte manus meas & pedes meos, & typos clauorum, quoniam ego ipse sum: contrectate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, quemadmodum videtis me habere. Et hoc locutus, ostendit ipsas manus & pedes. Ex quibus verbis etiam rursus redargui possunt, qui ausi fuerunt dicere, in carnem & ossa mutatum esse Dominum. Non enim dixit, Quemadmodum me videtis carnem & ossa esse, sed habere: vt ne ipsum verbum in hæc mutatum putaretur, sed idem & ante mortem, & post resurrectionem esse crederetur. Quum autem hæc sic habeant demonstrationem, superuacaneum est adhuc alia attingere, & de ipsis aliquid tractare, quum corpus in quo erat Verbum, non sit coessentialia deitati, sed verè ex Maria natum, & ipsum Verbum non mutatum sit in ossa & carnem, sed in carne fuerit. Nam quòd apud Ioannem dicitur, Verbum caro factum est: hanc sententiam habet, quemadmodum etiam ex simili hoc inueniri potest. Scriptum est enim in Paulo, Christus pro nobis factus est maledictio: & quemadmodum non ipse factus est maledictio, sed quia maledictionem pro nobis suscepit, dictum est maledictionem factum esse: sic etiam caro factum est Verbum, non mutatum in carnem, sed quia carnem pro nobis suscepit, & factus est homo. Etenim dicere, Verbum caro factum est, æquale est, velut si dicas, Homo factum est, iuxta id quod dictum est in Ioele, Effundam de spiritu meo super omnem carnem: non brutorum erat promissio, sed in homines vergit, quorum gratia etiam homo factus est Dominus. Hoc verò dicto hanc sententiam habente, merito condemnabunt seipso omnes, qui putauerunt esse ante Mariam, carnem quæ est ex ipsa, & ante hanc habuisse verbum animam humanam, & in ipsa ante aduentum semper fuisse. Quiescent etiam, qui dixerunt carnem non esse susceptiuam mortis, sed esse hanc immortalis naturæ. Si enim non mortuus esset, quomodo Paulus tradebat Corinthiis, quod etiam accepit, quòd Christus mortuus est pro peccatis nostris, iuxta Scripturas? Quomodo verò etiam omnino resurrexit, si non prius mortuus est? Erubescant autem vehementer quibus omnino in mentem venit posse fieri pro Trinitate quaternitatem, si dicatur ex Maria esse corpus. Etenim si coessentialia dixerimus corpus Verbo, manet Trinitas Trinitas, quum nullum peregrinum Verbum ad ipsam accedat. Si verò hominem dixerimus corpus, quod est ex Maria, necessariò peregrino existente secundum essentiam corpore, & existente Verbo in ipso: quaternitas fit pro Trinitate, propter corporis appositionem. Hæc quum sic dicant, non intelligunt quòd sibiipsis contradicunt. Nam etiam si non ex Maria dicant corpus, sed ipsum coessentialia Verbo, nihilominus quod simulauerunt, ne sanè sic sentire putarentur, hoc ipsum iuxta ipsorum dementia, quaternitatem dicere demonstrari potest. Sicut enim filius existens secundum ipsos coessentialis patri, non est ipse pater, sed filius ad patrem dicitur coessentialis: sic coessentialia corpus Verbo, non est ipsum Verbum, sed aliud coessentialia ad Verbum. Quum autem aliud sit, erit secundum ipsos ipsorum Trinitas, quaternitas. Non enim vera & reuera, perfecta ac diuisibilis Trinitas suscepit additionem, sed ea quæ ab his est excogitata. Et quomodo amplius Christiani sunt, qui alium præter eum qui est Deus excogitant? Rursus enim etiam in alio ipsorum topismate desipientiam eorum videre licet. Si verò propterea, quòd est & dicitur in Scripturis, ex Maria esse & humanum Saluatoris corpus: putant pro Trinitate quaternitatem dici, vt corpus velut additamentum dicatur: longè aberrant, creaturam creatori adæquant, & putantes posse deitatem additamentum accipere: & ignorant quòd non propter additamentum deitatis Verbum caro factum est, sed vt caro resurgeret: neque vt melius fieret Verbum progressum est ex Maria, sed vt humanum genus liberaret. Quomodo igitur possibile est corpus per Verbum liberatum & viuificatum, facere additamentum ad deitatem ipsi viuifico verbo? Nam humano potius corpori magna accessio & additamentum contigit, ex verbi ad ipsum societate ac vnione. Ex mortali enim factum est immortale, & quum animale esset, spirituale factum est: & ex terra factum, cælestes portas pertransiit. Atqui Trinitas etiam vbi accepit Verbum ex Maria corpus, Trinitas est, non suscipiens additionem neque subtractionem: sed semper perfecta est, & in Trinitate vna deitas cognoscitur, atque sic in Ecclesia prædicatur vnus Deus, qui est verbi pater. Ex hoc porro conticescent de cætero & hi qui aliquando dixerunt, eum qui ex Maria prodiit, non esse ipsum Christum, & Dominum & Deum. Si enim non Deus erat in corpore, quomodo statim progressus ex Maria, vocatus est Emmanuel, quod est, si interpretaris, nobiscum Deus.

Quaternitatem inducentes.

Quomodo verò etiam Paulus, si non Verbum erat in carne, Romanis scripsit, Ex quibus Christus, quantum ad carnem attinet, qui est in omnibus Deus benedictus in secula. Amen. Igitur confiteantur qui prius negabant crucifixum esse Deum, se errasse, credentes omnibus divinis Scripturis, maxime verò Thomæ, qui postquam vidit in ipso clauorum typos exclamavit, Dominus meus & Deus. Deus enim & Dominus gloriæ existens filius, erat in ignominiosè crucifixo & honore exuto corpore. Corpus verò patiebatur quidem dum pungebatur in ligno, & defluxit ab huius latere sanguis & aqua: quum verò templum Verbi esset, plenum erat deitate. Quapropter Sol videns opificem suum, in contumeliis affecto corpore patientem, radios contraxit, & tenebras terræ induxit. Ipsum verò corpus naturam habens mortalem, supra suam naturam resurrexit, propter Verbum in ipso & ad corruptionem quidem secundum naturam cessavit, indumentum autem factum est Verbi. Vbi verò induit Verbum hominem excedens, factum est incorruptibile. Ceterum de eo quod imaginantur quidam & dicunt, quod quemadmodum super unumquemque Prophetam factum est Verbum, sic etiam super unum aliquem hominem ex Maria venit Verbum: superfluum est tractare, quum dementia ipsorum palam cognoscatur. Si enim sic venit, cur hic ex virgine, & non etiam ipse ex viro & muliere, sic enim & singuli sancti geniti sunt: aut cur quum sic venerit Verbum, non vniuscuiusque mors pro nobis facta dicitur, sed sola huius? Cur verò, quum in singulis Prophetis aduenerit Verbum, de solo eo qui est ex Maria, dicitur, quod semel aduenerit in consummatione sæculorum? Aut cur quum sic venerit ipse, velut venit in prioribus sanctis, alii quidem omnes mortui nondum resurrexerunt, hic verò ex Maria solus tertia die resurrexit? Aut cur quum similiter velut alii venerit Verbum, solus hic qui ex Maria prodiit, dicitur Emanuel, velut corpori pleno deitate & genito ex ipsa: nam Emanuel significat nobiscum Deus. Aut cur si quidem sic venit comedente vnoquoque sancto, & bibente ac fatigationem sentiente, & moriente: non dicitur quisque velut ipse comedere ac bibere, fatigationemque percipere ac mori, sed de solo eo qui est ex Maria: Quæ enim pertulit hoc corpus, ea velut ipso patiente dicta sunt. Et quum alii omnes solum nati aut geniti esse dicantur, de eo qui ex Maria est solo dictum est, & Verbum caro factum est. Ex quibus ostenditur, quòd ad alios quidem omnes factum est Verbum prophetæ gratia. Verum ex Maria ipsum Verbum carnem sibi ipsi accepit, & prodiit homo, natura quidem & essentia, Verbum existens Dei, secundum carnem verò ex semine Dauid, & carne Mariæ factus homo, velut Paulus dixit. Hoc Verbum etiam pater ostendit in Iordane, & in monte dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene placitum est. Hunc Arriani quidem negauerunt, nos autem cognoscimus adorantes, non diuidentes filium & Verbum, sed ipsum Verbum scientes esse filium, per quem omnia facta sunt, & nos liberati sumus. Quapropter etiam admirati sumus, quomodo omnino inter vos de his ita facta est contentio. Sed gratia Deo, quantum tristitia affecti sumus ex commentariorum lectione, tantum gauisi sumus ob horum finem. Cum concordia enim discesserunt, ac pacem amplexi sunt in confessione piæ ac orthodoxæ fidei. Hoc itaque quum ego longè prius considerassem, induxit me ut ista pauca scripserim, quum expenderim apud me, ne forte ex silentio tristitia oriatur pro gaudio, his qui concordiam exhibuerunt nobis gaudii occasionem. Rogo itaque in primis tuam pietatem, & deinde etiam audientes, ut cum bona conscientia hæc suscipiatis: & si quidem deest quidam pietas, hoc ipsum corrigatis, ac mihi indicetis: si verò velut à dicendi artis imperito, neque pro dignitate, neque perfectè à me scriptum est, ut omnes nostræ circa eloquentiam tenuitati ac debilitati ignoscatis. Valere. Hactenus Epistola Athanasii. Quandoquidem igitur & Epistola apposita est, & non solum ex his quæ de ipsis audiui, aut ab aliis contra illos scribere aggressi sumus: sed omnibus etiam manifestum est, quod nulli calumniam struimus: consequenter tractationem contra ipsos arripimus, quo vadique suspicionem effugiamus, velut qui fratres nostros calumniemur. Et sanè opto etiam nunc ipsis, ut corrigant ea quæ videntur nobis molesta esse, ut ne aut ipsi nostri damnum perperantur, aut nos ipsorum. Sapè enim hoc per legationem missam egimus, & adhortati sumus, & adhuc adhortari non cessamus, ut tollant contentionem, & sequantur Apostolorum & Euangelistarum ac patrum diuinam constitutionem, & confessionem fidei minimè curiosam & firmam ac incommodibilem & iustissimam in omnibus. Ceterum alii in aures nostras retulerunt, quòd non hanc nostram, neque similem nostræ accepit Dominus, vbi venit, sed aliam à nostra. Atque vti nam per glorificationem ac in laudem dixissent. Nam & ipsi dicimus sanctum esse corpus & impollutum: peccatum enim non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius: & manifestum est omnibus piè de Christo dicentibus ac sentientibus. Nos autem etiam si ipsum corpus idem cum nostro suscepisse dicimus, tamen ipsum impollutum est corpus. In nobis verò, qui peccauimus inferius & imminutum est corpus, & non propterea alienum ac diuersum ab illo, sed propter peccata nostra ac delicta. Non enim aliud corpus Dominus accepit, & aliud nos habemus, sed idem corpus in ipso custoditum & impollutum conseruatum. Alii verò ex ipsis vsque in hunc diem in contentione quadam feruntur, opinionibus alienis perducti, non secundum doctrinam patrum, neque fidei caput continentes, ex quo totum corpus per iuncturas ac ligamenta compactum ac confirmatum augetur augmento Dei, velut Apostolus dicit, sed fortassis velut ab alienis quibusdam aures turbatas habentes, similiter ut Valentinus & Marcion ac Manichæus, etiam ipsi honorem Dei imaginantur magis, quam verè dicunt. Vbi enim audierint à nobis, quòd habuit Christus corpus nostrum, statim ad fabulas conuertuntur contentionis proprias, dicentes vngues ipsum habuisse & carnem ac pilos, & si quid aliud est, non autem tales quales nos habemus: sed alios vngues habuisse, & alias carnes, & alia omnia non qualia nos habemus: sed aliena à nostris, nimirum rursus volentes sophisticè Christo attribuire, secundum Valen-

Valentinum & relatas hæreses, vanos sermones. Dicunt enim, quum Christi omnia perfectè cõfessi fuerimus, & dixerimus quòd curiosè scriptum est de talibus ab huiusmodi persecutantibus, & nihil efficiētib: confiterantes enim mentem simpliciorum, statim dicunt: Igitur opus habuit his, quæ sunt secundum consuetudinem carnis, & his quæ exterminari solent, & ad secessum spectant. Et alia quæ ipsis videntur sapientia, verum horrenda sunt & nugis plena, velut dicit propheta: Quis enim requisit hanc ex manibus vestris? De quo enim sancto, & quidem quum homines sint propheta, & non dii: & de quo Euangelista ac reliquis, qui ex anima & carne constant, & secundum nos sunt citra ambiguitatem, scriptum est de talibus rebus: Vbi verò non potius honesta attribuit sanctis Scriptura, nedum Domino Christo? Dicant autem nobis illi perterrefactores outum, & consternatores columbarum, & fugatores agnorum ac pecorum Christi, vbi ventrem exoneravit Moyses per quadraginta dies? Vbi ea quæ ad necessitatem spectant, fecit Helias in Chorra torrente, quando panem quidem mane comedebar, carnes verò vespere, à coruis allatas per præceptum Dei? Stolidum enim esset Scripturam de his dicere, sicut nunc stultum est hos exquirere. Quæ est enim horum vtilitas, aut quæ commoditas, nisi solum ad incredulitatem præiudicata rei, prætextus vaniloquentiæ & inanis confutationis habere. Dicant autem rursus nobis, qua ratione quando voluit, fecit Deus, ut filiis Israel in quadraginta annis, neque pili nutrentur, neque calcamenta veterascerent, neque vestimenta attererentur aut sordescerent? Num & hi à cælo venerunt, unum Dei tales erant, & quidem quum non inter laudatos censeantur, sed qui in multis Deum offendissent. Nunquid non erant similibus affectionibus velut nos obnoxii? Sed ut ostenderet Deus, quòd omnia in seipso potest, & permittit ex sua voluntate fieri & non fieri. Ut ne enim aliqui rursus illis deserrent ea quæ sunt super naturam, propter ea quæ in admirationem facta sunt à Deo, hoc est, quòd pili non augecebant, & vestimenta non vetustatem sentiebant, & alia, quòd panem angelorum comedit homo, in nostram gratiam cauit diuina Scriptura, & dicit: Accipiat vnusquisque clauum suæ pallam ferreum in cingulo suo, quo vbi in locum desideret, fodiat ac peruium reddat proprium sterquilinum, quoniam populus sanctificatus estis, & Dominus præsens est in medio castrorum. Ad hoc porro etiam historiam afferunt Hebræi, quòd durauerit ipsis figura ad tempus quoddam, vsquequòd voluit Deus ostendere in ipsis hoc miraculum, & quidem quum ipse vescerentur carnibus ac coturnicibus, contigit tamen ipsis ut hoc non esset eis opus. Et si apud Hebræos propter gloriam patrum, siue per gratiæ donum, siue secundum veritatem, hoc decantatur, & quidem scientibus ipsis, quòd & homines fuerunt quos celebrant, & corruptibiles ac non Dei, & ex carne ac sanguine & anima: quis tolerabit ex his audire adeo horrenda de Christo, qui ex supernis venit Deus Verbum, & de glorioso in omnibus vero ipse in carne aduentu, in quo impleuit id quod dictum est, Tentatus per omnia velut homo, excepto peccato. Facultas enim erat ipsi in veritate carnem nostram habenti, ut ne faceret quæ nobis vilia videntur, & faceret quæ honesta erant, & proportionaliter deitatem decebant, per quem etiam filii Israel pilos non nutriebant, & vestes ipsorum non sordescabant. Et hæc secundum traditionem ipsius contigerunt. Quod verò etiam vestimenta habuit ab homine parata, minimè ambiguum est. Diuiserunt enim vestimenta ipsius, & super vestitum ipsius miserunt sortem. Si verò vestimentum erat ab hominibus paratum, nimirum ex lana erat & lino. Quæ verò ex lino ac lana facta erant, inanima erant, & sensus expertia. Sed quando voluit ostendere potentiam suam diuinam, transformatus ostendit faciem suam velut solem, & vestimenta sua alba velut niuem. Omnia enim possibile sunt potenti, ut ostendat & ea quæ sunt præter expectationem, & sensus expertia ac inanima ad gloriam ac claritatem transmutet, velut virgam Moyses, velut calcamenta filiorum Israel. Omnibus enim confessum est, quòd Apostoli sancti viri fuerunt, corruptibiles corporibus quo ad nos, incorruptibiles autem propter habitantem in ipsis Dei gloriam. Et umbra quidem Petri omnes, qui afferebantur, habentes infirmitates sanabat. Et sudaria ac semicincta vestimentorum Pauli virtutes operabantur. Et quomodo hi Deum curiosè obseruant, turpes quosdam opinionum fabricantes, de quibus nullus vnquam necesse esse putauit differere, non Propheta, non Euangelista, non Apostolus, non scriptor: Quæcunque enim talia hi dicunt, etiam si innumera ultra hæc mala opinati fuerint, non subuertent paternam nostram fidem, quæ Christum in veritate annunciat. Genitus est enim Christus in carne secundum veritatem à Maria semper virgine per Spiritum sanctum. Et statim à partu Emanuel vocatur, quod est Deus nobiscum: non amplius secundariò gignitur. Et aufugit in Aegyptum puer cum Ioseph & Maria. Nam quærebant animam pueri, velut posset ipse in carne occidi. Et adoratus est à Magis velut Deus verus, in carne genitus, & non in apparentia. Et reuersus ab Aegypto, secundum timorem Ioseph non ingressus est in Hierusalem propter Archelauum, velut posset puer comprehendi, & ante tempus in carne pati quod passurus erat. Et prohibitus est à Ioanne, agnitus à seruo Dominus, quia Deus erat homo factus in veritate. Non admisit autem proprii serui in tali proposito honorem, quo omnem iusticiam in carne impleteret, in veritate & perfectè incarnatione delinquentem salutis nobis relinquens. Sed & fatigatus est ex itinere in veritate, & non simpliciter fatigatus est, sed etiam confedit, eo quod verè homo factus erat, & clamabat, dicens: Venite omnes qui fatigati estis & onerati, & ego reficiam vos: quo ostenderet deitatem suam sufficientem esse, ut omnem mundi multitudinem ad ipsum accedentem reficiat. Quin & tentatus est à diabolo, & mansit quadraginta dies sine cibo ac potu, ut ostenderet deitatem suam minimè indigentem. Non enim famem sustinuit, velut philosophicè nostro more abstinent, & seipsum strangulans ac violans, sed citra omnem penuriam, propter veram suam deitatem. Et postea, inquit Scriptura, cecidit, quo ostenderet veram incarnationem, concedente deitate aduentui in carne, ut honestis necessitatibus ac veris particeps fieret, ut ne vera consequentia veram incarnationem obliteraret.

Nam &

Nam & coram hico esurir, & lutum verum fecit. Sed sermonem dixit ad ficum Deus, & factus est. Et in navi increpauit ventum, & quieuit: & per sputum ac lutum, sermone deitatis suae, & sputo humanitatis suae, & sputo rursus velut ipsi Adam, ita etiam huic defectuosam partem formans largitus est, omnibus perfectè in ipso existentibus, in carne passis, in deitate verò passionis exortibus donec resurrexit ex mortuis, omnino non patiens de cætero, omnino non amplius moriens. Si verò aliqui propterea, A quod non à femine viri corpus ipse assumpsit, alienum intelligent: non omnino ea propter non est secundum nostrum corpus. Ex quo enim ex Maria confessum est, nostrum erat. Nam & Maria non alia erat à nostris corporibus, & Adam non à femine viri erat, sed ex terra formatus: & non omnino quia de terra erat, & non à femine viri, ideo alienus erat à nostris corporibus. Nos enim ex ipso geniti sumus & non sumus alieni ab illius corpore, quanquam ex femine viri, & ab vtero mulieris geniti. Caterùm quidam hæc sæpè comminiscetes, & in mente habentes, à proposito exciderunt. Quidam verò rursus ex ipsis qui ad nos venerunt, innumera alia & ultra superflua de viro dicentes, multa laude celebrè illum criminati sunt. Et reuera amplius quam oportet, aut secundum in scitiam, aut iuxta consequentiã, aut à seipsis, recenses ac proferentes turbam commouerunt. Verùm nunc de superuacaneis hæcenus sufficiat dixisse, quum intelligat legentes, quod neque inuidia, neque odio aduersus virum flagramus. Optamus enim ipsum non separari ac Ecclesia Christi, & dulcedine totius fraternitatis, sed deponere contentiosis huius sermonis instantiam, vt se conuertat, iuxta id quod dictum est: Reuertere: reuertere Sunamitis, reuertere vt intueamur in te. Attamen de proposito rursus consequentiã apprehendam. Non vult perfectum dicere Christi in carne aduentum. Sed & salutem à quibusdam repellit, timorem inducens ac dicens, quod non oportet dicere perfectum hominem ipsum assumpsisse: nimirum à dicto B quod ait, Suscipiens mansuetos Dominus. Nihil verò miri est, neque differentiam aliquam in hoc quicquam ostendere potest, in eo quod dicit Dominum carnem assumpsisse, aut perfectam humanam naturam suscepisse: quemadmodum sæpè inter nos multæ æquiuocæ sunt dictiones. Suscipiens enim, inquit, mansuetos Dominus: & Suscepit me ex oculibus ouium: & assumptus est, & dixerunt duo viri, Quid statis viri Galilæi, hic qui à vobis assumptus est: & non omnino vox assumere vnam habet differentiam, in eo quod dicit assumpsit, aut accepit, aut efformauit in seipsum propriam incarnationem. Non ex dictione hac consternant nos, qui volunt contra simplices excitari, & oportet ac conuenit sic dicere. Et ne quis putet calumniari nos, aut per ludibrium dicere de hoc argumento verba. Sæpè enim consideram de hoc scribere, vt ne quis putet nos per inimicitiam contra ipsum insurgere. Nihil enim vllus nos læsit, quod ad hominem attinet loquor: neque nostra in mundo diripuit, verùm considerans quomodo non scriberem, coactus sum ab ipsa veritate, vt ne relinquam eos qui præter fidem quid senserunt, quemadmodum etiam pii lectores cognoscant, quod non mundanæ æmulationis gratia nobis instituta est hæc tractatio. Magis enim prodesse nobis, maximè hic in mundanis disciplinis & in charitate, si concorditer cum sancta Dei Ecclesia per omnia omnibus assensus esset, & non nouum aliquid verbum falso introduxisset. Siue igitur apud ipsum, siue apud discipulos ipsius sermo aliter intelligitur, & per hanc figuram ac prætextum in transitu celebratur, non habeo quod dicam. Sæpè vero cogitamus ac stupore percussi sumus, quod huius sermonis gratia, contentiosis ac certaminis aduersitas exorta est, & vique ad mortem durat. Et ex hoc cognouimus, quod fortassis ex ampliore quadam opinione apud ipsos sermo celebratur. Vbi enim interrogaueris aliquos ex ipsis, diuersimodè omnes responderent. Quidam enim dicunt non perfectam accepisse Dominum incarnationem, neque perfectum ipsum factum esse hominem. Quando vero hoc multi fugerunt, postea simulatione ac ironia vsi sunt, velut postea ex ore ipsorum exactè didicimus. Nam in Antiochia constituti cum ramis ac geminibus ipsorum congressi sumus, inter quos etiam Vitalius episcopus fuit, pientissimus vir, vita & statu, ac conuersatione, Dicebamus autem consulentes ac rogantes, vt concordēs essent fide cum sancta Ecclesia, & sineret contentiosum dictum. At Vitalius dicebat, Quid verò est quod in medio positum nos separat? Habebat enim hic dissensionem aduersus venerandum quendam virum ac insignem, Paulinum episcopum, & Paulinus rursus aduersus Vitalium nobis accersitum. Quum itaque cuperemus ambos ad pacem cordes facere, videbatur enim vterque orthodoxam fidem prædicare, & vterque dissidium habebat propter quendam causam prætextum. Vitalius enim Paulino obiiciebat dictum à Sabellio acceptum. Quapropter nobis isthic præsentibus abstinuit in totum à societate ad Paulinum, donec cum editione conscripta nos persuasit, cuius iam antea assensionem fecerat, se purgandi gratia apud beatum Athanasium. Obtulit enim & tradidit nobis illius exemplar cum subscriptione, clarè habens de Trinitate, simulque de intelligentia incarnationis Christi, manu ipsius beati patris nostri Athanasii scriptum. Eam editionem subiunxi, & est hæc.

Alios minus
nerib' vocat ad se
Christus,
alios minus.

Contentiones sine
prudencia
periculosa.
Vitalius.

Exemplar manus Paulini episcopi.

Paulinus. Ego Paulinus episcopus sic sentio, quemadmodum traditum accepi à patribus esse & subsistere patrem perfectum, & subsistere filium perfectum, & subsistere Spiritum sanctum perfectum. Quapropter etiam recipio præscriptam interpretationem de tribus substantiis, & vna essentia, itemque eos qui sic sentiunt. Pium est enim, sentire ac confiteri Trinitatem in vna deitate. Et de incarnatione Verbi Patris propter nos facta sic sentio velut præscriptum est, quod secundum Ioannem verbum caro factum est. Non enim secundum impientissimos, qui dicunt transmutatione ipsum passum esse, sed quod propter nos homo factus est, & ex sancta Virgine, ac sancto Spiritu genitus. Neque enim inanimatus, neque sensus

sensus expers, neque metis exors corpus habuit Saluator. Et in manu episcopi Athanasii habetur: Non enim possibile erat, Domino pro nobis homine factò, mentis exors esse ipsius corpus. Vnde detestor eos qui reprobant fidem quam confessi sunt patres in Nicæa, & qui non confitentur ex essentia aut essentialitate esse filium patri. Detestor item eos qui dicunt Spiritum sanctum creaturam per filium factam. Insuper autem detestor Sabellii, & Phorini, atque omnem hæresim, procedens secundum fidem in Nicæa editam, & secundum omnia præscripta. Dicebamus autem & fratri Vitalio, & his qui cum ipso erant: Quid verò vos dicitis? si quid est in medio positum nos separans, id corrigite. At ipse ait, Dicant. Dixerunt itaque, quod non dicunt Christum perfectum fuisse hominem. At ipse statim respondit, Etiam, confitemur Christum perfectum hominem assumpsisse. Erat autem hoc admirabile audientibus, ac plenum gaudio. Quum autem nos sciremus sententiam prætextuum eorum, qui mente ac intelligentia proprios fratres priuati, inlicitim exactè interrogare: Nimirum, naturam carnem confiteris Christum assumpsisse? At ipse assensus est, & dixit, Etiam: à Maria sancta uirgine sine virili semine, & per Spiritum sanctum? At ipse ad hoc confitebatur. Natura ex virgine progressus carnem accepit Deus verbum filius Dei? At ipse grauitè assensus est. Iam verò in gaudio consistebamus. Nam ab aliquibus qui ad nos in Cyprum venerant, audiuius quod prædicti omnino non confiterentur carnem ex Maria. Quando verò ipse pientissimus vir, ex Maria carnem accepisse Dominum nostrum, Iesum Christum confessus est, rursus à nobis interrogabatur, an etiam animam accepisset? Ipse verò & in hoc similitè cum grauitè assensus est. Nam non conuenit aliter dicere, sed per omnia verum proferre. Oportet enim scribentem hominibus de veritate, omnem sententiam exprimere, & timorem Dei præ oculis habere, atque nihil adulerini in scripti sui promissionem componere. Confitebatur igitur Vitalius etiam animam humanam assumpsisse. Hic enim erat qui dixit, Etiam, perfectus homo erat Christus. Deinde postquam interrogassemus de anima & carne, tunc interrogauimus, Mentem accepit, vbi venit Christus? At ipse statim negauit, dicens, Non. Deinde nos ad ipsum, Quomodo igitur dicit perfectum fuisse hominem? Ipse verò ratiocinationem suam mentis reuelabat, nempe, perfectum hominem dicimus esse, si deitate pro mente faciemus, & carnem ac animam addemus, vt sit perfectus homo ex carne & anima, ac deitate pro mente. Cognito igitur contentiosis studio, & multa nobis de hoc dissertibus, & ex Scriptura confirmantibus, quod oportet confiteri omnia perfectè suscepisse Deum verbum, perfectèque administralle in aduentu in carnem, & hanc in perfectione etiam post resurrectionem ex mortuis conuuisse: & gloriose spirituales ipsam totam, & non aliam, cum propria deitate in seipso vnitam habere, totamque perfectionem vnam deitatem effecisse, & sedere in cælo in dextra Patris, in throno gloriæ, suæ sempiternæ dominationis ac regni, de cætero surreximus, neutra parte peruersa, propter propositam contentionem. Intellectum est autem à nobis, quod non mentis gratia hic sermo ab ipsis proferretur, sed quod aliud esset à mente quod sentirent. Aliquando enim non confitebantur, etiam animam ipsum assumpsisse. Quum autem nos vicissim inferremus ac diceremus, Quid est mens, substantiam putatis hanc esse in homine, igitur multiplex est homo. Deinde putabatur à quibusdam esse spiritus, qui semper in diuina Scriptura in homine decantatur. Quando verò ostendimus quod non Mens est spiritus, a postolo clarè dicente, Psallam mente, psallam spiritu: hinc multi quidem fuerunt sermones, non potuimus autem ipsos contentiosos persuadere. Deinde quum quidam nostrum dicerent, Quid substantiam dicitis esse mentem, quidam verò ex ipsis dicerent, non esse substantiam: ex eo quod nos persuaseramus ipsis, quod non oporteret putare ipsam spiritum hominis esse, eo quod Apostolus dixit, Psallam mente, psallam & spiritu: quum ipsi non haberent quod ad hoc dicerent, dicebamus, Igitur si non est Mens substantia, sed motus totius nostræ substantiæ: Mentem autem dicitis Christum secundum hanc partem, ergo imaginamini Christum non in substantia esse, & verbotenus ac in apparentia solum accessionem aduentus in carne ipsum fecisse. Et similitè non poterant respondere. Et multum tristis factus est nobis tunc vitæ status, quod inter prædictos fratres ac laudabiles, exorta essent simpliciter contentiones, quo dissidia inter nos prædictus hominum hostis diabolus semper efficeret. Et ingens est talis culpa, ô fratres, in intelligentia detrimentum. Siquidem enim ab initio de hoc non fuisset commotus sermo, simplicissimum hoc esset. Quid enim hæc nouitas mundo profuit, aut Ecclesiæ utilis fuit, aut nonne magis nocuit, odium & seditionem operata? Quandoquidem verò sermo prolatus est, horrendus factus est, & ad nullam salutis nostræ utilitatem. Abnegatio enim est, non solum in hac parte, quæ non confitetur, sed etiam in breuissima quadam. Non oportet enim ne in minimo quidem digredi à via veritatis. Dicamus itaque etiam contra hoc argumentum, non volentes extra nostram ipsorum vitam prodire, neque regulam sanctæ Dei Ecclesiæ ac confessionis relinquere. A nullo enim vnquam ex veteribus hoc dictum est, neque Propheta, neque Apostolo, neque Euangelista, neque ab aliquo expositore, vsque ad hæc nostra tempora, ex quo tempore prædictus eruditissimus vir tale sophisticum verbum protulit. Eruditione enim non vulgari hic vir præditus est, ab eloquentiæ ac artis dicendi institutione atque Græca doctrina exortus, omnemque dialecticam ac sophisticam doctus. Sed & in reliqua vita integerrimus est, & inter orthodoxos semper in primo ordine locatus fuit vsque ad hoc dictum. Quin & exilium passus est, eo quod non cum Arrianis conuersabatur. Et quid opus est me dicere? Multa est nostra tristitia, & vitæ luctus, quoniam affligere solet nos semper diabolus, velut iam sæpè dixi. Incipiam itaque de hoc dicto dicere, vt nihil de veritate, velut dixi, relinquam. Quid prodest vobis, quod reicitis mentem à Christi in carne aduentu? Si enim omnino vt auxiliium (vt ita dicam) feratis Domino nostro Iesu Christo, & Deo Verbo, ac filio Dei, vestra ratiocinatio prolata est, vt ne dicamus ipsum accepisse se men-

Corpus
Mens, & ve
rum.

Scripto-
ris veriof
ficiam.

Mentem
in Christo
negantes.

Mens non
est spiritus

Mentem
manam
Christum
assumpsisse.

se mentem, ut ne intelligamus imminutionem circa ipsius deitatem: longè præferendi sunt vobis Manichæi & Marcionista, & aliæ hæreses, non carnem ipsi annectere volentes, ut ne imminutionem deitati ipsius asciscerent. At non secundum hominum voluntatem veritas ipsa vim habet, sed secundum ipsius gubernatricem sapientiam, ac dispensatoriam incomprehensibilitatem. Proinde nos sic confitemur, & non secundum Manichæum habemus. Non enim ille gratiam dabit, dum videtur sibi in laudè Christi dicere, carnem ipsam non assumpsisse, sed potius à veritate exciderit, in apparentia consistens ad uentrum Christi in carne. Sic etiam in præfati vestris fratribus vaniloquium illud inanis gratiæ erit. Confitemur enim ipsi & vos: Nisi voluerint aliter sentire, quem ad modum aliqui sepè ex ipsis deprehensi sunt, quod propter hoc etiam negant carnem veram Christum assumpsisse, velut supra me dictum est. Nam aliqui ausi fuerunt dicere, coessentialem esse carnem ipsius deitati. Verum reiciunt illi, velut qui sententiam mutauerunt, & ob talem absurditatem refutati sunt, ab his qui inter ipsos de carne rectè sentiunt. Omnino enim idem pientissimus Apollinarius non negabit. Si itaque carnem suscepit vbi venit Deus Verbum, & hanc à Marià in veritate, non à femine viri, sed per Spiritum sanctum, & conceptus est in veritate, & efformavit sibi ipsi corpus, velut qui Deus & plastes est protoplasti hominis & vniuersorum: igitur non imminutus Deus Verbum vbi venit, sed mansit in propria immutabili natura. Non enim assumpta carne mutationem sustinuit, velut coessentialis Deo patri, & non alienus à patre, & sancto ipsius Spiritu. Si itaque in confesso est, clarè carnem ipsam assumpsisse ac creuissè, ergo non sine anima est. Omne enim quod creascit, exceptis immobilibus, ex anima & corpore constat, iuxta id quod dictum est. Iesus autem proficiebat in sapientia ac statura, ut staturam ostendat propter carnem. Statu- ra autem ab anima & corpore, vglut dixi, perficitur, postquam autem dixit, Proficiebat statura, conse- quenter inquit, sapientia. At qui est sapientia patris, quomodo proficiebat in sapientia? Si alienum erat vas à mente humana, & si sine mente erat, quomodo sapientia in anima & corpore proficiebat? Et vides quam coacta sit violenter sententia eorum qui mentem reiciunt? At, inquit, non dico quod mentem accepit humanam, alioqui faciemus ipsum concupiscere ac irritari, quando quidem in nobis concupis- cètia prædita mens est, & in summa, multa est hominum vanitas, velut dixi. Fecit Deus simplicem pru- dentem hominem, ipsi verò fecerunt sibi ipsis ratiocinationes multas. Si enim omnino dum confitemur ipsum humanam mentem accepisse, cogitabimus in ipso nostræ imminutionis partes, multò sanè magis dum confitemur ipsam carnem assumpsisse, concedemus iuxta hanc partem secundum eandem ratio- nem, quòd in carne imminutus est, quòd absit. Neque igitur in carne imminutus est, & quidem veram carnem habens Deus Verbum, neque in mente cogitauit ea que non decent ipsius deitatem, sed ea que erant honesta carni & animæ ac humanæ menti, ea faciebat Dominus vbi venit, ut ne veri in carne ad- uentus ordinis consequentiam turbaret. Honestum enim erat famis & sitis & fatigatio ac somnus, pro- fectio & tristitia, ploratus & fremitus. Hæc autem consequenter in ipso effecta, ostendit honesta esse, ac consentanea vero aduentui in carne. Non enim scriptum est, quòd concupiuit concupiscentiam ma- lam. Verum bonam concupiscentiam concupiuit, dum dicit, Desiderio desideravi hoc pascha mandu- care vobiscum. Concupiscentia verò ex deitate non contingit, neque ex sola carne, neque ex anima me- tis exorte, sed ex perfecta humanitate corporis & mentis, & quicquid in homine existit. Habebat enim hæc Verbum, corpus & animam ac mentem, & omnia quicquid est homo, excepto peccato, excepta im- minutione, iuxta id quod dictum est, Tentatus per omnia velut homo, excepto peccato. Si verò per om- nia tentatus est, omnia habebat, vbi venit Deus Verbum. Omnia verò habens, absque imminutione in ipso erant, impolluræque ipsa conseruauit, perfectus existens Deus ex carne genitus, & qui perfectè om- nia impleuit, velut impletor totius vasis, non diuisa carne in decenter ad aliquod exercitium, non distri- ctus aliena mentis, que in nobis est, meditatione. Non enim mens nostra ad peccandum nobis data est sed ad considerandam perfectionem rerum, quas in nobis in vtranque partem speculamur, & ad consi- derandam operationem iusticiæ & contrariæ partis. Mens enim verba discernit, gula verò cibos gustat & oculus considerat, & mens videt: mens itaque in nobis est visus, gustus, & discretio, ex Deo nobis do- nata. Nondum autem assentitur his que semper fiunt, si non voluerit homo. At caro semper in tota scri- ptura reprobat, propter mentem in ipsa concupiscentiam. Non omnino autem carnem ipsam reprobat, sed que ex ipsa fiunt, reprobat Deus Verbum: velut Apostolus dixit, Noui enim quòd non habi- tat in me, hoc est in carne mea bonum: propter ea que ex carne nascuntur. Quo verò repellat hæreti- corum cogitationes, ut ne putent carnem à mortuorum resurrectione desperatam esse, dicit, Oporteret corruptibile hoc induere incorruptibilitatem, & mortale hoc induere immortalitatem: ut ne reiciens opera carnis, que carnem appellare solet Scriptura, putetur spem resurrectionis carnis reitcere. Nam opera que in ipsa fiunt mala, palàm reprobat, ipsam verò carnem sanctum templum ostendit, in eo qui carnem ipsius sanctificauit: iuxta id quod scriptum est, Religio pura apud Deum & patrem hæc est visitare orphanos & viduas in tribulatione ipsorum, immaculatum seruare seipsum à mundo. Et alibi, Beati qui puram carnem conseruauerunt. Sapè verò contra ipsam dicens Scriptura, docuit nos concupi- scèntias & voluptates ex ipsa germinare. Verum contra mentem nihil narrat Scriptura, sed Psallam me- te, psallam spiritu. Et rursus, St psallam spiritu, at mens mea fructu vacat. Et vides, quòd in ipso fructus est in mente. Et si non fuerit fructus, non omnino mentem recessit in peccatis, sed per ipsam magis fru- ctum pronunciauit. Quid verò hoc in Domini nostri potentiam deitatis irruet? Quid autem ipsius po- tentiam obscurauit, sanctæ mulieris venter, vterus Virginis, partus meatus, vlnæ Symeonis, Annæ susce- ptio, Mariæ gestatio, meretricis contactus, capilli mulieris qui pedes ipsius cõtingerunt? Imò lachrymæ, imò situs in monumento? Sinoa enim qui inuoluit corpus ipsius, non superabat illius integritatem, & maxi-

Actioes Christi honesta.

Mentis v- sus.

Carnis ap- pellatio de operi- bus carnis

maximam ipsius potentiam. Nam quum adhuc in vetero esset, Ioannes exultabat gaudens ob Domi- ni sui ad ipsum ingressum, per sanctæ Virginis imprægnationem. Natus autem, in præsepi positus, non latuit chorum angelorum, verum castra demitrebantur ad satellitium in regis seculi ingressu, hymni victorales siebant, pax inter pastores prædicabatur. At quid potentiam ipsius obscurauit? Quum enim ipse adhuc infans esset & gestaretur, stellæ signa fiunt ab Oriente, Magorum aduentus, adoratio & satellitum comitatus, scribarum interrogatio à rege, & de ipso responsio ac confessio. Re- liqua vero omnia, que habet consequentia, quid impegunt in ipsius deitatem? Quale velamentum habuit, velut in nobis carnis detentio ac impedimentum? Obiurgat vndas & ventos ac mare, & non impeditur à carne potentia ipsius deitatis, perficiens quod secundum naturam est deitatis. Sed & quum moles & grauitas sit carnis, non impeditur grauitate. Deambulat enim super aquas, velut immutabi- lis Deus, in carne quidem existens, non autem à carne alterationem sentiens. Et clamat voce, Lazare veni foras: non oppositam habens carnem, neque deitate in carne ac perfecta humanitate in seruitu- tem adacta. Et multa possum dicere. Sed & ex mortuis resurgit, & reserat infernum, & extractam edu- xit captiuitatem. Et resurgens factus die in ipsa sancta carne, & anima sancta, & mente, & toto vase, & deitate vnitus perfectus terra est homo, counita humanitate cum deitate, ita ut mors ipsi non am- plius dominetur. Et quod crassum erat, conuictum deitate tenuè efficiebat, ingrediens foribus elat- sis, & post ingressum ostendens carnem & ossa, ut salutarem potentiam indicaret, ut nostram spem demõstraret, quòd omnia perfecit, vbi venit Verbum. Et iam ipso corpore assumptus gloriõsè, sedet in dextra patris, non à mole pressus, non extra corpus existens, sub corpus spirituale suscitatus. Si nõ- strum feminatur in corruptione, suscitatur in incorruptibilitate: feminatur corpus animale, resurgit corpus spirituale, quanto magis vnigeniti filij Dei: Quare impletum est, Non dabis sanctum tuum videre corruptionem, neque relinques animam meam in inferno. Ceterum hæc omnia à me relata sunt de perfecta ipsius humanitate, ut ne aliqui putent, propterea quòd ipse carnem assumpsit perfe- ctam, ideo etiam inhonesta carnis opera fecerit. Nemo enim piè credentium in ipsum, hõs sentit, aut dicit. Si verò nemo sentit de ipso, quòd carnis absurda opera fecerit, neque mentis in honestis functiones ipsum fecisse senserit. Et quòd quidem perfectè homo factus est, vbi venit Deus Verbum, id ipsum manifestum est. Et si dixerimus perfectè, non duos Christos habemus, non duos reges & fi- lios Dei, sed eundem Deum, eundem hominem, non velut qui in homine habitavit, sed qui ipse totus homo factus sit: non a quòd homo existens venerit ad profectum deitatis, sed quòd Deus à cœlis venerit, & in seipsum efformarit pro optiam humanitatem, iuxta potentiam suam deitatem: quem ad- modum dicit, Verbum caro factum est. Dicit autem, Verbum caro factum est, ut ne aliqui putent, quòd primum homo fuerit, & venerit Christus in hominem. Quapropter Verbum potius posuit diuinum Euangelium, deinde carnem confesum est: nempe, Verbum caro factum est. Non enim dixit, Caro Verbum facta est: ut ostendat primum, Verbum à cœlis venisse, in seipsum verò suscepisse carnem ab vtero sanctæ Virginis, & omnem humanam naturam perfectè in seipsum efformasse. Tametsi enim dicat, Verbum caro factum est: non quòd mutatum est Verbum in carnem, & factum est Verbum ca- ro, ut transmutata est deitas in carnem dicit: sed cum deitate assumpsit propriam suam humanitatem Deus Verbum postquam venit. Et proficiebat, inquit, Iesus in statura & sapientia. Qui verò mentem non habebat humanam, quomodo proficiebat, velut iam à me dictum est. Et testimonium præbet huic rationi sanctus Dei Propheta Esaias, qui dixit, Ecce intelliget filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Et vides quòd intelliget vox, ad perfectam humanam naturam refertur? Non potest enim quis intelligere, qui mentem non habet. Neque de deitate hoc impletur. Non enim indiga est intelligentiæ, que ipsa per e intelligentia existit: neque opus habet sapientia, que per se est sapientia, sed vox intelliget, de mente humana accipitur. Vnde verò esuriebas, dic mihi? Si quidem enim caro solum erat, quomodo poterat famis meminisse? Et si ex anima & corpore solum erat, anima non ha- beret mentis rationalem partem & ratiocinationem humanæ naturæ, non malam dico, sed etiã que ad honestam vtilitatem ac vsus ordinata est condcenter deitati, quomodo poterat esurire, aut de fame cogitare? Vnde verò tristitia affectus est, dic mihi, anima non habet mentem ac ratiocinatio- nem? Nam anima rationis exorte, aut carne animæ exorte existente, neque in mætorè incidisset, ne- que in tristitiam. Et multa sunt que conuenit nos cogitare ac nosse, quòd sobrietas ratiocinationes superflua sunt, & verberant magis eos qui volunt vltra, quàm decoru est cogitare, & non meriti ter- ipsos mensura nobis per admonitionem præscripta à sanctissimo Apostolo, qui dixit: Vt ne quid vltra sapiamus præter id quod sapere oportet. Proferunt porro nobis etiã dictiones quasdam, quòd ait, Nos autem mentem Christi habemus. Et dicunt, Vides quòd Christi mens alia est à nostrâ? Et in ge- rem hominum simplicitatem, quòd quisque, ad quòd vult, inclinaret: & in quo putat se egregium quid commentum esse, in eo magis idiota reperitur. Quum enim nos simus idiotæ eloquentia, sed non scientia, velut dictum est, simusque valde tennes, & admiremur talium hominum & ex eloquentia contententium mentem: hesitatio anxia valde animu nobis subit, quòd dictum hoc ad confirmatio- nem talis ipsorum simpliciter vanæ cõtentionis accipiunt, re ipsa non habente indicationem, quòd aliquid commune habeat cum tali habitu. Nos enim, inquit, Christi mentem habemus. Quid igitur sit Christus, apud ipsos interrogandum est, aut quidnam sit mens Christi. Hic verò ostendunt, quòd sentiant, alium Christum esse, & aliam ipsius deitatem. Si enim prompente Christum accipiunt, Chri- stum autem aduentum solum Christi in carne nominant: ergo rursus in altam questionem nos per-

Mentis fun- ctiones in homine.

ducere conantur. Et quod quidem ab aduentu in carne Deus Verbum & filius Dei declaratur, manifestum est. Tameſi autem præcellerint de ipſo testimonia, quòd Christus vocetur etiam ante aduentum in carne, tamen ea in aduentu completa sunt, quum neque deitas extra Christi nomẽ existat, neque aduentus in carne & humana ipsius natura, sine tali nomenclatura nominetur: iuxta id quod dictum est, Ne dixeris in corde tuo, Quis ascendet in cœlum, hoc est Christum deducere: aut quis descendet in abyſſum, hoc est Christum reducere ex mortuis. Et rursus idem dicit: Vt cognoscant te solũ verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. At vox misisti, ex supernis habens speculationem, sed non aliena existens ab his quæ à Petro dicta sunt, nempe Iesum Nazoræum virum approbatum erga vos prodigijs & signis: & quem vnixit Deus spiritu sancto. Et quæ his similia sunt. Deinde verò rursus dulcissimi nostri fratres, volentes per omnia contentiosas nobis inducere sententias, etiam deitatem ipsius passam intrepidè prædicant ex dicto hoc: Si enim cognouissent, non vtrique Dominũ glorię crucifixissent. Quidam verò ex discipulis eius non intelligentes hoc, velut puto, cum alijs proponentes fucum facere volunt. Admiror enim si ipse sic dicit. Nihil enim miri est si dicat Scriptura diuina, Dominum glorię crucifixum esse. Nam & Dominum glorię confitemur etiã ipsam in carne aduentum. Non enim diuisus est à deitate aduentus in carne, si vnum quodque propositum rectè intelligatur, & simul omne negotium ad vnam œconomiam ac dispensationem, & ad vnam perfectionẽ à nobis conuatiatur. Passibilis enim nobis prædicatur Christus, & creditur, non quòd per se ipsum passus sit, neque quòd alius est qui passus est, & alius Dominus: neque quòd deitas passa est. Sed passus quidem est Dominus noster, Iesus Christus, deitate immutabili manente & passionis exorte, passus verò in carne & à passione aliena manente. Sic enim mortuus est Christus pro nobis, & reuera mortuus est: non deitas mortua est, sed mortuus est in carne, iuxta id quod dictum est, Mortificatus carne, viuificatus autem spiritu. Et rursus, Christo passo pronobis in carne: mirabiliter itaque nos confitemur passum in veritate, & passionis exortem in veritate, Deitate non passam, propter immutabilitatẽ & alienitatem à passione, & coessentialitatem cum patre: carne verò passam, & non diuisam deitate à præsentia in carne, in ipsa passione. Simul erant enim & deitas & humanitas, quando in cruce Christus patiebatur in carne, & passionis exors manebat in deitate: vt iustificationem non amplius in carne solum habeamus, sed & in deitate: & vt in deitate & in carne vtrique nobis salus contingeret. Non enim nudus nobis homo est Christus, sed Verbum in substantia in carne, & Deus homo factus in veritate quum nos non habeamus spem in hominem, sed in deitate: & non habeamus Deum patientem, sed passionis exortem, verum qui extra passionem salutem nostram non perfecit, sed in eo quòd pronobis mortuus est, & seipsum obtulit patri, sacrificium pro nostris animis, in sanguine suo mundatione nostra facta, & chirographo contra nos fisco, & in cruce affixo: velut vbiq; scriptura nos docet. Et possem de his, si opus esset, multa dicere ad confirmationem. Nam in alio loco tractauimus hanc speculationem, declarantes de firma nostra salute, quòd sicut si ex sanguinis respersione tinctura est in vestimento, corpus quidem gestantis non tingit: verum tinctura vestimenti non ad vestem refertur, sed ad hominem gestantem. Sic etiam passio, in deitatem quidem non incidit, sed in humana facta est. Non relata est autem ad humanam naturam solam (vt ne impleretur in salutis dispensatione illud dictum, Maledictus omnis, qui spem habet in hominem) sed reputata est etiam ad deitatem, quum deitas non sit passa: quo in deitate reputetur sancte Dei Ecclesię passionis salus. At vero rursus ne quis verborum venator velit seipsum magis ratiocinando concludere, quam circa similitudinis ænigmatis obscuritatem. Non enim omnis similitudo in Scriptura tota accipitur. Velut, Catulus leonis Iuda: propter robur animalis & regalitatem, sed non propter irrationalitatem ac rapacitatem. Sic & de veste, non quæ induitur & exiuit, sed semel iuxta id quòd dictum est: Decorem indutus est: deinde, Indutus est potentiam, & præcinxit se: ita vt impleatur in hac sanctissimi Apostoli vox. Non amplius moritur, mors ipsi non vltra dominatur. His itaque sic se habentibus, volunt fratres nostri ad confirmationem nobis proferre hoc, Nos autem mentem Christi habemus: secundum sermonem verò ipsorum quem in hac speculatione proferunt, in suspicionem nos inducunt, num forsatis intelligant, quòd alia sit mens Christi. Si vero non reputant deitatem extra humanam naturam esse, sed vnã esse dispensationem, quid igitur erit eximium mens, quæ Christi appellatur? Nunquid per se ipsum Deus Verbum est, non habens mentem humanam, velut aiunt, in aduentu in carne? Mentẽ vero aliam habet Christus præter suam substantiam deitatis? Aut abusiue solet omne Verbum ingens nobis dici, ad confirmationem eorum quæ in nobis sunt? Etenim reuera omnis pius non secundum mentem humanam vitam agit, sed secundum mentem Christi, quæ à Christo impletur intelligentia, quæ secundum Christum reputatur in iusticia, quæ in Christo conuersatur per confessionem, quæ per Christum seruatur in iustis operibus. Hæc enim est mens Christi, quæ in nobis esse potest, & in loco detentio Christum non continere. Vbiq; enim est pater & filius & spiritus sanctus. Et in nobis est spiritualiter, si ipso digni sumus: non loco aliquo concludente ipsum & patrem ipsius & sanctum eius spiritum, verum potentia suæ deitatis in omnibus est, & nullis ammixtus est, propter ipsius in sociabilem & incomparabilem essentiam, & sinceram ac incomprehensibilem deitatem. Quum autem dicat Apostolus, Nos autem mentem Christi habemus: quid nam cogitabimus, habebat propriam humanam, aut Christi mente impletus, propriam quidem reiecerat, mentẽ vero Christi propriam habebat? Non penitus. Confitebitur enim vnusquisque audiens, quòd propriam quidem habebat, Christi vero mente replebatur quæ ornauit ipsum secundum pietatem ac cognitionẽ, & Dei

Simile passionis libri.

Similitudini in scriptura rationis.

Mens Christi si quid sit.

con

conuersationem cœlestem. Si itaque propriam habens mentem Christi, mente implebatur: igitur, & Christus ipse Verbum mens erat, si quidem sic dicere oportet. Nam quibusdam visum est, mentem vocare Deum. Ego verò mentem nostram non substantiam puto, neque quisquam Ecclesię Filius, sed actionem quandam ex Deo nobis datam, & in nobis existentem. Christum verò substantiam dico, velut etiam omnes credentes confitentur: & Deum confiteor, & esse Dominum ex patre genitum, perfectum ex perfecto, & lumen de lumine: & Deum ex Deo, at tamen iuxta eandem rationem erat in ipso mens. Quæ admodum sanctus Apostolus docet de ipso, Nos autem mentem Christi habemus: habebat ipse & hi de quibus testimonium præbet, propriam suam mentem, & rursus implebatur Christi mente, sic potente gratia ipse in illis perficit. Igitur nihil differet à præsentis similitudine etiam de Christo hanc accipere, quòd Christus existens in seipso Deus, etiam si particeps erat metis humanæ, velut etiam carne participat ac sanguine, & animam habebat humanam, non ideo à mente captius ducebatur. Si enim Apostolus secundum naturam propriam mentem adeptus humanam, iuxta eam quæ ex participatione doni beneficiique ac gratiæ contigerat, & non amplius secundum propriam mentem, vitam debebat, sed excellenti quodam naturæ ductu, Christi mente ornabatur: quanto magis Deus Verbum habens in seipso omnem perfectionem, per se perfectus existens, per se Deus, per se potentia, per se mens, per se lux: & totius corporis impletor fuit, imò potius absolutor, & in omnibus per aduentum suum in carne nobis salutem operatus est. Tollendus itaque est hic sermo, non habens significationem talis propositi argumenti. Et tollendum est, non consisteri omnia perfecta in Christo, excepto peccato. Omnia enim verè fecit verbum vbi venit, quæ de ipso sunt præscripta, perficiens iuxta id quòd scriptum est, Ecce virgo in vtero habebit, &c. in veritate conceptus & non in apparentia, gestatus in vtero in veritate, prælens in carne in veritate, carnem habens & animam in veritate, & mentem in veritate, & omnia quicquid est homo in veritate, præter peccatum: & genitus ex virgineo vtero ac sancta Virgine in veritate, non ex semine viri. In veritate autem carnem habens & animam ac mentem, velut dixi, & pergenitales meatus in veritate repertus, & in præsepi in veritate fasciis inuolutus, à Maria portatus, & in Aegyptum profectus, & ab Aegypto reuersus, & in Nazaret diuersatus, & ad Iordanem progressus, & à Ioanne baptizatus, & à diabolo tentatus: & discipulos elegisse in veritate, & regnum cœlorum prædicasse, velut omnia in veritate comperitur: & à Iuda traditus, & à Iudæis captus, & ad Pontium Pilatum deductus, & ab ipso morti adiudicatus, & cruci traditus, Sitio dicens, date mihi bibere, in veritate accipiens acetum cum felle, gustans, & non amplius potum accipiens: cruci affixus in veritate clamans, Eli Eli lemas abachthanai, in veritate inclinans caput & expirans, in veritate corpore detracto, & accepto in veritate ac inuoluto à Ioseph, & in monumento posito in veritate, & lapide munito: Descendens in deitate cum anima ad infernum, & soluens ligatos in fortitudine ac potentia: rediens Deus Verbum cum anima sancta, cum qua liberauit captiuitatem: Tertia die in veritate cum corpore & anima & toto organo resurgens: Inuentus cum discipulis per quadraginta dies, benedicens ipsis in monte Oliuarum in veritate: ascendens in cœlum in veritate, discipulis ipsum vidẽ tibus assimi vsque ad nebulas in veritate: sedens in dextra patris in veritate, in ipso corpore & deitate, in ipsa perfecta humanitate, cum qua conuiuio omnia in vnum, & vnã spirituales perfectionẽ, Deus existens in gloria, sedens ad iudicandum viuos ac mortuos: vterus in veritate. Et nihil est euarium, sed omnia perfecta perfecte in ipso in perfectione effecta. Quum potè rectè à me fieri putauerim, si de his traderem, hæcenus de ipsis dicere iustum duximus. Cæterum quæ rursus audiuius de vanis sermonibus eorum qui talia dicunt, necessarium est: & ea ipsa ostendere. Non autem valde credimus quòd sic apud ipsos celebrantur, at tamen quæ audiuius, non silebimus. Quidam autem auſi fuerunt dicere, quòd rursus aliqui ex ipsis dicunt de Maria, quòd postquam genuit Christum, copulata fuerit viro Ioseph. Admiror autem, si & ipsi hoc dicunt. Sunt autem, qui hoc dicunt, quos ipsos etiam inter sectas numerauimus, vt qui rogati etiam epistolam scripserimus ad quosdam in Arabia, contra eos qui hoc dicunt. Multa verò illic de hoc diximus in tractatione contra ipsos. Consequenter autem per gratiam Dei etiam ipsam hæresim priuatim subiungam. Porro alij dixerunt, senem dixisse quòd in prima resurrectione millenarium quendam annorum absoluerimus, in iisdem versantes in quibus etiam nunc, nimirum & legem & alia seruantes, & omnia quæ in vsu sunt in mundo, nuptisque ac circuncisione & alijs participantes: id quod non valde de ipso credidimus. Verum sicut quidam affirmarunt, hoc dixisse ipsum asseruerunt. Et quòd quidem scriptum est de Millenaria hac secta, in Apocalypsi Ioannis: & quòd apud plerisque liber receptus est etiam apud pios, manifestum est. Plurimi verò & pij, de spiritualibus edocti, & quæ spiritualiter in ipsa se habent cognoscẽtes, vera quidem esse, in profunditate autem declarata esse credunt. Nò solum enim hoc illic profunde dictum est, sed etiam alia multa. Verum in præsens compendij gratia mentionem solum facio, quo sciant pij, quòd quisquis voluerit transgredi terminos sancte Dei ecclesię, & spem traditionis prophetice & apostolice fidei ac doctrine, ab vno argumento exiguo ac breuis sermonis, vel exigui temporis momento in sapientię transgressione constitutus, ei de cætero ad multa vaniloquia & periculosas opiniones, & ad inconuenientes ac peregrinas quæstiones, & nunquam finiendas genealogias iuxta Apostoli dicta, ratiocinatio conuertetur. Nam esse hoc valde stolidum, & quòd neque opus habeat in interpretatione, omnibus clarum est qui intelligentiã habent. Neque enim quæstione indiget talis sapientia & sermonis argumentum. Si enim resurgimus rursus vt circuncidamur, qua ratione

Mens Deus. Mens non est substantia.

Antidico-marianita.

Millenarii hæresis.

Cc ij non

Christus
Leo dici-
tur.
Maria
Leana.

Iacobi fra-
tris Domi-
ni sancti-
tas.

Tribunus
sacerdotalis
ac regiacog-
natio.

tum? Si enim catulum leonis iudam obscure dicit Iacob, Christum dicens: & in Apocalypsi habetur, Ecce vicit leo, inquit, de tribu Iuda, & ex femine David: si itaque Dominus leoni assimilatur, non secundum naturam, sed propter enigma, & eo quod regium animal, inter omnia animantia violentissimum ac fortissimum, & alias per omnia gratiosissimum profecto etiam genitricem ipsius Leana dixerim. Vnde enim gignitur omnino Leo, si non Leana mater vocabitur? Leana autem non continet secundum partem. Ergo non amplius partem nouit Maria, non amplius e coniunctionem corporum sancta: Vitgo. Sed & alias videamus speculationes. Erat Maria affectatrix Iesu cum ipso semper existens. Vocatus est Iesus ad nuptias, & mater illius erat illic, & fratres, & nusquam Ioseph. Et dixit ad eam, Quid mihi & tibi cura est mulier, nondum venit hora mea: & non dixit, Quid mihi, & vobis homines? Astabat Maria Magdalena, & Maria Clope, & maria mater Rufi, & Maria alia, & Salome, atque alia. Et non dixit, Erat Ioseph illic, aut Iacobus, frater Domini, qui vbi annos vixit non agram alex, virgo existens mortuus est, in cuius caput ferrum non ascendit, qui balneo non utebatur, qui animatis non participabat, qui in am tunica non iterum induit, qui veste attrita linea favebatur, quemadmodum & in Evangelio habetur, Fugiebat adolescens, & dimisit linteam quo erat amictus: Ioannes enim & Iacobus atque Iacobus, hi tres hanc vitam conuersionem habuerunt, dicit quidem filij Zebedaei, & filius Ioseph Iacobus, frater autem Domini, propter conuictum, propter coeducationem, propterea quod fratris loco ipsum habuit, propter eam quam habebat solum Ioseph, erga Mariam in genitricem, ex eo quod ipsa legitime illi attributa erat. Huic Iacobo soli licebat semel in anno ingredi ad Sancta sanctorum, eo quod Nazoraeus ipse esset, & sacerdotio amictus. Huic enim iuxta duos modos Maria cognata erat ipsi Elizabeth, & Iacobus praecebat sacerdotio. Nam haec ante tribus soli coniungebantur inter se, regia sacerdotali, & sacerdotalis regiae. Sic etiam supra in Exodo Naalon & Iuda tribus accipit Elizabeth, seniore filiam Aaron sibi ipsi in uxorem. Vnde multa haereses genealogiam Saluatoris secundum carnem ignorant, & ex eo quod ipsi dubitant, si eum non habent, & videntur sibi contradicere veritati, dicentes: Quomodo ea quae est ex tribu Iuda & Davidis, cognata esse potest Elizabeth, quae est a reui? Hic Iacobus etiam bracteam in capite gestabat, & aliquando siccitate instante eleuauit manus ad coelum, & precatur, & statim coelum dedit pluiam. Linteum autem vestimentum nunquam induit. Genua vero ipsius obdurerat instar camelorum, eo quod semper flecteret ipsa coram Domino, propter excellentiam pietatis. Hunc igitur nomine non amplius appellabant, sed Iustus erat ipsi nomen. Hic nunquam in balneo se lauit, hic animatis non participabat, velut supra a me indicatum est. Hic calceamentum non induit. Et multa de vris dicere possem, & de virtuosa ipsius conuersione. Vides igitur quod domus omnino erat integerrima? Si enim filij Ioseph nouerunt virginis rationem & Nazaraeorum opus quibus magis senex & venerandus vir nouit custodire Virginem castam, & honorare vas, in quod addidit hominum salus: Neque ipsa natura nos docet, quod vir erat senex atate multum protecta, magnus inter viros, fidelis moribus, pius specie? Deit enim Euangelium, quod fuerit vir timens Deum, & voluerit clanculum ipsam relinquere. Moritur autem hic Iacobus, frater Domini & filius Ioseph in Heterosolytis, vbi vixit post Saluatoris assumptionem annis plus minus viginti quatuor, anno suae aetatis nonagesimo sexto, a fullone ligno percussus in caput, deiectus a pinnaculo templi, & delatus ac nihil laesus. Inclinavit autem genua, & orauit pro ipsis, qui eum deiecerant, ac dixit: Ignosce, Domine, non enim scimus quid facimus. Quemadmodum etiam Symeon procul stans nepos ipsius ex sorore, filius vero Clope dicebat: Cessate, quid lapidibus obruitis iustum? Et ecce pro vobis optima precatur. Et sic factum est ipsius martirium. Si itaque huius filius tot annorum fuit, quomodo ergo huius pater videns horrendas res, Angelos natiuitatem filij stipantes, hymnosque a caelo canentes & decentes, gloria in excelsis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas, & pastores cernens venientes in speluncam vbi natus fuit, & audiens ipsos hac annunciantes, quomodo inquam, se hunc Ioseph, & prouectis aetatis tanta signa ac miracula audiens, audebat de bacchari, & contumelia afficere corpus sanctum, in quo habitauerat Deus, ex quo corpore collecta est nobis aduentus in carne dispensatio, vnde sancta & impolluta caro nobis adhaerata est in deitate Saluatoris, velut Angelus Gabriel illic dicit: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Quapropter & quod nunciat ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Quomodo igitur audebat copulati tanta ac tali sanctae Virginis Mariae? Quid vero prodest nobis de hoc querere, an etiam copulatus ipsi fuerit quod absit? Vt vero magis eligendum est, num ut commendemus res Deo, aut yreniam ad deteriora? Quod quidem non scriptum est nobis: si non crediderimus, quod non copulata fuit ipsi Maria, non habemus vitam aeternam, sed in iudicium venimus: manifestum est. Scriptum est autem: Quid bona timo quid iusta. Quid Reuerenda & honesta, quo demus etiam beneficium audientibus, yreniam homines reliquerunt necessaria, de fidei veritate, de Dei glorificatione: & exquirunt vnde tandem comperiant sibi ipsi detrimentum, heu quod periculosum est etiam cogitare, maxime quam Scriptura non dicat. Siquidem enim dixisset Scriptura: yreniam dileximus utique veritatem, & nihil de liberis. Num enim in honesta sunt nuptiae? nam semper cubile yreniam non est lectus impollutus, num oblitterantur nuptiae? At a Prophetis & pontificibus uoluntur propter maius ministerium. Nam postquam prophetauit Moyses, non amplius uxori coniunctus est, non amplius liberos genuit, non amplius generatiles, habebat enim vitam Domino vacantem. Quomodo enim potuisset in monte Sina quadraginta noctes ac quadraginta dies degere,

degere, si nuptiis addictus fuisset? Aut quomodo potuisset quadraginta annos in deserto ad dispensationem Dei paratus esse, & sacerdotio vacare, & quomodo mysteria explicare, & colloqui cum Deo perficere, si nuptiis coniunctus fuisset? Si enim de nobis dicit sanctus Apostolus expresse, & dicit ut ad tempus vacent orationi, quanto magis de Prophetis hic sermo verus erit? Prophetissa itaque est etiam Maria. Ingressus enim est, inquit, ad prophetissam, & in vtero concepit, & peperit filium, & dixit Dominus ad me, Voco nomen eius, cito spolia, confestim depradare, & caetera. Significat autem hic ingressum Gabrielis ad Mariam, quando exiit ut bonum nuntium ei afferret, quod gesta nra sit filium Dei Saluatorem mundo, non ex femine viri, sed per Spiritum sanctum. Sed & Philippo Euangelista quatuor fuerunt filiae prophetantes, prophetabant autem propter virginis, quam habere digna facta erant. Et Thecla incidit in Paulum sanctum, & a nuptiis exoluitur, quem Propheta curatorem suae sponsam haberet formosissimum, primarium urbis, valde diuitem, generosissimum, donum viracillissimum in vita. Et contemnit terrena sancta illa, ut celestium potens fiat. Si itaque hi talia, quanto magis Maria, in quam mirabilis tota dispensatio mysterij facta est? Vnde igitur contraham mentis intelligentiam ad bonum, & euertram caliginem eorum, qui horrenda conceperunt, velut scriptum est, Concepit laborem, & peperit iniquitatem. Hi enim vere concipiunt laborem cogitationum, pariunt autem iniquitatem blasphemiarum. Caeterum ne quis illa cogitet, & ipsa aliter subseminare sibi ipsi tentans dicat, Quomodo igitur dixit Euangelium, quod inuenta est in vtero habens Maria a spiritu sancto priusquam ipsi conuenissent? Igitur expectabatur congressus, & ea gratia dixit, Antequam conuenissent, siue congressi essent? Sed & rursus in alio loco, idem Euangelium rursus dicit: Et non cognouit ipsam, donec cognouit filium suum primogenitum: & non sciunt hi, qui speculatione primogeniti appellatio. quod speculatio tali modo habet. Si vero primogenitus est omnis creatura ipse vnigenitus, ne tantum multum facias. Non enim dixit, quod genuit primogenitum suum; sed quod non cognouit ipsam, donec genuit filium suum: & non dixit, Primogenitum suum, sed primogenitum. In eo enim quod dixit, filium suum, significauit exemplum secundum carnem genitum esse. In cognomine vero primogeniti, non amplius vocem, suum adposuit, se primogenitum solum. Hic enim est, qui apud Apostolum dicitur est primogenitus omnis creaturae, non coniunctus creaturae, sed ante creaturam genitus. Non enim dixit primogenitus, sed primogenitus: distincta lectione ad id, quod melius ac tutius est, ut primum dicat primogenitus, postea inferiorem creaturam nominet. Primogenitus enim de filio accipitur, creatura vero per filium. Genuit itaque filium suum primogenitum: non autem suum primogenitum, velut ipsa alium paritura esset. Et non cognouit ipsam. Vnde enim cognouisset, quod tantam gratiam acceptura esset mulier, aut vnde cognouisset, quod tali gloria glorificanda esset virgo? Mulierem quidem nouerat ipsam formatione, & foeminam natura, & ex matre Anna, & ex patre Iochim, & cognatam Elizabeth, ex domo & familia David: non nouerat autem, quod tali gloria honorandus genitum ex ipsa. Quando vero peperit, cognouit Dei honorem, quod ipsa esset, quae audiuisset, Ave gratiosa, Dominus tecum. Haec est, quae per Euam significatur quae per enigma accepit, ut mater viuere uocetur. Illa etenim mater viuendum vocata est etiam, postquam audiuit, Terra es, & in terram reuerteris, post transgressionem. Et mirum est quod post hanc transgressionem, magnum cognomen habuit. Et secundum sensum quidem, ab illa Eua omnis hominum generatio genita est in terra. Hic vero verè à Maria hac vita mundo genita est, ut viuentem gigneret. Et facta est Maria mater viuendum. Per enigma igitur Maria mater viuendum appellata est. Nam de duabus mulieribus dictum est, Quis dedit mulieri sapientiam, & scientiam variegandi? Nam prima sapiens est Eua, rex es vestes sensibiles, propter Adam quem denudauit: ipsi enim datus est hic labor, quoniam per ipsam nuditas in ueta est. Ipsi datum est amicum corpus sensibile, propter nuditatem sensibilem. Mariae vero datum est à Deo, ut pepererit nobis agnum & ouem, & ex gloria ipsius agni ac ouis, factum est nobis velut à vellere, in sapientia per virtutem ipsius, indumentum incorruptibilitatis. Sed & aliud de his cogitare admirabile est, de Eua, inquam, & Maria. Eua enim mortis causa facta est hominibus, per ipsam enim ingressa est mors in mundum. Maria vero causa vitae, per quam genita est nobis vita, & per hanc filius Dei accessit in mundum. Et vbi redundauit peccatum, ibi superabundauit gratia. Et vnde facta est mors, illinc processit vita, ut vita pro morte fieret: & qui mulierem per nobis vita factus est, mortem ex muliere inducendam excluderet. Et quando quidem illic quidem Eua dum adhuc Virgo esset, in transgressionem inobedientiae fuit, rursus per Virginem obedientiae gratiae facta est, annunciatu aduentu in carne de caelo, & vita aeterna. Illic enim dicit ad serpentem: Er inimicitiam ponam inter te & ipsam, & inter semen tuum & semen ipsius. Nusquam autem reperitur semen mulieris, verum secundum aenigma de Eua, accipitur inimicitia aduersus ea quae ab ipsa gignuntur, ipsius serpentis & diaboli qui in serpente fuit, & inuidia: proinde perfectissime non potest totum in ipsa impleri. Implebitur autem reuera in semine sancto, eximio, solo, quod à Maria solum inuentum est, & non ex coniugio viri. Hic enim venit ut tolleretur potestatem draconis, & obliqui serpentis fugientis, & totum terrarum orbem, se cepisse dicentis. Propterea adueniebat ex muliere vnigenitus ipse, ad tollendum serpentem, hoc est prauam doctrinam & corruptionem ac fraudem, errorumque ac iniquitatem. Hic est, qui verè aperuit vterum matris. Omnes enim quotquot geniti sunt primogeniti, quo etiam castius dicam, non fuerunt

Maria
prophetis-
sa.

Propheta
donum vir-
ginitatis.

Primoge-
niti appel-
latio.

tuerunt hoc implere, verum solus vnigenitus, qui virgineum vterum aperuit, in hoc enim solo perfectum est, & in alio nullo. Sed & ex ipsa argumenti tractatione videre est. De Maria enim accipitur dictio ipsa, & de Ecclesia hoc mihi dicendum erit. Propterea relinquit homo patrem suum & matrem suam, & adheret uxori suae, & erunt duo in carnem vnam. Sanctus autem Apostolus dicit: Mysterium hoc magnum est, ego autem dico in Christum & Ecclesiam. Et vide mihi Scripturarum exactam sinceritatem: quod de Adam quidem Formabit, dixit, de Eva vero non amplius Formata esse dixit, sed edificatam. Accepit enim, inquit, vnam de costis eius, & edificauit ipsi in uxorem: quo ostendat Dominum quidem de Maria efformasse sibi ipsi corpus, ab ipsa vero costa edificatam esse Ecclesiam, in eo quod punctum & apertum est ipsius latus, & mysteria sanguinis & aquae, preciosa redemptionis facta sunt. Atramen cognouit mariam Ioseph, non secundum cognitionem quandam vsus, non secundum cognitionem societatis: sed cognouit ipsam reuerendam & ex Deo honoratam. Non enim nouit ipsam eiusdem modi gloriae esse, donec vidit Dominum ex muliere genitum. Et hoc, Priusquam congressi essent ipsi, inuenta est in vtero habens: vt ne vnquam inualesceret sermo eorum, qui putant ex societate viri esse mysterium Dei dispensatum. Dicit enim, Priusquam hoc factum esset quod expectabatur, non est autem facta haec res. Est enim expectabatur Virgo Ioseph ad copulationem, quod neque fieri poterat propter senectutem: tamen praecipue Scriptura, & nobis suggerit, & cogitationem munit, quum ipsum argumentum diuini partus persuadere possit, vt non amplius accedat vir ad copulationem cum virgine. Sic etiam Angelus Ioseph persuasit, non esse eam opinionem quam ipse habebat. Simile est enim praedicto, Priusquam congressi essent ipsi: velut expectata res, non autem facta. Quum enim iustus esset, quaerebat non infamare ipsam, sed clanculum dimittere ipsam, vt qui prauus quidem fieret, si infamaret ipsam, non autem factus est, velut angelus docet, dicens: Ne metuas assumere Mariam uxorem tuam, quae nondum facta est vxor, & si in suspitione peccati apud te est. At neque sic est velut putas, & caetera. Statim enim consequenter dicit, Quod enim genitum est in ipsa: velut iam genitum esset. Rursus autem, Pariet filium, velut de futuro. Sic enim erat, verum ad fidem faciendam contigit praexclamatio. Sic etiam, Priusquam congressi essent: contenti sumus quod omnino non factum est. Et, Donec peperit filium suum primogenitum: eodem modo interpretari debes, propter miraculum cognitionis. Virginis apud Deum honoratae. Nec vero putet quis ex eo quod dicit, Priusquam congressi essent ipsi: quod postea congressi sunt, neque enim potest quis demonstrare aut iudicare, sed vt ostendat impollutam conceptionem Saluatoris, Scriptura hoc confirmat. Hoc igitur, Non cognouit ipsam: propter gloriam, Primogenitum vero, quoniam primogenitus est priusquam essent creaturae, & primogenitus inter multos fratres, iuxta Apostolum, non iuxta eum qui est a Maria, velut alij filij sint ex ipsa, sed inter eos qui digni facti sunt accipere per ipsum adoptionem in filios, quando filius ipsius fuit vere secundum carnem, vt ne apparentia esse putetur. Sed & primogenitus & filius ipsius Virginis, non quod ipsa alios filios, velut dixi, habeat, simile enim est hoc in primo ante aduentum. Qui enim vere primogenitus est Patris superni ante omnem creaturam, non ex eo quod alij post ipsum ex patre geniti sunt, primogenitus dicitur. Non enim est ipsi frater secundus, propterea quod est unigenitus. Sic etiam in aduentu in carne, filius & primogenitus est Mariae. At vnigenitus Mariae est, non habens secundum fratrem ab ipsa. Et cessant, qui contra seipsos machinantur nociua magis quam vtilia. Ne me admoneas, Qui honorat Dominum, honorat etiam sanctum. Qui vero ignominia afficit sanctum, ignominia afficit etiam ipsius Dominum. Sit Maria apud se sancta Virgo, sanctum vas. Nam haec, quae ad detrimentum spectant, nobis non profunt. Oportet autem nos reuerentius cogitare, vt ne elatam ceruicem acquiramus, aut dissensionem, aut vaniloquium. De omni enim ocio verbo rationem dabimus, velut scriptum est. De nobis ipsis curiosi sumus, nostras ipsorum res consideremus, ne ea quae nostra sunt, in sanctos reiiciamus, ne consideremus a nobis ipsis ea quae sanctorum sunt. Omnino enim quidam grassatores & ad libidinem conuersi, & corruptam opinionem in seipsis habentes, etiam sanctos pollucere volunt, ad honestam excusationem prauae ac infirmae suae opinionis. Ad quos dixit Apostolus, Vellem quidem omnes esse sicut me ipsum. Me ipsum vero quomodo dicit praeterquam propter castitatem? verum propter scortationes vniuersaeque suam uxorem habeat: subtractum est autem pronomen ipsum, habebat enim vim redarguentis ac retorquendi, poterat enim dicere, propter scortationes vestras. Detraxit itaque pronomen vestras, vt ne videretur in contumeliam quorundam hoc dixisse. Dicitur est autem in condemnatione quorundam, qui non volunt vacare Deo, post vitam secundum legem, & postquam honeste cognouerunt vas suum ad liberorum generationem. Sic etiam veteres patres nostri hac forma vsi sunt, velut etiam inuenimus alicubi dicere Scripturam, Rebecca autem ex vno concubitu habens: quum autem ex vno dixit, castius quidem exposuit, ostendit autem conceptionem iustam esse. Postquam enim habuit liberos, ostendit non amplius mulieri ipsum copulatum esse. Caeterum quando quidem facile & procliuiter est, ad praua potius conuerti mentem, quam ad necessaria, quam lubrica sit nostra humana rationatio, & non cito dirigat impetum suum ad rectam viam Domini, sed declinet nunc ad dextra, nunc ad sinistra: & grauiter impleat id quod apud Solomonem dictum est: Ne declines ad dextra, neque ad sinistra: & rursus aliter vertatur nostra malicia circa easdem cogitationes, & impellat nostram modestiam rursus ad alias vias pergere, cauti igitur, simus, ne forte hoc ipsum quod abudanti? Virginem laudamus, fiat alicui in aliud offediculum imaginationis. Qui enim in filium blasphemus sunt, quemadmodum supra a me ostensum est, natura ipsi ab alio

Vellem omnes esse sicut me ipsum, quomodo accipiendum.

nare a patris deitate conati sunt. Alij vero rursus aliter sentientes, nimirum velut amplius honorare progressi, eundem esse Patrem dixerunt, & eundem filium & eundem spiritum sanctum. Est autem vtrisque partibus incurabilis plaga. Sic etiam de sancta hac & beata semper Virgine, aliqui quidem contumelia afficere ipsam ausi sunt velut copulatae carni post maximam illam & sinceram Domini dispensationem aduentus ipsius in carne, & est hoc impientissimum ac flagitiosissimum. Quemadmodum autem dicimus nos hoc audiuisset, quosdam ita ausos fuisse, vt facillime seipsos proiecerint in peccatum, sic admirati sumus, quum aliud rursus audiuisset, alios nimirum rursus ita desipere, vt in tractatione de ipsa sancta semper Virgine, pro Deo hanc introducere studuerint, & adhuc studeant, & furor quodam ac mentia ducantur. Narrat enim quod quaedam mulieres illic in Arabia a partibus Thracae, hanc vanitatem inuenerunt, vt in nomen sanctae virginis vltra modum quid tentent aggredi, nephario ac blasphemio negotio: & in nomen ipsius sacra celebrent per mulieres, quod totum impium est ac nepharium, alienum ad praedicationem sancti spiritus: vt sit totum diabolicum opus, & spiritus in mundi doctrina. Impletur enim & in his hoc, Deficient quidam a sana doctrina, attendentes fabulis, & doctrinis demoniorum. Erunt enim, inquit, mortuis cultum diuinum praestantes, quemadmodum etiam in Israel coluerunt. Et sanctorum iuxta tempus in Deum gloria facta est alijs non videntibus veritatem in errore. Nam in Sicilia, hoc est in Neapoli nunc appellata, indigenae sacrificium faciunt in nomen puella, nimirum ex occasione filiae Iepthae, quae aliquando oblata est Deo in sacrificium, & deceptis factum est hoc in detrimentum idolatriae & vani cultus. Sed & filiam Pharaonis, quae honorauit seruum Dei Moysen, sustulitque ac educavit, propter celebritatem tunc pueri, vltra decorum honorauerunt Aegyptij pro Deo, atque hoc in malam traditionem stolidis demandarunt ad superstitionis religionem. Et adorant Thermurim filiam Amenoph filij Pharaonis, quoniam educavit, velut dixi, Moysen. Et multa talia ac similia facta sunt in mundo ad seductionem deceptorum: non quod sancti sint causa offendiculi quibusdam, verum quod cogitatio hominum non quiescit, sed ad praua eueritur. Sive enim mortua est sancta Virgo & sepulta, in honore ipsius dormitio, & in castitate mors, & in virginitate corona: siue sublata est, velut scriptum est, Animam ipsius pertransibit gladius, inter martyres est ipsius gloria, & in laudibus sanctum ipsius corpus, per quam lux exorta est mundo siue mansit, nam non est impossibile Deo omnia facere quae vult, finis enim ipsius nemini notus est: non conuenit colere sanctos vltra decorum, sed honorare ipsorum Dominum. Cesset itaque error deceptorum. Neque enim Deus est Maria, neque de caelo corpus habet, sed ex conceptione viri, & mulieris, secundum promissionem verbum velut Isaac disposita. Et nemo in nomen huius offerat, suam enim animam perdit: neque rursus debacchetur, contumelia afficiens sanctam virginem, absit enim, non fuit copulata carni post partum, neque ante partum Saluatoris. Et haec quidem exigua nobiscum considerauimus, ac scriptissimus volentibus discere Scripturae veritatem, & non frustra in saltare sermonibus, & blasphemam quandam sibi ipsis exarmare linguam. Si vero non volunt quidam tolerare neque vtilia suscipere, sed potius contraria etiam a nobis vilius dicendum erit: Qui audit, audiat: & qui inobediens est, inobediens sit: neque Apollis laborem exhibeat, neque nobis amplius. Quae enim nouimus magis pia & vtilia Ecclesiae de sancta Virgine diximus, patrocinantes per omnia gratiosae, velut Gabriel dixit, Aue gratiosa, Dominus tecum. Si vero Dominus cum ipsa, quomodo erit in alio coniugio, quomodo carni miscbitur, quae a Domino custoditur: Sancti sunt in honore, qui es ipsorum in gloria: profectio ipsorum hinc, in perfectione: fors ipsorum in beatitudine, in mansuetudine sanctis, tripudium cum Angelis, diuina in caelo, conuersatio in diuinis Scripturis, gloria in honore incomparabili ac perpetuo, braua in Christo Iesu Domino nostro, per quem & cum quo gloria Patri cum sancto spiritu, in saecula saeculorum. Amen. Salutant vos omnes fratres. Salutem autem, & ipsi omnes apud vos fratres fideles orthodoxos, qui odio habent superbiam, qui auersantur societatem Arianorum, & negas Sabellianorum: colunt autem coessentialem Trinitatem, Patrem & Filium ac sanctum spiritum, tres substantias, vnam essentiam & vnam deitatem, & in summa vnam glorificationem, & qui non errant circa Saluatoris nostri, scilicet iustitiam dispensationem & aduentum in carne, sed credunt perfectum Christum in carnationem, perfectum Deum, eundem perfectum hominem, citra peccatum: non duos esse, sed vnum Dominum, vnum Deum, unum regem, vnum pontificem, Deum & hominem, hominem & Deum: non duos, sed vnum cunctum, non in confusionem, neque in interitum ac obliuionem, sed ad magnam gratiae dispensationem. Valete. At vero epistola exemplari contenti, quod probe se aduersus hos opponit, haec tenet: sufficere haec putamus. Et quum haec haesim in Deo transgressi sumus, velut reptile ex caeuerna prospectans, per sapientem Dei doctrinam ac potentiam, quae velut styracis fragrantiam de se spirat in mundo: & per eum qui ex Maria lux exortus est mundo redarguerimus, & malum venenum serpentinae ipsorum prauitatis ostenderimus: ad alias rursus pergamus, quorum opus in Deo absoluamus.

Contra Collyridianos Mariae offerentes, haeresim. LXXIX.

Consequenter post hanc ad samam peruenit haeresis, de qua iam mentionem fecimus in praecedente per epistolam in Arabiam scriptam, de Maria tractatam. Sed haec & haeresis rursus in Arabia a Thracae & superioribus Scythiae partibus emicuit, & ad aures peruenit, quae sanae & ipsa ridicula est: ac ludi

Ma: iapro Deo habita. Homines pro Diis culti.

Extremi-
tates aqua-
litate,
P. ouer-
bium.

Mulieres
non sacri-
ficant.

Mulieres
ne fungan-
tur mini-
sterijs in
Ecclesia
publicis.
Discipuli
domini.

Mulierum
in Ecclesia
siastica bonæ
constitutionis,
valde scienti-
ficæ munitus
sit, in mensura
regula. Quapropter
neq; per-
minimè
mittit diuina
Scriptura mulieri,
vt in Ecclesia lo-
quatur, neque vt
viro dominetur.
Et multa possunt
hoc dici. Obseruandum
est autè, quod diaconi-
ssis solum in digno
ecclesiasticus ordo,
vniuersæque eas
diaconissæ
nominant; & ex his
adhuc seniores,
aniculas, nupquã
autè presbyteras
aut sacrificulas
constituit. Ne-
neque

ac ludibrij plena apud prudentes reperitur. Incipiemus autem de ipsa tractare, & opiniones ipsius recensere: soliditatis enim potius condemnationem incurret, quam vt aliquid sapientiæ in ipsa esse iudicetur: quemadmodum etiam alia similes huic fuerunt. Sicut enim supra per contumeliam in Mariam, hi qui hæc opinati videntur, nocuas opiniones in cogitationes hominum seminant: sic etiam hi ad alteram partem inclinantes, in summo detrimento deprehenduntur: quo illud quod apud exteros quoddam philosophos celebre est, dum dicunt, Extremitates æqualitates, etiam in ipsis impleatur. Aequale est enim in vtriusque his factis detrimentum, quum illi quidem vilipendant sanctam Virginem, hi verò rursus vltra decorum glorificent. Hi enim qui hoc docent, qui sunt præterquam mulieres: Muliebre enim genus lubricum est, erroneumque ac intellectu humili præditum: etenim & ipsi diabolo visum est hoc à mulieribus euomere. Quemadmodum enim supra apud Quintillam & Maximilliam ac Priscillam ridicula sunt dogmata, sic etiam hic. Quædam enim mulieres currum quendam, sive sellam, quadratam ornantes, ex passo super ipsum linteum, in die quadam illustri anni per aliquot dies panem proponunt, & offerunt in nomen Mariæ. Omnes autem pane participant, velut in epistola in Arabiam à me scripta ex parte differuimus. Nunc autem clarè de ipsa dicemus, & confutationes contra ipsam pro viribus Deum inuocantes, apposituri sumus: quo huius simulacrificæ hæresis radicibus excisis, à quibusdam talem rabiem exoluere in Deo possumus. Age igitur, virilem animum induamus, & harum mulierum insaniam dissipemus. Torum enim hoc, mulieris opinio est, & Eux rursus deceptæ morbus, in dæmonio serpentis, bestia illius iratiua, & quæ loquuta est in ipsa, est hæc erroris promissio, nihil in medium afferens, neque promissa perficiens: sed solum mortem efficiens, ea quæ non sunt, velut quæ sint nominans, & per visum ligni in obedientiam faciens, & aperiens ab ipsa veritate, & vt ad multa se conuerteret. Aestimare autem licet qualia impostorille seminavit, dum ait, Eritis sicut dii. Sic & harum opinio per prædictæ bestia elationem impulsâ est. Nam in hac natura rursus mortem operatur, velut sæpe dixi. Primum equidem statim consideremus ab æterno usque in hunc diem, cui non manifestum est, quod dæmoniorum est doctrina & forma & abalienata aggressio: Deo enim ab æterno nullatenus mulier sacrificauit: non ipsa Eua, & quidè in transgressione constituta. At non ausa fuit amplius talem impiam aggressionem perficere, non vna ex ipsius filiabus, & quidem quum Abel statim sacrificauerit Deo: & Cain obtulerit sacrificium coram Domino, sed non acceptum: & Enoch complauerit Deo, ac translatus sit: & Noe obtulerit ex reliquiis quæ supererant ex arca, gratas oblationes Domino. Abrahæ autem iustus sacrificat Deo, & Melchisedec sacerdos Dei altissimi, & Isaac Deo complacens reperitur. Et Iacob pro viribus obtulit in lapide, de lenticula, affuso oleo. Filij verò huius, Leuis quidem ex ordine sacerdotum suscepisse reperitur. Ex ipsius autem genere sunt, qui sacerdotalem ordinem susceperunt, Moses inquam, Propheta & Hierophantor, Aaron item & filij ipsius, Eleazarque & Phinees, & Ithamar huius nepos. Et quid opus est me recensere multitudinem eorum qui Deo sacrificauerunt in veteri Testamento? Sic Achitob sacrificare reperitur, & Coritæ & Gersonitæ, & Meratitæ, quibus Leuiticus ordo demandatus fuit. Et domus Eli, & qui post ipsum de cognatione eius in domo Abimelech & Abiathar, Chelciasque ac Buzi, & que ad Iesum sacerdotem magnum, Esdramque sacerdotem & alios, & nupquam mulier sacrificauit, aut sacerdotio functa est. Deueniam autem & ad nouum Testamentum. Si mulieribus præceptum esset sacrificare Deo, aut regulare quicquam operari in Ecclesia, oportebat magis ipsam Mariam sacrificium perficere in nouo Testamento, quæ digna facta est suscipere in propriis similibus vniuersorum regem Deum, celestem filium Dei: cuius vterus templum factum est ac domicilium ad Dominum in carne dispensationem, per Dei benignitatem, & admirandum mysterium præparatus est. At non complacuit. Sed neque baptisma dare conceditum est, alioqui potuisset Christus ab ipsa baptizari potius, quam à Ioanne. At Ioannes quidem filius Zaccharie in deserto perfecit baptisma remissionis peccatorum sibi conceditum habens. Pater vero huius Deo sacrificabat, & in tempore suffragis visionem vidit. Petrus item & Andreas, Iacobus & Ioannes, Philippus & Bartholomæus, Thomas & Mattheus, & Iacobus Alphæi, & Iudas Iacobi, & Simôn Cananæus, & Mathias qui in complementum duodecim electus est: hi omnes electi sunt Apostoli, sacrificantes per terram Euangelium vnâ cum Paulo & Barnaba ac reliquis, & mysteriorum duces cum Iacobo fratre Domini & primo episcopo Hierosolymorum. A quo episcopo & prædictis Apostolis constituta sunt successiones episcoporum, & presbyterorum in domo Dei: & nupquam mulier inter hos constituta est. Fuerunt autem, inquit, quatuor filia Philippo Euangelistæ prophetantes, non tamen sacrificantes. Et erat Anna prophetissa filia Phanuelis, sed non sacrificium conceditum habuit. Oportebat enim impleri hoc, Prophetabunt filij vestri & filia vestra, & iuuenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somniant. Et ministratum quidem diaconissarum appellatarum ordo est in ecclesia, sed non ad sacrificandum, neque vt quicquam aggredi permittantur, verum reuerentiæ gratia muliebris generis, aut propter horum balnei, aut visitationis affectiois, aut laboris. Et quando nudatum fuerit corpus mulieris, vt ne à viris sacrificantibus conspiciatur, sed à ministrante muliere, cui præcipitur à sacerdote vt curam gereat ad tepus indigentis mulieris, in tempore de nudationis corporis ipsius, ita vt ordo bonæ disciplinae & ecclesie siastica bonæ constitutionis, valde scientiæ munitus sit, in mensura regula. Quapropter neque perminimè mittit diuina Scriptura mulieri, vt in Ecclesia loquatur, neque vt viro dominetur. Et multa possunt hoc dici. Obseruandum est autè, quod diaconissis solum in digno ecclesiasticus ordo, vniuersæque eas diaconissæ nominant; & ex his adhuc seniores, aniculas, nupquã autè presbyteras aut sacrificulas constituit. Neque

Imagines
damnatae.

Sententia
adorandi.

Historia
Mariæ.

Futura
vel præ-
terita
Prophetarum
narrant.

neque diaconis in Ecclesia conceditum est, vt aliquod mysterium perficiant, sed solum vt administret & exequantur commissa. Vnde verò nobis rursus hæc noua fabula excitata est: Vnde mulierum factus & in sania mulieribus: Vnde nutrita malicia, rursus per foeminam nobis: foemineam opinionem mentibus infundens, suam voluptatem operans, à proposito decedere miseram hominum naturam cogere conatur? Caterum suscipiamus animum ipsius Iob, firmitatem Athletæ illius, armemur iusta response in labia assumpta. Dicamus & ipsi, velut vna ex stolidis mulieribus loquuta es: vnde enim non stolidum hoc apparet, omni prudentiam habenti, eamque per Deum adeptam? Vnde non est simulacrificum hoc studium, & diabolicus conatus? Prætextu enim iusticiæ semper subiens hominum mentem diabolus, mortalem naturam in hominum oculis deificans, statuas humanas imagines præ se ferens per artium varietatem exprimit. Et mortui quidè sunt, qui adorantur, ipsorum verò imagines, quæ nunquam vixerunt: neque enim mortuæ esse possunt, quæ nunquam vixerunt adorandas introductæ adulterante mente ab vno & solo Deo: velut cõmune scortum ad multam multiplicis coitus absurditatem irritatum, & quod temperantiam legitimi coniugij vnus viri detriuit. Reuera sanctum erat corpus Mariæ, non tamen Deus. Reuera virgo erat ipsa virgo & honorata, sed non ad adorationem nobis data, sed ipsa adorans eum, & ipsa, carne genitus est, de cælis verò ex sinibus paternis accessit. Et propterea Euangelium munit nos, dicens quod ipse Dominus dixerit, Quid mihi & tibi curæ est mulier? nondum venit hora mea. Quo non putarent aliqui magis eximiam esse sanctam virginem, mulierem eam appellauit: velut prophetas, quæ futura essent in terra, sectarum ac hæreseon gratia: vt ne aliqui nimium admirati sanctam, in hanc hæresim eiusque deliramenta dilabatur. Est enim ludibrium tota res, & anicularum fabula, vt ita dicam, tota hæresis tractatio. Quæ verò Scriptura de hoc narrat? Quis Prophetarum præcepit hominem adorari, nedum mulierem? Eximium equidem est vas, sed mulier, & nihil à natura immutata: verum & intellectu & sensu in honore honorata, velut corpora sanctorum, & si quid amplius ad glorificationem dixerim, sicut Helias ex matre virgo, & sic manens in perpetuum, & translatus, & mortem non conspicatus, sicut Ioannes qui super pectus Domini recubuit, quem diligebat Iesus, sicut Thecla sancta. Er Maria adhuc honoratior hæc est, propter dispensationem mysterij qua digna facta est. Sed neque Helias adorandus est, etiam si in viuis sit: neque Ioannes adorandus, quanquam per preces suas proprias dormitionem suam admirandam effecerit. imò potius ex Deo gratiam acceperit. Sed neque Thecla, neque quisquam sanctus adoratur. Non enim dominabitur nobis antiquus error, vt relinquamus viuentem, & adoremus ea quæ ab ipso facta sunt. Coluerunt enim & adorant creaturam præter creatorem, & stulti facta sunt. Si enim angelos adorari non vult, quanto magis eam quæ genita est ab Anna, quæ ex Ioachim donata est Anna, quæ per preces & omnem diligentiam, secundum promissionem patri ac matri data est, non tamen aliter genita est præter hominum naturam, sed sicut omnes ex semine viri & vtero mulieris. Tametsi enim historia Mariæ & traditiones habent, quod dictum est patri ipsius Ioachim in deserto, Vxor tua concepit, tamen non quod si ne coniugio hoc factum, neque sine semine viri, sed futurum Angelus missus præuaticinatus est, vt ne qua hæsitatio fieret propter id quod in veritate factum est, & iam ex Deo ordinatum, & iusto promissum. Et vndique videmus Scripturas sic narrantes. Esaias enim prædicit de futuris in filium Dei implendis: Ecce virgo in vtero habebit & pariet filium, & vocabunt nomen ipsius Emanuel. Et quoniam virgo erat quæ genuit, & Deus nobiscum iuxta interpretationem in muliere conceptus: quo ne in suspicionis dubitatione esset veritas apud Prophetam, vidit in visione, & narrat ex spiritu sancto coactus Propheta, & dicit, Et ingressus est ad Prophetissam: narrans de Gabrielis euangelicæ boni nuncij ingressu, qui missus est à Deo vt exponeret vni geniti filij Dei ingressum in mundum, & natiuitatem ex Maria. Et in vtero concepit, inquit, & peperit filium. Et dixit Dominus ad me, Voca nomen eius, cirò spolia, confestim de prædare, & cætera. Priusquam nouit puer vocare patrem & matrem, capiet vim Damasci, & spolia Samaria, & cætera. Et hæc omnia nõdum erant perfecta, futura enim erant in filio Dei, & implenda post mille et sexcentos plus minus annos. Et futura post tot generationes, velut iam facta videbat Propheta. Ergo nugæ erant? absit. sed cautè quod à Deo dispensatum fuit, velut iam perfectum prædicabatur, vt ne fides veritati non haberetur, vt ne in dubitationem veniret in suspicionem Prophetæ tam admirandum ac stupendum mysterium, quod futurum erat. Aut non vides ipsam prædicationem quæ subsequitur, quo dicit ipse sanctus Esaias: Si cut ouis ad cædom ductus est, et velut agnus coram tondeute ipsum innotuit, hic non aperiebat os suum. Generationem verò ipsius quis enarrabit, quia tollitur de terra vita ipsius? Et dabo malos pro sepultura ipsius & cætera. Et vide quomodo prima velut posteriora narrat, & posteriora velut facta interpretatur, dū dixit, Sicut ouis ad cædem ductus est: præteritū esse dicit. Nõ enim dixit, dū dicitur, et nondū erat ductus, qui ab Esaiâ prædicabatur. Dicebatur autè à Propheta velut iam facta res. Nam mysticus Dei ductus transilij non poterat. Ex ipso verò procedens, non amplius velut facta dixit, vt ne rursus errorem efficeret: sed inquit, Tollitur de terra vita ipsius. Ex duabus autem sententiis ostendit veritatem: nam ductus iam perfectum erat: & tollitur, postea implebatur: quo ex eo quod factum esset, intelligeres veritatem, & promissionis Dei firmitatem: ex futuro verò, tempus coniecturas reuelandorum mysteriorum. Sic etiam de Maria Angelus prædicabat id, quod futurum erat. Ingressus est pater huius in domum suam, vt à Deo acciperet id, quod per preces patris ac matris petiitum erat, nempe, Vxor tua concepit in vtero: quo firmiter perficeret cogitationem fidelis in promissione: hoc verò factum est quibusdam in errorem. Impossibile enim aliq̄ in terra generari præter hominum naturam. Solum enim ipsum decurrit, soli ipsi natura cessit, hic velut plastes & rei potestatem habens, seipsum de Virgine velut de terra efformauit, qui de cælis descendit

& carnem induit Deus Verbum ex sancta Virgine: non tamen ut adoretur virgo, neque ut Deum hanc efficeret, non ut in nomen ipsius offeramus, non ut post tot secula mulieres sacerdotes ac sacrificulas ostenderet. Non coplacuit hoc Deo in Salomone fieri, non in Maria. Non permisit ipsi dare baptisma non benedicere discipulos, non imperare in terra iussit, sed & solam ipsam sanctificationem esse, dignam factam esse regno ipsius: Non appellat matrem Ruffi, nos his quae sequuntur sunt ipsum a Galilaea, non Marthae sorori Lazari & Mariae, non alicui ex sanctis mulieribus quae digna facta sunt praesentia ipsius saluari, & subministrantur ipsi ex propriis suis bonis, non mulieri Chananitidi, non de sanguinis profuio laboranti ac Satanae, non vili alicui mulieri in terra hanc dignitatem demandavit. Vnde igitur rursus nobis rotundus & in orbem se gyrans draco? Vnde renouantur ob aliqua illa consilia? Sit in honore Maria. Pater & Filius & Spiritus sanctus adoretur. Mariam nemo adoret, non dico mulierem imò neque virum. Deo debetur hoc mysterium. Neque Angeli capiunt talem glorificationem. Delectatur quae male scripta sunt in corde deceptorum. Tollatur ex oculis cupiditas ligni. Conuertatur rursus figmentum ad Dominum, Reuereatur Euacum Adam ut Deum colat solum, ne ducatur serpentis voce, sed permaneat in Dei praeecepto, Ne comedas de ligno. Et erat lignum non error, sed per ipsum lignum facta est inobedientia erroris. Ne comedat quis de errore, qui est propter sanctam Mariam. Nam etsi pulchrum est lignum, sed tamen non ad cibum. Et si pulcherrima est Maria & sancta & honorata, at non ad adorationem. Haec verò rursus renouant fortunam mixturam, & praeparant diabolo, & non Deo mensam, velut scriptum est. Et pascentur cibo impietatis, velut dicit diuina Scriptura, & foeminae terunt pollinem, & filii colligunt ligna, ut faciant placentas oleo subactes exercitui caeli. Compescantur à Hieremia tales mulieres, & ne turbent orbem terrarum. Ne dicant, honoramus reginam caeli, nouit enim Taphnas has punire. Nouerunt loci horum edificiorum corpora fuscipere ad putrefactionem. Ne credas Israel mulieri, Resulta à mala mulieris consilio, Mulier enim perficiosa virorum animas corripit. Huius enim pedes ducunt videntes post mortem in infernum. Ne attendas prauam mulierem. Mel enim distillat à labiis mulieris meretricis, quod ad tempus lenit guttur tuum, postea tamen amarius felle reperies, & magis acutum quam anceps gladius. Ne credas huic mulieri prauae. Omnis enim haec est praua mulier, amplius verò mulierum haec est haec, & ea quae est eius qui primam mulierem decepit. Honoretur mater nostra Eua velut à Deo formata, ne audiatur autem, ut ne persuadeat filios, ut edant de ligno, & transgrediantur mandatum, penitentiam verò agat etiam ipsa à vaniloquio, conuertetur pudefacta & foliis ficus amicta. Consideret autem seipsum etiam Adam, & non amplius ipsi credat. Nam erroris persuasio, & mulieris ad contrarium consilium mortem proprio coniugi efficit, & non solum, sed etiam filii. Subuerit figmentum Eua per transgressionem, irritata per vocem ac promissionem serpentis, seducta ex praedicatione, & ad aliam sententiam progressa. Quapropter omnium Dominus & Saluator volens curare morbum, & edificare subuersum, & corrigere imminutum, quadoquidem à muliere mors in mundum venit, ex muliere virgine ipse genitus est: quo mortem concluderet, & defectum exleret & imminutum perficeret. Reuertitur autem nobis rursus malicia ut defectum in mundum producat. Sed neque iuuenes neque senes credunt mulieri, propter temperantiam ab initio. Non ludificat Aegyptia castum Ioseph, neque euerit, & quidem per multas artes astuto consilio erga adolescentem vsa. At non ludificatur homo, qui ex Spiritu sancto prudentiam accepit, non dissipat castitatem, ut ne nobilitatem vilipendat, relinquit amiculum, & corpus non perdit, fugit è loco, ut ne cadat in laqueum: ad tempus punitur, sed in aeternum regnat. In carcerem conicitur, sed praestat in carcere manere, & in agulo sub dio, quam cum vxore pugnae & loquace. Et quam multa dicere possem? Siue enim velut ipsam adorantes Mariam, ipsi offerunt collyridem siue placentam vanam ista mulieres: siue pro ipsa offerre conantur praedictam hanc putidam oblationem, tota res stolida est & aliena & ex demonum motu fraus & impostura. Quo verò non longius extendam sermonem, sufficient nobis relata. Maria in honore sit. Dominus adoretur. Iusti enim nemini exhibent errorem. Deum malis non tentatur. Et tentat etiam ipse neminem, neque serui ipsius ad deceptionem. Vnusquisque verò tentatur ex propria concupiscentia attractus & inescatus. Deinde cupiditas parit peccatum, peccatum autem perfectum parit mortem. Ceterum quum de omnibus his haec sufficere o charissimi putemus, et hanc ut ita dicam, cantharidem, forma quidem auricolorem, alata verò ac volantem, venenumque ciaculantem, et virus in seipsam habentem, per doctrinam veritatis contriuerimus, adynam illam, quae adhuc restat, pergamus, Deum inuocantes, ut opituletur nobis, quo veritatis partes inuestigemus, et contra aduersarios confutationem perfectam efficiamus.

Maria quomodo honoranda

Fortuna mixtura

Mulierum malicia

Malicia defectum in mundum prouehit

Massalianorum & Martyrianorum haeresis 80.

Massaliani Euphemite

Contra Massalianos quibus coniunguntur Martyriani, ex Graecis existentes, & Euphemite ac Satiani, haeresim. LXXX.

Satiari non potest impudentia, neque repleti insipientia, verum ad omnia expandit suam cogitationem, et hians os habet, ut Adam et Noe, somnia corrumpat, diuersimodè deterens temperantiam et scortationis studium multiformiter iniuria affectis subleminans. Nam post has haereses, rursus, sicut quaedam & insipientia plena exorta est, ridicula tota, instabilitatem habens opinionem, & viris & mulierculis deceptis. Massaliani autem hi appellantur, quos precatores interpretatis fuerunt autem ante aliquod tempus, à temporibus Constantii & hucusque. Alii verò sunt rursus Euphemite siue Massaliani appellati, & fortassis etiam haec haeresis imitatoriam illius amulationem habuit. Verum illi quidem ex Graecis originem traherant, neque Iudaismo additi, neque Christiani existentes, neque

ex Samaritis, sed solum Graeci videlicet, & Deos quidem dicentes, nullum verò adorantes, sed vni soli adorationem tribuentes, & ipsum omnipotentem appellantes. Construxerunt autem hi sibi ipsi domos quasdam aut locos amplos instar fororum, & adoratoria ipsa vocauerunt. Et fuerunt quidam antiquiorum orationum loci, tum inter Iudaeos extra ciuitatem, tum inter Samaritas, velut etiam in actibus Apostolorum inuenimus, ubi purpurarum venditrix Lydia Paulo occurrit, & sic quoque diuina Scriptura narrat: quod videbatur locus orationis esse. & accesserunt ac docuerunt Apostoli mulieres, quae illo tempore conuenerant. Sed orationis locus est in Sicimis, quae nunc appellatur Neapolis, extra urbem, in campestri regio ne duorum ferme signorum distantia, speciem theatri praeseferens, in aere & subdio, constructus à Samaritis, qui omnia Iudaeorum imitantur. Isti verò priores Massaliani à Graecis orti, qui ante eos, qui nunc sunt ex nomine Christi exorti, fuerunt: etiam ipsi in quibusdam regionibus talia dam loca construxerunt, adoratoria & precatoria appellantes. In altis verò locis etiam natura Ecclesias ad similitudinem sibi ipsi fecerunt, & ad vesperam & mane, multis lucernis ac luminibus incensis congregantur, & diu ac per longum tempus lectiones quasdam per doctos suos, & laudes quasdam in Deum facientes, velut per lectiones ac laudes Deum placentes, seipso decipiunt. Ceterum ignorantia caeca existens, omnia haec per opinionis exultationem seductis illis efficit. Fulmine autem icta est ante tempus aliquod una quaedam eiusmodi structura, haud scio in quo loco, fortassis autè in Phoenice hoc audiimus. Sed & pricipes quidam aemulatores pietatis multos ex his occiderunt eo quod adulterant veritatem, & imitentur Ecclesiae mores, quum non sint Christiani, neque ex Iudaeis orti. Arbitror autem Luppicianum pretorem vnum fuisse, qui eosdem Euphemitas Graecorum supplicio affecit, Ex qua occasione exortus est ipsius alius error. Quidam enim accepta corpora tunc occisorum propter talem Graecanicam iniquitatem, sepelierunt in quibusdam locis, & illic rursus eisdem laudes perficiunt, & Martyrianos seipso cognominauerunt, nimirum propter eos qui pro idolis martyrium subiuerunt. Alii porò rursus ex his adhuc profundius quiddam cogitantes, velut pro stultitia sua, consiliario intelligentia sua vsi dixerunt, Satanam magnus est & fortior, & multa hominibus mala facit. Cur non potius ad huc confugimus, & ipsum adoramus, ipsumque honoramus, & ipsi laudes dicimus, quo propter blandum cultum non faciat nobis mala, sed nobis, ut qui serui ipsius sumus facti, parcat: atque sic etiam hi Satianios seipso cognominauerunt. Horum verò haeresim sic simul composuimus cum praedictis de quibus nunc dicturi sumus, nam aequaliter sub ditto progressi, & à veritate digressi, precibus ac hymnis vacauerunt. Verum omnia quidem haec ridicula & innoxia erant, & mentè à veritate abducere non poterant. Non enim in Christi nomen esse dicebantur, sed in totum Graeci. Nunc verò ab illis primis sunt hi, qui nunc vocantur Massaliani, quorum neque principium, neque finis, neque caput, neque radix: sed per omnia sunt sine fulcro, & sine principe, ac seducti, non habentes omnino fulcrum nominis, aut statuti, aut ritus, aut legislationis. Videntur itaque hi simul viri & mulieres, nimirum in Christum se credere dicentes, velut qui renunciauerint mundo, & de propriis bonis secesserint. Simul autem permixti viri cum mulieribus, & mulieres cum viris in eodem loco dormiunt, in vicis & plebis aetatis tempore eo quod non habent possessionem, ut, inquit, in terra. Non sunt autem impediti, & extendunt manus, ac petunt, velut victi carentes & nihil possidentes, verba verò ipsorum similia sunt sermonibus insipientium. Quaecumque autem ex ipsis interrogaueris, is illum seipsum esse dicit, quaecumque tamen volueris. Siue enim Prophetam dixeris, dicit, sum Propheta: siue Christum nominaueris, dicit, sum Christus: siue patriarcham, eodem nomine seipsum impudenter nominat: siue angelum, etiam seipsum sic vocat. Et in summa, o hominum vanitatem, ieiunium omnino ignorant, sed vel orationibus vacantes, et ab hora secunda aut tertia, aut etiam nocte si famem perceperint, omnia intrepidè operantur cedentes ac bibentes. Ceterum de turpitudine aut libidine non valde possum scire, veruntamen neque ab hac absunt, praesertim quum simul in communi dormiant viri ac mulieres. Hi verò etiam in Antiochia sunt à Mesopotamia digressi. Habuerunt autem noxiam hanc opinionem ex immodestia simplicitatis quorundam fratrum. Quidam enim ex nostris fratribus et orthodoxis, non cognoscentes mensuram conuersationis vitae in Christo, quae praecipit renunciare mundo, possessionibusque propriis, et à pecuniis alienum esse, venderetque sua, et dare pauperibus: accipere verò crucem, et sequi in veritate non ociosum, neque sine operatione, neque intempesiue cibum capientem, neque hunc alieno labore partum, velut vespa cum apibus solet, verum operari propriis manibus, quemadmodum etiam sanctus Apostolus Paulus mundo renunciauit, praeco existens veritatis. Cuius manus non solum sibi ipsi sufficiebant, sed etiam his qui cum ipso erant, non quod illi fuerint ociosi, sed simul affuerunt ipsi in operatione, velut alicubi gloriatur, ac manifestissime docet, dicens: Qui non laborat, neque edat: quidam, inquam, ex praedictis fratribus velut à Mane edocti fortassis, ut ita dicam, eo qui à Perfide ascendit, docuerunt quaedam quae non oportebat sic esse verum potius considerare decebat tales, quae praecipit diuinus sermo his, qui nihil operantur. Seduxit enim quorundam opinionem sermo à Salvatore dictus: Operemini non cibum qui perit, sed qui manet in vitam aeternam. Arbitrantur autem eum, qui perit esse honestam operationem, cuius laborem habemus ad iusticiam, quae sanè implebatur in Abraa per vitulum: & in labore viduae per Heliam: & in operatione ipsius Iob, per filios ac seruos & iumenta ac possessiones: & in omnibus Dei seruis, qui ad iusticiam laborant propriis manibus, ad imperitiam etiam indigentibus. Quemadmodum etiam in singulis monasteriis tum in Aegyptiorum regione, tum in aliis omnibus sic laborant ad iusticiam, velut apis, in manibus quidem habens ceram opificii, ore verò guttas mellis, cum propria hymnifera voce, vniuersorum Dominum iuxta proprium sensum laudat, velut Solomon testatur: quod Sapientiam honorans producta est. Sic etiam serui Dei, qui

Adorato- riarum fuerint.

Sicima, Neapolis

Massaliani vnde orti.

Luppicianus pretor.

Martyriani.

Satiani.

Vita Christiana renunciationis ratio.

Cibus qui perit, quis sit.

Monasteria laborantibus suis manibus.

verè in firma veritatis petra fundati sunt, & domum suam securè edificant, propriis manibus tenues suas operationes operantur iuxta vniuscuiusque artem: in ore verb omnem fermè diuinam Scripturà annunciant, citràque fatigationem & impigrè frequètes agunt vigiliis, partim in orationibus, partim in Psalmodiis. Perpetuò autem conuentus ex more statuto ordinatos faciunt, versanturque interdum semper assiduis iuxta interuallum horis, preces ad Deum irreprehensibiliter cum multa humilitate, & doloroso ciulatu sursum emittens. Et propriis manibus, velut dixi, operantur, vñ cum spiritali operatione, vt ne egentes fiant, & in simulationes humanas incidant, ita vt non amplius impio veritatem dicere possint, neque extra sordes esse hominum iniustorum diuitum & circumuentium pauperes, neque extra cibos horum esse, quum non possint ex iustis laboribus quotidianum habere alimentum, sed cogantur propter ocii egestatem mensè diuitum participes fieri. Quapropter præcepit diuina Scriptura, Ne cupias cibos diuitum, hi enim hærent ex vite mendacis: & rursus in alio loco dicit, Quod oportet tales sibiipsis parare: si verò infatibilior es, ne concupiscas ipsorum cibos. Hac enim parte gloriam repererunt pueri in Babylone, qui abnegauerunt mensam regis, & maluerunt feminibus contenti esse, quàm mensa frui: & cibis ac pecuniis gloriæ renunciauerunt. Sic Moses maluit coassilgi cum populo Dei, quàm frui thesauris in Aegypto, operans autem propriis manibus, adeptus est prophetiam. Ouium enim hic pastor constitutus fuit, generosus ille & filius filiarum regis, vt ne ociosum ederet panem. Sic etiam docet pater noster Iacob, dicens ad Laban, Da mihi quod ago, vt labore acquiram proprium panem: & ipsi rursus pastura pecoris demandata est à proprio socero, vt ne ociosum panem edant iusti. At verò Apostolis dictum est, vt contenti sint prædicatione verbi, vt ne occupati sint iter facientes à ciuitate ad ciuitatem, & à loco ad locum, ad prædicandum. Dignus est enim operari mercede sua. Et sufficit operanti alimentum suum. Sed & pastoribus similiter propter assiduam occupationem circa populos, & ecclesiasticam administrationem, & frequens ministerium, dicit diuina Scriptura: Quis pascat gregem ouium, & de lacte ipsius non edit? Aut quis plantat vineam, & de fructu ipsius non participat? Et dicit: Laborantem agricolam, oportet primum fructum participem fieri: quo presbyterum aut episcopum non quotidiano alimento destitutum constitueret, in hortans populos, vt ex iustis laboribus tribuant sacerdotibus, quæ ad alimentum pertinent, per primitias & oblationes, atque alia. Quorum potestatem habentes hi, qui ex Deo constituti sunt ad deducendum populos, neque his videntur ad fatiorem, qui Deo perfectè complacere volunt. Nam & ex ipsis Dei sacerdotibus quidam vñ cum prædicatione verbi imitantes sanctum ipsorum post Deum in Christo patrem, Paulum in quâ sanctum Apostolum, etiam ipsi pro viribus, etiam si non omnes, attamen plures propriis manibus operantur, qualem tandem iuxta proportionem dignitati & ecclesiasticæ curæ assiduitati conuenienter repererint artem: quo cum verbo & prædicatione, cõscientia ipsa gaudeat, dum etiam per manus proprias fructum affert, & sibi ipsi suppeditat, fratribusque ac indigentibus impertit ministerii fructum, ex primitiis inquam, & oblationibus, & ex manuum labore partis, propter excellentem affectionem erga Deum, proximis vtrò impertiens. Quamquam ipsi ad hoc non cogantur, neque deputati sunt, sed iusticiæ labores & operationem ecclesiasticam habeant, & secundum iusticiam afantur, verum propter excellentem voluntatis promptitudinem ipsi hoc faciant. Desiderat enim diuina ipsorum anima & in timore Dei firmata, & ex Spiritu sancto cognitionem adepta, celestes diuitias, quæ sunt secundum iusticiam cum laude & gloria & rectè factorum merito, quæ sunt per diuina dogmata & diuinum studium sanctæ Scripturæ, & eloquiorum Dei: & per psalmodias ac communiones, sancta que ieiunia ac castitatem & vitæ conuersationem: & per operationem per manus iusticiæ gratia cum promptitudine laborandi. Sed & in alia forma præoccupati sunt iidem venerandi nostri fratres, qui in monasteriis per Mesopotamiam degunt, quas & mandras, hoc est ouilia siue cohortes appellat, nam comas muliebres producunt, & sacro conspicuo incedunt. Oportebat autem filios sanctæ Virginis matris nostræ Ecclesiæ esse reuerendos in tonsura, & colere Deum occultè videntem occulta, & retribuentem in conspicuo, velut scriptum est: atque hoc honesto habitu, propter externos: & non velle accipere a videntibus mercedem ac gratiam. Alienum enim est à catholica Ecclesia, saccus conspicuus, & coma extenta à prædicatione Apostolorum. Vir enim, inquit, non debet nutrire comam, quum sit imago & gloria Dei. Quid verò sit peius & contrarium? Hi barbam quidem formam viri reserant, capillos autem capitis sæpe nutriunt. De barba quidem in constitutionibus Apostolorum dicit diuina Scriptura ac doctrina. Ne corrumpas, hoc est, ne feces pilos barbæ, neque meretricio more ob comam efferaris, neque superbiam in progressu iusticiæ exemplum habeas. Decbat enim Nazaræus hoc solum propter figuram. Figura enim ducebantur veteres eius, quod futurum esset, habentes comam in capite propter orationem, donec veniat oratio mundi, & perfecta est. Caput enim apparuit Christus vnigenitus filius Dei, & cognitus est mundo qui semper est, & non cognoscitur ab omni humana natura, sed solum à quibusdam, qui in ipsum crediderunt: quo quum cognouerimus caput, non dedecore afficiamus caput. Non enim proprii capitis gratia dicit, sed à proprio in Christum irriti ludibrii opus. Quare dicit Apostolus. Ipsa natura non docet vos, quòd vir quidem si comam nutrit, ignominia ipsi est? Hæc autè ignominia non laudabilis est, velut illa quæ dicit, Turpitudines et ignominias contempsi. Non enim propter Deum est virtus, etiam si propter Deum assumpta fuerit, sed propter contentionem sunt hi mores: quum præterierit figura legis, sed venerit veritas. Dicunt autem. Si quis videtur contentiosus esse nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesiæ Dei. Reiecit igitur eos, qui talia operantur ac faciunt, & in contentione sunt, à statibus Apostolorum & ab Ecclesia Dei. Cæterum hæc coacti sumus dicere propter prætextum prædictorum Massalianorum. Nam & ipsi accepto hinc opinionis morbo

laboris in euangelio ratio.

Coma muliebres nutrientes.

Sacculus extantes.

Barbam secantes Latinos videtur notare.

& cogi-

& cogitatione euerfi, à veritate exciderunt, & constituta est hæresis inuementi atque aliis malis. Hæc sunt, quæ de his audiuius, qui in ludibrium mundi prodierunt, & impuram opinionem ac sermones euomunt, instabiles autem sunt & desperati, & extra adificationem Dei progressi. Vnde de his pauca exequuti, rursus confutationes ipsorum faciemus. Et primum quidem, quòd mulieres cum viris simul esse, neque à veteri consuetudine eorum, qui natura coniugia habuerunt, iusta ratio decernit, sed viri & vxorem simul, vnum ad vnum, velut Adam & Euam & Sarra & Abraam se habuit, & Rebecca Isaac coniuncta fuit. Tameñ enim quidam patres duas & tres vxores habuerunt, non tamen in vna domo vxores fuerunt. Porcorum enim esset hæc forma, & pecorum talis coniunctio. Hi verò magis in admirationem nos ducunt, dum confitentur ipsi, se coniunctionem cum mulieribus non habere, quum vice versa magis ludibrium efficiant, & perfectam suam ipsorum turpitudinem ostendant. Etiam si enim vxores haberent tales, sparsim, & non permixtim has habere debebant. Si verò etiam sunt in coniugio, non oportebat ipsos coniunctionem viri ad vxorem, ex Deo cum honestate & reuerentia ac sciètia ostensam, ex propria libertate in medium proferre ac exponere. Sic verò etiam abstinere à mulieribus quidam, in castitate degentes ac continentia, contumelia afficiunt iusticiam, per stoliditatem: & virtuosam vitæ conuersationem, per immodicam operationem in insipientia, quum hoc non fecerint Apostoli, non ante Apostolos Prophetæ hoc constituerint. Moses itaque in deserto quum assumpisset laudum celebrationem, canit Deo canticum, reuersus ex mari dicens: Canamus Domino, gloriosè enim glorificatus est. Equum & insensorem proiecit in mare: simul autem acclamabant ipsi viri, nusquam mulieres: quo bene ordinata disciplina ostenderet, quo reuerentiam bonæ disciplinæ legis Dei prædicaret. Deinde postea dicit, Et quum accepisset Maria tympanum, incepit inter mulieres & dixit, Canamus Domino, gloriosè enim glorificatus est: & mulieres simul acclamabant contribuli & eiusdem generis infenti, & in quadam parte præminent. Ex quo coarguitur imprudens & impura intelligentia eorum, qui permixtim operantur aliam doctrinam. At de resurrectione dicit Propheta Et plangent secundum tribus, tribus ex aduerso tribus, tribus Nathan per seipsam, & mulieres ipsorum per seipsas: Tribus Iuda per seipsam, & mulieres ipsorum per seipsas, & cætera. Sic etiam Apostoli præcipiunt Ecclesiæ. Sic & Dominus præcepit in Euangelio, ab vna nobis exemplum prædicans, dum dixit Mariæ, Ne me attingas, non dum enim ascendi ad patrem. Sic Giezi accedit ad Sunamitidem, repellens hanc vt ne ordinem violaret, vt nestaturum prophetarum contumelia afficeret. At Propheta Spiritu sancto ductus dolentem videbat Sunamitidem, consolationis autem gratia transgressus est ordinem, & suscepit ad tempus consolationem propter mulierem, æquale ratus attingere mulierem. pedes ipsius, afflictioni illius & mœrori mentis. Et quid opus est mihi multa dicere de his qui canes imitantur, & sues æmulantur? Cæterum de eo quòd quisque seipsam dicit Christum, cui prudenti non videatur insanire esse hoc dogma, aut etiam quod dicit, Propheta sum ego. Quæ enim Prophetæ species apud ipsos apparet? Aut quale factum Christi admirandum sit? Si verò ipse est Christus, in qualem Dominum sperat aut credit? Quid sunt erronea vaniloquia? Quid stolidorum dogmata? Verum sufficiant & de hac, quæ contra ipsam dicta sunt, & hætenus satis sit, vt vniuersam nostram de his tractationem absoluamus ac obsignemus, quum Deus nobis illuxerit, & auxilium tulerit, velut conteri par est, & ex tota anima ac mente ipsi Domino gratias agere, quod promissum quod polliciti sumus per ipsum Dominum absoluere digni facti sumus. dum contra hæreses, inquam, narratione ac confutationem fecimus, simulque reuelauimus quid ab vnaquaque agitur, iuxta nostram humanæ tenuitatis facultatem. Hucusque enim octoaginta hæreses, de quibus audiuius & cognouimus in mundo numerum appellaciones, & quarundam etiam dicta prætextusque ac habitus, proposita item ac causas, citra vllum defectum ostendimus, & admiratione ducti stupemus de eo, quod in diuina Scriptura dictum est: Sexaginta sunt reginæ, & octoaginta pallacæ, & iuenculæ quarum non est numerus. Vna est columba mea, perfecta mea. Quum igitur de Pallacis his octoaginta dixerimus ab initio, Barbarismo & Græcismo & Scythismo & Iudaismo & Samaritismo, quæ sunt appellaciones vxorum non legitimarum, neque à rege dotarum, neque enim filij ipsarum in Testamentis hæredes esse possunt. Natura etenim sunt septuaginta quinque, & harum matres quinque. Quemadmodum autem Græcismus est à quo Græci, & Iudaismus à quo Iudæi, Samaritismus à quo Samaritæ, sic Christianismus à quo defraçti sunt velut rami hæreses segregatæ, in nomen quidem Christi appellatæ, non autem existentes ipsius, sed partim longè ac multum ab ipso distantes, partim in minima distantia, distatæ, ex hæredes & alienas ab ipso seipsas fecerunt. Et filij ipsarum non sunt legitimi, sed extra progressi et nomine solum Christi appellati, restat ac superest nobis demonstratio de veritate ipsaque columba, quæ sola à sponso laudatur. Et quum in ocio nos simus, et Deum valde rogauerimus, breuè quidem dissertatione, certam autem et munitam traditione, apologiam ac defensionem pro veritate deinceps faciemus: non quòd hæc postrema sit, sed prima, et iam à nobis superius ante hæreses in aduentu Christi prolata. Nunc autem prima est, et Christo coniuncta facta, sponsa ab aduentu ipsius in carne, quæ sanè est cum ipso Adam formata, et inter patriarchas ante Abraam prædicata, et post Abraam credita, et per Mosè reuelata, et in Esaiâ prædicta, in Christo verò ostensa, et cum Christo existens, postea verò à nobis in postremis laudata. Oportet enim certantem primum certantem in stare laborique ac alijs certaminis luctis, quo postea corona ablata, cum corona in exultatione degat: non quòd corona postrema sit, sed luctæ quidem proposita est, posterius autem datur in gaudium et exultationem fatigato. Hæc poterò de his loquuti ad prædictas sermones redeamus, vt ostendamus quòd octoaginta quidem sunt pallacæ, sexaginta verò reginæ. Vna autem Virgo et casta et sponsa similique

Vxores patribus multis, nō in vna domo.

Viri mulieribus seorsim degant.

Epilogus

Dd iij

Chama-
leon.

columba & agna, ciuitas item Dei sancta, & fides & fundamentum veritatis, & petra firma, contra quam portae inferni non praeualebunt. Quando vero in omnibus, inuocato Deo, consequuti sumus ut promissum expleuerimus, tractationem videlicet contra omnes haereses, in qua vsque ad Massalianorum haeresim peruenimus, & ipsam denique hanc conculcauerimus Euangelii calcamento, velut chamaeleontem multipedem, deformem, informem, grauecolentiam spirantem: in omnibus Deo gratias agamus, & glorificemus Patrem in Filio, Filium in Patre, cum sancto Spiritu, in secula seculorum. Amen.

Compendiaria vera doctrina de fide catholica & apostolica Ecclesia.

Vnguenti
euacuati.

Quum multifaria ac multiformia obliquorum aduersariorum consilia tractauerimus, & proterua dogmata secundum speciem ac genus distincta, vana & putida per virtutem Dei redarguerimus, & incenios blasphemiarum turpiloquiorumque ac insuauissimorum ipsarum mysteriorum de vnaquaque haeresi proficiscientium fluctus transfatauerimus: vix tandem a quaestionibus vndiquaque extricatis, & ipsarum improbitatem transgressi, tranquillis veritatis regionibus appropinquauimus. Omnem qui dem maris difficultatem progressi, & omnem tempestatem spumantisque ac vndarum eleuationes percipimus, commotionem vero, vt ita dicam, vertigines, breuiusque non vulgaris, & locos feros ac immanis conspiciat, in periculoque horum per sermones constituti, nunc pacis portum videntes, rursus obsecramus Dominum, vt ad ipsum applicare nobis contingat. Iam enim ab omni timore & turbatione ac nauis leuati, optimoque habitu a firma tranquillitate ac securitate inspirante, & sereno portu recepti spiritu gauisi sumus: multa quidem, si verum dicere oportet, in his mala & contumelias non vulgares percipimus, per terram ac mare pedibus ac manibus itinere confecto, terrae asperitates, & deserti difficultates, & praedictorum pelagorum pericula experti. Proinde ciuitatem videntes ad ipsam festinamus sanctam Hierusalem, & Virginem Christi ac sponsam, securumque fundamentum ac petram & reuerendam matrem nostram, tempestiuissimè & ipsi dicentes: Venite ascendamus in montem Domini, & in domum Dei Iacob, & annuntiabit nobis viam suam, & cetera. Age igitur, vos Christi filij, filij sanctae Dei Ecclesiae, qui hoc opus octoaginta haeseon placidè percurristis, et mecum immè famillam praedictarum prauarum doctrinarum amplitudinem transfatastis, et tantum desertum penetraatis horrendum illud ac siticulorum, inuocemus vniuersorum Dominum: et quum iam olim hoc concupuerimus, et in singulis locis harum haeseon, velut in Merrha loco, et siticuloso horrendoque ac imperuio deserto, semper obliquis ipsorum doctrinis occurrerimus, inuocemus etiam ipsi, Quomodo desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Et rursus, Quando veniam, et videbo faciem Dei: Quapropter citius et ipsi inuocemus, non velut ille vocabat sponsam, qui sponsus ipsius est et Dominus ac herus, et rex et Deus et propugnator, sed velut serui Dei nos inuocemus, et eadem quae ipse protulit, dicamus, Veni de Libano sponsa, quoniam tota pulchra es, et macula non est in te, paradisi magni opificis, ciuitas magni regis, sponsa immaculati Christi, virgo casta, soli vni viro in fide desponsa, illustris et promicans velut matutinus aer ac aurora, pulchra vt Luna, electa vt Sol, paupor qualis est ab ordinato exercitu, quae beata praedictaris a reginis, et laudibus celebraris a pellicibus, quae a filiabus laudaris, vt inalbata, et in dilectum tuum inniteris, quae vnguenta spiras, quae a deserto ascendis, velut virgula fumi, qui prodit a suffitu myrrhae et thuris, et de omnibus pulueribus vnguentarij, qui dedit sibi ipsi boni odoris fragrantiam, quem conspiciat dixit, vnguentum euacuatum est nomen tuum. Properea iuencula dilexerunt te, quae stas a dextris regis, induta fimbriis, deauratis variegata, quae nihil tenebrosum habes, aliquando quidem denigrata, nunc autem pulchra et in albata: quo in te constituti a negociis haeseon, quae nos praecesserunt, odiosissimis quiescamus, et a tempestuosis earundem motibus quiescamus, et in te sancta mater nostra Ecclesia, et in sancta tua doctrina, et sancta ac sola Dei fide in veritate refrigeremur. Ceterum incipio de hac sancta ciuitate Dei miracula narrare. Nam quae glorificata dicta sunt de ipsa, velut ait Propheta, Glorificata dicta sunt de te ciuitas Dei: nemo hominum assequi potest, ab incredulis autem sunt aliena, creditibus autem hominibus ex verè pijs, ex parte, et in perfectionis promissione ab ipsorum Domino exhibebuntur in regno caelorum, vbi ipsa sancta Virgo et haereses cum proprio sponso, in caelo sortem ac haereditatem habet. Et primum quidem Deus, qui Deus nobis est in omnibus, existit his qui ex sancta hac Ecclesia geniti sunt. Haec enim prima demonstratio est de veritate, et fundamentum fidei solius huius Virginis et sanctae columbae ac innocentis. De qua Dominus in Spiritu Solomoni reuelauit in Canticis canticorum, et dixit: Sexaginta sunt reginae, et octoaginta pallaces et iuenculae quarum non est numerus. Vna est columba mea cum additione vocis Mea, et Mea. Ipsius enim est columba, et ipsius perfecta, velut alie dicatur, et non sunt, ipsa autem duplex nominetur. Nam de alijs non dixit, octoaginta sunt pallaces meae: sed reginis quidem propter gloriosam appellationem, honoris coniunctionem attribuit. Verum de pallacis perfectam alienitatem pronunciauit: quarum numeros quum iuxta figuratam speculationem nominatim expressos accepimus, elaborare in hoc loco cogimur, vt ne quid transgrediamur velut si rigidè rem tractantes, sed in veritate sermones per veras Scripturas veris speculationibus expèdetes. Numerus enim scriptus vniuscuiusque argumētum minimè fallax est: & quod in numero positum est, vanū quid esse non potest, neque velut ociosum in scriptura estimari. Reginae autem sunt, quae iam antea in genealogiam nomina dederunt

dederunt animae. Quemadmodum enim regem comitantur multitudines magnae, rex autem est caput, sicut quum in corpore multa sint membra, a capite vnus homo numerabitur: sic ab vno rege tota multitudo, quae sub rege est ad vnum reputabitur. Regina itaque appellata est generatio in Christo, non quod omnis generatio siue progenies regnarit, sed quod vna quae agnouit Dominum, per appellationem vici causa, regiam dignitatem ac ordinem habeat. Verbi gratia, Adam & tota ipsius generatio regina numerabitur, principatus item ipsius & patriarchatus, qui regnauerunt cum his, qui cum ipso fuerunt, propter cognitionem Dei, & primam formationem qua formari dignus factus est: & quod primus poenitentiam ostendit, velut rerum consequentia habet. Dein de post hunc Seth, & vniuersa cum ipso humana natura, & Enos, & Caianan, & Maleleel, & Jared, & Enoch, & Mathusala, & Lamech, & Noe: his sanctis ex ordine in numero per generationes enumeratis, quotum numerus apud Mathaeum indicatur. Sexaginta enim & duae generationes ac patriarchatus apud ipsum habentur, per nomina praestantiorum virorum, qui cognitionem Dei habuerunt, aut propter aliud rectè factum regiae gloriae ac fortitudinis participes fuerunt. Catalogus numeri habetur vsque ad Christi aduentum. Ab Adam enim vsque ad Noe praeterierunt generationes decem. Et a Noe vsque ad Abraam aliae decem. Ab Abraam vero vsque ad Dauidem generationes quatuordecim. A captiuitate vsque ad Christum, generationes quatuordecim: vt sint ab Adam vsque ad Christum sexagintaduæ generationes. Quae sanè sexaginta per compendium numeratae sunt. Nam quum & in deserto septuagintaduæ stirpes palmarum essent, septuaginta nominantur: & septuaginta in montem vocatis, reperiuntur septuagintaduo, cum Elad & Modad: & septuagintaduo fuerunt, qui interpretati sunt tempore Ptolemaei, verum compendii gratia solemus dicere interpretationem Septuaginta. Sic etiam nunc sexaginta reginae, vt puto, dictae sunt, exempto superno & inferno numero, propter medium sexaginta numerum, ad figuras & allegorias perfectae speculationis. Nam per sex decadas contingit, vt expleatur circuitus sex dierum, quo coniungantur ab vnaquaque generatione sanctae animae, quae in Deo regnauerunt secundum fidem. Hinc enim etiam sex hydrae reperiuntur in Cana Galilaeae lapideae: quae vbi defecissent exhaustae, rursus implebantur, capientes in se singulae metretas siue amphoras duas aut tres, mensurae veteris ac noui Testamenti, & plenitudinis ipsius Trinitatis, quae sanè ab aqua in vinum meracum transmutatae sunt, ad exhilarandas nuptias & filios hominum impletae. Hinc enim sexangulate vocatur apud externam philosophiam, quod per ternarium ac septenarium, ad numerum viginti vni mensuratur. Cuius sexanguli significatio, est impletio vniuersi spacia ac amplitudinis quae videtur, eo quod quadrifariam habet quadrangulum & fulcrum ac superni fastigij rectum, senarium numerum efficit. Ceterum vt ne latius extendam sermonem, rursus haec dicta sufficere arbitror de sexaginta reginis vsque ad Christi aduentum, hoc est sexaginta generationibus numeratis. Post Christum vero vsque huc generationes deinceps sunt, velut ipsi Domino soli cognitum est. Non enim amplius secundum generationes prolati sunt ab aliquibus numeri, aut digesti ac distincti, eo quod obignatus est huiusmodi argumenti numerus, & conclusus per harum reginarum numerum, vsque ad ipsius in carne aduentum numeratum. Deinceps enim posteriores scriptores, aut librorum conditores, aut chronographi, aut historiographi, non amplius generationes numerant, sed regum successiones ac tempora, iuxta numerum annorum vniuscuiusque regis. Quare omnino valde benè, qui prudens est, cognoscere potest, quod & ab hac quaestione ac argumento, vniuersum tempus sectum est in sexagintaduas generationes, vsque ad Christi numerum: eo quod non amplius post Christum, iuxta hoc propositum, mundi tempora per genealogias numerantur: qui mundus in vna conuisione perficitur, quae iuxta immutabile bonae voluntatis Dei firmamentum cognoscitur. Quare ab eadem & seculi consummatio abbreviatur, & transitus ad futurum seculum impletur. Quapropter dicit, Vna est columba mea, perfecta mea: tanquam vsque ad ipsam omnia perficiantur, & tempora & temporum partes, annique ac generationum interualla, siue secundum reges, aut consules, aut olympiades, aut principatus mundus seipsum numerauerit. Octoaginta porò sunt pallaces in medio reginarum, & ante regnum in carne, hoc est fidem, et ipsam hanc nympham sponsamque ac virginem immaculatam, et columbam: quae sola est matri ac genitrici. Ecclesia enim est ab vna fide genita, generata autem per Spiritum sanctum, vna soli et vni genitrici. Et quotquot post hanc venerunt et ante ipsam, pellices nominantur. Quae sanè in totum non alienae factae sunt a testamento et haereditate, non tamen dotatae a Verbo, neque susceptionem sancti Spiritus adeptae, sed solùm coniunctionem sub conscientiam ad verbum natae. Bene enim interpretatus est Hebraeus pellicem, dum dixit: Pheleg est haec. Pheleg enim significat vxorem, est haec dimidium, quasi dicat dimidium vxoris. Quantum equidem ad Dominum attinet, omnes vocauit ad libertatem Lux ipsa, dum ait, Donec habetis lucem vobiscum, in luce ambulate. Et sanctus Apostolus dicens, Vos autem diei estis Filij, et Filij lucis. Et rursus in diuina Scriptura, Qui facit mala, odit lucem, et non venit ad lucem. Sic etiam pellices non in conspectu, neque in perfectione, neque cum dote ducuntur a viris, etiam si enim coniunctionem habuerint eadem ad corpora virorum, non tamen liberae vxoris honorem et appellationem ac firmitatem, et dotem et sponsaliorum detationem ac ingenuitatem habere possunt. Pellices itaque sunt haereses consequenter numeratae, velut supra dixi, octoaginta. Nec verò miretur quis, si etiam alijs nominibus vnaquaque harum appellatur in singulis regionibus. Sed et illud obseruandum est, quod vnaquaque haeresis sepe rursus seipsum in multas partes fidit, et in varia nomina scissa est. Non enim est hoc mirum, sic enim res se habet. Octoaginta vero vnus numerum reperiimus. Vnius quidem, propter vnam ab omnibus distinctam, quae soli sponso

Ociosum
nihil est in
Scriptura

Reginam
appellatam
est numerus
sexagenarius.

Generatio
num ab A
dam ad
Christum.

Numerus
integer, re
lictus coe
pedit gra
tia.

Sexangu
lario.

Anno
post christi
sumratio

Pallac
rum ratio

obtigit, & quam ipse conficitur tali appellatione, nempe, Vna est columba mea, & perfecta mea: tanquam omnes pellices degeneres sint, & non in innocentia mensurentur, neque in castitate ac mansuetudine. Sunt quidem igitur ab initio coniunctæ Barbarismo & Scythismo, vsque ad prædictos Massilianos septuagintaquinque numero: & Græcismus, ex quo Græcæ hæreses: & Iudaismus, ex quo Iudææ: & Samaritanismus, ex quo Samaritanæ, ita ut his tribus ad numerum septuaginta septem appositis, octogenerarius numerus impleatur, & vna super sit, hoc est sancta catholica Ecclesia, & Christianismus reuera ab initio appellatus, & cum Adam, & ante Adam, & ante omnia secula cum Christo voluntate Patris & filii & Spiritus sancti: & cum omnibus qui secundum generationes Deo placuerunt, creditus, & in ipsius aduentu in mundo clarè reuelatus: & nunc post hæreses has omnes, pellices videlicet, rursus à nobis iuxta orationis consequentiam celebratus. Ipsum enim Verbum in Canticis sic ex ordine numeravit, Sexaginta reginæ dicens, & octoginta pellices, & iuenculæ quarum non est numerus. Vna autem est, inquit, columba mea, perfecta mea: vna est matri ipsius, electa genitrici ipsius. Et postea ostendit quomodo apud omnes reperitur, velut honoratio & præstantior omnibus existens, & omnibus imperans, & ipsi sola electa. Cuius liberi hæredes regis & liberi veri, ut pote filii promissionis, & non filii ancillæ, neque pellicis, neque aliarum sine numero postitarum. Tameñ enim à Chettura pellice habuit Abraam filios, tamen non sunt cohæredes cum Isaac filii Chettura: dona verò acceperunt legatione, quo figura maneret in allegoriam. Verbi, ut ne quis desperet à vocatione Christi. Nam dona quæ dedit Ismaeli & filiis Chettura, figura erant futurorum honorum, ad conversionem animarum ad fidem & veritatem. Ipsi equidem Agar ancillæ & ab Abraam eiecitæ, ut quæ seruebat infra in Hierusalem cum filiis suis, de qua dictum est, Abieci matrem vestram, & rursus, Dedi libellum repudii in manus ipsius: huic ancillæ Agar inquam, magis significanter ob spem reditus, ut rem aquæ dat: quo lauari regenerationis vim ostendat datam esse incredulis ad donum vitæ, & ad conversionem omnium gentium ad veritatis agnitionem. At filius Chettura dona erant, pecuniæ præsentis, aurum & argentum ac vestitus: & in mysterio cõclusit Abraam in peris, thus & myrrham & aurum regum Sodomorum & Gomorthæ: quando Chodollogomor & Barfa, ac reliqui, captiuitatem à Sodomis & Gomorthis ac reliquis acceperunt, & equos de prædatis sunt, & hominum multitudinem captiuam abduxerunt, & ab vnoquoque opulentiam pecuniarum, & aliarum rerum multitudinem diriperunt: quam reduxit Abraam tunc à cæde regum, & neque auertere ea, quæ iam Deo destinata erant, ausus fuit, sed dedit ipsam cum aliis dono filiis suis ex Chettura, velut in traditionibus Hebræorum reperimus. At verò in Christi aduentu, quum idem filii Abraam ex Chettura, eiecti essent ab Abraam, & discessissent, & habitassent in partibus Arabicis Magodiæ regionis: Magi qui ex successione feminum illorum descendunt, eadem dona in participationem eiusdem spei, Christo in Bethlehem obtulerunt, quando stellam conspicati venerunt. Quorum donorum manifestam certitudinem Propheta declarat dicens, Priusquam nouerit puer vocare patrem aut matrem, & capiet vim Damasci, & spolia Samariæ contra regem Assyriorum. Hæc enim à Damasco in temporibus Abraam, velut antea dixi, à regibus qui venerant, accepta sunt, & à Samaria. Quando igitur accepit ipsa, priusquam nosset vocare patrem aut matrem, quando venerunt Magi, & aperuerunt peras suas, siue thesauros, velut aliqua exemplaria habent, & obtulerunt myrrham & thus & aurum? Et vides, quomodo veritatis ratio ad consequentia sese habet? Quod hæ hæreses pellices sunt, & filii ipsarum dona acceperunt: ut quæ nomen solum acceperint, & nomine solum Christi appellatae sint, & paucos ex diuina Scriptura sermones susceperint, ut per ipsos intelligat veritatem si velint. Si verò noluerint, & reflexerint ad Herodem: admonentur enim ut ne reflectant ad Herodem, sed per aliam viam redeant in patriam suam: & non fecerint imperata, frustra fuerunt ipsi dona, velut illis aduentus fuisset, si reflexissent ad Herodem: eo quod similiter adulterent eadem hæreses diuinarum Scripturarum doctrinas. Hæ igitur sunt octoginta pellices, quarum hic numerus habetur expressus. Et ille reginæ sunt animæ secundum generationes numeratæ, hoc est viri & patriarcha. Iuenculæ verò, quarum non est numerus, sunt in reliquis per totum mundum philosophiis, & vniuersiisque animæ conuersationibus, ita ut alia laudata sit, alia non. Quis enim numerauerit mundi huius differentiam? Quot enim aliæ apud Græcos, post prædictas quatuor manifestissimas, non sunt exortæ? Et adhuc post illas hæreses, & sequentes postea, in vniuersiusque mente in opinione iuuenili aeternitatis, sunt animæ ac hæreticæ opiniones & sententiæ. Sic Pyrrhonii vocantur quidam, & alii plures, quorum nomina & opiniones ex ordine subiungam, quum multi sint, qui ad noticiam nostram peruenerunt, & multissima pars eorum, qui in mundo sunt, existant. Et sunt quidem ex Græcis hæreses hæ, inter quas primam potuerim ab initio Thaletis Milesii sententiam ac opinionem. Ipse enim Thales Milesius vnus de septem Sapientibus, principium omnium rerum pronunciauit aquam. Ex aqua enim omnia esse dicit, et rursus in aquam resoluit. Anaximander Praxiada, et ipse Milesius, infinitum dixit esse vniuersorum principium, ex hoc enim omnia fieri, et in ipsum omnia resolui. Anaximenes Eurytata, et ipse Milesius, aërem vniuersi principium esse dicit, et ex hoc omnia fieri, et in ipsum rursus resolui. Anaxagoras Hegefibuli Clazomenius, principia rerum Similitudines esse dicit. Archelaus Apollodori, aut secundum aliquos Miltonis, Atheniensis autem Physicus, Ex terra omnia facta esse dicit. Hæc enim principium vniuersorum est, velut dicit. Socrates Elmagli, aut Sophronisci, et Phænaretos obtetricis, moralis philosophus, dicit Oportet hominem solum ea quæ circa ipsum sunt, inuestigare, plura verò non. Pherecydes et ipse terram dicit ante omnia factam esse. Pythagoras Samius Mnæfarcii filius, Deum dicit esse vnitatem, et sine hac nihil factum esse. Dixit item, non oportere sacrificare diis animalia, neque comedere quid de animalibus, neque fabas: et sapientes non bibere vinum. Dixit item, quæ infra Lunam sunt, omnia esse passibilia:

Abraam filiorum al-legoria.

Magorum dona vnde fuerunt

Inuencularum innumerarum appellatio.

Thaletis Milesii heresis.

Philosophorum hæreses.

bilia: quæ verò supra Lunam, passionis exortia. Dixit insuper, transire animam in multa corpora. Precepit discipulis suis silentium ad quinquennium, & postremum Deum seipsum appellauit. Xenophanes Orchomenius Colophonius, ex terra & aqua dixit omnia fieri. Esse verò omnia, velut dixit, nihil veri. Sic rectum nobis obscurum est, opinio verò in omnibus veratur, maximè obscuris. Parmenides Pyretis filius, Eleates genere, & ipse infinitum dixit esse principium omnium. Zeno Eleates contentiosus æqualiter cum altero Zenone, terram immobilem dicit, & nullum locum vacuum esse. Et dicit hoc modo, Quod mouetur, aut in loco mouetur in quo est, aut in quo non est. Et neque in quo est loco mouetur, neque in quo non est. Non ergo quicquam mouetur. Melissus Ithagensis, Samius genere, Vnum infinitum, esse vniuersum dixit: nihil autem firmum esse natura, sed omnia esse corruptibilia in potentia. Leucippus Milesius, iuxta quosdam verò Eleates, & hic contentiosus in infinito etiam ipse vniuersum esse dicit. Luxta imaginationem autem & apparentiam omnia fieri, & nihil secundum veritatem, sed sic apparere velut rem in aqua. Democritus Damassippi Abderita, mundum infinitum dixit, & super vacuum positum esse. Dixit item vnum finem esse omnium. Et læticiam optimum esse, tristitiam verò terminos maliciæ. Et quod iustum esse videtur, non esse iustum, iniustum autem contrarium naturæ. Inuentum enim malum lequod dicebat. Et non oportet, inquit, sapientem legibus obedire, sed liberè viuere. Metrodorus Chius dixit, neminem quicquam scire, sed hæc quæ exactè cognoscere nos putamus, non scimus. Neque sensibus attendere oportet, inquit: omnia enim in apparentia sunt. Protagoras Menandri Abderita dixit Deos non esse, neque omnino Deum existere. Diogenes Smyrnæus, aut, ut alii, Cyrenæus, eadem quæ Protagoras asseruit. Pyrrhon ab Elide, aliorum sapientum dogmata collegit omnia, & oppositiones contra ipsa scripsit, confutans ipsorum opiniones: & nullum dogma probabat. Empedocles Metonis Agrigentinus, ignem & terram & aquam & aërem, quatuor primogenita introduxit elementa, & dixit, Inimicitiam esse primum elementum. Separata enim erant prius, inquit, nunc autem coniuncta sunt, velut ait, contracta mutua amicitia. Duo igitur sunt secundum ipsum principia & virtutes, inimicitia & amicitia, quarum altera vnit, altera diducit. Herachus Blefoni Ephesius ex igne omnia esse dicit, & in ignem rursus resolui. Prodicus quidam quatuor elementa Deos vocat, deinde Solem & Lunam: ex his enim omnibus vtilitatem esse dicebat. Plato Atheniensis tria principia posuit, Deum & materiam & formam, mundum autem factum & corruptibilem esse. Animam verò ingentiam & immortalem ac diuinam dicit: esse autem ipsius partes tres, rationalem, irascentem, & concupiscentem. Dixit autem, Nuptias & vxores oportet omnibus communes esse, & nullum priuatum vnam vxorem habere, sed volentes cum volentibus commisceri. Aristippus Cyrenæus hic gula & voluptatibus deditus voluptatem finem animæ dicit. Et quisquis delectatur, hic felix est: qui verò non delectatur, miser & infelix, velut ipse ait. Theodorus Atheos, hoc est Impi* cognominatus dixit, nugæ esse sermones de Deo. Putabat enim non esse Deum, & ea propter hortabatur omnes ad furta, periuria, rapinas, & ut ne quis pro patria moreretur. Dicebat enim vnam patriam esse mundum. Et bonum dicebat solum felicem, suigendum autem in felicem, etiam si sapiens esset. Et præferendum esse stultum, diuitem existentem & inobedientem. Hegesias Cyrenæus dixit, neque amicitiam neque gratias esse, non enim existere ipsas dicebat. Sed si quis indiget, gratiam habet. Et cui est felix rerum successus, is beneficus est. Dicebat item malo viro vtile esse viuere, sapienti verò mori. Quare quidam suam fore mortis ipsam vocauerunt. Antisthenes ex matre setua Thracensi, ipse verò Atheniensis, primum Socraticus, deinde Cynicus dixit, Non conuenire æmulari malo aliorum vel alienas turpitudines. Muros ciuitatum dixit non esse securos, propter internum proditorem. An nunc verò muros esse inconcussos & infractos. Diogenes Cynicus à Sinope vrbe Ponti, per omnia cum Antisthene versabatur, & dixit bonum omni sapienti tolerabile esse, alia verò omnia nihil quàm nugæ esse. Crates à Thebis Bæoticis, & ipse Cynicus, dixit libertatem esse inopiam. A rhesilus dixit, Deum solum assequi posse veritatem, hominem verò non. Carneades in eadem cum Archelao opinione fuit. Aristoteles Nicomachi, iuxta aliquos Macedo à Stagiris, iuxta alios Thrax genere, dicebat duo principia esse Deum & materiam, & quæ supra Lunam sunt, diuinæ providentiæ esse: quæ verò infra Lunam, extra providentiam esse, & lætione quadam temeraria ferri prout contigit. Esse autem duos mundos, supernum & infernum, & supernum quidem incorruptibilem, infernum verò corruptibilem. Et animam, perfectionem corporis dicit. Theophrastus Ephesius Aristotelis opiniones sequutus est. Strato ex Lampfaci, Calidam essentiam vniuersorum causam esse dicit. Infinitas autem dicebat esse mundi partes, & omne animal negauit vim opinandi habere. Praxiphanes Rhodius eadem quæ Theophrastus sensit. Critolaus Phasilita, eadem quæ Aristoteles sensit. Zenon Citiensis Stoicus dixit non oportere adificare templa Deis, sed Deum in sola mente habere, imò potius mentem Deum putare: est enim immortalis. Morientes autem bestiis obici oportere, aut in ignem mitti, & mascula venere citra impedimentum vii. Dicebat autem Deum omnia gubernare. Causas autem rerum partim in nobis esse, partim verò non in nobis. Asserebat item animæ separationem à corpore, & vocabat animam spiritum longævum, non tamen incorruptibilem per totum ipsam esse dicebat: consumitur enim à multo tempore in interitum, velut ait. Cleanthes bonum & honestum esse dicebat voluptates. Et hominem vocabat solum animam. Et Deos mysticas figuras esse dicebat, & sacras appellationes. Et Solem faciferum esse dicit, & mundum mystas, & numine afflatus esse Deorum mysteria ac festiuitates. Persæus eadem quæ Zeno opinatus est. Chrysippus Solensis leges nepharias scripsit. Dicebat enim oportere filios matribus misceri, & patribus filiis, in reliquis consensit Zenoni Citiensi. Ad hæc verò dicebat & homines eden dos esse, finem verò omnium voluptatem esse statuebat. Diogenes Babylonius dicebat vniuersa constare ex voluptate. Panætius Rhodius mundum dicebat immortalem &

Gentium omnium varia religiones ac haereses.

Eua mulier. Heua serpens.

Aegyptiorum haereses.

Signa deestabilia. Antinoi templi.

talem & immutabilem. Vaticinationem contemnebat, & quae de diis dicuntur, tollebat: dicebat enim nugae esse sermonem de Deo, Posidonius A pameus dicebat maximum inter homines bonum esse, diuitias & sanitatem. Athenodorus Tarsensis eadem quae Chrysiippus sensit, & eadem cum Zenone approbavit. Epicureus Neoclis, Athenis educatus, voluptariam vitam degebat, & non erubescere publicè cum petulantibus mulieribus coire: praeterea dicebat non esse Deos, sed solum fortunam gubernare omnia. Et nullum esse in vita liberum arbitrium, neque circa disciplinam, neque ignorantiam, neque aliud quicquam, sed omnia inuoluntariè omnibus fieri. Et non oportet vituperare quendam, velut dicit, neque laudare: non enim volentes haec faciunt. Dicebat item non oportere timere mortem. Asserebat autem ex atomis & corporibus impartilibus vniuersa constare, & mundum infinitum esse. Et hi quidem sunt qui ex Graecis ad nostram noticiam peruenerunt: quot verò sunt apud Barbaros & Graecos Romanosque ac alias orbis terrarum regiones? Septuaginta duae inuicundae philosophiae species in Indorum sodalitiis habentur, & gymnosophistarum, & Brachmanorum, solis his laudatis: & pseudobrachmanorum, & necyphagorum qui mortua edunt, & eorum qui turpia operantur, & eorum qui velut stupidi non sentiunt: de quibus speciatim dicere, & de his quae ab ipsis abominabilia sunt, superuacuum arbitror ac indignum, propter multam in hominibus maliciae ac operationis corruptionem. In Media equidem sex diuersae haereses rursus esse dicuntur, quot verò sunt in Aethiopia, & apud Persas, & in Parthia, & Elamitide, & Caspia, & Germanorum regione, & Sarmatia? Et quot in Daunis, aut apud Zichos, & Amazonas, Lazosque & Iberas & Boosporenos, & Celos, & Seras, & alias gentes, legum differentiae philosophiaeque ac haereson, & differentiarum innumera multitudo? Sic apud Seras quidem viri crines implicant, & domi desident vngentis delibuti, & effeminati ac vxoribus parati. Mulieres verò vice verà, capillum capitis rudent, virili cingulo se cingunt, et in agro omnia opera perficiunt. Apud Celos e contra, qui mala faciunt, à legibus ipsorum laudantur. Quot autem sunt apud Grecos mysteria et festiuitates, velut Megaralia et Cerealia celebrantes mulieres inter se differunt. Quot alia sunt in Eleusine mysteria Cereris et Proserpinae, et adytorum isthic turpia facta, mulierum denudationes vt castius loquar, tympanaque ac placentae, thombus item ac calathus et lana confecta, et cymbalum, et cyceon porus in phiala praeparatus? Quot verò alia apud Pythios, Archemori mysteria, et in Isthmis alia Athamantis et Melicertae de Ino nati? Et quot sunt, qui Phallum sive Priapum circumferunt, et quae Ptiapaeia turpitudinis sacra perficiunt, et viri qui Rheam colunt, puerosque masculos excruciant, et ipsi sine virilibus membris vitam degunt, neque viri amplius esse potentes, neque mulieres facti. Item Dionysii alii, qui Curetes et carniū distributionem in sacris habent, serpentibus coronati clamantes ac Euantes Vae vae, illam adhuc Eua à serpente deceptam inuocantes, aut per aspiratam vocem ex Hebraica lingua, serpentem ad suum errorem euocantes. Eua enim circa aspirationem Hebraeis mulierem, cum aspiratione serpentem significat. Et quid dico? Deficiet me tempus narrante de his, quae nullo numero constant differentiis hominum, tum in virtutibus, tum in vitiis. Quot sunt in Aegyptiorum regione Saturno sacra facientes, qui vinculis ferreis seipos incluserunt, comamque prolixissimam nutrierunt, et vestitum fordidum ac atritum gestauerunt, et quotidie suos nasos anulo incluserunt, ac per forarunt, in Saturni honorem, in vrbe Asto appellata, (est haec ciuitatula Metropolis in Prosopitae appellata praefectura siue regione) in sceleratis festiuitatibus publici conuentus illorum errorum, et perticas gestantium, et orgia celebrantium, furiosas nimirum sacrorum demonstrationes praeferebant. Exoleti autem sunt hi. Quot autem sunt apud alios, velut hi qui apud Buticum siue ipsam Buto ciuitatem Harpocratem nutriunt instar nutricum, qui senes iam sunt aetate, quique in mensis solennitate imaginarias Ori numinis affliones perficere ex damone coguntur. Vnusquisque autem ciuis et valde iam senex, vna cum adolecentibus contribulibus, et aliis aetatibus puberibus, sacerdotibus eiusdem Ori videlicet et Harpocratis existentes, capite rasi, vnusquisque, inquam, fert impudenter seruire ac detestabile signum: et furiosi ac desipientes, et ob hos ludos derisi, ab his qui seipos à daemonis praestigiiis prudenter exemerunt, sursum ac deorsum nullo detinente feruntur: et pulcriculis farinae ac similaginis, atque aliis eiusmodi confectionibus primùm facie oblitii, ita vt in ebullientem lebetem faciem immittat, et à facie, miraculi videlicet gratia, multitudinem fraudulenter extimulent: impertiant per manum de facie detergentes vnusquisque petenti, vt particeps fiat, atque hoc sanitatis ac medelae morborum gratia. At verò Memphitidas, Heliopolitidas orgia celebrantes, tympanoque ac tibia se oblectantes si recensuerim, Corritidasque ac Trieritidas, et quae in profunda regione et Menuthitide pudorem et statum foemineum egressae sunt: ad quantum lingua molem, aut quam latam commentationem digressus, in praedictum inenarrabilem numerum me ipsum immiseri? Tametsi enim immensum laborem in me ipsum suscepero, ramentum imperfectam horum comprehensionem reliquero. Dicitur enim, Iuuenulae quarum non est numerus. Quot verò in Sai, et in Pelusio, in Bubasto, in Abyde? Quot Antinoi templa et illic mysteria, quot in Pharbeto, quot in honorem Hirci Mendesi, quot in Busride, quot in Sebennyto, quot in Diospoli? Sic alicubi asino in nomen Seth, gigantis videlicet Typhonis sacra faciunt. Alii Tithrambo, (Hecatem interpretantes) alii Senephty, alii Thermitidi sacra sunt, alii Ildi. Et quot eiusmodi dicere possem, quae si singula speciatim recensenda essent, quantum temporis requirant? Quapropter vndiquaque verus sermo deprehenditur, quod sunt iuuenulae quarum non est numerus. Sunt porò rursus etiam alia multa mysteria, et haeresiarchae ac sectarii, quorum participes apud Persas Magusae, apud Aegyptios Prophetae appellati, adytorum ac sacrorum et Magorum duces. Apud Babylonios qui vocantur Gazareni, sapientisque ac incantatores. Apud Indos qui vocantur Eulii et Barema. Apud Graecos Hierophantae, et sacerdotum Cynicorum multitudo, et aliorum

& aliorum innumerorum philosophorum principes. Magusae itaque apud Persas, velut dixi appellati, simulachra quidem abominantur, & tamen simulachra adorant, ignem & Lunam & Solem. Alii verò sunt rufus in Graecia Myfi, appellati Abii à vita neglecta, lacte equino vrentes, & in totum agrum regionem inhabitantes. Et quot poterit mens humana colligere tales ac tantas, & magnas appellatas, & inter laudatas habitas? Quot sunt differentiae iuuenularum, quarum non est numerus, quae patrem laudantur, partim non? Quaedam ex propria mente exercitamenta & statuta sibiipsis collegerunt ad vitam degendam, & promissa coma in conspicuo progrediuntur, aliqua verò in sacco conspicuo. Aliqui verò sancti fratres in sacco & cinere domi desident. Et adhuc aliqui in vitae conuersationibus ac excedentibus ieiuniis & labore erga Deum, in iuuenili fortitudine & perfecta erga sponsum conscientia perficiuntur. Aliqui verò, velut dixi, non rectè, sed iuxta quandam mentis praesumptionem, tyrannicè praeter veritatem iuueniliter agunt. Quemadmodum Zachaeus, qui nuper mortuus est in montana caeca Hierosolyma regione, qui penitus cum nullo homine preces faciebat, sed & ob eandem causam, iudens sancta mysteria contrectabat, & sacrificia quum laicus esset, impudenter tractabat. Alius verò quidam, quisquis tandem ille erat vir, qui vitam summè piam viuere putabatur, & in monasterio circa deserta Aegypti habitabat, itemque alius ad Sinæum habitans: qui ex somniis iuueniliter ac fortiter, sed temerè egerunt, vt impositionem manuum ad episcopatum susceperint, sederintque, ac ea quae episcoporum sunt, facere aggressi sint ad se non pertinentia. Alii autem non pauci seipos castrare ausi sunt, praeter mandata, nimirum iuuenilis ac robustae actionis gratia. Alii verò fortiter sibi agere videntur, qui non consultis aliis, & praeter aliorum morem, velut ab orthodoxis progressi, collegium sibiipsis contra here audent. Sed & circa vniuersalis Synodi approbationem, rebaptizare eos, qui ad ipsos accedunt, nimirum ab Arrianis: quum nondum sit res ex censura Synodi, velut dixi, decisa, eo quod populi sint, ad hodièque inter se permixti, & multi quidem sint orthodoxi, verum per simulationem sacerdotibus ad dicti, donec separatio facta fuerit talis blasphemae haeresis, & tunc contra ipsam decretum fiet. Ex his autem qui sic rebaptizant ex proprio iussu, peruenit ad aures nostras, quod vnus sit in Lyciorum regione presbyter. Sunt & alii quot vnusquisque per seipsum precatur, & non cum aliquo in totum, aliqui verò in vinculis, praeter Ecclesiae statutum. Quapropter in fine totius operis, iuuenulas dixi nomen non habere, quae ex propria sententia sibiipsis iuueniliter praestituunt ad bonum quidem, vt sapientiae species perficiant, prudentiaeque ac fortitudinis, & modestiae ac iusticiae, verum iuueniliter agentes ad tyrannidem excedunt, & à veritate se ipsas euertunt, vt non sit harum numerus. At verò haec vnica columba ac sancta Virgo Deum conficitur Patrem & Filium & Spiritum sanctum: Patrem perfectum, Filium perfectum, Spiritum sanctum perfectum, coessentialem, Trinitatem: non conuentionem ipsam Trinitatem, imò Filium verè ex Patre genitum, & Spiritum sanctum à Patre & Filio non alienum: ita vt sit semper Trinitas, & nunquam additionem suscipiat, & non habeat quid in seipsa inferius, sed ad vnam vnitatem, & vnum principium Dei & Patris reducat. Et ex hac Trinitate Patris & Filii ac Spiritus sancti, omnia creata esse, non vt vnquam fuerint, neque simul fuerint cum Deo, neque praexistierint: sed facta sint ex nihilo ad hoc vt sint, à Patre & Filio & Spiritu sancto. Et hunc Patrem & Filium & Spiritum sanctum dignatum esse apparere sanctis suis in visionibus prout quisque potuit capere, iuxta potentis deitatis ipsius donum, quod largitus est vnusquisque digno facto, vt nunc quidem patrem viderit, quemadmodum audire potuit vocem ipsius prout capiebat, sicut in ore Esaiæ dixit, Ecce intelliget filius meus dilectus, haec est vox Patris. Et sicut Daniel vidit antiquum dierum: Haec est visio Patris. Verum sicut in Propheta rursus, Ego visiones multiplicavi, & in manibus Prophetarum assimilatus sum: haec est vox Filii. At sicut Ezechiel ait, Et accepit me Spiritus Dei, & eiecit me in campum: hoc dictum est de Spiritu sancto. Et multa talia dicere licet, quorum ex parte mentio facta in transcurso, ad Ecclesiae characterem ostendendum duo verba apposui, quum sexcenta & amplius sint similia his quae in diuinis Scripturis veteris ac noui Testamenti habentur. Et quod ipse Dominus formauit corpus Adami, & inspirauit ipsi spirationem vitae, creans ipsi animam viuentem. Et quod ipse Deus dedit legem Moysi, Pater & Filius & Spiritus sanctus, vna deitas. Et quod Prophetae ab eadem deitate missi sunt. Et quod idem nobis Deus Iudaeorum & Christianorum Deus existens, qui Iudaeos vocauit ad iustificationem, eos qui non negant Domini nostri Iesu Christi aduentum, & qui saluat omnes, qui secundum veritatem ipsius fide viuunt, & non negant veritatem praedicationis verae & evangelice ipsius doctrinae. Venit enim vnigenitus. Et sic habet mater nostra Ecclesia, potius ille pacis ferens ac tranquillus, lactea spirans cypru vinea, & botru ferens nobis benedictionis, & poculum doloris nobis exolvens, quotidie largiens sanguinem Christi, meracum veritatis. Et quod verè natus est Christus ex Maria semper virgine: per Spiritum sanctum, non ex semine viri, sed ab ipsa sancta Virgine accipiens corpus in veritate, & non in apparentia, carnem verè, corpus verè, cum ossibus ac nervis & omnibus nostris, nihil à nobis euarians, praeterquam in sola gloriae suae sanctitatis ac deitatis, & quod est vas sanctificationis ac iusticiae, contra peccatorum omnia perfecte habens. Et quod habuit animam humanam in veritate, mentem humanam in veritate: non quod nos affirmemus mentem esse substantiam, velut alii dicunt, sed per omnia non pollutam in peccato: os non mentitum, labia non locuta dolum, cor quod non declinauit ad irrationem, mentem non emotam ad quae non oporteret, carnem quae non operata est ea quae spectant ad carnis voluptatem. Perfectus ex supernis Deus, qui non venit vt inhabitaret in homine, sed ipse totus homo factus est, non mutatus natura, sed vna cum deitate propriam suam humanitatem complexus, in vero virginis fuit in veritate, gestatus est debito tempore, natus est per genitales meatus contra pudefactionem, impollute, absque inquinamentis educatus est, & in vinas acceptus à Simone & Anna, gestatus est à Maria, pedibus iter fecit, per-

Zachaeus haereticus

Castrati praetermata

Rebaptisatio presumptiosa

Columba vnica

seuarint, aut semper virgines sint. Deinde consequenter ab his sunt Eporcista siue Eiturores & interpres lingue in linguam, siue in lectionibus siue in colloquiis. Deinde Laboratores, qui corpora eorum qui obdormierunt, obuolunt ac cooperiunt, & Ianitores, & tota boni ordinis disciplina. **A** Communiones autem siue synaxes fieri ordinatae sunt ab Apostolis, quarta & profabbato & dominica. **Eporcista Laboratores.** Quarta vero & profabbato ieiunium statutum est usque ad horam nonam. Nam illucescente quarta assuptus est Dominus, & profabbato crucifixus est. Et tradiderunt Apostoli ut in his diebus ieiunia fierent, ita ut impleatur dictum hoc, **Comunio nes ieiunia statuta.** Quum ablatu fuerit ab ipsis sponus, tunc ieiunabunt in illis diebus. Et non ut gratiam aut beneficium exhibeamus ei qui pro nobis passus est, ieiunium nobis constitutum est, sed ut confiteamur ad nostram salutem Domini passionem, quam pro nobis ipse suscepit: & ut pro peccatis nostris, ieiunia nobis apud Deum suppentur. Et per totum quidem annum ieiunium hoc seruatur in eadem sancta catholica Ecclesia, quarta, inquam, & profabbato, usque ad horam nonam excepta sola Pentecoste, per totos quinquaginta dies, in quibus neque genua flectuntur, ne ieiunium imperatum est. **Pentecoste** Caterum pro communionebus, quae quarta & profabbato, ad horam nonam fiunt, in die Dominica, matutinis horis communiones fiunt. Insuper vero, in quinquaginta diebus Pentecostes de quibus dixi, non est ieiunium, neque in die Epiphaniarum, hoc est apparitionis & aduentus, quando natus est in carne Dominus, ieiunare licet, etiam si contingat ut sit quarta aut profabbatum. Verum ex bono proposito, pietatis exercitatores in ipsa Ecclesia semper ieiunant, excepta dominica & pentecoste: semper item vigilias agunt. At vero dominicas omnes delicatas ducit sancta haec catholica Ecclesia, & communiones mane perficit, & non ieiunant. Inconferentem enim est in dominica ieiunare. **Natalis Domini.** Porro quadragesimam ante septem dies sancti paschatis, similiter seruare solet eadem Ecclesia, in ieiuniis perseuerans, dominicis vero omnino non, neque in ipsa quadragesima. **Quadragesima.** Caterum per sex dies ipsius paschatis, omnes populi in siccorum esu perseuerant, pane, inquam, & sale & aqua tunc veteres ad vesperam. Sed & pietatis studiosi duplas & triplas ac quadruplas transmittunt, & aliqui totam hebdomadam, usque ad gallicinium dominicae illucescentis, vigilias autem agunt per sex. Rursus vero communionem perficiunt per easdem sex dies, & totam quadragesimam a nono usque ad vesperam. In quibusdam vero locis quintam solum illucescentem vigiliant in profabbatum ac dominicam. In aliis autem locis cultus diuinus dispensationis mysterii in quinta fit, hora nona, & sic cessat, permanentibus ipsis in eodem siccorum esu. In aliis rursus locis non fit cultus diuinus dispensationis mysterii, nisi solum illucescente dominica, quando ipsos dimittit circa gallicinium in resurrectionis die ac festiuitate, magna illa Paschatis dies, velut statutum est. **Baptismi Mytheria.** At vero alia mysteria, de lauacro & internis mysteriis, velut habet traditio & Euangelii & Apostolorum, ita perficiuntur. In his autem qui vita defuncti sunt, ex nomine memorias faciunt, orationes ad Deum perficientes ac cultus diuinos, & mysteriorum dispensationes. **Defunctorum ratio Hymni.** Matutini etiam hymni in ipsa sancta Ecclesia perpetuo fiunt, & orationes matutinae, lucernalesque simul psalmi ac orationes. Quidam vero ex solitariam vitam degentibus in ipsa Ecclesia, habitant in ciuitatibus. Alii vero in monasteriis desident, & procul secedunt. Placuit autem quibusdam etiam capillos nutrire, honeste videlicet vitae gratia, ex proprio meritis inuento, non ex Euangelii praeepto, neque ex Apostolorum traditione. **Religiosorum varietas.** Nam sanctus Apostolus Paulus hunc habitum amputauit. Sunt praeterea aliae praeminentes vitae conuersationes, quae in eadem sancta catholica Ecclesia seruantur, eorum, inquam, qui ab omnibus carnibus abstinent, quadrupedibusque & volatilibus ac piscibus, ouo item & caseo: & alia diuersa vitae instituta. Nam vnusquisque secundum proprium laborem accipiet mercedem. Et quidam sane abstinent ab omnibus his, aliqui vero à quadrupedibus solum, volatilibus vero & reliquis vescuntur. Alii vero à volucribus abstinent, vtuntur autem ouis & piscibus. Alii neque ouis vescuntur, alii piscibus solis. Alii etiam à piscibus abstinent, caseo vero vescuntur. Alii autem neque caseum sumunt. **C** Iam verb adhuc alii etiam à pane abstinent, alii etiam ab arborum fructibus duris ac nucibus, & à coctis. Multi vero etiam humi dormiunt. Alii neque calceamenta induunt. Alii saccum gestant occultum, qui videlicet recte gestant propter virtutem & poenitentiam. Indecorum enim est in conspicuo sacco prodire, quem admodum aliqui faciunt. Indecorum est item velut dixi, in vinculis prodire, velut quibusdam visum est. Plerique autem à balneo abstinent. Et quidam vitam renunciarunt, artesque tenues & nullius negotii sibi ipsis excogitarunt, ut ne ociosam vitam degant, neque panem grauarum comedant. Plerique uero in Psalmodiis, & assiduis orationibus, lectionibusque sacrarum Scripturarum, & secessibus exerceantur. **Hospitalitas, elemosyna, prohibita in Ecclesia.** Caterum de hospitalitate & benignitate erga homines, elemosynaque in omnes, huius sanctae catholicae & apostolicae Ecclesiae fructus omnibus praedictus est. At uero lauacrum habet pro inueterata circumcissione in Christo, Quiescit in magno sabbato. Abstinet à societate omnium haereseon. Reprobatur omnes scortationes & adulteria, & petulantiam atque idolatriam, & cedem & omnem iniquitatem, & Magiam, et veneficium, astronomiam, vaticinationes, tremorum obseruationes, incantationes, amuleta quae appenduntur aut alligantur, et phylacteria quoque appellantur, prohibet theatra et ludos equestres, et venationem, musicos item, et omnem maledicentiam ac detractionem: et omnem pugnam et blasphemiam, iniusticiamque ac auariciam et vsturam. Negocitatores non recipit, sed inferiores omnibus dicit. Oblationes accipit à non iniustis, neque inique agentibus, sed à iuste viuētibus. Preces autem assidue imperat cum omni sedulitate ac prolixitate & geniculatione in ordinatis diebus, noctu atque interdium ad Deum effundere. In quibusdam autem locis etiam in sabbatis communionem faciunt, non vbique autem, sed apud Ancremonas. Seruatur ac cauetur, ut ne quis omnino iuret, neque coquicetur, neque detestetur ex praeepto ipsius Saluatoris, et ut neque metiatur quantum eius fieri potest. Plerique

Plerique uero vendunt bona sua ac possessiones, & dant pauperibus. Hic est character & forma huius sanctae catholicae Ecclesiae, cum ea quam antea declarauimus, fide: & haec statuta ritusque ac traditiones in ipsa habentur. Hic enim est character Ecclesiae, à lege & Prophetis, Apostolicisque ac Euangelistis collectus, velut ex multis odoriferis virgultis ac medicamentis antidotus bona, ad salutem venturam praeparata, ex voluntate Patris & Filii & Spiritus sancti. Hi sunt characteres reuerendae ac castae huius sponsae Christi. Haec est dos & Testamentum hereditatis, & voluntas sponsi ipsius, & coelestis Iesu Christi Domini nostri: per quem & cum quo, gloria Patri, honor & imperium, cum sancto Spiritu in saecula saeculorum, Amen. Omnes fratres apud nos salutant vestram praestantiam, maxime Anatolius, qui per notas ac chartas, hoc contra octoaginta haereses opus, multo labore & magna diligentia ac promptitudine exarare ac emendare dignatus est & simul Hyparius venerandissimus syndiaconus ac comminister, qui transcriptionem de chartis in quatuor exemplaria fecit. Pro quibus orare dignemini vos venerabiles ac charissimi reuera fratres. Pax Domini nostri Iesu Christi & gratia & veritas, secundum ipsius mandatum, cum omnibus vobis optimarum rerum studiosissimi ac dilectissimi fratres, Amen.

Finis septimi & vltimi Tomi, vniuersi operis D. Epiphani, Panarii appellati, & contra octoaginta haereses conscripti, Iano Cornario Medico Physico interprete.

D. EPIPHANII EPISCOPI CONSTANTIAE Cypri, Epistola siue liber, aut Sermo Ancoratus appellatus, docens de vera fide Christiana, IANO CORNARIO MEDICO PHYSICO interprete. LIBRI ANCORATI APPELLATI Argumentum.

Diuinus hic & magnus pater noster Epiphanius, ex Eleutheropoli in Palestina originem traxit, vbi etiam pater fuit monasterium solitariam vitam degentium. Primam autem exercitationem in studiis pietatis fecit profectus in Aegyptum, et commoratus est ibi usque ad reditum in vigesimo aetatis suae anno, quo rursus in vicinis Eleutheropolitarum vrbis locos rediit, et in ipsis monasterium aedificauit. Ancoratus autem appellatus est ipse liber, eo quod instar ancorae ducit mentem de vita et salute perferentem, propterea quod compositio ipsius multas fidei partes complectitur, nimirum eam quae est de patris et filii et Spiritus sancti coessentialitate, et eam quae est de perfecto Christi in carne aduentu: item de resurrectione mortuorum, et vita aeterna, simulque de iudicio carnis et animae, item contra simulachra et haereses ex parte, tum Iudeorum, tum aliorum. Continet autem et octoaginta haereseon nomina, et aliarum in diuina Scriptura quaestionum declarationem. Scriptus est ed eos, qui in Suedris Pamphylicae debebant, et per epistolas hoc ab ipso petierant, quae epistolae ea de causa hic ante libri tractationem praeposita sunt. Facta autem sunt haec nonagesimo anno à Diocletiano, Valeris anno decimo, Gratiani sexto.

EPISTOLA SCRIPTA EPAMPHYLIA EX vrbre Suedrorum à Tarfino & Matidio atque aliis presbyteris, ad sanctum Epiphanium, in qua petunt de fide in patrem & filium & sanctum Spiritum edoceri, & de aliis eiusdem fidei partibus.

Domino in Deo venerando, episcopo Epiphanio Matidius et Tarfinus, nouelli presbyteri catholice in Suedris Ecclesiae, in Domino gaudium. Variè solet turbas ciere inimicus hominum diabolus, et propria femina contra simpliciore superferminare, praesertim eos qui nondum in fide sanctae Trinitatis sunt confirmati. At solidum fundamentum, velut scriptum est, stat habes hoc sigillum, Nouit enim Dominus eos qui ipsius sunt. Caterum ad omnia leues heretici, omnia contra Iesum blasphemia, alio modo in Deum impietatem declarant, contra sanctum Spiritum propriam linguam magnificantes, et iniustitiam in alium loquentes, Attamen quamuis innumeris commotis, ipsi per gratiam Domini in sana fide stant, in nulla omnino re à recta et sana doctrina emoti. Et multi ex his, qui seducti esse putati sunt, rursus conualuerunt, ac firmitate adepti sunt, tum per literas memorabilis ac beati episcopi Athanasii, tum per pienssimum comministrum tuum Proclianum. Quandoquidem uero reliquiae male doctrinae apud quosdam adhuc restant, oportet et has per vos peritos agricolas in bonam oleam inferi, aut penitus excindi. Huius gratia ad pietatem tuam scribimus, ac rogamus, ut pietas tua literas ad nostram Ecclesiam exarare dignetur, et rectam ac sanam fidem per latiore narrationem exponere: quo potius etiam simpliciore et adhuc circa fidem ambigentes, per sacras tuas literas confirmari, et inimicus Ecclesiae diabolus per sanctas preces tuas pudore affici atque confundi. Vale venerandissime, Ec ij



Domino anime meæ in Deo venerandò episcopo Epiphanio Palladius in Domino gaudium. Qui magnum ac amplum transeunt mare, quando quidem tranquillus ventus iavem dirigit, parum de portibus ad ripas sic curiosi sunt, putantes citra laborem trauram esse naum. Vbi verò contrarius & vehemens inspirat ventus, qui fluctus in portum, & omnes circumsitam terram circum spectantes, nusquam verò applicare potentes, de cetero ad propinquam, si ita contigerit, insulam diuertunt, omni modo salutem sibi ipsi exquirentes. Et ubi ad hanc accesserunt, & sub protectionem obiectorum promontiorum delati sunt, vix tandem à circumcirca alluentibus malis liberari ac discedere possunt. Et nos ipsi nunc, ò Domine, salutari Verbo Dei instructi, & à mundana tempestate nos ipsos liberare volentes, & ad tranquillum Christi portum naum nostram appellere cupientes: quandoquidem vanas quoddam & temerarias, veluti mihi videtur, de sancto Spiritu quæstiones ab aliquibus commotas cognouimus, qui asserunt nõ oportere hunc cum Deitate ac dominatione glorificari, sed in ministri ac Apostoli gradu locatum esse & prauiores ac humiliores de ipso opiniones tractant: ob id velut instabili tempestate & graui fluctuatione detenti, neminem apud nos potentem reperire valentes, qui quæstiones illas dissolueret, & sanam fidem nobis exponere posset: ad tuam pietatem rem deferre coacti sumus, hanc vocem meritò etiam ipsi emittentes. Preceptor serua. Rogamus igitur tuam minime simulatam ac rectam fidem, quã præuia bona fama, & testes fide digni testantur ac prædicant, dignare ab hoc à Salvatore ordinatus, ut preces nostras clementer suscipias, & per factum libellum latiore ac clariore narratione sanctæ Trinitatis fidem exponas, & hunc ad nos mittas: quo & nos in hac confirmari, ea quorum studio tenemur, assequamur: & hi qui iam in ipsa pti sunt, exhilarentur: & qui errarunt, si id fieri potest, sanentur, & Dominus in omnibus glorificetur.

EPISTOLA RESPONSIVA, MISSA

A sancto Epiphario, ad superiores. Quæ totam de diuina fide doctrinam, quam illi petiuerunt, in seipsa continet ac tractat.



Dominis & venerandissimis fratribus ac presbyteris, Matidio, Tarsino, & Numerio, & reliquis omnibus qui sunt vobiscum: & charissimis filiis nostris Palladio & Seucino, qui bonum zelum emulati sunt, & beatam ac desiderabilem vitam sibi ipsi elegerunt, & rectæ de fide doctrinæ, & perfecti assensus, qui quod à Salvatore dictum est, implere si vis perfectus esse, vende bona tua, & da pauperibus: & hoc, Vendebant possessiones suas, & ponebant ad pedes Apostolorum: & qui quæcunque commoda et optima sunt, animis suis apponunt: Epiphanius minimus episcoporum, et qui mecum sunt fratres, in Domino Deo gaudium. Iam equidem beatum prædicauerim me ipsum ò charissimi, quòd quum non sumus nos sufficientes, ad virtuosam sanctorum et bonorum atque eorum, qui zelum Dei susceperunt, vitam ac rem publicam: digni sumus ab iisdem stimulari, ut mentem excitemus, et ad utilitatem incumbamus. Noster enim semper humilis animus, quicquid per se fecerit studens, et non ultra eos qui nimium speculantur extendi, illud considerans quod ab Apostolo dictum est: Vt ne extendat supra mensuram regulæ, quã dedit nobis Deus, nunc ad hoc deuenire cogitur. Nam suffragia vndiquaque firma diuini in vobis zeli itemque in aliis idem sentientibus, rectam, inquam, fidem emulantibus: et Hypatius filius noster, qui ex Aegyptiorum regione propter hoc ad me venit: omnem segniciam et omnem cunctationem me deponere affecerunt, et non amplius continere, neque differre, aut vlli rei postponere, vt de fide vobis scribam, quum requiritis vos et fratres nostri ea quæ spectant ad vestram salutem, ex diuina ac sancta Scriptura, firmum fundamentum fidei de patre et filio et Spiritu sancto, et de reliqua vniuersa in Christo salute, de resurrectione, inquam, mortuorum, et de vnigeniti in carne adueto, et de sancto Testamento veteri ac nouo, et in summa de alijs constitutionibus perfectæ salutis. Ego itaque huiusmodi propositione accepta, quum non paucæ essent petitiones fratris Conopis in presbyterio consortis, & comitum ipsius, tum aliorum, tum præstantia vestra filij charissimi: imò quum & filius noster Hypatius ab Aegypto pro ad me propter hoc venisset, consona suffragia simul multa videns, punctus animo ac cogitatione, considerationem mecum feci, & visum est mihi promptè animum indecere, iuxta literarum vestrarum petitionem, ad hoc vt indubitanter ego tenuis hanc meam epistolam desiderio vestro scriberem. Equale quidem admiror admirabilem Domini & Dei nostri dispensationem, cui complacuit ob excellentem ipsius bonitatem, omnibus dare sanctum suum Spiritum, qui ipsum in veritate quærunt. Neque enim impias vestras & vestrorum petitiones per literas ò charissimi duxi, sed motum examinaui, qui ex Dei gratia in vobis incepit. Qui enim in veritate consona & concinna cum beato Petro dicere non uerunt, nempe, Tu es Christus filius Dei uiuentis, hic clarè ab ipso Domino beati prædicabantur: quemadmodum et sanctus ille beatus prædicatus est, dum audiuit, Beatus es tu Simò Bar Iona, hoc est filius Iona: pater enim ipse Iona vocabatur, Bar autem ex Hebræa lingua filium interpretari possis. Atque hoc erat

Hypatius

Conops

Bar Iona

erat vitam quam dedit vnigenitus filius discipulis suis, dicens, Vt habeant vitam in seipsis, & cognoscant solum verum Deum, & quem misit Iesum Christum. In eo igitur quod dixit, Solum verum Deum, ad monarchiam & vnus principatum nos duxit, vt ne amplius sub elementis mundi sumus seruitute presertim, sed ad vnitatem solius veri Dei. Prima enim scortatio, est excogitatio simulachrorum, inquit scriptura. Et quem misit Iesum Christum: Quem Iesum Christum Verum Deum. Sicut dicit de ipsa loanes, Vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Vnus itaque Deus pater, & solus verus Deus & non secundum effectus deos, quos putauerunt Græci quidam deos, quum non sint dii, sed solus verus Deus. Nam solus ex solo vnigenitus, & solus Spiritus sanctus: Trinitas enim in vnitatem, & vnus Deus, pater & filius & Spiritus sanctus. Frangit autem & conturbat hic sermo: deos qui non digni facti sunt Spiritu sancto. Nemo enim potest dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto: Et etiam nomen Iesus etiam Iudæi dicunt, sed Dominum non putant. Et Ariani dicunt nomen, & Deum adoptatum dicunt, & non verum, quoniam non fuerunt participes Spiritus sancti. Nisi enim quis susceperit Spiritum sanctum, non dicit Iesum Dominum verè, & Deum verè, & filium Dei verè, & regem æternum verè. Dicant enim qui malam opinionem habent, quòd vnigenitus filius Dei non vult omnia de seipso testari. Si enim dixit in Euangelio, Si testimonium præbeo de me ipso, testimonium meum nihil est: Alius est qui testatur de me, Et quis est alius qui clamauit de caelo, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est. Hic verò qui dicit, Si ego testimonium præbeo de me ipso, testimonium meum nihil est: rursus dicit, Et si ego testimonium præbeo de me ipso, testimonium meum verum est. Et rursus, Ipsa opera testantur, quæ dedit mihi pater. Et rursus, Moses scripsit de me, & Moses testatur de me. Primum quidem, Si ego testimonium præbeo de me ipso, testimonium meum nihil est: quoniam multi glorificant se ipsos, & testantur de seipsis, quo excinderet gloriationem iactabundoriam, & seipso commendantium. Quum verò dicit, Et si ego testimonium præbeo de me ipso, testimonium meum verum est: ostendit, quòd non humanum est ipsius testimonium, sed quòd Deus est vera adstruens suo testimonio. Verus itaque Deus pater, verus Deus filius, verus Spiritus sanctus, spiritus Dei existens, & spiritus veritatis, Trinitas in vno spiritu numerata. Nam de patre ipse filius dicit, Quo cognoscant te solum verum Deum. Fide dignus autem testis est, qui super pectus ipsius recubuit, vnigenitum Deum ipsum appellans. Non apposuit autem vnigenito Deo, Deus verus: sed de patre scriptum est, Verus Deus de filio verò, Vnigenitus Deus. Et rursus de patre, Lux Deus: de filio autem, Erat lux vera. Et vide mihi exactam scripturarum sinceritatem: Est equidem pater lux, & non appositum est de patre, Lux vera de filio verò dixit, Lux vera, & nemo audeat aliter dicere. Quis enim insans aut demens, audebit blasphemiam suspicionem sibi ipsi comparare: quum non inueniat appositam vocem, Vera? Si enim qui ex ipso genitus est genuinus filius, lux vera est, filij genitor citra ambiguitatem lux vera est, ipse qui genuit ipsum sine principio & sine tempore lucè vera. Et quemadmodum nõ audendum est de patre dicere, quoniam non est lux vera: sed propter pietatem, cuique apud se cogitandum. Nouimus etiam non sit scriptum quod est lux vera, & non dubitamus, vt ne pereamus: Sic etiam de filio scriptum est, quòd Deus est filius. Et quamuis non additum sit, Deus verus, infamiam nobis ipsi aggregabimus si ausi fuerimus blasphemare, & non dicere filium Deum verum. Sufficit enim de vno omnem Trinitatis conligationem ferre, & à patre intelligere filium Deum verum, & spiritum verum, quum vicissim appositæ sint vtrisque nominibus æquiualeantia veritatis: patri quidem, Deus verus: filio verò, Deus. Et vice versa filio Lux vera, patri verò lux: quo duas glorificationes de Deitate coniungentes, de patre quidem, Deus verus, de filio autem, lux vera: & de patre lux, & de filio Deus: à luce & voce Deus, vnam Deitatem à Deus verus, & lux vera, vnam potentiam vnitatem confiteamur. Similiter etiam de sancto spiritu, Si ego abiero, ille veniet, inquit, spiritus veritatis. Et amplius de seipso, Ego sum veritas. Et de patre, spiritus patris mei, qui loquitur in vobis. Et de spiritu, spiritus meus stetit in medio vestrum. At spiritus ineffabiliter cooperans filio, eicit ipsum in desertum, vt tentaretur à diabolo. Et ipse Dominus, spiritus Domini super me propterea quod vixit me. Spiritus autem sanctus in prophetis loquens, Hæc dicit Dominus omnipotens, Qui loquitur in prophetis Dominus, qui firmat tonitru, & creat spiritum: tonitru quidem quod resonat in auribus hominum, creans autem spiritus ad operationem pluuiarum: quæ demittuntur à Deo ad terram. Et de creaturis quidem sic dicit: Firmans tonitru, & creans spiritum. Hæc enim creata sunt. Annuncians autem Christum suum hominibus, nõ amplius creans, non amplius firmans: sed annuncians ipsum hominibus verè genitum ex ipso, increatum, immutabilem, inalterabilem, qui semper est ex semper existente, qui per Iohannem prædicatus est semper existens. Qui est, inquit, misit me, dicit Moses Et Ioannes: Qui est in sinu patris, ille enarrauit. Existens est filius, existens est pater. Qui est, apud eum qui est, ex ipso genitus. Non coniunctio existens cum patre, non qui in cœperit esse, sed sepep genuinus cum patre. Semper pater qui genuit filium. Non enim vnquam erat tempus quando pater non erat pater. Non erat vnquam tempus, quando filius non erat patri soli. Si enim erat tempus quando non erat pater: ergo ipse erat filius alterius patris, antequam esset pater vnigeniti. Et qui sibi videtur pii esse in patre, perfecte impii sunt. In Deo enim non tempus, non momentū temporis, non punctum, non in diuidua temporis particula, non ictus oculi, non mentis subleuatio recipitur. Sed quantum ascenderit mens tua, vt filium comprehendas ac credas, simul cogitat & patrem. Nomen enim est significatum. Quum enim filium vocaueris, filium dicens, cogitas patrem: à filio enim pater intelligitur. Et cum patrem appellaueris, significas filium: pater enim omnino filij appellatur. Quando igitur poteris audeere ac dicere, quòd pater non erat pater, quo etiam filium audeas dicere nõ

Scortatio prima, cul simulachrorum.

Lux, & lux vera.

Deus, & Deus verus

Creas spiritum, quomodo intelligendum.

synusios et Homosios.

non esse? Si verò non audes dignitatem apponere patri: vix Filius in identitate existit, & non opus habet additione, non gloria, non progressu: disce ut ne sis maledictus quicquid fidem infestas, imò potius reipsum à fide persequeris: sed semper crede sempiternum, qui verè genuit filium semper verè existentem apud verè existentem patrem. Filius enim semper, non coniunctio existens patri, non confrater, sed filius genuinus ex patre genitus, naturalis filius, non adoptatus, filius coessentialis patri, non synusios, hoc est simul essentiam habens, sed homosios, id est coessentialis: hoc est, non extra patrem genitus, velut quidam per cauillum dicunt, adoptione volentes esse filium, & non veritate. Col ligantia autem est fidei, coessentialitatem dicere. Si enim dixeris coessentialitatem, solus Sabellij potestatem non enim vnus substantia: significationem habet vox coessentialis, sed substantia esse patre, & in substantia filium, & in substantia spiritum sanctum. Cui verò coessentialitatis dicitur, non tres deos: Neque enim si dixerimus filium & patrem Deum, duos deos dicimus vnus enim est noster Deus, velut beatus Moses dicit, Dominus Deus, Dominus vnus est. Non deos dicimus, Deum patrem, Deum filium, Deum spiritum sanctum, & non deos. Neque enim est multitudo deorum in Deo, Verum per tria nomina vna deitas, patris & filii & spiritus sancti. Et non duo filii: vnigenitus enim vnus ipse filius, spiritus sanctus ipse spiritus sanctus, spiritus Dei, semper existens cum patre & filio, non alienus Deo, sed à Deo existens à patre procedens, & à filio accipiens. At filius quidem vnigenitus, in eodemprehensibilis, & spiritus, in eodemprehensibilis: verum ex Deo non alienus à patre & filio. Neque coniunctio est patris & filii. Sed Trinitas semper existens eiusdem essentia, non alia essentia prater deitatem neque alia deitas prater essentiam, sed eadem deitas, & ex eadem deitate filius & spiritus sanctus. Et spiritus quidem, spiritus sanctus: filius verò, filius. Spiritus autem à patre procedens, & ex filio accipiens, perfectus profunditatis Dei annuncians ea quæ sunt filii, in mundo sanctificans sanctos per trinitatem, tertius nomenclaturatur, pater & filius & spiritus sanctus. Eunt, inquit, baptisate in nomen patris & filii & spiritus sancti: quoniam est sigillum gratiæ, colligatio Trinitatis, non alienus à numero, non separatus à nomenclatura, non alienus à dono, sed vnus Deus, vna fides, vnus Dominus, vnus donum, vna Ecclesia, vnus baptisma. Semper enim Trinitas trinitas, nunquam additionem accipit: & sic numeratur, Pater, Filius, & sanctus spiritus. Non est coniunctio ipsa Trinitas, non distans quid in ipsa est à propria ipsius vnitate: verum in substantia perfectionis, perfectus pater, perfectus filius, perfectus spiritus sanctus: pater, & filius, & spiritus sanctus. Et vice versa, spiritus donis perfectus est. Diuisiones enim donorum sunt, idem autem spiritus: & diuisiones ministeriorum sunt, idem verò Dominus: & diuisiones operationum sunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus. Ne excidamus à proposito, ne discedamus à veritate. Nos non patròcinamur pro Deo, sed pie consideramus, vt ne pereamus. Et loquimur non velut comprehendentes: nam vt homines loquimur quæ comprehendimus. Honor enim erga Deum infinitus, & innumeris modis in mente nostra glorificatus est, nihil amplius gloriæ assumens, neque detrahi sinens. Nihil enim in Trinitate creatum, aut postea factum. Sed pater quidem filium generat, non erat autè vnquam tempus quado non erat filius. Neque enim pater in aliquo tempore pater non vocabatur: sed erat semper pater, & erat semper filius: non confrater, sed filius genitus ineffabiliter, & nominatus in comprehensibiliter. Cum patre verò existens semper, & nunquam esse desinens. Pater igitur ingentus & in creatus, & incomprehensibilis. Filius genitus, sed & increatus & incomprehensibilis. Spiritus sanctus semper, non genitus, non creatus, non confrater, non pater, non filius: sed ex eadem essentia patris & filii spiritus sanctus. Spiritus enim Deus. Vnumquodque autem nomen vnicum nomen est, non habens secundam significationem. Nam pater pater, & non habet comparandum, neque alteri patri quid coniunctum, vt ne duo sint dei. Et filius vnigenitus Deus verus ex Deo vero, non patris habens nomen, neque alienus à patre, sed vnus patris existens: vnigenitus autem, quo vnici nominis sit filius, & Deus ex Deo, quo vnus Deus pater & filius vocetur. Et spiritus sanctus vnici nominis est, non filii habens nomen, non patris nomenclaturam, sed spiritus sanctus sic appellatus, non alienus à patre. Ipse enim vnigenitus dicitur, spiritus patris, & qui ex patre procedit, & de meo accipiet, vt ne alienum putetur à patre, & filio, sed eiusdem essentia, eiusdem deitatis, spiritus diuinus, spiritus veritatis, spiritus Dei, spiritus paracletus, vnico nomine appellatus, non habens comparationem, non alteri alicui spiritu adæquatus, non appellatus nomine filii, aut nominatus nomine patris, vt ne vnica nomina æquiuoca sint: veruntamen Deus, sed in patre, Deus: in filio, Deus: in sancto spiritu, Dei & Deus. Spiritus enim Dei, & spiritus patris, & spiritus filii, non iuxta aliquam compositionem, quemadmodum in nobis anima & corpus, sed in medio patris & filii, ex patre & filio, tertius nomenclaturatur. Eunt enim inquit, baptisate in nomen Patris & Filii & spiritus sancti, Si verò baptisat pater in nomen suum, in nomen Dei, & perfectum sigillum in nomine Dei obsignatum est in nobis: & baptisat Christus in nomen suum, in nomen Dei, & perfectum sigillum in nomine Dei obsignatum est in nobis: quis audebit suam animam impugnare, spiritum alienum à deitate dicens? Si enim in nomen Dei, & in nomen filii, & in nomen sancti spiritus, vnum sigillum est trinitatis: vna ergo potestas deitatis in trinitate. Si verò vnum est Deus, alia verò creata, & non Deus, qua ratione colligata sunt, sunt duo ad vnum sigillo perfectionis? Igitur in regium nomen signati sumus vnum illud patris: & alia non sunt regia, sed adhuc elementis & creaturis seruitute subiecti sumus. Et non potuit solum nomen patris saluare, sed si bi ipsi creauit alia duo elementa, iuxta maledicorum opinionem, vt assumeret deitas etiam alias virtutes, et signatum ab ipso saluare posset, et homo ab ipso creatus redemptionem remissionis peccatorum acciperet. Hei quales nugæ. O ingentem blasphemiam. Vnde irrepit in mundum aliarum

Filius nec à patre, nec à spiritu sancto alienus.

D

sus noua incredulitas, imò potius dixerim fidei peruersitas: Deterior est enim fidei peruersitas incredulitate. Incredulitas enim fidem accipiens corrigi poterit, fidei verò peruersitas incorrigibilis est, & ægrè saluatur, nisi sanè donum & gratia aliqua ex supernis accesserit. Dicit igitur beatus Petrus ad Ananiam: Quid tentauit te diabolus, vt mentireris Spiritui sancto? Et ait, Non mentitus es hominibus, sed Deo. Ergo Deus est ex patre & filio spiritus, cui mentitus est ille, qui de precio aliquid detraxit. Quem admodum etiam Paulus huic sententiæ concinit, dicens: Vos autem templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis. Igitur Deus est spiritus, sicut antea dixi. Quapropter templum Dei vocabuntur etiam sancti homines, qui sanctum Dei spiritum in seipsis habitare fecerunt. Quem admodum testatur princeps Apostolorum, qui dignus factus est beatus prædicari à Domino, quod pater ipse reuelasset. Si itaque pater reuelat ipsi filium verum, & beatus prædicatur: idem etiam gursus reuelat, sanctum suum spiritum. Ipse autem Dominus constituit eum primum Apostolorum, petram firmam super quam ecclesia Dei edificata est, & portæ inferorum non valebunt a ducere illam. Portæ autem inferorum sunt hæc reses & hæc sarchæ. Iuxta omnem enim modum in ipso firmata est fides, qui accepit clauem cælorum, & soluit in terra, & ligat in celo. In hoc enim omnes quæstiones ac subtilitates fidei inueniuntur. Hic est qui tertium negauit, & tertium se deestatus est, antequam gallus caneret. Hic excellentiam suæ erga Dominum suum dilectionis significans, affirmans dixit: Etiam si omnes negabunt te, ego non negabo: quantum in homine est, dico. Hic est qui plorauit ob vocem galli, vt verè confiteretur filii Dei conceptionem, non in apparentia esse, sed veram: vt diceret ipsum verum hominem, in plorando ob eum qui propter conceptionem suam traxerit esset. Hic est socius eius qui super peccus Domini recubuit. Ille enim à Domino discens, & à filio accipiens cognitionis facultatem reuelauit. Hic verò à patre accepit certitudinem fidei suæ dans. Hic in mari Tiberiadis nudus iustus vbi vocatus fuit, piscatus est. At discipulus quem diligebat Iesus, ob verbum quod dixit, Saluator: Pueri, num quid oblonii habetis? Et ait, Mittite in dexteram nauigi partem, & inuenietis: ob hoc, inquam, verbum conseruati illi sunt. Et dicit Ioannes quem diligebat Iesus, Dominus est: homo quidem secundum carnem à Maria genitus in veritate, non apparentia: Deus autem spiritus existens, qui à cælestibus ex patre venit. Hic est qui audiuit ex ipso, Petre pater agnos meos, cui concreditum est ouile: qui bene deduxit per virtutem Domini sui, qui confiteretur de carne: qui verè quæ patris sunt denunciat de filio, qui spiritum indicat, & dignitatem ipsius in deitate: qui dexteram porrexit Paulo & Barnabæ societatis, cum Iacobo & Ioanne, vt per tres testes stet omne verbum. Nihil enim sine duobus aut tribus testibus esse, potest Ad hoc enim confirmabatur per ænigma, quum in Lege solum patrem cognouissent, nisi virtutem filii accepissent, & per testes patris & filii confirmati fuissent, per tertium verò testimonium spiritum sanctum accepissent, & repleti essent, manifestè vocibus Cherubim & Seraphim tertium clamantium sanctus, sanctus, sanctus. Non enim per duas voces glorificatio in celo perficitur: neque quartum acclamant eadem sancta & inuisibilia spiritualia animalia, neque quartam vocem eadem edunt: neque vnâ solam, sed tres voces singulares, Sanctus, sanctus, sanctus: & non dicunt, Sancti, sancti, sancti: quo singulare celebre pronunciant: neque trium numerum occultent, sed ter quidem dant sanctificationem: vniformiter autem & singulariter proferunt sermonem, vt ne multitudinem deorum nominent. Vnus enim est Deus, pater in filio, filius in patre, cum sancto spiritu: sanctus sanctis quiescens, pater verus in substantia, & filius verus in substantia, & spiritus sanctus verus in substantia. Tria existentia, vna deitas, vna essentia, vna glorificatio, vnus Deus. Neminati Deum, comprehendisti mente trinitatem, habuisti spiritum sanctum, dignatus es ipsum potentia paterna, & filii Dei, glorificasti patrem significasti filium & sanctum spiritum, sed non iuxta coniunctionem. Est enim Pater pater, est Filius filius, est spiritus sanctus spiritus sanctus spiritus sanctus. Sed non abalienata trinitas ab vnitate & identitate: honoratur autem pater, secundum quod pater est: honoratur filius, prout spiritus verus est, & spiritus Dei. Sic dicit vnigenitus, Qui honorat patrem, honorat filium. Hoc ipso enim quod dicit patrem, filium indicas, & filium honoras. Et qui filium honorat, honorat patrem. Hoc ipso enim quod tu nominas filium, honoras patrem, non minorem Christum patre asserens. Si enim inter nos homines talis opinio est, & non minores filios volumus, neque à patrum honore imminutos: ignominia enim in filios ad patres refertur: quanto magis Deus & pater non voluerit vnquam imminui filium suum? Qui itaque eum qui verè est patris filius, egerit & abesse putat à gloria patris, is magis ignominia afficit pro honore, per ignorantiam inductus. Quem admodum igitur reuelat patrem dicens, Nemo nouit patrem nisi filius, & nemo nouit filium nisi pater: ita audeo dicere, neque spiritum quis nouit spiritum, nisi pater & filius, à quo procedit, & à quo accipit. Quomodo verò alienum à Deo spiritum dicere audeat, qui in infania potius correpti sunt, & non veritate, et non discunt veram vocem fidei digni et sancti apostoli Pauli. (cui dextram porrexit princeps Apostolorum Petrus, qui dignus factus est habere clauem regni cælorum) qui audiuit ex cælis, Saule saule, quid me persequeris? Qui dignus factus est audire verba arcana, quæ non licet homini loqui, qui dicit, Nemo nouit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui habitat in ipso: ab exemplo superna declarare volens, vt ne hominis exemplum ad Deum conferreret, sed per exemplum patrem superiorum reuelaret. Vniuersa enim creatura congregata Angelorum et Archangelorum, Cherubim et Seraphim, cum exercitu cælesti, cælique ac terræ, terrestrium ac cælestium ac inferorum, luminarium & stellarum, siccorum & humidorum & omnium insumma, quæ in celo sunt & terra: non potest ostendere, neque per exemplum assimilari suo Domino, secundum gratiam enim imaginè largitur, velut scriptura, Fecit Deus hominè, secundum imaginè Dei fecit ipsum. Per gratiam enim habet imaginem omnis homo. Nemo verò suo domino assimilabitur. Alterum enim inuisibile, al-

Petri principatus et præstia.

Trii testimoni.

Tertium sancti clamant ipse seraphim.

terum visibile: alterum immortale, alterum morti obnoxium, & alterum omnis sapientia fons, & omnia habens in seipso perfecta. At homo gratiam habens ex parte desitutus est perfectissimis, nisi Deus velit exhibere iuxta dignitatem accepta imaginis, perfectionem per gratiam. At tamen exemplo vsus idem sanctus Apostolus, Nemo, inquit, nouit quae sunt hominis, nisi Spiritus hominis, qui habitat in ipso. Sic & quae Dei sunt nemo nouit: & non dixit, Nisi Spiritus Dei qui habitat in ipso: sed Spiritus Dei, solum. Vt ne quis compositum Deum intelligeret, Nisi, inquit, Spiritus Dei. Spiritus enim Dei omnia perferatur, etiam profunditates Dei. Non alienus itaque est Spiritus Dei, qui perferatur profunditates. Si vero reprehendit nos diuina Scriptura, dicens: Quae tibi praecpta sunt, ea considera: & non opus est tibi occultis, & alibi te ne queras, & profundiora te ne expendas: Ergo dixerimus etiam de sancto Spiritu, quod magis per curiositatem, & non legitime perferatur profunditates Dei: At ubi perferatur profunditates Dei, quae sunt causam, die & solide, velut aliena inspectans, velut non propria concipiens stabit. Sed quoniam digni sunt sancti, ut Spiritus sanctus in ipsis habitet: ubi in sanctis fuerit Spiritus sanctus, largitur ipsis ut perferatur profunditates Dei, ad hoc ut profundes glorificet, quem admodum etiam Dauid hoc confitetur, De profundis enim, inquit, clamauit ad te Domine: & iuxta infinitam magnitudinem, & non modice parceque ac imperfecte, quem admodum hi qui sunt Aethiops sectae, & omnes externae. Nam ex quo lex per Moysen data est, haereses quae post ipsam dissectae sunt, ante Christi in carnem aduentum, vnde decem fuerunt: & post aduentum in carnem, aliae sexaginta: exceptis his quae ante legem fuerunt, & ante has omnes quinque: & alii quatuor Graecis sectis, quae sunt ante legem ex toto, nouem: simul autem omnes cum suis matribus, numero octoginta. Quorum matres quidem sunt quinque scilicet, Barbarismus, Scythismus, Graecismus, Iudaismus, Samaritismus. Ex his, ex Graecismo quidem haereses quatuor, Pythagoraeorum, Platonicoorum, Stoicorum, Epicureorum. A lege vero ante Christi in carnem aduentum, vnde decem: Ex Iudaismo quidem septem, Scribarum, Phariseorum, Saduceorum, Ossaeorum, Nafaeorum, Hebraeorum baptistarum, Herodianorum. Ex Samaritismo vero quatuor, Gorthenorum, Sebathorum, Essenorum, Osthoeorum: simul vnde decem a Legge ex Iudaeis & Samaritis exortae. Omnes igitur ante aduentum Christi in carnem, & vsque ad ipsum, ab Adam initio sumpto, viginti sunt. Post aduentum vero Christi in carne, vsque ad regem Valentinianum, & Valentem, & Gratianum, omnes haereses quae Christi nomen falso de se praedicarunt, sexaginta sunt, & sic numerantur: Simoniani, Menandriani, Saturniliani, Basilidiani, Nicolaitae, Gnostici, qui & Stratotici & Phibionitae, & apud quosdam secundianitae, apud alios soctaticae, apud alios Zachariae, apud quosdam Coddiani appellati, ac Borboritae: Carpocratitae, Cerinthiani, qui & Merinthiani: Nazoraei, Ebionitae, Valentini, secundiani, quibus coniungitur Epiphaneus & Iidorus: Ptolemaeae, Marcotis, Colorbasti, Heraeleonitae, Ophitae, Caiiani, Sethiani, Archontici, Cerdoniani, Marcionitae, Lucianitae, Apelleiani, Iseueriani, Tariani, Eueratitae, Phrygastae, qui & Montanistae, & Tascodrugitae: Pezuziani, qui Priscilliani & Quintilliani. Quibus connectuntur Artotyritae, Tessarescaecatitae, qui pascha vnam diem anni faciunt: Alogi, qui Euangelium & Apocalypsum Ioannis non admittunt: Adamiani, sam psae, qui & Helcesae: Theodotiani, Melchisedeciani, Bardesianitae, Noctiani, Valesii, Cathari, qui & Nauatae: aut etiam Montesii, velut Romae vocantur: Angelici, Apostolici, qui & Apotactici: Iabelliani, Origenistae, qui turpia faciunt: Origenistae, ab Origene Adamantio: Pauli famosatenis sectatores, Manichaei, qui & Acuanitae: Hieracitae, Meletiani, qui in Aegypto sectam habent: Arriani, qui & Arriomanitae: Audiani sectae, & nonhaeresis: Photiniani, Marcelliani, semitari, Pneumatomachi, qui sanctum Dei spiritum blasphemant: Aetiani, Aetiani, qui & Anomaei: quibus coniungitur Eunomius, imo potius Anomaeus: Dimocritae, qui non perfectam Christi incarnationem consentunt, qui & Apollinaritae, qui sanctam Mariam semper Virginem, postquam saluatorem genuit ipsi Ioseph continentem fuisse dicunt, quos appellauimus Antidicomarianitas. Qui in nomen ipsius Mariae collyridem offerunt, & vocantur Collyridiani: Massaliani, quibus coniunguntur Martyriani à Graecis, & Euphemitae, & sataniani. Et in summa, molestia vos afficio, atque ipse etiam afficior, in tot haereson nominibus recensendis, & in nefariis ipsarum actionibus enarrandis, ampliusque duarum sectarum, tum eorum qui in Aegypto sunt, & Meletiani appellatur, qui propter quendam in persecutione factum casum, ab his qui sunt à nostris suscepti in ipsorum sortes post penitentiam, seipso abscederunt, non tamen in haeresi sunt: tum eorum qui in Mesopotamia Audiani vocantur, & schismatici existunt, sed non alienam fidem habent, solum priuatim de eo, quod secundum imaginem est contententes, non propter fidem rebellantes & seipso separantes, neque propter aliud quid, quam per vltionem iusticiae arrogantiam, eo quod non societatem habent cum episcopis & presbyteris aurum & argentum possidentibus: & eo quod pascha faciunt, quo tempore Iudaei faciunt, & horum gratia seipso abscedentes, & ab vnitatem orthodoxae ac rectam de fide sententiam habentis Ecclesiae abalienantes.

Nam qui non acceperunt spiritum sanctum, non didicerunt profunditates Dei, & ad has haereses diffracti sunt, & ad sectarum per occasionem nugas. Relicta enim veritate ad multas calles transiuerunt, alias aliter & alia sentientes ac statuentes. Dicit autem idem sanctus Apostolus, declarans nobis ob quam causam hoc dixerit: Nos autem spiritum Dei accepimus, ut sciamus quae à Christo donata sint nobis, quae etiam loquimur, non sermonibus quos docet humana sapientia, sed quos docet spiritus sanctus, spiritualibus spiritualia comparantes. Spiritus itaque Dei non alienus est à Deo. Si enim à Deo alienus est, quomodo profunditates Dei perferatur? At dic mihi tu vana gloria appetens, qui te ipsum impugnas, ut ne dicam spiritum sanctum Dei, dic mihi vanissime homo, cur bello impetis

Spiritus dei, quomodo fundatur perferatur.

Haereses oēs lxxx.

Sectarum authores.

Spiritus sanctum impugnat.

lo impetis eum qui bello expugnari non potest: Quid pugnas contra inexuperabilem: durum est tibi aduersus stitulum calcitrare, te ipsum scandalo afficis, & non verbum: te ipsum capis, & non spiritum: te ipsum à Dei gratia abalienas, & non filium à patre, neque Spiritum sanctum à patre & filio. Omnino enim dicis iuxta versutam calliditatem. Audiui enim iam aliquos vanes sapientes, qui Dei & Saluatoris nostri veritatem in blasphemiam transferunt, ac dicunt, Scrutatur quidem profunditates Dei, sed non comprehendit: eo quod non additum est ad dictum illud, hoc verbum, sed solum dixit Apostolus, Perferatur profunditates Dei: & non additum est, comprehendit. O ingentem stoliditatem. Opus enim erat à pharifice, postquam dixit perferatur, dicere comprehendit: Nam iuxta tuam amentiam clauda reperit scripta res, non apposita voce. Nunc vero non relinquunt tibi praetextus. Vndiqueque enim congregat Possitura. piensillimo vito veritatem. De omnipotente enim Deo sic scriptum est, Deus examinans renes, & perferans promptuari ventris. Si vero examinat renes, ergo non nouit, quoniam examinatur, aut totam cognitionem in examinando pronunciauit: Perferans autem promptuari ventris: rursus non additum est, comprehendens: ergo nisi additum fuerit dicto, comprehendit: mortem mihi procurabo, annectens ad dictum, non comprehendit, iuxta tuum à stolide sermonem? Sic igitur & de Spiritu sancto dictum est, quod perferatur, & non opus erat dicere, quod etiam comprehendit. In ipso enim dicto declarat, quod est in Spiritu sancto cognitio Dei, & profunditas Dei, & quamuis non dicat, comprehendit: hoc ipsum mihi intellige, & ne animam tuam perde. Sicut enim de patre non audendum est dicere perferatur, & non comprehendit. Ipse enim hominem creauit, cum filio & sancto Spiritu. Semper enim Trinitas, Trinitas, & nunquam additionem accipit. Sic sanè etiam de sancto Spiritu intelligendum est. Quum enim dicat Scriptura, quod fecit hominem. In principio enim fecit Deus caelum & terram: indicat patris vocem conuocantem ad opificium: & quum dicat, Faciamus, de filio ac sancto Spiritu utique eum dicere diuinem. Sic enim dicit Scriptura, Verbo Domini caeli firmati sunt, & Spiritu oris ipsius omnis virtus ipsorum. Simul itaque creat verbum cum patre, simul creat etiam Spiritus sanctus. Qui itaque fecit hominem omnipotens Deus, non nouit quae sunt hominis, perferat promptuari ventris? Imò maximam Dei cognitionem hic sermo declarat, hoc dicens, ut ne quid inter vos peccatores puter adhuc à Deo occultatum esse. Ipse enim nouit hominem, & quae sunt hominis. Perferatur itaque pater promptuari ventris, & nouit: perferatur spiritus profunditates Dei, & nouit. Reuelat enim sanctis Dei mysteria, & docet profundè Deum glorificare, & huius incomprehensibilitatem suis ostendit. Ergo non est alienus à Deo spiritus. Non enim dixit de angelis, perferantur profunditates Dei: neque de archangelis. Nemo enim nouit diem, neque horam, inquit filius Dei, neque angeli caeli, neque filius, nisi pater. Putant autè stolidi, qui non sunt orati Spiritu sancto, num est quid in patre, quod non est in deitate filii? Sicut enim habet pater vitam in seipso, sic habet filius vitam in seipso. Et omnia quae sunt patris mei, mea sunt, inquit idem Dei sanctum Verbum. Quae vero sunt ea quae patris sunt, quam haec? Deus, patris est: hoc etiam filii, vita patris est: haec etiam filii. Lux patris, nimirum etiam filii. Immortalitas patris, similiter etiam filii incomprehensibilitas patris, itémque filii. Omnia quae patris sunt, filii sunt. Si itaque ea quae patris sunt, ipsius sunt: etiam cognitio quae est in patre, & in filio, & in spiritu sancto est. Si vero quis putat filium ignorare diem, discat in doctus, & ne maledicat. Proponam enim ipsi cognitionem, & cognoscat. Dic mihi è dilecte, dilecti enim te voco, neminem enim odi, nisi solum diabolus, & opera diaboli, ac peruersam fidem: propter te vero preces effundo, ut venias ad Dei veritatem, & ne te ipsum perdas in blasphemiam in Deum. Profunda enim sunt verba sancti Dei, verum per Spiritum sanctum per dona dantur. Alii enim, inquit, datur sermo sapientiae, alii sermo doctrinae, & c. idem autem spiritus diuidens vnicuique sicut vult: quo tibi ostendat, etiam spiritus sancti autoritatem. Quum enim idem Spiritus omnibus dona det, sicut vult, roga itaque patrem ut reuelat tibi Filium, & roga filium ut reuelat tibi patrem: & rursus roga patrem ut det tibi filium, & reuelat tibi sanctum spiritum, & det tibi ipsum habere in te, quo datus in te sanctus Spiritus, reuelat tibi omnem cognitionem patris & filii & spiritus sancti: ut dicas quod in filio non est vlla ignorantia, neque in sancto Spiritu. Etiam si enim Angeli destituantur maiore potestate ac cognitione, absit ut etiam filius Dei & sanctus spiritus destituantur. Spiritu autem dicit Deus, qui à patre venit ad nos sanctum verbum. Verum animales diuidicant non intelligentes filii sapientiam, imò potius sapientiae sermonem. Interroga te, & dic mihi, utrum maior est Pater, aut dies illa de qua dicit? Non audebis dicere patrem non esse maiorem. Si igitur maior est pater & die & hora, & omnibus ab ipso creatis se creandis, & nemo ipsum cognoscit nisi filius: vtrum igitur maius, cognoscere patrem, aut illam diem? Manifestum est, quod cognoscere patrem. Quomodo igitur qui maiora nouit, minoribus destitutus est? Si itaque cognoscit patrem, cognoscit omnino etiam diem. Et nihil est quod destituitur in cognitione filii. At dicis quod maior existens pater, omnium cognitionem habet: filius vero nequaquam, quem admodum etiam ipse dicit, Pater meus maior me est? At hoc honorans patrem filius dicit, velut decebat eum qui ampliter honoratus est à patre. Oportebat enim verè genuinum filium honorare proprium patrem, ut ostenderet ingenuitatem. Quomodo vero tu putas maiorem esse ipsum, circumferentia, aut mole, aut tempore, aut temporis parte, aut dignitate, aut deitate, aut immortalitate, aut aternitate? Ne putes haec. Nihil enim in deitate inaequale est ad filium, sed prout pater pater est, & prout filius genuinus, honorat suum patrem. Neque enim mole fertur Deus, ut mole excedat filium patrem: neque tempore subiacet, ut tempore pater filium excedat: neque iuxta mensuram in alto locum habet pater (omnia enim ipse continet, & à nullo continetur) ut filius inferior intelligatur: Sed det enim in dextra patris, & non dixit Introiit ad patrem: quo Sabellium destrueret, & Arriū subuerteret cum sua blasphemiam. Quapropter ne queras

Neque filius nouit, quomodo accipit dū.

Pater me maior me est, quomodo intelligendum.

Nemo bonus nisi vult deus quomodo accipere dicitur

Epitheta Verbi filii Dei.

Cognitiones in scriptura duas sunt.

quas non querenda, sed honora filium, vt patrem honoras. Quam autem audis de Deo, Nemo bonus nisi vnus Deus: num audebis propterea quod filius excellenter honorat patrem, pronunciare filium non bonum? Neque enim negans seipsum bonum esse, patrem bonum dicit: imò tanto magis seipsum reuelat in hoc, quod honorem ad proprium suum patrem refert, quo à bonitate patris cognoscatur noticia bonitatis filii Dei, à bono patre Deo geniti. Multa est enim imbecillitas eorum qui tale de filio dicere audent. Et si enim dixerit, Vnus est bonus Deus, ecce in multis docet scriptura, bonum vocans puerum pauperem & sapientem. Et bonus erat Samuel cum Domino & hominibus, & bonus erat Saul filius Cis ex tribu Beniamin, altior vniuerso populo Israel ab humeris & sursum. Et, Bonum est ire in domum luctus, magis quam in domum conuiuii. Et, Aperi Domine cælum thesaurum tuum bonum. Et, Bonus sermo præ dono. Et, Bonus canis viuens præ leone mortuo. Et, Bona duo præ vno. Et, Bonus finis serorum præ initio. Et, Si vos mali quum sitis, nouistis bona dona dare filiis vestris: de pisce & pane dicens. Quomodo igitur audebis cogitare, filium abnegare suam bonitatem, & non propter excellentiam honoris patris ferre bonitatem: videbat enim dicentem ad ipsum, Magister bone: dicentem ore, & non corde, & redarguere ipsum volens, quod non labiis ipsius crederet, sed cor redargueret, quem admodum etiam in alio loco dicit, Quid mihi dicitis Domine Domine, & non facitis sermones meos? Et hic volebat ipsum redarguere: appellabat enim ipsum bonum magistrum, & non manebat in sua fide, vt crederet in ipsius bonitatem. Ipsum itaque sanctum verbum viuens in substantia, rex ille cælestis, filius genuinus, qui semper est cum patre, qui ex patre prodiit, splendor gloriæ, character substantiæ, imago patris in veritate, ille eiusdem throni cum eo qui ipsum pro duxit, cuius regni non erit finis: iudex ille viuorum & mortuorum, qui sapientia est ex sapientia, qui fons est ex fonte. (Me enim, inquit, reliquerunt fontem aquæ vitæ, & effoderunt sibi ipsi lacus contritos) fluuius ille perpetuus, qui exhilarat suo cursu ciuitatem Dei, quo ex fonte prodiit, ex quo fluuit (inquit) ex ventre ipsius fluent, sceptrum Dauidis, radix Iesæ, flos ille ab ipsa, leo, Rex ille ex tribu Iuda, ouis illa rationalis, lapis viuens, magni consilii Angelus, homo in veritate natus, & Deus in veritate existens, non mutata natura, neque altera deitate, qui genitus est in carne, verbum incarnatum, verbum caro factum, quod habet ante vocem Factum, interpositam vocem Caro. Verbum enim non dixit, factum: sed post verbum, infinitiue ponit, caro. Et post vocem caro, dicit, factum est: quo, factum est, ex Maria probetur, quo verbum quod ex supernis à patre descendit, intelligatur. Hoc sanctum viuens verbum, ille apud patrem Deus, magni consilii nuncius, qui annunciat consilia patris, pater futuri seculi: ipse dixit, Nemo nouit diem & horam, neque angeli qui in cælo sunt. Etenim non sciunt, quod Iesus spiritali intellectu dicit, Nisi solus Pater. Si itaque nouit Filius Patrem, maior autem est Pater & die & hora, & nemo ambigit: quomodo igitur, qui maius nouit, minus ignorat? Neque enim nouit quis Patrem, nisi Filius: & nemo nouit Filium, nisi Pater. Sicut enim magnus est Pater, quia nouit Filium: ita & Filius magnus, quia nouit patrem. Si itaque nouit Patrem, quod maius est: quomodo ignorat id quod minus est, hoc est diem & horam? Perscrutare Scripturas diuinas, & discite sancti Spiritus virtutem: & ipse spiritus, qui nouit patrem & filium, reuelabit tibi verbi filii Dei notionem, vt ne à veritate aberres, & animam tuam perdas. Duæ enim sunt notionēs in diuina Scriptura, duæ cognitiones: vna secundum actionem, altera secundum scientiam & noticiam. Quo verò ab exemplis similia producam, ad hoc vt erronea mens tua & eorum qui sic sentiunt, per multa exæquetur: discite quid dicat Scriptura de Adam. Erant, inquit, nudi in paradiso, & non verecundabantur. Cæci autem non erant, videbant enim. Si enim non vidissent, quomodo conspexissent lignum, quod bonum esset ad cibum, & aspectu pulchrum? Et accipiens, inquit, mulier comedit, & dedit viro suo, qui cum ipsa erat. Ergo non erant cæci, sed apertos habebant oculos: quum nudi essent non verecundabantur videntes, & quum nudi essent seipsum videbant. Videbant autem secundum scientiam, non secundum actionem. Postquam enim eiecti essent ex paradiso, vbi comedissent de ligno, post multum tempus (inquit) cognouit Adam Euam uxorem suam. Quomodo itaque erit hoc, et quidem quum viderant se mutuo dum nudi essent? At conspexerant ac cognouerant seipsum visum, sed non actu. Scriptura autem mutuum coniunctionem, dixit cognitionem. Et solet cognitionem et cognitionem dupliciter appellare. Rursus enim sic dicit, Cognouit Iacob Liam uxorem suam, et concepit ac peperit. Et prius quidem cognouerat ipsam, cum ipsa enim septem annis paucrat oues Laban patris ipsius: verum cognouerat ipsam cognitione per visum et notionem: cognouit autem postea per actionem. Et cognouit Rachel uxorem suam. Et rursus alio loco, Et consenuit Dauid, inquit, et regebant ipsum vestibus, et non calecebat. Et dixerunt Regi, Queratur virgo pulchra, et inuenta est Absac Sunamitis et inquit, adducta est ad regem, et condormiuit ipsi, et confouit ipsum, et non cognouit ipsam Dauid, quæ cum ipsa erat, corpusque applicuerat, et collateralis fuerat. Quam igitur cognitionem dicit, eam quæ per visum, aut eam quæ per actum contingit? Et, Nouit Dominus qui sunt ipsius. Igitur eos qui non sunt ipsius, non nouit: Et, Discedite à me operatores iniquitatis: nunquam enim cognoui vos: ergo est ignorantia in Filio Dei: Et rursus, Vos noui ex omnibus gentibus: Ergo gentes reliquas ignorat? absit. Sed nouit diuina Scriptura cognitionem, aliam secundum noticiam, aliam secundum actionem. Quandoquidem igitur vngenuitus patris implens voluntatem, ostendit iam omnia perfecta. Nouit enim pater horam et diem, nouit ipsam et secundum noticiam, et secundum actionem, nouit enim ipse omnia: etiam in eo quod dicit Filius, Pater omne iudicium dedit filio: etiam non iudicās, per hoc quod dedit filio, ipse iudicat. Non enim abalienatus est Deus à iudiciō eos qui iudicantur, et in eo quod non iudicat pater, iam iudicauit. Filius autem nouit quando veniet: ipse enim fert ipsam diem, et ipse decernit, et ducit, et perficit. Dicit enim, Sicut fur in nocte veniet dies illa. Et dicit, Non erit in nocte quo dies in tene-

in tenebris nos apprehendat. Si igitur serui Christi, Dei filii sunt, nunquid ipse filius ferens diem ignorat, quo ipsum dies apprehendat, & magis ipse diem ferat? Quis hæc secum cogitans non maledicet, dum non conuenientia de Patre & Filio cogitat, & pater quidem nouit diem & horam: secundum duos modos, secundum notionem, & secundum actionem. Nouit enim quando veniet, & rursus iam iudicauit, dum filium iudicare decreuit, & cognouit secundum actionem. Filius verò Dei nouit quidem quando veniet, & ipse fert ipsam & non ignorat, verum non dum fecit ipsam secundum cognitionem, hoc est secundum actionem. Amplius enim adhuc impii sunt, & increduli fidem non habent, & peruersam fidem habentes maledicunt, & diabolus operatur, & peccata sunt, & iniusticia dominatur, & iudicium patiens est, donec veniat & cognoscat ipsum secundum actionem, & faciat ultionem, & seruet eos, qui in veritate in ipsum sperant, & non ipsius Deitatem blasphemis impetunt, Patris & Filii & Spiritus sancti. Ceterum sanctis angelis talis dignitas deest secundum duos modos. Honorati equidem sunt, à Patre & Filio & sancto Spiritu hoc adepti, deest autem ipsis hoc. Non enim nouerunt, quando ea, quæ sunt decreta, fiunt. In propria enim sua potestate posuit pater rempōra. Si autem Pater in filio, & filius in patre, ergo non deest potestas filio, quæ est in patre: deest autem angelis, creati enim sunt angeli & archangeli & potestates. Pater autem increatus, Filius increatus, Spiritus Dei increatus. Non igitur sciunt angeli, neque secundum noticiam, neque secundum actionem, diem & horam. Non enim sciunt quando vult pater & filius & Spiritus sanctus diem inferre, & non sciunt secundum cognitionem actionis. Nondum enim præceptum est ipsis, vt egrediantur ac colligant zizania, & ligent fasciculos, vt comburantur igni inextinguibili. Nondum itaque neque fecerunt, neque nouerunt. Pater autem nouit & fecit. Filius verò nouit quidem, nondum autem fecit. Atque hoc est, nisi pater solus, neque angeli, neque filius. Consideremus itaque virtutem Scripturæ, vt ne fiat nobis litera mors. Litera enim, inquit, occidit, spiritus autem viuificat. Accipiamus spiritum, vt ex litera vilitatem accipiamus. Non litera occidit, in litera est vita. Occidit autem imprudenter ad literam accedentem, & non habentem spiritum interpretantem, qui ad literam aperit, & quod in ipsa est reuelat. Hic igitur Pater sanctus vngenuitus filium suum genuinum ex ipso genitum, & sanctum suum Spiritum dedit Ecclesiæ suæ, in vna concordia cognitione, in vno perfectionis vinculo: quo in nomine patris perfecti & Dei sigillum capiamus, & in nomine Filii perfecti & Dei, & in nomine Spiritus Diuini & perfecti signaculum feramus. O sancta Trinitas, quæ trinitas in vno nomine numeratis. Non enim dicitur vnitas & dualitas, neque vnitas & vnitas, sed vnitas in trinitate, & trinitas in vnitate, vniiformiter, vnico nomine, vnus Deus, Pater in Filio, Filius in Patre, cum sancto Spiritu. Voca mihi testes veritatis. Voca mihi pueros ex fornace. Babylonis seruatos, qui digni facti sunt vt in ignem mitterentur, non autem consumerentur, non vt extinguerent ignem, vt ne deprehenderentur noua opera contra moliri, sed vt essent quidam in igne, non autem consumerentur in igne, propter rectam ipsorum fidem: Deo per ipsos nos docente, quæ sint creata, quæ increata, quæ facta, quæ non facta, quæ semper existentia, quæ ex ipsis facta sunt. Tales pueri seruati, gratiam ergo Deum mentem declarare voluerunt, qui ipsos seruauit, in quem ab initio sperauerunt, & non hæsitauerunt, & non inclinauerunt ceruicem imagini & temeritati ac tyrannidi regis. Et quum vellent aliquid tribuere Deo, vbi perscrutati essent profunditates per sanctum Spiritum in corde, vt qui sancti erant, & considerasset cælum & omnia quæ in ipso sunt, terramque & omnia quæ sub ipsa sunt, & omnia quæ sunt non digna esse vt Deo in oblationem offerrentur. Neque enim habebant potestatem, ea quæ super ipsos erant Deo offerendi, & pro dignitate quidem, & iuxta facultatem volentes soluri hymnis Deum celebrare. Hoc enim est, quod scriptum est, Sacrificate sacrificium laudis. Et, Sacrificium laudis glorificabit me. Iam enim transmutauerant vetus in nouum Testamentum à S. sancto stimulati, non animalium, non holocaustorum vsum habentes. Dicunt enim, non est locus sacrificandi, neque hostia, neque altare, velut omnibus ablatis: volentes autem talem laudem offerre, omnia sua ipsorum tenuerunt, humiliter ferunt. Omnis enim qui seipsum exaltat, humiliabitur: qui verò humiliat seipsum, exaltabitur, & cum hac gratiæ suæ ipsorum salutis, accipiunt etiam hoc donum humilitatis, & laudē Deo offerre volunt, & non malis delassari ac cedere. Et vbi expendissent seipsum ad inenarrabile Dei glorificationem, dignatur secū assumere creaturam ad glorificationem, & incipiunt dicere cōprehendentes omnes creaturæ, & distinctis officijs ab opifice, & creatis à creatore, dicunt, Benedicite omnia opera Domini Dominum. Omnia dixerunt, nihil reliquerunt. Quo verò spiritus sanctus delineet perfectam cognitionem, ad hoc, vt sciamus qualis sit Deus, & qualia quæ ab ipso facta sunt, vt ne sempiterno ea, quæ ex nihilo facta sunt ammisceamus, vt ne mentem nostram perdamus: numero omnia collegerunt. Reuelabat enim ipse Spiritus sanctus, velut dignis factis vt simul cum angelis essent, & angelorum cōtubernales forent, omnia quæ in cælis sunt, & in terra, & sub terra. Et de cætero non ignorabant, et dicunt iidē sancti pueri, velut dixi, Benedicite omnia opera Domini Dominū. Et incipiunt numerare ac diuidere, qualia opera, qualia quæ fecerunt, qualia officia, qualia quæ operantur, qualia effecta. Et numerat cælum, terram, aquas supra cælū, et angelos, creati enim sunt angeli: et thronos, ac potestates, creata enim et hæc sunt, et Solem ac Lunā, facta enim hæc sunt, et non increata, et nubes, ventos, nimbos, niues, fulgura, tonitrua, terram, mare, fontes, abyssos, fluuios, omnem humanam naturam, montes, volatilia cæli pecora et animalia, animas sanctorum, spiritus iustorum, Ananiam, Azariam, Misael, sacerdotes ac seruos Dei. Omnia enim hæc facta sunt et creata, à Deo facta per Verbum et sanctū spiritum. Verbo enim Domini firmati sunt cæli, et spiritu oris ipsius omnis virtus ipsorum. Vide verò dilecte frater, quomodo omnia enumerauerunt ex spiritu S. ductū, et non enumerauerunt filium inter creaturas, imò neque Spiritum sanctum. Sed nouerunt eandem Deitatem esse in trinitate, et eandem trinitatem esse in vna Deitate. Et glo-

Cognitio et notio patris gemina.

Cognitio filii vnica.

Angelorum ignorantia.

Nisi pater solus.

Hymnus trium puero- rum.

te. Et glorificauerunt Patrem in Filio, et Filium in Patre, cum sancto Spiritu, vnam sanctificationem, vnum cultum Diuinum, vnam Deitatem, vnam glorificationem. At omnino et hoc audet diabolus inter homines mouere, vt sint, qui incredulitatem contra sanctos pueros effingere ac euenturi audeant, et dicere: Non nouerunt nomen sancti Spiritus, Iudæi enim erant: & neque filium nouerunt, quum Iudæi essent. Statim autem verba ipsa redarguunt illorum malam opinionem habentium incredulitatem. Dicit enim, Et erat facies quarti, sicut facies Filii Dei. Ecce nomen Filii Dei. Ergo non est ignorantia: de hoc, etiam ante tempus fornacis, quando repletus fuit Daniel Spiritu sancto & dixit, Purus ego à sanguine ipsius: & reuersi sunt ad iudiciale forum, & iudicauit presbyteros Spiritu sancto impletos. Ergo nouerunt Filium & nouerunt Patrem, & Spiritum sanctum. Et non ignorantia gratia non dixerunt nomina, sed securitatis causa: Benedicite omnia opera Domini Dominum: & non dixit, Benedicite Filii Dei Dominum, neque benedicite Spiritus sancte Dominum: sed, Benedicite omnia opera Domini Dominum. Et ne quis ex his, qui sibi ipsi prætextus venantur dicat, quod non dixerunt Cherubim & Seraphim, ergo neque hæc sunt opera Dei, anticipauit enim Diuinum verbum, vt muniret nos ab his, qui fraudes si bi ipsi excogitant, prænoscentes in ipsos & in pueros perniciem. Tripliciter enim duplicauerunt hymnum iudem sancti pucti, creata & facta in hymnum Dei proferentes, vbi prius dixissent: Benedicite es Domine Deus Patrum nostrorum, & laudatum ac glorificatum nomen tuum in secula. Deinde post alia, Benedicite es qui sedes super Cherubim. Et rursus, Benedicite es qui sedes super thronos gloriam regnati. Et, Benedicite es qui vides abyssos, sedens super Cherubim: Quo ex eo quod dicunt thronum, intelligas Seraphim & Cherubim, & à nomine Cherubim & abyssorum, & throni sanctificati, & ex reliquis omnibus nominibus, intelligas ex numero omnium nominatorum, quod ex operibus sunt talis connumerata. Vbi enim hæc omnia ad hymnum vocauerunt, statim inferunt dicentes, Benedicite omnia opera Domini Dominum: quo Gabriel & Michael benedicat Patrem & Filium & Spiritum sanctum. Sancti autem Angeli in celo victorialem hymnum canunt, cum Seraphim & Cherubim trinitatem concorditer & æqualiter & coessentialiter glorificantes ac dicentes, Sanctus, sanctus, sanctus, tres voces absoluentes, in vnitatem autem dicentes, & non multis vocibus. Non enim dicunt sanctus quartum, vt ne addant Trinitatis nomen creaturæ: non dicunt bis sanctus, vt ne defectuosa sit gloria perfectionis: sed ter, vt Patrem & Filium & sanctum Spiritum, in eodem honore sanctificent. Et non dicunt sanctus & semis sanctus, sed æqualiter dicunt sanctus, vna voce & vno sermone & vna perfectione Trinitatem glorificantes simul in vnitatem, & vnitatem in trinitate. Nam vt hanc cognitionem nos doceret, vni-genitus Dei venit, hunc intellectum sanctus Spiritus nobis prædicauit, hanc perfectionem Pater nobis reuelauit, hanc vitam in veritate largitus est nobis Verbum incarnatum. Hanc ædificationem ædificauit nobis sanctus Spiritus. Si quis super ædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipulam, non enim est aliud fundamentum. Nam fundamentum aliud nemo potest ponere, præter hoc quod positum est, quod est Iesus Christus Filius Dei, cuius sumus ædificatio, & cuius sumus agricolatio, ædificati super fundamentum Prophetarum & Apostolorum, vt sciamus nostram ædificationem solidam esse in veritate, & nostrum fundamentum semper esse, & non incepisse esse. At non in omnibus est hæc cognitio iuxta Apostolicum sermonem, sed in his qui digni facti sunt spiritu sancto vt sciant mysteria veritatis. Ipse enim qui reuelauit seipsum & Patrem suum, & sanctum Spiritum, re præhendens quosdam ignorantia, dixit, Non nouistis Scripturas, neque virtutem ipsarum. Et rursus alibi, Qui habet aures ad audiendum, audiat. Et rursus, Si nouistis, quis est qui quærit à te potum, tu sanè petiuisses: ad Samaritidem dixit. Et rursus, Nescitis cuius spiritus estis. Igitur cognitio non est in omnibus, dona enim habet ex Deo diuersa. Et sanctum Verbum dicit, Cui datum est amplius, ab eo amplius exigent: tanquam aliqui acceperint parum, aliqui omnino nihil, alii verò abundantius. Et quod hæc sic se habeant, ex his quæ in Diuinis scripturis dicta sunt, inuenire licet: quum plurima in Diuina Scriptura spiritualiter dicantur, maximè de nostra vita, & de Domini cognitione. Quæ enim sunt profundiora, & verba animam nostram amplius incertam facientia: ea offendiculum conferunt his, qui cognitionem Dei non acceperunt, quemadmodum dicit Osee propheta, Quis prudens, & intelligit hæc? Et: Cui verbum cognitionis Domini datur, & cognoscet ipsa, quoniam recte viæ Domini, impii autem offendunt in ipsis. Recte equidem sunt, verum impii offendunt ad vias Domini, quum hæc nullam culpam apud homines habeant offendiculi ipsorum. Qui itaque offendunt ad lapidem offensionis, indifferenter offendunt. Offenderunt enim ad lapidem offendiculi, & scandalum passi sunt. Statim etenim Iudæi videntes vni-genitum Filium Dei in carne venisse, diuina signa operari, & non digni facti cognitione cælesti, dicebant, Quis est homo hic qui loquitur blasphemias? Et alibi, Si esset homo hic ex Deo non vtique soluisset sabbatum. Igitur Deitatem ignorabant, hominem verò nudum solum ipsum putabant. Alii verò qui etiam Deum ipsum cognouerunt, ignorantes perfectam ipsius gloriam, vbi audierunt ea quæ in profundo de ipso dicta sunt verba, & iuxta peractam in nostram salutem dispensationem errantes ac offendentes, in ipsius Deitatem peruersam opinionem habent. Intelligentia enim ipsos seducit. Quemadmodum enim Iudæi offendiculum passi sunt vbi audierunt, sic etiam ipsi audientes offendunt. Illi enim videbant, quæ in prophetis sunt prædicta, verum in aduentum Christi in carne completa ignorantes, perturbati sunt. Et hi rursus propter dispensationem ipsius eadem prædicta audientes & nudo modo ipsa intelligentes turbantur: & in suam ipsorum subuersionem proponunt, quæ ad nostram ædificationem pertinent, et dicunt, At dixit, Ego abeo ad Deum meum & Deum vestrum, & Patrem meum & Patrem vestrum. Vides quod & ipse vnus est de creatis, ita enim blasphemantes dicere audent. Vides itaque quod fallit ipsos aduentus in carne dispensatio. Reperant enim ab initio, et interrogent

Tergeminum sanctus.

Cognitio non in omnibus.

Iudæorum ignorantia.

Deus meus & deus vester.

rogent tempora aut temporum partes. Transitus enim ipsius, inquit, à diebus seculi. Videamus itaque ea quæ ante hæc sunt. Dicit Pater, Faciam hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem: & non dixit, Faciam hominem secundum imaginem meam. Redarguere tu qui habes cor induratum, iuxta id quod scriptum est, Sed induratum est cor ipsorum: & discere Filium esse semper apud Patrem. Nam dicere, Faciamus: non vnus significatiuum est, sed Patris dicentis ad Filium Redargueretur qui dicit Filium in æqualem Patri. In hoc enim quod dicit ipse, Secundum imaginem nostram: non discreuit similitudinem Filij à Patre, neque distinxit quid inter identitatem Patris ad Filium. Non enim dixit, Secundum imaginem meam, aut secundum imaginem tuam: sed Patris, & Filij & sancti spiritus vnam essentiam indicauit & deitatem. Dicit enim secundum imaginem nostram & ad similitudinem: vt liquidem vna Patris & Filij & spiritus sancti deitas, homo verus factus sit secundum imaginem vnus deitatis Patris & Filij & sancti spiritus. Redarguere & tu Ari, & audi Patrem dicentem ad Filium, Faciamus: & coopificem vocentem Filium. Sæpe enim audiui quosdam dicentes, Quod Filius fecit nihil, sed per ipsum facta sunt, quæ facta sunt. Si per ipsum facta sunt, etiam ipse fecit: velut clarè demonstratum est. Nam principalis artifex verbū omnia fecit, & per ipsum Pater operatur. Audiant enim ipsum clarè dicentem, Pater meus operatur vsque nunc, & ego operor. Et hic Patrem suum, coopificem vocat, in eo quod dicit hoc. At rursus ne te decipiat sententiæ intelligentia, & ne accesseris ad filium velut seruum, & non sicut ad verum Dominum. Si enim seruus erat & non verus herus, quomodo formam serui suscepit, vbi venit qui est in forma Dei? Quomodo verò illius coopificem vocabar seipsum, si non habebat perfectionem? Proinde velut Deum perfectum accedas Filium, & Filium genuinum existentem à Patre, & ne dixeris ob peruersam opinionem: At pater dixit ad Filium, Faciamus, Filius autem non dixit ad patrem, faciamus. Et filius non dixit, Ego operor, & pater meus operatur, sed patrem locat primum dicentem & operantem. hæc enim stolidè dicit, & iuxta multa principia Deum consideras. Vnum autem est principium, & idem vna deitas. Nusquam verò in Deo filius dicit, Deus meus: non negante filio honorem erga Patrem, inquam, sed quomodo habet deitatis consequentia declarante. Et rursus, Audiuit Adam, inquit, Deum ambulantem in paradiso sub crepusculum: & nusquam dicit filius, Deum meum & Deum vestrum, sed Deum per se per se factum hic dicit. Et rursus, Et loquutus est Deus ad Noe: & nusquam habetur talis locutio. Et, Visus est Deus Abraam, sedente ipso ad quercum Mambre, & ecce tres viri, & occurrebat in obuiam itinere atque occursum, & adorauit super terram, & dixit, Si inueni gratiam coram te: quo vnus ostendit Deum, eos verò qui sequebantur ipsum, alios duos angelos ipsius. Huius enim gratia etiam ascendit Deus ad Abraham. Ipse verò qui venit ad ipsum, dicit, Num occultabo quid à filio meo. Abrahæ: Clamor, inquit, Sodorum & Gomorrhæ multiplicatus est apud me, & cætera: & nusquam inuenitur in his temporibus, Deus meus & Deus vester. Et ingressi sunt duo viri in Sodoma: tanquam eo qui ascendit supra Abraham relicto à duobus qui ingressi sunt in Sodoma ad subuersionem. Verum de eo qui ascendit, dicit Scriptura, Et pluit Dominus super Sodoma & Gomorra à Domino ignem & sulphur: & non erat opus locutione vt diceret, Deum meum & Deum vestrum. Et Moses in cantico dicit, Et adorent ipsum omnes angeli Dei. Si verò dixit, Angeli Dei, & ignem à Domino: & non dixit angeli solum, dicit sancte hoc, vt ostendat patris & filij vnum regnum, angelis non diuisis in principatus, sed angelis Dei existentibus, & adorantibus filium & Deum. Angelus enim non adorat angelum & nusquam hic, Deus meus & Deus vester. Dauid autem ait, Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Dominus enim dicit Domino meo. Nam dispensatio carnis nondum erat, cuius gratia opus erat ipsum dicere, Deum meum, & Deum vestrum. Ecce virgo concipiet in utero, & pariet filium, & vocabis nomen ipsius Emanuel, quod est, si interpretaris, nobiscum Deus, & nondum licebat dicere, Deus meus & Deus vester. Et tu Bethleem domus Euphrantha, non minima es vt sis in millenario numero urbium Iuda, ex te enim egredietur qui erit mihi in principem in Israel. Et transitus ipsius ab initio à diebus seculi. Et iuxta alia exemplaria, Et tu Bethleem non es minima in principibus Iuda: ex te enim egredietur Dux, & pascet populum meum Israel. Et vides quod nondum opus erat dicere, Deum meum & Deum vestrum. Quædo verò propheta implebatur Hieremias & Esaiæ similiter, vt ex virgine natum esset verbum, & carnem haberet, quemadmodum Hieremias dicit, Et homo est, & quis cognoscet ipsum tunc particeps carnis, & efformata in seipsum eadem sancta carne, sine semine viri ex deipara Maria, iuxta id quod dictum est factus ex muliere: & particeps nostri, propter nostrum dicit, Deum meum: propter sempiternitatem verò, suæ ingenuitatis secundum naturam dicit, Patrem meum: & propter gratia ipsius erga discipulos suos, Patrem vestrum. Verum propter naturam ipsorum discipulorum, ad ipsius & sempiterni Patris ipsius deitatem dicit, Deum vestrum: Deus enim discipulorum est. Pater verò Domini secundum naturam: discipulorum autem pater, secundum gratiam. Deus autem filij est pater, propter carnem: pater verò propter sempiternitatem & incomprehensibilitatem generationis & ingenuitatis ipsius, quia in veritate est ipse pater, qui genuit ipsum sine tempore & sine principio secundum deitatem. Deum autem suum dicere oportebat, propter eam quam nostri causa fecit dispensationem, verbum semper existens apud patrem, genitum sine principio, in carne verò ex Maria in extremis diebus genitum secundum carnem, ex Maria autem eadem sancta virgine per spiritum sanctum. Considerent itaque profunditates tractationis Dei, & ne conuertant gratiam in ingratitudinem, gloriæ ptiuationem reputantes in inenarrabilem ac compræhensibilem Dei naturam, salutem in nos

Trinitas in creatione.

Filii gloriam inuenientes.

collata. At inquit, de Deo scriptum est. Non esuriet, neque sitiet, neque est persecutio sapientia ipsius: De filio vero, quod esuriet in deserto in tentatione. Et dicit Scriptura, Deus noster non fatigabitur: Dominus autem Iesus fatigatus est in itinere. Et, Non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israel: dormiuit autem, inquit, Dominus in naue. O vana suspiciones eorum, qui talia cogitant. Non enim solum nostra onera suscepit sanctum verbum, ubi propter nos venit, sed etiam sub contactum venit, & carnem accepit, & homo inuentus est, & a scribis comprehensus est, & dorsum flagris praeiuit. Et faciem meam non auertit a turpitudine inspuitonum. Sed & fleuit, velut in Euangelio secundum Lucam habetur in incorrectis exemplaribus, & vitur eo testimonio sanctus Irenaeus in opere contra haereses, aduersus eos qui Christum in apparentia apparuisse dicunt. Verum orthodoxi sustulerunt verbum, timentes & non intelligentes ipsius finem, ac vim, & robur. Et constitutus in anxietate sudauit, & fuit sudor ipsius velut guttae sanguinis, & conspectus est Angelus confortans ipsum. Et non hoc solum, sed etiam sicut homo interrogat, ubi posuisti Lazarum, & de laborante ex sanguinis profluio, Quis me attigit? & querentibus ipsum, Quem quaeritis? Sed & discipulos velut homo interrogat, Quem dicunt me homines, esse filium illum hominis? Sed &, Quot panes habetis vobiscum? dixit. Et fatigatus ex itinere se dir ad puteum in Samaria. Et, Puer crescebat & confortabatur spiritu. & proficiebat arate ac sapientia Iesus. Sed & priusquam nosset Puero vocare patrem aut matrem, capiet vim Damasci, & spolia Samaritae, qui sapientia est, & docet homines cognitionem, & plantauit aurem homini, & articulata fecit loquelam filiis hominum, & fecit linguam claram aegre loquentium. Talia omnia sustinuit pro nobis, quo omni consequentia incarnationis propter nos dispensata custodita, caractere rem veritatis non disperderet. At vt ne testimonia, quae adduximus, velut a persona aduersarii contra veritatem opprta, ex Diuinis Scripturis collecta, male verò ab ipsis intellecta, ita sinamus citra interpretationem, dicam vniuersusque sententiam & vim in ipso sitam, ob quam causam velut iuxta humanos affectus dictum est. Et rursus dicemus multa de hoc, Deus meus & Deus vester: quum dixerimus iam, vt quisque mente praeditus cognoscat ex ipsa consequentia reuelatum esse. Et, Homo est, & quis cognoscat ipsam? In eodem duo ostendit Diuina Scriptura, visibile & inuisibile. Et propter visibile quidem, merito Deus meus dictum esse, propter inuisibile verò, Pater meus dictum esse, ita vt neutra locutio aduersetur Verbo. Quomodo enim, si erat homo, non cognoscebat? si verò non erat homo, quomodo homo dicitur? Quisquis enim ex hominibus nascitur, omnino ab hominibus cognoscitur, a genitrice, a cognatis, a familiaribus, a vicinis, a contubernantibus aut concubitis: & impossibile est hoc impleri, in nudo homine. Impletur autem in Deo Verbo ac filio Dei, in eo quod dicit, Homo est in veritate. Quis verò cognoscat ipsum, quonia Deus est, eo quod participat, & homo & Deus est, ignotus hominibus propter incomprehensibilitatem? Homo vero ex Maria in veritate, citra semen viri genitus. Et virgo in vtero habebit: Futurum enim ex tempore praedixit propheta, & virgo in vtero habebit, futurum enim est, Pariet filium. Si itaque virgo est, non ex viro est conceptus dispensatio: eo quod ante hoc tempus dictum est ad Achaz, Pater tibi ipsi signum in profundum aut in altum. Ille verò humiliter se gerens, non petam, neque tentabo Dominum Deum meum, inquit, recusans petere signum. Statim autem eo quod non petierat ipse signum, duo largitur Deus, qui magna munera hominibus donat. Ab alto, verbum propria voluntate, & ipsius verbi propria voluntate mittens: a profundo verò, carnem propria bona voluntate cum ipso verbo dispensans. Dicit enim postea, Et vocabunt nomen ipsius Emanuel: non enim dixit vocabo, sed vocabunt. Hominibus enim reuelabatur Deus apud ipsos ignotus, sed non recenter accipit nomen. Non enim dixit, vocabo nomen ipsius Emanuel, sed vocabunt. Ceterum factus ex muliere, quemadmodum supra a me declaratum est, quo in voce, ex muliere impleteretur vox, factus: Verbum verò sempiternum omnibus clarè demonstraretur. Sed, & non sitiet, de Deo: de filio verò, quod esuriet & sitiet, necessario nobis dispensatum est. Quomodo enim reperitur dispensatio in veritate existens, si non haberet necessariam incarnationis consuetudinem? In hoc demonstrat nobis omnium quaestionum ab haereticis propositarum solutiones. Statim enim soluit opinionem Manichaeorum: in eo enim quod dicit ipsum edere ac bibere, carnem veram ostendit. Soluit Lucianistarum propositum, & Arii facultatem ac vires. Lucianus enim & omnes Lucianistae negant filium Dei animam accepisse, carnem autem solum dicunt habuisse: quo videlicet attribuunt Deo verbo humanam affectionem, sitim, famem, fatigationem, stertum, tristitiam, perturbationem, & quaecunque in aduentu ipsius in carne habentur. Stolidum autem est haec ad deitatem Filij Dei referre. At inquit, caro per se ipsam existens, neque edit, neque bibit, neque fatigatur, neque alia facit: & ego assentior carnem per se ipsam non habere haec. Habuit autem omnem dispensationem verbum ipsum quum venit, & carnem & animam & quaecunque sunt in homine, Animae vero & carnis erant partes, fames & fatigatio, sitis, tristitia, & alia. Lachryatur enim vt redarguat errorem Manichaei, quoniam non in apparentia corpus indutus erat, sed in veritate. Sitit autem, vt ostendat non solum carnem se habere, sed etiam animam. Non enim deitas ipsius alicubi sitiat, sed anima sitit, & fatigatus est ab itinere, propter carnis & animae consequentia. Quod autem corpus & animam habens venit verbum, persuadeant ipsos diuinam scripturam veteris ac noui Testamenti. Statim enim David de ipso dicit, & Petrus Dauidi concinit: Non sines animam meam in inferno, neque dabis vt sanctus tuus videat corruptionem. Quo coposito dominici hominis intelligatur, & clarè de hoc cognitio nobis contingat: quo confirmet animam cum deitate per triduum depositam fuisse: quo carnem sanctam

*flexisse se
sim qd
ca ab
tho doxis
exempli
fuit, abbo
ue habe
ur.*

*Scriptura
locorū ali
quot inter
pretatio.*

etā ostēdat, & deitate cū anima, ita nō cōtineret in freno, mysterium perfecisse. Habere enim alicubi etiā alud testimoniū, sic dicens, Inter mortuos liber. Liber significat, infernū non obtinuisse in ipsum imperiū, vt propria voluntate ad infernū descēdisse ipsum vnā cū anima. Dicit autē Petrus, Eo qd nō erat possibile, teneri ipsum ab ipso, hoc est ab inferno. Sed & ipse Saluator dicit, Potestatem habeo sumendi animā meā, & deponēdi ipsam. Et, Ego sum Pastor bonus, qui ponit animā pro ouib⁹. Et, Anima me turbata est, inquit, & dicam: Velut in ambiguitate dicens, Quid dicā Pater, serua me ex hac hora sed propterea veni in hora hac: quo ostēdat, qd voluntaria ipsius deitas ad hoc venit. Verū turbata est: quo species veritatis aduentus ipsius in carne nō turbaretur. Nō enim apparentia erat aduentus ipsius in carne, sed instar magni Regis bellum gerenti aduersus inferiorem, & no scentis quod inimicus eius, si viderit ipsum in potentia venietē ac multo robore, recusat, & vertetur ad fugā, & multas subditorum regiones dissipabit: & propterea ex propria sapientia praetextus fingentis, & terga dātis ac fugietis, donec inimicus audacia sumpta expeter regem, velut timidum & imperetē, & persequatur ipsum. Rex verò conuersus derepente cum sua potētia totum subditū capiet infirmū & aduersariū. Sic etiam Dominus noster non timuit mortem, qui antequam veniret ad hoc, vt pateret, significauit in itinere, quod filius hominis, futurum esset, vt traderetur, & crucifigeretur, & tercia die resurgeret: & quum Petrus diceret, Propitius sis Domine, nequaquam erit tibi hoc, increpauit ipsum dicens, Abi retro me Satana, quia non sapis ea quae sunt Dei, sed quae sunt hominum. Qui igitur hic praedixit, & propter hoc ipsum venit, quomodo postea precatur, vt transeat poculum, ne bibat? Qui ante mortem dixit de morte, vel ob hoc ipsum ne deprahenderetur mendax, non potuit precari vt transiret poculum. Sed pro uocat per hunc modum aduersarium, quo illo opinante timere Saluatorem mortem: in ducat ipsi mortem, ad salutem morientibus, per dispensationem. Sed etiam si audieris quod mortuus est Dominus, nosce passionem mortis, quo completa est. Interpretatur enim tibi princeps Apostolorum Petrus mortis ipsius argumentum, dicens, Mortificatus carne, viuificatus autem Spiritu. Nam deitas ipsius, quae suscepit vt in carne pateretur, passionis expertus est, & passionis exors erat, & a passione illaesa permansit, non mutata passionis alienitate, neque inutili facta sempiternitate. Si verò rursus dixerint illi vana gloriae cupidi, Nō poteris per talia verba nobis persuadere, Christum animam habuisse. Inuenimus enim supra in Diuinis Scripturis, quod dicit Efaias ex persona Dei & Patris de vngeno, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est, quem dilexit anima mea. Quid intelligemus de Patre, animam accepisse in seipso, aut animam habere? Quis vero delirans hoc cogitabit de patre? Quid igitur dicunt, figuratē videlicet verbū dictum est. Si itaque de patre figuratē dictum esse dicunt, ergo etiam de filio idem accipere oportet. Etiam si enim dicat, Anima mea turbata est: & potestatem habeo dandi animam meam & accipiendi ipsam: non habuit, inquit, animam, sed figuratē dictum est. Et videtur syllogistica ac sophistica ipso quum aliquid dicere, quum veritas ipsa per se consistat ex multis signis. A specie enim accipitur omnis figura & tropus. Et in patre quidem non audendum est, eo quod neque carnem gestauit. Quum autem constiteantur Lucianistae siue Ariani de carne, non est ambiguitas. At inquit, Verbum caro factum est, dixit, & non dixit, Verbum caro & anima factum est. Ceterum aduersum inereditam ipso sum contra dictionem etiam ego dico qd formauit Deus hominem, limo accepto a terra. Verum in voce, Formauit omnia comprehendit: & in eo quod dixit, Verbum caro factum est, omnia complectitur. Nam iuxta eandem rationem ex a iuerso nos inferimus, dicentes, Ecce dicit, Formauit Deus hominem: & non dixit, Fecit ipsi hepar aut pulmonē, aut cor, aut venas, aut neruos, aut alia quae sunt in corpore: per hoc intelligimus vnum quid esse ex toto fabricatum hominem ipsum, eo quod nō particularim compositionem totius animalis Scriptura explicat. Nonne omnino res sic habent? Sicut igitur ab vna specie tota comprehendit, ita ab ipsa carne animam accepisse saluatorem, manifestum est. Si itaque animam accepit & corpus, velut demonstratum est, ergo non deitas erat imminuta ab essentia patris, ita vt in affectu ionibus fuisset constituta, quo sitiret, & fatigaretur, & esuriret, & quaecunque homini necessariae sunt faceret: quoniam non fatigabitur, neque est persecutio sapientiae ipsius. At saluator Verbum quod ex supernis descendit, fatigatus fuisse reperitur: & non propterea non est ex essentia patris, non enim supernè fatigatus est, sed in carne. Oportebat enim carnem fatigari, vt ne in apparentia putaretur, sed in veritate. Et alia quae eiusmodi vim habent, dormire & dormire, hominis sunt indicia, & tactui subiectum esse: accepit enim haec, & homo inuentus est. Inuenimus Messiam de quo scripsit Moses. Qui vero inuenerunt ipsum, per comprehensibilem naturam inuenerunt, hoc est incarnatum, nam in incomprehensibilitate inuentus non fuisset. Quapropter a scribis comprehenditur, & dorsum suum praebuit flagris, & faciem suam non auertit a turpitudine inspuitonum, fleuit, & quaecunque alia de ipso dicuntur. Quis vero potuisset Deum verbum in caelo flagris caedere, aut alapis verberare, aut conspuere talem inenarrabilem & incomprehensibilem? Si vero haec passum, est passionis exors Dei Verbum, ergo passio corporea est, extra ipsius a passione alienitatem, & rursus non extra, propterea quod ipsi sic complacuit, & quidē quum ipse non sit passus, passionem in seipsum reputat. Et quemadmodum macula in veste, corpus gestantis non contingit, verum macula vestis gestanti imputatur: sic Deus passus est in carne, deitate ipsius nihil laesa, verum passio carnis a deitate gestatae relata est ad deitatem, quo in deitate salus nobis contingeret. Recordor autem dictum Euangelij secundum Lucam, & non volo omittere quo minus id ipsum interpretetur, quod scriptum est: In anxietate constitutus sudauit, & erat sudor eius, sicut guttae sanguinis, Ff ij

mile.

*Transeat
a me pocu
lum, quo
modo acci
piendum.*

*Troporū
ratio.*

apparuit autem Angelus Domini confortans ipsum. At profundiora dicta, velut appellare solemus, & necessaria, hi qui vim non intelligunt, subuertunt, simulque seipfos per maliciam pro bonis, nihil enim hac re periculosius est. In eo quod dicit, Fuit in anxietate: Domini cum hominem verum hominem existentem ostendit. Et vt ostendat quod verus erat homo, & quod non a deitate anxietas illa cōtingit, dicit, Sudauit, & sudor ipsius erat sicut guttæ sanguinis: corporea est species, & non spiritualis. A
 Visus est autem Angelus Domini confortans ipsum: non quod confortatione angeli opus habebat qui maior Angelis est, cui flecti se omne genu cœlestium, terrestrium: ac infernorum, vt qui semper est Deus Verbum, & semper est apud patrem, & ex ipso genitus est: sed vt impleretur illud in cantico magno Moysi in deserto cōposito, in quo dixit, adorabunt ipsum omnes filij Dei, & confortet ipsum Angeli Dei. Cōfortet ipsū dixit, nō q̄ exhibeant ipsi robur, sed quoniam inualuit glorificatio vt in his glorificet Deū: quū angeli & spiritualia animalia supernè clament ac dicant, Tu es potentia, tu est imperium, tuum est robur: In hoc ostendunt adorationem & confortationē, hoc est, quod dant ipsi propriū fortitudinis robur. Sic etiam angelus visus est coram discipulis adorans suum Dominum, nō ignorans excellentiam benignā ipsius erga homines dispensationis, verum admirans tantā in ipso esse mansuetudinem, quæ diabolum sperauit, quæ aculeum mortis contriuit, quæ de principibus ac potestatibus triumphauit, quæ peccatum confregit. Et propter excellentiam admirationis in glorificatione, angelus adorans dixit, Tu es fortitudo Domine. Tu enim præualuisti contra mortem & infernum, & contra diabolum, vt contriueris aculeum ipsius, & expuleris ab humana natura. Porro quum rursus dicit, Vbi posuisti Lazarum, iuxta humanos affectus dicit. Et de laborante ex sanguinis profusio, Quis me tetigit aut, Quem queritis aut, Quem dicunt me homines esse, filium illum hominis, aut Puer crecebat, & confortabatur spiritu: aut Proficiebat ætate & sapientia: aut Priusquam nosset puer vocare patrem aut matrem. Non vides ex ipsa tractatione excellentiam cognitionis, quod ex carne & humana natura sunt narrationes: Quæcūque enim in veteri Testamento ex persona Dei & Patris subdescendunt, & ad persuasionem hominum ignota sunt, non autem ignota Deo existunt: ea Verbum vbi venit, impleuit, vt impleret id quod dictum est, Pater meus vsque nunc operatur, & ego operor. Vbi posuisti Lazarum, interrogabat quum prope locum esset. Antequam verò venisset ad locum, à nemine audiuit, & dixit discipulis suis, Lazarus amicus noster dormit. Qui itaque tanto itinere distans à loco non erat, quod mortuus esset Lazarus, is præsens in loco ignorabat? Nequaquam, verum volebat ostendere, quod hæc omnia faciebat, & nōdum quisquam perfectè ipsi crederet, quo declararet suæ erga nos indulgentiæ in signem benignitatem. Oportebat enim non dicere, Quæ triduanus est, iam olet: neque abire ac demonstrare, sed dicere, omnia nouisti, & si voles viuere. C
 propter etiam lachrymatus est, ob hominum obstinatam duriciam. Non itaque ignorans interrogabat, sed tentans redarguit ipsos, & benignè eos tractat. Et quis me tetigit, dicit, non quod non nosset quis ipsum artigisset, sed vt ne per seipsum diceret miraculum quod edebat: verum vt illa, vbi audisset, ac curreret, & diceret beneficium in se collatū, & vbi confessionem fecisset, audiret, Fides tua te seruauit: quo etiā alios inhortaretur ad credendum vt sana rentur. Dicit autem, Quem me dicunt esse homines filium illum hominis, velut etiam in veteri Testamento, ex persona Patris dicit, Ad vbi es? Nouerat autem ipsum vbi esset. Quapropter etiam redarguit ipsum postea dicens, Ex ligno comedisti. Et ad Cain, Vbi est Abel frater tuus, & non ignorans interrogabat. Dicit enim, Maledictus tu super terram, quæ aperuit os suum vt susciperet sanguinem fratris tui de manu tua, ecce enim sanguis ipseus clamat ad me. Non itaque ignorabat qui dicit, Sanguis clamat: verum vt daret ipsi locum ad penitentiam & excusationem, ideo interrogabat. At verò rursus conuertuntur ad imperitiæ contentionem, & dicunt ipsius filij esse has voces in veteri Testamento. Statim autem redarguit ipsorum studium. Qui enim dixit ad Moysen, Qui enim dixit ad Moysen. Quid hoc quo est in manu tua: ipse dixit, Ego sum qui sum. Et dicit Dominus ad Sadduceos de resurrectione narrans, Quod autem resurgunt mortui, dixit Deus, Ego Deus Abraam, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Deus igitur viuentium, & non mortuorum. Et multa rursus ostendere possim, quæ ex persona patris in veteri Testamento dicta sunt, imò etiam sepe ex persona filij, & rursus ex persona spiritus sancti. Et, Vbi est Sara vxor tua, dixit ad Abraam, is qui venit ex supernis cum duobus angelis filiis Dei. Si enim ignorasset vbi esset, non vti que dixisset, Risit igitur Sara quæ intus erat, & vult sic ostendere ipsius castitatem, quæ exempli est eorum quæ in veritate pietatem exercere volunt: quo vbi susceperint perigrinos, propriis quidem laboribus inseruiant, verum propter verecundiam & castitatem, faciem suam viris ne ostendat. D
 Illa enim beata omnia composuit ac construxit, & quum hoc faceret, in facie angelorum non conspecta est, posterioribus sæculis reuerentiæ exemplar proponens. Sed & vt ostenderet, qui præsens erat quis esset, nomen vxoris vocabat, hospitio exceptus ad horam, & quod neque nominis ipsius oblitus esset, neque figmenti, neque cogitationis hominis. Quem me dicunt, inquit, esse homines filium illum hominis: & filium quidem hominis confitens declarat, vt ne de inuisibili ipsum interrogare putent. Illi verò dicunt, Heliam & Hieremiam, & Ioannem. Vos autem quem me dicitis? Tu es Christus filius Dei viuentis, inquit, & statim ipsum beatum prædicat. Non enim ignorans interrogabat, sed ostendere volens, quod patris est doctrina, quæ filium ecclesiæ verum prædicat: quo cogere tur Petrus dicere, quæ a patre edoctus erat. Et ne mireris si dicit, per me ingrediuntur ad Patrem, & ne ab alienatum à patris essentia opineris. Ipse enim rursus docet, Nemo venit ad patrem, nisi pater ipsum traxerit. Sicut igitur pater mittit ad filium, ita & filius infert ad patrem: quo ostendat vnā & eandem

Lazarus historia.

Sara castitas.

dem esse deitatem. At illud, Proficiebat ætate, & sapientia. Si est sapientia Dei, non opus haber sapientiam. Verum quoniam euacuauit seipsum forma serui assumpta: non plenitudo imminuta est, sed vt ostenderet à cœlo transeuacuatum in humanā naturā: hoc est in officinam Mariæ. Vngentū enim euacuatum nomen tibi est, inquit: non dixit effusum, sed euacuatum de cœlo in terram, quō à terra in Mariam, & à Maria caro fiens conciperetur. In Bethleem enim gignitur, à Bethleem transit ad Nazareth, à Nazareth in Capernaum, à Capernaum in Hierusalē. & mare, dum vadit super aquas, & ad partes Tyri & Nain, & in Iudæam & Hiericho, & ad Bethphage, & Bethaniam, in Hierusalēque: ac templum & montem Oliuarum, & Gethsemani, & ad domum Caiphæ, & ad prætorium, & ad Herodē, ad locum Golgotha, ad monumentum, & vsque ad infernum, ad terram rursus post resurrectionem, & ad cœlos. Vngentū enim euacuatum à vale in vas, omnia vasa vngentum redolere facit. Et Christi aduentus è cœlo totam terram sacrificauit, eos qui ipsum suscipiunt in veritate. Hic est mons qui est velut in Daniele habetur, & mons magnus: lapis scētus sine manibus, sine semine viri, in sinuans id quod maius est, rursus paruus inuentus. Lapis rursus recipiens magnitudinē, & fiens rursus mons magnus. Et mons non est in loco, sed implet totū orbem terrarū. Hic qui est sapientia, & factus est homo, extendens virtutem suā super mundum, vt orbē terrarum gratia impleteret, proficiebat ætate & sapientia. Nam qui est sapientia patris & docet homines loqui, & articulat hominibus linguam, & plātauit aurem audientibus, quomodo non nouerat vocare patrem & matrem, aut capiet vim ac potestare Damasci, ac spolia Samariæ, & cætera? At quoniam genitus ex vtero, si statim loquens id quod patre ostensus fuisset, & velut pueritiam egressus aliquis verba faciens: imaginatio sanè putata fuisset, & non vera, aut potius in apparentia, ipsius conceptio: propterea expecta aliquid ætatis, vt ne confusione veritatis disparet. Cæterum rursus alias vanas venantur opiniones, quas diuinis sermonibus implicent, easque contrarias excogitat, & dicunt, Quomodo igitur scriptum est, Suscipite pontificē confessionis nostræ, qui fidelis est ei qui fecit ipsum, & Notum sit vobis tota domus Israel, quod hunc esse sum, quem vos crucifixistis, Dominum & Christū ipsum Deus fecit. Et magna me subit admiratio B
 quomodo hi qui consequentias contingunt, eam quæ in ipsis declaratur, vim ignorant. Nam quod dicit, Suscipite pontificē, qui fidelis est ei qui fecit ipsum, non de deitate dictū est. Deus enim venit, & omnia declarant nobis diuinæ Scripturæ. Nihil enim est in ipsis obliquū aut distortū, verum omnia corā exposita intelligentibus & recta his qui inueniunt cognitionē. Accipite enim, inquit, eruditionem & non argentū. Si enim non accepit quis eruditionem à Deo, hoc est fidē veritatis, obliqua ipsi sunt omnia & distorta, quæ intelligentibus & inuenientibus cognitionē rectā sōnt, & extra omnem calumniā posita. Quo uerò ipso redarguat Apōstolus, dicit, Omnis enim pontifex, qui ex hominibus assumitur, propter homines constituitur, vt offerat dona & victimas. Quapropter etiā ipse vni-genitus, quādo quidem ipse venit vt propter homines nasceretur, accepit ex nobis carnem, quo propter nos, ex nobis oblatio proprio patri Deo factus, discipulos fratres vocaret. Vbi igitur id factum impletur non alibi quā à pontifice. Suscipite enim, inquit, pontificē qui fidelis est ei qui fecit ipsum. Quo uerò etiā exemplo ampliore vtar, interrogauerit quis regem de proprio illius filio, & audacia sumpta dicit ad ipsum, Quis est hic? Vbi verò audiuit ex patre iustā confessionē, filius meus est rursus dixerit, filius tuus secundum naturā, & vbi rex dixit, etiam rursus in dūcētis qui interrogat, Cur igitur ipsum fecisti, & dicit omnino ille, Regem ipsum feci. Ergo quū dignitatē dixerit, ingenuitatem negauit, quū secundū dixerit, primarium aboleuit. Nequaquam. Sic igitur etiā Deus & pater genuit filiū sine principio, & in carne impletum est, quod pontificem ipsum fecit. At, inquit, scriptum est, Dominus creauit me principiu viarū ipsius in opera ipsius. Et primum quidem ignoranti illi vanæ gloria cupidi ipsum nomen libri. Liber enim, Proverbia Solomonis appellatur. Quicquid autem proverbialiter dicitur, non id est quod sermonis vis ac facultas. Ecce enim in parabolis loquutus est Dominus noster Iesus Christus. Ervidemus parabolis non sic se habere ad propositum nostrū. Simile est enim, inquit, regnū cœlorum grano sinapis. Et si iuxta nostrā mētē vbi quærimus rationari ex parte uidelicet, regnū cœlorum amplitudo est, aut locus, si modo locum dicere edūcēt, in quo regnō est rex Deus & Pater & Deus Verbum & filius Dei, & spiritus sanctus Dei, angeliq̄ ac archangeli, exercitus spirituales, Abrahā & Isaac & Iacob, & omnes iusti vbi itaque tot res in grano sinapis cōprehenduntur? Verū figura sermonis per ænigma dicitur. Ergo non id est quod proverbialiter dicitur. Sed & mulier simile est regnū cœlorum, quæ habuit decē drachmas, & perdidit vnā, & accedit lucernā, & inuenit ipsam: sed & lagenā missā in mare, & semini seminato in terrā. Hæc autē omnia per ænigma, & non idē sunt, quod sermonis vis præ se fert: Et non verè nouimus, nisi Proverborum scriptor Solomon, de filio Dei hæc verba dixit, Est enim sapientia, & sapientia. Solet igitur Apōstolus dicere, Non nouit mundus per sapientia Dei Deū. Et, Stultitia fecit Deus sapientia mundi. Er rursus dicit, Nō in sapientia carnali, sed virtute Dei. Et Solomon sapientia vocare solet dicens, Amant pulchritudinē ipsius, & sponfam duxit in throno suo. Et Iob sapientia no ditae dicit, Sapientia autē vnde inuenta est, quæ illis verbis est prudentia locas: Et sapientia pauperis annihilata est, & ipse est sapientia cōrector. Et sapientia patris, vni-genitus. Qui dicitur dicitur, si sapientia pater est, & filius iuxta illorum sententia progressus est ex ipso. Verba & Deus existens, & sapientia existens: ergo pater deus est, & sapientia in seipso, Deo sole sapiente inuisibili. Atque hæc omnia sunt incōprehensibilia & inuentia hominibus. Quomodo igitur dedit Deus sapientia Solomon, & repleuit sapientia ipsum Bezeleel, & sapientes homines occultis virtutibus. Et multa de sapientia dici possunt. Verum illa sapientia patris

Proficiebat sapientia, quomodo accipiedum. Vngentū euacuatum.

Pontifex Christus quomodo dicitur.

Proverbiorum ac parabolarū ratio.

Sapientia vocabulū.

Solomonis locus expressus.

Increati verbi probatio.

Mediator Dei & hominum homo Iesus Christus. Rapina vocabulum.

Appellationes Christi.

Creatura uerbum dicentes.

vnus speciei est, non habens aliam comparationē, quae ipsi opponatur. Attamen an de ipsa sit sermo ille dictus, neque affirmo, neque denego, Deo autem permitto ut hoc sciat. Video tamen ea quae dicuntur violenter inter se opposita. Creauit enim, dicit, principium uiarum ipsius in opera ipsius, ante saecula fundauit me, ante omnes colles gignit me. Quomodo igitur, quod gignitur fundatur? Quomodo id, quod creatur, gignitur? Si enim creatum est, non est genitum. Nos enim ea quae gignimus non creamus: & quae creamus, ea non gignimus. Sumus enim creati: & quae a nobis gignuntur, creata sunt. In Deo autem increata, genimen siue genitura non est creata. Si enim genuit, non creauit. Si uero postquam creauit, rursus genuit, quomodo quod prius creatum est, postea gignitur? Si itaque de ipso haec dicta sunt, in dispensatione in carne impletur. Et propterea uiciniora primum dicit, & antiquiora postea narrat. Persuadere enim homines propinquissimos uolēs, a carne incipit. Principium enim uiarum iusticiae Euangelij, nobis uerbum caro in Maria factum est, animaque in ipsius carne fundata est: quo superiora postea ostendat, dicimus autem, ex sinibus patris in caelis peruenisse in terram. Nam uenit nobis postea omnem dispensationem perficiens. Non igitur creatum est uerbum: absit, & nihil nobis utique ingenerauerit Diuina Scriptura in nulla penitus re. Sed & ex natura apud interpretes non sic edita est locutio haec. Aquila enim dicit, Dominus acquisiuit me: quando quidem in Hebraico dicit, Adonai Canai: id quod hoc significat quod diximus. Et nos iuxta consuetudinem de natris dicimus, acquisiuit liberos. At neque sic vim interpretationis obsequantur. Nam Adonai Canai etiam sic interpretari potest, Dominus excudit me. Et propterea Petrus clare pronunciat dicens, hunc Iesum quem uos crucifixistis: non dixit, illum ex supernis Deum uerbum, sed hunc existentem carnem, quae cum uerbo ex supernis in uero Mariae comprehensa est & concepta: hunc autem, dictum propter Dominicum ex Maria hominem. In hoc enim & mortificatio impletur sicut dicit Petrus. Mortificatus carne, uiuificatus autem spiritu. Et rursus, Christo igitur pro nobis passo in carne. Et rursus, Ex quibus, Christus, quantum ad carnem attinet, uelut dicit Paulus. Et ipse Saluator dixit in Euangelio, Nunc autem me queritis occidere hominem qui ueritatem dixi uobis. Et, Audiui ex patre: quo ostenderet passionem ex humana natura, seipsum uero scire naturalem filium Patris ex supernis. Concinit autem huic sermone sanctus Apostolus Paulus dicens, Unus deus, vnus etiam mediator Dei & hominum, homo Iesus Christus. Qui non rapinam arbitratus est esse, quod esset aequalis Deo, sed seipsum inaniuit, forma serui assumpta. Vides quod hominem ipsum pronunciauit, sed non nudum. Mediator enim Dei & hominum est, quoniam in medio utrorumque est, ad Patrem quidem suum Deus existens natura genuinus genitus: ad homines uero homo naturalis, genuinus ex Matre, citra semen uiri genitus. Sic enim est mediator Dei & hominum, Deus existens & homo factus, non mutatus naturam, sed secundum utraque ad ambo medius existens. At rursus in doctē dicunt, Vides quod non rapinam arbitratus est esse, quod esset aequalis Deo: Et neque uocabulum intelligunt illi contentiosi. Non enim dixit, Non uoluit fieri aequalis Deo per rapinam: sed non rapinam arbitratus est, quod esset aequalis Deo quod Dei esset natura, quod erat. Si enim non erat, quomodo formam serui assumpsit? Et quod reces erat significauit, & ex hoc excellentiam admirans ostendit, quoniam esset aequalis Deo, seipsum inaniuit forma serui assumpta: non ut quod liberum erat in seruitutem redigeret, sed ut in forma, quam assumpsit obediens seruos liberaret. Et testantur Iudaei, quod non uerebatur neque dubitabat dicere, quod aequalis esset Deo: sed etiam confidentius sic ostendebat, dum dicebat, Si non dixerō, ero sicut uos mendax. Et propterea dicunt ad ipsum, Propter bonum opus non occidemus te sed quod quum homo sis, te ipsum facis aequalem Deo. At inquit, si debemus figurata ipsius confiteri, & multa figurata dixit scriptura: etiam non oportet negare, quae per aenigmata in ipsum dicta sunt. Nam & ostium appellatus est, & lapis, & columna, & nubes, & leo, & ouis, & lucerna, & fax, & Sol, & angelus, & uermis, & petra, & lapis angularis, & uia, & taurus, & uirtulus, & alii huiusmodi uel dicet nominibus. Et nos non negamus, quae in ipso aenigmaticē sunt impleta, nouimus autem ob quam causam haec scripta sunt. Via quidem, eo quod per ipsum uadimus ad regnum, ad ipsum & ad patrem. Ostium uero, quia per ipsum ingredimur. Columna, quia ipse est nostrae fidei fundamentum. Petra, propter immutabilitatem. Lapis, propter fundamentum. Sol iusticiae, qui nostras tenebrosas mentes illustrat. Deinde dicant, Quoniam scriptum est de ipso, quod creatura est, confiteri etiam oportet scripturam. Ecce & ego recensui partem quandam uerbum ac uilitatum, per aenigmata ipsius in nos impletam. Dicant nobis, in eo quod dicunt ipsum creaturam, quid commodat? Ostium merito dictus est figuratē, ut fiat nobis introitus & uitas: & uia, ut per ipsum euntes, ne erremus. Creatura uero, propter quid nobis sit, quid nobis prodest? Etiam, inquit, contentiosus ille uanae gloriae sectator, nisi enim ipsum dixeris creaturam, Patris passionem attribuis. Quisquis enim gignit, passionibus & affectionibus circumdatus est. Aut enim contrahitur, aut dilatur, aut expanditur, aut desinit, aut in molem augetur, aut simile quid sustinet. Hei praua cogitatio haec, & non uera. Quis haec de Deo cogitabit, quae uero suspicio talia audebit? Nimirum nemo, & ne diabolus quidem tale quid cogitauerit. Et si quis cōfiteretur patrem, credit ipsum genuisse filium in ueritate. Neque enim male circumfertur Deus, neque corpus praegans est, ut praedicta sustinere possit. Spiritus enim est Deus, spiritus autem fluxionem non sustinet, non sectionem, non contractionem, non imminutionem, non extinctionem, neque tale quiddam. Pro ut itaque pater spiritus est filium Deum uerbum genuit spiritualiter, sine tempore, in comprehensibiliter, & sine principio. Quo uero hos, qui haec dicunt persuademus, non quidem similia dicentes, uerum a similibus prauam ipsorum excusationem auerentes, dicamus: Creatura est qua in numeris ac infinitis modis a Domino suo abest. Et multi in deserto ignis indigni, uero uase aqua impleto, & ma-

similitudinum usus.

Electus ex multis milibus, de quo dicitur.

Maria pro electa ex omnibus.

Filius dilectionis.

Creatura ex se non adoranda.

Euangelium summa.

teria ex facili ardente adposita, ex lino aut ex stupa facta, ponunt ipsum eregione Solis, ita ut splendor solis de vitro in subiecta materia resplendat: & statim ab igne solis concipit, & igne accendit. Nunquid ergo secatur Sol per essentiae participationem, nunquid defecit, nunquid imminutus est? Non inquit. Si itaque qui creatura est, non imminutus est: quanto magis qui infinitus & in comprehensibilis & impollutus est Deus, dum spiritus existens genuit ex seipso Deum uerbum, inenarrabile & incorruptibile ac incorruptibile, in incorruptibilitate genuit, non per affectionem, non per sectionem, non per defectiōem, sed perfectus perfectum in perfectione? Et ignis quidem natura multas lucernas ab uia accendit, & quae prima est, non imminuitur. Rursus autē potest eadē essentia ex multis particularibus esse, lucernis, inquam, aut facibus. At non sic Deus: Absit. Non enim rursus uenit uerbum, & conjunctionē cū patre fecit. Sed Pater, Pater est: & Filius, Filius: & spiritus sanctus, spiritus sanctus. Stultum est enim quod a Manichaeis traditur, quod ex mente ipsius Manis, Animae a colina lucis factae unū corpus sunt, & dem soluntur a corporibus, rursus in unam essentiam reformantur, uelut in unam columnam, iuxta fabulosum ipsorum figmentum. At non sic ostendit Euangelium, sed fregit de quinque panibus, & saturauit quinque milia: & non dimisit, quae ipsi superauerunt, sed colligite, inquit: & nihil relinquit de fragmentis: & collegerunt duodecim cophinos, & collegerunt quidem simul in capis, uerum fragmenta non rursus in conjunctionē panū sicut fuerant, fecit: collegerunt quidem multitudine, sed in multa fragmenta, in unam uero cōgregationem. Indicaui cophinos, & non iuxta propositam speculationem, nos hoc & praedictum solis exemplum, figuratē interpretati sumus. Non enim panes dicimus animas, neque fragmenta: absit. Neque Deum adaequamus Soli ab ipso creato, neque uigenitum splendori a Sole in stupam emissio. Verum iuxta similitudinē etiam animae factae non connectuntur in unam conjunctionem: absit, sed in Dei mansiones, de quibus scriptum est, Multae mansiones apud patrem, neque in unum collem factae, sed ita ut singulae priuatiū numerentur. Neque in eo quod dicimus genuisse Deum uigenitum suum filium, affectionē ipsi attribuimus, iuxta prauam illorum blasphemiam. Quisquis enim affectuose gignit, patitur: & non oportet neque creaturam, neque genimen siue genituram dicere iuxta illorum uerba, ut ne demus Deum dolere aut pati. Unde igitur inuenimus filium, aut cur nomen Dei habet? Hi uero sunt hominum syllogismi, & a terrena sapientia proficiscentes. Nam nostros hominum effectus, in Deum referre nephas est: quum Deus clare dicat, Non sicut cogitationes uestrae, cogitatio mea est. Et rursus, Non sicut homo, ita etiam Deus. Cessent itaque a blasphemiam, & discant a Patre dicere, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est. Et rursus, uelut coram cunctantibus dicit, Es enim filius meus dilectus, quem elegi. Et nunc in Canticis, Electus ex multis milibus. Unde igitur electio sit, dicant. Putant enim deliri illi in eo quod dicit, elegi: secundum gratiam ipsum filium uocari, & non secundum naturam. Ostendant itaque quis sit ipsi similis, ut omnibus probatis illum elegerit. Si enim filius est uigenitus, non est aliquis aequalis ipsi, neque conferendus similis existens, filio inter filios Dei, hos enim nouit secundum gratiam, illi uero nulla uirtus adaequatur, eo quod est ipse naturaliter filius. Manifestum enim est, unde sit uox electus, & uera electio. Quoniam multa milia in terra erant, & Maria sola gratia inuenit, & in ipsa elegit sanctā carnē, & propterea est illa in qua ipsi bene complacitum est. Sicut etiam Dauid ex persona Apostolorum, qui in Dominum crederent, & cum gaudio gratia ipsius gentibus ostenderunt, dicit: Subiecit populos nobis, & gentes, sub pedes nostros. Pulchritudinem Iacob quam dilexit, hoc est sinceritatem ac frequentiam pulchritudinis ipsius, hoc est totius Iacob pulchritudinē, ipsam carnē a Maria per spiritum sanctum electā, ipsam factā carnis dispensationē, pater ex supernis Ioanni Baptista ostendit. Bonā enim uoluntate habuit pater in aduentu Christi in carne, deitas uero infinitā naturā habet. Dicit autē Apostolus ipsum filium dilectionis, qui liberauit nos, inquit, ex potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suae, & stolidi illi hic non intelligentes locutionē, iuxta profectum dilectionis, Dei esse filium dicunt. Et non sciunt in doctē illi cōparationē sermonis. In alio enim loco dicit Apostolus, Deus dilexit nos in Christo. Uerū enim Filius dilectus est uigenitus, quoniam dilectio Pater, dilectio filius. Nam dilectio ex dilectione est, filius igitur est dilectionis propter nos, & propter seipsum, quia in ipso dilexit nos, & filium suum uigenitū tradidit pro nobis. Neque igitur operas laborat, neque gignens patitur. Et ne frustra accumulēt sibi ipsi blasphemias. Si enim creatus est filius, non est adorandus iuxta illorum rationē. Stultum est enim creaturā adorare, & primū mandatum reprobare quod dicit, Audi Israel, Dominus Deus tuus, Dominus vnus est. Non igitur creatum est sanctum uerbum, quia adorandus. Adorauerit ipsum discipuli. Adorat ipsum Angeli in caelo. Et, Adoret ipsum omnes Angeli Dei. Et, Adoret te Domine fortitudo mea. Ceterū una res est, quae dicā eamque bene & oppositionē non habentē, & cui non potest aliquis cōtradecere. Si habent testimonia illi, qui filio dei aduersantur, ostendunt ubi dixit Pater, Creauit mihi filium: in ueteri ac nouo Testamento. Aut ubi dixit filius, Creauit me Pater. Quatuor sunt Euangelia, habentia summas mille centū sexaginta duas, & ab initio usque ad finem loquutus est filius, & ad ipsum Patrem. Et nusquam dixit, Creauit me Pater meus; neque Pater, creauit mihi filium, aut creauit filium meum. At inquit ille contentiosus & ambitiosus, Quid igitur dicis corpus, ex Maria nimirum assumptum. Maria uero, inquit, quid, creata aut in creata? Creata nimirum etiam ipsi dicimus, genita ex uiro & muliere. Corpus igitur ex Maria quid dicis adoras Saluatorem incorporatum, aut non adoras? Quomodo uero non adorabo? Si enim non adorauero, non habeo uitam. Ecce igitur creaturam adoras ipsum corpus. Ingens autem est uasania eorum qui talia dicunt. Nani

rex purpuram indutus, ab omnibus adoratur, nunquid ergo purpura adoratur aut rex manifestus est quod rex. Coadoratur autem cum ipso etiam purpura quam gestat: ubi verò rex hanc exiit, & in locum reposuit, non amplius vestis purpura adoratur. Sed & etiam in templo saepe rex in proprio throno, & adorantes adorant regem in templo ac throno proprio: ubi verò surrexit rex, nemo neque templum neque thronum adorat. Nemo autem aded infans est, ut adorare volens Regem in templo ipsius, dicat ad Regem, Egredere ex templo tuo ut te adorem. Sic sane nemo dixerit vnigenito, Dimitte corpus ut te adorem: sed adorat cum corpore vnigenitum, increatum cum templo sancto, quod accepit ubi venit. Et nemo dicit ad regem, Surge ex throno ut te adorem, circa thronum: sed adorat regem cum throno. Itaque & Christus adoratur cum corpore sepulto, & quod resurrexit. At inquit, Quid igitur dicis, volens genuit Pater Filium, aut non volens, quandoquidem dicit, Erat semper Verbum, & non est tempus ante verbum: & quidem quum etiam ipsi Ariani ad quosdam decipiendos, Filium Dei sine tempore genitum esse asserant, non volunt autem ipsum sempiternum dicere, sed dicunt, Erat aliquando, quando non erat. Putant autem vocem aliquando, non esse tempus: ubi verò expendis vocem, redargues imperitos. Nam vox aliquando, prout dictio est, dicta, temporis significationem habet. Et qui dicunt vocem aliquando, non dicere tempus, in absurditate incidunt suae opinionis in peruersa fide. Per ironiam enim & cauillum dictionibus vtuntur, alias sententiae suae opinione vehementer Filium Dei impugnant, alienum & omnino à Patris deitate abalienatum glorificantes. Volens igitur genuit, aut non volens? Si dixerimus non volens, necessitate circumdamus Deum. Et si dixerimus volens, damus quod erat voluntas ante verbum: & si vel in diuina quodam temporis momentum, vel multitudine ac minutissima hora particula fuerit, temporis significationem habet ante verbum. Et rursus delabimur in sermonem ipsorum. Et si dixerimus, quod non volens genuit, ergo necessitate naturae ductus est Deus, & non voluntatis libertate. At non est horum quicquam in Deo, velut putas ambitiose. Apud Deum enim haec non sunt. Neque volens itaque genuit, neque non volens, sed per excellentiam naturae. Excedit enim diuina natura consilium, & non subiaceret tempori, neque necessitate dicitur. In nobis enim nihil est paratum, quia non eramus aliquando. Et primum quid deliberamus, postea facimus quod facimus. Aut ubi non deliberauimus nos, non est quod nondum factum est à nobis. Apud Deum verò omnia perfecta ac plana, & omnia in ipso completa sunt. Et neque volens genuit semper existens genitum ex ipso sanctum Verbum & Deum: sed in excellenti & inenarrabili sua natura. Maxima me subit admiratio, & filij dei & Ecclesiae, quomodo contentiosi illi vera subuerterunt in aliena, & quae figuratè dicta sunt, in vera errantes accipiunt? Nā genitum esse, quod est ipsi secundum naturam, negant, dicentes non sicut vnū quiddam ex genitibus suae genituris. At creatum esse, quod est alienum ab ipsius deitate, etiam in allegoria aliquando dictum est, illud verum dicunt: quod autem verum est, abolent. Etenim dum dicit Esaias, Vidi Dominum Sabaoth. Et, Visus est Dominus Mosi. Et, Visus est Dominus Abraam. Et, Vidit visionē Daniel antiquorum dierum, & huiusmodi. Et Visus est Dominus Ezechieli, & dixit, Vidi speciem Dei: dicunt haec non esse, & prophetas mentiri, probantque ex dicto Evangelij. Saluator, inquit, dixit, Deum nemo vnquam vidit, Propheta vero se vidisse dicunt. Necessarium igitur est mentiri aut vnigenitum, aut prophetas. Et iuxta rationem eorum, qui sic dicunt ac Manichaeorum, erunt ea quae in prophetis sunt mendacia. Si vero non mentiuntur Prophetae, sed vera dicunt, iuxta Saluatoris sermonem, nempe, Qui loquor in prophetis ecce adsum: intelligentiae res est, & opus allegoria. Etenim hoc saepe sic impletur. Videmus mare ex parte aliqua montis aut planicie, & verè dicimus, si nos vidisse asserimus. Sed & si quis dixerit, quod non vidit, non mentitur, sed vera dicit, non enim vidit, ubi profunditas ubi, longitudo non vidit molem, non vidit amplitudinem. Et per foramen quoddam videmus hominem, verum extensionem non scimus: & si dixerit quis vidit, vidit, & alius dixerit, non vidit, non vidit. Videmus enim verè, velut concipimus, non videmus autem, in quantum est. Sic etiam Prophetae velut per foramen angusti sui corporis digni facti sunt videre, & veritatem viderunt: non ut intelligentiae ac speculationis infinitas haberet. Atque sic completæ sunt concordantes inter se diuinae Scripturae: tum quod Prophetae dicunt se vidisse Deum, viderunt enim in veritate: tum quod Saluator dicit, Deum nemo vnquam vidit: non viderunt autem in quantum est. Sed & ipse vidit inuisibili liter secundum naturam, dedit autem non potenti videre, virtutem gratiae ad videndum virtutem speculationis ac intelligentiae. At ne rursus fabulam confingens dicas, viderunt quidem Prophetae, non oculo, sed mente intelligentes & quasi videntes. Propter hoc enim exactè dicit Esaias, Miser ego quia compunctus sum, quod quum homo sim, & immunda labra habens, in populo immunda labra habenti habitem, & Dominum Sabaoth vidi. Et non dixit, Vidi mente, sed oculis meis. Vidit igitur, & non vidit, sed sicut potuit. In veritate autem vidit, non vidit autem velut infinitas incomprehensibilitatis habet. Sic multi etiam de paradiso allegoricè accipiunt, velut phanaticus Origenes voluit imaginationem magis, quam veritatem in mundum introducere, & ait, Non est paradisi in terra, nimirum ex dicto à sancto Apostolo relato, Noui hominem ante annos quatuordecim, an in corpore, nescio: an extra corpus, nescio: Deus nouit, raptum huiusmodi vsque in tertium caelum. At ne falso intelligas ac dicas, quod dixerit vsque ad tertiam caeli partem. Nam quum dicit vsque ad tertium caelum, non de tertia parte dicit, sed de tribus numero. Et dicit, Noui huiusmodi hominem raptum esse in paradysum, & audiuisse verba, quae fas non est homini loqui. Gloria omnipotentis Deo qui per omnes modos declarat, & exactè explicat, quae veri non fallantur. Non enim in vno contracto sermo

Erat aliquando, quando non erat. Ariarum dictum.

Videmus et non videmus quomodo.

Paradisus non est in terra, iuxta Origenem.

sermonis compendio caelum & paradysum coniunxit, sed Noui, inquit, hominem raptum vsque ad tertium caelum. Et rursus, Raptum in paradysum, hoc est ut Graecè dicitur *eis to paradysos*. Quod autem articulum habet, id de alia persona distinguit ac tractat, & ad alium modum transfert. Quem admodum si quis haberet montem & planiciem, planiciem autem circumdantem ipsum montem, velit autem in partem ultra montem sitam in eadem planicie accedere. Et quando quidem vollet per planiciem iter facere ad locum, ex quacunque parte montis inierit, possibile est ipsi eo peruenire. Si verò voluerit primum ascendere in montem, & de monte rursus in locum planicie ultra montem sitae accedere: etiam hoc ipsi facere possibile est. Sic intellige mihi etiam hoc, quod ab Apostolo dictum est, primum quidem in caelum ascendisse: iuxta id quod dictum est, Descendit nepos meus in hortum suum. Et Saluator dicit, Hodie mecum eris in paradiso. Si verò non est in terra paradysus, & non vera sunt, quae in Genesi scripta sunt, sed allegoricè accipiuntur: nihil est consequentiae, sed omnia figuratè dicuntur. In principio enim fecit Deus caelum & terram, & non sunt figuratè dicta, sed visibilia: & firmamentum, & mare, germinaque ac ligna, & herbas, fœnum, animalia, pisces, volucres, omnia visibilia in veritate facta, hominem in veritate quem fecit. Posuit itaque hunc quem fecit in paradiso secundum imaginem factū eundem hominem, verum secundum imaginem Dei. Ne autem curiosius perfrueris dona Dei, per gratiam homini data, non negamus omnes homines esse secundum imaginem Dei. Quomodo verò non sumus curiose de eo, quod est secundum imaginem. Neque enim corporis formationem intelligimus secundum imaginem, neque animam, neque mentem, neque virtutem. Multa enim sunt quae dicere me prohibent. Sed neque rursus dicimus corpus non esse secundum imaginem, neque animam. Creditur enim est, consistere Scripturam, & non negare. Incredulorum verò, gratiam reprobare. Est igitur in homine id, quod est secundum imaginem, Deus autem ipse nouit quomodo est. Si enim dixeris, Hominem fecit secundum imaginem, & putaueris esse corpus: Deus autem est inuisibilis, incomprehensibilis, quomodo visibile, & comprehensibile ac tactui subiectum, imago erit inuisibilis & incomprehensibilis: Et si dixeris, Non est corpus secundum imaginem: Accipit, inquit, limū de terra, & formauit hominē. Et hominē vocat id quod terrēū est, & hominem vocat id quod animale est. Insufflauit enim, inquit, in faciem ipsius, & factus est homo in animam viuentem. Et neque partē Dei dicimus esse animam, neque ab insufflatione alienam. Quomodo verò subtilitas haec intelligatur, soli Deo cognitum est. Nos autem citra curiositate & absque malignitate credimus Deo vera in omnibus dicenti. Et si dixeris, quod anima est secundum imaginem: dicit Apostolus, Viuens est sermo Dei & efficax, & penetrantior omni gladio accipiti, & pertingēs, vsque ad diuisiones animarū. Si itaque diuisiones habet anima, Deus autem indiuisibilis est, quomodo potest anima esse id, quod secundum imaginem est? Non enim nouit futurum anima, Deus autē omnia nouit, & videmus anteriora corporis, posteriora ignorantes. Et si dixeris, quod non est anima, omnino etiam animā hominē vocauit: & anima & corpus est homo. At si dixeris mentem esse id, quod est secundum imaginem: dicit Scriptura, Video aliam legem in membris meis, rebellantem legi mentis meae, & captiuū facientem me legi peccati, quae est in membris meis. Quomodo igitur, quae captiua fit, erit secundum imaginem? Et alibi dicit, Canā mente, canam spiritu. Et si dixeris virtutē esse quod est secundum imaginem: dicam tibi, dic mihi de Adam, quam virtutem operatus est priusquam ipse formatus esset? Non enim erat in principio, ab initio vero formatus est secundum imaginem. Et si dixeris non esse virtutē, non bene dicis. Cui enim conuenit secundum imaginem esse quā virtutē? Verum ante virtutē secundum imaginem formatus est homo. Nondum enim erat Adam in virtutē versatus, neque creatus. Et si baptismum esse dixeris id, quod est secundum imaginem: ergo qui non acceperunt baptismum iusti, non fuerunt secundum imaginem. A Mose enim & mari incepit figura. A Ioanne aperta est figura. In Christo vero perfectum est donū. Habent igitur omnes id quod est secundum imaginem, sed non secundum naturā. Non enim secundum aequalitatē Dei habent homines, id quod est secundum imaginem. Deus enim est incomprehensibilis, & mente apprehendi nō potest, quam spiritus sit, & super omnem spiritum, & lux super omnem lucem. Quae vero ipse decreuit, his non caremus. Verus enim est, qui cum gratia id, quod est secundum imaginem, homini largitus est. Et quot sunt quae similia sunt. Videmus enim quod accepit Saluator in manus suas, veluti Euangelistae habet quod surrexit in caena, & accepit haec, & ubi gratias egisset dixit, Hoc meum est, hoc & hoc. Et videmus quod non aequale est, neque simile, non imagini in carne, non inuisibili deitati, non lineamentis membrorum. Hoc enim est rotundae formae & insensibile, quantum ad potentiam. Et voluit per gratiam dicere, hoc meum est, hoc & hoc: & nemo non fidem habet sermōni. Qui enim non credit esse ipsum verum, sicut dixit, is excidit à gratia & salute. Quod autem audiuius, id credimus quod est ipse. Dominum vero nostrum nouimus totum sensum, totum sensitiuū, totum Deum, totum mouentem, totum operantē, totum lucem, totum incomprehensibile, sed qui cum gratia hoc nobis largitus est. Hic itaque Adam in paradiso positus fuit, & comedit de ligno. Paradysus autem, inquit, in Edem iuxta orientes, fons autem ascendebat ex Edem: & non dixit, Descendebat: ut ne putemus ex caelo esse Edem. Si enim in caelo esset, ex supernis utique, dixisset, descendebat fons. Sed fluuius, inquit, erit ex Edem: & non dixit, descendit. Hic separatur in quatuor principia, nomen vni Phison. Et videmus ipsum Phison ob oculos nostros: & Phison quidem est Ganges apud Indos appellatus, & Aethiopes. Graeci vero hunc Indum fluiuium vocant. Totam enim terram Euilat circumdat, paruum & magnam, partēque Elymaeorum. Penetrat autem magnam Aethiopiā, & cadit ad Austrum, & subit intra Gaudra,

Allegoria non sunt in Genesi.

Secundum imaginem quomodo accipiendū.

Canā Dominicae uerborum expensio.

dira, in magnum Oceanum. Secundus fluvius est Geon, & sensibilem videmus hunc fluvium, & non allegorice accipi. Hic enim per Aethiopiā descendit, & parvam Aethiopiā penetrat, Anubimque ac Blemeniam & Ezomitim, & alluens partes Thebaidis & Aegypti in mare hoc delabitur. Si verò quis non credat, audiat Hieremiā dicentem, Quid nobis cum terra Aegypti, ut bibamus aquā Geon turbatam? Tertius, inquit, fluvius Tigris cursum faciens in conspectu Assyriorum. Secat enim partes Orientis, & mergitur sub terram, & exoritur ab Armenia per medium Cardensium ac Armeniū, & resaturus rursus, & secatur, in Assyriorum terram. Sed & quartus fluvius Euphrates similiter eodem modo subiens terrā, emergit ab Armenia, & sic alluit Persidē, si itaque non est paradisi sensibilis, non est fons. Si non est fons, non est fluvius, si non est fluvius non sunt quatuor principia, non est Phison, non est Geon, non est Tigris, non est Euphrates. Si non est Euphrates, non est ficus, si non sunt folia non est Adam, non est Eva, non est esus, non comedit de ligno. Si non est Adam, non sunt homines, & fabula est de cetero ipsa veritas, & omnia allegoricè dicuntur. Est itaque Adam, sumus enim ex ipso, genus ipsius existentes omnes per successionem; & videmus ipsum per multitudinem in successione. Adam enim genuit secundum id eam ac formam suam ipsum fectur: ut quis putet aliū esse eum qui formatus est, & alios eos qui geniti sunt. Et ideo dicit scriptura, secundum ideam suā. Seth verò genuit Enos Cainam, Cainam Maleleel, Maleleel Iaret & Enoch, Enoch Mathufala, Mathufala Lamech, Lamech Noe: & factum est diluuium non allegoricum, sed in veritate, & perit omnisaniam: manserunt autem octo animæ. At vbi animas audis, ne putes corpora vocare. Ab vna enim specie totus homo appellatur. Descendit enim Iacob in Aegyptum cum animis septuaginta quinque: non quod animæ sequatæ sint absque corporibus, sed vna cum corpore. Et, Erasmus in nauī animæ femē octuaginta, dicit Lucas qui scripsit actus Apostolorum. Et consuetudo solet seruos corpora vocare. Dominus, inquit, centum corporum, imò etiam animas habentium. Quandoquidem verò dominū hominum, corporibus dominatur, & non animis: propterea seruos merito corpora vocauerūt cum animā, ut corporum vsum ostenderent. Egressus est autem Noe ex arca, vbi genuisset Sem, Cham, & Iapheth. Sem verò genuit Arphaxad, Arphaxad Cena, Cena Sala, Sala Heber, Heber Phalec. Phalec Rhagan. Rhagan Seruch. Seruch Nachor. Nachor Tharra. Tharra Abraam. Abraam Isaac. Isaac Iacob. Iacob Iudam. Iudas Phares. Phares Esrom. Esrom Aram. Aram Aminadab. Aminadab Naafon. Naafon Salmon. Salmon Booz. Booz Obed ex Ruth. Obed Iesse. Iesse David Regem. David solomonem ex vxore Virā. solomon Roboam. Roboam Abia. Abia Asaph. Asaph Iosaphath. Iosaphath Ioram. Ioram Ochoziam. Ochozias Ioas. Ioas Emechiam. Emechias Oziam appellatum Azariam. Ozias Ioatham. Ioatham Achaz. Achaz Ezechiam. Ezechias Manasse. Manasse Amos. Amos Iosiam. Iosias Iechoniam. Iechonias salathiel. salathiel zorobabel. zorobabel Abiud. Abiud Eliacim. Eliacim Afor. Afor sadoc. sadoc. Achim. Achim Eliud. Eliud Eleazar. Eleazar Mathan. Mathan Iacob. Iacob Ioseph. Ioseph senes existens viduus postquam duxisset primam vxorem, & genuisset ex ipsa filios masculos quatuor, Iacobum fratrem Domini appellatum, eo quod cum ipso eductus esset. simconem & Iudam & Ioseph: & duas filias, Mariam & salomen. Hic Ioseph senex existens & viduus secundum necessitatem fortibus missis in viduos & non habentes vxores in singulis tribubus in virgines in templo: eo quod consecrati essent in templo primogeniti filij masculi ac feminae, accepit iuxta sortem sanctam virginem Mariam. Ex qua secundum carnem natus est Dominus noster Iesus Christus per spiritum sanctum, non à semine viri, neque ex corporis coniunctione. Nascitur itaque Dominus ex tribu Iuda, ex semine David & Abraam, secundum carnem, Deus existens, quadragesimo secundo anno regni Augusti. Augustus autem regnavit annos sexaginta sex, & menses sex. Post ipsum verò filius eius suscepit principatum, annis viginti tribus. Post Tiberium Caius, annos tres, menses novem, dies viginti duos. Post Caium Claudius annos xij. Post Claudium, Nero annos xij. post Neronem Vespasianus, annos novem. Post Vespasianum, Titus filius ipsius annos ij. post Titum, Domitianus frater ipsius, annos xv. menses v. Post Domitianum Nerua, annos iij. post Neruam, Traianus, annos xix. post Traianum Adrianus, annos xxij. post Adrianum Antoninus Pius annos xxij. post Antoninum Marcus Aurelianus. Antoninus, qui & Verus, annos xix. Commodus, annos xiiij. Pertinax, annos v. seuerus, annos xvij. Antoninus filius ipsius, annos vij. Macrinus, annum j. Antoninus alius, annos ij. Alexander, non ille Macedo, annos xiiij. Maximinus, annos tres. Gordianus, annos vj. Philippus, annos vj. Decius, annum j. Gallopho & Volusianus, annos iij. Galienus, annos xv. Claudius alius annum j. Aurelius, annos xiiij. Tacitus, menses vj. Probus, annos vj. Carus, & Carinus & Numerianus, annos ij. Diocletianus annos xx. post Diocletianum Maximianus, Lucianus, Constantinus, Iulianus, Iouianus, Valentinianus, Valens, Gratianus, & que in hunc annum, postquam mortuus est Gratianus, anni lxx. Nam hic annus est nonagesimus Diocletiani, Valentiniani & Valentis decimus, Gratiani sextus, consularatus Gratiani Augusti tertium, & Eusebii illustrissimi, Indictio ij. Nos itaque à prædicto Adam iuxta consequentiam, & non perit ordo. Neque quæ à Deo sunt, allegoricè accipiuntur. Est igitur Adam, & sunt folia fici, & ficus, & lignum ad sciendum cognitionem boni & mali, & lignum vitæ in medio paradisi, & serpens, & inobedientia, & obedientia. Et sunt fluvij, & est Eva, & formatio hominis. Omnia enim possibilia sunt Deo, etiā corruptibilia transmutare in incorruptibilitatē, & quæ in terra sunt facere, ut in incorruptibilitate degant. Et ne quis miretur, venit enim, & hoc ipsum ostēdit, ut qui carnem corruptibilem accepit, &

Adæ successores.

Animapro toto homine.

Corpora pro hominibus feruis.

in

in deitate induit, ipsamque in incorruptibilem declaravit. Quis enim accusabit Deum? Videamus potè etiam aliam speculationem. Eiecit ipsos extra paradysum, & posuit ipsa Cherubim & flammæ gladium ad custodiendum ingressum ad lignum vitæ. Et egressus Adam habitavit ex aduerso paradisi. Nemo inanibus fabulis decipiatur. Potest enim Deus ex lapidibus excitare filios, & potest Deus corruptibilia mutare in incorruptibilitatem: & potest in terra facere quietē paradisi, quia vult. A Non enim alterius Deus est terra, & alterius Dei cælum, sed omnia eiusdem sunt. Et sicut vult, largitur unicuique incorruptibilitatem. Nam & corpus ipsius Adam nouimus ex terra formatum, ex qua etiā nostra sunt corpora, & spem habemus vitæ æternæ, & incorruptibilis hereditatis. Nam Saluatoris corpus ex Maria erat, & coninitum est spiritualiter Verbi in cælo incorruptibilitati. Hæc autem omnia collegimus, & hic apposuimus, nihil ex his quæ scripta sunt reicere volentes, sed magis in simplicitate ferri, fidelésque reperiri erga Deum, in his quæ in veritate scripsit nobis, & largitus est viam veritatis & nostram salutem. Decens est enim, ut ipsi soli concedamus scire incomprehensibilia. Aliam verò rursus fabulosam stultitiæ imaginationem hic Origenes (cui Deus ignoscatur) hominibus ex allegoria introduxit, asserens pelliceas tunicas, quas Diuina Scriptura Deum ipsi Adam ac Eua fecisse dixit, non esse tunicas pelliceas. Sed tunica, inquit, est pellicea carnositas corporis, ut ipsū corpus, quo post inobedientiam induit animas, & postquam de ligno comederunt. Et stultum est penitus hoc dicere. Verum ipse Origenes commentis vitatur, & dicit, Nunquid Deus coriorum tinctor erat, ut paratis pellicibus tunicas Adam ac Eua fecerit. huiusmodi autem dictum multo magis ab omni ratione abest. Vtrum enim facilius erat, cælum & terram ex nihilo facere Deum, aut tunicas pelliceas? Quando enim miracula sua volens non operatus est? Et in anima in animata transmutare quādo non potuit? Virgam Moysi aridam & ligneam, serpentem animatum fecit, qui Moysen persequēbatur, & à quo Moyses in fugam conuertebatur: ut ostenderet, quod non visum in apparentia esset, sed verum quod fiebat. Quomodo verò per quadraginta annos populivestes non attenuatæ sunt, & pili non nutriebantur, & calcamenta non veterascebant? Dicant mihi stolidi illi, qui vāsaniam Origenis in hac parte sequuti sunt quum surrexisset Christus ex mortuis, & reliquisset lintea in monumento, velut scriptum est, nudus ne apparebat discipulis, qui surrexit ex mortuis cum corpore & anima? Quando verò ostendebat Thomæ ossa sua & carnes, manus que ac latus, nimirum non erat nudus? Quis igitur vestes ipsi texuit post resurrectionem? At dices mihi omnino, indumenta spiritualia ipsum fecisse. Et si talia indumenta potuit sibi ipsi facere, pelliceas illas tunicas facere non potuit Adam ac Eua propria voluntate? Reuera concidit Origenis allegoria. Si enim postquam comedit de ligno, creata est ipsi Adam caro, vnde igitur accepit Deus costam, vnde expergefactus ab altiore sopore. Adam dixit, Hoc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea. Proinde nemo de cetero nobis molestias exhibeat, sic enim sentit ac docet sancta Dei Ecclesia ab origine. Non enim astabit nobis Origenes in die iudicij. Admiror enim tenera, quomodo aliqui sustinent eum, qui suum ipsum Dominum maledictis impetit. Legant tales, Libros Origenis de Principiis, & discant qui sibi filij catholice Ecclesie esse videntur, & ne audeant filium à deitate patris separare. Quomodo non designatus est Origenes dicere, quod filius non videt patrem, sed dicit quod non potest videre Patrem Filius, & spiritus sanctus non potest videre filium, & rursus angeli non possunt videre spiritum sanctum, & homines non possunt videre angelos. Et decepti seipsum magis, & eos quos seduxit, at non prudentem ac fidelem ac credentem veritati & spirituali doctrinæ. Cessa itaque Origenes, & cessate vos Origenis discipuli. Vera enim dicunt Apostoli ac Propheta, & non vos, neque vester pæceptor. Cessent Gnostici condemnatos mores habentes. Cessent Valentiniani & Manichæi ac Marcionistæ per omnia errantes. Cessent Adriani & Anomæi, & Sabellij, & Pneumatitæ, qui etiam Pneumatomachi: & Dimoritatæ, qui stolidè mentem amiserunt. Omnia enim vera dicit diuina scriptura. Verum intelligentia opus est ad cognoscendum Deum, & ut credamus ipsi & sermonibus ipsius: & ut cognoscamus, quæ à Deo nobis data ac donata sunt, & quæ futura sunt, & iuxta promissionem, mortuorum resurrectionem in perfectione. Omnis enim hæresis mentitur, quæ non accepit spiritum sanctum, secundum traditionem patrum in sancta Dei catholica Ecclesia. Et de his rursus dicemus pro nostra infirmitate, sed ex Deo digni facti, sancta Dei catholica Ecclesia, ut nos minimi & humiles etiam huius fundamentum habeamus, pro tenuitatis nostræ portione. Apposuit autem ex parte de omnibus his, qui suæ ipsorum vitæ curam habent. Et sufficiebant quidem hæc, quæ abunde de Patre & Filio ac sancto spiritu dicta sunt. Quo vèto amplius ad munitiōnem ac defensionem ac certificationem credentium declarare conentur, undiquaque collectis diuinæ scripturæ testimoniis, ad lautius instruendum conuictum, ac faciendam exultationem credentibus, qui ista contingunt: non cunctabimur rursus ostendere ad certam ac firmam in Deo spem nostram, quod nihil euariat in Patre & Filio & spiritu sancto, sed eiusdem ordinis ac cōessentialis est sancta Trinitas. Non aliunde verò, neque ex propriis cogitationibus doctrinam facimus, sed à nostra vita, hoc est ex prophetis, & saluatoris nostri aduentu, ipsiusque benignitate. Venit enim, venit vita nostra, & lucem rursus nobis ostendit, quum errantes nos reperisset. Erasmus enim, eram in superbia & blasphemis, simulachrorum imaginibus, & spirituum impietibus, malorum omnium imperio submersi. Quum itaque hæc adessent nobis inuitis, non enim quod volebam, faciebant, sed quod odio habebam facere urgebar, peccato ita mihi ministrante: sanctus Pater filium suum sanctum demisit, & per misericordiam suam meseruauit, & ex omnibus corruptionibus meis me liberauit. Apparuit enim gratia Domini

Origenis libri de Principiis erroribus referri.

ac

Christi nos beneficia. ac Saluatoris nostri, docens nos ut abnegata impietate & mundana concupiscentia, temperate ac pie viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & aduentum glorie magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit seipsum pro nobis, ut liberaret nos ab omni iniquitate, & purgaret sibi ipsi populum acceptum, amulatorem bonorum operum: delero per dogmata contra nos chirographo, qui nobis contrarius erat, sublatoque ex medio & in cruce affixo: exutis principibus ac potestatibus, quas palam vituperauit, ipsasque in seipso in triumphum dixit: portis æreis contractis, & uentibus ferreis contritis, lucem uitæ rursus ostendit: manum porrigens, deducens, uiam faciens, scalam cælorum ostendens, paradysum rursus habitare faciens. Habitauit itaque in nobis, & iustificationem legis dans nobis ipse Spiritus, ut cognosceremus ipsum, & quæ de ipso sunt; hoc est principium, & finem uitæ: lex iusticiæ factus est nobis, lex spiritus, liber ex lege uitæ peccati. Quapropter delector lege Dei secundum internum hominem. Intra nos autem est CHRIS- TUS, siquidem habitat in nobis. Ipse enim mortuus, uia uitæ pro nobis factus est, ut uiuentes non amplius sibi ipsi uiuant, sed ei qui pro nobis mortuus est & resurrexit, & uitæ causa est. Nam instrumenti ante multa secula recordatus (secundum Dauid) Deus erat in Christo, & mundum sibi ipsi reconciliauit, non reputans ipsis delicta ipsorum. Quia in ipso omne complementum habitare uoluit, & per ipsum reconciliare omnia sibi ipsi, pace facta per sanguinem in cruce. Accessit itaque ad dispensationem complementi temporum, quemadmodum promissum est Abraam & reliquis sanctis, ut instauraret omnia in ipso, quæ in cælis sunt & in terra. Seditio autem & inimicitia erat in tolerantia Dei. Reconciliauit autem in corpore carnis ipsius, per ipsum faciens ambo unum. Venit enim pax nostra, & inter septum parietem dissoluit, & inimicitiam carne sua. Legem mandatorum in dogmatis aboleuit, quo duo crearet in unum nouum hominem. Ius itaque gentes incorporatas & simul participes ac coheredes promissionis esse dum dixit, uenite omnes qui fatigati & onerati estis & ego reficiam uos. Ego itaque debilis eram per carnem, demissus est autem mihi Saluator, in similitudine carnis peccati: dispensationem perficiens, quo me à seruitute redimeret, à corruptione, à morte. Et factus est mihi iusticia & sanctificatio & redemptio. Iusticia quidem, quoniam per fidem ipsius peccata dissoluit. Sanctificatio uero, quia per aquam & spiritum & uerbum suum me liberauit. Redemptio autem est sanguis ipsius, dum precium redemptionis agni ueri pro me seipsum tradidit, propiciationem purgationis mundi, reconciliationis omnium in cælo & terra mysterium occultum ante secula & generationes implens temporibus decretis. Idem transformabit corpus humilitatis nostræ, ut fiat conforme gloria ipsius, iuxta efficaciam potentie suæ, quia omnia sibi subiecit, quoniam in ipso habitat omnis plenitudo deitatis corporaliter, Receptaculum itaque sapientie & deitatis Christus, mediator, reconciliat omnia Deo in seipso: non reputans peccatum, occulta mysteria implens, per fidem Testamenti sui prædenunciati à Lege & Prophetis: filius Dei predicatus, Filius Dauid dictus. Ambo enim Deus & homo, Mediator Dei & hominum, uera domus Dei, sacerdotium sanctum: dator sancti Spiritus, qui regenerat ac renouat rursus omnia Deo. Nam uerbum caro factum est, & habitauit in nobis, & uidimus gloriam eius uelut unigeniti à patre. Pluuia cum arboribus & plantis in eandem naturam transiens, corpus efficit, & singulos fructus iuxta similitudinem. Et in olea quidem oleum pingue fit, assumpta ex ipsa essentia. In uite uero uinum dulce incorporatur. In fico ficus dulcescit. Et in singulis seminibus ad speciem ipsorum augetur ac nascitur. Sic arbitror Dei uerbum in Maria caro factum est, & in semine Abraam homo inuentus est iuxta promissionem. Inuenimus enim Mesiam de quo scripsit Moyses, & dixit sanè Moyses, Descendat sicut pluuia eloquium meum. Et Dauid, Descendat sicut pluuia in uellus, & sicut gutta stillans in terram. Lanna itaque suscipiens rorem, uelleris fecunditatem auget. Terra uero suscipiens pluuiam, auget fructum ex præcepto Domini contribuens naturam promptiorem, & ut accipiat ab ipso amplius studium habet. Sic sanè etiam uirgo Maria, Unde cognoscimus hoc, inquit, quod erit mihi istud: & audiuit, Spiritus Domini superuenit in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Quapropter & quod nascetur ex te, sanctum erit, & filius altissimi uocabitur. Christus in Angelo loquitur, efformat autem eipsum Dominus in sua ipsius formatione, forma serui assumpta. Et Maria quidem haurit sermonem ad conceptionem, uelut pluuia terra. Uerum uerbum Dei seipsum sanctum fructum ostendit, assumens mortalis naturam. Sic igitur ex ipsa hauriente, uelut terra & uellus, ueræ spei fructus, & sancto- rum expectatio: uelut Elizabeth dixit, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui: unum assumpsit ex humana natura, quod passioni obnoxius fuit, quum passionis exors fit. Dei uerbum. Hic est panis uiuens, qui de cælo descendit, & uitam dat. Hic & ueræ oleæ fructus, oleum uirtutis & compositionis, quod præfigurauit Moyses. Hic uera uitis quam colit solus pater, bonum gaudij generans nobis. Hic aqua uiuens, quam ubi sitiens homo acceperit, non sitiet amplius, sed est in uentre ipsius saliens in uitam æternam. Ex hac acceperunt noui agricolæ, & transfulerunt in mundum, ueteres autem agricolæ resiccarunt, & corruerunt propter incredulitatem. Et sanguine quidem ipsius sanctificantur gentes, spiritu uero suo proprio euehit uocatos in cælum. Quicumque igitur spiritu ipsius ducuntur, hi uiuunt Deo: qui uero non, adhuc morti imputati sunt, & hi animales aut carnales uocantur. Oportet itaque reprobare opera carnis, quæ sunt munimenta peccati: & mortificare membra mortis per gratiam ipsius, accipereque spiritum sanctum, quem non habuimus gubernatorem: qui uiuificat me olim mortuum, quem si non accepero, moriar. Sine spiritu enim ipsius, qui uis mor- tuus est. Si uero spiritus ipsius in nobis, qui suscitauit ipsum ex mortuis, uiuificauit mortalia corpora nostra

Similitudi- nes conce- ptionis Verbi dei in Virgine Maria.

nostra per inhabitantem ipsius in nobis spiritum. Arbitror quod ambo habitant in homine iusto Christus & spiritus ipsius. Si uero Christus ex Patre creditur Deus ex Deo, & spiritus ex Christo, aut ab utrisque, sicut Christus dicit, Qui ex patre procedit: & hic de meo accipiet: Christus uero ex spiri- tu sancto, iuxta angeli uocem: intelligo mysterium quod liberauit me, adero apud eum qui uenit ad me fide, auditu, mansione, amicitia. Seipsum enim Deus cognitum facit, seipsum Christus prædicat, seipsum spiritus sanctus manifestat sanctis. In scripturis autem sanctis, Trinitas nobis annunciat, & creditur, citra curiositatem, citra contentionem, per assensum auditus. Ex hac fide salus gratia. Ex fide iusticia citra operis legis. Scriptum est, Ex auditu fidei spiritum Christi dari his qui saluantur. Fi- des autem præconum uniuersalis Ecclesiæ uocibus hæc, ut puto, significatur, prout ego quidem in fide instructus sum ex scripturis: Tria sancta, tria cõsancta, tria in forma, tria conformia, tria operantia tria cooperantia, tria in substantia exstantia, tria coextantia in substantia, inter se conuersantia. Trini- tas hæc sancta uocatur, tria existentia, una concordia, una deitas eiusdem essentia, eiusdem substan- tia, eiusdem potentia, similia ex simili, æqualitate gratiæ Patris & Filij & spiritus sancti. Quomodo uero, ipsi docedum relinquunt. Nemo enim nouit Patrem nisi Filius, nemo Filium nisi Pater, & cui uoluerit Filius reuelare: reuelat autem per spiritum sanctum, huic & Pater reuelat. Hæc igitur tria exi- stentia, aut ex ipso, aut ab ipso, aut ad ipsum, unicuique dignè intelliguntur, prout singulis seipsa reuelant: lucem, ignem, spiritum: & alii, ut puto, uisionum similitudinibus, prout dignus est homo cui inseruitur. Ipse itaque est Deus, qui in principio dixit, Fiat lux, & facta est lux. Ipse qui illuminauit nos ad uidendum lucem ueram, quæ illuminat omnem hominem uenientem in mundum. Emitte lu- cem tuam & ueritatem tuam, inquit, Dauid. Ipse est Dominus qui dixit, In extremis diebus effundæ de spiritu meo, & prophetabunt filij ipsorum & filia ipsorum, & adulescentes ipsorum uisiones uide- bunt: tres personas sancti ministerij ostendens nobis, ex substantia triplici existente. Dico igitur Christum ministrum & executorem factum esse circumcisionis pro ueritate Dei, ad implendum pro- missiones. Commisit autem spiritum sanctum simul traditum accepimus ex Diuinis scripturis sic. Demittitur Christus à Patre, demittitur spiritus sanctus: loquitur in sanctis Christus, loquitur spi- ritus sanctus: sanat Christus, sanat spiritus sanctus: sanctificat Christus, sanctificat spiritus sanctus: baptizat Christus in nomine suo, baptizat spiritus sanctus. Sic dicunt scripturæ, Emitte spiritum tuum, & renouabis faciem terræ: simile est illi dicto, Emitte uerbum tuum, & lique facies ea. Mini- strantibus ipsis Dominò & ieiunantibus, dixit spiritus sanctus, Segregate mihi Barnabam, & saul: in opus ad quod accersui ipsos: simile est illi, Dominus autem dixit, Ingredere in ciuitatem, & illic dicetur tibi quid oporteat te facere. Hæc igitur emissi à spiritu sancto de uenerunt ad Seleuciam: simile uelut cum Dominus dicit: Ecce mitto uos uelut oues in medio luporum. Uisum est spiritui sancto nullum aliud imponere onus præter necessaria: uelut si dicat, Dico autem non ego, sed Dominus, ut uxor à uero ne separaretur. Penetrarunt autem Phrygiam & Galaticam regionem, prohibiti à spiritu sancto loqui uerbum in Asia: ubi uero uenissent in Mysiam, conabantur in Bithyniam abire, & non permisit ipsis spiritus: uelut cum dicit Christus, Euntes baptisate omnes gentes. Et, Ne gesteris perã, non uirgam, neque calcæamenta, Qui, inquit, dicebant Paulo per spiritum ut ne ascenderet Hieroso- lyma. Et Agabus dicit, Hæc dicit spiritus sanctus, uirum cuius est hoc cingulum: simile sicut cû Paulus dicit, An experientiam queritis eius qui in me loquitur Dei? Et memores estote uerborum Do- mini, quoniam ipse dixit, Præstat dare quam accipere. Et nunc ecce ego uinctus spiritu uado: uelut cû ait Paulus, uinctus Iesu Christi. Uerum spiritus mihi testimonium præbet per ciuitatem dicens: simile sicut cum ait, Dominus testimonium præbet animæ meæ, quod non mentior. In uirtute secundum spiritum sanctificationis: simile ei quod dicit, sanctus in sanctis requiescens. Et, Circumcisio cordis in spiritu: simile est uelut cum dicit, Et circumcisi estis circumcisione per manum non fiente, dum exiistis corpus peccatorum in circumcisione Christi. Siquidem spiritus Dei habitat in uobis: simile ei quod dicit, Quemadmodum accepistis Christum, in ipso ambulare. Et spiritus Domini loquutus est in me. Et, Uerbum ipsius in ore meo. Et, Primitias spiritus habentes: simile sicut quum dicit, Pri- mitiæ Christus. Sed ipse spiritus intercedit pro nobis: simile uelut dum ait, Qui est in dextera Dei, qui & intercedit pro nobis. Ut fiat oblatio gentium acceptabilis sanctificata in spiritu sancto: simile uelut quum ait, Dominus autem sanctificet uos ut sitis sinceri & inoffensi in diem Christi. Nobis au- tem reuelauit Christus per spiritum suum: simile est illi dicto, Quando complacuit Deo, qui segre- gauit me ex utero matris meæ per gratiam suam, ad reuelandum filium suum per me. Nos autem nõ spiritum mundi accepimus, sed spiritum ex Deo. Simile est illi, Vos ipsos probate an Christus sit in uobis. Templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in uobis: simile est illi, Inhabito in ipsis, & in am- bulabo, & ero ipsorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Sed & iusticiam & gratiam ex utrisque di- cit. Iustificati autem in nomine Iesu Christi Domini nostri, & in spiritu Dei nostri: simile est illi di- cto, Iustificati autem ex fide, pacem habemus apud Deum, per Dominum nostrum Iesum Christum. Nemo potest dicere Dominum Iesum nisi in spiritu sancto: & nemo potest spiritum sanctum acci- pere nisi à Domino. Diuisiones autem donorum sunt, idem uero spiritus. Et diuisiones ministerio- rum sunt, idem autem Dominus. Et diuisiones operationum sunt, idem autem Deus qui operatur omnia in omnibus. Sed & à gloria ad gloriam, quemadmodum à Domino, ita à spiritu. Et ne offendaris spi- ritum sanctum, per quem signati estis in diem redemptionis: simile est illi, Nãm prouocamus Domi- num, num fortiores illo sumus? spiritus autem expresse loquitur: simile est illi, Hæc dicit Dominus

Loci scri- pturæ con- cordes seu æquivalen- tes de chri- sto & spi- ritu sancto

omnipotens. Et spiritus meus stat in medio vestrum & si quis mihi aperuerit, ingrediar ego & pater, & mansionem apud ipsum faciemus. Esaias autem, Et super ipsum spiritus Dei: Christus verò, spiritus Domini super me, eo quòd vnxit me. Et Iesum à Nazaret quem vnxit. Deus spiritu sancto: & Dominus demisit me, & spiritus ipsius. Manifesta est autem & vox seraphim clamans, sanctus sanctus, sanctus Deus Sabaoth. Si vero audieris, quòd per dexteram Dei exaltatus est, & promissionem à patre accepit, aut, libet, vt expectent promissionem patris, quā audiuisti, inquit ex me. Aut, Quod spiritus ipsum expellit in desertum, aut quod ipse dicit, Ne sitis solliciti quid dicatis, quoniam spiritus patris mei est, qui loquitur in vobis, aut, si verò in spiritu Dei eicio demonia, aut, Qui verò male dicit in spiritum sanctum, non dimittetur ipsi, & cetera, aut, Puer crescebat, & confortabatur spiritu. Aut, Iesus plenus spiritu sancto reuersus est à Iordane. Aut, Reuersus est Iesus in virtute spiritus. Aut, Quod natum est ex spiritu, spiritus est, simile est sicut quum dicit, Quod factum est in ipso vita erat. Aut, Et ego rogabo patrem meum, & alium paraclitum dabit vobis spiritum veritatis. Aut, Cur impleuit satanas cor tuum, vt mentirens spiritui sancto, dixit Petrus ad Ananiam, Et postea, Non hominibus mentitus es, sed Deo. Ergo Deus est ex Deo Spiritus sanctus, cui mentiti erant illi detracto precio agri. Aut, Manifestatus est in carne, iustificatus est in spiritu: maius hoc non possum dicere. Deus autem etiam filius, Ex quibus, inquit, est Christus, quantum ad carnem attinet, qui est in omnibus Deus. Crede, inquit, in Dominum Iesum, & saluaberis. Et loquutus est, inquit, ipsis verbum Domini, quumque perduxisset ille ipsos in domum, appositus eis mensam, & exultauit cum tota domo, quòd credidisset Deo. Aut, In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Aut, Vt doctrinam patris nostri Dei ornent, aut, Apparuit gratia Dei salutaris omnibus hominibus et iudicantibus nos. Aut, Expectantes beatam spem & aduentum gloriæ Domini & saluatoris nostri Iesu Christi. Nam idem est ministerium spiritus & Verbi. Attendite autem, inquit, vobis ipsis & toti orbi, in quo posuit vos spiritus sanctus episcopos, vt pascatis Ecclesiam Dei: simile est velut quum dicit, Gratiam habeo qui me potentem fecit Christo Iesu, Domino nostro, quòd fidelem me iudicauit, dum posuit in ministerium. Cooperatur itaque velut demonstratum est, patri filius, & spiritus sanctus. Verbo enim Domini debet firmari sanctus, & spiritu oris ipsius omnis virtus ipsorum Adorandus autem est spiritus sanctus. Qui enim adorant Deum, eos in spiritu adore oportet & veritate. Si vero cooperantur hæc, creatura creaturam non efficit: neque creata deitas fit, neque in mensura aut ambitu Deus cognoscitur. Est enim incircumscriptus, incomprehensibilis, inconsiderabilis, omnes creaturas complectens Deus. Neque adoratione colenda est creatura. Coluerunt enim creaturam præter creatorem, & stulti facti sunt. Quomodo enim non stultum est creaturam Deum putare, & primum præceptum reprobare, quod dicit, Audi Israel, Dominus Deus tuus, Dominus vnus est, non erit in te Deus recens. Ceterum in diuinis scripturis varia sunt omnia patris & filij & spiritus sancti. Et Pater quidem appellatur, Pater omnipotens, pater omnium, Pater Christi. Filius vero, Verbum, Christus, lux vera. Spiritus autem sanctus, paraclitus, spiritus veritatis, spiritus christi. Deus itaque in intelligitur pater, & lux prælustris, & virtus, & sapientia. Si autem lux est Deus & pater, lux ergo ex luce est filius, & propterea habitans lucem inaccessibilem. Virtus autem est totus Deus, & propterea dominus virtutum. Sapientia est totus Deus, igitur sapientia, est filius ex sapientia, in quo omnes thesauri sapientiarum sunt absconditi. Vita item est totus Deus, igitur vita ex vita est filius. Ego enim sum inquit, veritas & vita. Spiritus autem sanctus ab vtriusque, spiritus est spiritus. Spiritus enim Deus & deitas, donorum dator est, verissimus, illuminator, paraclitus, consiliatorum patris annunciator. Sicut enim filius magni consilij angelus est, sic etiam spiritus sanctus. Sed accepimus, inquit, spiritum Dei, vt videamus quæ donata sunt nobis à Deo, quæ & loquimur, non in persuasivis sapientiarum sermonibus, sed in demonstratione spiritus Dei, spiritualibus spiritualia comparantes. At dicit quis, Igitur duos esse filios dicimus. Et quomodo est vnigenitus? Quinimò tu quis es qui contra Deum ratiocinaris? Si enim filium vocat eum, qui est ex ipso, spiritum vero sanctum qui ab vtriusque: quæ solum fide intelliguntur, à sanctis lucida, lucem dantia: lucidam sanè operationem habent, & per fidem lucis consona ad ipsum patrem sunt: audi ò bone, quod pater veri filij est pater, totus lux: & Filius veri patris, lux de luce: non sicut facturæ aut creaturæ, nomine solum: & spiritus sanctus, spiritus veritatis est lux tertia à patre & filio. Alia vero omnia, adoptione aut appellatione: non similia his actione, aut potentia, aut luce, aut intelligentia, aut sanè velut dixerit quispiam, Filios genui & exaltaui. Aut sicut dixerit quis, Ego dixi, dixistis, & filij altissimi omnes. Aut velut dicat quis, Qui pepetit glebas roris. Aut velut dixerit quispiam, Ex quo omnis patrum familia in cælo & in terra. Aut sicut dicat quis, Ego qui firmo tonitruum, & creo spiritum. Non enim velut reliqui patres aut patriarchæ, verus ille pater incepit esse pater, aut vnquam tempore defuit esse pater. Si enim incipit esse pater: ergo Filius aliquando alterius patris, antequam esset ipse vnigeniti pater. Iuxta similitudinem autem dum patres patrum, & filij considerantur, in infinita antiquitate verè Patrem inuenire est. Neque velut reliqui filij adoptione, verus Filius adolescens est, vt sit Filius. Si enim adolescens est, vt sit Filius: erat aliquando tempus quando non erat pater, pater vnigeniti. Neque velut reliqui spiritus, spiritus veritatis creatus aut factus est. Neque velut reliqui angeli, magni consilij angelus vocatur. Illi enim principium habent & finem, hi vero imperuestigabile principium ac imperium habent. Et hi creant omnia, in infinita secula cooperantur patri, illi vero creantur ab his prout v oluerint. Et illi quidem colunt hos, hi vero coluntur ab vnuerfis creaturis. Et hi quidem sanant creaturas, illi vero medela ab his accipiunt. Et illi indicant

*nominata
ria patris
& filij
spiritus sa
cti.*

*Pa- 740
modo pa-
ter.*

iudicantur pro merito, hi verò iudicium iustum habent. Et illi quidem tempore sunt, hi verò non sunt in tempore. Et hi quidem illuminant omnia, illi verò illuminantur ab his. Et hi vocant paruulos in altum, illi vocantur à perfecto. Et hi largiuntur omnibus, illi dona accipiunt. Et vt in summa dicam illi hymnis celebrant sanctitatem in cælis cælorum ac reliquis inuisibilibus locis, hi verò celebrantur, & dona pro merito dignis exhibent. Plurimos autem spiritus dicit scriptura, Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignis flammam. Et, Omnes spiritus laudate Dominum. Ceterum dignis dantur dona discretionis spirituum. Aliqui enim cælestes sunt, gaudentes veritate: aliqui terrestres, ad fraudem & errorem appositi: aliqui subterranei, abyssi & tenebrarum filij. Ipsum enim Enangeliū dicit eos rogasse, vt ne mitteret eos in abyssum. Similiter autem & spiritibus imperat, & spiritus expulit verbo & non permisit ipsos loqui. Dicitur autem spiritus iudicij, & spiritus combustio nis. Et dicitur spiritus mundi, Nos verò, inquit, spiritum mundi non accepimus sed & spiritus hominibus. Quis enim hominum nouit ea, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis? Et spiritus vadens ac non reuertens. Nam spiritus pertransit in ipso, & non existit. Et destrues spiritum ipsorum, & deficient. Et spiritus prophetarum prophetis subdantur. Ecce spiritus falsus stetit coram Domino, & dixit ipsi, Per quid decipies Achaab? Et ero, inquit, spiritus falsus in ore falsorum prophetarum. Dicitur porro & spiritus compunctionis esse, & spiritus timiditatis, & spiritus Pythonis, & spiritus scortationis, & spiritus procellæ, & spiritus verbosus, & spiritus debilitatus, & spiritus immundus, & spiritus surdus, & spiritus murus, & spiritus vix loquens, & spiritus valde horrendus, qui vocatur legio, & spiritualia nequitia. Infinita autem sunt eloquia sapientibus de spiritibus. Sicut enim multi filij adoptione, aut appellatione, non veritate, eo quòd principium habent & finem, & hoc per peccatum: sic etiā spiritus multi adoptione aut appellatione, etiam si peccato non careant. Verum sanctus spiritus solus appellatur à patre & filio, spiritus veritatis, & spiritus Dei, & spiritus Christi, & spiritus gratiæ: largitur enim vnicique bonum diuersimodè, alteri spiritum sapientiæ, alij spiritum cognitionis, alij spiritum fortitudinis, alij spiritum sanationum, alij spiritum prophetiæ, alij spiritum discretionis, alij linguarum, alij interpretationum, & reliqua dona velut ait, Vnus autem & idem spiritus est, qui dicit vnicique vt vult. Quoniam spiritus tuus bonus deducet me, inquit Dauid. Et, spiritus ubi vult spirat: substantiam sancti spiritus per talia nobis ostendens. Et vocem eius audis, sed non scis vnde venit, aut quò vadit. Et nisi nati fueritis ex aqua & spiritu: simile est illi, quod Paulus dixit, in Christo enim Iesu ego vos genui, & de hoc dicit Dominus, Quum venerit paraclitus quem ego mittam vobis, spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille testimonium præbebit de me. Et adhuc multa habeo quæ dicam, sed non potestis portare nunc: vbi vero venerit ille spiritus veritatis, deducet vos in omnem veritatem. Non enim loquetur à seipso, sed quæcunque audiet, loquetur, & ventura annuntiabit vobis. Ille me glorificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis omnia. Si itaque à Patre procedit, & ex meo (inquit Dominus) accipiet, quemadmodum nemo nouit Patrem nisi Filius, neque Filium nisi Pater. Sic autem dicere, Quod neque spiritum, nisi pater & filius, ex quo procedit, & à quo accipit: & neque Filium & Patrem, nisi spiritus sanctus, qui verè glorificat, qui docet omnia, qui testificatur de Filio, qui ex Patre & ex Filio solus dux est veritatis, legum expositor sanctarum, legis spiritualis enarrator, prophetarum doctor, apostolorum magister, euangelicorum dogmarum luminare, sanctorum elector. Lux vera ex vera luce, est filius naturalis filius verus, filius genuinus, solus ex solo: cū ipso etiā spiritus, sed spiritus qui nominatur, hic Deus est qui glorificatur, semper in Ecclesia Pater, se per filium semper, spiritus sanctus, semper altus alti, & altissimus, intellectualis, gloriā habens immensam, quo inferiora sunt creata & facta: in summa omnia quæ intelliguntur, & singula quæ mente comprehenduntur. Deitas autem vna in Mose maximè denunciatur, dualitas in Prophetis valde prædicatur, Trinitas autem in Euangelis manifestatur, amplius iuxta temporum occasiones ac generationes conueniens iusto in cognitionem ac fidem. cognitio que hæc immortalitas ex fide dicitur, hæc adoptio in filios fit. Verum primum iustificationem carnis enarrat, velut ambitum templi externum excitans in Mose. Secundas verò iustificationes animæ exponit, velut sancta ornans, in reliquis prophetis. Tertias autem iustificationes spiritus, velut propiciatorium & sancta sanctorum concinans in Euangelis ad suam habitationem. Tabernaculum vero sanctum, templum sanctum, ipsum iustum habet solum, qui in his versatur. Habitat autem in ipso vna Deitas infinita, vna Deitas incorrupta, vna Deitas imperuestigabilis, incomprehensibilis, inenarrabilis, inuisibilis, seipsam cognoscens sola, seipsam demonstrans quibus vult, testes sibi ipsi excitans, vocans, præficiens, glorificans, ex inferno exaltans, sanctificans, vniens rursus ad suam ipsius gloriā ac fidem tria hæc, cælestia, terrestria, & inferna: spiritum, animam, carnem: fidem, spem, charitatem: præterita, præsentia, futura: seculum seculi, secula, seculorum, sabbata, sabbatorum: circumcisionem carnis, circumcisionem cordis, circumcisionem Christi in exuendo corpus peccatorum. In summa, purificat sibi ipsi omnia, inuisibilia & visibilia, thronos, dominationes, principatus, potestates, virtutes. In omnibus autem eadē vox sancta à gloria in gloriā, sanctus, sanctus, sanctus, clamans, patrem in filio, filium in patre. cum sancto spiritu: cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen. Et dicat qui sic credit, fiat, fiat. Et de Trinitate quidem ac coessentialitate Dei Patris & Filij & spiritus sancti, vobis quilibet estis ac idiotæ, citra scum & citra humana commeta, testimoniis ex diuinis scripturis collectis, quòd ad manum sint fidelibus, & falsam fidem ac vanam opinionem habentibus se opponere possint, ex parte coaceruauimus. Multa enim est fidei in spiritu sancto virtus, in omnibus Diuinis Scripturis diuersimodè

*Spiritus
multi in
Scriptura.*

*Iustificatio
tripler*

salutis nostre securitas ubi sita.

prædicata. Quandoquidem verò salutis nostræ securitas, est certa confessio de Saluatoris nostri in carnatione & aduentu in carne, & confirmatio spei de resurrectione mortuorum, & nostra regeneratione rursus etiam ipsi parum quid huic nostro labori, ex ipsis diuinis scripturis apponemus, his qui exactius rem hanc cognoscere volunt. Etenim quemadmodum iam in superioribus didicimus, ipse Dominus noster in Euangelio suo ad discipulos suos dixit. Euntes baptisate omnes gentes in nomine Patris & Filij & spiritus sancti, docentes ipsos seruari mandata, quæ præcepi vobis: Ipsum sanctum Verbum quod in substantia existit, quod ex Patre prodiit, per quod secula facta sunt, per quod tempora & temporum momenta. Non enim erat temporis momentum, neque tempus ante Filium. Si enim erat tempus ante Filium, utique maius est tempus Filio. Et quomodo per ipsum omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est? Quoniam si quid factum est, per ipsum factum est. Ipse verò increatus est, & semper existens. Quia pater semper erat, & sanctus ipsius spiritus semper erat. Si enim erat tempus ante filium, quaeritur sane rursus per quem tempus ante filium erat: & infinita de cætero cogitationem nostram peruerterent, & imaginationem intus in hominum opinionem elatentem, aut potius ad cogitationem scortationem, & minime ad castimoniam. Non erat igitur tempus ante filium. Nam non per tempora filius factus est, sed per filium tempora, & Angeli, & alia omnes creaturæ. Non erat aliquando tempus quando non erat filius, neque erat aliquando, quando non erat spiritus. Cæterum aliqui perperam legentes, & lectionem distinguere nescij, in eo quod dicitur: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: hucusque dictum deponentes, & blasphemiam suspitionem in spiritum sanctum accipientes, circa lectionem falluntur & errant, & à lectionis errore claudicant, & ad blasphemiam se conuertunt. At ipsa lectio sic se habet, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est in ipso: hoc est, si quid factum est, per ipsum factum est. Itaque pater semper erat, & spiritus ex patre ac filio spirat: & neque filius creatus est, neque spiritus. Quæ verò post patrem & filium & spiritum sanctum sunt, omnia creata sunt & facta: & quæ non fuerint vnquam, facta sunt à patre & filio & spiritu sancto, per semper existens Verbum, cum semper existente patre. Per ipsum itaque verbum omnia creata facta sunt, per regem illum cælestem, per Verbum in substantia existens, ipsum Saluatorem ac benefactorem nostrum. Ipse enim saluator sanctus est, qui de cælis descendit, qui in officina Virginis salutem nostram operari dignatus est, qui ex Maria rursus genitus est, per spiritum sanctum conceptus. Qui carnem accepit, & Verbum caro factum est. Qui natura non immutatus est. Qui cum Deitate suscepit humanam naturam, perfectus existens à patre. Qui perfectam dispensationem impleuit, & venit in mundum propter nos, & propter nostram salutem. Qui carnem & animam humanam accepit, perfectus existens à Patre, & in carne inter nos versatus est, non apparentia sed veritate. Qui perfectum hominem in seipsum efformauit ex Maria Deipara per spiritum sanctum, non ut qui in homine habitaret, velut in Prophetis loqui solet, inhabitaretque per virtutem ac operari, sed ipsum Verbum caro factum est. Non mutatus eod quod sit caro, non transmutata Deitate in humanam naturam, sed cum proprio corpore suæ Deitatis, & cum propria substantia Dei Verbi in substantia existentis, complexus ut sit homo. Hominem autem dico perfectum, quæcumque in homine, & qualiter homo, & si quid est homo: hunc venit & accepit vnigenitus, quod in perfecto homine, perfecte totum negocium salutis Deus ipse existens operaretur, ita ut nihil hominis relinqueret, ut ne relicta pars, rursus in partem edulij diaboli cederet. Et si dixerint aliqui quod carnem solam accepit, animam verò minime: fabulosa applicantes, & scripturam in fabulas euerrentes ex dicto hoc, Nos autem mentem Christi habemus: ex ipso hoc dicto deprehendunt, quod hi qui dicunt, Nos autem mentem Christi habemus: eandem mentem habuerunt, & hanc non expuerunt. Si verò propriam habentes vnà cum Christi mente, ambabus satiebantur, Christi mente meliores facere potente, ipsorum verò mente re- & intelligente: idem etiam in Christo cognoscant, quod quum esset Deus, & in ipso esset mens, habebat hominis mentem cum carne, & animam accepit: & nequaquam velut homo ipsam euertebat verum ipse mentis ornator & corrector & meliorem ipsam efficiens fiebat. Sicut enim carnem accepit à carne non superatus, ita etiam mente accepta, à mente non superatus est. Itaque vice versa & amplius tales in contrarietatem grauius incidunt. Sursum enim ac deorsum Diuinæ scripturæ palam clamant non contra mentem grauius pronunciantes, sed contra carnem. Carnis enim fructus sunt, inquit, scortatio, adulterium, petulantia, & his similia. Et qui in carne sunt, Deo placere non possunt. Et, Caro concupiscit contra spiritum. At verò de mente dicit, Psallam spiritu, psallam & mente: & Mens mea instructio facta aut fructuosa est. Posuit enim mentem, quam scriptura cor appellare solet, ducem, ut ita dicam, & aurigam torius vasis, discernentem bona & mala, approbantem ea quæ in nobis bene sunt. Mens enim verba discernit. Gula verò cibos gustat. Vim enim discernendi mens in homine habet, nondum autem assentiendi, si non in mutationem seipsam dederit. Quid igitur visum est quibusdam ut hanc ab incarnatione Domini eiecerint? Quid verò vitæ profuerunt, quum magis in seditionem ipsam mutarint? Aut quid hoc obfuit nobis, aut profuit, ut ita dicam, quo auxiliarentur Christo, vel ut beneficium præstarent ipsi, magnum hoc, & dicerent ipsi, Non accepit mentem. Galatæ equidem stolidi, & Cretenses semper mendaces, & Ephraim colomba demens: Dominus autem noster in vitam incarnatus omnia perfecte assumpsit, imò potius ipse sui ipsius corporis plastes fuit, ipse sibi ipsi accipiens aut indens animam. Cæterum aliqui defectuosum facere volentes Christi in carne aduentum, & perfectam in ipso dispensationem, haud scio qua cogitatione induci, non rectè dixerunt

Ioannis Evangelij lectio declarata

Christi de lineatio.

dixerunt Christum mentem non accepisse: substantiam autem hi mentem esse putant, & natura dicere audent id, quod in scriptura dici solet. In homine spiritus velut dicit Apostolus, ut integer vobis spiritus & anima & corpus, in die Domini nostri Iesu Christi seruetur. Errant igitur. Si enim est mens spiritus, & spiritus mens, velut etiam ipsi putant, anima verò alia est à mente, & à spiritu: non amplius duæ substantiæ erunt in homine in vna substantia contractæ: non amplius in substantia erit sola anima, & in substantia corpus. Sed reperimus de cætero quatuor. Mens vna est substantia, anima alia substantia, spiritus alia substantia, corpus alia substantia. Et si rursus perscrutemur, adhuc plures erunt. Quandoquidem enim plura nomina possidet homo, & internus homo, & externus homo: etiam hæc omnia spirituali intelligentia dixit scriptura, cogitationem nostram contringens, ut nihil salutis relinquamus, neque occasio nobis fiat à proposito excedendi. Sunt enim hæc in homine, verum non oportet curiosè perscrutari. Attamen iuxta illorum rationem, si mens est spiritus, & spiritus mens: hæc autem extra animam sunt, qua ratione rursus dicit, Psallam spiritu, psallam & mente. Per hoc enim ostendit spiritum non esse mentem, neque mentem spiritum. Deinde rursus, Anima peccans ipsa moritur: non exempto corpore pronunciauit. Erant enim, inquit, in nauis ferme septuaginta animæ. Et omnino animæ non erant absque corpore, sed corpora cum animis. Et rursus solet hominum consuetudo vocare hominem vno nomine: nempe quum dicit, Dominus est octoginta corporum: non omnino absque animis. Verbum itaque caro factum est: non absque anima, non absque reliquo toto negotio & apparatu. Non enim quum dicit Anima, absque corpore pronunciauit. Neque quando dicimus corpora, absque anima esse intelligimus. Quid igitur visum est quibusdam dicere volentibus, mentem à Christo eiectam esse, aut quid hoc Ecclesiæ profuit, aut cur non potius turbauit? Quomodo verò non defectuosam facit nostram salutem, qui talia cogitat? Nos enim non possumus intelligere, aliud mentem esse: neque hanc per se substantiam esse possumus affirmare, sed quod compositum est & rationale & sapiens in singulis delictis, velut si dicas, Cogitationem hominis. Sicut enim oculi sunt in corpore, ita mens in anima. Rursus porò neque hoc contentiosè astruimus, sed simpliciter intellectualem in hominibus partem esse asserimus. Quid igitur est homo? Anima, corpus, mens, & si quid est aliud. Quid igitur ut saluaret, Dominus venit omnino hominem perfectum. Igitur omnia quæ sunt in ipso, perfecte accepit. Alioqui vnde hæc in ipso implebantur, quæ in hominem contulit, à mente & corpore ac anima & vniuersa incarnationis, excepto peccato. Nam & vaticinabatur, & ratiocinabatur, id quod clarè nobis suggerit Diuina scriptura, dicens, Ecce intelliget Filius meus dilectus quem elegi, in quo bene complacitum est animæ meæ, ponam spiritum meum, &c. Ipsa igitur intelligentia ubi impletus est, siquidem in Deitatem, manca ergo est deitas intelligentia absit. Hæc enim in dominicum hominem impletur. Si verò in dominicum hominem impleta est, quomodo intelliget incarnatio, quæ sine mente est, impossibile hoc est. Si enim omnino vox, intelliget, ad Christum refertur: Christus autem ex supernis est Deus Verbum, caro verò factus ex Maria, & homo factus nobiscum conuersatus est, velut scriptum est, ergo citra ambiguitatem vnà cum mente dispensationem suscepit, nam huic conuenit intelligentia. Propter hoc enim de ipso dicit Euangelium, Proficiebat sapientia & ætate. Deitas non suscipit ætatem, neque sapientia caret, quæ tota sapientia existit. Verum sapientia proficiebat Saluatoris humana natura, non mentis exors, quandoquidem neque falli potuit. Et ætate proficiebat, quum reuera puer cresceret. Si verò propterea quod mentem accepit, ipsum peccatum consequenter ponit: igitur potius hoc consequetur, si demus ipsum accepisse carnem, sine qua peccatum non perficitur. Manifesta autem sunt opera carnis penitus, quoniam damus, & in carne peccauit, carne accepta. Noui enim, inquit, Apostolus, quod non habitat in me aliquid boni, hoc est in carne mea. Quis verò audebit dicere, propterea quod saluator carnem assumpsit, à carne abductum esse, ita ut bruta carnis opera perfecterit, iuxta totius vasis proprii consequentiam, quem tamen vilem & humanam carnem habuisse constat, sed in nulla re lapsantem. Deus enim Verbum ex supernis à patre progressum quum voluisset in carne nasci, frenabat vas ipsum, & sicut volebat, cohibere ipsum ab omni inutili carnali turba potuit. Si verò volebat, remittebat, remittebat autem ad rationales, & decentes ipsius Deitatem, corporales necessitates. Neque enim quum haberet mentem in veritate, quemadmodum totam incarnationem in veritate, mens distendebatur ad irracionales concupiscentias: Neque ea quæ carnis sunt, similiter ut nos, faciebat aut cogitabat. Verum ut Deus in carne vera genitus ex Virgine Maria, & carne & anima faciebat, itemque mente, & toto vase, in hominum genere conuersabatur, ex supernis ex patre in substantia existens Deus Verbum. Cæterum ne cauillentur aliqui abusuè hoc dictum esse: velut illud, Intellige clamorem meum. Illud enim abusuè propter preces datum est, & manifestus est vsus. Verum exemplum carnalis ipsius aduentus per Prophetas prædictum est. Nam hoc, Et proficiebat ætate: verum est. At quid tales se dicere putant? Si dixerimus Christum, perfectum hominem ex Maria natum, nunquid suspicabimur ipsum peccatis subiectum fuisse absit. Peccatum enim non fecit, neque inuentus est dolus in ore ipsius. Si enim virtutem suam sanctis insufflauit, & hi quibus inspirauit testantur, quod erant sancti, iusti, progressi in diebus suis citra reprobationem: quanto magis ipse, in quo omni Deitatis plenitudini habitare complacuit corporaliter, etiam si carnem veram accepit ex Maria semper Virgine, & animam verè humanam, & mentem, & si quid aliud est in homine, ipse in seipso habens vniuersa, continuit Deus existens, non diuisa ad maliciam, non fracta à maligno illo, non capta voluptate, non cadentia sub delictum Adæ. Et propterea

Mentem Christum accepisse negantes.

Spiritum & mentem esse diuersa.

Animæ appellatio, itemque corporis, quomodo accipiendæ.

homo quid sit.

Christus peccati exors.

dicat A postolus, factus ex muliere, factus sub legem. Et rursus, In habitu inuentus vt homo. At vo-
ces, In habitu, & factus, & sub legem, per vtraque collecta, perfectionem significant, ac ab affecti-
bus peccati alienitatem. Nam ex voce factus, quod sit perfectus indicatur: ex voce sub Legem,
quod non in apparentia, ex voce in habitu, formae firmitas, ex voce vt homo, à peccato alienitas.
Hæc igitur quum sic habeant, nemo nos decipiat vanis fabulis. Si enim supernè verè genitus est à
patre, etiam natus est ex Maria, & supernè uerax est & infernè. Et si supernè imperfectus est, etiam
infra imperfectus est. Si verò supernè perfectus est, etiam infra perfectus est, & non in alio perfecto
habitu, sed in seipsum omnia perfecit. Et resurrexit ex mortuis, non amplius partitus in monu-
mento in corpus, & Deitatem, & animam in infernis, non amplius sub tactum cadens, non amplius
abstinens, sed ingrediens foribus conclusis, contrectatus tamen à Thoma, vt ne imaginatio putare-
tur, sed veritas. Qui à Thoma creditus est, vbi impletum esset quod prædictum est. Manibus meis
Deum requisui, & non sum deceptus. Idem Deus, idem homo, qui non confusionem operatus est,
sed duo misceuit in vnum, non ad interitum cedens, sed corpus terreum vnà cum Deitate potens effi-
cians, in vnam virtutem vnuit, in vnam Deitatem collegit, vnus existens Dominus, vnus Christus,
non duo Christi, neque duo Dei. In ipso corpus spirituale, in ipso Deitas incomprehensibilis,
quod passum est, incorruptum, quod passionis exors est, incorruptibile, incorruptibilitas in totum.
Deus Dominus sedens in dextra Patris: non relicta carne, sed in vnum cōiuncta, & in vnam in totum
Deitatem, sedens in dextra Patris. Hic igitur vnigenitus, perfectus, increatus, immutabilis, inaltera-
bilis, nulla intelligentia comprehensibilis, inuisibilis, qui homo factus, inter nos versatus est, & spi-
ritualiter resurrexit, & non amplius moritur, non amplius inops est, qui propter nos inops fuit,
quum diues esset, qui totus spiritus est, qui carnale & Diuinum vnit, Dominus vnus, Rex, Christus,
filius Dei, qui sedet in dextera patris super omnem principatum ac potestatem, & virtutem, & omne
nomen quod nominatur: hic dicit in Euangelio, Euntes baptisate omnes gentes in nomine Patris,
& Filij & spiritus sancti, atque hoc in medio ipsorum existens, non significauit coniunctionem esse
Filium Patri, sed Patrem nouit Patrem verum, & seipsum verum demonstrauit in substantia existens
verbum: & spiritum suum sanctum in substantia existentem spiritum, & spiritum veritatis, increa-
tum, immutabilem, inalterabilem. Non sicut quis suspicari possit, qui dolose ad fidem feratur, & pe-
des suos occulter, & astute se erga veritatem gerat. Scrutatur enim corda & renes Deus. Et dicit ni-
mirum hæreticus, Credo quod Pater est Pater, & Filius Filius, & spiritus sanctus, spiritus sanctus: &
confiteor tres substantias in vna essentia. Non autem aliam dico essentiam præter Deitatem, non
aliam Deitatem præter essentiam. At propter exactum ad eum sermonem faciendum, essentiam voca-
mus, vt ne aliam atque aliam speciem Deitatis ipsius Trinitatis dicamus. Talis enim astute veluti
dixi absconditus, etiam rursus dolose dicit, Credo quod Pater, Pater, Filius, Filius: spiritus, sanctus, &
spiritus sanctus. Verum opinionem talem occultare habet, & velut à nobis assumulans in seipso
dicit: nempe, Sicut ego habeo corpus & animam & spiritum humanum, sic etiam Deitas, Pater qui-
dem, vt ita dicam, est species, filius verò, sicut in homine anima, spiritus autem, sicut quod inspirat per
hominem. Quidam enim dolose agunt, & sic de Deitate iudicant. Nos autem non sic didicimus.
Verum ecce pater in cælo per vocem testatur, Ecce filius in Iordane, ecce spiritus sanctus in specie
columbæ descendens figurabatur: imò per seipsum figurabatur, vt qui per se substantia existat, non
diuersa à Patris & Filij, sed eiusdem essentia. Rursus aliter, Ecce pater sedet in cælo. At vocem sedet,
ne rursus humano more accipere, sed talem quæ nec enarrari nec comprehendi possit, intellige. Et
non dixit, Rediit Filius in Patrem, sed sedet in dextra Patris. Et rursus de spiritu sancto dicens vnige-
nitus docuit, Ego ab eo, ille venit spiritus sanctus, spiritus veritatis. Si ego non abiero, etiam ille
non veniet. Si verò erat spiritus, coniunctio cum ipso filio, non vtrique dixisset, Ab eo, & ille veniet.
Verum vt indicet substantiam & substantiam. Vna enim est Deitas, vnus Deus, vna veritas. Atque
sic scripsi ei, qui cupit vitæ nostræ consequentiam, & firmam confessionem à Lege ac Prophetis, &
Euangelij atque Apostolis, & temporibus Apostolorum, vsque ad nostra tempora in catholica Ec-
clesia impollute seruata, verum per inuidiam seditionis vnus ac veræ fidei, iuxta temporis aliam
atque aliam occasionem, per hæreses eandem fidem & spem ac salutem nostram persecutionem pas-
sam, ita tamen, vt durarit in sua veritate, quum hæreses singulis temporibus seipias polluant, & ab
Ecclesia abalienent. Quemadmodum etiam recens rursus audimus quosdam, qui primas sibi ferre
videntur apud quosdam pietatis in Aegypto exercitatores, itemque in Thebaide, atque alijs regio-
nibus: & similia Hieraticis sentiunt, ac dicunt, resurrectionem quidem carnis nostræ affirmantes,
non autem huius, sed alterius cuiusdam pro ipsa. Quum verò tales à veravia discesserint, & verita-
tem Dei ad fabulas conuerterint, itemque firmam spem nostram euerterint, ea de causa etiam de
hoc rursus dicere cogimur. Increduli equidem totum resurrectionis negocium negant. Verum fal-
sam fidem habentium, & impurè ac stolidè à vera spe elapsorum est, sic de resurrectione sentire. Et
Græci quidem sunt, qui penitus resurrectionem negant, propter impietatem multitudinis iniquita-
tum, quæ apud ipsos fiunt. Odio enim habent resurrectionem, per quam pudore confundentur,
quod Deum ignorat, & ipsius mandata. Verum tamen resurgent, etiam si nolint, & vniversa crea-
tura palam ipsos redarguit, singulis diebus resurrectionis speciem ostendens. Occidit enim dies, &
mortuorum modum inuimus per soporem. Exoritur dies nos expergefaciens, & resurrectionis fi-
gnum

trinitatis
falsa opi-
nio.

Hieraticæ

gnum demonstrans Decerpuntur fructus, & status rerum excinditur, ita vt hinc nostri discessus fa-
cies præstituantur. Seminatur terra, & germinat, quoniam fracta post sectionem resurgunt. Locusta
moritur, vbi quâdam sui ipsius scaturam abiecit in terram defodit, & post tempus terra reddit ea,
quæ defossa sunt. Semina fructuum seruntur, & primum moriuntur, deinde perficiuntur. Nisi enim
mortua fuerint, non viuificantur. Signacula in nobis fecit Deus per vngues decem & decem, qui de
A resurrectionis nostræ spe testimonium præbent. Sed & velut per coronam capilli, resurrectionem
nostram declarauit. Nam quod in nobis mortuum corpus videtur, hoc est pili, singulis vicibus re-
cti rursus pullulant, resurrectionis spem indicantes. Et innumera dici possunt ad incredulorum cõ-
titudinem ab exemplis. Verum non persuasit hos palumbes auicula, neque myoxus animal. Moritur
enim hoc semestre, & palumbes in diebus quadraginta, & rursus post tempora sua reuiuiscunt. Sca-
rabæi mortui vicini, in pila stercoreis seipos occultant, talem pilam in terra sepelientes ac defodientes
atque sic ex suo ipsorum humore rursus reuiuiscunt, talem pilam in terra sepelientes ac defodientes
ca auicula dicere superfluum est. Tam enim ad aures multorum peruenit, credentium & non creden-
tium. Historia autem de ipso talis apparet. Quingentesimum annum agens, & vbi cognouerit tem-
pus mortis suæ instare, rogum ex aromatibus sibi conuertit, eaque in urbem Aegyptiorum Heliopo-
lim appellatam defert, & propriis pedibus ac alis pectora sua valde pulsans, ignemque à corpore
suo profertens, subiectam materiam in loco incendit, atque sic seipsum exurit, & omnes carnes suas
vnà cum ossibus. Verum ex Dei dispensatione nebula demittitur, quæ pluuiam effundit, & flammam
corpus alitis consumentem extinguit, quum mortuus iam sit phœnix & extremè tostus. Extincta au-
tem flamma, reliquæ carnis ipsius adhuc crudæ restant, quæ ad vnum diem dissipatæ vermè gignunt.
Vermis autem pennas producit, pullus euadens. Tertia verò die crescit, & accepto incremento, his
qui in eo loco versantur, seipsum ostendit, & rursus ad propriam patriam recurrit ac quiescit. Porro
admiratio animum meum subit, de incredulorum Græcorum atque aliorum Barbarorum decepta
per omnia, mente: quod in fabulis suis non uerentur resurrectionem omnibus declarare, & de re-
B surrectione sæpe canere, velut fabulæ ipsorum describunt. Alcestim quidem Pelia filiam mortuam
esse, propter virum suum Admetum, & propter Herculem, post triduum verò resurrexisse, & ex ady-
tis educatam esse, Pelopem verò Tantali filium, vbi carnes ipsius distributæ essent à proprio eius patre
& Amphiarao, falsò appellatis ipsorum deis. Et Euclees ab Aesculapio resuscitatus est, & Castor
propter Pollucem fratrem suum, qui vltro ipsi vitam alternis diebus alterare voluit, & Proteflaus
propter Laodamiam. Sed & Sisyphum, & Tantalum, & Caucafi filias, quas Erinnyas vocauerunt, &
vnà cum his Tiresiam, in Tartarum detrusos esse tradunt, atque illic pœnas dare, illum quidem per
saxum, hunc per rotam, & alios aliter supplicio affectos esse, & adhuc in supplicio esse, velut qui non
ad interitum sint redacti, verum sint in corporibus. Si enim corpora non haberent, quomodo sub
petram & rotam, supplicij traderentur? Et multa de his dici possent ad confirmandam nostram fidem,
atque ipsos redarguendos. Sed & qui ex hæreticis proficiuntur, similia his canunt, & à fide aliena,
in eo quòd aliqui hæretici dicunt, non corporis, sed animæ resurrectionem fore. Eodem modo au-
tem etiam prædicti Græci idem putant, ac cum illis opinantur, vt sint verba ipsorum nugacia, morus
gratia magis profusa. Si enim resurrectionem asserunt hæreses, & omnino resurrectionem esse pu-
tant, verum de anima hanc decernunt, stolidum est hoc ipsum. Quomodo enim anima resurget, quæ
non cecidit? Non enim sepelimus animas in monumentis, sed corpora. Animæ enim non cadunt,
sed carnes, quemadmodum etiam consuetudo mortua corpora, cadauera appellare solet. Itaque si
C resurrectionem ipsi consentent, omnibus manifestum est quod non animæ, sed corporis lapsi. At verò
Græci rursus redarguunt resurrectionem in totum negantes, deferentes in monumenta cibos ac
porus. In Pandemis, hoc est popularibus appellatis diebus, edulia quidem in totum exurunt, vina ve-
rò libant, nihil commodi mortuis ex hoc afferentes, imò potius seipos lædentes. Verum tamen co-
guntur à consuetudine confiteri mortuorum resurrectionem. Nam vbi posita sunt corpora defun-
ctorum, accedunt & in clamant, nomina profertentes sepulchrorum mortuorum, Resurge (dicentes) tu,
comede & bibe, & latere. Et si quidem animas illic putant permanere, vbi reliquæ mortuorum se-
pultæ sunt: passionis exors est talis animarum expectatio, permanent enim isthic in futuram diem &
resurrectionem regenerationis, donec composita & coniugata ipsorum receperint corpora, etiam si
abominentur Græci carnem vt vilem, & quæ penitus dissipetur, ac spem non habeant reuiuiscendi.
Si vero non hoc modo id faciunt, qua ratione animas essentia corporum meliores illigantes:
damnationi magis obiciunt: opinione hæc decernentes: & assident mortuis reliquiis? Aut ob
quam spei expectationem permanent: dicant. At manifestum est: quod non animas putent esse
in monumentis: sed in custodiis quibusdam vniciuque anime à Deo destinatis: pro vitæ
tran aetæ dignitate: & pro factorum merito. Corpora vero vnusquisque proximi sui propriis
manibus in corporum siue ossium loculis deposuit. Bonum autem fuerit apud omnes: vnam
esse opinionem de his: & consequentiam: ex his quæ vndiquaque in confesso sunt. Verum apud
D non corroborantur. At de his satis dictum esse puto: paucis è multis exemplis a nobis produ-
ctis. Ceterum de his qui Christiani esse videntur: verum Origeni credunt: & mortuorum quidem
G g iij

Myoxi ep-
pi, umbis
n iura.

Phœnicis
historia.

Poetarum
fabulas re-
surrectio-
nem ad-
struere.

Cadaueri
appellatio
Græcorum
ritus circa
defunctos.

Origenis opinio de resurrectione mortuorum.

resurrectionem constituentur, tum carnis nostrae, tum corporis Domini, sancti illius ex Maria assumpti, hanc autem carnem non resurgere dicunt, sed aliam pro hac ex Deo dari: quomodo non dixerimus magis impiam aliis habere ipsos opinionem, & stolidiorem quam est Graeca? Primum equidem si alia pro hac resurgit, iuxta ipsorum sermonem, non iustum est Dei iudicium, quod aliam carnem pro ea qua peccauit, iudicat, aut aliud corpus in gloriam hereditatis, & regnum caelorum infert, pro eo quod in ieiuniis ac vigiliis, & persecutionibus propter nomen Dei fatigatum est. Quomodo vero etiam anima sedebit sola, iuxta haereticorum rationem, non presente corpore quod simul peccauit? Contradixit enim talis anima iudicio Dei, asserens corporis fuisse peccata. **A** Haberetiam demonstrationem, iuxta contentiofam rationem, sed non in veritate. Potest enim dicere, Non ego peccauit, sed corpus. Ex quo enim egressa sum de corpore, neque scortata sum, neque adulterium commisi, non furtum feci, non occidi, non simulachra colui, non quicquam mali & intolerabile perpetravi: & rationi consentanea reperitur ipsius defensio. Quum autem recte se ipsa excuset, quid dicemus? cessat ergo Dei iudicium? Imo iniuste infert Deus iram contra homines? absit. Nouimus autem quod omnia Deo possibilis sunt, & potest & corpus proferte absque anima, & corpora deleta rursus reuiuificare potest, mouereque ipsa a seipsis sine animis, si ita velit: quemadmodum etiam iam circa sanctissimum Iezechielem talem dispensationem fecit. Dixit enim sancto Propheta, Dic fili hominis, congregabitur os ad os, & iunctura ad iuncturam. Et admiranda erat Dei potentia, quod nondum immixtis animis, sed sicis existentibus ossibus, non solum vim morus habebant, ob Dei efficaciam, sed & intelligentia repleta sunt ossa, & cognitione non vulgari. Non enim pedum ossa per obliuionem ad caput accedebant, neque colli verticula circa talorum iuncturas errantes locum quaerebant, sed singula ossa & mouebantur, & vadebant iuxta intelligentiam, & ad suam iuncturam accedebant. Si itaque vult Deus, potest & corpora sine anima suscitare. In hoc enim potentiam suam ostendit, quod videlicet id quod apud homines desperatum est, primum resuscitat, per hoc quod Iezechieli praecipit. Et non dixit, Dic fili hominis ut primum veniat spiritus: sed postquam facile factum est, quod difficile erat, propter fidem, corpora videlicet coniungi: tunc praecipit ut animae in ipsa corpora ingrederentur. Et surrexit, **B** inquit, multa congregatio. Proinde posse Deum facere dixi, ut etiam corpus citra animam reuiuifcat, velut prius dictum est. Sed non potest iudicari per seipsum corpus. Habet enim iustam excusationem aduersus iudicium Dei. Nam & ipsum dicit, Ex anima illa erat peccatum, ego non fui causa. Ex quo enim illa a me discessit, neque adulterium commisi, neque scortatus sum, neque furtum feci, neque simulachra colui, neque aliquod tale peccatum peregi. Et erit iudicium Dei inefficax contra contentioforum rationem. Quapropter velut erat corpus & anima, compositus homo vnus ex Deo genitus, ita rursus iustus iudex corpus excuscat, & animam ipsi in-

C dit. Et sic iustum fiet Dei iudicium, dum ambo participant aut supplicio propter peccatum, aut cultu Dei, & mercedis retributione sanctis reddenda propter virtutem. Caterum haec ad confirmationem veritatis spei nostrae sufficere reputantes, pauca pro multis apposimus. Verum propter eos qui dicunt aliud corpus pro eo, quod cecidit resurgere, rursus laborem aggredimur, prodesse cupidi his qui intelligere volunt, & vitam suam perdere non conantur, & non negare carnis nostrae resurrectionem, in qua omnis thesaurus, & fundamentum omnis sapientis cogitationis, & omnis bonae operationis deposita est, iuxta id quod dictum est: Habentes thesaurum hunc in testaceis vasibus, &c. Abstinentiam enim exercemus nos debiles casti agentes, eleemosynam facere cupimus, qui sumus impotentes, propter eorum qua speramus fructum, mortuorum videlicet resurrectionem. Atque sic is qui aegrotat, fundatus est in fide ac spe, dilectionis Dei testimonio, & pro nomine Dei in persecutionibus tormentorum & aliorum crudelium suppliciorum, inter eos qui non negant resurrectionem carnis nostrae, sed credunt quod ipsum hoc, quod seminatur in terra resurget. Duo enim manifesta & vera testimonia dederunt nobis diuinae Scripturae, per qua possumus resurrectionis nostrae spem cognoscere, & non per fabulas vanorum hominum decipi, qui ipsi recepti sunt, & vitae fraudem praescripserunt. Quo itaque non multis testimoniis utar, non enim pauca sunt in nouo ac veteri Testamento, de nostra spe ac resurrectione, compendio hoc dicam. Si aliud esset quod resurgit, quemadmodum aliqui asserunt, non sane Apostolus affirmasset, dicens, Oportet enim corruptibile hoc induere in corruptibilitatem. Quandoquidem vero & de gloria sanctorum, quomodo illustrabuntur & alterabuntur in gloria post resurrectionem, velut dicit, Resurgit in gloria in spem fundari oportet, dicit scriptura, Stulte, tu quod feminas non viuificatur, nisi mortuum fuerit. Et non ipsum quod nascetur corpus seminans, sed fortassis granum frumenti, aut aliorum seminum, & Deus dat ipsi corpus ut voluit. Hoc in gloria eorum, qui resurgunt in claritudine, dixit. Quo vero ostendat granum sumere gloriam per seipsum, dixit in Euangelio qui etiam in Paulo loquitur est de resurrectione, Nisi granum frumenti lapsum in terram mortuum fuerit, solum manet. Si vero mortuum fuerit, multum fructum fert. Igitur Apostolus granum dixit, & saluator idem granum corporis sui demonstrauit. Quid igitur dicimus? Non ipsum quod seminatum est proprium corpus suum, hoc est granum resurrexit, aut aliud erat quod ex ipso post triduum resurrexit ex monumento, velut angeli dicit, Resurrexit, non est hic, & sicut ad Mariam dixit, Ne me tangas, non enim ascendi ad patrem meum: & sicut ostendit manus & latus Thomae, dicens, Ne sis incredulus? At incredulorum est dicere, Omnino non resurrexit.

Corp' idē quod cecidit resurgere.

Eorum verò qui falsam fidem habent, est dicere, non id quod obdormiit resurrexit. Credentium autem est dicere, quod idem corpus resurrexit, & ab ipso corpore suscitauit nostrum, ut nos in spem veritatis confirmet. Ea enim gratia & typos clauorum reliquit, non deletis ipsorum punctis, neque lanceae loco oblitterato, & quidem quum introiret foribus conclusis. Nam carnale ipsum, spirituale resurrexit, sed non aliud, ab eo quod erat in Deitatem cointum, in spiritus subtilitatem redactum, **A** Si quidem enim fuisset spiritus subtilitas, qualis terrae cauerna, ita paruorum corpus suscepisset. Verum ut ostendat, quod ipsa corruptibilitas nostra induit incorruptibilitatem. Etiam si enim mortale est, induit immortalitatem. Intrauit quidem foribus clausis, ut indicaret crassum subtile, & mortale immortalitatem, & corruptibile incorruptibile. Quò verò redargueret omnes incredulos de nostra salute, resurrectione inquam, is qui in subtilitatem transmutauit corpus, & resurrectionem in spiritum contemperauit, non deleuit cicatrices clauorum, neque lanceae typos: sed ostendit id ipsum quod in cruce passum fuit, quod non aliud esset id quod resurrexit, neque aliud ex ipso productum, sed ipsum quod passum fuit passionis exors, & ipsum quod cecidit granum id quod resurrexit, resurrexit autem incorruptibile. Et ut ne rursus putemus partem aliquam ex ipso suscitatum fuisse, ipsum quidem totum non vidit corruptionem, sed ipsum totum resurrexit. Dicit enim, Resurrexit, non est hic verè surrexit, & non erant scripturae, qua sunt vita nostra. Et ut ne inueniant seducti praetextu, ossa & carnem ostendit Thomae, & discipulis suis dixit, Videte me quod ego sum. Spiritus enim ossa & carnem non habet, quemadmodum me videtis habere. Si verò quis cauillans dicat, At saluatoris nostri corpus electum ac praecipuum erat, eò quod solum conceptum est à Maria, & sine virili semine. At nemo potest hoc dicere, neque demonstrare. Si verò qui rursus cauillans dicat, Christi solum corpus totum resurrexit, nostrum verò non item resurgit, sed pro ipso aliud. Quomodo igitur dicit, Resurrexit Christus, primitiae eorum qui dormierunt, ita est & id ipsum corpus primitiae eorum, qui resurgant. Quomodo autem primitiae fuit Christus eorum qui obdormierunt, discant, & ne rursus ad alium errorem conuertantur, & alias scripturas mentiri putent. Ante seipsum enim suscitauit Lazarum, & filium viduae in Naim, & Helias suscitauit mortuum. Sed & Heliasus duos mortuos suscitauit, alterum adhuc super terra positum, alterum sepultum. Sed illi quidem ubi resurrexerunt, rursus mortui sunt, expectant autem vnam & catholicam resurrectionem. Christus autem est primitiae eorum qui dormierunt, quoniam ubi resurrexit, non amplius moritur, mors ipsi non amplius dominatur, velut scriptum est, Semel enim mortuus est pro nobis sustinens passionem, propter nostras passiones: semel gustauit mortem, mortem autem crucis. Verbum ipsum verò propter nos ad mortem progrellum, quò morte mortem mortificaret. Verbum caro factum, non patiens in Deitate, verum compatens cum humana natura. Passio ipsius reputatur, manente ipso in immortalitate. Ipse enim dixit, Ego sum vita. Neque per carnem nobis spes. Maledictus enim, inquit, qui sperat in hominem, & erit velut sylvestris myrica in deserto. Quid igitur dicemus? Non est homo Christus, ex praedictis? Omnibus sane manifestum est, quod citra ambiguitatem, confitemur Dominum Deum Verbum, hominem factum esse, non apparentia, sed veritate. At non est homo, qui venit in praeminentia Deitatis. Neque enim in homine est nostra spes salutis. Nullus enim ex omnibus hominibus ab ipso Adam, salutem operari potuit, nisi Deus Verbum homo factus, ut ne spes nostra esset in hominem, sed in Deum viuentem & verum hominem factum. Omnis enim sacerdos ab hominibus acceptus pro hominibus constituitur, velut scriptum est. Unde à nostra carne accepit Dominus carnem, & homo factus est nobis similis Deus Verbum, ut in Deitate **C** daret nobis salutem, & in sua humanitate pateretur pro nobis hominibus, passionem per passionem soluens, & mortem per mortem propriam mortificans. Reparata est autem passio in deitate, & quidem quum passionis exors sit deitas, quoniam sic voluit sanctus & passionis exors Deus Verbum. Est autem exemplum tale quoddam. Velut si quis vestem indutus, in veste vero sanguis repperis inquit vestem, verum ad corpus induti non perueniat, refertur autem macula ex sanguine ad eum, qui veste indutus est. Sic in carne passus est Christus, in ipso, inquam, dominico homine, quem ipse formauit, qui de caelis descendit Deus Verbum, velut sanctus Petrus dicit, Mortificatus carne, viuificatus autem spiritu. Et rursus, Quum igitur Christus passus sit pro nobis carne, itaque etiam vos eandem intelligentiam assumite, sic sanguinem in veste ad gestantem refertis, quomodo reparata est ipsi passio carnis ad Deitatem, nihil ipsa passa, ut ne in hominem habeat mundus spem, sed in dominico homine, Deitate sustinente ad ipsam referatur passio, quo fiat salus pro mundo ipsa Deitatis à passione alienitas: quò passio in carne facta ad Deitatem referatur, etiam si nihil passa sit ipsa, ut impleteretur scriptura, dicens, si enim cognouissent, non vtrique Dominum gloriae crucifixissent, &c. Crucifixus igitur crucifixus est Dominus, & adoramus crucifixum, & sepulcrum & qui resurrexit tertia die, & ascendit in caelos. O altitudo diuitiarum, & sapientiae & cognitionis Dei, velut scriptum est. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus, velut guttam ex pelago cognitionis Dei haurientes, & huiusmodi dispensationis exemplum comprehendentes, spei videlicet nostrae gratiam, ex bona voluntate patris, voluntate Filij, cum voluntate spiritus sancti, eiusdem Dei dispensationis. Habebunt porro omnes scripturae partem resurrectionis praedicationem. Verum perfectio referuabatur ipsius in substantia existentis Verbi aduentui. Complementum enim legis Christus, sicut scriptum est. Vbi enim non dixit Diuina scriptura de resurrectione? Primum sanguis Abel praedicat, post mortem enim adhuc loquitur. Dicit scriptura, Enoch transpo

Primitia Christus quomodo dicatur.

Passionis Christi simile.

Cur adoratus Christus.

transpositus est, & non inueniebatur, & non vidit mortem. Complacuit Noë Deo, arcam construxit ex præcepto Dei, regenerationem sibi ipsi operans ac efficiens per propriam domum. Abraam senex acquirit Filium, mortificato iam corpore: & ex mortuis Deus spem largitus est, maxime quum vterus Saræ mortuus esset, & quod inueteratum erat, & ferme ad deletionem peruenerat, iuxta consuetudinem mulierum morem, ipsa videlicet ressecatus fons, rursus vim accipit ad seminis deiectionem: & anicula iuencula fert partum, & Isaac à morte viuens patri traditus est. Deus enim qui ex resurrectione mortuorum patri filium tradidit viuentem, spem prædicabat. Ioseph indicat hanc rem non in secundo loco ponens ossium spem, curam enim habebat talium, non velut pereuntium, sed quæ rursus reuictura essent, & præcipiebat ea afferri ex Aegyptiorum regione. Non frustra Ioseph hoc significabat, Comportate mihi ossa dicens, visitatione enim uisitabit vos Dominus. Si non spes fuisset resurrectionis, qualis esset ossium cura, ut de corruptibilibus ossibus præciperent iusti? Primavox ad Mosem est testimonium Dei, Ego Deus Abraam, & Deus Isaac, & Deus Iacob, qui in mundo quidem mortui sunt, apud me autem viuunt. Vnus & idem spiritus est, qui loquitur est in Lege, & qui docet in Euangelio. Hoc enim & Sadducæis saluator significauit, Qui loquitur est in Prophetis, ad est mihi. Ostendit hoc & virga Aaron, quæ per multos annos arida fuit, & in tabernaculo à vespera vsque ad matutinum relicta (nam viua arborum cum languoribus per duodecim menses, iuxta circuitum completo anno, fructus gignunt, & sole fouente, & pluuiis rigantibus, & rore extendente, non est que ac die nutrientibus) & sub vna voce difficultatem Deus facilem effecit. Germinauit enim arida virga, & folia emisit, & fructus maturos. Similia enim ostendit Deus futuræ ab ipso resurrectionis. At ubi concipiuntur pueri secundum venerandas nuptias, quas Dominus ostendit, primum deiicitur semen consequentiæ, velut Dominus dixit, in vtero genitales. Temporis autem progressu id, quod deiectum est obuoluitur in vtero, & perficitur per nouem mensium tempus, & ab soluitur quod conceptum est ac gignitur. In resurrectione autem non sic, in momento enim res continget. Sonabit enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, velut ostendit Dominus in tabernaculo testimonij. Quod naces quæ viuis arboribus per duodecim menses gestantur, in arido ligno densantur, & germine edunt etiam sub vna nocte. Et non hoc solum, sed in vnius horæ spacio perfecit id, quod per duodecim menses, velut dictum est, gignitur. Et quod fetus, qui per nouem menses in vtero est, per multum tempus coactus perficitur. Verum in resurrectione sub momento completum resurgit. Persuadeat incredulos potentia Domini. Nemo resistat sententiæ. Audiat Moses, & ostendat, Quod in manu tua, inquit, Dominus. Ipse vero dixit, Virga, Virga autem hæc lignea erat, & sicca penitus: & dixit, Abiice ipsam in terram: & abiicit aridam virgam, & quod aridum erat, humidum Deus efficiebat, & non solum humidum, sed etiam animatum, imo & natura alteratum, & essentia alter formatum. Non erat spectrum, hoc opus. Veritas enim Dei præcepto operatur, & non imaginatione. Nam in omnibus corrigens nostram cogitationem, per Mosem declarauit veritatem. Cognouit enim, Propheta, quod id quod factum erat, non erat factum in apparentia, sed veritate, in eo quod aufugeret. Si enim imaginatio fuisset quod factum erat, non aufugisset à conspectu serpentis. At, ut ne rursus hoc offendiculum præberet contentiosis, & dicant, quod alia erat virga, Deus vero dedit ipsi aliud corpus sicut voluit. Primum quidem igitur discant, quod non aliam pro alia nominauit, sed illam ipsam quæ arida erat animauit. Quoniam hoc datum virgæ corpus, & motum ab ipso genus, siue speciem Deus in iudicium non vocabat: neque pro virga draconem iudicare voluit, sed certitudinem resurrectionis per virgam operatus est, & propriam potentiam Deus ostendit, ut ne quis fidem derogeret in omnibus potenti. Atque hoc ipsum cum omni certitudine fecit. Non enim partem quandam virgæ suscitauit, sed totam virgam transmutauit sicut voluit. Et quod hæc sic se habeant, & mortui spem vitæ æternæ habent, & qui in monumentis sunt, resurgent: cita mihi rursus testem fide dignissimum Mosem. Etenim ubi deliquisset Rubim, detestatur ipsum Pater eius, sanctus Iacob patriarcha, & dicit, Rubim primogenitus meus, & principium filiorum meorum contumeliam perfecisti, velut aqua non effluisset, ascendisti enim in cubile Patris tui, & occultasti quo ascendisti. Verum in Hebraico elthoar habetur quod est, si interpreteris, non restexeris, aut non accesseris, aut non redundaueris, id quod nudo modo indicatum est per dictionem, non effluisset, interpretes autem sic reddiderunt. Et si vis discere quod hæc sic dicit, & quod mors à patre huic qui peccauerat, decernebatur, Moses tibi declarabit. Nam quum & ipse duodecim tribubus benediceret, ad Rubim progressus, & gnarus quod esset sacerdos Levi: In manu enim sacerdotij solvebantur ac ligabantur peccata, inquit, Viuat Rubim, & non moriatur. Quomodo vero viuere poterat: qui ante centum viginti sex annos sepultus erat? Verum quoniam nouit resurrectionem omnium futuram esse: & nouit mortem secundam per condemnationem in die iudicij: volens ipsum pro vno supplicio leuare à futuris: dicit, Viuat in resurrectione significans. Nouerat enim quod viuere omnes: & non moreretur: hoc est: non obiceretur morti secundæ: condemnationis videlicet & tormentis æternis. Si enim de vitæ damno cura ipsi fuisset: suffecisset dicere solum: Viuat Rubim. Quandoquidem vero de futuris significat: dicit, Viuat Rubim: & non moriatur. Et vnde potest quis tot testimonia colligere, de nostra spe: & resurrectionis expectatione veræ: & non in apparentia? Dicant enim vanam opinionem fouentes & frustra contendentes: Vtrum quandoque pars corporum resurgit, aut omnia particularim? aut rursus quædam tota resurgunt: & quorundam particularis contingit resurrectio: quorundam vero totius corporis

Mysterium translationis ossium Ioseph.

Virga Aaronis figuram gerit resurrectionis.

Calias Ruben.

Resurrectionis modus.

Qualis

Qualis est talis personarum acceptio? Nunquid personarum acceptio est apud Deum? absit. Perferuntur ubi aut quando suscitantur sancti mortuum ex parte & non totum corpus: Filius in vidua in Saraphchia totus resurrexit, & non est pars relicta: filius Sumanitidis totus resurrexit, & nullum membrum reliquit, quod non resurrexisset. Et Dominus Lazarum suscitauit, & non reliquit reliquias in monumento, sed vna cum tæniis ac indumentis: & non est omnino opus vestibus in iudicij die. Filium viduæ in Naim totum suscitauit, filiam principis Synagoga, filiam Centurionis: & d vanam opinionem eorum; quæ ita cogitant, quod partem suscitatur, & partem relinquit. Videamus autem ex ipsi subiectis, & his quæ iam equaliter spei nostræ facta sunt. Enoch totus transpositus est, & non vidit hucusque mortem. Quod vero in duobus viuentibus corporibus delectem vobis perfectam resurrectionem; & ut ne quis ambigat, duos charactres duorum primogenitorum nostræ resurrectionis proponam. Enoch erat in præputio, & non prohibuit præputium resurrectionem, neque corporis per vitam huius vitæ expectationem ac durabilitatem: Helias in circumcissione: ut ne resurrectio his aut illis attribueretur, sed vniuersalis tota. Helias erat in virginitate, ut prærogatiua virginitatis immortalitatem prædicaret mundo, & cum corpore incorruptibilitatem. Quod vero non solum in virginitate esse putetur resurrectio propter præminentiam, itemque ipsa corporis durabilitas, Enoch non erat Virgo, sed continens, & qui liberos genuerat. Et duo quidem hi sunt, qui in corpore, & anima permanferunt propter spem. Et, ut ne quis rursus ambigat, etiam alios in orcum detrussit vna cum corporibus. Aperuit enim terras suam, & deuorauit Dathan & Abiron, Filios Core & Aiman, & descenderunt in orcum viuentes corpore & anima. Ex ipsa enim hora in iudicium traditi sunt, neque corporibus soluti, neque reliquis traditis, aut parte: sed totis ipsis cum corpore & anima traditis in supplicium. Iob dicit, Donec rursus nascar, & corpus hoc, quod hæc exharuit, & renouabis me. Et rursus Renouabitur velut aquilæ iumentus tua. Esaias autem, Resurgent mortui, & suscitabuntur qui sunt in monumentis. Venit enim qui soluit in fortitudine ligatos, similliterque irritatos habitantes in sepulchris. Dicit autem Iob, Homo ubi obdormierit, non amplius resurget, neque agnoscer locum suum. Et etenim reuera quotidie non fit resurrectio, sed in vna decreta est diei. Verum ostendens quod nouit in quale tempus præfinitum respiciat, statim soluit questionem: Donec cælum, & terra atteratur, sunt corpora in terra. Quum verò venerit qui vertit cælum velut librum, & concutit terram: tunc resurgent qui sunt in terra. Et propterea dicit ad Iezechiel: Fili hominis dic, congregabitur os ad os, & iunctura ad iuncturam, & factum est ita, & facti sunt super ipsa nerui & venæ, carnesque ac pili & vngues. Et rursus, Dicit filii hominis, Veni spiritus à quatuor angulis terræ, à locis videlicet animis destinatis. Et quam ob causam ipse Dominus non dicit, sed hominem dicere iubet? Quoniam quod dicit Dominus, simul etiam facit, & non amplius soluitur. Verum homini dicere præcepit, quod post resurrectionem ad horam, significaretur quidem nostra spes salutis, hominis verò sermo solueretur, & non Domini. Erant enim illa ossa rursus mortura. Quum verò dicit Dominus, Resurgite: resurgunt, & non moriuntur. Dei enim Verbum non soluetur. Quapropter etiam Dominus in carne progressus suscitauit mortuos, quo id quod per carnem factum est rursus obdormiat, donec ipsa caro resurgat, & non amplius moriatur, & taceat hoc dicere ad vnum solum, Surge, veni foras: donec veniat, & non amplius singulariter dicat, Surge sed, Surgite omnes, vniuersalem resurrectionem faciens. Ipse enim est resurrectio mortuorum: qui sanè postquam resurrexit ex mortuis, nullum suscitauit ex recens mortuis. Resurrexerunt autem cum ipso multa corpora sanctorum qui dormierunt, & conspecti sunt multis, ingressi cum ipso in ciuitatem sanctam, velut scriptum est in Euangelio. Et non dixit, Resurrexit pars corporum sanctorum, sed corpora sanctorum, & apparuerunt multis, non alij quam qui mortui fuerant, sed qui agnoscerentur à suis, si non ante multa tempora vita defuncti essent. Sed & alijs ostendere volens Dominus noster miraculum, difficilia illa facilia declarans per se ciebat. Quando enim accessit ad recens mortuam puellam, filiam principis Synagoga, quoniam eadem hora mortua erat, dignatus est ad ipsam dicere, Surge puella: per vocem Surge, fortificans quod erat iam dissolutum, nam adhuc in lecto erat. Filium verò viduæ in Naim, quoniam iam in loculo esse ferbatur, facilius suscitauit, attigit enim loculum, & non dixit aliquid puero, sed solum attigit loculum, & resurrexit. Quod verò altissimum est, & omnem hominum spem longe excedens, quando venit ad quadriduanum Lazarum, neque dixit, surge, neque attigit manu monumentum, sed sic in promptu vocat in propria potestate, Lazare veni foras. Multo enim facilius est & promptius dicere, Veni foras, quam attingere. Attingere verò facilius est, quam vocare, Puella surge. Verum sic omnia facit sanctum Dei Verbum, ut nobis spem resurrectionis demonstret. Quod si verò velim omnia ex omnibus scripturis testimonia colligere, exigua sanè fuerit mens nostra, modicæque ac idiota, attamen ob multitudinem in longum extendero sermonem, verum compendio dicam: quod salus nostra compendiaris est, ita ut in omnibus in vna resurrectionis spe nobis prædicetur. Hæc autem non credunt increduli, contumpunt falsa opinione imbuti, non admittunt contentiosi, repudiant vanæ gloria sectatores. At Deus omnibus misericordiam exhibeat, & caliginosa mentes illuminabit. Græci equidem accepto spiritu sancto à veritate redarguentur, & ab omnibus prædictis testimoniis, maxime verò à vobis sanctæ Dei Ecclesiæ & orthodoxæ fidei filiis. Docetis enim accepto spiritu sancto, digni facti sermone appositio in oris apertione: primum quidem, quoniam digni facti estis ut discipuli Christi sitis, principalis pastores & antis nostrarum animarum, velut alimoniam Christi ouili- bus, vestris populis colligentes, curantes quomodo & vobis ipsis, & Dei pecoribus, volentibus in-

Enoch & Helias resurrectionis exemplum.

Enoch non fuit virgo.

Iobis locutione explicatus.

Modus resurrectionis.

Christus resurrectio est mortuorum.

Resurrectio Lazari quam;

quam, proficit. & ex sancto à Mose insinuato pabulo nutritis. Quis verò ex rectè sentientibus ad vos
 pios & fideles respiciens, ò vos ortho doxi & Ecclesie filij: quum vero aliquos dico, omnes filios veri
 tatis dico, iuxta id quod scriptum est, quis inquam, ambigat? Nam quum sapientis & fortissimi mu-
 lieris filij sitis, cuius gloria est apud Solomonem dicentem, Mulierem fortem quis inueniet, velut ra-
 ra sit, ino potius vna: id quod melius est eligitis, & quod vile est amplectimini. Fortem autem mulie-
 rem intelligite mihi Ecclesiam Dei, vestram matrem; qua nihil fortius est, vt quæ moriatur per sin-
 gulas excitatas persecutiones, pro nomine vni sui. Hæc igitur mansuetissima proprium sponsum
 ex acce interrogat in libro Cantorum, Vbi pascis, vbi cubile habes, in meridie? Pascit autem Chri-
 stus in prædica terra: & non solum pascit, sed etiam præcipit soluere calcementum pedum pasto-
 rum, velut Moyses primum dicit, à quo traditio non assumptis etiam vos, & eos qui ad sanctam sci-
 entiam introducuntur primum secum manu ducitis, curantes. vt singulorum calcementa soluantur.
 Verum calcementa vni cuiusque vestrum differentiam habent, nam vnusquisque per propriam
 suam actionem ea subligabit. Et de cætero singuli vestri discipuli vobis bonis pastoribus obedientes,
 qui quidem subligati erant idolatriam, eam per vestram admonitionem soluit: alius vero adulterium
 soluit, alius scortationem, alius furum, alius auaritiam. Et non hoc solum, sed etiam sermonibus abo-
 minandis ac turpibus verbis renuocantes, vnusquisque discipulus tradit seipsum, vt per vos bonos
 pastores beata spe sub forti manu boni pastoris pascatur. Abstinet enim vnusquisque ab errore peni-
 tus, & præ oculis habet veritatem, simulachra quidem oliterantes, & errorem circa ipsa palam prædi-
 cantes. Neque enim mortuos hos putatis, quoniam nunquam vixerunt. Verum vana & inania & quæ
 non sint, merito omnes semper docetis. Non enim vnquam fuerunt, vt esse possint. Illi vero sunt ma-
 li demones, humanæ mentis accessio per voluptatum impetus insuens, vnde vnusquisque ausus est
 proprium affectum in nomen asciscere. Primum enim statim quando hoc ab hominibus innotaba-
 tur per demonum maleficium, prima hæc scortatio appellabatur, & vmbrosi pictura simulachra expri-
 mebantur. Deinde hæc propriam quam quisque tractabat, & per quam facultates habebat, propriis
 filiis suis in nomen colendam tradebat, & per proprii artificij materiam deos effingebant, sigulus ex
 luto, faber lignarius ex ligno, aurifusor ex auro, & faber argentarius similiter ex argento. Amplius ve-
 ro vnusquisque proprium affectum ad formam oculorum suorum similitudinem describebat. Sangui-
 narius quidam vir, Martem asserens: moechus aut moecha, communem Venerem tyrannus, victoriam
 extollebat. Sordibus & rebus temporalibus inhians, Saturni figuram præscribebat, effeminatus Cy-
 belem & Rheam, propter fluxus, vt arbitror, multiplicis mixtura à corporibus. Alius gulosus aut gu-
 losa Artemidiam venaticem proponebat, ebriosus Dionysium, arumnosus Herculem, quidam per
 varios coitus se volutans, Iouem & Apollinem. Et quid opus est me in finitorum affectuum in homini-
 bus multitudine recensere? Verum Aegyptij omnibus amplius errore inuoluti, nõ solum proprios
 affectus coluerunt, sed etiam volatilia & quadrupeda, terrestriaque ac aquatica, & quædam anima-
 tia fera, non mansuetientia & quæ ipsi in seruos à sancto Deo tradita, eorum ordinem alterauerunt,
 & velut qui mente bñti sunt, in nomen colunt animalia apud ipsos, deificare ipsa non erubescunt, ca-
 nem latratorem, selem reptiliuoram, hircum salacem, ouiculam balantem, crocodilum multiformem,
 & immitissimum, ibim veneniosam, & niluam & accipitrem ac coruum, animalia feruillissima: ser-
 pentem obliquum & inuicundissimum. Et in summa, ò ingentem turpitudinem eorum, qui neque
 oculis suis ipsorum confutationes considerant, & neque auribus sensum suscipiunt, neque mente ea
 quæ ab ipsis vanè sunt, intelligunt. Malo itaque fato percussus sum vt qui neque à propriis philosophis
 lumen acceperunt, neque eorum qui veritatem inuoluerunt, speculationem fecerunt. Non enim au-
 diunt Diagoram, qui Herculem suum ligneum in peautia ligni exussit, & per ludibrium ad ipsum di-
 xit, Age Hercules decimum tertium laborem subiturus adesto, obsonium nobis cocturus. Et sanè ac-
 ceptum ipsum in scandulis fudit, detidens proprium Deum velut qui nullus esset, & apposito ipsi præ-
 dicto illudens pascebat. Sed & alius Aegyptius Heraclitus ait, si dei sunt, cur deploratis ipsos: Typho-
 nem enim & Olyrim & alios subterraneos deos acerbe deplorantes, velut sepultos lugent. Itaque
 hic dixit, si dei sunt, cur deploratis ipsos? Si vero mortui sunt, frustra lugetis ob ipsos. Alius vero Co-
 nicus Eudæmon nomine dixit, si quidem dei sunt, non possumus de ipsis dicere quales sunt: formi-
 dans declarare. Multa enim sunt quæ me impediunt. Sed & Homerus dicit, Non bonum imperium
 est multorum. At nostri seculi alius Comicus dicit, Qui vnum Deum colunt, bonas spes habent ad sa-
 lutem. Apis enim vitulus paleis vascens à Campide Alyriorum rege gladio in femur percussus est, vt si
 flueret sanguis, deprehenderetur quod non esset Deus. Saturnini autem non negant proprium suum
 Deum ferreis catenis vinctum fuisse, sic sanè sentientes. Si vero quis in vinculis est, is non solum vni
 maiori subiectus est, sed etiam velut maleficus in vinculis detinetur. Si vero de fide sermonem fa-
 cturus sum, quæ iam & Aramis, & Io appellatur, filia vero est Aspide Cappadocis, qui & Inachus vo-
 catur: erubescit quidem illius actiones referre, vetuntamen non verebor dicere, quæ ipsos adorare
 non pudet. Erubescant autem huius adoratores & stultigenæ, qui suas ipsorum filias & vxores ac so-
 rores, ipsorum deorum actiones imitari adhortantur. Et statim quidem, quum sacerdos proprium
 suum fratrem Typhonem amet, etiam alios contra fratres suos concitant. Ingens est autem tur-
 pitudinosa, quæ neque turpitudinem fratris proprii veretur, sed & amore æstuat, & non con-
 tenta est externis viris, sed etiam vsque ad proprium fratrem procedit: & non hoc solum sed etiam
 partitium ob suæ concupiscentie inexplabilitatem amicissimis suis ostendit. Et Horus quidem
 vnum

Mulier for-
tis quæ sit.

Calceame-
torum so-
lutio.

Simula-
chrorum
cultus ini-
tius et pro-
gressus:

egyptio-
rum
Hercules
lignus à
Diagora
exussus.

Horus quidem vnum genuit filium, cui nemo affirmare potuit, an verè genuinus esset ipsius pater. Et
 si quidem Typhonem coluerit, dubitatum sit ipsius pater, si verò Olyrim, quis etiam sit certitudinem
 declararit? Honestum verò Deum talis mater instituit, quæ ipsum assumpsit, & per decennium in Ty-
 ro scortata est. Quum verò Serapim ipsum Apim regem Sinopensum deum fecerunt, tyrannidi ma-
 gis inferierunt. Nam reuera hæc sunt deorum, quæ apud Aegyptios coluntur malicia præmia, de
 quibus si singulatim dicere vellem, multum tempus consumerem. Porro Græci qui sibi ipsis aliquid ef-
 se videntur, verbis solum & linguæ volubilitate philosophantes, & non re ipsa, plus omnibus impege-
 runt. Qui sanè deducunt Saturnum à Cælo, à Cælo ipsum genitum esse dicentes, & virilia membra
 sui patris rescussisse. O peruersam actionem, turpemque opinionem, nam nisi se & sus fuisse, multi Sa-
 turni essent. Hic verò generosus, qui vsque ad patrem processit, non contentus fuit prima impietate,
 sed quum adhuc iuuenis esset, iniuriam infert patri: senex autem factus, proprios suos filios, Neptu-
 num & Plutonem deuorat. Iouem verò quærens, & à Rheia illusus, saxum magnum fasciis inuolutum
 pro infante deuorat, velut Deus scilicet. Quum autem huius filius ex generosis vt ita dicam, parenti-
 bus esset, Iupiter autem est ei nomen, periculum erat ne omnium mulierum vir fieret, itemque huius
 filius Mercurius. Atque vtinam secundum leges dotem dependisset, & non semper nuptias occultasset
 & malefactor fuisset. Penelopen enim corrupit, propter ipsam hircus factus. Hircus autem fiebat, vt
 puto, propter barbæ enatæ vigorem. Erga Danaen verò aurum fiebat, vt Virginem castam in thalamo
 decumbentem corrupperet. At ille aurum fieri nunquam potuit, sed prestigiator fuit, & per auri lar-
 gitionem, Virginem decepit. Et apud Ledam rursus cygnus factus est, ex plicationem feruoris volupta-
 tis suæ significationem. Aquila verò nunquam alas expandit, verum prædiconum magister præsidet, nun-
 quam aquila effectus, sed in nauis aquilæ nomine insignito ob celeritatem, ad Troiam enauigauit, & si-
 militer & erga Europam. Et quid attinet corruptoris illius insignis & corruptorum magistri, malefa-
 torum multitudinem referre? Cuius monumentum non paucis notum est, in Creta enim insula in mō-
 te Lasio appellato, vique huc digito ostenditur. At verò Ioues non vnus aut duo, sunt, sed tres aut qua-
 tuor numero fuerunt. Vnus ex his Saturnus, de quo diximus, proprium patrem suum in Caucaaso mon-
 te tormentis affecit.
 Alter verò Patriarius fuit, ex quo monomachi & gladiatores ortifunt. Alius autem Tragedus qui, &
 manum suam combussit. Fortassis autem quum Deus esset, oblitus erat quod ignis morderet, & non
 habebat prænotionem eius, qui ad hircum Satyrum dixit, vbi primum ignem vidisset, & ad osculan-
 dum ipsum accessisset. Ne attingas hircæ, si enim artigeris barbam, exures. Porro Mineræ fuerunt,
 non vna, sed multæ. Vna quidem oberrans, & circa Tritonidem paludem vagabunda. Alia vero Occa-
 ni, alia Saturni filia: & multæ aliæ. Dianæ item, siue Artemides multæ sunt: vna Ephesia, altera Iouis,
 & alia similitur non paucæ. Et Dionysius Thebanus, & alius Semeles filius, quem Corybantem comi-
 tantur, & qui à Titanibus distractus est, & qui Curitarum hereditatem imminuit. Hercules autem qui
 dicitur apud ipsos depulso malorum, cuius actiones omnes silebo, verum vnā ex omnibus, quæ for-
 tassit apud ipsos laudantur, indicabo, Suffecerit huic vt hunc laborem subierit, quò mundo salus con-
 tingeret. Nisi enim in vna nocte quinquaginta Virgines corrupisset, quomodo mundus seruatus fuis-
 set, imò potius perisset. Et in summa confiteor me radio affici, si malas ipsorum actiones ex ordine re-
 censere deberem. Insuper verò reges & tyranni saeuissimi, quum dilectos quosdam habuissent, eosque
 in terra defodissent, vt qui nihil amplius haberent in quo illis grauificarentur, nempe etiam ipsi corru-
 ptibiles velut illi existentibus, in beneuolentiam erga illos, sepulchra ipsorum ad vitæ fraudem subdi-
 tis suis per malum prætextum celebrare præceperunt. Sic Antinous sepultus, & in gluforio nauigio
 positus, ab Hadriano coli iussus est, Timagenes autem Anasæ, & Canobus Menelai gubernator, & hu-
 ius vxor Euo Eumenuthis in Alexandria sepulti, coluntur ad ripam maris, per duodecim signa distan-
 tes, & Marnas seruus Asteii Cretenis apud Gazæos, Casius autem nauclerus apud Pelusios. Hæc igitur
 omnia quando in media Ecclesia explicatis, malum exemplum lethalis vitæ eos, qui sic cuecti sunt
 dissoluit, alios verò ab adulterio ad modestiam transfertis. Et non solum ipsos ab oculis nuptiis libe-
 ratis, sed etiam vt peccati secundum naturam contemnant efficiatis. Quod tempus contactum est, velut
 sanctus Apostolus dicit. Scortatores autem instruitis, vt ne nefariam & apud Deum & apud homines
 actionem operantes plectantur. Et quoniam hæc omnia per os & per opera laborantes traditis, persua-
 detis ipsos vt omnia vestra suscipiant, ita vt vbi opere primum omnia perfecerunt, & in seipsis expres-
 serunt, doctriinæ fidem faciant, quam per actionem vos ipsos primum docuistis, vt etiam alios docere-
 tis. Obtinetis enim tacentes Solis morem, qui etiam silens omnes vbique docet. Statim enim vbi exori-
 tur, etiam tacens artes omnium redocet. Et quandoquidem horum omnium vtilitatem filiis siue fratri-
 bus vestris fidelissimis traditis, perducitis ipsos vt in terra quidem vadant, in cælo autem conuersatio-
 nem habeant. At monasticam vitam degenerium zelum plurimis ingeneratis, per firmitatem vestram
 & fidem minimè fictam ac simulatam hæreticos odiosos facientes, Manichæis os obturantes, Marcio-
 nistas, & alios ipsis similes ab oculis Dei fugantes, omnes ipsorum prætextus dissoluentes & reprimen-
 tes. Quæcunque enim contra Deum & sanctos ipsius Prophetas audenter loquuntur, vt qui leues sint
 & vacui à Spiritu sancto, verum in vniuersorum opificem maledicta iaciunt: & quæcunque bona per
 sanctos ipsius Prophetas omnibus hominibus ex prophetia Deus largitus est, hi odio habent, itemque
 profundissima in Lege ac Prophetis, nempe quum terreni sint & corporales, interrogati non intelli-
 gunt, ac frustra blasphemi sunt: vos statim ipsorum errorem ab audientibus per veras demonstrationes
 Hh

Græcorū
alii.

Metamor-
phoses ri-
dicula.

Ioues mul-
ti sum.

Fabula gē-
tilium.

Parasiti
Principū

Scortato-
res instru-
ti.

Interrogatio pro ignorantia Deo obicitur falso.

depellere ac excutere non cunctamini. Per talia enim verba vani illi velut farmenta in diuitis fluuij fluento feruntur. Porro dicunt, quod bonus Deus legis est, qui ignorans Adam ubi esset, interrogabat Adam ubi es? Et ad Cain dicit, Vbi est Abel frater tuus? Et ad Abraham, Vbi Sara vxor tua? & alia multa huiusmodi. Ipsi quitalia dicunt, credent Deo Saluatori, ore & non in veritate Deo existenti, & p̄notionem habenti, eadem verò similiter sicut in veteri Testamento interroganti, Vbi posuistis Lazarum? & Quis me attingit? & Habetis panes vobiscum? & Quem vultis? aut, Quem queritis? Facilis igitur & expedita est horum confutatio. Sicut enim interrogat filius p̄notionem habens, ita etiam pater si ipse in Lego interrogat, qui idem est semper, & non alteratur. Si enim dixit, Vbi posuistis Lazarum, neque Euangeliū ignorat, neque verus Testamentum. Vbi posuistis ipsum, dicit, redargue re volens ea, quæ neque æqualem fidem ad Sumanitidem comparandam proferrent, & quidē quā illa erga hominem haberet, hoc est Heliſæum sanctum Prophetam, Martha verò cum suis erga Deum, Et si dicit, Quis me attingit? non ignorans dicit, sed vt persuadeat mulierem à seipsa confiteri, quò uò de seipso testimonium præbeat Filius Dei, sed ab alijs glorificetur. Et quum dicit, Habetis panes vobiscum? Propterea hoc dicit, vt paucitas panum omnibus significaretur, & magnitudo miraculi ipsius admirationis esset, si intelligeret per tot panes tantam turbā nutritā esse. Et quum dicit, Quem queritis, quærentes deceptos indicat, & Iesum quærentes, quem & medicum interpretari possis, & Saluatorē: quò ubi occiderent ipsum, ab huius salute deficiant. Quæmadmodum igitur ea, quæ circa Domini nostri dispensationē contigerunt ostendimus, quæ humano quidē modo dicuntur, p̄notione verò non carent. Neque enim quispiā ex sana mente præditis dixerit ipsum ignorasse ubi posuisset Lazarū, quum prop̄ hoc locum esset: etiā si per eum, quem diximus, modum interrogabat, & nudius tertius procul à Galilæa fuisset, & seipso indicasset, quod Lazarus mortuus esset: ita & de veteri Testamento hæc prudenter dissoluimus. Quod dixit Deus ad Adā, Vbi es: non ignorans erat, sed ostēditis à qualitate ad qualem turpitudinis profunditate Adā excidisset. Et, Vbi est Abel frater tuus? quoniam quem oportebat se semper in vlnis ferre, & ipsi semper conuiuere, hic à te in terrā prostratus est. Ex sequentibus enim ostendit, q̄ non ignorantia causa interrogabat, sed redarguens, in eo quod dicit Maledicta terra in operibus tuis: & Maledictus tu à terra, quæ aperuit os suū, & suscepit sanguinē fratris tui de manu tua: Ecce enim, inquit, vox ipsius ad me. Et, Vbi est Sara vxor tua, nō ignorans dicit. Nam quomodo ignoraret qui riserat, intra domū ipsam esse sciens: Non itaque ignorans interrogabat sed vt admoneret filias ipsius proflatas pietatem, quò discerent ipsius vitæ ductū, quū ex proprijs laboribus ministrare sanctis conantur. Illa, enim quum in tanto ministerio esset, atque ipsa azymos & cinericios panes pararet, & tantum ministerium ex ipsa penderet, vnā cum suis famulabus faciem corū, quib⁹ inserebat non videbat, moderatæ pudicitie exemplū nostris seculis relinquēs. Atque hæc qui dē ad declarandas vanorū illorū contradictiones sufficiēt. Si verò dixerint quod bonus est Deus legis qui Aegyptios quidē circūuenit, & proprios suos homines prædari docuit, dum ex Aegypto exibant, nesciunt vani illi quòd apud Deū nihil perit, & quòd iustū iudiciū est, & Deus naso non suspenditur. Quid enim putabant Aegyptii, quòd volebant hæc sine mercede operatos esse Iudeos, & non vulgari bus annis, sed ducētis & quidecim, vnā cum ducētis ac quidecim annis ipsius Ioseph. Quū enim quadringentorū ac triginta annorū peregrinatio ipsi Abraham & semini eius esset decreta, ad quē dicit, Peregrinum erit semē tuum in terra aliena: id. quòd decretum erat, perfectum erat. Proinde Deus per misericordiam suam annos peregrinationis ipsius diuisit. Et statim quidem ducentis quidecim annis adhuc existentibus, in terra Chananitide suscepit ipsum, & alios ducentos quidecim annos distribuit his, qui Aegyptum inhabitabant. Nam numerus horum annorum sic supputatur. Erat tunc septuagesimus quintus annus ipsius Abraham. Succedunt itaque à septuagesimo quinto anno ipsius Abraham, vsque ad natiuitatē Isaac, anni viginti quinque. Isaac autē gignit Iacob agēs annum sexagesimum, & facti sunt anni octoaginta quinque. Iacob verò agēs annum octoagesimum nonum genuit Leui, & sunt anni centum septuaginta quatuor. Leui verò agēs annum trigagesimum quartum genuit Chaarh. In trigesimo autē 7. anno ipsius Leui, descendit Iacob in Aegyptū, & sunt ducenti & vndecci anni. Et post ingressum ipsorum in Aegyptum, alij quatuor anni: & implentur ducenti quidecim anni. Hinc verò rursus numerantur mihi reliqui ducenti quidecim anni Israelitarum peregrinationis. Caarh post descensum in Aegyptum in sexagesimo quinto anno suo genuit patrem Moysi Abraham. Fiunt igitur à primo Abraham à septuagesimo quinto ipsius anno, vsque, ad natiuitatē postremi Abraham, anni ducenti octoaginta: à descensu verò in Aegyptum, anni sexaginta quinque. Abraham annorum septuaginta existēs, genuit Moſe. Et sunt à primo Abraham anni trecenti quinquaginta, à deductione verò in Aegyptum anni centum triginta quinque. Moſe verò trigesimo suo anno calcit rubrum mare, vnā cum Israelitis ex Aegypto egressus. Et sunt à magno quidem Abraham, anni trecenti octoaginta, descensu verò in Aegyptum anni centū sexaginta quinque. Reliquos autē quinquaginta annos consumperunt post trafitum rubri maris, vsque ad ingressum in Palæstinā, non propter viā longitudinem, sed propter bella & impedimenta gentium, quæ ab ipsis in via inueniebantur. Faciunt igitur à septuagesimo quinto anno magno Abraham, à quo prædicto hæc ipsi data est à Deo, vsque ad Moſem & filiorum Israel in Palæstinā reditum, anni quadringenti triginta. A descensu verò in Aegyptum, vsque ad regressum in Palæstinā, anni ducenti quidecim. Quum igitur tot annis laboratē Iudæi sine mercede, nō erat iustum & apud Deum, & apud homines, vt daretur ipsis merces ipsorum vel in fine: Nō igitur iniustus est Deus, qui faos cum spolijs illinc eiecit. Si quis verò ambigit non ita enumerare annos, audiat Moſem dicentem, Habitatio autem filiorum Israel in Chanaan & Aegypto anni quadringenti triginta. Quum itaque iustissimæ

Cur panum recitatur.

Deus legis cur suos iussit prædari aegyptios

Peregrinatio a braam quot annorum fuerit.

anni peregrinationis israelitarum.

mercedis Deo cura fuerit, qualis amplius relinquitur vana cōtradictio his, qui contra sanctum Deum vituperia producant? At Deum verum nunquam quisquam vituperauerit, sed qui vituperant, seipsos vituperant. Porro alia quædam vana contradictio ab ipsis profertur, similis priori, Quod bonus est Deus legis, qui circūuenit Chananæos, vt daret Israelitis ipsorū locū domos quas nō edificauerunt, & oliueta ac ficeta, & vineas, quas non plantauerunt. Ad quos dicā, O vani, siquidē fuisset Deus homo, ea quæ hodie dicitur aut sunt, præterisset, & nihil esset ipsi in mēte. Quado verò Deus Deus est, & non homo, ea quæ ad ipsū relata sunt, in multas generationes vlciscens non obliuiscitur. Si enim ignorant rem hæc, discāt. Nouerāt omnes iustū Noë reliquias mundi factū post diluuium. Quum igitur relictus esset ipse & tres filii ipsius, vt qui iustus esset, & filios suos pios efficere conaretur, vt ne in eadē mala in ci derent, sicut hi qui in diluuiō perierāt, nō solum per doctrinam ipsi pietatē proposuit, sed etiā per iusurandum ab vnoquoque ipsorum beneuolentiam erga fratrem exogit. Et diuidit quidē, velut hæres mundi à Deo constitutus, tribus filiis suis vniuersū mundum sub fortē missum, & vnāquamque partē iuxta sortem singulis distribuit. Et ipsi quidē. Sē primogenito cecidit fors, à Perfide & Bactris vsque ad Indiam, vsque ad regionē Rhinocurorum. Sitæ est autē hæc Rhinocurorum regio in medio inter Aegyptum & Palæstinā, è regione rubri maris. Ipsi verò Cham obtigit terra à Rhinocurorum regione vsque ad Gadirā, ad meridiē. Tertio autē filio Iapheth obuenerunt ea, quæ spectant ad aquilonem, à Media vsque ad Gadirā & Rhinocururos. Itaque Sē nascuntur filii & filiorum filii, vsque quò diuisa sunt lingue, & dispersi sunt in linguis & tribubus ac regnis. Nomina verò ipsorum hæc sunt, Elymæi, Pæones, Bazi, Collesui, Gaspheni, Palæstini, Indi, Syri, Arabes, Cæiani, Ariani, Masyccelli, Hyrcani, Magusti, Troglodytæ, Assyrii, Carmani, Lydi, Mesopotamitæ, Hebræi, Cæleni, Bactriani, Adiabeni, Camilii, Saraceni, Scythæ, Chiones, Gymnosphiitæ, Chaldæi, Parthi, Enotæ, Cordyleni, Masseni, Phœnices, Madienæi, Comageni, Dardani, Elamæni, Cedrusii, Elamitæ, Armenii, Cilices, Aegyptii, Cappadoces, Pontici, Marmaridæ, Bionæ, Cares, Chalybes, Pysyllitæ, Mossynici, Hiberes, Phryges. Ipsi verò Cham secundo filio, filii ac filiorum filii nascuntur, triginta duo vsque ad eandē linguarum diuisionem, Aethiopes, Troglodytæ, Aggæi, Gangeni, Sabeni, Ichthyophagi, Hellenici, Aegyptii, Phœnices, Marmaridæ, Cares, Pysyllitæ, Mossynici, Phryges, Macedones, Ctacones, Syrtitæ, Leptitæ, Magnæ, Bithyni, Nomades, Lycii, Mariandeni, Pamphili, Moschesidii, Pisidæni, Augalæi, Cilices, Maurusii, Cretes, Magardæ, Numidi, Aphri & Bizaceni, Nasamones, Phagini, Mazicos, Garami, Getuli, Blèmes, Auxomitæ: hi tenent loca ab Aegypto vsque ad Oceanum. Et insulæ sunt ipsi, Curculopadūsa, Gaulos, Ride, Melite, Ceryra, Mene, Sardanæ, Gortyna, Crete, Glaucus, Thera, Arianus, Astypalga, Chios, Lesbos, Tenedus, Imbrus, Iafus, Samus, Cous, Gnide, Nisirus, Megistas & Cyprus. Cæterum Iapheth tertio filio, filii ac filiorum filii nascuntur, quindecim, vsque ad eandem linguarum diuisionem: Medi, Gargani, Armenii, Arrei, Amazones, Colli, Corzeni, Bencæni, Galatæ, Cappadoces, Paphlagonæ, Mariandeni, Tibarenii, Chalybes, Mossynici, Colehi, Meloscheni, Sauromata, Meota, Scythæ, Tauri, Thraces, Bastarni, Myriti, Macedones, Græci, Libyæ, Phryges, Pannonii, Vesteri, Venni, Daunæ, Iapyges, Calabri, Hippici, Latini, & qui Romani & Tyrtheni, Galli, qui & Celte, Libysteni, Campani, Celtiberes, Aquitani, Illyriani, Belfontes, Samii, Cartani, Lusitani, Vacæi, Britannici, Scoti, Hispani. Insule verò ipsorum, Britannia, Eubææ, Rhodus, Chaos, Lesbos, Cythera, zacynthus, Cephalenia, Ithaca, Ceryra, Cyprus. Quòd si verò alicui nomen gentis aut insule bispositum est, in sorte alterius & rursus alterius, iuxta communia confinita, aut iuxta deductas pro temporis occasione colonias, au iuxta assumptionem ipsius Cham, qui per auariciam inuasit, & occupauit partē ipsius Sē: nemo miretur neque dubitet. Proinde quum he gentes sic extritus filiis Noe genitæ sunt, & mundus trifariam tribus filiis, velut dixi, diuisus sit: iusurandum exactum est ab ipsis per patrē, vt nullus ex ipsis fratris sortem, inuaderet: & qui transgressus esset iusurandi præceptum, per iusurandum exterminaretur, & vniuersum semem ipsius. Quandoquidem igitur Palæstinā sub sortem Sem cecidit, & tota ipsius vicinia: auarus autem esset Chanaan filius Cham, postea Palæstinorū terram inuasit, hoc est Iudæam, ipsam que abripuit: longanimitas autem esset Deus, pœnitentiæ tempus dāns, vt pœnitentiam agerent hi, qui ex Cham nati essent, & restituerent filiis Sem propriam hæreditatem, illi verò pœnitentia nō duceretur, sed vellent mensuram ipsorum implere: tunc Deus post multas postea generationes iustus existens, vlciscitur iusurandi transgressionem. Sic enim Amorrhæorum mensuram impleri importebat, Sem enim genuit Arphaxad, Cham verò genuit Chanaan. Chanaan autem genuit post auariciæ designationem, Amorrhæum, & Gergesum, & Pherezæum, & Euzæum, & Aruzæum, & Aradium, & Sidoniam. Numerantur itaque sic generationes vsque ad ipsius Sem vltionem. Sem qui circumuētus fuit, genuit Arphaxad, velut dixi. Arphaxad genuit Cena, Cena Sala, Sala Heber, & fit turris edificatio, Hebet genuit Phalec, & fit linguarum diuisio. Phalec genuit Rhagau, Rhagau Seruch, Seruch Nachor, Nachor Tharra, Tharra Abraham, Abraham Isaac, Isaac Iacob, qui cognominatus est Israel, ex quo Israelitæ, Iacob Iudæ, Iudæ Phares, Phares, Esrō, Esrō Arā, Arā Aminadab, Aminadab, Naafō, Naalon Salmon. Hęc est progenies eorum, qui à Sem geniti sunt. Hos igitur iniuria affectos à filiis Chā, & proprio loco spoliatos, Deus vlciscitur, extremians progeniem Chanaan, iuxta iusurandum ipsorum. Et semen Sem propriam recipit regionem. Nequaquam igitur iniustus est Deus: egit, qui iusta vnicuique partem distribuit, Non enim naso suspenditur Deus, velut dixi. Itaque in exitu collectionem sibi ipsi adaptans Deus, dicit ad Moſem, solve calcamenta ex pedibus tuis, Qui enim puras aquas accessurus erat, primum calcceis exiit: Quandoquidem igitur multum tempus intercessit, & quisque in via sua errauimus, & hæc collectio in proprijs malis permansit. Nondum lauerum regenerationis Deus res

Deus legis cur circūuenit Chananæos.

Mundi diuisio à Noe in filios suos facta.

Regionum appellationes & diuisiones

Gentes extritus filijs Noe.

Sem quas generauit pro duce

Vltio diuinitatis

uelauit, sed multis quidem anis distulit, Postea vero sancta Ecclesia sanctissimum lauacrum reuelauit, in Mose quidem calceamenta soluens, in Prophetis vero extrinsecam tunicam exuens, perizoniam, vestem corpus tantum integram, solum relinquens, velut in Hieremia, in Iohanne vero omnia mundi vestimenta reiciens, & ex pilis cameli transformans. In ipso autem Salvatore ac discipulis ipsius mundi habitum exiit, & supernè ex caelis post aquarum purificationem, ignis & spiritus indumentum induit. At vero Israelitae videntes gratiam hanc ipsius, non cognouerunt quod Deus est. Quapropter etiam Propheta reprehensorio modo ipsos deplorat, propter ignominiam qua ipsi Salvatore affecturi essent. Hæc inquit, Domino redditis populus stultus, & cor non habens. Non enim nouerunt hunc, quod hic erat in principio cum quo pater consultauit, Faciamus hominem ad imaginem nostram, & ad similitudinem, dicens. Nam vox Faciamus, non est vnus numeri significatiua, itaque consultauit pater cum filio & sancto Spiritu. Verbo enim Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris ipsius omnis virtus ipsorum. Neque intellexerunt dictum quod in eodem libro dicit, quod pluit Dominus ignem, is qui ad Abraham venit à Domino, qui ipsum de caelo demisit. Neque cognouerunt ipsum eos ab Aegypto dicentem, Neque intellexerunt Prophetam dicentem, Et tu Bethleem non es minima. Quomodo enim conuenit minimam vocare ciuitatem, que cepit eum, quem mundus & cælum atque omnia capere non possunt? Et neque hoc, Ex te mihi egredietur dux. Quid verò à Bethleem egreditur, & homo est, & quomodo Dei rationem habet, perturbat ipsos, quod est Deus & homo. In eodem vero transitus ipsius sunt ab initio, à creatione mundi: hoc autem non est amplius hominis, sed Dei. Non autem meminerunt eius, Quod Virgo concipiet in utero, & pariet filium, & vocabunt nomen ipsius Emanuel. Vox autem vocabunt, significat modum sanctorum & fidelium, filiorum Ecclesie. Interrogati enim à Domini occisoribus Iudæis de Salvatore, quomodo crucifixum confitentur, ab iisdem fidelibus audiunt, quoniam à vobis crucifixus est, nobiscum verò Deus est. Ipsum autem Dauid non audierunt, & non cognouerunt ipsi timorem, quem videns in sancto Spiritu dixit, Horrens futuram Domini ipsius dispensationem, Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. Sabbata itaque antiqua præterierunt Sabbatum autem verum à nobis prædicatur. Cessauit prima circumcisio, vnum membrum minutissimum circumcidens. Efficax est autem valde cælestis circumcisio, totum corpus circumcidens. Aquæ enim & sanctorum nomen nomenclaturâ, non in vno hominis membro fiunt, sed totum hominis corpus purificant ac circumcidunt, & ab omnibus malis liberant. Itaque sancta Ecclesia hæc mysteria suscepit. Insurrexerunt autem in ipsam etiam graues hostes, qui Oeciaci, hoc est domestici appellantur, non sunt autem ex vera Apostolorum Domini fide. Si enim fuissent ipsi, mansissent vtique cum ipsis. Verum spurii sunt, & commixti, malam concupiscentiam cibi ex piscibus ac fribus Aegyptiis habentes, & filium Dei sursum ac deorsum blasphemantes, Ariomanitæ, quos iam in libris ante hunc editis notauimus, alii verò Sabellii. Et Sabellii quidem penitus negant esse Filium & spiritum sanctum, dicentes, quod filius ipse est pater, & pater ipse est filius, & spiritus sanctus ipse est pater, vt non sit filius & spiritus sanctus, secundum Iudæi & Domini occisores se ipsos declarantes. Ariomanitæ verò omnium impiissimi sunt, qui filium ab essentia patris diuellere & abalienare audent, & non dignantur filium æqualem esse patri, neque ipsum ex essentia patris genitum esse. Alii autem horum progenies sunt, aut etiam ante hos, cum in aliis supra relatis, quos neque Iudæi annuerant possis, blasphemantes spiritum sanctum, secundum Iudæi ac Samaritanæ, & ignoti mortui & increduli. Ceterum vt ne per atramentum & chartam testimonia contra hos in longum extendamus, & ne legentibus molesti simus: sufficit ipsis quidem Sabellianis cum aliis testimoniis testimonium Iordanis, velut iam dixi. Filius enim in Iordanem verò accedit, Deus homo factus, non qui subierit mutationem, sed suscepit carnem, non ex semine viri, sed ex sancta Virgine Maria suscepto corpore, per spiritum sanctum concepto. Atque id corpus suscepit perfectum, hoc est hominem perfectum anima corpore. Factus est igitur Deus & homo, & ad Iordanem in Iordanem accessit, vnus existens idem Filius, & Christus & Dominus. Pater verò ex superius vociferatur, testimonium præbens filio in Iordani existenti, Hic est Filius meus dilectus. Sanctus verò spiritus in specie columbæ descendit super ipsum, quum in aquas descendisset, vt puras ipsas demonstraret eorum gratia, qui in nomen Patris & Filii & spiritus sancti baptizandi essent. At verò Arianis cum predictis sufficit id, quod dicit Filius, Ego in Patre, & Pater in me. Aequalitatem enim hic ad patrem ostendit, & ingenuitatem. Progeniei verò Arianorum, his qui spiritum sanctum blasphemant sufficere duo testimonia iam ante producta post alia testimonia. Vnum ex Daniele sic habens, In camino ignis sedrach, Misac, Abdenago, laudantes Deum comprehendit cum seipsis omnem Dei creaturam, & dicunt, Benedicite omnia Domini Dominum: & enumerauerunt cælos & alia, Lunam, solem, & virtutes, terram que ac mare, & omnia que in eis sunt, et nusquam filium ac spiritum sanctum connumerauerunt creaturis. Seraphim sanctificant Trinitatem, non semel, non bis, non quater, sed ter sanctus vocem proferentia. Redarguat autem hos rursus Petrus increpans Ananiam cum suis ac dicens, Tentastis spiritum sanctum: & ait, Non mentitus es homini, sed Deo. At Apostolus nouit, velut saepe diximus, Spiritum non esse alienum a Deo, quum dicit, Persecratur profunda Dei. Quod verò non est ex essentia Dei, id profunda Dei persecrari impossibile est. Nos verò nouimus patrem, patrem: filium, filium: spiritum sanctum, spiritum sanctum: Trinitatem in vnitate. Vna enim est vnitas patris & filii ac spiritus sancti, vna dominatio, vna, voluntas, vna Ecclesia, vnum baptisma, vna fides, & quiescat qui contra sanctam Virginem Christi, & castam nympham, hoc est, matrem nostram sanctam Ecclesiam insurgunt. Huius enim filii à sanctis patribus, hoc est sanctis Apostolis acceperunt, vt fidem custodiant simulque suis filiis tradant ac donent. Ex quibus etiam vos ipsi filii estis, & venerandissimi fratres, &

Israelitae videntes gratiam hanc ipsius, non cognouerunt quod Deus est.

Diuinitas Christi quos ostendit.

Oeciaci heretici.

Sabellii.

Ariomanita.

Testimonium patris ad filium ad Iordanem

Trinitas personarum comprobata vnitas.

& filiis vestris hanc doctrinam tradidistis. Hæc itaque sic dicere, & his similia diuinis Scripturis confirmare, tum ipsos, tum auditores vestros docentes, in viam deducetes, instructes, nec cessetis vos fideles & orthodoxi, hanc catholicæ Ecclesie sanctam fidem seruare, velut sancta & sola Virgo Dei à sanctis Dominis Apostolis traditam accepit. Atque sic vnumquemque in fide instructum, & ad sacrum lauacrum accedere volentem, non solum sinere debetis, vt indicet se filiis vestris in Domino quod credit, sed etiam vt prolatis verbis, velut eadem omnium mater nostra & vestra recepit, doceat ac dicat. Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ, visibilibusque omnium & invisibilibus. Et in vnum Dominum Iesum Christum, filium Dei vnigenitum, & ex patre genitum ante omnia secula, hoc est ex essentia patris: lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, coessentialem patri, per quem omnia facta sunt, que in cælis sunt & in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis, & incarnatus est de spiritu sancto, ex Matia Virgine, & homo factus est, crucifixusque pro nobis sub Pontio Pilato, & passus, & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum Scripturas, & ascendit in cælos, & sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria ad iudicandum viuos & mortuos. Cuius regni non erit finis. Et in spiritum sanctum Dominum & viuificantem, qui ex patre procedit, qui cum patre & filio simul adoratur & conglorificatur, qui loquutus est per Prophetas. Et in vnam sanctam catholicam & apostolicam Ecclesiam. Confitemur vnum baptisma in remissionem peccatorum, & expectamus resurrectionem mortuorum & vitam futuri seculi. Amen. Ceterum eos qui dicunt, Erat aliquando non erat, & priusquam generetur non erat: aut quod ex nihilo factus est, aut ex alia substantia aut essentia, dicentes esse fluxile aut alterabilem Dei filium hos execratur catholica & apostolica Ecclesia. Et hæc quidem fides tradita est à sanctis Apostolis, & recepta in Ecclesia in sancto vrbis. Nicænæ concilio, ab omnibus simul tunc presentibus Episcopis, trecentis & decem octo numero. Quandoquidem verò nostro seculo proruperunt alie quedam hæreses, alia super aliam, hoc est à tempore Valentiniani & Valentis regis, circa decimum regni ipsorum annum, et rursus circa sextum annum Gratiani, hoc est nonagesimo anno Diocletiani tyranni: ea gratia vos et nos et omnes orthodoxi episcopi, et in summa, vniuersa sancta catholica Ecclesia, aduersus illa hæreses, in hoc sanctorum illorum patrum præscriptam fidem sequentes, sic dicimus, præsertim his qui sacrum lauacrum accedunt, vt confiteantur, atque sic dicant, Credimus in vnum Deum, patrem omnipotentem, omnium visibilibus et invisibilibus creatorem, et in vnum Dominum Iesum Christum, Filium Dei, genitum ex Deo patre vnigenitum, hoc est ex essentia Patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, coessentialem patri, per quem omnia facta sunt, quæ in cælis sunt et in terra, visibilia et invisibilia. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit, et incarnatus est, hoc est, genitus est perfectè ex sancta Matia semper Virgine, per spiritum sanctum, et homo factus est, hoc est perfectum hominem suscepit animam et corpus ac mentem, et omnia quicquid est homo præter peccatum: non ex semine viri, neque in homine, sed in seipsum carnemiformauit, in vnam sanctam vnitatem: non quemadmodum in Prophetis inspirauit, & loquutus est ac operatus, sed perfectè homo factus. Verbum enim caro factum est, non mutationem passum, neque transmutata Deitate in humanitatem, sed ita vt cõiunierit suam sanctam perfectionem ac Deitatem in vnam. Vnus enim est Dominus sanctus, et non duo: idè Deus, idè Dominus, idè Rex. Idè passus est in carne, et resurrexit & ascēdit in cælos in ipso corpore, gloriose sedens in dextera patris, venturus in ipso corpore in gloria ad iudicandum viuos & mortuos. Cuius regni non erit finis. Et in spiritum sanctum credimus, qui loquutus est in Lege, & prædicauit in Prophetis, & descendit in Iordanem, et loquitur in Apostolis, atque habitat in sanctis. Sic autem credimus in ipsum, quod spiritus sanctus, spiritus Dei, spiritus perfectus spiritus paracletus, increatus, ex patre procedens, et à filio accipiens, ac fidem reperiens. Credimus in vnam catholicam et apostolicam Ecclesiam, et in vnum baptisma pœnitentiæ, et in resurrectionem mortuorum, & iudicium iustum animarum ac corporum, et in regnum cælorum, et in vitam æternam. At verò eos qui dicunt quod erat aliquando quando non erat filius, aut spiritus sanctus: aut quod ex nihilo factus est, aut ex alia substantia siue essentia mutabilem aut alterabilem filium Dei, aut spiritum sanctum asserentes: eos execratur catholica et apostolica Ecclesia mater vestra et nostra. Et rursus execramur eos, qui resurrectionem mortuorum non confitentur et omnes hæreses, qui non sunt ex hac recta fide. Quum autem vestri et nostri filii, & vos beatissimi, sic credant et mandata ex hac fide perficiant speramus vt semper pro nobis precentur vt habeamus partem et sortem in eadem fide ac mandatorum ipsius sorte. Et rogo vt oretis pro nobis vos & omnes, qui sic credit, & mandata Domini seruat, in Christo Iesu Domino nostro, per quem, & cum quo gloria Patri cum sancto Spiritu, in secula seculorum. Amen. Porrò reuinitas nostra, dilectissimi fratres, & infirma mentis facultas coacta est festinare, vestra dexterritate nos impellente, etiam si sufficientes nos supra nostram mensuram declaret, multo auxilio ipsi sit opus. Verum omnia nouit fidelis, qui in cælo est. Ceterum pax sit omni procedenti iuxta veram et orthodoxam huius fidei regulam, ad ipsum Israel Dei. Salutate omnes factos in Domino. Salutate vos serui Domini præsertim ego Anatolius qui hunc librum scripsi sermonis Ancorati appellati et opto vos in Domino valere.

Fidei canonicæ enumeratione.

Causa aduentus Christi.

Nicæni concilii episcopi cccxvii

In incarnatione nulla transmutatio.

Personarum in æqualitas.

Oratio mutua.

Anatoli

Finis Sermonis siue Libri Epiphani, qui Ancoratus inscribitur.

Hii iij

Sive summa totius operis Panii appellati, & contra octoginta hareses conscripti, eodem Iano Cornario Medico Physico interprete.

Panarium aut capsula medica

Diuisio librorum et tomorum

Origenei facta turpissima

Numerus sectarum librorum & Tomorum

Vandoquidem volumus vobis & nomina hareseon indicare, & nefarias apud ipsos actio nes reuelare, quae velut virus & venena existunt: simul autem cum ipsis etiam antidotos adaptare, quae commortis quidem sint auxiliares, praecoccupent autem in hoc illapsum: nam panarium quoddam, aut capsulam medicam eorum, qui a bestiis venenatis com morsu sunt interpretabimur, hoc est, librum quendam per tres conscriptum, continen- tem hareses octoginta, quae sanè bestiarum aut reptilium morsus sunt. Vnum verò est post octogin- ta veritatis fundamentum, simulque doctrina, salutaris tractatio, & Christi sponsa, sancta Ecclesia, quae fuit quidem ab aeterno, verum per Christi, in carne aduentum, iuxta temporis successionem, praedicta rum hareseon pars reuelata, & à nobis in illorum scriptorum commentariis per Christi praedicatione locata, & rursus post omnia harum hareseon flagitia, velut refrigerium eorum, qui & hareseon triu- nas perlegerunt, à nobis per orationis compendium iuxta Apostolorum doctrinam, clarè annunciata: rogamus vt omnes studiose versetis & praefationem, & sequentes deinceps hareses, & confessionem pro veritate, & veritatis doctrinam, & sanctae catholicae Ecclesiae fidem. Sunt autem in toto opere per praedictos tres libros diuiso, primum, secundum, ac tertium, haec. Tres libros in septem tomos diuisi- mus. In vnoquoque verò tomo numerus quidam hareseon ac sectarum habetur. Simul autem omnes octoginta sunt, quarum nomina & praetextus hi sunt. Barbarismus, Scythismus, Graecismus, Iudaismus, Samaritismus, Ex his sunt quae deinceps sequuntur sunt. Ante aduentum quidem Christi, post Bar- barbarismum & Scythicismum superstitio, ex Graecismo producta haec, Pythagorae siue Peripatetici, Pla- tonici, Stoici, Epicurati. Deinde Samariticae haresis ex Iudaismo orta quatuor sunt gentes, Gortheni, Sebuçi, Dositheai, Esseni. Deinde idem praedictus Iudaismus, qui ab Abraham formam accepit, & per datam Mosi legem amplius est, & à Iuda filio Iacob, qui etiam Israel appellatur, per Dauidem Re- gem ex eius tribu primum cognomen adeptus est, septem sectas habet, Scribarum, Phariseorum, Sad- ducaeorum, Hemerobaptistarum, Ossaeorum, Nasaeorum, Herodianorum, Ex his sectis etiam postea iuxta temporum successionem, apparuit salutaris Domini nostri Iesu Christi dispensatio, siue ipsius in carne aduentus, & euangelica doctrina ac praedictio regni, quae sola fons est salutis, & fides veritatis catholica, ac apostolica Ecclesia. Ex hac autem diffracta ac fissa sunt nomen solum Christi habentes & non item fidem, haec hareses, Simoniani, Menandriani, Saturniliani, Basilidiani, Nicolaitae, Gnostici qui & Stratotici, & Phibionitae: apud aliquos verò Coddiani appellantur, & Erboriani, apud alios Socratitae, apud quosdam zacchaei. Carpocratitae, Cerinthiani, qui & Merinthiani, Nazoraei, Ebionaei, Valentinii, Secundiani, quibus adduntur Epiphane & Isidorus, Ptolemæi, Marcossii, Colorbasti, Hera- cleonite, Ophitae, Caiani, Sethiani, Archontici, Cerdoniani, Marciones, Lucianistae, Appellati, Seve- riani, Tatiani, Eucratitae, Phrygastae, qui & Montanistae, & Tascodrugitae. Peputiani, qui & Priscillia ni ac Quintilliani: Quibus adduntur Artotyritae, Tessaresca decatitae, qui pascha vnam diem anni faciunt. Alogi, qui Euangelium & Apocalypsim Iohannis non admittunt. Adamiani, Samphai, qui & Helcesai, Theodoriani, Melchisedeciani, Bardesianistae, Noetiani, Valesii, Cathari, qui & Nauati, Angelici, Apostolici, qui & Aporactici, Sabelliani, Origenei, turpia facientes: Origenes ab Origene, Origine, qui etiam Adamantius appellatur: Paulus Samosatensis, Manichei, qui & Acuanitae: Hiera- cita, Moletiani, qui in Aegypto sectam habent: Ariani, qui & Ariomanitae, Audianorum secta, Phori- niani, Marcelliani, Semiarii, Pneumatomachi, qui sanctum Dei Spiritum blasphemant. Acriani, Actia ni, qui & Anomaei, quibus coniungitur Eunomius. Dimæritae, qui non perfectam Christi incarna- tionem confitentur, qui etiam Apollinaritae. Qui Mariam semper Virginem, postquam Saluatorem ge- nuit, ipsi Ioseph coniunctam fuisse dicunt, quos sanè appellauimus Antidicomarianitas. Qui in nome eiusdem Mariae Deiparae colliridem offerunt, qui vocantur Collyridiani: Massaliani, quibus coniun- guntur Martyriani, qui à Graecis sunt, & Euphemitae ac Sataniani. Porro facta rursus repetitione ac di- uisione harum hareseon, indicabo in hac summaria repetitione, quod ex his octoginta sectis in pri- mo, & deinceps in secundo vsque ad tertium sint librum. Imò etiam quot sint hareses in singulis sep- tem tomis, in quos tres libri digesti sunt. Habet autem res hoc modo. In primo libro tomi tres sunt, hareses autem quadraginta sex, cum appellationibus suis, Barbarismi videlicet ac Scythismi et Graeci- mi, et Iudaismi ac Samaritismi. In secundo verò libro tomi duo sunt, et hareses viginti tres. In tertio li- bro tomi duo, hareses vnde decim. In primo igitur libro primi tomi hareses viginti sunt, haec scilicet, Bar- barbarismus, Scythismus, Graecismus, Iudaismus. Graecorum differentie, Pythagorae, siue Peripatetici, Pla- tonici, Stoici, Epicurei. Samaritica haresis, quae ex Iudaismo est. Samaritarum gentes quatuor sunt, Gortheni, Sebuçi, Esseni, Dositheai. Iudaeorum hareses septem, Scribae, Pharisaei, Sabducci, Hemero- baptistae, Ossaei, Nasarai, Herodiani. In secundo verò to no primi libri hareses tredecim sunt, Simo- niani, Menandriani, Saturniliani, Basilidiani, Nicolaitae, Gnostici, qui & Stratotici ac Phibionitae, apud aliquos verò secundiani, apud alios Socratitae, apud alios zacchaei appellati: Carpocratitae, Cerinthia ni, qui & Merinthiani: Nazoraei, Ebionaei, Valentinii, Secundiani, quibus conueniuntur Epiphane & Isido- rus, Ptolemæi. In tertio autem tomo eiusdem primi libri hareses item tredecim sunt, Marcossii, Color- basti, Heraclionitae, Ophitae, Caiani, Sethiani, Archontici, Cerdoniani, Marciones, Lucianistae, Appelle- iani

iani, Seueriani, Tatiani. Haec est summa trium tomorum primi libri. Secundi verò libri tomi duo sunt. Et in primo quidem secundi libri tomo, qui quartus est iuxta numeri ab initio consequentiam, hareses decem & octo habentur, hoc modo, Eucratitae, Phrygastae, qui & Montanistae ac Tascodrugitae. Peput- ziani, qui & Quintilliani, quibus coniunguntur Artotyritae, Tessaresca decatitae, qui pascha vnam anni diem faciunt. Alogi, qui & Euangelium & Apocalypsim Iohannis non suscipiunt. Adamiani, Samphai, qui & Helcesai: Theodoriani, Melchisedeciani, Bardesianistae, Noetiani, Valesii, Cathari, Angelici, A- postolici, qui etiam Aporactici: Sabelliani, Origenei, turpia facientes: Origenei, ab Origene Adaman- tiano. In secundo autem tomo eiusdem secundi libri, quinto verò iuxta praedictum numerum hareses quin- que sunt. Pauli Samosatensis haresis, Manichaei qui & Acuanitae: Hieracitae, Meletiani, qui in Aegypto sectam fecerunt, Ariani. Atque haec est tomorum secundi libri summaria repetitio. Similiter autem & in tertio libro tomi duo sunt. Et in primo quidem tomo tertii libri, sexto autem iuxta numerum què diximus, hareses septem sunt, Audiani, Phoriniani, Marcelliani, Semiarii, Pneumatomachi, qui Spiritum Dei sanctum blasphemant, Acriani, Aetiani, qui & Anomaei, à dissimilitudine ac inaequalitate perso- narum in sancta Trinitate ab ipsis inuecta, appellantur. In secundo verò tomo eiusdem tertij libri, se- ptimo autem iuxta diuisionem quam diximus, hareses quatuor sunt. Dimæritae, qui non perfectam Christi incarnationem confitentur, qui etiam Apollinaritae. Et qui sanctam Mariam semper Virginem postquam Saluatorem genuit, ipsi Ioseph copulatam fuisse dicunt, quos vocauimus Antidicomariani- tas. Et qui in nomen eiusdem Mariae Collyridas offerunt, qui sanè vocantur Collyridiani: Massaliani. Et de recta ac vera fide apologia, cum compendio doctrinae, quae sit sancta catholica Ecclesia. Haec est summa & enumeratio totius contra octoginta hareses operis, & vnus pro veritate apologia, hoc est sola catholica Ecclesia, in tres quidem Libros digesta, verum in septem Tomos diuisa. Faciam porro rursus summaria repetitionem aliam primi tomi primi libri contra viginti hareses tractantis. Primi etenim omnium hareseon matres habentur, & exemplaria ac nomēclatura, ex quibus omnes aliae or- tae sunt, & sunt haec. Barbarismus, quae per seipsam est, & durauit à diebus Adam in decem generationes vsque ad Noë. Barbarismus autem appellatus est, ex eo quod eius temporis homines non habuerint principem quēdam, aut vnam concordiam, sed quod vnusquisque pro sua ratione procedebat, & sibi ipse lex pro propriae voluntatis praerogatiua fiebat. Schythismus à diebus Noe, & postea vsque ad turris Babylonis aedificationem, & post turris tempus ad paucos annos, hoc est, vsque ad Phalec & Rhagau, qui ad Europae regionem declinant, Scythiae parti & ipsorum gentibus adiudicati sunt, ab aetate Thar- ra & vltius, ex quo Thraces orti sunt. Graecismus à temporibus Seruch exorsus per idololatriam, & sicut quisque tunc procedebat secundum aliquam superstitioem, ad ciuiliorem vitam, morēsque ac statuta, ita tamen, vt simulachra tunc coeperint poni hominum genera, quae tunc sequebantur ac deifi- cabant, per colores quidem ab initio depingentes ac representantes eos, qui olim apud ipsos in hono- re fuerunt, aut tyrannos, aut praefigures, aut qui aliquid fecerunt in vita memorabile, per fortitudi- nem siue corporum robur. Deinde verò à temporibus Tharra patris Abraham, etiam per statuas idolo- latriae errore inducto, primos suos parentes colentes, & eos qui ante ipsos vita sancti erant fabricantes, Tharra ex singulari primum arte, deinde, quum omnes artes ad imitationem excitarentur, aedificatores qui- dem lapidem ad hoc caedentes ac exculpenes: argētarii verò & aurifusores per propriam artis suae ma- teriam effingentes. Ita etiam fabri lignarii, ac reliqui. Aegyptii autem & Babylonii, simulque Phryges ac Phoenices, huius superstitiois primi autores fuerunt, tum statuarum, tum mysteriorum, à quibus plurima ad Graecos translata sunt, ab aetate Cecropis, & deinceps. Deinde verò & longè postea, Satur- num & Rheam, Iouemque ac Apollinem, & alios deos declararunt. Graeci verò appellati sunt Helle- nes, ab Hellene quodam viro, qui in Graecia habitauit, & regionem ex suo nomine Hellada vocauit: aut, vt alii tradunt, ab elaea, hoc est olea, quae Athenis enata est. Iones autem horum principes fuerunt, velut rei sinceritas habet, ab Ione vno quodam viro ex his, qui turrim aedificauerunt, quando linguae omnium diuisae sunt. Ob quam causam etiam Meropes omnes appellati sunt, propter partitam vocem. Postea verò Graecismus in sectas redactus est prioribus temporibus, Pythagoreorum videlicet & Stoi- corum, Platoniorumque & Epicureorum, ac reliquorum. Porro diuini cultus forma simul fuit & na- turæ lex in vitam inducta, separans seipsam ab his gentibus, à iactis mundi fundamentis vsque huc, me- dia existens inter Barbarismum, Scythismum, ac Graecismum: donec coniuncta est diuino ipsius Abrae cultui, & postea factus est Iudaismus, à temporibus Abraam formam adeptus, & per Mosē septimū ab Abraam, per legem datam ipsi à Deo dilatatus, à Iuda verò filio Iacob, qui & Israel appellatus est, per Dauidem qui primus ex eiusdem tribu regnauit, perfectum Iudaismi nomen sortitus. Differentiae autem Graecorum haec sunt, Pythagorei, siue Peripatetici, qui vnitatem & prouidentiam & prohibere sacrificare diis docent, item animatis non vesci, & à vino abstinere. Decreuerunt autem simul ea, quae à Luna & supra Lunam sunt immortalia esse, quae verò infra mortalia. Et transire animas à corporibus ad corpora, vsque ad animalia & bestias omnis generis. At horum praecceptor silentium agens, seipsam Deum nominauit. Platonici Deum & materiam ac formam prodiderunt, & mundum factum ac cor- ruptibilem esse. Animam verò ingenitam, & immortalem ac diuinam, esse autem partes ipsius tres, Ra- tionalem, impetuofam, quae ira concitatur, & cupiditate praeditam. Vxorēs verò omnibus communes esse, & nullum vnam propriam habere debere, sed vnumquemque cum qua velit, illa item volente coi- re. Transiunt verò animarum similiter in diuersa, corpora omnis generis animantium. Simul autem & deos multos ex vno docuerunt. Stoici vniuersum esse corpus docuerunt, & sensibilem

Barbarismi appellatio

Thracum origo. Idolorum cultus origo.

Tharra pater A-braae.

Hellenes, cur dicti Graeci.

Meropum appellatio.

Pythagorae dogmata.

Platonici dogmata.

Stoicorum placita.

hunc mundum Deum putauerunt. Quidam verò ex ignis essentia naturam ipsum habere pronuntiat. Et Deum quidem mentem decernunt, & velut animam totius amplitudinis cæli ac terræ, corpus autem eius esse vniuersum, velut dicitur, luminaria verò oculos. Carnem autem omnium perire. A animam verò omnium à corporibus ad corpora transire. Epicurei atomos & in diuisibilia corpora, similiaque ac in finita, vniuersorum principium esse statuerunt. Et finem felicitatis esse voluptatem docuerunt. Et neque Deum, neque prouidentiam res gubernare. Samaritanismus, & ab ipso appellati Samaritanæ. Hic est à Iudaismo, antequam deuenirent hæreses ad Græcos. Postquam verò cepit esse Græcorum superstitionem, medium eius & Iudaismi obtinuit. Originem autem accepit à temporibus Nabuchodonosor & captiuitate Iudæorum. Ipsi verò Samaritanæ inquilini sunt ab Assyriis in Iudæa, & receperunt solum quinque libros Mosis, quum Rex misisset ipsi à Babylone per sacerdotem Esdram appellatum. Omnia Iudæorum habent, præterquam obominati gentes, & neque attingere aliqua, & præterquam quod negat resurrectionem mortuorum, & alias prophetias post Mosè. Samaritanæ gentes quatuor sunt, Gortheni, qui alius temporibus festiuitates agunt, quam Sebuæi. Sebuæi, qui propter eandem causam in festis celebrandis à Gorthenis dissentiunt. Elseni, qui neutris aduersantur, sed cum quibuslibet indifferenter festiuitates celebrant. Dostheci, in iisdem gentibus velut Samaritanæ vitam degunt, circumcissione & sabbato atque aliis vtuntur, & quinque libros Mosis. Amplius autem quam alii seruant abstinentiam ab animatis, & frequentius in ieiuniis viuunt. Quidam ipsorum etiam virginatatem seruant, alii continenter agunt. Credunt autem mortuorum resurrectionem, quod alienum est à Samaritanis. Iudæorum hæreses septem sunt. Scribæ, qui legales fuerunt, & expositores traditionum seniorum apud ipsos, per superfluam superstitionem consuetudines seruantes, quas ex Lege non didicerunt, verum sibi ipsi præscribentes si mulachra iustificationis legis. Pharisei, hoc est separati, qui exactissimi vitam debebant, & longè ætatis integros. Apud quos etiam mortuorum resurrectio, velut etiam apud Scribas, & de Angelis ac Spiritu sancto, quod sit assensus. Vita autem diuersa, continetia vsque ad tempus, & virginitas, ieiuniumque per sabbatum. Vrcorum ac patinarum & poculorum purificationes, velut etiam apud Scribas. De cimationes & primitiæ, & assidua preces, & habitus superbitiosus in dumentorum, per amicitia, & dalmaticas, atque pallia, & dilatationes phylacteriorum, hoc est signorum ac notarum purpuræ, & imbricatum ac prætextuum in aliis palliorum, quæ sanè fuerunt signa continentia apud ipsos ad tempus. Idem etiam natiuitates introduxerunt, ac farum. Sadducei, hoc est iustissimi, ex genere quidem erant Samaritanarum, simulque sacerdotis Sadduc nomine: mortuorum verò resurrectionem negabant, & non admittiebant Angelum, neque spiritum, per omnia verò alia Iudæi erant. Hæmæro baptista: hi per omnia qui dem Iudæi fuerunt, dicebant autem neminem assequi vitam æternam, nisi quis quotidie baptizaretur. Oseni, quos impudentissimos interpretaris. Hi omnia secundum legem reiciebant, Nazari, quos interpretari possis rebellatores aut dissipatores, omnem carnis esum interdicitur, animatis penitus non frui tur. Vsque ad Mosè & Iesum Naue sanctis in quinque Libris Mosis nomine patriarchis vtentes, ipsique credentes, Abraham inquam, & Isaac, & Iacob, ac superioribus, ipsoque Mosè et Aaron ac Iesu. At ipsorum quinque librorum Mosis inscriptorum scripta, docent non esse Mosè, sed alia præter ea se habere affirmant. Herodian: hi Iudæi quidem erant per omnia, Herodem verò Christum sperabant, et huic tum honorem, tum nomen Christi, attribuebant. Hic est primus totus, continens contra omnes has viginti hæreses tractationem. In ipsi verò habetur etiam de Christi aduentu tractatio, et veritatis cõfessio, quæ vna et sola est vera Dei fides. Atque hætenus quidem procedit viginti hæreseon contradicatio, et de fide atque aduentu Christi in carne tractatio. Statim enim et euestigio accessit Domini nostri Iesu Christi in carne aduentus, qui prædictas septem hæreses in Hierosolymis deprehendit, et virtus ipsius has extinxit ac dispersit. Deinceps verò post ipsius aduentum, posteriores omnes hæreses fuerunt: dico autem, postquam nuncium accepit Maria in Nazaret, et concepit Verbum quod est de celo ex sinibus paternis, genitum sine tempore et sine principio. Venit autem in extremis diebus Deus Verbum, ex Deo patre verè genitus, cõessentialis existens patri, et nihil à patre alteratus, sed immutabilis et inalterabilis existens, passionisque omnino exors, sed qui tamen nostro generi compassus est, et descendit de celo, conceptus non ex femine viri, sed ex Spiritu sancto verè, corpus de Maria adeptus, ita vt effor marit sibi ipsi carnem à sancta matre, et animam humanam ac mentem acceperit, et totum quicquid est homo in seipsum cum sua ipsius Deitate vnuerit: natusque est in Bethleem, circumcisus, oblatum in Hierosolymis, in vlnas acceptus à Symeone, confessionem faciente de ipso prophetissa Anna filia Phariuelis assumptus in Nazaret, venitque sequenti anno vt conspiceretur coram Domino, et fuit in Bethleem propter cognitos à matre gestatus, et rursus in Nazaret sublatum est, et secundum annorum circuitum in Hierosolyma venit, gestatus à propria matre. In Bethleem in domum descendit cum propria matre, et Ioseph sene, qui cum Maria erat: atque isthic secundo anno natiuitatis suæ visitatus est, mune ra accepit. Et in ipsa nocte quum Ioseph ab Angelo responsum accepisset, in Ægyptum translatus est, et vbi eo descendisset rursus post duos annos rediit, mortuo Herode et Archelao successore. Nam trigesimo tertio anno Herodis, quadragesimo verò secundo Augusti regis, nascitur Saluator in Bethleem Iudææ. Descendit autem in Ægyptum trigésimo quinto anno Herodis. Rediit deinde ab Ægypto post Herodis mortem. Quare in tricesimo septimo anno principatus Herodis, puer erat annorum quatuor. Herodes enim impleto trigésimo septimo, è vita decessit. Archelaus verò nouem annis regnauit. Itaque Ioseph quum audisset Archelaum regnare, exiit cum Maria et puero, et secessit in partes Galilææ, et habitauit in Nazaret. Archelaus verò genuit Herodé iunioré, et re-

Epicureorum placita.

Samaritanorum sectæ.

Iudæorum hæreses.

Dalmaticæ Philacteria.

Leuitas hæreticorum.

Christi aduentus.

Christus quando natus.

& regnauit Herodes nono anno regni patris sui Archelai iuxta successionem, & facti sunt tredecim anni, qui in aduentu Christi in carne supputantur. Ac decimo octauo anno Herodis, appellati Agrippæ, cepit Iesus prædicare, & baptismum à Ioanne tunc accepit, & prædicat annum acceptum, à nemine contradictionem sustinens, neque à Iudæis, neque à Græcis, neque à Samaritanis, neque à quopiam alio, deinde contradictionem habens prædicauit annum secundum. In vicesimo verò anno Herodis Tetrarchæ appellati. fit salutaris passio, & à passione alienitas, gustus mortis vsque ad crucem, patientis in veritate, verum passionis exortis in Deitate. Christo enim passo pro nobis carne, ait Scriptura. Et rursus, Mortificatus quidem carne, viuificatus autem spiritu, & cætera: crucifigitur, sepelitur, descendit ad inferna in Deitate & in anima, captiuam ducit captiuitatem, & resurgit tertia die cum suo sancto corpore, vaito corpore cum Deitate, quod non amplius soluitur, non amplius patitur, non amplius morti subiectum est, velut Apostolus dicit: Mors ipsi nõ amplius dominatur. Ipsum corpus verè, ipsam carnem, ipsam animam, ipsa illa omnia, non aliud quid præter id quod est corpus, sed ipsum quod est fortificauit, & in vnam vnitate, & in vnam Deitatem vnuit, carnale, incorruptibile, corporale, spirituale, crassum, atrenatum, mortale, immortale, ita vt non viderit penitus corruptionem, non relicta anima in inferno, non diuiso organo ad peccatum, non polluta mente ad mutationem, sed susceptis omnibus quæ sunt hominis, & omnibus perfectè seruat concecente deitate verè humanitati, in necessitatibus honestis, corporalibus ac animalibus, & ex mente humana requisitus ad perfectionem, hoc est in fame, siti, eiulatu, tristitia, lachrymis, somno, labore & quiete. Hæc enim non peccati species sunt, sed verissimæ humanitatis signa, deitate in veritate præsentem, & humana non patientem, sed deitate in ea quæ honesta erant, & fieri oportebat consentiente, & in ea quæ extra peccatum ac mutationem interdictam existunt. Sed & resurrexit, & foribus conclusis ingressus est, vt crassum tenue ostenderet, ipsum quod erat cum carne & ossibus. Postquam enim ingressus est, ostendit manus & pedes, & latus perforatum, ossaque ac nervos, & alia, vt non esset imaginatio quod videbatur: fideique ac spei nostræ promissionem confirmabat per seipsum, omnia perficiens, & cibum vnà capiens, & cohabitans, non in apparentia, sed veritate: Eruditissime docuit prædicare regnum cælorum in veritate, magnum ac summum illud indicans discipulis, ac dicens, Docete gentes, hoc est transmulate gentes à malicia ad veritatem, ab hæreticis sectis ad vnam deitatem, baptizantes ipsos in nomen patris & filii & Spiritus sancti, in dominicam nomenclaturam Trinitatis, sanctum & regium sigillum: quod ostenderet ex nomine nullam alterationem esse vnus vnitatis. Vbi enim hi qui baptizantur, iubentur in nomen patris baptizari, certa sit glorificatio, in nomen filii, non deficientis est nomenclatura, in nomen sancti Spiritus, non est diuisa vnitas, neque ab vna deitate abalienata. Assumptus est in cælos in ipso corpore, & anima ac mente, quæ conuenit in vnam vnitatem, & vnam spiritualem substantiam, & diuina effecit. Sedit in dextera patris, missis præconibus in totum orbem terrarum, Simone Petro, Andrea fratre eius, Iacobo & Ioanne filiis Zebedæi, quos olim elegerat, Philippo & Bartholomæo, Matthæo, & Thoma, Iuda, & Thadæo, Simone Zelota, & Iuda Iscariota, qui etiam proditor ipsius factus est: & aliis septuaginta duobus. Ex quibus erant septem viduis præfecti, Stephanus, Philippus, Prochorus, Nicanor, Timon, Parmenas & Nicolaus, & ad hos Matthias, qui pro Iuda postremum allectus est inter duodecim Apostolos. Et cum his omnibus, Marcus, Lucas, Iustus, Barnabas, A pelles, Rufus, Niger, & reliqui ex Septuaginta duorum numero. At post hos omnes & cum ipsis, elegit Paulum sanctissimum Apostolum, & per propriam vocem de cælo, Apostolum simulque præconem gentium, & apostolici ministerii impletorem ipsum misit. Qui reperit Lucam ex septuaginta duorum dispersorum numero, ipsumque sectatorem accepit, & in Euangelio auxiliarium. Hoc itaque modo absoluta est tota euangelica tractatio, vsque ad hoc tempus. Atque hucusque erit mihi sermo de viginti sectis, & de euangelica mundi per Christum ac discipulos eius facta illuminatione, per consequentiam & in compendio. Quibus etiam similia colligere ac apponere licet vaticinia ac prophetias, ex lege & psalmis, itemque aliorum cõsequentias ac ductus videre, ac certitudinem comprehendere, quod non spurium, sed verum, & ab omni veteri Testamento præannunciatus, ac minime ambiguus est Christi aduentus, & euangelica doctrina. Quod verò non in nimiam molem extedam operis tractationem his contentus ero. Progressione autem facta consequenter etiam eas, quæ postea in mundo exortæ sunt per malum prætextum, opiniones similiter describam. Hæc enim insunt in secundo tomo primi libri, qui de tredecim sectis tractat. Quarum prima est Simonis Magi, qui statim post Christum adhuc prædicantibus Apostolis apparuit, à quo etiam Simoniani appellati sunt, eiusdem hæresi addicti. Hic ex Samaria originem ducebat, è vico Gittharum. Christi verò nomen subiit solum. Docuit turpia facere, & coitum iniquationis, vxorumque indifferentiam. A corporibus autem reiecit resurrectionem. Et mundum dicebat Dei non esse. Imaginem suam & Helena scorti, quod cum ipso erat, velut Iouis & Mineræ, discipulis suis adorandum proponebat. Dicebat insuper seipsum, Samaritanis quidem patrem, Iudæis verò Christum. Menandriani à Menandro quoddam appellati sunt, qui in aliqua re differat à Simonianis, & mundum ab Angelis factum esse dicebat. Saturnilliani, qui in Syria Simonianorum turpia facta corroborarunt, verum alia à Simonianis prædicabant, quod magis admirationi essent. Originem à Saturnilo habuerunt, qui & ipse velut Menander, mundum ab Angelis factum esse asserbat, atque his solum septem, iuxta superni patris sententiam. Basilidiani. Eiusdem turpis operationis actores, à Basilde, qui vnà cum Saturnilo Simonianorum & Menandrianorum discipulus fuit: & aliqua similiter sentiebat, in aliquibus verò dissentiebat.

vs: o Christi no tēpo- re euen- rit.

Finis eruditionis Christi.

Discipuli Domini.

Libri tredecim sectarum.

dissentiebat. Dixit autem trecentos sexaginta quinque celos esse, & his nomina angelica imponit: pro-
 pterea quod etiam annus tot dierum sit. & Abraxas nomen virtutis eundem numerum referat, nimirum
 ccclxv. & hoc nomen Spiritum sanctum esse dicit. Nicolaitæ, à Nicolao, qui viduis ab apostolis præfe-
 ctus fuit. Hic ob zelum, propriæ vxoris, turpia facere discipulos suos vnâ cum aliis docuit, & de Caulau-
 cauch & Prunico, atque aliis barbaricis nominibus, quæ in mundo selestus inuexit. Gnostici eadem hæ-
 reses susceperunt, verum plus omnibus turpitudinem furiosè operati sunt. In Ægypto autem Stratioti
 ei appellati sunt, & Phibionitæ, in superioribus verò ac orientalibus partibus Secundiani. In aliis parti-
 bus Socratitæ, apud alios Zacchæi. Alii verò Coddianos ipsos dicunt, alii Borboritas eos vocant. Car-
 pocratiani, à Carpocrate quodam in Asia, qui omnem turpem actionem perficere docebat, & omne stu-
 dium peccati. Et nisi quis, inquit, per omnia pergressus fuerit, & voluntatem omnium dæmonum ac
 Angelorum perfecerit, non poterit ad supernum cælum transcendere, neque principatus ac potestates
 præterire. Dicebat Iesum animam intellectualem suscepisse, & quum nosset superna, ea etiam hic
 annunciasse, & si quis similia Iesu faceret, eum eadem virtute præfate. Legem verò cum mortuorum
 resurrectione reprobabat, velut sectæ à Simone ortæ. Huius fuit Marcellina illa in Roma. Imagines fecit
 occultè Iesu & Pauli, & Homeri ac Pythagoræ: his fuitum faciebat, easque adorabat. Cerinthiani,
 qui & Merinthiani: Cerintho & Merintho, Iudæi quidam, qui circumcissionem iactant. Mundum verò
 ab Angelis factum esse dicunt, Iesum autem iuxta profectum Christum appellatum esse. Nazoræi, hi
 Iesum quidem confitentur esse filium Dei, omnia verò secundum legem faciunt. Ebionæi, prædictis Ce-
 rinthianis ac Nazoræis similes. Quibus coniuncta fuit aliqua parte Sampsaorum & Helcesæorum hæ-
 resis. Hi Christum dicunt creatum esse in cælo, itémque Spiritum sanctum. Aduenisse autem Christum B
 in Adam primum, & iuxta tempus exuisse ipsam Adam, & rursus induisse, hoc verò aiunt perfecisse ip-
 sum in aduentu suo in carne. Quum autem Iudæi essent, Euangelisti vsi sunt, carnis esum abominantur.
 Aquam pro Deo habent, Christum verò hominem in aduentu in carnem induisse asserunt, veluti dixi.
 Alii duè merguntur in aquis ætate ac hyeme, ad purificationem videlicet, velut Samaritæ. Valentini-
 ani carnis resurrectionem reprobant, verus Testamentum spernunt, itémque Prophetas, legentes quid-
 em ac suscipientes ea, quæ ad similitudinem sectæ suæ figuratè exponi possunt. Verum alia fabula-
 menta obiter inducentes, triginta seculorum nomenclaturas proferunt masculinorum ac fœminarum, si-
 mul ex patre vniuersorum generatorum, quæ & deos putant ac secula, Christum verò è cælo corpus in-
 tulisse, & velut per carnalem, Mariam ipsam penetrasse. Secundiani, quibus coniungitur Epiphaneus &
 Ildorus, qui & ipsi iisdem coniugationibus vsi sunt, eadem cum Valentino sentientes, verum alia quo-
 dam modo ab ipsis exponentes. Apponunt iidem turpem operationem docentes. Reprobant autem e-
 riam hi carnis resurrectionem. Ptolemæi. Et hi Valentini fuerunt discipuli, quibus coniungitur & Flo-
 ra. Eadem verò etiam ipsi de coniugationibus dicunt, quemadmodum Valentinus & Secundiani, ve-
 rum in quadam parte etiam hi ab ipsis differunt. Atque hæc est summa secundi tomii primi libri, tredecim
 hæreses continentis. Cæterum in tertio tomo eiusdem primi libri aliarum tredecim hæreses sunt, hæ
 scilicet. Marcosi. Marcus quidam fuit Colobarsi condiscipulus, duo principia & ipse introducens. Re-
 probat autem mortuorum resurrectionem. Imaginationes vero quasdam per pocula ex incantatione
 in cæuleum ac purpureum colorem transmutans, pelliciebat ad se ac sacra sua decipulis mulierculis.
 Sed & ipse omnia viginti quatuor literarum putari vult, similiter vt Valentinus Colorbasii, & hic Co-
 lorbasii similiter eadem narrans, in aliqua vero parte differens ab aliis sectis, à Marco, inquam, ac Va-
 lentino, emissiones & octonarios aliter docuit. Heraclionitæ, & ipsi octonarium fabulamento ducit-
 ur, aliter vero quam Marcus, & Ptolemæus, ac Valentinus, atque alii. Sed & ad finem eos, qui apud ip-
 sos moriuntur, similiter vt Marcus rediunt, per oleum & balsami succum & aquam, nomenclaturas
 quasdam per Hebræicas voces admurmurantes, super caput videlicet eius qui liberatur. Ophite serpen-
 tem glorificant, & hunc Christum putant, habent autem reptile hoc incista quadam. Caiani, similiter
 cum superioribus legem & eum, qui loquutus est in lege reprobant, carnisque resurrectionem negant.
 Et Cain glorificant, fortioris virtutis ipsum esse dicentes. Simul autem & Iudam demitantur ac laudat,
 item Core, & Dathan ac Abiron, imo etiam Sodomitas. Sethiani: hi rursus ipsum Seth glorificant, asse-
 rentes ipsum esse ex pœnitentia supernæ matris, quæ post occisum Abel à Cain, superno patri congef-
 fa sit, & purum semen ipsum Seth produxerit. Ex quo deinceps deductum est omnium hominum ge-
 nus. Sed & ipsi principatus ac potestates, & quæcunque alii docent, docuerunt. Archontici: hi rursus ad
 multos principes vniuersum referunt, & quæ facta sunt ex his facta esse dicunt. Deprehenduntur au-
 tem & in turpitudine quadam capti, carnis resurrectionem negant. Verus Testamentum calumnian-
 tur. Vtuntur autem & veteri & nouo Testamento, singula verba ad suam sententiam falso trahentes.
 cerdoniani, à cerdone Heraclionis discipulo erroris participationem susceperunt, qui ex Syria Româ
 profectus est, & prædicationem suam exposuit temporibus Hygini episcopi. Duo autem principia hic
 prædicat inter se contraria, non esse vero christum genitum. Similiterque mortuorum resurrectionem
 negat, itémque ea que habentur in veteri Testamento. Marcionista: Marcion à Ponto originem ducens,
 episcopi quidem filius erat, verum ubi virginem corrupisset, aufugit, propterea quod expelleretur ex
 Ecclesia à proprio patre. Quum autem Romam adisset, & pœnitentiam ac veniam petisset ab his qui
 illo tempore ibi erant, & assequutus non esset, clarus est contra fidem, & tria principia induxit ac do-
 cuit, Bonum, & iustum, ac malum, esseque nouum Testamentum alienum à veteri, & eo qui in ipso lo-
 quutus est. Carnis resurrectionem negat. Baptisma dat non solum vnum, sed & duo, & tria post lap-
 sum, Pro mortuis autem in fide instructis alios baptizat, intrepidè verò etiam mulieribus permittit vt
 lauacrum

*Carpocra-
tiani.*

*Error im-
pius.*

*Nazoræi
impii.*

*Valenti-
niani im-
pietas.*

*Secund-
a-
nifalsitas*

*Idolola-
tria circa
Ophiteser-
pentem.*

*Or-
marcio-
nis.*

lauacrum dent. Lucianista: Lucianus quidam antiquus, non is qui nunc temporibus Constantinivixit,
 omnia secundum Marcionem docuit. Et ad hæc, alia præter Marcionem, abundantius nimirum tradi-
 dit. Appelleiani: & hic Apelles similiter vt Marcion & Lucianus docet, vituperans omnem creaturam,
 & ipsum creatorem. Non autem similiter his tria principia introduxit, sed vnum principium & vnum
 Deum, qui sit summus & innominatus, ipsum verò vnum fecisse alium, & hic factus improbus compe-
 ritus, mundum in sua malicia fecit. Seueriani: Seuerus quidam rursus Apellem sequens, vinum reiecit. Et
 vitem ex draconi formi Satana ac terra inter se congressus productam esse fabulatur. Mulierem autem
 auerfat, sinistra virtutis ipsam esse asserens. Nomenclaturas verò quasdam principum, & libros quos-
 dam Apocryphos introduxit. Similiter autem velut alii carnis resurrectionem negat, itémque verus Te-
 stamentum. Tatiani. Tatianus hic eodem tempore cum Iustino martyre ac philosopho vixit, verum
 post mortem Iustini martyris ac philosophi, corruptus est Marcionis dogmatibus; discipulisque ipsius
 fuit, atque eadem que ipse docuit, aliis etiam præter ipsum appositis. Dicebat autem à Mesopotamia
 originem ducere. Hæc est summa trium Tomorum primi libri per quadraginta sex hæreses. At in pri-
 mo tomo secundi Libri, quarto verò iuxta numerum tomorum ab initio consequentium, hæreses sunt
 decem & octo, hoc modo. Encratitæ, qui sunt auulsi Tatiani, nuptias reiciunt, ex Satana hæc esse di-
 centes. Omnem autem animatorum esum vitant. Phrygastæ, qui & Montanistæ ac Tascodrugitæ, ve-
 tus ac nouum Testamentum suscipiunt, alios verò Prophetas introducunt post Prophetas, Montanum
 quendam iactantes ac Priscillam. Peputiani, qui & Quintiliani, quibus coniunguntur Artotiritæ, ex
 Phrygastarum numero hi sunt, verum alia præter illos docent, Peputiam ciuitatem quandam desertam
 in medio Galatiæ ac Cappadociæ sitam admirantes, & hæc Hierusalem putantes. Est autem & alia Pe-
 puza, Mulieribus tribuunt vt imperent, & sacerdotio fungantur. Sacra verò faciunt, puerum quandam
 inueniunt compungentes. Et sanè Quintillæ, aut etiam Priscillæ Christum illic in Pepuza reuelatum ef-
 se, in fœminæ specie, fabulantur. Vtuntur veteri ac nouo Testamento, iuxta mentem propriam trans-
 mutant. Tescarsæ decatitæ, qui vnam anni diem pascha perficiunt. In quamcunque verò diem inci-
 derit decima quarta Lunæ, siue in sabbatum, siue in dominicam, illam ieiunantes ac vigilantes cele-
 brant. Alogi, sic à nobis appellati, qui Euangelium Ioannis, & eum qui in ipso est ex supernis à patre
 semper Deus Verbum reiciunt. Ipsum sanè Euangelium secundum Ioannem non suscipientes, neque
 ipsius Apocalypsim. Adamiani, à quodam Adam viuentem appellati, ludibrii magis quam veritatis dog-
 ma habent. Nudi enim velut ex matre, tum viri tum fœminæ, simul congregantur, & sic lectiones ac
 preces, & quæcunque tandem perficiunt. Solitariè autem degunt, & continentiam exercent, & nup-
 tias non admittunt. Et Ecclesiam suam paradysum esse putant Sampsaï, qui & Helcesæi, hi adhuc ho-
 die Arabiam inhabitant, in regione ultra mortuum mare sua. Qui sanè ab Elxai quodam falso propheta
 seducti sunt. Cuius ex genere adhuc hodie restant Marthis & Marthana duæ mulieres, quæ adorantur
 ab hæresi velut deæ. Habent autem, omnia similiter velut Ebionæi. Theodotiani, à Theodoto corario
 Bizantino appellati sunt. Hic summus in eruditione Græca fuit. Quum autem tunc persequutus fieret
 eius cum aliis quibusdam, solus elapsus, quum illi martyrium subiissent, eo quòd id ipsi obiiceretur,
 Christum nudum hominem dicere excogitauit, & ne in crimen veniret, quòd Deum abnegasset, sic do-
 cuit. Melchisedeciani, hi Melchisedec colunt, virtutem quandam ipsum asserentes, & non nudum ho-
 minem, & in huius nomen omnia reducere ac dicere audentes. Bardesianistæ: Bardesianus hic ex Me-
 sopotamia originem ducere, & primum quidem veram fidem habebat, & in sapientia celebris erat.
 Verum postea declinavit à veritate, & similia Valentino docuit, exceptis paucis quibusdam, in quibus
 à Valentino dissentit. Noetiani, hic Noetus ex Smyrna Asia fuit, elatione verò euectus cum aliis qui-
 busdam, filium & patrem Christum docuit, eundemque esse patrem & filium, ac Spiritum sanctum.
 Scipsum verò dicebat esse Mosem, & fratrem suum dicebat esse Aaron. Valesii: hi velut accepimus Ba-
 cathum inhabitant, qui principalis pagus est. Arabiæ Philadelphie. Hi accedentes ac hospitio exceptos
 castrant, plures verò ipsorum eunuchi exsecti sunt. Quædam alia docent hæresis plena, delentes Le-
 gem ac Prophetas, & quasdam alias turpes actiones introducentes. Cathari, hi cum Nauato Romano
 coniuncti, & digamos penitus reiciunt, & pœnitentiam non admittunt. Angelici, hi omnino defece-
 runt. Gloriabantur autem se habere angelicum ordinem, vt propterea nomen illud habeant, A post-
 lici, qui & Apotactici, & ipsi circa Pisdiam solum sunt, & Apotacticos ad seipos suscipiunt. Propin-
 qui autem sunt Encratitis, verum alia etiam præter hos sentiunt ac docent. Sabelliani, hi similia Noe-
 tianis sentiunt, præter hoc solum, Dicunt enim non passum esse patrem. Origeniani, à quodam Orige-
 ne. Turpia autem operantur hi, nefanda facientes, & corpora sua corruptioni tradentes. Origeniani a-
 lii, ab Origene, qui & Adamantius & Compositor appellatur. Hi mortuorum resurrectionem reici-
 unt, Christum autem creaturam, itémque Spiritum sanctum introducunt. Paradysum verò & cælos,
 & alia omnia tropicè ac figuratè interpretantur. Et Christi regnum finem habiturum esse, audent di-
 cere. Hæ rursus sunt decem & octo hæreses primi tomii secundi libri. In secundo verò tomo eiusdem
 libri, quinto verò iuxta prædictum numerum, quinque hæreses sunt, hæ scilicet. Pauli Samosaten-
 sis, qui episcopus fuit Antiochie magnæ. Hic parum abest ut affirmet Christum in substantia non
 esse, verbum prolatitium ipsum esse consurgens, ita vt quæ de ipso in Diuinis Scripturis dicta sunt
 prædictorio more se habeant, ipse verò non existat, nisi à Maria & hucusque ab aduentu suo in car-
 ne. Manichæi, qui & Acuanitæ, Manis Persæ discipuli, Christum figura dicunt. Solem & Lunam
 colunt, astris item ac virtutibus & dæmonibus supplicat. Principia duo introducunt, bonum
 & malum, Christum autem in apparentia apparuisse dicunt, & in apparentia passum esse. Verus Te-
 stamentum

*Tatianus
Iustino
martyri
contempo-
raneus.*

*Alogi cur
appellati.*

*Theodo-
tiani.*

*Angelico
ordo hære-
ticorum.*

Carnis resurrectionis reprobatio.

Privatum pascha.

Ob Arrianismi suspitione reclusus Episcopus.

Anabaptista.

Verbum caro factum.

amentum & Deum, qui in ipso loquutus est, maledictis impetunt. Muadum vero non totum, sed partem ex Deo factam esse asserunt. Hieracite, ab Hierace Leontopolita Aegypto, expositore quodam ac magistro. Carnis resurrectionem reprobant. Utuntur veteri ac nouo Testamento, & nuptias in totum prohibent. Solitariam vitam degentes, & virgines, & continentiam exercentes, & viduas suscipiunt. ueros vero qui nondum ad etatis vigorem peruenerunt, regni participes fieri negant, eo quod nondum decesserunt. Meletiani in Aegypto secta sunt, & non haeresis, ut qui non preces faciunt cum his, qui in persecutione lapsi sunt. Nunc autem Ariani coniuuncti sunt Ariani, qui & Ariomantia. Filium Dei, creaturam dicunt, & Spiritum sanctum creaturam creaturam. Carnem solum saluatorem a Maria accepisse affirmant, & non animam. Erat autem hic Arius presbyter Alexandriae Ecclesiae. Haec est secundum titulum secundum libri summa, qui quintus est iuxta consequentiam ab initio, & quinque haereses continet. At vero in primo tomo tertii libri, sexto autem iuxta numerum quem diximus, septem haereses sunt una cum sectis, sic. Audiani, rebellio & secta, non tamen haeresis. Hi conuersationem ac vitam bene ordinatam habeant. Habent autem per omnia fidem velut catholica Ecclesia. Plerique in monasteriis habitant. Utuntur & apocryphis multis abunde. Nobiscum vero preces non faciunt, vituperantes episcopos nostros, diuites ipsos appellantes, itemque alios. Faciunt & pascha priuatum, quando Iudaei faciunt. Habent & priuatum quiddam ac contentiosum, durissime id quod secundum imaginem est interpretantes. Photiniani. Hic Photinus ex Syrmio oriundus, & adhuc hodie superstitis, Paulo Samolatenos similia sensit, verum in aliqua parte ab illo dissentit. Sed & ipse a Maria & hucusque Christum affirmat. Marcelliani, a Marcello ex Ancyra Galatae. Hic in principio diffamatus est, velut qui similia Sabellio sentiret. Quam autem sepe se defendisset, & scriptis se purgasset, a multis accusatus est, velut qui in iisdem permaneret. Postquam autem poenitentia ductus seipsum corripuit, aut etiam discipuli ipsius. Nam pro ipso & pro discipulis eius quidam orthodoxi medio modo rationem reddunt. Semiarum. Hi Christum quidem creaturam consententur, per ironiam vero ac cauillam, creaturam ipsum asserunt. Non velut unam ex creaturis, sed filium, inquit, ipsum dicimus, verum eo, quod non afflictionem induxit patri per hoc quod genuit, creatum ipsum dicimus. Et spiritum sanctum similiter creaturam esse penitus docerunt, reitantes filii coessentialitatem, volunt autem dicere similem essentia, & non coessentialitatem. Alii vero ex ipsis etiam similem essentia reprobant. Pneumatomachi. Hi de Christo quidem recte sentiunt, verum spiritum sanctum blasphemant, creatum ipsum pronuntiantes, & qui non sit ex deitate, imò abusu propter propriam efficaciam ipsum creatum esse, sanctificantem virtutem ipsius solū esse asserentes. Acriani. Hic Acrius a Ponto originem duxit, & adhuc hodie superest tentatio vitae. Presbyter hic erat episcopi Eustathii, qui pro Arriano habitus est, & ab episcopatu reiectus. Quandoquidem vero ipse Acrius non constitutus est episcopus pro Eustathio, multa contra Ecclesiam docuit, fide quidem existens Arrianus perfectissimus, verum amplius docet, non oportere offerre pro his, qui obdormierunt. Prohibet autem & ieiunare quarta, & pro sabbato, & quadragesima, & paschate. Renuntiationem vero praedicat, & carnis esu omnis generis vitatur, & voluptatum deliciis licentissimè. Si vero quis ex discipulis eius ieiunare velit, Ne in diebus ordinatis hoc facito, inquit, sed quando volueris. Asferit idem episcopum presbytero non esse excellentiorem. Actiani, ab Actio Cilice, qui fuit diaconus sub Georgio Arrianorum episcopo Alexandriae. Hi etiam Anomoei, id est, inaequales appellantur, ab aliquibus vero Eunomiani, propter Eunomium quendam Aetii discipulum, qui adhuc superest. Cum ipsis vero erat & Eudoxius Arrianissans, verum propter timorem Regis Constantini separauit seipsum, & solus Actius exterminatus est. Permanit tamen Eudoxius Arrianissans, non autem secundum Aetium. Hi Anomoei & Aetiani, Christum & spiritum sanctum penitus a Deo abalienant, creatum ipsum affirmantes, & neque similitudinem quandam habere dicunt. Ex syllogismis enim Aristotelicis ac geometricis Deum Patrem adstruere volunt, & Christum non posse ex Deo esse per hunc modum. At Eunomiani ab ipso appellati, rebaptizant omnes ad ipsos accedentes, atque ipsos etiam Arrianos. Rebaptizant autem in caput, sursum vertentes pedes eorum, qui baptizantur, cuius rei magna fama vagatur. Caeterum aberrare aliquos in scortatione aut alio peccato, nihil esse atunt. Nihil enim quaerit Deus, dicit, quam ut sit quis solus in ipsorum fide. Atque haec sunt primi tomi tertii Libri, aut sexti tomi iuxta consequentiam, haereses. Verum in secundo Tomo eiusdem tertii Libri, septimo vero iuxta eam, quam diximus diuisionem, in quo etiam finis est vniuersae tractationis, haereses quatuor sunt hoc modo. Dimocritae, qui etiam Apollinaris, qui non perfectam Christi incarnationem consententur, quorum aliqui coessentialitatem Deitati corpus dicunt. Quidam vero ex ipsis aliquando ausi fuerunt & hoc dicere, quod animam non accepit Christus, & hoc negarunt. Quidam dicto huic, Verbum caro factum est, innitentes: carnem ipsum accepisse a creatura carne, hoc est Maria, negauerunt, & contentiosè solum verbum carnem factum esse dixerunt. Postea vero, haud scio, quo consilio, mentem ipsum non accepisse dicunt. Antidicomarianae, qui sanctam Mariam semper Virginem, postquam genuit saluatorem, ipsi Ioseph coniuinctam esse dicunt. Collyridiani, qui in nomen eiusdem Mariae, statim quodam anni die collyridem quandam offerunt, quibus indidimus Collyridianorum nomen. Massaliani, quos interpretis peccatores, coniunguntur autem his haereses a Graecis introductae, nempe Euphemitae & Martyriani & Sataniani. Haec est septimi Tomi summa, & trium Librorum finis. Simul autem vniuersae haereses octoginta sunt. Verum in ipso tertii Libri fine, in septimo tomo postremum fides catholicae Ecclesiae habetur, & Apologia pro veritate, & praedicatio Evangelii Christi, & catholicae ac apostolicae Ecclesiae character, quae est ab aeterno, verum per temporum successione manifestissimè in Christi aduentu in carne reuelata est. Et quor poterit mens humana colligere tales ac tantas, & magnas appellatas, & inter laudatas habitas? Quor sunt differentiae inuenularum,

A

B

C

D

rum, quarum non est numerus, quarum aliae laudantur, aliae non laudantur? Aliquae enim ex propria mente ea, quae ad conuersationem vitam, exercitacionemque ac statuta pertinent, sibiipsis colligunt, & promissa coma, in conspicio progrediuntur, aliqua vero in sacco conspicuo. Aliquae autem in sacco accinere domi desident. Aliquae in vitae conuersationibus ac ieiuniis ingentibus, & arumnis Deo addictae sunt, in iuuenili fortitudine perfectam erga sponsum conscientiam testantes. Aliquae vero velut dixi, non recte, sed iuxta quandam mentis presumptionem, tyrannicè preter veritatem iuueniliter agunt. Quemadmodum zaccheus qui nuper mortuus est in montana circa Hierosolyma regione, qui penitus cum nullo homine preces faciebat, sed & ob eandem causam, audenter sancta mysteria contrectabat, & sacrificia, quum laicus esset, impudenter tractabat. Alius vero quidam, quisquis tandem ille erat vir qui vitam summè iam viuere putabatur, et in monasterio circa deserta Aegypti habitabat, itemque alius ad Singum habitans: qui ex somnis iuueniliter ac fortiter, sed temerè egerunt, ut impositionem manuum ad episcopatum susceperint, sed deinde quae ea, quae episcoporum sunt, facere aggressi sunt, ad se non pertinentia. Alii autem non pauci se ipsos caltrare ausi sunt, praeter mandata, nimirum iuuenilis ac robustae actionis gratia. Alii vero fortiter sibi agere videntur, qui audent, non consultis aliis, & praeter aliorum morem, velut ab orthodoxis progressi, collegium sibiipsis contrahere: sed & citra vniuersalis Synodi approbationem rebaptizare eos, qui ad ipsos accedunt, nimirum ex Ariani, quum nondum res sit ex centuria sinodi, velut dixi, decisa, eo quod populi sint hodieque inter se permixti, & multi quidem sint orthodoxi, verum per simulationem sacerdotibus addicti, donec separatio facta fuerit talis blasphemae haeresis, & tunc contra ipsum indecretum fiet. Ex his autem, qui sic rebaptizant ex proprio iussu, peruenit ad aures nostras, quod vnus sit in Lyciorum regione Presbyter. Sunt & alii, quorum vnusquisque per seipsum precatur, & non cum aliquo in totum, aliqui vero in vinculis, praeter Ecclesiae statutum. Quapropter in fine totius Operis, iuuenulas dixi numerum non habere, quae ex propria sententia sibiipsis iuueniliter praestituunt ad bonum quidem, ut sapientiae species perficiant, prudentiaeque ac fortitudinis, & modestiae ac iusticiae, verum iuueniliter agentes ad tyrannidem excedunt, & a veritate se ipsas euertunt, ut non sit harum numerus. At vero haec vnica columba, ac sancta Virgo Deum constituit Patrem & Filium ac spiritum sanctum, Patrem perfectum, Filium perfectum spiritum sanctum perfectum, coessentialitatem trinitatem, non coniuinctionem ipsam trinitatem; imò Filium verè ex Patre genitum, & spiritum sanctum a Patre & Filio non alienum: ita ut sit semper trinitas, & nunquam additionem suscipiat, & non habeat quid in seipsa inferens, sed ad vnā vnitatem, & vnum principium Dei & patris reducatur. Et ex hac trinitate Patris & Filii ac spiritus sancti omnia creata esse, non vt vnquam fuerint, neque simul fuerint cum Deo, neque praexistierint, sed facta sint ex nihilo ad hoc, ut sint a Patre & Filio & spiritu sancto. Et hunc Patrem ac Filium & spiritum sanctum dignatum esse, apparere sanctis suis in uisionibus, quemadmodum quisque potuit capere, iuxta potèis Deitatis ipsius donum, quod largitus est vniciquo digno facto, ut nunc quidem patrem uiderit, quemadmodum audire potuit uocem ipsius, prout capiebat, sicut in ore Esaiæ dixit, Ecce intelliget Filius meus dilectus, Haec est uox patris. Et sicut Daniel uidit antiquum dierum, Haec est uisio patris. Verum sicut in Propheta rursus, Ego uisiones multiplicauit, & in manibus prophetarum assimilatus sum: haec est uox Filii. At sicut Ezechiel ait, Et accepit me spiritus Dei, & eiecit me in campum: hoc dictum est de spiritu sancto. Et multa talia dicere licet, quorum ex parte mentione facta, in transcurso ad Ecclesiae characterem ostendendum, duo uerba apposui, quae sexcenta & amplius sint similia his, quae in Diuinis scripturis ueteris ac noui Testamenti habentur. Et quod ipse Dominus formauit corpus Adam, & inspirauit ipsi spirationem uitae, creans ipsi animam uiuentem. Et quod ipse Deus Legem dedit Moysi, Pater & Filius & spiritus sanctus, vna Deitas, & quod Propheta ab eadem Deitate missi sunt. Et quod idem nobis Deus, Iudaeorum & Christianorum Deus existens, qui Iudaeos uocauit ad iustificationem, eos qui non negant Domini nostri Iesu Christi aduentum: & qui saluat omnes, qui secundum ueram ipsius fidem uiuunt, & non negant ueritatem praedicationis ueræ, & euangelicè ipsius doctrinae. Venit enim, uenit vnigenitus. Et sic habet mater nostra Ecclesia, portus ille pacis serenus & tranquilliss, laticia spirans cybrum uinea, & botrum ferens nobis benedictionis, & poculum dolorem nobis exoluens, quotidie largiens sanguinem Christi, meracum ueritatis. Et quod uerè natus est Christus ex Maria semper Virgine, per spiritum sanctum, non ex femine uiri, sed ab ipsa sancta Virgine accipiens corpus in ueritate, & non in apparentia, carnem uerè, corpus uerè, cum ossibus & neruis ac omnibus nostris, nihil a nobis euarians, praeterquam in sola gloria suae sanctitatis ac Deitatis. Et quod est uas sanctificationis ac iusticiae, citra peccatum omnia perfectè habens. Et quod habuit animam humanam in ueritate, mentem humanam in ueritate, non quod nos affirmemus mentem esse substantiam, velut alii dicunt, sed per omnia non pollutam in peccato, os non mentitum, labia non loquuta dolum, cor, quod non declinauit ad irritationem, mentem non emorā ad quae non oportet, carnem quae non operata est ea, quae spectat ad carnis uoluptatem. Perfectus ex Perfectus ex supernis Deus, qui non uenit, ut inhabitaret in homine, sed ipse totus homo factus est, non mutatus natura, sed qui vna cum Deitate propria humanitatem complexus est, in utero Virginis fuit in ueritate, gestatus est debito tempore, natus est per genitales meatus citra pudefactionem, impollutè, absque inquinamentis, eductus est, & in uenas acceptus a Simeone, & Anna, gestatus est a Maria, pedibus iter fecit, peregrinatus est, puer fuit, uir factus est per aratrem, omnia habens in seipso in perfectione. In numero annorum reputatus est, in numero mensium in utero gestatus est, factus ex muliere, factus sub legem, progressus est in Iordanem, baptizatus est a Iohanne, non opus habens lauacro, uerum propter consequentiam incarnationis in Lege,

haereses et sectae innumerabiles sunt.

Zaccheus haereticus

Columba unica.

Visio Danielis

Formatio Christi in utero uirginis.

non turbans iusticiam, quo impletur, velut ipse dixit, omnis iusticia, vt ostenderet quod veram carnem induisset, & veram humanitatem. Descendit in aquas, dans magis quam accipiens, exhibens magis quam indigens, illuminans ipsas, potentes efficiens ipsas, in figuram eorum que in ipsis perficienda erat, quod hi qui in ipso credunt in veritate, & fide veritatis habent, discerent quod vere homo factus esset, vere baptizatus esset, atque sic per ipsius ascensum, etiam ipsi venientes acciperent cõdescensus ipsius virtutem, & illuminaturab ipsius illuminatione, certiores fientes per Prophetam dictum, in transmutatione virtutis, in exhibitionem salutis virtutis panis à Hierusalem accepti, & fortitudinis aquæ, ita vt hic fortis facta sit in Christo virtus panis, & fortitudo aquæ, vt ne panis nobis fiat virtus, sed virtus ipsius panis. Et cibus quidem est panis, virtus autem in ipso ad viuificationem est: & non vt aqua nos mundaret solum, sed vt in fortitudine aquæ, per fidem & efficaciam ac spem, & mysteriorum perfectionem, & sanctificationis nomenclaturam, fieret nobis ad perfectionem salutis. Et quod reuersus est à Iordane, & audierit vocem patris presentibus discipulis, ad ostendendum quis esset de quo testimonium præberetur. Et quod Spiritus sanctus in specie columbæ descendit, velut in multis scõditis diximus, vt ne coniunctio putaretur ipsa Trinitas, qui spiritus in propria substantia figuraretur. Inscidit autem Spiritus ac venit super ipsum, vt videretur de quo testimonium præberetur, quod caro sancta chara exilens & accepta Patri, ex Spiritu testimonium ferret, quod Pater approbator esset ac præco aduentus Filii in carne, quod Filius verus conspiceretur, & implet quod dictum est. Post hæc visus est in terra, & cum hominibus conuersatus est. Et quod reuersus à Iordane, manifeste ac vere à diabolo tentatus est, in deserto, & esuriit postea propter consequentiam & veritatem aduentus in carne. Et quod e-legit Discipulos, & prædicauit veritatem, & curauerit morbos, dormierit, esurierit, iter fecerit, Dei signa operatus sit, mortuos excitari, cæcis visum restituerit, claudos & paraliticos fortes fecerit. Et quod prædicauit veritatem, ipsum Euangelium, regnum cælorum, suam erga homines benignitatem, itemque Patris ac Spiritus sancti. Et quod pro nobis passionem subierit in veritate, in carne, & in perfecta humanitate, passus in veritate in cruce, præsertim ipsius Deitate, sed non ad patientiam conuersa, sed à passione aliena & immutabili: ita vt duæ hæc consequentiæ clarè considerentur, in Christo patiente pro nobis in carne, verum passionis exorte manente in Deitate: non homine per se exilente, & per se item Deitate, sed simul presente Deitate, non patiente autem, propter essentia sinceritatem ac incomparabilitatem: patiente autem ipso in carne, & mortem sentiente in carne, viuente verò semper in Deitate, & suscitante mortuos, corpore sepulto in veritate. Et quod exanimis manserit per triduum, sine spiratione ac sine motu, inuolutusque sit in sindone, & depositus in monumento concluso per lapidè & sigillis additis: non conclusa Deitate, non sepulta Deitate, sed simul cum sancta anima descendente ad inferna, et auferente illinc animarum captiuitatem, fragente stimulum mortis, pertumpente claustra & vectes adamantinos, ex oluente dolores mortis in propria potestate, ita vt redierit cum anima, non relicta anima in inferno, quado neque viderit caro ipsa corruptionem quam ipsam deitas semper ipsi præsens excitarit, ita vt resurrexit ipse Dominus & Deus, & verbum ac filius Dei, cum anima & corpore ac vniuerso organo, conuito ipsius organo in Spiritum, ipsum videlicet corpus spirituale existens quod aliquando tactui subiectum fuerat, & flagris traditum, voluntaria Deitatis voluntate, & tentari à diabolo permissum, ac famem sentire, & somnum & ærumnam, tristitiamque ac mœrorè. Ipsum hoc corpus sanctum conuitum est de cetero Deitati, Deitate indefinenter simul presente corpori ipsi sancto talia passo. Surrexit enim, & conuiuio ipsi in seipso in vno Spiritu, in vna vnitatè, in vna glorificatione in vnam sui ipsius Deitatè. Apparuit enim in veritate, & contrectatus est à Thoma, & cù Apostolis cibum accepit, & cohabitauit cum ipsis quadraginta diebus & quadraginta noctibus: Imò ingressus est foribus conclusis, & ingressus ostendit neruos & ossa, typum clauorum, & typum lanceæ, quod ipsum esset verè corpus, & quod coniunctum esset in vnam vnitatem, & in vnam Deitatem, non expectans amplius vt patiat, non amplius moriens, velut sanctus Apostolus ait: Surrexit Dominus, non amplius moritur, mors ipsi non amplius dominatur: passibile impassibile, & passionis exors permanens semper, diuinum cum corpore & anima, & vniuersa humanitate. Et quod ipse Deus existens ascendit in cælos, & sedet in dextera Patris in gloria, non deposito sancto corpore, sed conuito in spirituale, in vniuersa Deitatis perfectione. Quæmodum etiam circa nostra corpora futurum est, quæ nunc seminantur animalia, resurgent spiritalia. Quæ nunc seminantur in corruptione, resurgent in incorruptibilitate. Quæ nunc seminantur in morte, resurgent in immortalitate. Si itaque nostra corpora sic, quæ ro magis illud sanctum & inenarrabile, & incomparabile ac sincerum, & Deo conuitum, quod vnum est de cetero vni formè, velut etiam in hoc testatur Apostolus dicens, Etiam si cognouimus secundum carnem Christum, at nunc non amplius cognoscimus. Non quod diremit carnem à Deitate, sed quod ipsa maneat, & Deo conuita sit, non autem amplius secundum carnem, sed secundum Spiritum, velut ait, sanctificationis, ex resurrectione à mortuis Iesu Christi Domini nostri, hunc simul Deum habens passionis exortem & passum, & sepultum, et qui resurrexit et ascendit in gloria, venturus ad iudicandum vivos et mortuos, velut dicit in veritate. Cuius regni non erit finis. Etenim credit hæc mater nostra, sancta Ecclesia, quæmodum ipsi verè prædicatum est, et verè præstitutum est. Quod obdormiens omnes ac resurgens cum corpore hoc, cum anima hac, cum toto nostro organo, vt vnusquisque recipiat, prout fecit. Quod est resurrectio mortuorum, & iudicium æternum, & regnum cælorum, & requies iustis, & hæreditas fidelium, & tripudium cum Angelis eorum, qui fidem seruauerunt et castitatem ac spem, et Domini mandata. Verè insuper et prædicatum est et certò confirmatum est ac creditur, quod alii resurgent in vitam æternam, et alii in iudicium æternum velut scriptum est in Euangelii. Quæ

Panis est. Virtus panis vni ficat.

Figura spiritus in propria substantia.

Veritas passionis Domini.

Cur surrexit Christus.

Resurrectio Domini.

Resurrectio iusto rui qualis.

cunquæ enim dicit Apostolus & omnes sanctæ Scripturæ, vera sunt: etiam si apud incredulos & male intelligentes aliter accipiantur. At nostra est hæc fides, & hoc præmium & hæc mater nostra Ecclesia, per fidem seruans, & per spem confirmata & dilectione Christi perfecta, in confessione, in mysteriis, in purgatoria lauacri virtute: nempe Euntes baptizate in nomen Patris ac Filii ac Spiritus sancti: in nomen Diuine Trinitatis, in nomenclaturas nullam differentiam habentes, sed quod Deus vnus nobis est et annunciat ac creditus, Pater et Filius et Spiritus sanctus, non vt coniunctio sit Deitas, sed Trinitas vere perfecta, perfectus Pater, perfectus Filius, perfectus Spiritus sanctus. Vna Deitas, vnus Deus. Cui gloria, honor, imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen

Finis Anacephalæoseos, siue Summæ totius Operis Panarii appellati, D. Epiphanii Episcopi, Iano Cornario Medico Physico interprete.

EIVSDEM EPIPHANII LIBELLVS DE MENSVRIS Et Ponderibus, et de Asterisco ac obelo, deque notis ac characteribus in Diuina Scripturæ interpretibus per Origenem vsurpatis, eodem Iano Cornario Medico Physico Interprete.



SI quis voluerit cognoscere multum vsurpatis in Diuina Scripturis partes, de mensuris, inquam, et ponderibus, is Commentariolum hoc euoluere ne cunctetur. Et primum quidem nosse oportet doctrinæ ac sermonis studiosum, quot sint in Prophetiis partes. In decem enim speculationes diuise sunt prophetiæ, hoc modo continentes, doctrinæ, speculationes, exhortationes, minas, luctus, lamentationes, preces, historias, prædictiones. Ad dicitur autem sunt istis prophetiis hæc signa. Y, de depositione prioris populi, de reiectione legis secundum carnem, de nouo Testamento, de gētum uocatione, de Christo, de promissionibus prioris populi, de obsecratione in Diuina Scripturis, de futurorum prænotione. Quandoquidem verò aliqui secundum accētum signauerunt scripturas, etiam de accentibus hæc addemus. Accutus, Craustus, Grauis, Tenuis, Circumflexus, Apostrophus siue auersio, Longus, Subunio, Breuis, Subdistinctio, Dicens item de reliquis signis, & mox de asterisco. Hic asteriscus vbi appositus est, significat verbū quod habetureo loco, in Hebraico positum esse, & haberi apud Aquilam & Symmacum, raro verò & apud Theodotionem. Verum septuaginta duo interpretes omiserunt, & non sunt interpretati, velut talia bis legantur, & ex superfluo repetantur. Proponam autem breue exemplum, ad hoc vt hinc de reliquis cognoscas. In principio Genesis habetur, Væci Adam Saloim Sameothana, quod interpretis velut etiam Aquila sequutus est, Et vixit Adam triginta annos, & noningentos annos. Vnde de septuaginta duo interpretes ex Hebræis originem ducentes, & à teneris vnguibus tum Hebræam, tum Græcam linguam exactè edocti, non solum Hebræam in Græcam Scripturam interpretati sunt, sed etiam vocem in Hebræica lingua dupliciter prolata, claritati inservientes, detraxerunt, & pro eo quod in duobus locis situm est anni nomen, in vno loco eo vti, stridorem putatum in leuitatem transmutarunt, dū dixerunt, Vixit Adam triginta & noningentos annos, & neque defectuosum sermonem fecerunt, sed lectionem etiam claram effecerunt. Id quod in Hebræica lingua per compendium fieri non potest, sicut septuaginta duo dicunt, nempe, Vixit Adam triginta & noningentos annos, neque in Græca sicut Aquila interpretatus est, in superfluo dicens, Vixit Adam noningentos annos & triginta annos. Vides enim o sermonis studiose, quod non decorum exhibet sermoni, non claritati orationis intendens, sed exactæ dictionis repetitioni. Et visum est hoc quibusdam apud septuaginta duos defectuosè positum esse, apud Aquilam verò & Symmachum atque alias editiones defectuosè expressum esse, quod sanè neque apud septuaginta duos defecit. Sed & apud Aquilam, cum malo sono, superfluo positum est, in duobus locis pro vno, hoc est pro voce annos, bis annos & annos. Quapropter in vno loco anni nomen septuaginta duo reliquerunt, Quum autem postea venisset Aquila, & relicta à septuaginta duobus edidisset, visa sunt esse superflua. At vbi postea Origenes, venisset, restituit quidem vnicuique loco deficientem dictionem, apposuit autem ipsi asteriscum, non quod necesse esset omnino requiri dictionem, superflua enim est, sed vt ne permitteret Iudæis & Samaritis reprehendere Diuinas Scripturas in sanctis Ecclesiis, quum nulla res sit reprehensione digna contra fidem, in remotis dictionibus. Sunt enim superflua, & bis repetita, velut ex ipsa lectione didicimus de Adam & ipsius vita. Quare vel ex breuissimo sermone, etiam reliquis orationibus instare poteris, vbi asterisci apposti sunt. Quod verò & hoc discas, quapropter asteriscos his sermonibus apposuit, luculenter, & hoc dicemus. Nosti hoc o auditor, quod in firmamento cæli asteres & stellæ sunt, etiam si a nubibus aut sole occultentur. Hoc consilio etiam is, qui asteriscos apposuit, vsus est, vt tibi uideatur, quod dictiones quibus apposti sunt asterisci, fixæ quidem sunt in Hebræico contextu, uelut stellæ in firmamento, occultatæ uerò sunt a septuaginta duorum interpretatione, uelut stellæ a nubibus occultantur. Atque hæc est asterisci ratio. At uerò obeli res hoc modo se habet. Obelus est, qui hic appositus est X, et scribitur similiter uelut appellata linea. Obelus autem appellatus est iuxta Atticam vsurpationem, aliis autem uocatur hasta, hoc est lan-

Accentura ratio.

Asterisci significatio.

Tempus vite Adg.

Asterisco rui notatio.

Obelivatio.

cca. Appositus est autem dictionibus Diuine Scripturæ apud septuaginta duos interpretes positus, que apud Aquilam & Symmachum non habentur. Nam septuaginta duo interpretes has dictiones à seip-
 sis apposuerunt, non frustra, sed potius in utilitatem. Quum enim ad defectuosas dictiones, illa appo-
 fuerint, lectionem ad claritatem deduxerunt, vt credamus nos, etiam participes ipsos factos fuisse Spi-
 ritus sancti. Quorum enim nullus vsus erat, ea repetere omiserunt, vbi verò claudum videbatur verbum
 esse in Græcam linguam translatum, illic additionem fecerunt. Admirari porro licet ob hoc, & mini-
 me audere reprehensionem inferre, sed potius laudem, quum pius homo intelligat ex Dei consilio sic
 factum esse. Quum enim septuaginta duo numero essent, & in Pharia insula, superna terra appellata, è
 regione Alexandria, in triginta ac sex domunculis, par & par in domunculas, à matutino vsque ad
 vesperam conclusi, & vesperi in triginta sex nauiculis in Ptolemæi Philadelphi palatium transeuntes,
 & cum ipso cibum capientes, & par ac par in cubiculis triginta sex dormientes, vtne quid inter se con-
 ferrent, sed incorruptè interpretarentur, sic vitam degebant. Prædictas enim triginta sex domunculas
 nominatus Ptolemæus construxit in vltiore parte in insulâ, ipsasq; duplices fecit, & duos ac duos,
 velut dixi, inclusit, & pueros duos ministros simul cum ipsis inclusit, opsonii parandi ac ministrandi
 gratia, vnâ cum velociter scribendi peritis. Sed neque fenestras domunculis illis ex parietibus fecit, sed
 superne ex domibus lucem introduxit. Illi verò sic degentes à matutino vsque ad vesperam claustris cõ-
 clusi, hoc modo interpretati sunt. Singulis autè paribus vnus liber tradebatur, verbi causa, Liber crea-
 tionis mundi binis, Exitus Filiorum Israel aliis binis, Leuiticus aliis binis, & sic deinceps alius Liber a-
 liis. Atque sic viginti septem libri electi receptique ac genuini, verum viginti duo, iuxta alphabeti apud
 Hebræos ordinem numerati, conuersi sunt. Viginti enim & duo habent elementorum nomina, quin-
 que verò sunt ex ipsis quæ duplicantur. Caph enim duplex est, & Mem, & Nû, & Phe, & zadic, Qua-
 propter etiam libri iuxta hunc modum, viginti quidem duo numerantur, verum viginti septem repe-
 riuntur, eò quod quinquè ex ipsis duplicantur. Connecitur enim liber Ruth Iudicibus, & numeratur
 apud Hebræos vnus Liber. Connecitur primus Paralipomeno secundo, & dicitur vnus Liber. Conne-
 citur primus Regnorum secundo, & dicitur vnus liber. Connecitur tertius quarto, & dicitur vnus Li-
 ber. Connecitur primus Esdræ secundo, & dicitur vnus Liber. Sic igitur compositi sunt libri in operũ
 quinariorum quatuor, & manent alii duo extra hunc ordinem, vt sint Libri genuini hoc modo, quinquè
 legales, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Hic est primus Quinariorum, qui & Legis
 latio. Deinde alter quinariorum habet appellatas Scripturas, & ab aliquibus vocata Sancta scripta, & sũt
 hæc, Iesus Naue, Liber Iudicum cum Ruth: primus Regnorum cum secundo, tertius Regnorum cum
 quarto, Primus Paralipomenon cum secundo. Tertius dein quinariorum, habet veru scriptos libros, Li-
 brum Iob, Psalterium, Prouerbia Solomonis, Ecclesiasten eiusdem, Cantica cantuorũ eiusdem. Quar-
 tus quinariorum est postheticus. Duodecim Prophete liber vnus, Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel. Mā
 ferunt autem extra hunc ordinem alii duo libri ipsius Esdræ, qui pro vno reputantur, & alius li-
 ber Esther appellatus. Impleti igitur sunt viginti duo libri, iuxta numerum viginti duorum elemento-
 rum apud Hebræos. Nam duo libri versus scripti, Solomonis Sapientia, Panaretus ab omni virtute ap-
 pellata, & Sapientia Iesu Filii Sirach, & nepotis eius Iesu, qui sapientiam illam Hebraicè scripsit, ita vt
 nepos ipsius eam interpretatus Græcè scripserit, vtiles quidem sunt & commodi, sed in numerum re-
 ceptorum non referuntur. Quare neque in Aaron, neque in Testamenti arcam repositi sunt. Sed & ne
 que hoc te lateat o studiose, quod Hebræi Psalterium distinxerunt in quinque Libros, vt etiam ipsum
 alius sit quinariorum. A primo enim Psalmo vsque ad quadagesimum, vnum librum fecerunt. A quadra-
 gesimo verò primo vsque ad septuagesimum primum, secundum librum, à septuagesimo secundo vs-
 que ad octogagesimum octauum, tertium, ab octogagesimonono vsque ad centesimum quintum, quar-
 tum librum, à centesimo sexto vsque centesimum quinquagesimum, quintum librum fecerunt. Vnum
 quemque enim Psalmum habentem in fine, Benedictus Dominus, fiat, fiat: finem libri esse statuerunt
 Inuenitur autem hoc & in quadagesimo, & in septuagesimo primo, & in octogesimo octauo, & in ce-
 ntesimo quinto. Verum in fine quinti Libri, pro Benedictus Dominus, fiat, fiat, positum est, Omnis Spi-
 ritus laudet Dominum. Alleluia, Hi itaque viginti ac septem Libri, qui viginti duo numerantur, cum
 Psalterio, & his, quæ in Hieremia sunt, Lamentationibus, inquam, ipsis, & Epistolis Baruch, etiam si nõ
 habeantur Epistolæ apud Hebræos, sed solum Lamentationes Hieremiæ coniunctæ, eo quo diximus,
 modo conuersi sunt in Græcam linguam, per circuitum singulis paribus interpretum traditi, & à pri-
 mo pati secundo, rursus a tertio, atq; sic peruenerunt ad nos singuli sexies ac trigiesies conuersi, velut fama
 refert. Postquam verò absoluti fuerunt, consedit Rex in throno alto, iteque triginta sex Lectores, haben-
 tes vnusquisque libri triginta sex conuersa exemplaria, ita vt vnus haberet libri Hebraici exemplar, &
 vnus ex lectoribus legeret, & alii se continerent, & attendere, an inueniretur dissensio. Verum mira-
 bile est opus Dei ad hoc, vt cognosceretur, quod illi Viri donum Spiritus sancti habentes consense-
 runt in deserto, & vbi apposta erat dictio vel verbum, id ipsum ab omnibus appositum repertum est,
 vbi verò detraherant, omnes æqualiter detraxisse comperti sunt. Et quæ quidem detraxerunt, his non
 est opus, quæ verò non sustulerunt, his opus est. Quò verò manifestum tibi fiat id, quod dictum est, quod
 mirabiliter iuxta Dei dispositionem & ex consonantia Spiritus sancti concorditer interpretati sunt, &
 inter se non dissenserunt, exhibebo tibi per longiorem tractationem euidenter de hac demonstra-
 tionem, quò hinc edoctus ac persuasus nostram collaudes orationem. In centesimo quadagesimo Psal-
 mo haberetur in Hebraico sic, Adonai Elecha Carithi Ismael icbbita acol, quæ interpretari potes, Domi-
 ne clamaui ad te, exaudi me, intende voci. Vide igitur, quomodo claudum reperitur. At septuaginta duo
 inter-

Septuaginta duo interpretes quomodo vixerint.

Librorum Diuine Scripturæ apud Hebræos ratio.

Psalterii libri quatuor.

Librorum Veteris Testamenti distinctio.

Adonai significatio.

interpretes addentes hoc, Precationis meæ, clauditionem ex versu exemerent, & interpretati sunt, Do-
 mine clamaui ad te, exaudi me, intende voci precationis meæ. Et vide, quomodo probè correctus can-
 nitur psalmus. Proinde ex breuissimo verbo cõsidera similia, quæ vbiq; ab iisdem interpretibus per ad-
 ditionem apposta sunt. Bene enim verba eiusmodi apposta sunt, ad locutionem & utilitatem gentiũ,
 ad fidem Dei ducendam, & adepturam vitæ hæreditatem ex Diuinis Scripturis veteris testamen-
 ti. Eodem vero modo etiam Origenes rectè fecit, & de obelo indicauit, vtinam autem & alia sic bene
 fecisset. Nam sex interpretationes, & Hebraicam Scripturam Hebraicis elementis atque ipsis verbis in
 vna columna composuit, & aliam columnam ex aduerso apposuit, per Græcas quidem literas, Hebrai-
 cas verò dictiones, ad intelligentiam eorum, qui non nouerunt Hebraica elementa, quo per Græca
 Hebraicæ lingue vim cognoscerent. Atque sic in appellatis ab ipso Hexaplis & Octaplis, duas Hebrai-
 cas columnas, & sex columnas interpretum alternatim collocans, magnam utilitatem cognitionis stu-
 diosis exhibuit. Vtinam verò & in operum suorum scriptis non excidisset, & seipsum ac mundum ini-
 iuria effecisset, dum male docuit de fide, & plurimas Scripturas male interpretatus est. Cæterum de o-
 bello rursus repetam narrationem. Diximus, quod obelus hasta dicitur, est autem gladius, ad eadem fa-
 ciendam paratus. Vbi igitur dictio reperitur apud septuaginta duos posita, quæ in Hebraico non habe-
 tur, ea ex obeli nota ipsi dictioni opposita indicatur, quod sublata est ex geniali loco, aut Scripturæ pa-
 nimento, vt quæ non sit in Libri loco. Et hæc quidem de asterisco & obelo recensui. Deinceps etiam
 de Lymnisco & Sublimisco dicendum est. Lymniscus igitur sic velut propositum signum habet
 scriptus, — linea est vna in medio duorum punctorum aut notarum posita, ita vt vnus punctus
 supernè sit, alter inferne. Hunc apud Medicos ex naturæ ratione inuentum ac appellatum esse dicunt
 ex corporis chirurgia, dum duæ simplices sectiones diducuntur, siue secantur, ita vt inter duas sectio-
 nes incisus loci, corpus disparatum achians, iuxta vtrasque simplices sectiones obeli figuram exhibeat,
 dum linamentum in dicitur, hoc est litoleum detritum, in tenuem ac longam formam confectum, im-
 mittitur ex vna sectione, & pertransit in alteram. Quare Lymniscus ab ipsis Medicis bene appellatus
 est, eò quod linamentum, in loci humoribus immersum, velut inundet, ac restagnet. Quapropter etiam
 huius notæ figuram Diuinis scriptis Origenes apposuit, vt quando raro alicubi inueneris in Septua-
 ginta duorum interpretatione dissonantem dictionem, non tamen expressam, neque appositam simi-
 libus ipsi dictionibus: cognoscas quod ab vno pari aut duobus hæc dictio conuersa est, propter appo-
 sita duo puncta. Appellatur autem hæc, simul vtraque, aut similia. Quò verò & hoc tibi clarum sit ac
 facile perceptum, etiã de hoc dicam. Quum inueneris velut in septuagesimo Psalmo, habetur: Os me-
 um annuntiabit iusticiam tuam, annuntiabit iusticias tuas. Rursus in septuagesimo optimo Psalmo, Et
 honorabile nomen eorum coram ipso. Verum pro hoc præpositum est, Et honorabile nomen eorum
 in oculis ipsius, Atque sic in multis locis inueneris, quum nihil sit defectuosum, neque alteratum, sed
 idem sit diuersè nominatũ, vt non sit expressum, sed vtroque modo legatur, id quod per Lymniscum in-
 dicatum est, quod ab vno pari aut duobus conuersa sit dictio, & apud ipsos reperitur. Et hæc de Lym-
 nisco diximus, eodem autem modo & de Sublimisco declarabimus. Sublimiscus itaque, tale est sig-
 num — simplex, videlicet linea obeli figuram habens, & subiectum habens punctum, siue notam, v-
 bi igitur inueneris tale signum, sublimisco ipsum esse putes. Vm verò hanc habet, vbi enim inuenit
 fuerit ad dictionem aliquam appositus, indicium est ab vno pari interpretum prolatum esse sermonè,
 velut vnum punctum indicat, & habet hic se vtroque modo aut consimiliter dictioni, cui incumbit.
 Hæc est de asterisco & obelo, limniscoque ac sublimisco ratio, o studiose. Oportet autem nos etiã
 de ipsorum, de quibus diximus proposito dicere. Vtilis enim fuerit tibi horum cognitio, ex ipso tracta-
 tu narrationis de ipsis ostendens, quis, vnde & quando, & cuius generis vnusquisque ipsorum fuit, &
 quæ fuerit ipsi interpretandi causa. Et primi quidem interpretes eiusdem Diuinæ Scripturæ fuerunt,
 ex Hebraicâ lingua in Græcam septuaginta duo Viri, qui eandem primam interpretationem tempore
 Ptolemæi Philadelphi interpretati sunt, & electi fuerunt è duodecim tribubus Israel, ex singulis tribu-
 bus sex Viri, velut tradidit Aristæus in Libro suo. De quibus sanè item que de aliis, hoc est, de Aquila
 & Symmacho ac reliquis, partim superius tractauimus, in asterisci ac obelli mentione, hic verò etiam
 causas declarabimus. Nam qui post primum Ptolemæum secundus regnauit in Alexandria, Ptolemæus
 appellatus Philadelphus, studiosus & linguarum ac doctrinæ amator fuit, qui bibliothecam in eadem
 urbe Alexandria construxit, in regione Bruchia appellata, & est hæc pars eiusdem urbis nunc deserta.
 Tradidit autem curam eiusdem Bibliothecæ Demetrio Phalareno, mandato dato, vt omnes vbiq;
 terrarum libros congregaret. Scripsit item Epistolas, & rogauit singulos terræ Reges ac Magistratus,
 vt ne cunctarentur demittere Poetas & Scriptores, Rhetorumque ac Sophistarum, & Medicorum &
 Medicosophistarum, & Historiographorum ac reliquorum libros. Quum autem res procederet, & li-
 bri vndiquaque accumularentur, interrogauit Rex eum, cui bibliothecam commiserat, in quadam die
 quot nam essent libri in bibliothecam collecti. Ille verò Rex respondit, iam quidem, inquit, sunt
 quinque milia quatuor milia librorum, & octingenti plus minus. Audiuius autem adhuc magnam
 multitudinem in mudo esse, apud Aethiopes & Indos, Persasque ac Elamitas & Babylonios, Assyrios,
 item ac Chaldaeos & Romanos ac Phœnices, Syrosque ac eos qui in Græcia adhuc nondum Romani
 appellantur, sed Latini. Sed & apud Hierosolymam in Iudæa sunt Libri Diuini Prophetarum, docentes
 de Deo & mundi creatione, & alia omni vtili doctrina. Si igitur videtur hoc potentia tua o Rex, vt &
 hos accersas, scribe Doctoribus in Hierosolymis, & transmittent tibi, quo etiam eosdem libros in eadẽ
 pietatis tuæ Bibliotheca reponamus. Tunc itaque scribit Rex epistolam hoc modo. Rex Ptolemæus Iu-
 dij

Origenis aus.

Hexapla & Octapla.

Lymnisci nota.

Sublimis nota.

Interpretes sacre scripturæ.

Aristæus scriptor.

Ptolemæi Philadelphi bibliotheca.

Epistola Ptolemæi ad Iudæos in Hierusalem. dais Doctoribus in Hierosolymis multum gaudii. Bibliothecam construxi, & multitudinem librorum ex singulis gentibus collectam, in ipsa reposui. Quum autem audiverim, quod etiam apud vos habentur libri Prophetarum, de Deo & mundi creatione tractantes, etiam hoc cum aliis consecrare concupiscens, scripsi, quod hos nobis mitteretis. Quod enim honoris gratia, & non ob curiositatem, neque malignitatem, huius rei cupidus sim, sed fidei gratia, & amoris erga vos hanc petitionem faciam, ex flos tra erga vos benevolentia, si in memoriam revocaveritis, scietis. Meministi sane, quod captivos multos ex patria vestra abductos, & in Aegyptum, nostram patriam perductos dimisi, idque cum multis viaticis, & non vulgari cura ipsorum habita, liberos dimisi, sed & percussos ac sauciatos sanos remisisti, & nudos induisti. Sed & nunc mensam auream preciosissimis lapillis exornatam, ponderis centum talentorum, pro mensa accepta a sancto loco Hierosolymorum demisi, vna cum donis & preciosis thesauris reponendis in loco sancto. Horum itaque narrationem feci, quod cognoscatis, quod ex voto ac pietate libros peto. Et epistola quidem demissa est, iramque dona missa. Ipsi vero accipientes epistolam, & dona benignè, valde gauisi sunt, & prædictos iam à me libros, promptè aureis literis Hebraicis transcripsit demiserunt, viginti duos genuinos, septuaginta vero duos apocryphos, At verò Rex adepsus libros, & egere non potens, quum elementa Hebraica essent, & in Hebraica lingua conscripta, alteram Epistolam scribere ad ipsos cogitur, & petere interpretes, qui possint ipsi libros interpretari in Græcæ linguam, per Hebraicam. Habuit autem Epistola hæc Ptolemæus Rex, Pietatis doctoribus in Hierosolymis multum gaudii. Theauri occulti, & fontis obsignati, quæ est utilitas in vtrisque? Sic etiam librorum à vobis ad nos missorum doctrina se habet. Quum enim nos non possimus legere horum literas, nulla erit nobis hinc utilitas. Verum dignemini interpretes nobis mittere, exactè eruditos in Græcæ ac Hebraicæ lingua. Tunc electis septuaginta duobus interpretibus, miserunt ipsos Hebræorum Doctores, iuxta formam quam aliquando fecit Moses, quando ascendit in montem ex Domini præcepto, quum audisset, Assume tecum septuaginta viros, & ascende in montem. Ipse verò propter pacem in tribubus seruandam, ut ne ex aliquibus acciperet quinque viros, ex aliis sex, & seditionem in tribubus excitaret, excogitavit potius, ut septuaginta duos assumeret, & numerum augeret. Eodem sanè modo, velut dixi, etiam hos miserunt, qui interpretati sunt libros in Pharia appellata insula, quemadmodum supra diximus. Et sic libri in linguam Græcæ translati, repositi sunt in prima bibliotheca in Bruchio edificata. Postea verò etiam altera facta est bibliotheca in Serapio minor priore, quæ & filia ipsius nomi nata est. In qua repositi sunt Aquilæ & Symmachii & Theodotionis ac reliquorum translationes, post ducentimum ac quinquagesimum annum. Nam post primum Ptolemæum filium Lagi, qui regnavit annos quadraginta, Ptolemæus hic Philadelphus, cuius tempore septuaginta duo interpretes interpretati sunt, dominatus est annos triginta octo. Post quem Ptolemæus Evergetes annos viginti quatuor, Post quem rursus Ptolemæus Philopator annos viginti unum, Post quem Ptolemæus Epiphanes annos viginti duos. Deinde Ptolemæus Philopator alius annos triginta quatuor. Postea Ptolemæus Philologus & Evergetes annos viginti novem, Ptolemæus Soter annos quindecim, Ptolemæus, qui & Alexander, annos duodecim, Ptolemæus, Alexander frater, qui à matre expulsus est, annos octo, Ptolemæus Dionysius annos triginta unum, Cleopatra, Ptolemæi filia annos, triginta duos, quæ sanè Antonio coniuncta fuit, & ab Octavio Rege superata. Itaque à primo Ptolemæo filio Lagi usque ad Cleopatram, anni sunt trecenti sex. A decimo septimo verò anno Ptolemæi Philadelphii, cuius tempore eodem anno septuaginta duo interpretati sunt usque ad Cleopatram, anni sunt ducenti quadraginta novem. Et cessaverunt regnare Lagide, à Lago videlicet deducti Ptolemæi, qui equestre certamen in Alexandria constituit, ac Lagion appellavit. Deinde Romanorum Reges regnaverunt, Augustus annos quinquaginta sex, cuius regni anno quadagesimo secundo, Dominus noster Iesus Christus secundum carnem natus est. Tiberius annos viginti tres, cuius anno decimo octavo, Christus crucifixus est. Caius annos tres, menses novem, dies vigintinovem. Claudius annos tredecim, menses duos, minus duobus. Nero annos tredecim, menses septem, dies vigintiseptem. Galba menses septem, dies vigintiseptem. Orho menses tres, dies quinque, Vitellius menses octo, dies duodecim. Vespasianus annos novem, menses septem, dies duodecim. Titus annos duos, menses duos, dies duos. In hoc tempore facta est desolatio Hierosolymorum post sexagesimum quintum annum crucifixionis christi, & aliquot dies. Domitianus annos quindecim, & menses quinque. Nerva annum unum, menses quatuor. Traianus annos decem & novem, Adrianus annos vigintinum, cuius anno duodecimo Aquila notus fuit. Ab Augusto igitur usque ad Adrianum anni centum octoginta sunt, menses quatuor, minus diebus novem, ut sunt à tempore septuaginta duorum interpretum, usque ad Aquilam interpretem, siue ad duodecimum Adrianum annum, anni quadraginta triginta, menses quatuor. At verò hic Adrianus læsus corpore, vniuersam multitudinem medicorum sub regno suo accersivit, & corporis sui medellam ab ipsis petiuit. Verum illi multo labore insumpto ac nihil efficientes, ab ipso subannati sunt, ut etiam epistolam contra ipsos scripserit exprobratricem, & attem ipsorum culpantem, velut nihil scientem morbi ipsi incumbentis gratia, proficiscitur itaque in Aegyptiorum terram.

Titus Vespasianus. Oporebat autem ipsum à Romanorum terra eò proficiscentem, has vrbes inuisere, erat enim vir multificus. Pertransiit itaque Antiochi vrbe, transiit cauam Syriæ, & Phœnicæ, & venit in Palestinam, quæ & Iudæa appellatur, post annum quadagesimum septimum deuastationis Hierosolymorum, & ascendit in Hierosolymam famosam ac celebrem vrbe, quam euerit. Titus Vespasiani filius, secundo regni sui anno, & reperit civitatem totam solo adæquatam, & templum Dei conculcatum, exceptis paucis domibus, & Ecclesia Dei, quæ parua erat, eò loco vbi reuerfi discipuli quado Saluator assumptus est ab Oliveto,

ueto, ascenderunt in cenaculum. Illic enim edificatum fuerat, hoc est in parte Sion, quæ à deuastatione relicta erat, & partes domiciliorum circa ipsam Sion, & septem synagoga, quæ sole in Sion itabant velut tuguria. Ex quibus vna relicta fuit usque ad tempus Maximonæ episcopi, & Constantini regis, velut tentorium in vinea, velut scriptum est. Itaque animo verfat Adrianus extruere vrbe, non tamen templum. Et adeptus Aquilam, hunc prædictum interpretem, qui Græcus erat, & locum ipsius à Sinope Pontiorum, constituit ipsum illic operatum extruendæ vrbis præfectum. Imposuit autem vrbi proprium suum nomen, & regii nominis appellationem. Sicut enim ipse Alius Adrianus nominatus erat, sic etiam civitatem Eljam nominavit. Itaque quum Aquila degeret in Hierusalem, & videret discipulos discipulorum ipsorum Apostolorum florentes fide, & magna signa operantes sanationum & aliorum miraculorum. Erant enim reuerfi ab vrbe Pella in Hierusalem, isthique docebant. Quum enim vrbs Hierosolymorum capienda esset, præmoniti fuerunt omnes discipuli ab angelo, ut migraret ab vrbe funditus perdenda. Hi itaque transmigrarunt & habitauerunt in prædicta vrbe Pella ultra Iordanem, quæ ex decem vrbiu numero esse dicitur. At post deuastationem Hierusalem reuerfi, velut dixi, multa signa perficiebant. Aquila igitur mente compunctus, Christianismo credidit, & quum perisset progressu temporis signaculum in Christo, id ipsum assequutus est. Quum autem à primo suo habitatu non discederet, à credendo videlicet vanæ Astrologiæ, quam exactè edoctus erat, sed quotidie positionem nauitatis suæ spectaret: redargutusque à doctoribus, & increpatus ea gratia, se non corrigeret, sed potius contentiosè opponeret, & non consistentia confirmaret, fatum videlicet & narrationes de ipso, expulsus est rursus ab Ecclesia, velut inutilis ad salutem. Ex quo facto amarulentiam, velut ignominia affectus, mente concepit, & ad emulationem elatus est, & abnegato Christianismo ipsiusque vita, profectus sit, & circumciditur Iudæus. Atque tunc laborioso studio tradidit seipsum ad discendum Hebræorum linguam, & ipsorum elementa. Vbi verò hanc summè didicisset, interpretatus est non recta rationatione vsus, sed quo aliqua ex receptis libris peruerteret, intrus in septuaginta duorum interpretationem, ut testimonia de Christo in scripturis prolata aliter ederet, propter confusionem, quam subiuit ob temerariam suam excusationem. Atque hoc modo sit secunda huius interpretatio, post numerum tantorum temporum, velut superius scripsimus. Poteramus porro, o dilecte, etiam adulteratas ab ipso dictiones recensere, quæ ex interpretatione ipsius ipsum redarguunt, verum quum iam de horum differentia supra narrauerimus, visum est nobis hæc sufficere. Cæterum post hunc Aquilam & eius interpretationem, succedit Adriano in regno Antoninus appellatus Pius, & regnat annos vigintiduos. Huic succedit Caracallus, qui & Geta, & Marcus Aurelius Verus dicebatur, & regnat annos septem. In ipsius autem temporibus etiam Lucius Aurelius Commodus regnat eisdem septem annos, Pertinax autem menses sex, Severus annos octodecim. Huius temporibus Symmachus quidam Samaritanus ex numero Sapientum apud ipsos, quum non reperisset fidem apud propriam gentem, principatus studio ægrotans, & contra propriam tribum indignatus, accedit ad Iudæos, ac sit profelytus, & circumciditur secundum circumcissionem. Et ne mireris de hoc optime auditor, contingit enim hoc. Qui enim à Iudæis ad Samaritanos profugiunt, rursus circumciduntur, similiter & qui à Samaritanis ad Iudæos transfugiunt. At hoc adhuc grauius est, quod etiam à circumcissione præputiati sunt, arte quadam medica, per instrumentum attractorium Spathisterem appellatum, infernam membrorum cuticulam attrahi si nentes, futuramque admittentes, & glutinatoriis circumdatis, præputium rursus superinducunt. Habes & testimonium apud sanctum Apostolum, vbi hæc verba hoc modo dicit, Circumcisus aliquis vocatus est? ne attrahatur ipsi præputium. In præputio aliquis est? Ne circumcidatur. Hanc autem traditionem diabolici inuenti, Esau fratrem Iacob reperisse aiunt, ad abnegationem Dei, & ad delictionem characteris patrum ipsius. Quapropter aiunt Deum dixisse, Odio habeo ipsum Esau: Iacob verò dilexi. Hic itaque Symmachus ad peruerfionem interpretationum apud Samaritanos, tertiam edidit interpretationem à se conuictam. Post hunc autem mox sequenti progressu temporis, hoc est, circa Secundi Commodi regnum, qui regnavit post prædictum Commodum Lucium Aurelium, annos tredecim, Theodotion quidam Ponticus, ex sectatoribus Marcionis hæresiarche Sinopitæ, insensus & ipse illius hæresis, & ad Iudaismum declinans ac circumcisus, & Hebræorum linguam ipsorumque elementa edoctus, priuatim etiam ipse interpretationem edidit, & pleraque consonanter cum Septuaginta duobus edidit. Habebat enim hic plurima exercitia ex consuetudine septuagintaduorum. Proinde sit ipse studiosè, Iudæus huius causæ, apud quos potius veritas reperitur, apud hos tres, Aquilam, inquam, & Symmachum ac Theodotionem, qui non simul fuerunt, sed quisque seorsum, & in tempore ac loco inter se disparati, & non multi, sed tres solum, & non potuerunt inter se consentire? Aut apud septuaginta duos, qui primi sub vno tempore fuerunt & interpretati sunt, & in triginta sex partes iuxta præceptum regium diuisi fuerunt, et sine inuicem inter se collatione, ex Spiritu sancto sub vno consensum rotam interpretationem ediderunt, et vbi appositione opus fuit, sermonis gratia apposuerunt, et consonanter inter se consenserunt ac ediderunt, et hoc, quum ignorarent quid quisque per se interpretaretur. Vbi verò rursus verborum reiectione opus fuit, æqualiter reiecerunt, & concinne interpretati sunt, velut omnes simul in vno loco confedissent, & per mutuum collationem interpretati essent. Manifestum profectò est quod in septuagintaduobus veritas reperitur. Quare cognitu facile fuerit hoc his, o di, qui ex veritatis studio expendere vulerint, quod non solum interpretes illi fuerunt, sed etiam ex parte Prophetæ. Quibus enim non erat opus ad interpretationem, ea omiserunt, quæ sanè postea in suis locis Origenes asteriscis insigniuit. Similiter autem & apposita non detraxit, gnarus quod ipsis magis esset opus, sed cum obelis prout singula reperit, reliquit, indicans solum per obelum, cognitionem lectionis eius loci. At verò per liminifcos similiter indicauit eorum, quæ apud quosdam ex septuaginta duobus

Discipuli à postulo rati in Pella fugiunt.

Ratiocinatio inepta

Symmachii interpretatio.

Præputii resecti ratio.

Theodotionis editio.

Tralationes veteris testamenti.

bus interpretibus simul vtraque inueniantur, declarationem, quum id rarò contingat, vt pauca dictio- nes non dissimiles sint, sed similes & eandem vim habeant, vclut verbi causa, pro locutus est, dixit: aut pro venerat, venit. Et hæc quidem de quatuor interpretationibus tibi scripsimus. De quinta verò & sexta editio- ne non habeo quod dicam, qui, aut vnde fuerint interpretes, nisi hoc solum, quod post persecu- tionem regis Seueri, quinta inuenta est in dolis in Hiericho occultata, temporibus filii Seueri, qui ap- pellatus fuit Caracallus, & Geta. Etenim consequenter ab Antonino Pio tempus eorum qui regnaue- runt, hanc successione habuit. Post Antoninum Pium regnavit Marcus Aurelius Antoninus, qui & Verus, annos decem & nouem. Post hunc Commodus alius regnavit annos tredecim, cuius tempore Theodorionem cognitum esse diximus, qui quartam interpretationem edidit. Huic Commodus suc- cedit Pertinax, & regnavit menses sex. Huic succedit Seuerus cum filio suo Antonino, & regnauerunt annos octo decem. Mortuo autem Seuero, succedit in principatu Antoninus filius ipsius qui & Geta, & Caracallus aliàs appellatus fuit, & regnavit annos septem. In septimo autem ipsius anno inuenti sūt libri quintæ editionis in dolis in Hiericho occultati cum aliis libris Hebraicis ac Græcis. Caracalla au- tem succedit Antoninus alius, qui regnavit annos quatuor. Post hunc regnavit Alexander filius Mamae annos tredecim. In medio horum temporum inuenta est sexta editio, & ipsa in dolis occultata in Ni- copoli ad Orientem sita. Post hunc regnavit Maximianus annos tres. Huic succedit Gordianus, & reg- nauit annos sex. Post hunc regnavit Philippus annos septem. Huic successit Decius, & regnavit annum vnum, menses tres. In temporibus autem Decii Origenes cognitus fiebat, floruitque à temporibus De- ci vsque ad Gallum, & Volusianum, atque vltra. Cæterum in persecutione à Decio facta, martyrium subiit Babylas in Antiochia, Fabianus Romæ, Alexander Episcopus Hierosolymorum in Cæsarea. Sed & ipse Origenes multa passus, ad finem martyrii non peruenit. Verum delatus in Cæsaream Stratonicæ & conuersatus in Hierosolymis modico tempore, deinde progressus in Tyrum, ad annos vigintiocto velut fama refert, & vitam exercuit, & Scripturas interpretatus est, quando etiam hexapla, & duas He- braicorum columnas ex aduerso inter se conferendas composuit, hexapla nominans libros, velut su- præ perlongum à me dictum est. Quum verò inuenisset quinto & sextæ editionis libros eo quem dixi- mus modo, & non sciret qui essent interpretes ipsorum, quo tempore inuenti essent, vnam ex his edi- tionem consequenter ad priores quatuor adiecit, & quintam appellauit, inscriptione facta per quintam literam quinarium numeri significatricem, atque sic nomen eius declarauit. Eodem modo senarii nume- ri notam inscribens, ei editioni quæ postea inuenta est, sextæ interpretationis nomen indicauit. Sed & artificiosè hoc peregit, id quod aliqui ex studiosis ignorant. Quum enim incidit in hexapla aut octa- pla, quatuor enim sunt Græca, quando Aquilæ & Symmachi, & septuaginta duorum, & Theodotionis interpretationes coniunctæ fuerint, vbi autem quatuor hæc columnæ duabus Hebraicis abiectæ fuerint Hexapla appellantur. Si verò etiam quinta ac sexta interpretatio coniunctæ fuerint ad illas consequen- ter, Octapla vocantur. Quidam igitur quum in hos libros, velut dixi, incidunt, & inueniunt duas He- braicos primum positos, post hos verò Aquilæ interpretationem locatam, deinde Symmachi, post se- ptuaginta duorum, postquam Theodotionis locata est, & consequenter quinta & sexta, putant primos interpretatos esse Aquilam ac Symmachum, ante septuaginta duos, iuxta ordinem locationis, id quod non est, sed Origenes sciens septuaginta duorum editionem exactam esse ac sinceram, ipsam in medio locauit, quòd hinc atque hinc positas interpretationes redargueret. Hoc autem solum Origenes vtiliter fecit. Quòd verò etiam Romanorum regum successione, velut facere incipimus, non relinquamus, tur- sus aliorum regum successiones prout quisque regnavit, subiiciemus. Post Gallum & Volusianum præ- scriptos, qui regnauerunt annos duos, menses quatuor, regnavit Valerianus & Galienus ad annos duo decim. In nono igitur horum imperii anno ascendit Manes siue Manichæus à Perside, quando etiam ad Archelaum episcopum Cæscharorum Mesopotamiæ disputationis gratia venit, & superatus laten- ter aufugit, & delatus in Diodoridem vicum in vicinia Cæscharorum, vbi disputationem aduersus san- ctum presbyterum Tryphonem instituit, perfectè ab ipso confusus est. Quare & populus lapidibus ipsum obruisset, nisi ab Archelao episcopo liberatus fuisset. Itaque in Persidem reflexit, & iussu regis harundine excoriatus est, atque sic vitam finiuit. At post Valerianum & Galienum regnavit Claudius annum vnum, menses nouem. Huic successit Aurelianus, & regnavit annos quinque menses sex. Post hunc regnavit Tacitus menses sex. Post hunc Probus annos sex, menses quatuor. Post hunc regnavit Car- rus cum filiis Carino & Numeriano annos duos. Post hunc Diocletianus cum Maximiano & Constan- tio, annos tredecim. Quorum tempore magna persecutio fuit, quæ duodecim annis durauit. Quum au- tem cessasset persecutio, regnavit Diocletianus alium vnum annum, & deposuit regnum, veteranum ac priuatum agens. Maximianus autem fato malo ex oculorum lippitudine laborauit, et in corporis mor- bum illapsus, priuatus est oculis, spontaneo morbo, quo modo martyres affecerat, et sic vitam finiuit, re- licto Licinio ac Constantino regibus. Quibus vita defunctis, successit Constantinus ille beatus, qui re- gnauit annis triginta duobus. Et hic mortuus, proprios filios reges reliquit, Constantem, et Constanti- um ac Constantinum. Post quos regnavit Iulianus, et Iouinianus, & Valentinianus Magnus, & Va- lens frater eius, & Gratianus filius Valentiniani, & Valentinianus Iunior, filius Valentiniani, fratres Gratiani, & Theodosius piensissimus rex, & Arcadius filius eius, & Honorius clarissimus frater eius. Quorum anni vsque ad Arcadii consulum secundum, & Rufini consulum numerantur quinquaginta septem. In quibus mortuus est Valentinianus Iunior, filius Valentiniani Magni, tuentus subito in palatio strangulatus, vt fama refert Idibus Maii, pridie Pentecostes, in die sabbi, in ipsa verò die Pentecostes elatus est. Erat autem tunc secundum Aegyptios mensis Pachon dies vigesima- prima:

Quinta editio.
Sexta editio.
Origenes sub Decio vixit.
Hexapla & octapla cur dista.

Manichæus sub Galieno vixit.
Regni successio.
cui successerit Constantinus.

prima: iuxta Græcos Artemisii mensis tertia & vigesima, secundum Romanos decimo septimo calend- inias. Hactenus è studio sissime, prædictis contenti omnibus, interpretum propositum declarauimus. Deinceps verò è Dei homo, ad reliqua quemadmodum precibus tuis polliciti sumus, mentem conuer- temus, de ponderibus & mensuris ac numeris in diuinis Scripturis tractaturi, vnde singula nominata sunt, & qua gratia sic vocata sunt, & vnde nomenclaturæ occasionem acceperunt, & qua sit vnusquisque horum qualitas, & pondus ac vis. Mensura itaque est Corus, habetur in Euangelio Luca. Vbi Saluator laudat prudentem dispensatorem, qui debitoribus pro tot coris, in suis ipsorum chirographis tantum transfererat, & pro tot batis olei, tot fecerat. Nomina enim mensurarum hæc sunt. Lethec, Gomor, Ba- thos, Saton, Modius, Cabus, Chænix, Hyphæ similaginis, Drax farina, Artaba, tres mensuræ similagi- nis, tria canapanum chondritarum ex alica. Nebel vini, Collathon, Alabastrum vngenti, Campsaces a- quæ, Coryla olei, cyathus, metreta vini, metreta olei, Tryblium, Sextarius, Amphora, Aporryma, Sabi- tha, In, Chus siue Congius, Stamnos aurea in qua repositum erat Manna, Mares, Cypros, Congiarium. Acceptus itaque est Corus ex Hebraica lingua, vbi vocatur Chor, sunt autem modii triginta. Appella- tionem habet ex argumento collis, Choria enim vocatur collis. Triginta autem modii in collem ac acer- um collecti faciunt onus Cameli. Lethec autem sicut in Osea Propheta scriptum est, mercede condu- xi mihi Lethec ordei. In exemplaribus verò, Gomor ordei habetur, idem sunt, quindecim enim modii significantur. Lethec autem appellationem habet secundum Hebræorum linguam, hoc est eleuatio, ex eo quòd possint ab adolescente eleuari quindecim modii, & asino imponi. Eadem mensura etiam Go- mor vocatur. Sunt autem duo Gomor, magnum & paruum, magnum eiusdem mensuræ est cum Lethec, quindecim modios etiam ipsum complectens, paruum verò duodecim batos. Et hoc ex Hebraica lin- gua deductum est, & est synonymum cum vase in quo oleum excipitur, appellato Bith. Batos enim sig- nificat vas in officina olearia, est autem sextariorum quinquaginta, & est mensura officinæ oleariæ. Mna- sis aut Medimus ex Romana vt puto lingua acceptus est, à voce medium in eadem lingua. Mnasis ita que apud Cyprios mensuratur & apud alias gentes, sunt autem decem modii frumenti aut ordei. Estque Modius apud Cyprios sextariorum decem ac septem, Medim⁹ verò apud ipsos Cyprios diuersus est. Medimum enim Salaminii siue Constantii ex quinque modii habent, Paphii verò & Siculi ex qua- tuor cum dimidio modii ipsum metiuntur. Satu vocatur ex ipsa Hebræa lingua accepta, & muliebri genere prolata. Verum in Græca neutro genere profertur, Saton enim dicitur, & non Satos. Est autem Modius superexpletus, vt plenus quidem fiat Modius, verum per id quod superfluit, quarta modii pars fiat. Appellatur autem Saton iuxta eandem linguam prolata, assumptio aut eleuatio, eo quòd mensu- rans habitu quodam mensuram accipiat ac leuet. At Modii nomen per multam diligentiam ab He- bræis inuentum est, vigintiduos sextarios complectens, non autem simpliciter, neque prout contigit, sed propter multam sinceritatem. Nam Modius iustus, quemadmodum lex dicere solet, iuxta Mensu- ram sanctam mensuratus est. At Mensura sancta nihil aliud est, quam vigintiduo opera, quæ fecit Deus in sex diebus hebdomadis. Prima enim die fecit superiores caelos, terram, aquas, ex quibus elementis est & crystallus, & grando, & glacies, & spiritus ministrantes coram ipso, qui sunt hi, Angeli ante faciem, & Angeli gloria, & Angeli ventorum spirantium, & Angeli nubium ac caliginum, niuis ac grandinis, & glaciei. Et Angeli vocum, tonitruorum, fulgurum, frigoris, æstus, hyemis, autumnii, veris, æstatis, & omnium spirituum, creaturarum ipsius, quæ sunt in cælo & in terra. Abyssos tum infra terram, tum te- nebras ipsius Chaus, vesperam & noctem, lucem diei & diluculi. Hæc septem opera maxima fecit Deus in prima. In secunda verò firmamentum in medio aquarum, & diuisionem aquarum supra firmamen- tum, & earum quæ sunt infra firmamentum, in facie totius terræ. Hoc solū fecit Deus secunda die. Ter- tia verò die maria, flumina, & fontes ac stagna, & semina sementi germina, ligna fructifera & infrugife- ras syluas. Hæc quatuor opera maxima fecit Deus in tertia die. Quarta verò Solem, Lunam, stellas, hæc tria magna opera fecit Deus quarta die. Quinta autem cete magna, pisces, & alia reptilia in aquis, vola- tilia alara. Hæc tria opera magna fecit Deus quinta die. Sexta verò die bestias, pecora, reptilia terræ, ho- minem. Hæc quatuor magna opera fecit Deus sexta die, & fuerunt omnia in sex diebus facta opera à Deo, vigintiduo, & absoluit Deus omnia in sexta die, quæ in caelis sunt & in terra, in mari & in abyssis in luce & in tenebris, & in omnibus, & requieuit Deus ab omnibus operibus suis in septima die, & be- nedixit ipsam, ac sanctificauit ipsam, & manifestauit per Angelum Moysi, quod etiam vigintiduo capi- ta sunt ab Adam vsque ad Iacob. Et eligam mihi ipsi ex femine ipsius populum acceptū ab omnibus ge- tibus. At verò capita de quibus dixit Dominus, hæc sunt. Adā, Seth, Enos, Enoch, Arphaxad, Sala, Cai- nam, Phalec, Maleleel, Heber, Ragau, Jared, Seruch, Nachor, Mathusala, Thara, Lamech, Noë, Abraā, Isaac, Iacob, Sē. In summa vigintiduarum generationes. Quapropter etiam vigintiduarum sunt apud Hebræ- os literæ, & ad ipsas numerati sunt etiam libri ipsorum vigintiduo, qui sunt vigintiseptem. Verum quo- niam quinque duplicantur apud ipsos elementa vt sint etiam ipsa vigintiseptem & in vigintiduo cōtra huntur, ea gratia etiā libros vigintiseptē existentes, vigintiduos fecerunt. Quorum primus est Breshith, qui vocatur Genesis mudi. Vellestmoth, qui exitus filiorū Israel ex Aegypto. Vauicra, qui Leuiticus. Va- icdaber, qui est Numeri. Ellehadbarim, Deuteronomium. Diesu, liber Iesu Naue. Diob, liber Iob. Scho- phtim, Iudicum. Diaruth, liber Ruth. Sepherrehilim, Psalterium, Dibreiamim, primus Paralipome- non. Dibreiamim, secundus Paralipomenon. Semuel, primus Regum. Dadusemuel, secundus Regno- rum, Dmelachim, tertius. Dmelachim, quartus. Dmischle, liber Prouerbiorum. Decoeleth, Ecclesia- stes. Sirhasirim, Canticum canticorum. Dathariafara, duodecim Prophetæ. Desaiu, liber Prophetæ E- saie, Dieremiu, Hieremias. Diezechel, liber Ezechielis. Didaniel, Daniclis liber. Didesdra, Esdra primus.

Lethec.
Gomor.
Batos.
Mnasis.
Medim⁹.
Modius.
Saton.
Modius: it
sus.
Mensura
sancta.
Opera det
sex diebus
vigintiduo
Vigintiduo
capita.
Vigintiduo
litera.
Vigintiduo
libri.

primus. Didesdra, Esdra secundus. Desher, liber Esther. Hi vigintiseptem libri, vigintiduo numerantur, iuxta numerum elementorum, quandoquidem etiam quinque elementa duplicantur, velut supra diximus. Est autem & alius parvus liber, qui vocatur Cinoth, hoc est lamentatio Hieremias. Hæc autem Hieremias connectitur, & est superfluus liber extra hunc numerum & Hieremias adiunctus. Hi vigintiduo numeri, qui vbiq; inveniuntur, & in diversis speciebus numerantur, & in vigintiduo operibus, quæ fecit Deus in sex diebus creationis mundi, & in viginti generationibus, ab Adam vsque ad Israel, & in vigintiduo elementis literarum, ab Aleph vsque ad Tau, & in vigintiduo libris, à Genesi vsque ad Esther, mensura nobis facti sunt vigintiduo sextariorum, quæ mensura vocatur, apud Hebræos *Modius*, apud Græcos *Modion*, propter claritatem. Similiter autem & Ægyptii, hanc mensuram vocant, Syri item ac Arabes *Modia* dicunt, & significat vox ipsa confessionem. Impletus enim modius conficitur, quod plenus est, appellatur autem & *Gnomon*. At per numerum vigintiduo operum Dei ab initio, & viginti duarum generationum vsque ad Iacob, & viginti duorum librorum vsque ad Esther, & per vigintiduarum literarum propositum, ex quibus lex Dei nobis exhibitæ est, & doctrina Dei nobis præexpressa, hoc indicatur, quod ex Lege & mysteriis in ipsa Christus nobis venturus testimonium accipit, ac reuelatus est, qui vbi venit in Evangelio, implevit nobis mensuram vitæ per modium, hoc est confessionem, omni ipsum confesso, & qui vitam ab ipso accepit. Quapropter mensuram hanc sancti Hebræi dicunt, quæ est vigintiduo sextariorum, iuxta relatas rationes. Multa enim alia gentes, aut apposuerunt, aut detraxerunt ab hac mensura exactè apud Hebræos numerata. Sed & apud Romanos contigit, modii mensuram simili capacitate appellati, quemadmodum apud Hebræos Aleph, admonet puerum ut discat, ita & apud Græcos Alpha querere contigit vocari. Vnde nimirum etiam alpha ex Hebraica in Græcam transumptum est linguam. Proinde Modius ex Hebraica lingua inuentus est, & à cōfitendo dictus, velut sepe dixi, ex ipso visu facta interpretatione. Nisi enim ipsum plenissimè quis impleverit, non conficitur quod plenus est. Vbi verò repleverit mensuram ac concusserit, tunc conficitur, quod plenus est. Cabus verò ex eadem lingua, diuersa mensura est, hoc est quarta pars modii. Chœnix autem & Hyphe, vna mensura est, sed duplici nomine appellatur, est autem duorum sextariorum, & aliquatundem quod lã partis. Drax farinæ, hoc est pugillus, hæc mensura nullam curiositatem requirit, & est omnibus manifesta. Artaba, hæc mensura apud Ægyptios nomen requirit, est autem sextariorum septuaginta duorum, & hæc mensura ex multa diligentia collecta est. Septuaginta duo viri tunc turrim edificabāt, quādo in septuagintaduas linguas ex vna cōfusi sunt. Vnde & Meropes appellati sunt, propter diuisam vocem. Eandem mensuram habet & Metreta, iuxta mensuram sanctam. Tres mensuræ similitudinis, quas Abraam Angelis præparare Saram iussit, ex quibus mensuris panem subcinericium fieri præcepit, hæc autem mensuræ singulæ gomon capiebant. Gomon autem erat decima pars magna mensuræ, hoc est Artabæ, quæ decima pars est sextariorum septem, & quintæ vnius partis. Tria cana panum chondritarum, vbi consueverunt tunc reponere hondritas. Est autem species panis, Chondrites in duo partes cōfectus, ex alica constans. Nebel vini, est mensura sextariorum ceterum quinquaginta. Saton, sextariorum quinquaginta sex est. Alabastrum vngenti, vasculum est vitreum capiens libram olei, mensura verò est sextarii dimidii. Alabastrum autem appellatum est propter fragilitatem. Campsaces aquæ duodecim sextariorum aquæ mensura est. At Campsaces Heliæ præparatis, quatuor sextariorum mensura est. Cōtyla dimidium est Cōtyla, ab eo quod Sextarius in duas partes secetur. Cyathus est sexta pars sextarii. Scriptura Cyathos Medecoth appellat. At cola siue colatoria instrumeta Masmaroth vocat. Eodem autem nomine ambo vsi sunt, nam & eundem usum & actionem exhibent. Trybliu iuxta formam est vas ad intinctus obsoniorum paratum, siue patopis, mensuram verò dimidii sextarii habet. Sextarius Alexandrinus, duarum librarum pondus in oleo habet. Aporryma, apud solos Thebanos mensuratur, dimidium enim Saitæ est. Veras autem Saites, sextariorum vigintiduo est. Sabitha Syriaticum nomen est, quod torcularis haustorium interpretari possis, apud A scalonitas est sextariorum vigintiduo est. In, quod magnum vocatur, sextariorum octodecim est. At sanctum In, sextariorum novem. Congius, sextariorum octo est, verum sanctus appellatus Congius, sextariorum sex, quæ est duodecima pars metretæ. Talentum omnem mensuram, quæ ponderatur, excedit, verum iuxta libræ pondus, est librarum centum vigintiquinque. Sex minuta talenti, septem assaria sunt. At septem minuta assariorum, centum denarii sunt. Argentus excusus est ab initio, numisma, hoc autem ex assariis excusum est, aiunt Abraam in Chananæam formam eius intulisse. Porrò ex partibus ceterum vigintiquinque talenti, est libra vna. Libra autem, est duodecim vnciarum. Vncia, habet stateres duos. Stater, dimidium quidem est vnciæ, habet autem duo didrachma. Sichus qui & quadrans dicitur, quarta pars est vnciæ, dimidium stateris, habens drachmas duas. Vnciæ enim erant octo drachmæ. Vocabatur & Holce ipsa drachma. Est & eiusdem ponderis holce cum Siclo, apud eum qui ponderavit per temporis occasionem capillum Absolonis, quando tondebatur, habentem holcen siclorum ceterum vigintiquinque, hoc est libras duas & dimidiam. Obolus, & ipse in argento excusus erat, mensuram autem siue pondus etiã hic vnciæ habebat, non ex argento factus, sed è ferro. Erat autem & alius obolus ex argento percussus, qui numisma erat, quod tenuissimum fuit, nepe octoagesima pars vnciæ. Dicit enim in Leuitico, Didrachmon autem, sunt viginti oboli. Quod autem quarta vnciæ est didrachmò, iam docuimus. Aereoli, siue Holce. Chalci, hos Ægyptii inuenerunt, sunt autem argentei excusi, quapropter & apud Alexandrinos vocantur D Argentea, ærea. Est autem Aereolis pondere, octava pars vnciæ, quemadmodum drachma. Mina, Latinis Mina, in Hebraica lingua Mneme vocatur. Italica Mina, quadraginta staterum est, hoc est vnciarum viginti, id est libræ vnius & duarum tertiarum partium libræ. Argenteorum autem multæ formæ, pro temporis oc-

Mensura ad Esther, mensura nobis facti sunt vigintiduo sextariorum, quæ mensura vocatur, apud Hebræos Modius, apud Græcos Modion, propter claritatem. Similiter autem & Ægyptii, hanc mensuram vocant, Syri item ac Arabes Modia dicunt, & significat vox ipsa confessionem.

Aleph dicitur, quod detraxerunt ab hac mensura exactè apud Hebræos numerata. Sed & apud Romanos contigit, modii mensuram simili capacitate appellati, quemadmodum apud Hebræos Aleph, admonet puerum ut discat, ita & apud Græcos Alpha querere contigit vocari.

Alpha in Hebraica in Græcam transumptum est linguam. Proinde Modius ex Hebraica lingua inuentus est, & à cōfitendo dictus, velut sepe dixi, ex ipso visu facta interpretatione.

Cabus. Cabus verò ex eadem lingua, diuersa mensura est, hoc est quarta pars modii. Chœnix autem & Hyphe, vna mensura est, sed duplici nomine appellatur, est autem duorum sextariorum, & aliquatundem quod lã partis.

Drax. Drax farinæ, hoc est pugillus, hæc mensura nullam curiositatem requirit, & est omnibus manifesta.

Artaba. Artaba, hæc mensura apud Ægyptios nomen requirit, est autem sextariorum septuaginta duorum, & hæc mensura ex multa diligentia collecta est.

Metreta. Metreta, iuxta mensuram sanctam. Tres mensuræ similitudinis, quas Abraam Angelis præparare Saram iussit, ex quibus mensuris panem subcinericium fieri præcepit, hæc autem mensuræ singulæ gomon capiebant.

Gomon. Gomon autem erat decima pars magna mensuræ, hoc est Artabæ, quæ decima pars est sextariorum septem, & quintæ vnius partis.

Tria cana panum chondritarum, vbi consueverunt tunc reponere hondritas. Est autem species panis, Chondrites in duo partes cōfectus, ex alica constans.

Nebel vini. Nebel vini, est mensura sextariorum ceterum quinquaginta. Saton, sextariorum quinquaginta sex est.

Alabastrum. Alabastrum autem appellatum est propter fragilitatem. Campsaces aquæ duodecim sextariorum aquæ mensura est.

Cōtyla. Cōtyla dimidium est Cōtyla, ab eo quod Sextarius in duas partes secetur. Cyathus est sexta pars sextarii.

Cyathus. Cyathus est sexta pars sextarii. Scriptura Cyathos Medecoth appellat. At cola siue colatoria instrumeta Masmaroth vocat.

Trybliu. Trybliu iuxta formam est vas ad intinctus obsoniorum paratum, siue patopis, mensuram verò dimidii sextarii habet.

Sextarius. Sextarius Alexandrinus, duarum librarum pondus in oleo habet. Aporryma, apud solos Thebanos mensuratur, dimidium enim Saitæ est.

Sabitha. Sabitha Syriaticum nomen est, quod torcularis haustorium interpretari possis, apud A scalonitas est sextariorum vigintiduo est.

In. In, quod magnum vocatur, sextariorum octodecim est. At sanctum In, sextariorum novem. Congius, sextariorum octo est, verum sanctus appellatus Congius, sextariorum sex, quæ est duodecima pars metretæ.

Talentum. Talentum omnem mensuram, quæ ponderatur, excedit, verum iuxta libræ pondus, est librarum centum vigintiquinque. Sex minuta talenti, septem assaria sunt.

Assaria. Assaria sunt, septem minuta talenti, septem assaria sunt. At septem minuta assariorum, centum denarii sunt.

Argentus. Argentus excusus est ab initio, numisma, hoc autem ex assariis excusum est, aiunt Abraam in Chananæam formam eius intulisse.

Talentum. Talentum omnem mensuram, quæ ponderatur, excedit, verum iuxta libræ pondus, est librarum centum vigintiquinque.

Libra. Libra autem, est duodecim vnciarum. Vncia, habet stateres duos.

Stater. Stater, dimidium quidem est vnciæ, habet autem duo didrachma.

Didrachma. Didrachma, habens drachmas duas.

Sichus. Sichus qui & quadrans dicitur, quarta pars est vnciæ, dimidium stateris, habens drachmas duas.

Holce. Holce, ipsa drachma. Est & eiusdem ponderis holce cum Siclo, apud eum qui ponderavit per temporis occasionem capillum Absolonis, quando tondebatur, habentem holcen siclorum ceterum vigintiquinque, hoc est libras duas & dimidiam.

Obolus. Obolus, & ipse in argento excusus erat, mensuram autem siue pondus etiã hic vnciæ habebat, non ex argento factus, sed è ferro.

Quadrans. Quadrans dicitur, quarta pars est vnciæ, dimidium stateris, habens drachmas duas.

Mina. Mina, Latinis Mina, in Hebraica lingua Mneme vocatur. Italica Mina, quadraginta staterum est, hoc est vnciarum viginti, id est libræ vnius & duarum tertiarum partium libræ.

poris occasione excusæ sunt. At Nummus excusus est à Numa rege quodam Romanorum. Dichryson autem vocabant veteres dimidium argenti. At Argentum hoc est, quod Romani Miliaresum vocant, hoc est militare donum. Dichryson autem etiam hoc argentum erat, quod postea adulterinum vocatum est, ex causa quod sublatus esset rex eius temporis, & eiectus esset eius character siue imago ex dichryso quæ in ipsa ferebatur. Ex eo enim tempore vbi inuentum fuisset dichryson, sublato regis imaginem ferrens, adulterinum nominabatur, siue reprobum. Pholes quod & Talantium vocatur, duplex est, ex duobus argenti compositum, & sunt ducenti octo denarii. Et Pholes duo minuta iuxta denarium, sed non iuxta argenti sumum. Mares, mensura est apud Ponticos duarum hydrarum. Hydria autem ipsis de cem sextariorum est, vt sit Mares viginti sextariorum Alexandrinorum. Cypros apud eisdem Ponticos mensura est siccarum frugum modii duo, quæ mensura dicitur esse apud ipsos chœnicū quinque. Chœnix autem apud ipsos sextariorum quinque est, vt sit Cypros sextariorum vigintiquinque. Nam magnus apud ipsos modius, sextariorum vigintiquatuor est. Collathon est apud Syrios dimidium liquidifati, est autem sextariorum vigintiquinque. Congiarium, mensura est liquidorum, & ipsa apud Hebræos sic profertur. Hæc mensura est in Chronicis Eusebii, & aliis Chronographis indicata, prout quisque eius temporis regum per ambitionem populo Romano exhilarando largitus est, interpretari potes coniunctum aut contortum.

Nummus excusus est à Numa rege quodam Romanorum. Dichryson autem vocabant veteres dimidium argenti. At Argentum hoc est, quod Romani Miliaresum vocant, hoc est militare donum. Dichryson autem etiam hoc argentum erat, quod postea adulterinum vocatum est, ex causa quod sublatus esset rex eius temporis, & eiectus esset eius character siue imago ex dichryso quæ in ipsa ferebatur. Ex eo enim tempore vbi inuentum fuisset dichryson, sublato regis imaginem ferrens, adulterinum nominabatur, siue reprobum. Pholes quod & Talantium vocatur, duplex est, ex duobus argenti compositum, & sunt ducenti octo denarii. Et Pholes duo minuta iuxta denarium, sed non iuxta argenti sumum. Mares, mensura est apud Ponticos duarum hydrarum. Hydria autem ipsis de cem sextariorum est, vt sit Mares viginti sextariorum Alexandrinorum. Cypros apud eisdem Ponticos mensura est siccarum frugum modii duo, quæ mensura dicitur esse apud ipsos chœnicū quinque. Chœnix autem apud ipsos sextariorum quinque est, vt sit Cypros sextariorum vigintiquinque. Nam magnus apud ipsos modius, sextariorum vigintiquatuor est. Collathon est apud Syrios dimidium liquidifati, est autem sextariorum vigintiquinque. Congiarium, mensura est liquidorum, & ipsa apud Hebræos sic profertur. Hæc mensura est in Chronicis Eusebii, & aliis Chronographis indicata, prout quisque eius temporis regum per ambitionem populo Romano exhilarando largitus est, interpretari potes coniunctum aut contortum.

DIVI EPIPHANII EPISCOPI CYPRI HISTORIA de Prophetarum vita & interitu, Albano Torino Interprete.

Nathan Propheta vita, interitus ac monumentum,

Nathan Propheta, eisdem ferè temporibus, quibus Dauid in lucem editus, è tribu & prosapia Thock, popularis autem vrbis Galilææ Gabath, lege Domini Dauidem instituit. Præsciebat Nathan ille Propheta, quod rex Dauid in Bersabeæ ardore plus æquo transgrederetur: confestim igitur, Gabath relicta, Hierosolymam contendit, quò eundem à tanto facinore Regem abstraheret. Sed ecce impedimento fuit Beliar, nam quam exanimem eum in itinere, nudum reperisset, tantisper cunctatus est, quoad terræ mandaret, ne indignis admodum modis corpus hominis ab animalibus brutis ac belluis dilaniaretur. Eadem tum nocte Nathan agnoscebat, quòd Dauid rex flagitium sese planè indignum iam pridem designauerat, quare mœrens, magna que lamentatione reuerus Gabath repetit. Vbi verò Vrias Bersabeæ maritus à Dauide peremptus est, legauit Deus ad eum Nathan, ut grauius regem, de piaculo corripere & castigaret. Tunc demum Dauid in sese descendens, ingenti formidine percussus, Dominum vehementer metuit, quod illi nunc manifestè perpetratum scelus displicere animaduertent. Sentiebaturque Dauid rex, Spiritu Dei sancto Nathan afflatus esse prophetam. Honorabat itaque & venerabatur hominem, tanquam numè aut sanctum Dei. Ipse verò extremo senio confectus vita decessit, & in Gabath proprio suo tumulatus est agro.

Quid vni mortuusque Nathan comemerit.

Achia Selonitæ quum vita tum obitus cum sepulchro.

Achias verò Selonites è Selom oriundus, ex tribu habebatur Iuda, priscum vbi contueri illud erat Arca tabernaculum, ex Armathem, Heli sacerdotis oppido. Hic est ille Propheta, qui super Solomone, Dauidis Filio loquutus est, quod futurus esset aliquando Dei aduersarius. Quique increpauit Hieroboam, quod suscepto olim principatu, dolo & fraudulenter foret acturus cum Domino. Visum namque suis apparuit oculis, Par boum pessundare populum, inque sacerdotes impetum facere. Ceterum vaticinatus est Solomoni, futurum vt muliebri genus alienaret ipsum à Domino. Item ingenue dixit ad Hieroboam, Te par buccularum auertet olim à Domino, & erit in seruitutem tua propago. Vita porrò Achias in morrem commutauit, & haud procul à quercu ea, quæ in Selom existit, postremum honorem & monumentum sortitus est.

Prædicationes Achias Selonitæ mirabiles.

Ioam Propheta vita, mors & tumulus.

Ioam Propheta oriundus à Samaria, contusus in via à leone, fato functus est. Is est ille qui Hieroboam, propter aureas, quas erexit iuuenas, corripuit, quique eiusdem hostias sacrificiumque è medio sustulit & abrogauit. Quum autem eum ob hoc Hieroboam verbare conaretur, sublata in prophetam dextera, confestim arida eius facta est manus. Post hæc Ioam Propheta, falsò propheta imposuit. Nam quum esse panem tum vndam potare impulsisset, egredientem pessum dedit, & contulit eum (in quem incidit) leo, asinam autem suam nulla affecit iniuria. Solo autem redditus est in Bethel iuxta pseudo prophetam. Quum verò fuicis post diebus animam pseudo quoque propheta ageret, iuravit sacerdotibus quod vna cum Ioam Propheta sepeliri affectaret, eò quòd illi verba dedisset, & in resurrectione iustitia ab vnoquoque exigatur. Ita vterque in eodem sunt monumento conditi.

Ioam infestus tumulus.

Azarias Propheta vita & interitus.

Azarias Propheta domo quidem & genere de Synphata fuit. Is est qui precibus suis auertit captiuitatem, quam Iuda machinabatur in Hierusalem. Ceterum super aduentu Domini vaticinatus est haud pauca. Obdormiuit in Domino, in patria sua, vbi humatus est.

Præces Azarias apud Deum.

Helix

Helie Propheta vita & obitus.

Visio...
Helie ang...
tinitate
magna
portendēs

Helias Propheta ex Thesbis erat, de continente Arabum, de tribu Aaron Lenita, morabatur autem eius, eiusmodi Sobac patri viso apparuit. Viri niuicum quendam præ ferentes habitum, pusionem salutabant, matrisque vberibus in ignem alluebant, quin & flammam ignis cibi loco minastrabant. Profectus est itaque genitor in Hierusalem, visaque ad sacerdotes retulit. Respondit autem illi Chrematiffimus (hoc est Oraculum siue responso) Caue manifestum facias. Erit quippè lumen filii huius domi cilium, sermoque eius, demonstratio ac sententia breuis, & iudicabit Israel quum in igne tum tomphæa Hic est ille Helias, qui ter ignem de cælo deduxit, quique imbrem sua lingua gestauit, mortuos item suscitauit, in cælum denique nimbo, seu turbine ignis assumptus est.

Helissæ Propheta vita & interitus.

Pro Helissæ
Deus
prodigia
fecit.

Helissæus Propheta erat ex Abelmuth, de terra Rubim, quo super huiusmodi contigit miraculum; Quot simulatque natus est in Galgalis, Bos illa aurea in Selom, clamore tam acuto vociferata est, vt auribus acciperetur Hierosolymis. Exposuit tunc prodigium sacerdos. Hæc, inquit, argumento sunt prophetam hodie in lucem esse aditum, qui comminuet sculpitilia, & confringat & eueriet conflabilia Prodigia potè innumera Deus per manum Helissæ designauit. Cæterum carnis debitum soluens, in Sebastopoli Samariæ supremo honore affectus est. Varicinatus est autem de aduentu Christi, & aquas in Hiericho steriles, quæ amaræ sunt admodum, medendo dulcorauit, addens: Hæc inquit Dominus, Sanabo aquas istas: cõfessimque sanatæ sunt, in hanc lucem vsque hodiernam. Quin & exanimatis etiã vitam restituit. Leprosum item Neeman Syrum à lepra asseruit. Gieze contra puerum eius leprosum reddidit, & vbi iam efflasset animam, extinctum tanquam ab Orco in vitam reuocauit.

Esaie Propheta vita & interitus.

Quanta
Dens in
gratiam
Esaie fe-
cerit.

Esaias Propheta quidem in Hierusalem de tribu Iuda ortus, sub Manasse verò Rege Iuda sectus in duas partes, occubuit. Tamulatus est sub quercu Rogel iuxta transitum aquarum, quas olim Ezechias rex obstruxerat, quum eas vndas peruias efficeret. Fontem quippe Deus Seloam causa prophetæ effecit, quoniam priusquam moreretur, pusillum precatus est, vt vndas illic effingere dignaretur. Et confectum demisit illi cælitus aquam viuentem, vnde sortitus est locus ille appellationem Siloam, quod si quis interpretetur, sonat demissum. Sub Ezechia quoque rege, antequam itagnum piscinæque fabricasset, precibus Esaie effectum, vt exigua lympha scaturiret, quod populus in obfidione hostium teneretur, & ne ipsa periret vndis destituta ciuitas. Milites igitur perscrutabantur vndique vbinam sedare sitim darentur, ignorabant etenim. Vrbe quippe iam potiti, obfidebant Seloam: quando cuncte itaque indigentes Iudæi aquarum venerant, scaturiebat eis vnda, & aquabant: exterarum verò nationum homines reperire nesciebant, latex namque aufugiebat. Eòque ad hodiernum vsque diem eruatur clanculum, quò significetur misterium. Cæterum quandoquidem Esaie Prophetæ istud acceptum referunt, in perennem eius rei memoriam, populus accuratè prophetam isthuc solo cum gloria & honore reddidit, vt per eiusdem intercessionem in consummationem vsque seculi, aquæ eiusmodi fructus impetretur cui scilicet vsum referrebat acceptum. Extrat autem monumentum Esaie finitimum sepulture principum, post sepulchra sacerdotum versus Notum, partemque meridionalem. Solomon enim Hierosolymam construens, regum excitaui Mausolea, pro vt illa Dauid descriperat. Existit autem Orietem versus Sidon, quæ introitum à Gabaoth possidet, quæque ab oppido viginti distat stadiis. Foueam præterea fecit ille hic incomprehensibilem, magnæ etiam dum mortalium parti incompertam.

Hieremie Propheta vita & interitus.

Miranda
Hieremie
facta.

Hieremias, Propheta Anathothides apud Taphnas in Aegypto à plebe lapidib9 obrutus occubuit. Hæc verò in eo loco sepultus, quo dudum Pharaos rex habitauerat, quam obrem Aegyptii postea magna cum religione colebant, vbi pluribus se officii ab illo adiuuari cognouerunt. Aspides enim & vndarum belluæ (quas Nephod appellant Aegyptii, Græci verb9 *tous crocodilous*) eos interimentes postulationis Hieremie beneficio ex illis finibus sunt profligati, nec tam aspidum furor, quam ex flumine ratione pari bestiarum insidia. Quique vel hodie adhuc fideles compertuntur, eodem in loco supplicare consuerunt, & sumpto puluere moribus aspidum medentur, feræ quoque aquarum hinc aufugerunt. Idem propheta sacerdotibus Aegypti signum exhibuit dicens, Oportere olim cuncta eorum simulacra concidere, simulque manufacta omnia præcipitari, vbi Aegyptum ascender cum suo infante vitgo entia, Deo simiks. Id quod tandem vsu venit illis. Hic est ille Propheta, qui ante mutationem templi arcum apprehendit, quæque fuere in ea singula, & curauit ea absorberi in saxum. Et loquutus est sacerdotibus plebis, & quicumque a derant, maioribus, Profectus Dominus è Sina in cælos, sed reuertetur in maiestate & virtute diuina. Et hoc iudicium aduentus ipsius erit, Quando gentes vniuersa ligno supplicabunt. Ad didit præterea, Arcam hanc nec quisquam referabit vnquam, neque sacerdotum neque prophetarum, excepto Mose electo Dei. Tabulas quas continet ipsa, nullus explicabit, præter Aaron. Cæterum in resurrectione primum arca resurget, & prodibit è saxo, inque Sina monte locabitur, & omnes

& omnes sancti ad eam confluent, vt illuc suscipiant Dominum, & vitent inimicum, qui perdere illos affectabat. Tunc saxum sigillauit digito, inscribens nomen Domini, & factus est typus instar sculpturæ ferti, & nubes petram cooperuit, & eum locum nemo nouit. Quin ne nomen quidem vsque in hunc diem & vsque in consummationem seculi datur legere. Lapis deinceps ille habetur in solitudine, vbi primitus fabricata est arca, in medio montium in quibus iacent Moses & Aaron sepulti, in noctibus porò nubecula nitet modo ignis, eodem loci. Pro typo qui erat ab initio, quoniam nunquam cessabit maiestas Dei à lege eius.

Ezechielis Propheta vita & interitus.

Varia Ezechielis propheta.

Ezechiel Propheta è terra Sarera de filiis Pontificum genus duxisse asseritur. Fato functus est tempore captiuitatis in regione Chaldæorum. plurima ille super reuersione populi, prophetauit, deq; reditu filiorum Israel, nec non & de aduentu Domini. Occidit autem illum dux populi, quum vnâ seculi incolâ foret in Babylone, reprehensus ab eo de cultibus idolorum. Quare in agro Maur funerauerunt eum in monumento Sem & Arphaxad progenitorum Abraham. Et sepulchrum ipsius ad nostra vsque tempora specus est duplex. Etenim Abraham excitaui ad huius instar, Saræ coniugis sue monumentum in Chebron. Quod quia defossus sit atque latens, duplex dicitur è planicie, & in terra tabulatum penetraque suspensum. Ille quidem propheta populo obiecit prodigium, quum precatus esset ad amnem Chobar. Quod videlicet quum deficeret vnda fluminis eius, falcem desolationis sperare deberent in finibus terræ, & quando exundaret fluius ille, id signum esse reditus in Hierusalem, & contigit illud. Etenim in terra Syyriorum vir pius ille sepultus iacet. Multique ad monumentum eius confluunt ad precationem & obsequium. Sanè quando tanta eò frequentia vnâ ad monumentum eius conueniunt, formidant Chaldæi ac metuunt, ne illum auferant, quapropter egredientem comitantur, & deducit Effectit verò Propheta consistere hic fluminis vndas, quò terga darent filii Israel trans ripam. Cæterum Chaldæorum aliquod audaciores populum ponè persequi tentabant, qui quidem ad vnum omnes submersi sunt. Ille quoque propheta spontinis orationibus filiis Israel vbertimam piscium impetrauit com meatum, vt qui inedia tantum non perissent, piscium esu reficererent. Plurimis etiam illorum, qui adra vitali iam velci desierant, vitam recuperauit. Is est quoque vates ille, qui plebe iam depressa ac pessundata ab hostibus, stetit contra faciem ducum illorù, & confundebat eos portentis & miraculis, ita vt milites terrii cepto desisterent. Tunc populo suo Ezechiel dixit, propterea quòd arum conuenit inter uos, spes vestra interit. Nûc in prodigijs ossium mortuorum fecit illos, quoniam est spes Israel quâ præsentem, tum ætate futura. Hic est, inquam, propheta, qui quanquam esset in regione Chaldæorum, pleraque tamen populo, quæcunquæ in Hierosolymis inque templo fiebant, aperuit. Ille quoque propheta eduxit eos è finibus Chaldæorum, & reduxit in Hierusalem ad redargutionem impiorum & infidelium. Hic Ezechiel per Mosem contemplatus est strum templi, murumque eius spaciosum, prout locutus est etiam Daniel vti olim conderetur. Hic in Babylone iudicauit tribum Dan & Gad, quod impiè egissent aduersus Dominum, persequendo eos qui legi fidem suam astrinxerant. Obtulit autem illis in signum prodigium & contentum, quoniam angues deuorauerunt infantes eorum, et omnia iumenta ipsorum. prædixitque quod culpa eorum nequeat populus regredi Hierosolymam, quin in Media permaneret quo ad resipiscerent, & in viam, quod aiunt, redirent. Erat sanè vnus illorum, qui eum interemit, oppositum enim erat illi, vsque in diem obitus sui.

Vita & obitus Danielis Prophete.

Corporis
Danielis
phiscono-
mia.

Daniel propheta tribu quidem fuerat Iuda, genere optimatum regiæ administrationis filius, adhuc infas pugio è Iudæa in Babylona perduct9 est. Prognat9 autè in Bertheboro superiore haud procul ab Hierosolymis. Et ea semper fuit vir ille modestia ac probitate, vt spadonem putarent eum esse Iudæi. Magno more luxit vrbe Hierosolymam, ita porò in abstinentia & ieiunio vixit, vt ab omne genus cupediis facile temperarit. Vir aspectu quidem aridissimus, ac squalore oblitus, in fauore autem ac gratia Domini perquam pfectiosus. Plurimas fudit preces pro rege Nabuchodonosor, quum factus esset hostia atque iumentum, ne perderetur. Præfererat enim anteriore parte, pariter & capite bouem, pedibus verò & posterioribus leonem. His quippe optimates eorum plerique omnes in iuuentute sunt præditi, vt instar bouis de iugo nascantur Beliar voluptatis desideriorum gratia. Deinde bestie tandem fiunt, nempe prædones, vastatores, percussores. Cognouit itaque Daniel vir sanctus, quod (more bonis) se non vesceretur, & destinatus est illi in humanæ naturæ pabulù. Quò circa Nabuchodonosor à flagello sibi hoc misso, retinens etiam dum in corde suo humanum sensum, ingenti luctu percussus euasit. Supplicabatque Deo diebusque noctibusque quadragies, implorans Beemion, quòd est, Deum Israel, præstò nanque erat illi spiritus Satan, & celabat eum quod natus fuerat homo. Linguaque eius ligata hæserat, ne verba faceret, & vox vrnti dedicata est ei. Et reddita sunt perinde ac earò à continuo euasitu, plerique verò summi magistratus simul & ciues, spectatum ipsum, vrbe egrediebantur, solus Daniel illum visere detrectabat. Proinde vbi Nabuchodonosor transformatus est, assidue precationibus vacabat nomine eius, dixitque fore vt iterum hominis formam indueret, principiisque sui gubernacula resumar. Neque quisquam Danieli fidem habere ambigebat: Septem porò annos, quæ illi septem tempora Daniel prædixit, supplicationibus ipse suis super eo ad Dominum in totidem menses commutauit. Mysterium certè septem temporum super illo confirmatum est quòd mediator sep.

Factorum commemo- ratio.

tem restituit. Sex itaque annos & totidem menses supplex precatus est Dominum Deum, & confessus est impietatem suam, & post remissionem sceleris sui, principatum illi Deus restituit, Ex eo igitur tempore neque carnibus vesci, neque vinum potare unquam voluit, confitens usque Deo, eod quod Daniel sibi precepit, in leguminibus viridibus aut itriguis Dominum posse propitiari. Proinde Nabuchodonosor indidit Prophete appellationem Baltasar, iuxta nomenclaturam vni geniti filii sui. Volebat ad hanc Danieli coheredem constituere pignoribus suis. At prius ille vir inquit, Arbitrate me maiorum hereditatem repudiare, & non circuncisorum hereditati adherere? Designauit complura praterea inter reges Persarum miracula, que hoc quidem volumine annotata non sunt, ceterum in libro Danielis prodita scriptis comperiuntur. Ille propheta in celsis montibus Babylonis monstrum annunciauit & exhibuit, dicens: Vbi cernitis montem ex parte Boreae fumo denigratum, pro foribus Babylonis terminus imminet. Quando vero isthunc flagrantem igne videbitis, aderit totius orbis terrarum finis. Sed quum ad meridiem mons aquas propelleret, remeabit populus in patriam solum. Et condetur Hierusalem late, campoque capaciori, perinde atque factum est etiam per Iesum pontificem pariter & zorobabel filium Salathiel. Quod si denique mons iste cruentus sanguine manat, stragem portendit ipsius Beliar in vniuerso terrarum orbe. Aderit autem Dominus humana natura indutus. Tunc igitur Babylone ex hac vita discessit Daniel vir sanctus in pace. Ethumatus est in angusta caaverna, honoribus magnis. Extat monumentum ipsius usque ad hoc seculum nostrum, in Babylone cunctis notissimum.

Cur vixerit mortuusque fuerit Osea.

Osea Propheta filius Beer, in Belomoth de profapia tribuue Machar progenitus, signum dedit & prodigium, Dominum scilicet venturum coelitus in terram, ceterum hoc fore indicium aduentus eius, si quercus illa in Selom findatur a seipsa in portiones bis senas, & fierent totidem quercus, & accidit ita. Ceterum de fornicatione & stupro gentis sue vaticinatus est haud parum. Vitam quum possisset in pace, propria terra humatus est.

Amos propheta breuis explicatio.

Amos porro Propheta de Thecue de terra zabulon oriundus, parens fuit Esaia Propheta. Ab Amasia autem sacerdote Bethel iugiter vapulans, infidiis & conuiciis notatus est. Postremo vero filius Amasie fuisse eum secundum tempora feriendo occidit, quod ipsum de infidiis duarum iuuenearum ex auro suggilasset. Ceterum adhuc spirans in patriam terram profectus, & inibi fato functus, cum maioribus suis vna sepultus est.

Michee origo.

Micheas Marathides, propheta de tribu Ephraim oriundus. Quum plurima designasset Tdu Achaab regi Iuda, ab eiusdem filio, cui nomen Ioam, precipitatus, occubuit eo, quod de iniuriantibus suis, progenitorumque suorum, quas per petrauerant, redarguisset. Is mortis carcere liberatus, in Marathi propria terra plane solitarius tumulu iuxta Polyndrum sortitus est. Est quidem monumentum ipsius usque ad hodiernum tempus nobilissimum.

Iobelis doctriua.

Iohel porro Propheta ex agro Bethor, de terra Rubim oriundus, per multa quoque super Hierusalem prophetauit, & de consummatione gentium vaticinatus est. Hic quoque diem in pace obiit, & cum honore & gloria in Bethor humatus est.

Abdiu discipulus Helia.

Abdiu Propheta oriundus erat ex Sichen, agrisque Berthachamar. Hic est vates iste, qui ter semicenturionem egit, cuique pepercit Helias Thesbites. Descendit vt conueniret regem, post hanc vero regia ordinationem desertor, adhuc diuinatori Helia, & factus est discipulus eius, cuius gratia plurima sustinens, seruatus est. Suum autem diem obiens, in agro Berthachamar cum patribus suis capulum obtinuit.

Ionas Propheta, patria fuit ex terra Cariathamaum, haud porro ab Azoto vrbe Græcorum mari vicina. Ea ætate Helias propheta redarguebat Achaab principem Samariae. Is vbi per ingentem inedia super terram vocasset, corripuit se in solitudine, vbi ad coruis altus, de torrentis vnda sitim sedauit, & quando torrens exaruit, esuriebat, migravitque in Seraphtha Sidoniae ad sceminam quandam viduam pauperulam, genitricem Ionæ, ingressusque est ad eius ipsius. Mulier autem nihil reliqui fecit in his, quæ ei mandauit. Manducauitque, & benedixit tam in frumento, quam in oleo. Et commoratus est cum ea, nam cum circumcisis consuetudinem habere non poterat. Quum autem filius viduæ eius fato functus esset Ionas, resuscitauit eum Deus per Heliam, restituitque ipsum suæ genitrici viucentem, propter hospitalitatem. Vbi igitur ad iustam prouectus esset ætatem Ionas, ablegatus est in Ninive ad Assyrios, quumque studeret effugere Dominum, absorptus est a ceto in itinere, profecturus in Tharfos. Egressus vero rursus balaam, prædicauit in Ninive. Tum respicere Ninuitæ coram Deo, & reddiderunt Deum sibi propitium. Mærore autem affectus Ionas natale solum repetiit, neque domi permanendum ducebat, verum assumpta parente sua in Sur peregrinatus est, regionem alienigenarum, inquit enim, ne forte exprobraret, vanam existere meam prophetiam contra Ninive. Quum frequenter itaque terram Saar, vbi ibidem functus in specu Cenezæi iudicis humatus est. Propheta uit autem vates ille, quod vbi conspicerent olim in Hierusalem innumeras gentes ab occasu, tunc radicis popularetur ea ciuitas, & euerteretur funditus.

Naum

Naum Prophete vita & interitus.

Naum vero propheta natus erat ab Elckesi trans Iordanem fluiuium, versus Begabar de tribu Simeon. Hic est propheta ille qui post Ionam ostentum ac prodigium dedit super Ninive, quod ab aquis dulcibus, igneque terreno olim vastaretur. Id quod tandem contigit, quippe eam ex terræ motu igne vndique ambiens, mox etiam aqua de solitudine superueniens, sublimiores etiam omnes vrbes locos occupauit. Expirauit vero Naum animam in pace, & in Begabar Sedibus ille suis placidis in morte quiescit.

Abacuk Prophete vita & interitus.

Abacuk Propheta ex agro Bexzochar, de tribu Simeon oriundus, quum ante expugnationem proficeret captiuitatem Hierosolymæ, maxime quum super ciuitatem, tum super populum eius luxit. Appropinquante autem Nabuchodolof Hierosolymis, vt dissiparet eas, fugam dedit ille in Ostracinam, & manebat illhic incola in terra Ismael. Ast vbi Chaldei Hierosolymis soluentes, remearent in patriam suam, cum exuuiis atque captiuis, & reliquis vrbis Hierosolymæ in Aegyptum descenderent, Antistes ille reuersus in patriam, ministravit messoribus sui agelli, seminauerat enim hordea. Ceterum statim vt esculenta preparauerat, vaticinatus est suis, dicens: Proficiscar ipse in longinquam terram, & reuertar ocyus, veruntamen si cunctauero diutius, apponite nostris messoribus quod manducent. Et translatus repente in Babylonem, exhibuit prandium Danieli, qui erat in cauea cum leonibus. Deinde egressus astitit messoribus dum iam cœnarent, neque communicauit cuiquam vel cattillum de eo quod contigerat. Annunciauit praterea Abacuk, paucis post diebus postliminio ex Babylone, Hierosolymam populum remeaturum, Obiecit porro ostentum iis, qui Iudæam habitant. Quod scilicet visuri essent in templo grande lumen lucidè micans, & ita contemplantur gloriam Dei. Prædixit item de consummatione templi, quod à populo occidentali foret deuastatio eius Hierosolymis. Tum carbafus, inquit Dabir in duas findetur particulas. Geminarum item columnarum capitella seu epistelia de medio auferentur, neque quisquam cognouerit, vbi sint, quoue peruenerint, sed in desertum efferentur ab Angelis, vbi nuper compactum erat martyrii tabernaculum. Et in illis cognosceret in consummatione Dominus, quod illuminabunt persequutos à serpente tanquam ab initio. Et seruabit eos Dominus ab vbra mortis, eruntque in tabernaculo sancto. Hic propheta de aduentu Domini non pauca vaticinatus est, atque ante biennium quam populus à Babylone rediisset, mors prophetam occupauit, & magnis honoribus in agro suo sepultus est.

Sophonia Prophete vita & interitus.

Sophonias quidem Propheta Sarabathides, siue à monte Sarabatha, de tribu ac profapia erat Symeon. Is quoque de Hierosolyma ciuitate prophetauit, nempe, Quod multò foret fatuus, si in longum, latumque ædificaretur. Super consumptionem etiam gentium, necnon & super confusione impiorum deque aduentu Domini. Vitam morte commutauit in apocalypsi Domini, & solitarius in aruo suo fuerat.

Aggae Prophete vita & interitus.

Aggæus Propheta, etiam dum iuuenis admodum, ex Babylone profectus est Hierosolymam, & cingente annu de reditione populi vaticinatus est. Et oculis structuram templi Hierusalem vidit. Idem ibidem omnium primus cecinit alleluia, quod est, Laudibus efferemus viucentem Deum. Amen, quod, fiat fiat, interpretatur. Eodem igitur loci vitam finiuit, & humo, propè sacerdotes, cum honore & gloria conditus est. Proinde etiam dum hodie psallimus Alleluia, qui hymnus Aggaei & Zacharia perhibetur.

Zacharia Prophete quum vita tum interitus.

Zacharias Propheta, natus Barachia, de terra Chaldaeorum soluit, & inter proficiscendum per multa populo vaticinatus est. Et demonstrationis causa, plurima designauit miracula. Hic est qui in os annunciat Iosedek, Nascetur ex te filius, qui sacris initiatus Hierosolymis sacrificabit Domino. Hic etiam benedixi Salathiel in filio, dicens: Procreabit filium, & in det nomen illi zorobabel. De Cyro quoque Rege Persarum zacharias ostentum dedit, idque ad victoriam. Signum item super Creso Lydorum Tyranno obiecit, necnon & super rege Medorum Astyage. Deque publico ministerio, quod Cyrus Rex designaturus esset Hierosolymis, vaticinatus est, laudibusque euexit illum, nec vulgariter benedixit. De vaticinio porro, quam prophetiam vocant, proprio in Hierusalem, de consummationeque gentium, & de templi Hierosolymitani ædificatione. De ocio denique & desidia tam prophetarum, quam sacerdotum, nonnulla duplici quodam iudicio exposuit, Decessit in vltima senectute in Iudæa, & proximè cum Aggaeo propheta humatus est.

Malachia Prophete vita & interitus.

Malachias Propheta de tribu zabulon emicuit. Hic post reditum populi de Babylone, natus perhibetur in Sopha in terra nempe zabulon. Is ab ineunte ætate, dumque iuuenis esset, vitam inculpatam egisse fertur. Super aduentu Domini, deque vita functurum iudicio nonnulla ab eo vaticinata sunt, quodque ritus cum legibus Moyfi consummabuntur & emendabuntur: Ceterum quum populus cum vniuersis vt virum non minore sanctimonia, quam mansuetudine præditum, coleret, indiderunt illi nomen Malachil, quod si quis interpretamētum requirit sonat Angelus, erat quippe forma oppidò quam præstanti. Quæcunque praterea dixit in prophetia Malachias, visus est Angelus se in dies institueret & declarare, perinde ac factum temporibus quoque Anarchiae proditur, quum principatus existeret adhuc nullus, quemadmodum traditum est in Spharphotim, quod est in volumine Iudicum.

Kk ij

Vita genui- que mor- tuis A- bacuk.

Historia vite & mortis A- bacuk.

Narratio vite So- phonia.

Aggaei vita compendiaris.

Gestorum zacharia narratio.

Vita & in- teritus Ma- achie co- pendium.

Ante diem verò adhuc iuuenis, propheta ille fato est functus, iuxtaque maiores suos in proprio agello repositus est.

Alius zachariae vita & obitus.

Quid dicitur Zachariae vias egerit.

Zacharias adhuc alius fuit tum Propheta, tum sacerdos, Iorda sacerdote prognatus, Ioannis Baptistae parens, quae Herodes ille tyrannus iuxta aram domusque Dei occidit, effususque est sanguis eius in vestibulo templi Domini. Is natione Hierosolymitanus erat, de familia David, officialis in domo Domini. Inter caetera quae vaticinatus est, de origine quoque & natiuitate Christi nonnulla prophetauit. Eo igitur in loco Propheta in domo Domini, & templo Domini humatus est. Ex eo sane facta sunt in templo illo stupenda miracula, phantasiaeque, hoc est, visiones. Caeterum sacerdotes nequibant amplius neque angelorum visa oculis usurpare, neque oracula siue responsa populo ex Dabit reddere. Neque etiam poterant in Ephud per signa & portenta, quemadmodum prius soliti fuerant, vsque ad tempus hodiernum respondere.

Simeonis Prophetae vita & obitus.

Vita & obitus Simeonis prophetae.

Simeonis sacerdos e tribu Aaron emicuit. Hic quippe est is, qui oraculum accepit a Spiritu sancto, Ne utiquam visurum esse mortem, quousque Christum Dominum incarnatum cerneret. Hic est, inquam, ille qui gestauit Dominum in vlnis suis, & glorificauit eum, dicens, Viderunt oculi mei salutarem tuum. Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace. Fato functus est Simeon iste pluribus quidem annis obitus, bene confectus, nec porro a sacerdotibus, postremum confectus honorem, humatus est.

Ioannis Baptistae quum vitam obitus.

Ioannis Baptistae vita.

Ioannes Baptista, zacharia & Elizabetha, natus e tribu Leui emicuit. Is est qui tanquam digito ostendit nobis Agnum Dei patris filium, qui tollit errata mundi. Hic mortalibus viam praestruxit, & foras patefecit regni Dei. Nemo sane inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. Functus est autem vita, decollatus ab Herode Tyranno propter Herodiadem fratram, puta Philippi fratris sui coniugem.

Conclusio.

Nonnulli potro aliquot alii extitere Prophetae, quorum nomina in Natalitiis eorum scripta comprehendantur, libro scilicet Nomenclaturarum Israel, quorum nullam hic planè mentionem fecimus. Epiphanius Episcopi Cyri de Prophetarum vita, interitu & monumento finis.

EPIPHANII EIVSDEM QVONDAM ET SALAMINIS

Simul in Cypro Episcopi, Epistola ad Ioannem Episcopum Hierosolymitanum, Diuo Hieronymo Presbytero Interprete.

Epiphanius Ioanni Episcopo Hierosolymorum.

Exhortatio Epiphanius ad Ioannem Episcopum.

Domino dilectissimo fratri Ioanni episcopo Epiphanius. Oportebat nos, dilectissime, clericatus honore non abuti in superbiam, sed custodia mandatorum Dei & obseruatione diligentissima hoc esse quod dicimus. Si enim sancta Scriptura loquitur, Clericum non proderunt eis, quae arrogantia clericatus conducere nobis poterit, qui non solum cogitatione & sensu, verum etiam sermone peccamus? Audiui quippe quod tu meas contra nos, & irascaris, & munitis scribere in extremos fines terrae, vt loca prouinciasque non nominem. Et vbi est Dei timor, qui nos debet illo tremore concutere, qui dictus est a Domino: Si quis irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio? Non quod magnopere curem, si scribas quod placuerit. Scribebantur enim & epistolae byblinae iuxta Esaiam: & mittebantur super aquas, quae cito cum seculo transeunt. Nihil tibi nocuimus, nihil iniuriam fecimus, nec quicquam violenter extorsimus, in monasterio fratrum, & fratrum peregrinorum, qui prouinciae nihil tuae deberent, & propter nostram paruitatem & literas, quas ad eos crebro direximus, communionis quoque tuae ceperunt habere discordiam, ne uiderentur quadam duricia & conscientia nostra, antiquae fidei ab Ecclesia separari, ordinauimus diaconum: & postquam ministrauit, rursus presbyterum, super quo debueras gratulari, intelligens quod ob Dei timorem hoc sumus facere compulsi: maxime cum nulla sit diuersitas in sacerdotio Dei, & vbi utilitati Ecclesiae prouideretur. Nam & si singuli ecclesiarum episcopi habent sub se Ecclesias, quibus curam videntur impendere, & nemo super alienam mensuram exteditur tamen preponitur omnibus charitas Christi, in qua nulla simulatio est: nec considerandum quid factum sit, sed quo tempore, & quo modo, & in quibus, & quare factum sit. Cum enim vidi sem, quia multitudo sanctorum fratrum in monasterio conuideret, & sancti presbyteri, Hieronymus & Vincentius propter verecundiam & humilitatem nolent debita nomini suo exercere sacrificia, & laborate in hac parte ministerii, quae Christianorum praecipua salus est, inuenire autem & comprehendere seruum Dei non posses, qui te, eod quod graue onus sacerdotii nollet suscipere, saepe fugiebat, sed nec alius quis episcopi coposum facile eum reperiret. Vnde & satis miratus sum, quomodo dispensatione Dei ad nos venerit cum diaconis monasterii & caeteris fratribus, vt mihi satisfaceret, quia nescio, quid aduersum eos habebam tristitia. Cu igitur celebraretur collecta in Ecclesia villa, quae est iuxta monasterium nostrum, ignorate eum, & nullam penitus habentem suspicionem, per multos diaconos apprehendi iussimus, & teneri os eius, ne forte liberari se cupiens, adiuraret nos per nomen Christi & primum diaconum ordinauimus proponentes ei timorem Dei, & compellentes vt ministraret. Valde quippe obintebatur, indignum se esse coestans.

Simulatio procul sit ab Ecclesiasticis.

Vix ergo compulsum eum, & persuadere potuimus testimoniis Scripturarum, & propositione mandatorum Dei. Et cum ministraret in sanctis sacrificiis, rursus eum ingenti difficultate tento ore eius, ordinauimus presbyterum, & iisdem verbis, quibus antea suaseramus, impulimus vt federet in ordine presbyterii. Post haec scripsimus ad sanctos presbyteros monasterii, & caeteros fratres, & increpauimus eos, quare non scripsissent super eo, cum ante annum multos eorum queri audissem, cur non haberent quae sibi Domini sacramenta conficerent, & illum omnes suo poscerent testimonio, & grandem utilitatem in commune monasterii testarentur, quare tunc reperta opportunitate non scripsissent nobis, neque super ordinatione eius aliquid poposcisset. Haec ita acta sunt, vt loquutus sum, in charitate Christi, quam te erga paruitatem nostram habere credebam, quanquam in monasterio ordinauerim, & non in parochia, quae tibi subiecta sit. O verè benedicta episcoporum Cypri mansuetudo & bonitas, & nostra rusticitas, sensu tuo & arbitrato digna misericordia Dei. Nam multi episcopi communionis nostrae & presbyteros in nostra ordinauerunt prouincia, quos nos comprehendere non poteramus, & miserunt ad nos diaconos & hypodiatonos, quos susceperimus cum gratia. Et ipse cohortatus sum beatae memoriae Philonem episcopum & sanctum Theoprobum, vt in Ecclesiis Cypri, quae iuxta se erant, ad meae autem parochiae videbantur Ecclesiam pertinere, eod quod grandis esset & late patens prouincia, ordinaret presbyteros, & Christi Ecclesiae prouiderent. Nunquam autem ego ordinaui diaconos, & ad alienas misi prouincias, neque feci quicquam vt Ecclesiam scinderem. Quid ergo tibi visum est, sic grauer intumescere & iactari contra nos pro opere Dei, quod in aedificationem, & non in destructionem fratrum factum est? Sed & illud vehementer admiratus sum, quod meis locutus es clericis, asserens te per sanctum presbyterum, & abbatem monachorum Gregorium mandasse michi, ne quengquam ordinarem, & ego hoc pollicitus sum, dicens: Nunquid iuuenis sum, aut canones ignoro? Audi igitur veritatem in sermone Dei, me hoc nec audisse, nec nosse, nec istius sermonis penitus recordari. Suspiciatus autem sum, ne forsitan inter multa, quasi homo oblitus essem, & ob hanc causam sanctum Gregorium sciscitatus sum, & Zenonem presbyterum, qui cum eo est. E quibus abbas Gregorius respondit, se hoc penitus ignorare. Zenonem autem dixit, quia cum ei presbyter Rufinus nescio, quae alia transitorie loqueretur, etiam hoc dixerit: Putas aliquos ordinaturus est sanctus episcopus? Et huiusce stetit sermone. Ego autem Epiphanius nec audiui quicquam, nec respondi. Vnde dilectissime non te praueinat furor, nec occupet indignatio, nec frustra mouearis, & aliud dolens, te veritas ad alia, vt peccandi occasionem inuenisse videaris. Quod propheta deuitans, Dominum precatur, dicens: Non declines cor meum in verba maliciae, ad excusandas excusationes in peccatis. Illud quoque audiens admiratus sum, quod quidam qui solent vltro citroque portare rumosculos, & his quae audierunt semper addere, vt tristitias & rixas inter fratres concitent, te quoque turbauerunt, & dixerunt, quod in oratione quando offerimus sacrificia Deo, soleamus pro te dicere: Domine, praesta Ioanni vt recte credat. Noli nos in tantum putare rusticos, vt hoc tam aperte dicere potuerimus. Quanquam enim hoc in corde meo semper orem, tamen vt simpliciter fatear, nunquam in alienas aures protuli, ne te viderer paruipendere dilectissime. Quando autem complerem orationem secundum ritum mysteriorum, & pro omnibus & pro te quoque dicimus: Custodi illum, qui praedicat veritatem. Vel certe ita: Tu praesta Domine & custodi, vt ille verbum praedicet veritatis: sicut occasio sermonis seulerit, & habuerit oratio consequentiam. Quapropter obsecro te dilectissime, & aduolens pedibus tuis precor, praesta mihi & tibi, vt saluetis, sicut scriptum est, a generatione peruersa, & recede ab haeresi Origenis, & a cunctis haeresibus, dilectissime. Vnde patrem Origenem scilicet, & aliarum haereson radicem, & parentem laudare non debetis. Et cum vos rogarem, ne ita erraretis, et monerem, contradixistis, et me ad tristitiam atque lachrymas adduxistis, non solum autem me, sed et alios plurimos catholicos qui intereant. Inde vt intelligo, haec est omnis indignatio, et iste furor. Et idcirco comminamini, quod mittatis aduersum me Epistolas, vt huc illucque sermo vester discurrat, et propter defensionem haereson, aduersum me odia suscitantes, rumpitis charitatem, quam in vos habuimus, in tantum vt feceritis nos etiam poenitentiam agere, quare vobis communicauerimus, ita Origenis errores et dogmata defendentes. Simpliciter loquor, nos secundum quod scriptum est, nec oculo nostro parcimus, vt non effodiamus eum, si nos scandalizauerit: nec manus, ne que pedi, si nobis scandalum fecerit. Et vos ergo, siue oculi nostri, siue manus, siue pedes fueritis, similia sustinebitis. Quis enim catholicorum possit aequo animo sustinere, et eorum qui fidem suam bonis operibus exornant, vt audiant Origenis doctrinam atque consilium, et credant praeclearae illius praedicationi, non potest filius videre patrem, neque Spiritus sanctus videre filium. Haec in libris Periarchon scribuntur, his verbis legitur, et ita loquutus est Origenes. Sicut enim incongruum est dicere, quod possit filius videre patrem, sic inconsequens est opinari, quod Spiritus sanctus possit videre filium. Illud quoque quis Origenem dicentem patitur, quod animae, angeli fuerint in caelis, et postquam peccauerint in superbis, directas esse in istum mundum et quasi in tumulos et sepulchra, sic in corpora ista re legatas, poenas antiquorum luete peccatorum, et corpora credentium non templa Christi esse, sed carceres damnatorum? Exinde veritatem historiae, allegoriae deprauans mendacio, infinita verba multiplicat, et simplices quosque varia persuasione supplantans, nunc asserit animas, iuxta Graecam etymologiam Psichas apo tou Psichesthe idcirco vocitatas, quia de caelestibus ad inferiora venientes, calorem pristinum amiserint, nunc corpus hoc, ob id iuxta Graecos Diemas, id est vinculum, siue iuxta aliam proprietatem, cadaver dici, quia animae de caelo ruerint, a plerisque autem secundum variam Graeci sermonis supellectilem Soma, id est corpus, Syma, id est monumentum interpretari, eod quod

Charitas

Episcopo rui Cypri mansuetus

Honestia Epiphanius responsio

Arii patet creditus Origenes

Origenis errores circa trinitatem.

Palchra a busio gramaticorum Graecorum.

ita animam in se clausam habeat, quomodo sepulchra & tumuli cadauera mortuorum. Et si hoc verum est, ubi est fides nostra, ubi praeconium resurrectionis, ubi apostolica doctrina, quae in Ecclesiis Christi hucusque perdurat, ubi illa benedictio ad Adam, & ad semen eius, & ad Noe, & ad filios eius: Crescite & multiplicamini, & replete terram. Iam enim non erit benedictio, sed maledictio, iuxta Origenem, qui Angelos vertit in animas, & de sublimi fastigio dignitatis facit ad inferiora descendere: quasi Deus generi humano non possit animas per benedictionem dare, nisi Angeli peccauerint, & tot in caelo sint ruinae, quot in terra natiuitates. Dimittenda ergo nobis est doctrina Apostolorum & Prophetarum, & Legis & ipsius Domini saluatoris in Euangelio peronantis. E contrario Origenes praecipit, & legem dat, ut non dicam, constringit discipulos suos, ne quis oret in caelum ascendere, ne peius iterum peccas quam in terris ante peccauerat, praecipitur in mundum. Quamquam istiusmodi nugae deliramenta solent ille Scripturarum interpretatione peruersa, & aliud significante quam quod verum est, affirmare, dicens: Prius quam a malicia humiliaret, ego deliqui. Et illud, Reuertere anima mea in requiem tuam. Necnon & illud, Educ de carcere animam meam. Et in alio loco, Constitutebor Domino in regione viuorum, cum alius proculdubio sensus Scripturae diuinae sit, quam ille in haesum suam maligna interpretatione detorquet. Quod faciunt & Manichaei, & Gnostici, & Hebionitae, & Marcionis sectatores, & aliae haereses numero octoginta, quae de purissimo Scripturarum fonte affluentes testimonia, non ita interpretantur ut scripta sunt, sed simplicitatem sermonis ecclesiastici id volunt significare, quod ipsi sentiunt. Illud quoque quod afferere nititur, doleam ne an rideam, nescio. Doctor egregius Origenes aude docere diabolum id rursum futurum esse quod fuerat, & ad eandem rediturum dignitatem, & consensurum regna caelorum. Proh nephas, quis tam vecors & stolidus, ut hoc recipiat, quod sanctus Iohannes Baptista, & Petrus, & Iohannes Apostolus & Euangelista, Esaias quoque & Hieremias, & reliqui Prophetae, coheredes suant diaboli in regno caelorum? Praeterea friuolam eius expositionem super tunicis pelliceis, quanto conatu, quantiue egerit argumentis, ut tunicas pelliceas, humana esse corpora crederemus. Qui inter multa ait: Nunquid corarius aut fordiscarius erat Deus, ut conficeret pelles animalium, & consueret ex eis tunicas pelliceas Adam & Euae? Manifestum est ergo, inquit, quod de corporibus nostris loquatur. Et si hoc ita est, quomodo legimus ante pelliceas tunicas, & ante in obedientiam & de paradiso ruinam, Adam loquentem non secundum allegoriam, sed verè, Hoc nunc os os est osibus meis, & caro de carne mea? Aut unde assumptum est illud, quod Diuinus sermo testatur, Et iniicit Deus soporem in Adam, & dormiuit, & sumpsit vnam de costis eius, & adimpleuit pro ea carnem, & edificauit costam, quam tulerat ex eo, illi in vxorem? Aut quae corpora contegebant Adam & Eua foliis ficus, postquam comederunt de arbore vetita? Quis autem patienter ferat Origenem lubricis argumentationibus resurrectionem carnis huius negantem: sicut declarat manifestissime in volumine Explanationum primi Psalmi, & in aliis multis locis? Aut quis audiat in tertio caelo donantem nobis Originem paradysum: & illum quem Scriptura commemorat, de terra ad caelestia transferentem, & omnes arbores, quae scribuntur in Genesi, sic allegoricè intelligentem, quod scilicet arbores, angelicae fortitudines sint, cum hoc veritas non recipiat? Neque enim dixit Scriptura Diuina, Deposuit Deus Adam & Eua in terram, sed eiecit eos de paradiso, & habitare fecit eos contra paradysum. Non ait, Sub paradiso. Et posuit rompham flammam & Cherubim custodire introitum ligni vitae. Non dixit, Ascensum. Et fluuius egrediebatur ex Eden. Non dixit, Descendit ex Eden. Iste diuiditur in quatuor principia, nomen vni Phison, & nomen secundi Geon. Ego vidi aquas Geon, aquas quas his carnis oculis aspexi. Iste est Geon, quem Hieremias demonstrat, dicens: Quid vobis & viae Aegypti, ut bibatis aquam Geon turbidam? Bibi & de hoc magno flumine Euphrate aquas simpliciter, quas manu potes tangere, ore forbere, non aquas spirituales. Vbi autem flumina sunt, quae & videntur & bibuntur, ibi consequens est quod & ficus & alia ligna, de quibus dicit Deus, Ex omni ligno, quod est in paradiso, comedes, similia sint lignis & aliis arboribus, sicut flumina similia sunt fluminibus & aquis. Si autem aqua que cer nitur, verè aqua est, necesse est ut & ficus vera sit, & alia ligna, & Adam verus statim a principio plasmatus in corpore sicut & Eua, & non in phantasmate, & post ruinam (ut vult Origenes) propter peccatum postea corpus acceperit. Sed dicitis, Legimus quod sanctus Paulus raptus sit vsque ad tertium caelum, & vsque in paradysum. Bene dicitis. Quando ponit tertium caelum, & postea addidit, Et in Paradysum, ostendit alibi esse caelum, & alibi paradysum. Illas verò praestigias quis non statim abiiciat atque contemnat dicente Origene, de aquis quae super firmamentum sunt, non esse aquas sed fortitudines quasdam angelicae potestatis, & rursum aquas quae super terram sunt, hoc est, sub firmamento, esse virtutes contrarias, id est demones: Et quomodo legimus, in diluio apertas catarrhas caeli, & aquas inundasse diluuii? Vnde aperti sunt fontes abyssi, & rotus mundus opertus est aquis? O furor hominum iunctus stulticiae, qui reliquerunt illud quod in Proverbiis dicitur: Audi Fili sermonem Patris tui, & ne abiicias legem matris tuae: & conuersi sunt ad errorem, & dicunt stulto, ut princeps sui sit, nec contemnunt res fatuas, quae dicuntur a fatuo, sicut Scriptura testatur. Fatuus autem fatua loquitur, & cor eius vana intelligit. Vnde obsecro te dilectissime, & quasi membris meis parcens, propter charitatem quam in te habeo, precor scribens & orans, ut impleas illud quod dicitur, Nonne odientes te Domine odiui, & super inimicos tuos tabescebam? Inimica & digna odio Origenis verba sunt, & Deo repugnancia, & sanctis eius, & non ista sola quae dixi, sed & alia innumerabilia. Neque enim nunc mihi propositum est aduersus omnia Origenis dogmata disputare. Nihil mihi subripuit Origenes, nec in mea generatione fuit, nec propter aliquas res mundi & hereditatem, odium aduersum illum pugnaeque suscepi: sed (ut simpliciter fatear) doleo, & valde doleo, videns plurimos fratrum, & eorum

Origenis de diabolo ad paradysum reduco vanitas.

vana Origenis de resurrectione Adam opinio. Primorum parentum de paradiso eieccio.

Raptus vana ad tertium caelum.

rum praecipue qui professionem habent non minimam, & in gradum quoque sacerdotii maximum perueniunt, eius peruersissima doctrina cibos factos esse diaboli: in quibus completum est illud quod dicitur, Super omnem munitionem ludit, & esca eius electa, & congregavit sicut arenam, captiuitatem. Te autem frater, liberet Deus & sanctum populum Christi, qui tibi creditus est, & omnes fratres qui tecum sunt, & maxime Ruffinum presbyterum ab haeresi Origenis, & ab aliis haeresibus & perditione eorum. Si enim propter vnum verbum aut duo, quae contraria fidei sunt, multae haereses abiectione sunt ab Ecclesia: quanto magis hic inter haereticos habebitur, qui tantas peruersitates, & tam mala dogmata contra fidem adinuenit, Deique & Ecclesiae hostis extitit: Inter multa enim mala estiam illud ausus est dicere, perdidisse imaginem Dei Adam, cum hoc in nullo penitus loco Scriptura significet. Si autem ita esset, nunquam omnia, quae in mundo sunt ferirent semini Adam, id est, vniuerso generi hominum, sicut & Iacobus apostolus loquitur: Omnia domantur, & subiecta sunt humanae naturae. Nunquam enim vniuersa subiecta essent hominibus, si non haberent homines iuxta id quod vniuersis imperant, imaginem Dei. Coniungens autem atque confocias Scriptura diuina gratiam benedictionis, quam Adam donauerat, & generationibus quae ex eo erant, ne qui forsitan maligna interpretatione auderent dicere, vni datam gratiam Dei, & illum solum factum esse ad imaginem Dei, quia plasmatus esset ex humo, & vxorem eius, quam creasset de costa viri: eos verò qui conciperentur in vtero, & non ita nascerentur vt Adam, Dei non habere imaginem: statim per ordinem iungit, & dicit: Et vixit Adam ducentos triginta annos, & cognouit Eua vxorem suam, & peperit ei filium iuxta speciem & iuxta imaginem eius, & vocauit nomen eius Seth. Rursumque in decima generatione post annos bis mille ducentos sexaginta duos, vindicans Deus imaginem suam, & ostendens, quod gratia, quam dedisset hominibus, perseveraret in eis, ait: Ne comederitis carnem in sanguine: ego enim vlciscar sanguinem vestrum de manu omnis hominis effundentis illum, quia ad imaginem Dei feci hominem. Necnon post alteras decem generationes vsque ad Abraham, & ab Abraham vsque ad Dauid alias generationes quatuordecim, quae viginquatuor generationes simul faciunt annos bis mille, centum, decem & septem. Spiritus sanctus in trigesimo octauo Psalmo, cum quereretur de omnibus hominibus, quod in vanitate ambularent, & peccatis essent obnoxii, loquitur: Veruntamen in imagine perambulat omnis homo. Nec non post Dauid, etiam sub Solomone filio eius, legimus tale quiddam super Dei imagine nominatum. Dicit enim in Sapientia, quae titulo eius inscribitur: Creauit Deus in corruptum hominem, & imaginem suae proprietatis dedit ei. Et rursum post annos trecentos vndecim plus minus, in nouo legimus Testamento, quod non perdidit homines imaginem Dei. Iacobus enim Apostolus & frater Domini, cuius & supra meminimus, instruit nos, ne Origenis laqueis capiamur, habere hominem imaginem & similitudinem Dei. Nam quum de lingua hominis latius disputasset, adiecit: Instabile malum, in ipsa quippe benedicimus Deum patrem, & in ipsa maledicimus homines qui ad similitudinem Dei conditi sunt. Paulus quoque vas electionis, & qui doctrinam euangelicam sua praedicatione compleuit docet nos, quod homo ad imaginem & similitudinem Dei conditus sit, dicens: Vir non debet nutrire comam, quum gloria & imago Dei sit: imaginem simpliciter appellans suo nomine: similitudinem autem, gloriae appellatione significans. Pro tribus igitur testimoniis, quae tibi, si de scriptura sancta reperirem, dicebas posse sufficere, ecce septem testimonia dedimus. Quis ergo sustinebit Origenis ineptias, ut non grauius aliquid loquar, & similis efficiat vel ipsi vel discipulis eius, qui audent in periculo animae suae asserere, quodcunque eis in buccam venerit: & magis iubere Deo, & non ab eo vel orate vel discere veritatem. Quidam enim eorum dicunt, quod imago Dei, quam prius accepit Adam, illo peccante perierit. Alii suspicantur corpus, quod filius Dei habiturus esset ex Maria, ipsam esse imaginem, alii sensum, alii virtutem, isti baptisma, hi quod homo ad imaginem Dei dominetur omnibus, ebriorum more haec vel illa ructantes, quos oportebat tantum effugere discrimen, nec negare quae loquitur Deus, & credentes simpliciter saluos fieri, Deoque concedere donationis suae certam & veram scientiam, in qua potissimum parte homines condidit ad imaginem & similitudinem suam. Qui haec relinqueres, multis se questionibus implicarunt, & per hoc in conum demersi sunt peccatorum. Nos autem dilectissime credimus his quae locutus est Dominus, & scimus quod in cunctis hominibus imago Dei permaneat: ipsique concedimus nosse in qua parte homo ad imaginem Dei conditus sit. Sed neque illud, quod quidam in epistola Iohannis legentes non intelligunt, quenquam decipiat, ubi loquitur: Nunc filii Dei sumus, & nondum apparet quod erimus. Nouimus autem, quia cum ille reuelatus fuerit, similes ei erimus. Videbimus enim eum, sicuti est. Hoc enim propter gloriam quae ibi reuelanda est sanctis eius, dictum est: sicut & in alio loco legimus, A gloria in gloria: cuius gloriae iam in isto seculo sancti arroborem & portunculam susceperunt. Primus eorum Moyses, cuius fulsit facies valde, & radiabat veluti fulgor & sol. Secundus Elias, igneo curru raptus in caelum, & ignis detrimenta non sentiens. Stephanus lapidabatur, & faciem habebat angeli, quae ab omnibus cernebatur. Hoc autem quod in paucis diximus, de omnibus intelligendum est, ut impleatur illud quod scriptum est: Omnis qui sanctificat se metipsum, inter beatos numerabitur. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Cui haec ita se habeant, dilectissime, custodi animam tuam, & desine circa nos murmurare. Dicit enim scriptura diuina: Nolite murmurare adiuicem, sicut quidam murmurauerunt, & a serpentibus perierunt: magis acquiesce veritati, & dilige diligentes te, & veritatem. Deus autem pacis praestet nobis iuxta suam elementiam, ut conteratur Satanas sub pedibus Christianorum, & abiiciatur omnis occasio peruersa, ne scindatur in nobis vinculum charitatis & pacis, & rectae fidei praedicatione. Praeterea quod audui quosdam murmurare contra me, quia quando simul pergebamus ad sanctum locum, qui vocatur Bethel,

Influs doctor de erigenis.

Interpretatio aliena.

Verum imaginis.

Origenis ineptia.

Peregrinationis a

vt ibi collectam tecum ex more ecclesiastico facerem, & venissem ad villam quae dicitur Anablatha, vidissemque ibi prateriens lucernam ardentem, & interrogassem, quis locus esset, didicissemque esse ecclesiam, & intrafsem vt orarem: inueni ibi velum pendens in foribus eiusdem ecclesiae tinctum atque depictum, & habens imaginem quasi Christi, vel sancti cuiusdam. Non enim satis memini, cuius imago fuerit. Cum ergo hoc vidissem, in ecclesia Christi contra auctoritatem Scripturarum hominis pendere imaginem, scidi illud, & magis dedi consilium custodibus eiusdem loci, vt pauperem mortuum eo obuoluerent & efferrent. Illique contra murmurantes dixerunt: Si scindere voluerat, iustum erat vt aliud daret velum, atque mutaret. Quod cum audissem, me datum esse pollicitus sum, & illic esse misurum. Paululum autem morarum fuit in medio, dum quaro optimum velum pro eo mittere: arbitrabar enim de Cypro mihi esse mittendum. Nunc autem misi quod potui reperire, & precor vt iubeas presbyteros eiusdem loci suscipere velum à latore, quod à nobis missum est: & deinceps praecipere, in ecclesia Christi eiusmodi vela, quae contra religionem nostram veniunt, non appendi. Decet enim honestatem tuam hanc magis habere sollicitudinem, vt scrupulositatem tollat, quae indigna est ecclesia Christi & populis qui tibi crediti sunt. Palladium verò Galatam, qui quondam nobis charus fuit, & nunc misericordia Dei indiget, caue, quia Origenis haeresim praedicat & docet, ne forte aliquos de populo tibi credito ad peruersitatem sui inducat erroris, Opto vt valeatis in Domino.

Cur imaginem sci derit.


FINIS OPERVM D. EPIPHANII EPISCOPI CONSTANTIAE Cypri, Iano Cornario Medico Physico interprete.

EPIPHANIORVM VITA EX SVIDA Collectaneis tumultuar. è versa.

Epiphanius Vlpiani, sophista, natione Petraeus, cū in patria tū Athenis, disciplinas & ingenii cultu docuit. Scripsit de cōmunicatione & discordia statuum, Progymnasmata, hoc est praexercitamenta: preterea Declamationes, Tribunitias item, necnon & Polemarchicum, Orationes demonstratiui generis, Miscellaneas denique quasdam speculationes.

Epiphanius alius (nempe hic noster) Salaminis prius, dein Constantiae, quae in Cypro est, episcopus, in lumen orationes aliquot aduersus omnes haereticos, edidit, quae Panaria nuncupavit: alia item non pauca, quae ab eruditiorum rerum gratia, ab illiteratis ob verba leguntur: natu admodum grandis superis concessit ab oris.

Fuit quoque Epiphanius praesul Selybriae, Olybriae ve, qui aduersus imaginum cōcremationes Commentarium contradictorium, impendio frugiferum conscripsit.



THEODORETI
EPISCOPI CYRI ERANISTES
SEV POLYMORPHVS, IN QVO
tribus Dialogis contra quosdam sui temporis
Haereticos acerrimè & subtilissimè disputat.

Eiusdem, Haereticorum improbarum nugarum ac fabularum compendium.

Eiusdem, Diuinorum decretorum seu dogmatum epitome.

Quae omnia nunc primum in lucem exeunt, à Gentiano Herueto Aurelio latine versa.

Marcello Ceruino S. Crucis Card. amplissimo, sanctae sedis Apostolicae in Concilio legato, Gentianus Heruetus. S. P. D.



Inter ceteros Graecos scriptores, qui praecleara ingenij sui monumenta in omni disciplinarum genere literis mandauerunt. Ampl. pater, Theodoretus Cyrensis Episcopus, Vir in omni doctrinae genere summa cum laude versatus, in rebus sacris, si non primum, certè inter primos locum obtinet. Quis enim eo est in arcanis sensus eruendis perspicacior & ingeniosior? Quis in re ulla docenda ac explicanda breuior & clarior? Quis in dicendo iucundior, in argumentando subtilior, in mouendo acrior? Quis, si rationibus pugnandum est, vel validius in hostes tela iacit, vel ab eis iacta facilius repellit, et eos sepius etiam suo, vt aiunt, gladio confodit? Quis, si auctoritatibus forte sit de certandis est, vel omni exemplorum genere, vel summa totius antiquitatis cognitione instructior? Ego quidem eum esse existimo, qui id quod admodum paucis datum est, felicissimè praestiterit, vt summam rerum cognitionem cum eleganti & ornata dictione coniungeret. Cum autem plurima pulcherrimè scripserit, quorum nonnulla in linguam latinam iam pridem traducta sunt, ego quidem Eranistem, seu Polymorphum, quo aduersus aliquos sui temporis Haereticos depugnat, nulli esse eorum postponendum existimo. In quo Haereticum Proteo mutabiliorem, & in omnes se formas, vt euadat, mutatam ita agit, & in omnem partem versat, vt cum nullus omnino sit effugij locus, ei vel inuitus manus dedere cogatur. Praeter cetera autem quae à Theodoro ad eum impugnandum afferuntur, hoc vel maximam studiosis utilitatem afferet, quod per multa Ignatij Poly-

carpi, Irenei, & ceterorum longe antiquis simorum ecclesie Doctorum, nostraque religionis facile principum, testimonia in eo proferuntur. Liber quoque, quem de improbis Hæreticorum fabulis & ecclesiasticis doctrinis inscripsit, est eiusmodi, ut vel post Ireneum, Epiphanium, & Augustinum, qui præclare de hæresibus scripserunt, sit lectu locum omnium dignissimus. Nemo certe Hæreticorum fraudes & imposturas eo melius detexit, nemo eorum ridiculas planè que aniles fabulas summamque stultitiam clarius oculis subiecit. Decreta autem ecclesiastica aperte ostendunt eorum quæ hodie à Catholicis & Orthodoxis obseruantur fuisse perpetuam & à Christo & Apostolis per manus acceptam traditionem, nec ullis vnquam temporibus de fuisse Hæreticos, qui à patrum præscriptis discederent, & se ab ecclesie unitate seungerent. Qui cum post insanos suos conatus ita tandem funditus interierint, ut nullum eorum vestigium vsquam relinqueretur, ita Christo duce sperandum est, eorum qui nostris temporibus à nobis recesserunt, non admodum dissimiles tandem futuros exitus. Hoc autem pulcherrimum opus Theodoretum, quod Ampl. bonæ memoriæ Card. Ardingellus paucis ab hinc mensibus in lucem græce edendum curauerat, cum tuo hortatu in linguam Latinam vertissem, & in lucem edere statuissem, & apud me quærerem cuiusnam potissimum auspiciis in doctorum manus exciret, tu vnus mihi occurristi, qui cum suscipiendi huius muneris causam dederis, id quoque iam perfectum omnium optimè possis & velis defendere. Quod quidem meo te lubentius facturum mihi persuadeo, quod cum præclara doctorum hominum momenta late propagari, & à carcere ac tenebris vindicari magnopere cupias, & ut fiat, quoad eius à te fieri potest, ad labores, Theodoretum certe propter insignem eius doctrinam & eloquentiam semper singulariter dilexeris, honoraris, & summis laudibus ornaris. Qui nunc tibi eo nomine quam maximas potest agit gratias petitque, ut si non tam discrete, at certè paulo magis familiariter, cum nunc loquentem audias, & ab inuidorum, præcipue autem Hæreticorum, quorum tibi cum illo esse commune odium non ignorat, calumniis defendas. Vale.

BEATI THEODORETI EPISCOPI
CYRITERANISTES SEV
POLYMORPHOS.



VNT nonnulli, qui cum nec ex genere, nec ex eruditione, nec ex rebus præclare gestis vllam laude dignam claritatem habeant, improbis studiis insignes euadere contendunt. Talis erat ille Alexander Faber ærarius, qui cum nihil in se egregium, & suspiciendum haberet, non generis nobilitatem, non dicendi facultatē, non regendi populi artem, non ducendi exercitus scientiam, non rerum in bello fortiter gestarum commendationem, & solummodo fordidam, & illiberalē exerceret artem, ex sola sua aduersus diuinissimum Paulū insaniam notus extitit. Porro autem Semei quoque homo planè obscurus, & omnino illiberalis, ex sua aduersus diuinum Dauid insolentia celeberrimus euasit. Iam verò Manichæorum quoque Hæresis inuentorē ferunt seruum fuisse Mastigiam, & à gloriæ cupiditate impulsus, execrandum illum religionis ritum conscripsisse. Hoc ipsum nonnulli quoque nunc faciunt, qui expetendam virtutis gloriam, propter eos, qui illam præcedunt, labores, fugientes, ignominiosissimam, & longè miserrimam sibi famam peperere. Cumenim nouorum decretorum primi esse authores desiderassent, ex multis sectis impietatē emendicarunt, & hanc perniciosam hæresim constituerunt. Ego autem paucis cum eis conabor differere, tum ut eis aliquid remedij afferam, tum ut eis, qui sani sunt & integri, prouideam. Libri autem à me scripti nomen est Eranistes, seu Polymorphos, hoc est Emendicator, seu forma multiplex. Cum enim à multis isque impiis hominibus infausta sua decreta emendicant, varia & multiplicata cogitata proferunt. Quod enim Deum solum Dominum Christum nominant, est simonis, & Cerdonis, & Marcionis, & aliorum, qui huic execrandæ sententiæ sunt affines. Quod autem ex virgine quidē natiuitatem fatentur, sed eam dicunt fuisse traiectionem, nec Deum verbum quidquam ex virgine accēpisse, ex Valentini, & Bardisanis, & eorum, qui non sunt ab illorum opinione remoti, prodigiosis diæsis surripuerunt. Quod autem Domini Christi diuinitatem, & humanitatem vnā naturam appellant, ex Apollinaris nugis suffurati sunt. Rursus autem quod Christi diuinitati animi perurbationē tribuunt, ex Arij, & Eunomij blasphemiam cœperunt. Vt re vera videatur eorum principium, mendicorum vestibus, quæ ex diuersis pannis confarctantur, non dissimile. Quamobrem Eranistem, seu Polymorphum, hoc est Emendicatorem, seu forma multiplicem, hunc librum appello. Mors autem Dialogi procedit oratio, ut quæ interrogaciones, & responsiones, propositiones & solutiones, obiectionesque, & cætera, quæ sunt Dialogorum formæ propria, contineat. Eorum atem qui interrogant, & respondent, nomina non inseram orationi, quemadmodum qui olim fuerunt ex Græcis viri docti, sed extra in versuum initiis adscribam. Illi enim, iis qui omne doctrinæ, & disciplinæ genus peruaferant, qui que toto vitæ tempore in dicendi arte versati erant, sua scripta offerebant. Ego autem ab iis etiam qui eloquentiæ mysteriis non sunt initiati, volo & lectionem, & vtilitatis inuentionem facile posse percipi. Hoc autem ita erit, si personæ eorum, quæ differunt, ex nominibus quæ extra adscripta sunt, manifestæ fuerint. Atque ei quidem, qui pro Decretis Apostolicis decertat, Orthodoxus nomen est. Alius autem Eranistes, ist est Emendicator, nominatur. Sicut enim eum qui à multis misericordia moris alitur, *proferat*, id est mendicum, nominare consueuimus, & *chrimatistim* eum qui scit pecunias colligere: ita etiam huic ex eius studiis acceptum cognomen imposuimus. Rogo autem eos, qui in eum inciderint, ut absque vllò antipathæ opinionis præiudicio veritatē examinet. Nos enim, ut res sit aperta, curam gerentes, Librum in tres Dialogos diuidemus. Et primus quidem esse immutabilem vni geniti filij diuinitatem contendit. Secundus autem inconfusam, si ita mihi pie dicere fas est, Domini Christi diuinitatis & humanitatis vnionem fuisse ostendit. Tertius autem fuisse impartibilem, & ab omnibus perurbationibus, passionibusque remotam seruatoris nostri diuinitatem decertabit. His autem peractis certaminibus, quædam alia veluti certaminū additamenta adiciemus, vnicuique capiti ratiocinationem adiungentes, & aperte ostendentes id à nobis seruari quod ab Apostolis prædicatum est.

Orthodoxus & Eranistes.
Orthodoxus.

MELIVS quidem esset nos consentire, & Doctrinam apostolicam integram, ac sinceram conseruare. Sed quoniam nescio quam ob causam soluta concordia, nobis noua decreta proponitis, absque vlla, si videtur, contentione, veritate communiter quæramus.

E R A N. Nos quidem inquisitione non egemus, exacte enim veritatem tenemus.

O R T H. Hoc etiam Hæreticorum vnusquisque existimat. Quinetiam Iudæi, & Græci se veritatis decretorum authores existimant. nec ij soli, qui Platonis & Pythagoræ scita colunt, sed etiam qui sunt partium Epicuri, & qui sunt omnino impij, & ab omni probabili opinione alieni. Non conuenit autem iam anticipatæ opinioni seruire, sed veram cognitionem inquirere.

E R A N. Suasioni tuæ acquiesco, & quod à te instituitur accipio.

O R T H. Quoniam ergo vt priorè admitteres adhortatione facile persuasus es, velim rursus ne tu humanis rationibus veritatis inquisitione permittas, sed apostolorum, & Prophetarum, & qui eos secuti sunt sanctorum vestigia inquiras. Hoc enim solent facere viatores, quado à via regia deflexerint, vt se mitas considerent, si aliquotum recedentiū, aut venientiū pedum typos habeant, aut hominum, aut equorum aut asinorum, aut mulorum, & quando inuenerint, instar canum vestigia persequuntur, nec prius desistunt, quam rectam viam recuperauerint.

Viatores.

E R A N. Ita faciamus, Tu ergo præi, vt qui orationem inciperis.

O R T H. De diuinis ergo nominibus, substantia inquam, & hypostasis, personis que & proprietatibus, primum certi quid constituamus, cognoscamus que, & definiamus, quamnam inter se habeat differentiam. Deinde quæ deinceps sequuntur, attingemus.

E R A N. Pulcherrimum, & maxime necessarium dedisti nostro sermoni exordium. Si hæc enim rectè diiudicata, & constituta fuerint, nostra facilius procedet disputatio.

O R. Quoniam ergo hæc ita fieri oportere nobis visum est, responde sodes. Dei Patris, & vnigeniti filij, & sanctissimi spiritus vnā substantiam dicimus, quæadmodum à diuina scriptura tam veteri, quàm noua, & à Patribus, qui Nicææ conuenerunt, docti sumus, an Atij blasphemiam sequentes?

Nicææ.

E R. Confitemur esse vnā sanctæ Trinitatis substantiam.

O R. Hypostasis autem aliquid ne aliud quàm substantiam significare putamus, an substantiæ esse aliud nomen existimamus? **E R.** Est ne aliqua differentia inter substantiam & hypostasis?

O R. Si externa quidem spectetur sapientia nulla est. Nam & substantia, seu essentia, id quod est, significat, & id quod subsistit est hypostasis. Sed si Patrum doctrina: quam habet differentia cõmune, & proprium, vel genus & species, ac indiuiduum, eandem habet substantia & hypostasis.

E R. Dic paulò clarius de genere, specie, & indiuiduo.

Genus.

O R. Genus quidem dicimus animal. Multa enim simul in eodem significat. Nam & quod est ratione præditum, & quod est experti rationis significat. Et eorum quæ sunt rationis expertia, rursus sunt multe species. Alia enim sunt volucris: alia vitam ancipitè de gentia: alia pedestria: alia natatilia. Porro autem vnū quodque eorum rursus in multa diuiditur. Pedestrium enim aliud quidè est Leo, aliud Pardus, aliud autem Taurus, & alia innumera. Ita etiam volucrum, & aliorum sunt multe species, sed eorum tamen omnium genus est animal: species autem quæ prius dictæ sunt. Ita etiam hoc nomen homo, est huiusmodi nature nomen cõmune. Significat enim & Romanum, & atheniensem, & Persam, & Soromatum, & Egyptium, & vt semel dicam, quotquot sunt huius nature participes. Hoc autè nomen, Petrus, vel Paulus, non vtique id quod est nature cõmune significat, sed quæpiam hominè. Nemo enim, qui Paulum audiuerit, ad Adam, vel Abrahæ, vel Iacob suam cogitatione cõuertit. Sed is solus ei in mente venit, cuius appellatione audiuit. Sed si hominè simpliciter & absolute audiuerit, nõ in aliquod indiuiduum cogitatione defigit, sed Indum etiã, Scytham, & Massagetam, & vniuersum, vt semel dicam, humani generis cogitat, idque nos non natura solū, sed etiam diuina scriptura docet. Dixit enim Deus, inquit. Delebo hominè, què formauit à facie terre. Hoc autè dixit de innumerabilibus hominibus. Cui enim plus quàm bis mille & duceti anni post Adam præterissent, per inundationem hominibus exitiū attulit. Ita etiã dicit beatus Dauid. Homo cum in honore esset, nõ intellexit, nõ huc, vel illuc, sed omnes homines cõmuniter accusas. Inuenire autè licet eiusmodi innumera. Sed nõ opus est de hac replura dicere.

E R. Cõmunis, & proprii discrimine aperte ostensum est. Sed ad substantiam & hypostasis redeamus.

O R. Sicut ergo hoc nomen homo, commune huius nature nomen est, ita etiam diuinam substantiam, vt quæ sanctam trinitatem significet: hypostasis autem, vt quæ aliquam vel Patris, vel Filij, vel spiritus sancti personam de claret, accipimus. Hypostasis enim, personam, & proprietatem idem significare dicimus, ea, quæ à sanctis Patribus sunt definita, sequentes.

E R. Hæc ita habere confitemur.

O R. Quæcunque ergo dicuntur de natura diuina, ea sunt cõmunia Patris, & Filij, & spiritus sancti, vt Deus, Dominus, Opifex, Omnipotens, & quæ sunt his similia.

E R. Hæc citra vllam controuersiam sunt trinitatis communia.

Orth.

O R. Quæ autem rursus hypostases significant, ea non sunt vtique sanctæ Trinitatis communia, sed sunt illius hypostasis, cuius sunt propria. Quæmadmodum hoc nomen Pater, & itidè in genitus, sunt Patris propria. Et rursus hoc nomen Filius, & itidem vnigenitus, & Deus Verbum, non Patrem, nec Sanctum spiritum, sed Filium significant. Sanctus quoque spiritus, & Paracletus, spiritus hypostasis declarant.

Spiritus.

A E R. Non vocat ergo sancta scriptura spiritum, Patrem, & Filium?

O R. spiritum vocauit, & Patrè, & Filiū, id quod est diuinæ nature in corporeum, & quod circumscripti non potest, per hoc significans, spiritum autè sanctum solum spiritus hypostasis nominat.

E R A N. Hoc quoque est ab omni dubitatione remotum.

O R. Quoniam ergo aliqua quidem diximus esse sanctæ Trinitatis cõmunia, aliqua verò vniuscuiusque hypostasis propria: hoc nomè, Immutabile, dicimus ne esse cõmune substantiæ, an proprium alicuius hypostasis?

E R A N. Immutabile, commune est Trinitatis, neque enim fieri potest, vt Trinitatis sit hoc quidem immutabile, illud verò mutabile.

Ioan. 1.

O R T H. Optime dixisti. Sicut enim mortale esse, commune est hominum, ita sanctæ Trinitatis cõmune est, esse, immutabile, vtique, & variari non posse. Est ergo immutabilis vnigenitus quoque Filius, sicut & Pater, qui ipsum genuit, & sanctus spiritus.

E R A N. Immutabilis.

O R T H. Quomodo ergo, quod in euangelio dicitur adducentes, Verbum caro factum est, mutationem immutabili nature tribuitis?

E R A N. Non per mutationem, ac conuersionem ipsum carnem factum esse dicimus, sed quemadmodum ipse scit.

O R T H. Si non carne accepta, caro factus esse dicitur, duorum alterum dicere necesse est, vel ipsum mutationem in carnem sustinuisse, vel existimatione quidem, & apparitione talem visum fuisse, sed reuera carnis expertem Deum esse.

E R A N. Hæc est Valentinianorum, & Marcionitarum, & Manicheorum opinio. Nos autem edocti sumus confiteri Deum verbum verè incarnatum esse.

O R. Incarnatum autè esse, quomodo intelligitis, carnè ne accepisse, an in carnem conuersum esse?

E R. Quæ nos euangelistam dicentem audiuius, Verbum caro factum est.

O R. Illud autem factum est, quomodo intelligitis?

E R. Qui mutatione in carnem sustinuit, caro factus est, & iam dixi, quemadmodum ipse scit. Nos autè scimus nihil esse, quod ipse non possit. Nam & aquam Nili in sanguinem, & diem in noctem mutauit, & mare terram solidam & continentem effecit, & aridam, aquique carentem solitudinem aquis repleuit. Audiuius etiam Prophetam dicentem. Omnia quæcunque voluit Dominus fecit in caelo, & in terra.

O R. Creaturam creator transformat vt voluerit. est enim mutabilis, eiusque qui ipsam fabricatus est nutum sequitur. ipse autem habet naturam immutabilem, & quæ nec verti, nec variari potest. Et ideo de creatura quidem dicit Propheta. Qui facit omnia, & transformat. De Deo autem verbo dicit magnus Dauid. Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. et rursus ipse Deus de seipso. ego sum, & non mutor.

E R. Quæ sunt occultata non oportet quærere.

O R. Nec quæ sunt declarata penitus ignorare.

E R A N. Incarnationis quidem me lateret modus, audiui autem quod Verbum Caro factum est.

Psal. 134.

O R T H. Si mutatus, caro factus est: non mansit, quod prius fuerat. Hoc autem ex multis similitudinibus facile sciri potest. Nam arena quædam, cum igni consuetudine & coniunctione inita, primū quidem liquida & fluida redditur, deinde in vitrum concrefcit, & simul cum mutatione vnā quoque appellationem commutat, non est enim amplius arena, sed vitrum nominatur.

E R A N. Ita est.

O R. vt qui vitis fructum vnam nominamus, quando eam expresserimus, non vnam, sed vinum nominamus. **E R.** Maxime.

O R. Ipsum quoque vinum, cum fugerit, & mutatum fuerit, non amplius vinum, sed acetum nominare solemus. **E R.** Verum.

O R. Ita etiam cum coctum lapidem dissoluimus, non amplius lapidem, sed calcem appellamus. Innumera alia quoque alia possunt inueniri, quæ vnā cum mutatione nomen quoque commutant.

E R. In confesso est.

O R. Si ergo Deum verbum mutationem in carnem sustinuisse dicitis, carnem ipsum, Deum, & non carnem appellatis? Nature enim mutationi conuenit appellationis mutatio. Si enim, quando ea quæ mutantur, habent aliquam cum iis, quæ prius erant, cognationem, acetum enim cum vino habet aliquam propinquitatem, & vinum cum fructu vitis, & vitrum cum arena, ea post mutationem aliam sortiuntur appellationem: Vbi infinita est differentia, & tanta, quanta si conferatur culex cum vniuersa creatura, tam quæ sub aspectum cadit, quàm quæ visum effugit (tantum enim est, vel potius maius interstitium inter naturam carnis & diuinitatis) quomodo fieri potest, vt post mutationem prior maneat appellatio?

Psal. 107. Mal. 3.

ER. Sapè dixi, q non per mutationem caro factus est, sed manens quod erat, factus est quod nō erat OR. Sed illud, factum est, nisi apertum fiat, conuersionē, & mutationē videtur innuere. Nisi enim carne accepta caro factum est mutatum caro factum est.

ER. Hoc accepit, à vobis inuentum est. Euangelista enim dicit. Verbum caro factum est. OR. Videris vel diuinam scripturam ignorare, vel si scias, te improbè gerere. Ego autem te vel esse ignarum, vel improbum conuincam. Responde ergo. Diui Pauli doctrinam fateris spiritalem?

ER. Maximè.

OR. Et eundem spiritum per euangelistas & Apostolos dicis esse operatum?

1. Cor. 12. ER. Ita dico. Ita enim me docuit scriptura Apostolica, Diuisiones enim, inquit, Sunt Gratiarum, idē autē spiritus, & rursus. Hæc autē omnia operatur vnus atque idē spiritus, diuidens seorsum vniciq; sicut vult, & rursus. Habentes autem eundem spiritum fidei.

OR. Opportunè Apostolica testimonia adduxisti. Si ergo eiusdem spiritus esse dicimus Euangelistarum & Apostolorum doctrinam, audi Apostolum id quod in euangelio dicitur interpretantem.

Heb. 2. Ad Hæbræos enim scribens ita dicit. Non enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahamæ apprehendit. Responde itaque, Quid intelligis semen Abrahamæ? An non id quod habuit Abraham secundum naturam, habuit etiam semen Abrahamæ?

ER. Non omnia. Christus enim peccatum non fecit.

OR. Peccatū non est naturæ, sed malæ electionis, maliq; instituti, & ideo nō dixi indefinitè, Quod habuit Abraham, sed quod habuit secundum naturā, hoc est corpus, & animam ratione præditā. Dic ergo apertè, an confiteris semen Abrahamæ & corpus esse, & animā ratione præditam nisi forte in hoc quoque tibi conuenit cum nugis Apollinaris. Sed etiam aliunde te hoc quoque fateri compellā. Dic ergo. Iudæi corpus ne habent, & animam ratione præditam?

Apollinar.

ER. Clarum est eos habere.

OR. Quando ergo Prophetam dicentem audierimus, Tu autē Israel filii mi Jacob quem elegi, Semē Abraham, quem dilexi, non solum carnes Iudæos existimamus? Non intelligimus homines, qui constant ex corporibus, & animis?

ER. Verum.

OR. Et semen Abrahamæ, non animæ, & mentis expers, sed quod omnia habet quæcunque Abrahamæ naturam effingunt?

ER. Qui hæc dicit, duos adornat filios.

OR. Qui autem Deum verbum in carnem conuersum esse dicit, nullum dicit filium. Caro enim ipsa per se non est filius. Nos autem vnum filium confitemur, qui semen Abrahamæ apprehendit, vt ait diuinus Apostolus, & hominum salutem procurauit. Si autem tibi non placet doctrina apostolica, apertè confitere.

ER. Dicimus ergo Apostolis dixisse repugnantia. Videtur enim quodammodo repugnare illud Verbum caro factum est, ei quod est, Semen Abrahamæ apprehendit.

OR. Tibi non animaduertenti, vel temerè contendenti, videntur repugnare, quæ rectè conueniunt. His enim quia sapienter considerant, non videntur. Docet enim diuinus Apostolus, q non conuersus Deus, verbum caro factū est, sed Abrahamæ semine apprehenso. Simul etiam & factam Abrahamæ promissionē in memoriā reuocat. An nō meministi promissionū, quæ Abrahamæ ab vniuersorū Deo datæ sūt?

ER. Quarūnam?

Gen. 12.

OR. T. H. Quando ex paterna cum domo eduxit, & eum in Palæstinam venire iussit, non dixit ei, Benedicentes te benedicam, & maledicentibus te maledicam, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ?

ER. Recordor harum promissionum.

OR. T. H. Recordare ergo etiam pactorum conuentorum, quæ à Deo cum Isaac & Iacob facta sunt. Nam eis quoque eandem dedit promissiones, secundis, & tertiis priora confirmans.

ER. Eorum quoque meministi.

Gal. 3.

OR. Hæc autem pacta conuenta interpretans diuus Paulus in Epistola ad Galatas, dicit. Abrahamæ autem dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit & semini eius, tanquam de multis, sed tanquam de vno qui est Christus, apertissimè ostendens Christi humanitatem, quæ ex semine Abrahamæ germinauit, & quæ Abrahamæ facta est, promissionem impleuit.

ER. Hæc ab apostolo dicta sunt.

Gen. 49.

OR. Hæc quidem satis sunt ad soluendam omnem, quæ mouetur, controuersiam. Ego tamen aliam quoque prædictionem tibi in memoriā reuocabo. Iacob Patriarcha hanc benedictionē, quæ sibi & patri & auo data erat, Iudæi filio soli dedit. Sic autem dicit, Non deficiet princeps de Iuda, & dux de femoribus eius, donec veniat cui repositum est, & ipse expectatio gentium. An non admittis hanc prædictionem, vt quæ de Christo seruatore dicta sit?

ER. Iudæi huiusmodi Prophetias interpretantur, ego autem Christianus sum, credens diuinis scripturis, & de seruatore nostro prophetias absque vlla dubitatione recipio.

OR. Quoniā ergo te prophetiis credere cōfiteris, & quæ prædicta sunt, de seruatore nostro diuinata fuisse dicis, considera deinceps quis sit scopus eorū quæ dicit apostolus. Quæ enim Patriarchis factæ erant, promissiones finem accepisse ostendens, admirabilè illā vocē emisit. Non enim angelos vniq; appre-

A

B

C

D

apprehendit, propemodum dicens, Vera est promissio, imposuit Deus finem promissionibus, apertus est gentibus fons benedictionis. Deus semen abrahæ apprehendit, per eum superius promissam salutem procurat; per eum gentium expectationem confirmat.

ER. Prophetica cum apostolicis optimè coniuncta sunt.

OR. Item rursus diuinus Apostolus, iudæ beneficium nobis in memoriā reuocans, & ipsum quoque finē accepisse ostendens, clamat. Clarum est enim quod ex iuda exortus est Dominus. Idem autem fecit & propheta Michæas, & Mathæus Euangelista. Ille enim prædixit. Hic verò historiae testimonium adiunxit, & quod est in primis admirabile, eos, qui sunt veritatis hostes manifestissimi, Hero-

Heb. 7.

Matth. 2.

Mich. 5.

di apertè, dixisse dixit, q Christus nascitur in Bethleem. Scriptum est enim inquit, Et tu Bethleem terra iuda, nequaquam es minima in principibus iuda. Ex te enim mihi exhibit dux, qui reget populi mei israel. Nos autem id quoque subiungamus, quod à iudæis malignè prætermisum est, dum imperfectum testimonium adducunt. Cum enim dixisset Propheta, ex te egredietur mihi Dux, subiunxit. Et egressus eius à principio à diebus sæculi.

ER. Optimè fecisti, quod totum Prophetæ posuisti testimonium. Ostendit enim esse Deum, qui in Bethleem natus est.

OR. T. H. Non solum Deum, sed etiam hominem. Hominè quidē, vt qui ex iuda secundū carnē germinauit, & in Bethleem natus est. Deū autem, vt qui est ante sæcula. Hoc enim, Ex te mihi egredietur Dux, generationem secundum carnem, quæ in extremis diebus facta est, ostendit. Illud verò, egressus eius à principio à diebus sæculi, eum ante sæcula extitisse apertè pronunciat. Ita etiam diuinus Apostolus in epistola ad romanos, veterem iudæorum felicitatem in deterius mutatam esse desens, diuinamque promissionem, & datam eis legem in memoriā reuocans, hoc quoque adiecit. Quorū patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est in omnibus super omnes Deus, benedictus in sæcula sæculorum Amen. Atqui eundem esse omnium opificem, dominum, & gubernatorem, vt potè Deum, ostendit, & ex Iudæis germinasse, vt qui homo sit.

chri. deus

homo.

Rom. 9.

Bar. 3.

ER. acce autem, qui hæc interpretatus est, ad Hieremias prophetiā quid dixeris? Illa enim ipsum solum Deū prædicat.

OR. Quæ dicit Prophetiam? ER. Hic est Deus noster. non reputabitur alius præter ipsum, inuenit omnem viam sciētīæ, & dedit eam Iacob filio suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. In his Prophetæ, nec de carne, nec de humanitate, nec de homine, sed de solo Deo prædixit.

OR. Aliubi ergo ratiocinatione opus est. Diuinamne naturam sub aspectum cadere posse dicimus? An non credimus Apostolo, qui dicit. Immortali, inuisibili, soli Deo?

ER. Citra vllam controuersiam, diuina natura sub aspectum non cadit.

OR. T. H. Quomodo ergo videri poterat diuina natura sine corpore? Annon meministi eorum verborum Apostoli, quæ apertè docent diuinam naturam non posse videri? Sic autē dicit, Quem nullus homo vidit, nec videre potest. Si ergo ab hominibus, dico etiam ab Angelis, videri non potest diuina natura, dic quomodo, qui sub aspectum non cadit, ab hominibus visus est?

1. Tim. 1.

ER. Propheta dixit, quod in terra visus est.

OR. T. H. et apostolus dixit, Immortali, inuisibili, soli Deo, & quem nullus homo vidit, nec videre potest.

ER. Quid ergo? falsum ne dicit Propheta?

OR. Absit. Diuini enim spiritus sunt & hæc, & illa verba. Queramus ergo quomodo inuisibilis visus est.

ER. Ne mihi rationes, & humanas ratiocinationes ad duxeris. Ego enim soli diuinę scripture fidem habeo.

OR. Nullam rationem admittes, quæ non diuinę scripture testimonio confirmetur.

ER. Si mihi ex diuina scriptura dubitationis solutionem attuleris, admittam, & minimè contradicā.

OR. Scis ne quodd dictum euangelij per Apostoli testimonium paulò ante explicauimus: & nobis declarauit Apostolus quomodo verbum caro factum sit, apertè dicens. Non enim angelos vtiq; apprehendit, sed semen Abrahamæ apprehendit. Idem ergo nos quoque docebit apostolus, quomodo deus sermo in terra visus est, & cum hominibus conuersatus est.

1. Tim. 6.

ER. Ego autem credo iis, quæ dicuntur ab apostolis & Prophetis. ostende ergo Prophetię interpretationem, vt iam pollicitus es.

1. Tim. 3.

OR. T. H. Ad Timotheum scribens diuinus apostolus, hæc quoque adiecit. Manifestè magnum est pietatis mysterium. Deus manifestatus est in carne, iustificatus in spiritu, visus angelis, prædicatus gentibus, creditus est in mundo assumptus est in gloria. Clarum est ergo quod sub aspectum quidem nō cadit diuina natura, caro autem cadit, & per eam, quæ videri potest, quæ non videri potest, visa est, & per eam fecit miracula, & suam reuelauit potentiam. Manu enim videndi sensum fabricatus est, & eum, qui à natiuitate cecus erat, curauit, & rursus surdo auditum restituit, & prepeditam alligatamq; linguam soluit, digitis quidem pro instrumento vtens, spiritum autem, tanquam salutare aliquod medicamentū, adhibens. Ita rursus cum super mare ingressus est, suæ diuinitatis omnipotentiam ostendit. Apertè ergo dixit diuus apostolus, Deus manifestatus est in carne. Per illam enim apparuit natura quæ videri non poterat. Per illam, ipsam viderunt angelorum quoque aliqui. Visus est enim inquit, angelis. Nobiscum ergo etiam incorporeę nature vt hoc dono fuerentur euenit.

Man. chri

simirifica

Deus quo

modo an-

gelis visus.

Matt. 18.

ER. ergo priusquam seruator apparuisset, Deus non videbatur ab angelis?

OR. Apostolus dixit, quod manifestatus in carne, angelis visus est.

ER. Atqui Dominus dixit. Videte ne contemnatis vnum hotum paruorum, qui sunt minimi. Amen

enim dico vobis, quod angeli eorum quotidie vident faciem patris vestri, qui est in caelis.

Ioan. 6. O R. Sed Dominus rursus dixit, Patrem non vidit quisquam, nisi qui est à Deo, is vidit Patrem. Et ideo Euangelista quoque aperte clamat. Deum nemo vidit unquam, & confirmat quod à Domino dictum est. Unigenitus enim, inquit, filius qui est in sinu patris, ille narravit. Magnus quoque Moyses, cum naturam quae sub aspectum non cadit videre desiderasset, audiuit ipsum Dominum

Exod. 33. Deum dicentem. Nemo videbit faciem meam, & viuet.

E R. Quomodo ergo intelligemus, quod Angeli eorum quotidie vident faciem patris vestri?

O R. Sicut solemus intelligere ea, quae dicuntur de hominibus, qui Deum vidisse existimati sunt. A

E R. Dic clarior, non enim intellexi.

O R. Nunquid potest Deus videri ab hominibus?

E R. A N. Nequaquam.

Esa. 6. O R T H. Et tamen audimus diuinam scripturam dicentem. Visus est Deus Abraham ad quercum Mambræ, & Esaiam dicentem. Vidi Dominum sedentem in throno alto & sublimi. Idem quoque dicit Michas, & Daniel, & Ezechiel, De Mose autem legislatore dicit historia. Locutus est Dominus Moysi facie ad faciem, perinde ac si quis loquatur amicus ad amicum suum. Quin etiam ipse quoque uniuersorum Deus dicit, Ore ad os ipsi loquitur in specie, & non per enigmata. Quid ergo dicemus, quod diuinam naturam viderunt?

E R. A N. Minime. Ipse enim Deus dixit. Nemo videbit faciem meam, & viuet.

O R T H. Mentiuntur ergo, qui se Deum vidisse dixerunt?

E R. A N. Absit. ea enim videbant, quae ab ipsis videri poterant.

O R T H. Ex eorum ergo qui vident viribus Dominus Deus reuelationes metitur.

E R. A N. Maxime.

Ose. 13. O R T H. Et hoc per Prophetam manifestum reddidit. Ego enim inquit, Impleui visiones, & in Prophetarum manibus assimilatus sum. Non dixit, visus sum, sed assimilatus sum. Assimilatio autem, non significat eandem eius, qui videtur, naturam. Neque enim Regis imago ostendit ipsius Regis naturam; etiam si expressos, & euidentes Regis characteres referat.

E R. A N. Hoc est obscurum, & non satis apertum.

O R T H. Ergo nec Dei substantiam viderunt, qui reuelationes illas contemplati sunt.

E R. A N. Quis autem ita insanserit, ut hoc dicere audeat?

O R. Dictum est tamen, quod viderunt.

E R. A N. Dictum est.

O R T H. Nos autem & piis rationibus vtentes, & diuini sententiis credentes, quae aperte clamant, Deum nemo vidit unquam, dicimus ipsos non vidisse diuinam naturam, sed quasdam visiones, quae eorum facultati conuenirent, nec eius modum excederent.

E R. A N. Ita dicimus.

O R T H. Ita ergo de Angelis intelligamus, audientes Quotidie vident faciem Patris vestri. Non enim vident diuinam substantiam, quae nec circumscribi, nec comprehendi, nec mente percipi potest, & quae uniuersa comprehendit, sed quandam gloriam, quae eorum viribus respondeat, itaque eis commoderata.

E R. A N. Hæc ita habere in confesso est.

O R T H. Postquam autem homo factus est, visus est etiam Angelis, ut vult diuus Apostolus, non in similitudine gloriae, sed vero, & viuo vtens veluti quodam velo, carnis integumento. Manifestatus est enim, inquit in carne, iustificatus in spiritu, visus angelis.

E R. A N. Hoc quidem, ut quod scripturae sit, admisi. nomenclaturam autem inuolutiones non admitto.

O R T H. Quodnam nos nomen inuoluimus?

E R. A N. Illud veli nomen. Quae enim scriptura Domini carnem velum appellauit?

O R T H. Videris non valde diligenter legere sacram scripturam. Non enim certe reprehendisses, quod à nobis tanquam in similitudine dictum est. Primum enim, quod per carnem manifestatam esse naturam quae sub aspectum non cadit, dixit Apostolus, permittit ut carnem diuinitatis velum intelligamus. Deinde diuinus Apostolus in Epistola ad Hebraeos aperte hoc nomine usus est, Ita autem dicit. Habentes ergo fratres, libertatem in introitu Sanctorum in sanguine Iesu, quam inuolauit nobis viam nouam, & viuentem per velamen, id est carnem suam, & sacerdotem magnum super domum Dei, accedentem cum veritate, ingredientem cum vero corde in plenitudine fidei &c.

E R. A N. Demonstratio hæc est, cui contradici non potest. Apostoli enim testimonio confirmata est.

O R T H. Ne nos ergo rerum nouarum accuses. Tibi enim præbebimus aliud quoque Prophetæ testimonium, quod carnem Domini vestem & indumentum nominat.

E R. Si non videatur perplexum & ambiguum, non contradicemus, & tibi gratias habebimus.

O R. Efficiam ut de veritate promissi ipse feras testimonium. Scis quod cum Iacob Patriarcha Iudam benediceret, Iudæ principatum Domini natiuitate circumscribit. Non deficiet, inquit, Princeps ex Iudæ, nec Dux ex femoribus eius, donec veniat, cui repositum est, & ipse erit expectatio gentium. Hanc autem Prophetiam antea confessus es de Christo fuisse variatam.

E R. Confessus sum.

O R. Recordate ego eorum quae deinde sequuntur. Ita enim dicit. Cuius praesentiam gentes expectant. Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuae indumentum suum.

Eran.

E R. De vestibus dixit Patriarcha, non de corpore.

O R T H. Ostende ergo, quando, vel ubi in sanguine vuae lauerit indumentum.

E R. A N. Tu ostende quod his corpus purpureum reddiderit.

O R T H. Velim te paulo magis mystice respondere. Adfunt, n. fortasse nonnulli, qui non sunt initiati mysteriis.

A E R. A N. Ita audiam, & ita respondebo.

O R T H. Scis quod seipsum Vitem Dominus appellauit?

E R. A N. Scio cum dixisse. Ego sum Vitis vera.

O R T H. Vitis autem fructus expressus quomodo appellatur?

E R. A N. Vinum.

O R T H. Quando autem seruatoris latus milites lancea fauciauerunt, quid ex eo profusum esse dicunt, qui Euangelia conscripserunt?

E R. A N. Sanguinem & aquam.

O R T H. Sanguinem ergo vuae seruatoris sanguinem appellauit. Si enim Dominus vitis est nominatus, fructus autem vitis, vinum appellatur, sanguinis autem & aquae ex Domini latere manantis riuus per reliquum corpus inferne descenderunt: lute ergo & apposite prædixit Patriarcha, Laudabit in vino stolam suam, & in sanguine vuae indumentum suum. Sicut enim nos mysticum vitis fructum, post sanctificationem, Domini sanguinem nominamus, ita veteris vitis sanguinem vuae sanguinem nominauit.

E R. A N. Mystice simul & dilucide, quod propositum fuerat, ostensum est.

O R T H. Est ea quae dicta sunt, tibi ad fidem faciendam satis sunt, ad veritatem tamen confirmandam aliam probationem adiiciam.

E R. A N. Rem mihi gratam facies si id feceris, vtilitatem enim auxeris.

O R T H. Scis quod Deus suum corpus panem appellauit?

B E R. A N. Scio.

O R T H. Potest etiam alibi carnem triticum nominauit.

E R. A N. Hoc etiam scio. Audiui enim eum dicentem, Venit hora vt glorificetur filius hominis, & Nisi granum tritici, quod cecidit in terram, mortuum fuerit, solum manet. Sin autem mortuum fuerit, fert multum fructum.

O R T H. In mysteriorum autem traditione, corpus panem appellauit, & sanguinem, id quod in calice infusum & commixtum est.

E R. A N. Ita nominauit.

O R T H. Atqui, & quod est secundum naturam corpus, corpus iure vocabitur, & itidem sanguis.

E R. A N. In confesso est.

O R T H. Seruator quidem certe noster nomina commutauit, & corpori quidem, id quod erat symboli ac signi nomen, imposuit: symbolo autem, quod erat corporis. Ita cum se vitem nominauisset, sanguinem, id quod erat symbolum, appellauit.

E R. A N. Hoc quidem verè dixisti. Vellem autem scire causam mutationis nominum.

O R T H. Manifestum est institutum iis, qui sunt diuinis mysteriis initiati. Volebat enim eos, qui sunt diuinorum mysteriorum participes, non attendere naturam eorum, quae videntur, sed propter nominum praemutationem, mutationis quae fit ex gratia, credere. Qui enim, quod natura corpus est, triticum & panem appellauit, & vitem rursus seipsum nominauit, is symbola & signa quae videntur, appellatione corporis & sanguinis honorauit, non naturam quidem mutans, sed naturae gratia adiiciens.

E R. A N. Et mystice mystica dicta sunt, & aperte declarata sunt, quae non sunt nota omnibus.

O R T H. Quoniam ergo in confesso est, & Patriarcham corpus Domini vestem & indumentum nominasse, ad dicendum autem de Diuinis mysteriis ingressi sumus, dic per veritatem, cuius symbolum & figuram esse existimas alimētū sanctissimū, Diuinitatis Domini Christi, an corporis & sanguinis?

E R. Clarum, quod illorum, quorum etiam appellationem susceperunt.

O R T H. Corporis & sanguinis dicitis?

E R. A N. Ita dico.

O R T H. Vt decet amicum veritatis dixisti. Enim Dominus cum accepisset symbolum, seu signum, non dixit, Hoc est deitas mea, sed Hoc est corpus meum, & rursus. Hic est sanguis meus, & alibi, Panis autem, quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita.

E R. A N. Vera sunt hæc, sunt enim diuina eloquia.

O R T H. Si ergo vera, corpus utique habuit Dominus.

E R. A N. At ego ipsum dico incorporeum.

O R T H. Sed ipsum corpus habuisse fateris.

E R. Ego dico quod Verbum caro factum est, ita enim doctus sum.

O R. In dolio, vt videret, perforato, vt est in proverbio, haurimus. Post omnes, n. illas probationes, & eorum, quae obiciebantur, solutiones, eodem reuolueris.

D E R. Non ego tibi mea dicta, sed Euangelica profero.

O R. Ego autem Euangelicorum interpretationem non ex Prophetis, & Apostolicis dictis attuli.

E R. Illa non sufficiunt ad soluendum, quod quaeritur.

O R. Atqui ostendimus, quod cum esset inuisibilis, manifestatus est per carnem. Quinetiam ipsam carnis cognationem à sanctis vitis docti sumus. Seme enim Abraham apprehendit. Dominus quoque Deus

Ioan. 15.

Ioan. 19.

Eucharis-
tia.

Ioan. 12.

Mutatio.

Ioan. 6.

dixit Patriarchæ. In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ. Et apostolus. Clarum enim est quod ex Iuda exortus est Dominus; & multa alia eiusmodi testimonia adduximus. Quoniam autem etiam alia audire desideras, audi apostolum dicentem Omnis nanque Pontifex ex hominibus assumptus, ad offerendum dona, & sacrificia constituitur. Unde etiam necesse est eum habere aliquid, quod offerat.

ERAN. Ostende ergo, quod adsumptum corpus obtulit.

ORTH. Ipse diuinus apostolus in eodem loco aperte docet. Paulopost enim sic dicit. Ideo ingrediens mundum dicit. Hostiam & oblationem noluit, corpus autem perfecisti mihi. Nō dixit In corpus conuertisti, sed corpus adaptasti mihi. Significat autem eam, quæ à spiritu facta est, corporis formationem, ut dicit Euangelium. Ne timeas enim, inquit, accipere Mariam uxorem tuam. Quod enim in ea generatum est, ex spiritu sancto est.

ERAN. Virgo ergo coipps tantum genuit.

ORTH. Ne ipsam quidem syllabarum compositionem, sententiam quidem cense, ut videtur, minime assecutus es. Modum enim conceptionis, non generationis docet Ioseph. Non enim dixit. Quod ex ipsa generatum, hoc est factum, vel formatum, ex spiritu sancto est. Quoniam enim Ioseph ignorans mysterium, aditronum, suspicatus fuerat, sancti spiritus efformationem aperte edoctus est. Hæc per Prophetam significans, dixit, Corpus autem perfecisti mihi. Cum esset spiritalis diuinus apostolus, id quod prædictum fuerat interpretatus est. Si est ergo sacerdotum proprii offerre munera, Christus autem, quod ad humanitatem quidem atinet, Sacerdos appellatus est, non aliam autem hostiam quam suum corpus obtulit. Dominus ergo Christus corpus habuit.

ERAN. Quod sepe dixi, dico, quod nequit deus Verbum apparuit in corporeum, nec ipsum tamen corpus accepisse, sed carnem factum esse assero.

ORTH. Quantum video, cum Valentini, & Marcionis, & Manetis sodalibus nobis certamen institutum est, in eo, quod magis est, nec illi quidem immutabilem naturam in carnem vnquam fuisse conuersam dicere ausi sunt.

ERAN. Est à christianis alienum maledicere.

ORTH. Non maledicimus, sed pro veritate pugnamus, & valde agrefereimus, quod aduersus ea, quæ minime sunt dubia, tanquam adductis dubia, conseris, ut aiunt, manibus decertetis. Ego vero illiberalem hanc tuam contemnendi cupiditatem cōpescere & infirmare conabor. Responde ergo, pollicitationum, quæ Dauid à Deo factæ sunt, meministi?

ERAN. Quorum.

ORTH. Quas in 88. Psalmo Propheta posuit.

ERAN. Scio multas pollicitationes fuisse factas Dauid. Quasnam ergo in præsentia requiris?

ORTH. Quæ de Domino Christo factæ sunt.

ERAN. Ipse, quæ ab eo dicta sunt, in memoriam reuoca. Ipse enim demonstrationes te allaturum es pollicitus.

ORTH. Audi ergo statim in principio psalmi Prophetam Deum collaudat. Cum enim Prophetis oculis præuidisset futuram populi iniquitatem, & quæ propter eam euentura erat, captiuitatem, Domino suo vera eius promissa in memoria reuocat. Sic enim dicit, Misericordiam tuam Domine, donec preparabitur veritas tua. Per hæc autem omnia, docet Propheta & promissionem, quæ per Dei benignitatem facta est, & promissam veritatem. Deinde dicit, Quam, & quibus nā sit pollicitus, ipsum Deum loquentem ostendens. Dispositus, inquit, testamentum electis meis. Electos autem vocauit Patriarchas. Deinde subiungit. Iuravi Dauid seruo meo. Dicit autem etiam de qua re iurauit. Vtique in æternum preparabo semen tuum, & ædificabo in generatione & generatione sedem tuam. Dic ergo, quemnam existimas appellatum esse semen Dauid?

ERAN. De solomone promissio facta est.

ORTH. Ergo cum Patriarchis de solomone pacta cōuēta fecit. Ante enim quæ de Dauid dicta sunt promissiones, quæ illis factæ sunt, in memoria reuocauit. Disposui, enim inquit, testamentum electis meis. Pollicitus autem erat Patriarchis se in semine eorum benedicturum omnes gentes. Ostende ergo benedictas gentes per Solomone.

ERAN. Hanc ergo promissionem, non per Solomone, sed per seruatore nostrum impleuit Deus.

ORTH. Promissus ergo, quæ Dauid facta sunt, Dominus Christus finem imposuit.

ERAN. Ego existimo Deum fecisse has promissiones, vel de Solomone, vel de zorobabel.

ORTH. Paulò autem Martionis, & Valentini, & Manentis verbis usus fueras, nunc autem ad sectam ex diametro contrariam contulisti. Iudæorum enim impudentiam defendis. Est autem hoc proprium eorum, qui à recta via diuertunt. Huc enim & illuc oberrant, per viam minime tritam ingredientes.

ERAN. Eos qui maledicto vruntur, apostolus è regno expellit.

ORTH. Si temere maledicant. Nā diuinus etiā apostolus opportunè nonnūquā in seclatione usus est. & Galatas quidē stultos nominat. de aliis autē dicit. Homines corrupti mēte, reprobī circa fidem, & rursus de aliis. Quorum Deus venter est, & gloria ignominia ipsorum, & cætera.

ERAN. Quamnam ego maledicti tibi occasionem præbuit?

ORTH. Quod apertissimos veritatis hostes alacriter & vehementer defendis. Annon tibi videtur hæc esse piis iustissima causa, ut indignentur?

ERAN. Et quosnam ego defendi, qui aduersus veritatem decertant?

ORTH. Nunc Iudæos.

ERAN. Qui & quonam modo?

ORTH. Iudæi Solomoni & zorobabel has prophetias accommodat, ut Christianorum questionem minime posse consistere ostendant. Sufficiunt autem vel hæc verba ad confutandam eorum iniquitatem.

H. b. s. ne. 10.

Matth. 1.

Ioseph adultera suspicatur.

Electi patriarche.

Semen Dauid.

rem. V S Q V E in æternum enim, inquit, preparabo sedem tuam. Non solum autem Solomon, & Zorobabel, quibus tales Prophetias accommodant, cum præscriptum tempus vixissent, vitæ terminū acciperunt: sed etiam vniuersum Dauid genus extinctum est. Quis enim nouit hodie aliquem, qui ex Dauidica radice descenderit?

ERAN. Qui ergo dicuntur Iudæorum Patriarchæ, non sunt ex cognatione Dauidica?

ORTH. Minime.

ERAN. Sed videntem deriuantur?

ORTH. Ex Herode alienigena, qui ex patre quidem erat Aſcalonites, ex matre autem Idumæus. Quamquam ipsi quoque omnino interierunt, & tempus præterit, ex quo eorum principatus finem cœpit. Dominus autem Deus se non solum semen Dauid in æternum conseruaturum, sed eius etiam regnū stabile & integrum custoditurum est pollicitus. Æ D I F I C A B O, enim inquit, in generatione & generationem sedem tuam. Videmus autem & genus eius periisse, & regnū finem cœpisse. Quinetiam hæc videntur, scimus in vniuersi Deum mendacium non cadere.

ERAN. Clarum est veracem esse Deum.

ORTH. Si ergo Deus verax est, ut te vera verax est: pollicitus est autem Dauid, se & genus in æternum seruaturum, & regnū nulla successione interruptum custoditurum: neque genus autem nec regnū videmus, vtrunque enim cessauit: quomodo iis, qui contradicunt, Deū veracem esse persuadebimus?

ERAN. Reuera ergo Prophetia Dominum Christum prædicat.

ORTH. Quoniam ergo confessus es, ea, quæ sunt psalmi quoque intermedia, communiter confideremus. Prophetiæ enim intelligentiam facilius assequemur.

ERAN. Præ mihi in indagando, ego enim vestigiis tuis insists, consequar.

ORTH. Cum Deus multa de semine sit pollicitus, quod & in mari & in terra dominabitur, & iis qui in terra regnant erit superior, & Dei primogenitus vocabitur, Deum quæ patrem liberè, & audacter appellabit, hæc quoque adiecit. I N Æ T E R N V M seruabo illi misericordiam meam, & thronum eius sicut dies cæli.

ERAN. Supra naturam humanam est promissio. Immortalitatem enim & æternitatem vitæ & honor completur, homines autem non admodum magno durant temporis spatio. natura enim exiguis vitæ limitibus circumſcribitur: & regnum habet etiam in vita multiplices & varias mutationes. Solum ergo seruatori Christo conuenit promissi magnitudo.

ORTH. Perge ergo etiam ad reliqua. ita enim firmior, ac stabilior euadet tua. de hac re sententia. Dicit enim rursus vniuersum Deus. S E M E L iuravi in sancto meo, si Dauid mentiar, semen eius vt luna perfecta in æternum, & veritatem promissionis ostendens, subiunxit. Et testis in cælo fidelis.

ERAN. Oportet iis, quæ à fidelis teste promissa sunt, absque vlla dubitatione credere. Si enim hominibus vera dicere professis, etiam si quæ dicuntur iureiurando non confirmantur, fidem adhibere solemus, quis est adeo stupidus, & artonitus, vt vniuersi effectori diffidat, qui suis dictis iusiurandum adiecit? Qui aliis enim iurare prohibet, vt consilij sui immobilitatem ostenderet, quemadmodum dicit apostolus, iusiurandum interposuit, vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, validam consolationem habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem.

ORTH. Si ergo absque controuersia vera est promissio, apud Iudæos autem, Prophetæ Dauid nec genus nec regnū videmus, certo credamus Dominum nostrum Iesum Christum semē Dauid, quod ad humanitatem atinet, nominari. Ipse enim habet & vitam, & regnū æternum.

ERAN. Non dubito, sed sic habere confiteor.

ORTH. Et hæc quidem sufficiunt ad partē ostendendam Dei, & seruatoris nostri, quam ex semine Dauid ac cœpit, humanitatem. Vt autem plurimum testimonio omnem omnino dubitationem abigamus, audiamus Deum, per vocem Esaiæ prophete, quæ Dauid factæ sunt pollicitationum recordantem. Disponam enim, inquit, vobis testamentum æternum. Et ostendens legislatorem subiunxit. sancta Dauid fidelia. Quoniam enim ea Dauid pollicitus est, & per Esaiam est locutus, promissum quoque perficiet. Et reliqua Prophetiæ, quæ deinceps sequuntur, his congruunt. dicit enim. Ecce testimonium in gentibus. Dedit ipsum Principem & imperantem in gentibus. Ecce gentes, quæ te non noverunt, te in vocabunt: & populi quæ nesciunt, ad te confugient. Hæc autem nonnulli eorum, qui ex Dauid descenderunt, conuenit. Quis enim eorum, qui ex Dauid descenderunt, princeps gentium, vt scribit Esaias, constitutus est? Quoniam autem gentes, aliquem eorum, qui ex Dauid deducti sunt, orantes, tanquam Deum inuocauerunt?

ERAN. De iis, quæ sunt manifesta, non est longiori oratione vtendum. Etenim hæc quoque Domino Christo conueniebant.

ORTH. Ad aliud ergo Propheticum testimonium tranſeamus: & eundem Prophetam dicentem audiamus. Egredietur virga, de radice Iesse ascendet.

ERAN. Existimo hanc Prophetiam factam esse de zorobabel.

ORTH. si quæ deinceps sequuntur, audieris, non manebis in tua opinione, nā nec ipsi Iudæi hanc prædicationem sic intellexerunt. Subiungit enim propheta. Et requiescet super eum spiritus Dei, spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis, spiritus timoris Dei implebit ipsam. Hæc autem nemo vnquam nudo homini tribuerit. Nā etiā valde sanctis dantur, ex diuisione sancti spiritus gratiæ. Testis est diuus Paulus dicēs, Etenim datur per spiritum sermo sapientiæ, alij autē sermo scientiæ secundū eundem spiritum, & cætera. Hic autē propheta, eum, qui de radice Iesse est ger

Patriarche herodes.

Heb. 6.

Ez. 4. 5.

Ez. 11.

minaturus, dicit habere omnes spiritus operationes.

Eran. Aduersus hæc contendere est aperta insania.

Orth. Audi ergo ea, quæ sequuntur. Videbis enim nonnulla eorum, quæ vel humanam naturam superant. Ita enim dicit. NON SECUNDUM opinionem iudicabit, neque secundum famam arguet, sed iudicium faciet in iustitia humili, & arguet in rectitudine nobiles terræ: & percutiet terram sermone oris sui, & spiritum per labra perimet impium. Horum autem quæ prædicta sunt, alia quidem sunt humana, alia verò diuina. Iustitia enim, & veritas, & rectitudo, & perpetua in iudicando constantia, de clarant virtutem, quæ humanæ naturæ conuenit.

Eran. Per hæc aperte didicimus, quod seruatoris nostri præsentiam Prophetæ per hæc vaticinatus est Orth. Quæ consequuntur, apertius docebunt veritatem interpretationis. Subiungit enim. TUNC pascetur lupus vnâ cum agno, & quæ sequuntur. Per quæ docet & morum differentiam, & fidei concordiam. Porro autem prædictionis testem habemus rerum experientiam. Nam & eos qui suas diuitias incedunt, & qui in paupertate videntur, seruos & dominos, eos que qui imperio parent, & qui imperant, & milites, & priuatos, & eos qui orbis terrarum sceptrum tenent, vna excipit piscina, vna omnibus offertur doctrina, vna omnibus mensa mystica apponitur, & quilibet credentium æquali parte fruatur.

Eucharistia.

Eran. Sed hæc Deum esse, qui prædicatur, ostendunt.

Orth. Non solum Deum, sed etiam hominem. ea autem de causa statim cum Prophetiam incœpisset, dixit vitæ ex radice Iesse esse germinaturam. Et cum prædictionem perfecisset, iterum accepit promissum. Dixit etenim. ET ERIT RADIX Iesse, & exurgens ad imperandum gentibus, in eogentes sperabunt, & erit requies eius honor. Iesse autem pater Dauid. Dauid autem facta est cum iureiurando promissio. Non appellasset autem vnica ex Iesse germinaturam, Dominum Christum, si Deum tantum modo eum esse sciisset. Prædixit autem Prophetia etiam terrarum orbis mutationem. IMPLERE T. A. est enim, inquit, vniuersa terra, vt cognoscat Dominum, vt aqua multa operiat maria.

Act. 2.

Eran. Audiri quidem Prophetica vaticinia. Vellem autem clarè scire, an etiam Diuinus Apostolorum chorus dicit Dominum Christum germinasse ex semine Dauid secundum carnem.

Orth. Nihil postulasti arduum, sed valde facile & expeditum. Audi ergo primum Apostolorum clamantem. PROPHETA cum esset Dauid, & sciret quod iureiurando iurasset illi Deus de fructu lumbi eius excitaturum, vt secundum carnem Christus sederet super sedem eius, prouidens locutus est de resurrectione eius, quod neque derelicta est in inferno anima eius, neque caro eius vidit corruptionem. Ex his facile scire potes, quod etiam ex semine Dauid secundum carnem germinauit Dominus Christus, & non solum carnem, sed etiam animam habuit.

Eran. Quis alius ex Apostolis hæc prædicauit?

Matt. 16.

Orth. Suffecisset quidem vel solus magnus Petrus, veritati testimonium ferens. Etenim cum Dominus ab eo solo pietatis testimonium exœpisset, eam insigni beatitudine confirmauit. Quoniam autem alios quoque hoc prædicantes audire desideras, audi. In Antiochia Pisdia, cum Paulus & Barnabas concionarentur, Dauid mentionem facientes, hæc subiunxerunt. Huius ex semine Deus secundum promissionem excitauit Israeli saluatorem Iesum, &c. ad Timotheum quoque scribens Diuinus Apostolus, hæc etiam posuit. MEMOR esto Dominum Iesum Christum resurrexisse à mortuis ex semine Dauid secundum Euangelium meum. Et ad Romanos scribens, statim in principio meminit Dauidicæ cognationis. Sic enim dicit. PAVLVVS Apostolus, & cetera. In scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem &c.

Act. 13.

Tim. 2.

Ro. 4.

Eran. Sunt quidem frequentes, & veræ demonstrationes. Dic mihi autem, cur quod deinceps sequitur ex testimonio prætermisisti.

secundum carnem.

1. 4. a. 1.

Orth. Quia de humanitate non etiam de diuinitate dubitas. Quod si de diuinitate dubitasses, de ea tibi probationes attulissem. Sufficit tamen dicere SECUNDUM D. V. M. carnem, ad declarandam, quæ silentio prætermissa est, diuinitatem. Si communis enim hominis doceam cognationem, non dico, Hic illius secundum carnem filius, sed dico solum, filius. Ita etiam diuinus Euangelista scripsit genealogiam. Abraam enim inquit, genuit Isaac: & non adiciit, secundum carnem. Isaac enim homo solum exiit, similiter etiam aliorum meminit, erant enim homines, nec quidquam præter naturam habebant. Verum enim vero de Domino Christo differentes veritatis præcones, & iis, qui ignorabant inferiorem cognationem ostendentes, adiungunt illud, secundum carnem, hac ratione significantes deitatem, & docentes quod non homo solum, sed etiam Deus ante secula Christus Dominus.

Eran. Multa quidem & Apostolica, & Prophetica adduxisti testimonia. Ego autem credo Euangelistæ, qui dicit, Verbum caro factum est,

Orth. Ego quoque credo huic diuinæ doctrinæ, verum eam pie intelligo, quod scilicet carne accepta, & anima ratione prædita, caro factum esse dicitur. sin autem nihil ex nostra natura accepit Deus sermo, non sunt vera quæ cum Patriarchis à Deo vniuersorum cum iureiurando facta sunt pacta conuenientia. inuicem autem est & Iudæ benedictio: falsa verò est, quæ Dauid facta est, promissio: superuacanea est & virgo, quæ Deo incarnato nihil nostræ naturæ attulit: quæ autem Prophetæ prædixerunt, nondum finem cepere, inanis ergo est prædicatio nostra, inanis fides nostra, vana quoque est spes resurrectio

resurrectionis: mentitur etiam vt videtur Apostolus, cum dicit Suscitauit, & considere nos fecit in cœlestibus in Christo Iesu. Si enim nostræ naturæ nihil habuit Christus Dominus, falsò quidem nostræ primitiæ appellatus est, corporis autem naturæ non excitata est ex mortuis, sed neque in cœlo à dextris sedem affecutus est. Quod si nihil horum affecutus est, quomodo Deus nos suscitauit, & cum Christo sedere fecit, qui nihil ad eum secundum naturam attinemus? Sed hæc dicere impium est. Diuinus enim Apostolus, licet nondum facta sit resurrectio communis, nec regnum cœlorum iis qui crederent daturum sit, clamat tamen. Suscitauit, & considere nos fecit in cœlestibus in Christo Iesu, docens quiddam cum primitiæ nostræ resurrectionis & sessio à dextris fuerit, nos quoque resurrectionem omnino consequemur: & vna cum primitiis gloriæ sunt participes, qui habent naturæ communionem, & sunt participes fidei.

ERAN. Et multa & vera dicta exposuisti, sed vellem scire sententiam dicti Euangelici.

ORTH. Externa interpretatione tibi minimè opus est. Ipse. n. Euangelista seipsum interpretatur. Cum. n. dixisset, Verbum caro factum est, subiunxit, Et habitauit in nobis, Græcè Esquinyose Tentoria fixit in nobis, hoc est, fixis in nobis tabernaculis, & veluti quodam templo, carne à nobis accepta vniuersus, dicitur factum fuisse caro. & docens quod à mutatione omnino alienum remansit, subiunxit, Et vidimus gloriam eius quasi vnigeniti à patre, plenum gratiæ & veritatis. Carne enim amictus, nobilitatem paternam ostendebat, & diuinitatis radios emittebat, & dominicæ potestatis splendorem euibrabat, latentem naturam miraculis aperiens. His sunt similia, quæ scripsit ad Philippenses diuinus Apostolus. Hoc Sentire in vobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma Dei, & cetera, vsque ad Mortem crucis. Vide autem quam sint inter se cognata, quæ ab eis prædicata fuerunt. Euangelista dixit, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Apostolus. Serui formam accipiens. Rursus dixit Euangelista.

B Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre. Apostolus. Qui Cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus esse se equalem Deo. Et, vt paucis dicam, ambo docent, quod cum esset Deus, & Dei filius, & patris gloria circumdatus, & eandem haberet naturam & potentiam cum genitore, & cum esset in principio, et esset apud Deum, et Deus esset, et creaturas esset fabricatus, serui formam accepit et videbatur quidem hoc solum esse, quod cernebatur, erat autem Deus humana natura indutus, et hominum salutem procurabat. Hoc significat illud, Verbum caro factum est. et illud. In similitudinem hominum factus, et habitu inuentus vt homo. Hoc enim solum videbant Iudæi, et ideo dicebant illi. De Bono Opere non lapidamus te, sed de blasphemia, quod cum sis homo, facis te ipsum Deum. Et Rursus. Hic Homo non est ex Deo, quia sabbatum non seruat.

ERAN. Iudæi cæcitatebant propter suam infidelitatem, et hanc ob causam utebantur his verbis.

ORTH. Si autem etiam Apostolos resurrectionem hæc dicere inueneris, admittes interpretationem ERAN. Audio eos in nauigio post maximum tranquillitatis miraculum dicentes. Qualis est hic homo, quod et mare et venti ei obediunt? Hoc quidem demonstratum est. Sed dic mihi, diuinus Apostolus eum in similitudine hominis fuisse factum dicit?

ORTH. Quod accèptum est, non similitudo hominis, sed hominis natura. Serui enim forma, sicut et Dei forma, Dei natura intelligitur. Ipse quidem certè qui eam accepit, in similitudine hominis factus est, et habitu inuentus vt homo. Cum enim Deus esset, videbatur esse homo, propter eam naturam, quam suscepit.

Euangelista autem illud, In similitudine hominis factum esse, dicit carnem factum esse. Vt autem scias, quod sunt contrarii et repugnantis spiritus discipuli qui seruatoris nostri carnem inficiantur, audi magnum Ioannem dicentem in Catholica. Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est. et Omnis spiritus qui non confitetur Iesum in carne venisse, ex Deo non est, et hoc est Antichristi.

ERAN. Probabiliter quidem interpretatus es. Ego autem vellem scire, quomodo antiqui Ecclesiæ Doctores illud, Verbum caro factum est, intellexerint.

ORTH. Oportebat te quidem Apostolicis et Prophetis probationibus credere. Quoniam autem sanctorum quoque Patrum requisitis interpretatione, ego hæc quoque tibi, si Deus velit, medicinam afferam. ERAN. Ne mihi viros obscuros, aut ambiguos adduxeris, eiusmodi enim hominum interpretatione non admittam.

ORTH. Videtur ne tibi fide dignus celeberrimus ille Athanasius, qui fuit clarissimum Ecclesiæ Alexandrinæ lumen? ERAN. Maximè.

ORTH. Suis enim, quas pro veritate pergressus est, afflictionibus, doctrinam confirmauit. Audi ergo eum scribentem ad Epictetum. Ita autem dicit. Quod apud Ioannem dicitur, Verbum caro factum est, hanc habet intelligentiam, sicut etiam ex eo quod est huic simile potest inueniri. Scriptum est enim apud Paulum. Christus pro nobis factus est maledictum. Quem ad modum non quod ipse maledictum factus sit, sed quod pro nobis maledictum suscepit, maledictum factus est, ita non quod conuersus sit in carnem, sed quod carnem pro nobis suscepit, dicitur factus caro. Hæc quidem diuinissimus Athanasius. Gregorius autem, cuius insignis ad omnes gloria peruenit, qui olim quidem regiam urbem, quæ in hostio Bosphori sita est, gubernauit, postea autem Nazianzum habitauit, aduersus Apollinarianæ sectæ stigmatas sic scripsit ad Cledonium.

ERAN. Vir fuit illustris, et eximius propugnator pietatis, et veræ religionis.

ORTH. Audi ergo eum dicentem. Illud ergo, Verbum caro factum est, mihi videtur perinde esse, ac cum dicitur, illum factum esse peccatum et maledictum, etc. Vsq; ad, Qui morbos nostros portauit.

ERAN. Congruit vtriusque interpretatio.

Eph. 2.

Ioan. 1. habitauit 84. In no. bis 140.

Phil. 2.

Ioan. 10.

no legitur Matt. 10. Luc 8.

Marc 4. sed, hic, et iste.

in similitudine hominis 10an 4.

Athanas.

Gal. 3.

Gregor.

Nazianz.

ORTH. Quoniam ergo eos, qui & Australium, & Borealiū partium pastores fuerunt, tibi inter se conuenire ostendimus, age te quoque ad Celeberrimos Occidentis Doctores, tanquam hospitem deducamus, qui alia quidem lingua, sed non alia sententia, interpretationem conscripserunt.

Ambros.

ERAN. Audio Ambrosiū, qui Mediolani Archiepiscopale sedē administrat, aduersus omnē quidē hæresim se præclare gessisse, pulcherrima autē scripsisse, & quæ cum Apostolorū doctrina conueniunt.

2. Cor. 5.

ORTH. Eius tibi interpretationem afferam, hæc autem dicit in Libro de Fide. Sed scriptum est inquit, Verbum caro factum est. Quod scriptum est non nego, sed vide quod dicitur, Sequitur enim. Et inhabitauit in nobis, hoc est in carne humana habitauit. Miraris scriptum esse, Verbum caro factum est, carne à Deo verbo sumpta, quando etiam de peccato, quod non habuit, dictum est. Factus peccator, hoc est, non peccati natura & operatio effectus est, sed vt nostrum peccatum carne crucifigeret. Cessent ergo dicere verbi naturam mutatam esse, quod caro assumpta sit. Alius est enim qui adsumpsit, aliud quod adsumptum est. Post hos, conuenit audire Doctores, qui sunt ad orientem, hæc enim sola pars nobis restat ex vniuerso terrarum orbe. Et oportebat eos quidem primos veritati ferre testimonium. Apostolicæ enim prædicationis primi fuerit participes. Sed quoniam aduersus primogenitos pietatis filios, vestras linguas acuisistis, eaque mendaciorum core adsecundum præparastis, vltimum eis locum dedimus, vt cum alios primum audieritis, deinde quæ ab illis dicta sunt, cum iis, quæ ab his dicitur, cōparaueritis, eorum quidem concordiam admiremini, & à vestro linguæ morbo cesseris. Audite ergo Flavianum, qui Antiochenæ Ecclesiæ clauum longissimo tempore sapienter tenuit, & Arianicis fluctibus potentiores, quas rexit ecclesias, effecit, Euangelicum dictum interpretantem. Verbum, inquit, caro factum est, & habitauit in nobis, non in carnem mutatum est, neque Deus esse desinit: sed illud quidem fuit in æternum, hoc autem factum est ex diuino consilio, & ex quadam dispensatione, cum ipse suum templum edificasset, & passione, & generatione in eo habitauit. Si autem etiam veteres Palestinos vis audire, præbe aures in primis admirabili Gelasto, qui Cæsariensem agrum diligenter coluit. Hæc ergo dicit in concione Apparitionis Dominicæ. Disce veritatem à Ioanne piscatore, qui dicit, Verbum caro factum est, non ipsum mutatum, sed in nobis tanquam in tabernaculo habitans, aliud est tentorium, aliud verbum, aliud templum, & aliud Deus, qui in ipso inhabitat.

Flavian.

ERAN. Valde miror concordiam.

ORTH. Ioannē autē, magnū orbis terrarū lumē, qui primū quidē Antiochenā Ecclesiā maximo studio irrigauit, deinde regiam urbem sapienter coluit, non putas Apostolicam fidē seruasse regulam?

ERAN. Valde quidem admiratione dignum eum doctorem existimo.

Gal. 3.

ORTH. Is omni ex parte optimus, hunc Euāgelii locū est interpretatus. Ita autē dicit *Quare quādo audieris, Verbum caro factum est, non perturbabis, nec animo deiiciaris, non enim substantia in carnem mutata est, hoc est enim extreme impietatis, sed id quod est, manens, ita serui formam accepit. Quemadmodum enim quando dicit, Christus nos redemit à maledicto legis, factus pro nobis maledictum, non dicit quod eius substantia à propria gloria discedens, maledicti substantia effecta est, hoc nisi Dæmones intellexerint, nec qui valde stulti, & vel naturali & communi sensu priuati fuerint, tantam cum impietate continet amentiam. Non hoc ergo dicit, sed quod nostro suscepto maledicto, non permittit nos esse deinceps maledictos, ita etiam hic carnem dicit ipsum factum esse, non mutata in carnem substantia, sed hæc accepta, illa manente integra. Si autem tibi cordi sit etiam Seuerianum Gabalarum audire pastorem, ego tibi eius quoque interpretationem afferam, tu verò aures præbe. Illud enim, Verbum caro factum est, non ipsum à sua natura excidisse, sed nostram naturam suscepisse significat. Si enim illud, factum est, mutationem existimas, si audieris Paulum dicentem, Christus nos redemit à maledicto legis, factus pro nobis maledictum, ita vt naturam, & in maledictum mutationem significet, dictionem acciperis. Sicut ergo illud, Factus maledictum, nihil aliud significat, quàm quod maledictum, quod orat aduersum nos, ipse in se suscepit, Ita etiam illud, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, nihil aliud significat, quàm quod carnem suscepit.*

Seuerian.

Gal. 3.

ERAN. Miror horum virorum concordiam & consensionem. Omnes enim dicta Evangelica sic interpretati sunt, perinde ac si simul conuenissent, et quod eis visum esset communiter conscripissent.

Diodo.

Theodor.

apollinar.

ignat.

Iren.

ORTH. Maria quidem et montes maximis eos interuallis inter se inuicem distinguunt, sed eorum consensioni locorum distantia nihil damni attulit. Omnes enim ab vna spiritali gratia afflati, et initia ei erant. Adduxissem tibi etiam fortissimorum veritatis propugnatorum, Diodori, et Theodori, interpretationes, nisi vos in eos viros infenso animo esse viderem, et Apollinaris in eos odio et maleuolentiæ successisse. Vidisses enim eos etiam alijs conuenientia scripsisse, et ex diuino fonte fluentia hausisse, ipsosque etiam sancti spiritus riuos extitisse. Sed hos quidem prætermittam. Perpetuum enim et implacabile bellum aduersus eos suscepistis. Ostendam autem tibi verè omni ex parte benedictum ecclesiæ Doctorem, et illius de diuina humanitatis susceptione sententiam, vt scias quænam de suscepta natura eius fuerit opinio, De illo enim Ignatio omnino audiui, qui per magni Petri dexteram Pontificatus gratiam suscepit, & cum Antiochenam Ecclesiam rexisset, martyrii corona te dimittis est: et Irenæum, cui vt Policarpi doctrina frueretur contigit, Occidentalium autem Gallorum lumen fuit: et Hippolytum, et Methodium Pontifices et Martyres, et alios, quorum doctrinis nomina quoque adiugam.

ERAM. Valde cupienti mihi hæc quoque testimonia afferes.

ORTH. Audi ergo viros doctrinam apostolicam proferentes.

Sancti Ignatii Episcopi Antiocheni et Martyris ex Epistola ad Romanos.

Verè de Dominos nostro persuasos, et certiores redditos, qui ex genere Dauid secundum carnem, filius

huius autē Dei secundū diuinitatē & potentiam, verè factus ex virgine, tictus, à Ioanne, vt omnis Iustitia ab ipso impleteretur. Verè sub Pontio Pilato, & Herode Tetrarcha cruci pro nobis affixus in carne.

A

Quid enim me iuuat, si quis me laudat, Dominum autem meum blasphemat, dum non cōfiteatur eū carnē gestare? Qui autem hoc nō dicit, eū perfectè negauit, tanquam qui cadauer mortuum circumferat.

B

Si autem opinione tantum, & quod ita videretur, hæc à Domino nostro facta sunt, ego quoque opinione victus sum, cur autem me ipsum morti tradidi, ad ignem, ad gladium, ad belluas? Sed qui sum prope gladium, sum prope Deum, solum in nomine Iesu Christi ad eum compatiendum. Omnia sustineo, ipse me confirmante perfectò homine, quem quidem ignorantes negant.

C

Deus enim noster Iesus Christus in Mariæ quidem vtero gestatus est, ex femine quidem Dauid, ex sancto autem spiritu, qui natus est, & baptizatus, vt quod nostrum mortale est purgetur.

D

Siquidem viritum omnes communiter in gratia ex nomine conuenitis in vna fide, & in vno Iesu Christo secundum carnem ex genere Dauid, filio hominis, & filio Dei.

E

Vnus est medicus carnalis, & spiritalis, genitus ex ingenito in homine Deus, in morte vera vita, & ex Maria & ex Deo, primum patibilis, & tunc impatibilis Iesus Christus Dominus noster.

F

Obsurdescite ergo, quando sine Iesu Christo vobis loquitur quispiam: qui est ex genere Dauid, qui ex Maria, qui verè natus est, verè comedit, & bibit, qui sub Pontio quidem Pilato passus est, crucifixus, et mortuus, videntibus cœlestibus, terrestribus, & inferis.

G

Cur autem adiecerunt illud. In ciuitate Dauid, nisi vt à Deo factum Dauid promissum, quod ex fructu ventris eius erit rex æternus, impletū annūciaret? Quod quidē promissū fecerat huius opifex vniuersi.

H

Et dum dicit, Audite domus Dauid, erat significantis, quod Deus Dauid erat pollicitus, se de fructu ventris eius æternum regem excitaturum. Is autem est qui ex virgine Dauid natus est.

I

Si ergo primus Adam et patrem habuisset hominem, et ex femine esset genitus, consentaneum quoque esset dicere secundū Adam ex Ioseph esse genitum, sin autē ille ex terra sumptus est, eius autē effector est Deus, oportebat etiam eū qui instaurabat, & veluti de integro in sumam capitque redigebat hominē, qui à Deo fuerat formatus, eandē cum illo generationis habere similitudinē. Cur ergo nō rursus accēpit limū Deus, sed ex virgine effecit, vt fieret formatio? Ne alia fieret creatura, nec aliud esset, q̄ seruaretur, sed ille ipse de integro restauraretur, cōseruata similitudine. Valde ergo labitur qui dicunt ex virgine eum nihil accepisse, vt carnis hereditarem expellant, & similitudinem eiiciant.

K

Quandoquidem æqualis est eius in Mariam descensus. Cur enim in eam descendisset, si ex ea nihil erat sūpturus? Præterea si ex Maria nihil accepisset, nec quæ ex terra quidē capiuntur nutrimenta admisset quibus ex terra sūptū corpus, alitur, neque postquam quadraginta dies, vt Moses & Helias, ieiunauit, esu iussit, corpore sibi propriū requirere nutrimētū: nec Ioannes eius discipulus de ipso scribens dixisset, Iesus autē defessus ex itinere sedebat, nec Dauid de ipso lōgè prius exclamasset. Et super dolorē vulnerū meorum addiderunt, nec propter Lazarum fleuisset, nec sudasset guttas sanguinis, nec dixisset, Tristis est anima mea: nec puncto eius latere aqua & sanguis exiisset. Hæc enim omnia carnis et terra acceptę signo sunt, quam in seipso à capite instaurauit, proprium figmentum conferuans.

L

Quemadmodum enim per vnius hominis inobedientiam, qui primo ex terra inculta factus erat, peccatores multi constituti sunt, & vitem amiserunt: ita oportebat etiam per vnius hominis obedientiam, qui primum ex virgine factus est, multos iustificari, & salutem recipere.

M

Ego dixi, filij altissimi estis omnes, & dij, vos autem vt homines mortimini. Hæc dixit ad eos, qui adoptionis donum non susceperunt, sed puræ Dei verbi natiuitatis incarnationem contemnunt, & ascensu ad Deum hominem priuant, & in Dei verbum, quod oro eis incarnatum est, ingrati sunt. Propterea enim verbum homo factum est, vt homo qui ipsum retinuerit, & adoptionem acceperit, fiat filius Dei.

N

Cum spiritus propter prænitam œconomiam descendit, & filius Dei vni genitus, qui est etiam verbum patris, eum venisset plenitudo temporis in homine incarnatus sit, & omnem, quæ est secundum hominem œconomiam & dispensationem impleuerit Dominus noster Iesus Christus, qui est vnus & idem, vt ipse Dominus testatur, & Apostoli confitentur, & Propheta prædicat: falsæ ostensæ sunt omnes eorum doctrinæ, qui ogdoades, & quaterniones, & visiones, seu falsas apparitiones inuenerunt.

O

Sancti Hippolyti Episcopi & martyris ex oratione, quam fecit in illud, Dominus pascit me.

P

Porro autem arca ex lignis, quæ putrescere non poterant, erat ipse Seruator. Eius enim tabernaculum nulli putredini obnoxii, & ab interitu alieni idē prædicabatur, quod nullā peccati putredinē produ-

Q

Mm ii

Iren.

Ioan. 4.

Adam 37.

Hippolyt.

Arca

Psal 37

xisset. Qui n. peccauit, & cōfiteretur, & dicit. Patrueris, & corrupta sūt cicatrices meae à facie insipientie meae. Dominus autem erat à peccato alienus, vt qui ex lignis purificatiōni minime obnoxius, quod ad humanitatem attinet, nempē ex virginis, & spiritus Dei verbi, veluti auro purissimo, intra & extra esset cōtrectus.

Eiusdem ex Sermone in Helcanam & Annam.

Duc autem mihi ò Samuel in Bethleem iuuenem, quā trahitur, vt ostendas eum regem qui ex Dauid nascitur, qui idem à patre Rex & Sacerdos vngitur.

Eiusdem ex eodem Sermone.

Dic mihi ò beata Maria, quid erat quod in tuo erat vtero conceptum, & quid erat, quod à te in virginitate gestabatur? Sermo erat Dei primogenitus de cœlis ad te descendens, & homo primogenitus in vtero formatus, vt primogenitus sermo Dei homini primogenito coniunctus ostenderetur.

Eiusdem ex eodem Sermone.

Secundam autem, quæ per Prophetas facta est, vt per Samuel reuocans, & conuertens populum à seruitute alienigenarum. Tertiā autem, in qua incarnatus aderat, qui ex virgine hominē suscepit, qui etiam eum vidisset ciuitatem, fleuit super ipsam.

Eiusdem ex sermone, qui est in principio E. I. I. I.

Aegypto quidem mūdū assimilauit, manifestis autem Idololatriam, terræ motū autem transmutatiōnem, & eius euerfionem, Dominum autem, verbum, nubem autem leuem, purissimū eius tabernaculū in quo tanquā in sede collocatus Dominus noster Iesus, Christus, ingressus est in vitam ad cōcūtiēdum & labefactandū errorem Sancti Methodii Episcopi & Martyris ex sermone de Martyribus. Ad eodem nimirum admirabile, & tanto studio expectandū est Martyrium, quod ipse Dominus Iesus Christus Filius Dei se id honorare testatus sit. Non rapinam arbitratus se esse æqualem Deo, vt etiam eodono, hominē ad quem descendit coronaret.

Method.

Martyriū

Phil. 2.

Eust. ab.

Sancti Eustachij Episcopi Antiocheni & confessoris ex interpretatione Psalmi. xv.

Atqui anima Iesu habuit, utriusque experientiam, Nam & fuit in loco humanarum animarum, & cum in carnem, viuit & subsistit. Ratione ergo prædita, & eiusdem cum animis hominum substantiæ, si cut & caro est eiusdem substantiæ cum carne hominum, vt quæ ex Maria processit.

Eiusdem, ex libro de Anima.

Quid autem dixerint, qui ad infantis educationē respexerint, vel ætatis incrementū, vel tēporū accessiōnē, vel auctiōnē corporis? Vt autē prætermittā miracula, quæ in terra facta sunt, videant mortuorū resuscitationes, passionis signa, flagellorū cicatrices, plagarum vibices, perforata latera, clauorum typos, effusionem sanguinis, mortis signa, & vt omnia complectar, ipsam proprij corporis resurrectionem.

Eiusdem: ex eodem libro.

Atquis quis corporis generationē respicit, apertè inuenerit, quod in Bethleē natus, factus in uolūtus est, & in Aegypto aliquandiu nutritus est propter immanissimam Herodis insidias, & in Nazareth aduilem ætatem peruenit.

Eiusdem ex eodem Libro.

Nō est enim idē tabernaculum verbi & Dei, per quod contēplabatur diuinā gloriā beatus Stephanus.

Eiusdem ex sermone in illud, Dominus creauit me initium viarum suarum.

Si ergo generatiōnis principium cœpit verbum, ex quo per maternum vterum traiciens; corporales tulit compages: constat quod factus est, ex muliere. Sin autem verbum, et Deus erat apud patrē superioribus retro seculis, et vniuersa per eum facta esse dicimus, non est ergo factus ex muliere, qui est et genitis omnibus causa et author est, sed est Deus natura sufficiens, infinitus, et qui nec mente comprehendendi potest, ex muliere autem factus homo est, qui in virginali vtero sancto spiritu compactus est.

Eiusdem ex eodem Sermone.

Templum enim propriè purum et impollutum, quod est, quod ad humanitatem attinet, circa verbum tabernaculum, in quo factio tabernaculo Deus manifestè habitauit. Et hæc non probabilibus coniecturis moti dicimus. Huius enim templi solutionem et resuscitationem, qui Dei est natura filius, prædicēs, hæc nos apertè docēs suggerit, sceleratis dicēs Iudæis. Soluitē templum hoc, et in tribus diebus excitabo ipsum.

Templum

Ioan. 2.

Eiusdem ex eodem Libro.

Quando ergo hominem, templum ipsum fabricatus, sermo gestauit, corpore quidē ad homines accedens omnis generis miracula inuisibiliter effecit, A postolos autem æterni regni prædicatores emisit.

Eiusdem ex interpretatione Psalmi. xcij.

Clarum est ergo, quod si vngēs demonstrat Deum cuius sedē æternā dixit, manifestè quidē natura Deus ex Deo genitus est, qui vnxit. Qui autē vnctus est, acquisitam virtutē accepit, egregio templi opificio ornatus ex habitante in eo diuinitate.

Arhan.

Ioan. 15.

Cognati

39.

Sancti Athanasij Episcopi Alexandrini, ex defensione facta pro Dionysio Episcopo Alexandria. Ego vitis, vos palmites, Pater meus agricola est. Nos enim, Domini, quod ad corpus attinet, cognati sumus & propterea dixit ipse. Annunciabo nomen meum fratribus meis: & quemadmodum palmites eiusdem cum vite substantiæ, & ex ea sunt, ita etiam nos cum corpora Domini cogitata, & eiusdem generis corpora habentes, accipimus ex eius plenitudine, & illud habemus radicem ad resurrectionem, & ad salutem. Pater autem distus est Agricola, ipse enim per Verbum vitam effecit, quæ est corpus Domini.

Eiusdem ex eodem opere.

Vitis autē appellatus est Dominus, propter corporale, quæ cū palmitibus, qui sumus os, intercedit cogitationem.

Eiusdem ex maiore de fide Oratione.

Quod

Quod scriptum est, In Principio erat verbum, apertè diuinitatem significat, illud autem Verbum caro factum est, Domini humanitatem indicat.

A

Et illud. Lauabit in vino stolā suā, hoc est, in proprio sanguine, corpus, quod est indumentū diuinitatis. Eiusdem ex eadem Oratione.

Gen. 49.

Hoc enim, Erat, refertur ad eius diuinitatem, illud verò, Caro factum est, ad corpus. Verbum caro factum est, non in carnem resolutum, sed carnem gestans. Quemadmodum si dixerit quispiam. Hic senex factus est, cum non talis esset genitus, vel, miles factus est veteranus, cum non prius esset talis, qualis factus est. Est autem Græce Gegonen, quod & factum est, & fuit latine dici potest. Ioannes, Egenomin, inquit hoc est factus sum, seu fui in sula Patmo, in die Dominico, non quod illic factus fuerit, sed dixit, Egenomin en Patmo, factus sum in Patmo, pro eo quod est, accessi, vel adfui, ita etiam verbum ad carnem accessit, vt dictum est, Verbum caro factum est. Audi dicentem, Factus sum tanquam vas perditum, & factus sum tanquam homo sine auxilio inter mortuos liber.

Gegonen

Apoc. 1.

Psal. 30.

87.

Ea. 2.

corpus di-

uinitati

homifion.

quaternio

coeternū.

Basil.

caro deifera.

ex. per.

Gal. 4.

1. Cor. 11.

Spirituali.

corp.

caro caele.

1. cor. 15.

Ioan. 3.

Eph. 3.

velum

caro ani-

ma mens.

Simile

Quis enim vnquam talia audiuit, quis docuit, quis didicit? Ex Sion enim egredietur lex, & verbum Domini ex Hierusalem. Hæc autem vnde egressa sunt, quis infernus eructauit, quod dicatur ex Maria acceptum corpus esse eiusdem substantiæ cum verbi diuinitate? vel quod verbum in carnem, & ossa, & pilos, & totum corpus immutatū est? Quis autem audiuit in Ecclesia, vel omnino apud Christianos, quod adscitum & non naturale Deus corpus gestauerit?

Eiusdem ex eadem Epistola.

B

Quis autem audiens, quod non ex Maria, sed ex sua substantia sibi corpus patibile, verbum transformauerit, dixerit cum esse Christianum, qui hæc dicit? Quis autem hanc nefariam impietatem excogitauerit, vt vel ei in mentem venerit, & dixerit, quod qui dicit Domini corpus esse ex Maria, non vtiquē trinitatem, sed quaternionem esse in Deitate sentiat, tanquam qui ita affecti sunt, dicant propterea substantiam trinitatis esse carnem, quam Seruator ex Maria induit. Vnde nam autem nonnulli equalem iis, quæ antedicta sunt, impietatem eructauerunt, vt dicerent corpus non esse recentius verbi diuinitate, sed illi perpetuū coeternum exiitisse, quandoquidem ex sapientiæ substantiā compositum est?

Eiusdem ex eadem Epistola.

Erat ergo humanum natura corpus, quod ex Maria natum est, vt voluit scriptura: diuinz, verum autem erat, quoniam idē erat cū nostro. Sororem enim nostrā Mariā, quoniā omnes sumus ex Adā, nemo autem de hoc dubitauerit, qui recordabitur eorum, quæ Lucas scripserit.

Sancti Basilij Episcopi Cæsariensis ex interpretatione Psalmi. L. I. X.

Omnes alienigenæ iugō Christi se subiunxere, & ideo vsque ad Idumæam extendit calcamentū suū. Diuinitatis autem calcamentum caro est Deifera, per quam ad homines accessit.

Eiusdem, ex iis quæ scripsit ad Amphiloichium episcopum de sancto spiritu.

Et rursus hac dictione, Ex quo, pro ea quæ est, per quem, vsus est, vt quando dicit Paulus, Factus ex muliere. Hoc enim alibi nobis apertè distinxit, mulieri quidē conuenire dicens hoc, Ex viro factum esse, viro autem illud, Per mulierem, cum dicit. Sicut mulier ex viro, ita, vit per mulierem, simul quidem in differentem, vt ita dicam, vsum indicans, simul etiam nonnullorum errorem obiter corrigens, qui existimant spiritale esse corpus Domini. Vt autem ostendēret quod ex humana massa Deifera, caro concreta & compacta est, vocem magis significantem, & maiorem emphasim habentem prætulit. Hæc enim, Per mulierem, trahētiā tantum fuisse generationem videretur ostendere: illud autē, Ex muliere, communionem naturæ eius, quod nascitur, cum ea, quæ genuit satis ostendere.

Sancti Gregorii Episcopi Nazianzi ex priorē expositione ad Clydonium.

Si quis dicit carnem de cælo descendisse, & non hinc & ex nobis esse, anathema sit. Illud enim, Secundus homo è cælo, & qualis cœlestis, tales & cœlestes, & Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cælo descendit, filius hominis, & si quid est aliud huiusmodi, existimandum est dici propter vniōnem cum homine, quemadmodum & per Christum omnia facta esse, & habitare Christū in cordibus nostris, non quā Deus apparet, sed quā intelligitur, confusis, vt appellationibus, ita etiam naturis.

Eiusdem ex eodem libro.

Quæ est autem eis ratio susceptæ humanitatis seu in carnationis, videamus, vt ipsi dicunt. Siquidē vt contineretur Deus, qui aliās contineri non potest, et tanquam sub velamine, carne, cum hominibus versaretur, est elegans eis suscepta persona, & pulcher representationis actus, dicam quod etiam nobiscū aliter versari poterat, sicut in rubo ignis, et humana forma prius. Sin autem vt peccati condemnationē solueret, simili simile arripuit: sicut carne opus habebat, propter carnem vniōnem nam et anima propter animam, ita et mente propter mentem, quæ non solum in Adā lapsa erat, sed etiam prior passa et affecta fuerat, ut dicunt etiam Medici de ægritudinibus. Quod enim mandatū accepit, id etiam mandatū non seruauit. Quod autem mandatū non seruauit, id etiam transgressionem perpetrare ausus est. Quod autem transgressum est, hoc etiam salute indigebat, quod autē salute indigebat, hoc etiam adsumptum est. Quod ergo mēs adsumpta sit, ostēsum est, velint, nolint, Geometricis necessitatibus & demonstratiōnibus. Tu autē perinde facis, ac si, cum alicuius hominis et oculus laboraret et pes, si lapsus esset, pedē quidē curares, oculum autē immedicatum relinqueres: vel cum pictor aliquid non rectè pinxisset, quod pictum quidem esset mutares: pictorem autē, tanquam is se rectè gereret præ-

Mm. iij.

rites. Quod si ab his rationibus deturbati eo confugiunt ut dicant, Deum posse etiam sine mente hominem seruire. Potest utique etiam sine carne, vel sola voluntate, sicut & alia omnia, quæ effectit, & efficit corporaliter. Tolle ergo vna cum mente carnem quoque ut omni ex parte perfecta tua sit amentia

Ioan. 5.

Sancti Gregorii Episcopi Nissen, Ex sermone de Abraam. Descendit ergo non nudum verbum, sed caro factum, non Dei forma, sed forma serui. Is est ergo qui dixit se non posse ex se aliquid facere. Non posse, n. est imbecillitatis. Sicut, n. luci tenebræ, & mors vitæ, ita potentia ut contraria imbecillitas opponitur. Atqui Christus est Dei potentia. Non est ergo omnino imbecilla, & impotens potentia. Si enim imbecilla est potentia, quid est potens? Quando ergo verbum pronuntiat quod non potest facere, clarum est quod non vngenti diuinitati impotentiam tribuit, sed nostræ imbecillitatis impotentiam suo testimonio comprobatur. Est enim caro infirma, sicut scriptum est. Spiritus quidem promptus, caro autem infirma.

Matt. 16.

Eiusdem ex libro de perfectione vitæ, Sed rursus verus legislator, cuius figura erat Moyses, ex terra nostra sibi naturæ tabulas edolauit, neque enim matrimonium diuinitatis suscepticem ei carnem fabricatum est, sed ipse carnis suæ diuino digito conscriptæ latomus & lapidicida fuit. Spiritus, n. sanctus venit ad virginem, & altissimi potentiam obumbravit. Postquam autem hoc factum est, euasit rursus natura valida & inuolabilis, immortalis effecta diuini digiti impressionibus.

Luc. 1.

Tron. 9.

Dicimus ergo, quod cum in iis, quæ prius dicta sunt, dixit sapientiam ædificasse sibi domum, carnis Domini verbo constructionem mysticè intelligit. Non enim in alieno domicilio vera sapientia habitauit, sed ex corpore virginali habitaculum sibi ædificauit.

Pron. 8.

Verbum erat ante sæcula, caro autem extremis temporibus facta est, nec conuertens contra quispian dixit, vel eam esse ante sæcula, vel in vltimis temporibus factum esse verbum.

Phil. 2.

Non de diuino & ab omni corruptione & interitu alieno est hæc vox, Creauit me, sed sicut dictum est de eo quod per diuinam dispensationem assumptum est ex creata nostra natura.

Flavian.

Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo, sed seipsum exinaniuit serui formam accipiens. Quid mendicium in homine, quàm forma serui? Quid humilis in Rege coru omnia quæ sunt, quàm ad mendicæ nostræ naturæ communionem venire? Rex regum, & Dominus Dominantium, seruitutis formam sua sponte suscipit.

Exa. 61.

Sancti Flauiani Episcopi Antiocheni, ex sermone de Ioanne Baptista. Ne corporalem ergo coniunctionem intellige, nec coniugalem consuetudinè accipe. Tuus enim creator & opifex, corporeum suum templum, quod ex te nascitur, fabricatur.

Amphil.

Audire dicentē. Spiritus super me, qua de causa vnxit me, nescitis, inquit, quæ legitis. Venio enim ad vos vnctus spiritu. Vngitur autem spiritu, non natura, quæ sub aspectum non cadit, sed id quod est eiusdem nobiscum generis.

Ioan. 14.

Amphilochi Episcopi Iconi, ex oratione in eum locum. Pater meus maior me est. Discerne mihi deinceps naturas Dei & hominis. Neque enim homo ex Deo factus est, quod à Deitate exciderit: neque ex homine Deus, quod eo prouectus sit. Deum enim me & hominem dico. Quando autem & affectiones carni, et Deo miracula dederis, necesse est, ut etiam si nobis, quæ humiliter quidem dicuntur de homine ex Maria genito: Quæ autem sublimiter, & quæ diuinitati conueniunt, Verbo quod erat in principio: Propterea enim alicubi quidem loquor sublimiter, alicubi verò humiliter, ut per sublimia quidem verba ostendam inhabitans verbi cognationem, per humilia autem, humilis carnis imbecillitatem significem. Vnde alicubi quidem dico me esse Patri æqualem, alicubi autem Patre maiorem, non mecum quidem pugnantem, sed ostendens quod Deus sum & homo: Deus quidem ex sublimibus: homo verò, ex humilibus. Si autē vultis scire quomodo Pater meus maior me est, id dixi habitacione carnis, & non personæ diuinitatis.

Ioan. 5.

Adam.

Nihil potest filius ex se facere. Quis autem fuit Adam in cælis inobediens? Quis autem ex cælesti corpore effectus est primum protoplastus? Sed formatus est à principio, qui ex terra factus est. Inobediens fuit, qui è terra factus est, rursus assumptus est qui erat è terra: & qui erat è terra, seruatus est, vt ita simul vera & necessaria videatur diuinæ æconomie ratio.

Chry.

Sancti Ioannis Episcopi Constantinopolitani, ex oratione quam habuit, Cum Gothus senex ante eum dixisset. Vide quod facit à principio, nostra natura induitur, quæ infirma & impotens erat, & deuicta fuerat, vt per ipsam depugnaret, & colluctaretur, & statim à principio arrogantiæ naturam radicitus euellit.

Idololat. etc.

Quomodo enim non est extremi stuporis, ipsos quidem in lapides, & ligna, & ylos statuas suos Deos inducentes, & tanquàm in aliquo carcere includentes, se nihil turpe exultimare facere, nec dicere nos autem reprehendere qui dicimus, quod Deus viuo templo ex sancto spiritu constructo, vniuersum terrarum orbem per ipsum iuuat. Si enim turpe est Deum in humano corpore habitare, multo magis in lapido

lapide & ligno, quanto lapis & lignum est homine vilius. Nisi forte his etiam materiis nullo sensu præditis nostrum genus ab illis vilius existimatur. Ipsi in lapides & canes: multi autem hæretici etiam in alia his multo turpiora Dei substantiam deducunt. Nos autem nihil vnquam horum ne audire quidem sustinuerimus. Illud autem dicimus, quod puram carnem, & sanctam, & ab omni reprehensione alienam, & ad quam nulli vnquam vitio datus est aditus, ex virginali vtero cepit Christus, & suum vas sibi rectum & probum effecit. Et paulo post, illud autem dicimus, quod cum Deus verbum, sibi sanctum templi construxisset, per illud, ex cælis deducta agenda vitæ ratione ad vitam nostram introduxit.

A

Eiusdem ex libro, quod quæ humiliter dicta & facta sunt à Christo, non propter imbecillitatem potentia, sed propter diuersas æconomia rationes dicta & facta sunt.

Quænam autem sunt cause, quod & ipse, & Apostoli de ipso humilia dixerint? Prima quidem causa & maxima, quod ipse carne indutus fuerit, & veller & iis qui tunc erant, & posteris omnibus fidem facere, quod non est vmbra aliqua, nec figura tantum quod videtur, sed natura veritatis. Si enim cum tor humilia & humana & ipse et Apostoli de eo dixerint, potuit tamen Diabolus miseris aliquor hominibus persuadere, vt diuinæ æconomia rationem negarent, et audent dicere, quod carnem non suscepit, & omne humanitatis fundamentum tollerent. Si nihil eorum dixisset, quàm pauci fuissent, qui nō in hoc balthrum incidere? Paucas ex plurimis veritatis præconibus autoritates adduxi, ne eorum multitudinem tibi aures obtunderem. Hæc autem sufficiunt ad ostendendum, quæ sit laudatissimorum virorum de ea re sententia. Tuum autem est dicere, quomodo habere videantur, quæ dicta sunt.

ERAN. Inter se quidem conuenientia omnes dixerunt, & ii, qui terram ad orientem incoluerunt, cuius consentiunt, qui ad occidentem plantauerunt: per multam autem video in eorum dictis diuisionem. ORTH. Hi viri fuerunt successores sanctorum Apostolorum, & nonnullis vsu venit, vt sacra eorum voce, & admirabili visione fruere. Plurimi autem eorum, martyrii coronis exornati sunt, fas ne ergo tibi videretur blasphemam & maledicam linguam aduersus eos vibrare?

ERAN. Hoc quidem facere timeo, sed multam diuisionem non admitto. ORTH. Sed ego tibi rursus incredibile & inopinatum remedium afferam, vnum enim admirabilis vestre hæresis doctorem, Apollinarem, in medium producam, & similiter ac Sancti Patres, illud Verbum caro factum est, intellexisse ostendam. Audi ergo in compendario eius libro quid de eo scripserit.

Apollinaris ex libello compendario.

Si quod adsumit quis, is in id non uertitur, Christus autem carnem adsumpsit. Ergo in carnem non uertus est. Et rursus paulo post subiungens, dicit. Etenim seipsum nobis in cognationem per corpus largitus est, vt seruaret, est autem multo pulchrius eo quod seruatur, id quod seruat. Est ergo nobis multo pulchrius in ipsa corporis susceptione. Non esset autem pulchrius, si in carnem esset conuersus. Et paulo post ita dicit: Quod simplex est, vnum est, quod autem compositum est, non potest esse vnum; mutatio nem vnici verbi dixerit, qui ipsum carnem factum esse dicit. Si autem compositum vnum est, sicut homo, per compositionem vnum dicit, qui propter vnionem cum carne, dicit, Verbum caro factum est. Et rursus paulo post hæc quoque dixit, Incarnatio, exinanitio. Exinanitio autem non hominis, sed filii hominis, ostendit eum seipsum exinaniisse, per indumentum, non per mutationem: Ecce tibi indumenti quoque nomen attulit tuorum dogmatum Doctor. Porro autem etiam in Libello de fide, sic dicit.

Credimus ergo immutabili manente diuinitate, eius incarnationem factam esse ad reuocationem humanitatis, neque enim mutatio, nec transmutio nec inclusio facta est: circa sancta Dei potentia. Et paulo post Adoramus autē Deū, qui carnem ex sancta virginitate accepit, & propterea est quidem homo secundum carnem, Deus autem secundum spiritum. Iam verò etiam in alia Expositione sic dicit. Confitemur filium Dei, fuisse filium hominis, non nomine, sed qui vetè ex Maria virgine carnem accepit. ERAN. Non existimabam hæc sentire Apollinarem. De homine enim aliter sentiebam. Ecce ergo didicisti, quod non solum Propheta, & Apostoli, & qui post eos sunt electi terrarum orbis doctores, sed etiam Apollinaris, qui nugis Hæreticas composuit, & immutabilem fatetur Deum verbum, nec in carnem fuisse conuersum dicit, sed carnem suscepisse, & hoc in multis locis dixit, vt audiuisset. Ne ergo vestra blasphemia doctorem vestrum obsecrare contendatis. Non est enim discipulus super Magistrum, ait Dominus.

ERAN. Ego quoque confiteor Deum Verbum esse immutabile, nec in carnem fuisse conuersum, sed carnem suscepisse. Tot enim testibus repugnare est extremi stuporis.

ORTH. Vis ne vt reliquarum quoque questionum fiat solutio? ERAN. Barum examinationem in crastinum rejicimus. ORTH. Abeamus ergo nostra soluta congressione, & eorum quæ confessi sumus recodemur.

Finis Primi Dialogi.

Man. liij

Eranistes, & Orihodoxus.

E R A N.



GO quidem veni, vt sum pollicitus, oportet autem te alterum duorum facere, vt vel solas quaesita, vel iis, quae a me dicuntur, assentiaris.

ORTH. Quam mihi proponis conditionem accipio, eam enim rectam & iustam existimo, oportet autem nos primum in memoriam reuocare vbi nam heri reliquimus, & quem finem habuit nostra disputatio. E R A N. Ego tibi eius finem redigam in memoriam. Memini enim nos fuisse confessos Verbum diuinum esse immutabile, & carnem accepisse, non ipsum in carnem esse conuersum.

ORTH. Videtur tuis quae visa & decreta sunt acceperis, ea enim verè in mentem reuocasti. E R A N. Iam prius dixi, quod qui tor & talibus doctoribus repugnat, insanit apertissimè. Non parum autem me nouit Apollinaris, eadem dicens cum Orthodoxis, quauis in suis libris de incarnatione alia via apertè ingressus sit.

ORTH. Deum ergo carnem suscepisse dicimus? E R A N. Maximè.

ORTH. Carnem autem quid intelligimus, corpus ne tantum, vt videtur Arrio & Eunomio, an corpus & animam? E R A N. Corpus & animam.

ORTH. Quamnam animam, rationis ne compotem, an eam, quae a nonnullis Plantalis seu vitalis & vegetatiua dicitur? Cogunt enim nos rogare quae non decet, Apollinaris scriptorum fabulose praestigia. E R A N. Enim uero Apollinaris dicit animarum esse differentiam.

ORTH. Dicit hominem esse ex tribus compositum, ex corpore, & vitali anima, & rursus ex ea, quae est ratio praedita, quam mentem appellat. Sancta autem scriptura vnam tantum nouit animam, non duas animas, idque nos apertè docet primi hominis formatio. Accepit, enim inquit, Deus limum terrae & formauit hominem, & inspirauit in faciem eius spiritum vitae, & factus est homo in animam viuentem. Quinetiam Dominus in euangelis dicit sanctis discipulis. Ne timete eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, magis autem timete eum, qui corpus & animam potest perdere in gehenna. Diuinitissimus quoque Moses cum descripsisset numerum eorum, qui descenderunt in Aegyptum, & dixisset cum quibusnam vnusquisque tribus princeps ingressus est, subiunxit, Omnes animae ingressae Aegyptum septuaginta quinque, vnam vnusquisque eorum qui ingressi sunt, animam numerans, & diuinus Apollolus in Troade, cum omnes existimarent mortuum esse Eurychum, dixit. Ne turberimini, anima enim eius in ipso est.

ORTH. Apertè ostensum est, vnumquemque hominem, habere vnam animam.

ORTH. Sed Apollinaris dicit duas, & eam quidem quae est experta rationis Deum Verbum accepisse pro ea autem quae est ratio praedita, ipsum in carne fuisse, & ea de causa interrogabam quamnam dicit animam eum corpore acceptam esse.

E R A N. Ego dico rationis praeditam. Diuinam enim sequor scripturam?

ORTH. Dicimus ergo Deo Verbo susceptam perfectam seruiformam. E R A N. Perfectam.

ORTH. Et iure perfectam. Quoniam enim primus homo sub peccato totus fuit, & diuinam imaginis characteres perdidit, & Principem generis generis est consecutum, necessario volens Opifex deletam renouare imaginem, tota suscepta natura, prioribus multo meliores characteres effinxit.

E R A N. Haec quidem vera. Vellem autem primum, vt nobis certa, & rectè constituta esset nominum significatio vt disputatio absque vilo impedimento procederet, & nihil ambiguum quaesitum interrumperet. ORTH. Optimè dixisti. Roga ergo quod velis.

E R A N. Iesum Christum oportet ne vocare hominem?

ORTH. Neutrū sine altero, sed vtrumque. Deus enim verbum homo factum, Iesus Christus nominatus est. Vocabis enim, inquit, nomen eius Iesum. Ipse enim seruauit populum suum a peccatis eorum. Et hodie nobis nascitur Christus Dominus in ciuitate David. Sunt autem haec voces angeli. Antequam autem carnem suscepisset, Deus, & Dei filius, & vnigenitus, & Dominus, & Deus Verbum, creatorque & opifex nominabatur. In principio enim, inquit, erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, & omnia per ipsum facta sunt, & vita erat, & erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, & quae sunt his similia, & diuinam naturam declarantia. Postquam autem homo factus est, Iesus & Christus nominatus est.

E R A N. Ergo Deus solum Iesus Dominus?

ORTH. Hominem factum esse Deum verbum audis, & Deum solum vocas?

E R A N. Quoniam non conuersus homo factus est, sed mansit id quod erat, oportet eum vocare id quod erat. ORTH. Immutable quidem Deus verbum & erat, & est, & erit. Humana autem suscepta natura, homo factus est. Oportet ergo nos vtramque naturam confiteri, & quae accepit, & quae accepta est. E R A N. A meliore oportet nominare.

ORTH. Homo ille, animal inquam, simplex est, an compositus?

E R A N. Compositus.

ORTH. Ex quibus compositus?

E R A N. Ex corpore & anima.

ORTH.

Caro.

corpus anima

anima mens

Vna hominis anima

Gen. 2.

Matth. 10.

Luc. 12.

Evod. 1.

Hen. 46.

Act. 20.

Imago perditae deletae renouat a.

1. x. Homo

Matt. 2.

Luc. 2.

Ioan. 1.

ORTH. Harum autem naturarum vtra est praestantior?

E R A N. Clarum est quod anima. Est enim & ratione praedita, & immortalis, & ei animalis principatus inuadatus est. Corpus autem est mortale, & corruptioni & interitui obnoxium, & si ab anima separatur, ratione caret, & iacet mortuum.

ORTH. Oportet ergo sacram scripturam a praestantiore natura denominare animal?

E R A N. Ita nominat. Eos enim qui in Aegyptum ingressi sunt, animas appellauit. In Septuaginta, enim, & quinque inquit, animabus descendit Israel in Aegyptum.

ORTH. A corpore autem nullam sacra scriptura appellauit?

E R A N. Eos qui carni seruerunt, carnes vocauit. Ita enim dixit Deus, Non permancat spiritus meus in his hominibus, quia carnes sunt.

ORTH. Sine reprehensione autem nullum carnem vocauit?

E R A N. Non memini.

ORTH. Ego verò tibi mentem reuocabo, & docebo, quod etiam valde sanctos, carnes appellauit. Responde ergo, Apostolos quid vocaueris, spirituales an carnales?

E R A N. Spirituales, & spiritualium Principes & Doctores.

ORTH. Audi ergo diuinum Paulum dicentem, Quando autem placuit ei, qui me ex vtero matris meae segregauit, & vocauit per gratiam suam, reuelare filium suum in me, vt ipsum annunciarè in gentibus, statim non acquiesci carni & sanguini, nec ascendi ad eos, qui ante me fuerant, Apostolos an acetulans Apostolos eos ita appellauit?

E R A N. Nequaquam.

ORTH. Sed ab ea quae videtur natura nominans, & cum caelesti vocatione, eam quae fit per homines vocationem conferens.

E R A N. Verum.

ORTH. Audi verò etiam David Psalmistam Deo cantem, & dicentem. Ad te omnis caro veniet, & prophetam Esaiam vaticinantem, Videbit omnis caro salutare Dei nostri.

E R A N. Apertè ostensum est, quod etiam absque vlla in simulatione humanam naturam sancta scriptura ex carne nominat.

ORTH. Ego autem tibi aliud quoque ostendam.

E R A N. Quodnam aliud?

ORTH. Quod diuina scriptura nonnullos accusans, ab anima sola eos nominat.

E R A N. Et hoc vbi inuenies in diuina scriptura?

ORTH. Audi Dominum dicentem per prophetam Ezechielem, Anima quae peccat, ipsa morietur, verò etiam per Magnum Mosè dicit. Anima quae peccauerit, & rursus, Et erit, vt omnis anima, quae non audierit prophetam illum, exterminetur. Et inueniri possunt multa alia eiusmodi.

E R A N. Haec demonstrata sunt.

ORTH. Si ergo, vbi est naturalis vnio, & eorum quae creata, & conseruata, & tempore sunt aequalia, coniunctio, non a sola praestantiore natura mos est sacra scriptura nominare hoc animal, sed & a minore, & a maiore, quomodo nos reprehenditis, qui Dominum Christum cum eo quod Deum confitemur, hominem quoque nominamus, idque cum multa nos hoc facere vehementer cogant?

E R A N. Et quid est, quod vos cogit Seruatorem Christum hominem nominare?

ORTH. Diuersa & omnino contraria Haeretica decreta.

E R A N. Et quae quibus contraria decreta?

ORTH. Arrii & Sabellii. Ille quidem diuidit substantias, Hic uerò confundit hypostasas seu personas.

Arrius quidem tres substantias inducit. Sabellius verò pro tribus vnam hypostasim esse dicit. Dic ergo quomodo est vterque morbus curandus, an si ambabus affectionibus adhibeatur idem medicamentum an verò si vtrique quod aptum & conducibile fuerit?

E R A N. Si quod fuerit vtrique aptum & conducibile.

ORTH. Arrio ergo per sua dera conabimur, vt sancta Trinitatis substantiam confiteatur, eiusque rei probationes adducemus ex sacra scriptura.

E R A N. Ita faciendum.

ORTH. Cum Sabellio autem differentes, faciemus contrarium. De substantia enim nihil dicemus, et enim ipse vnam faterur.

E R A N. Clarum.

ORTH. Quod autem eius opinionis male affectum est, id curare conabimur.

E R A N. Maximè.

ORTH. Quonam autem morbo cum diximus laborare?

E R A N. Circa hypostasas seu personas diximus eum claudicare.

ORTH. Quoniam ergo ille dicit vnam Trinitatis hypostasim, ostendimus ei sanctam scripturam tres hypostasas seu personas praedicare.

E R A N. Hoc quidem est ita faciendum. Sed nos quod erat nobis propositum reliquimus.

ORTH. Minimè. De eo enim demonstrationes colligimus, & hoc statim cognosces. Dic ergo mihi, omnes Haereses, quae a Christo vocantur, confiteri ne existimas diuinitatem & humanitatem?

E R A N. Minimè.

ORTH. Sed aliquas quidem solam Diuinitatem, aliquas verò solam humanitatem.

Eran.

Anima principatus.

Evod. 1.

Caro Gen. 6.

Gal. 1.

Psal. 64.

Esa. 40.

Ezech. 18.

Leuit. 4.

Deut. 18.

Arrius Sabell.

ERAN. Certè.
 ORTH. Alias autem partem humanitatis.
 ERAN. Intra opinor. Oportet autem nobis declarare, quemadmodum qui hoc modo, & qui illo sentiunt A
 nominantur, ut fiat apertius, quod queritur.
 ORTH. Ego autem dicam, Simon, & Menander, & Marcion, & Valentinus, & Basilides, & Cerdo,
 & Manes, aperte negauerunt humanitatem Christi. Arremò autem, & Theodorus, & Sabellius, & Pau
 lus Samoatenus, & Marcellus, & Photinus, in blasphemiam ex diametro contrariam inciderunt. Chri
 stum enim hominem solum prædicant: quæ est autem ante sæcula, diuinitatem negant. Arrius autem &
 Eunomius creatam vocant unigenitum diuinitatem, solum autem corpus eum suscepisse dicunt. Apollina
 ris verò animatum quidem fateatur acceptum corpus, sed compositam rationis animam & honore &
 salute in suis scriptis priuat. Hæc quidem est corruptorum dogmatum differentia. Ipse autem dic verè
 & ingenuè, cum eis ne aliquantisper differere conuenit, an ex abruptis deorsum præcipitantes, eos de
 spectare, & valere iubere? ERAN. Est in humanum eos qui laborant despiciere.
 ORTH. Conuenit ergo eorum & misereri, & pro viribus mederi.
 ERAN. Maximè.
 ORTH. Si corporibus ergo mederi scires, multi autem circumstantes rogarent ut mederis, & di
 versas affectiones ostenderent, ut verbi gratia, oculorum suffusiones, & aurium vlcera, & dolorem den
 tum, & hic quidem negotiorum extensionem, illi resolutionem ac paralytim, & hic quidem bilis inunda
 tionem & repletionem, ille verò pituita. Dic mihi quid faceres, vnum ne omnibus medicamentum co
 poneres, an vnicuique morbo id quod conuenit?
 ERAN. Id scilicet quod vnicuique morbo conuenit, & ad morbum propulsandum est appositum.
 ORTH. Ergo calidas quidem affectiones refrigerans, frigidam autem calefaciens, & intensa quidem
 remittens, resoluta autem corroborantibus medicamentis confirmans, & humida quidem exiccans, sic
 ea verò humectans, morbos quidem expelleres, ab iis verò amissam sanitatem reduceres?
 ERAN. Ita curare præcipit lex artis Medicæ. Contraria enim, inquirunt, contrariis curantur.
 ORTH. Si autem plantandi arbores artem teneres, iisdem ne arboribus eandem curam & culturam
 adhiberes, an malo quidem puniceam, quæ ei conuenit, & ficui, quæ est ei accommodata, & piro &
 malo similiter, & viti, quæ est ei appositæ & congrua, & eam, ut semel dicam, arbori quæ conuenit?
 ERAN. Clarum est quod vnaquæque arbor propria cultura opus habet.
 ORTH. Si autem fabricandarum nauium artem exerceres, videres autem mali receptaculum tui arti
 ficij opera indigere, eamne, quæ clauo conuenit, curatione adhiberes, an eam, quæ mali receptaculo?
 ERAN. Hæc quidem sunt extra omnem controuersiam. Vnum quodque enim propriam curam & stu
 dium requirit, & arbor, & pars corporis, & instrumenta, & partes nauis.
 ORTH. Quomodo, ergo non est miserum, corporibus quidem & rebus inanimatis conuenientes cu
 rationes adhibere, in animis autem hanc medendi regulam non seruare?
 ERAN. Est longè iniquissimum, & non solum iniuriæ, sed etiam insanitæ plenum. Qui enim aliter fa
 ciunt, sunt ipsius medicinæ imperiti.
 ORTH. Cum vnaquæque ergo hæresi disputantes, ei conueniens medicamentum adhibebimus.
 ERAN. Maximè.
 ORTH. Conueniens autem medicina est, id quidem, quod deest, adiciere, quod autem redundat, de
 trahere. ERAN. Certè.
 ORTH. Photinum ergo, & Marcellum, & eorum affines curate conantes, quam re à nobis addita,
 medendi regulam impleuerimus?
 ERAN. Diuinitatis Christi confessione, ea enim illis deest.
 ORTH. De humanitate autem nihil eis dicemus. Hominem enim Christum Dominum confitentur.
 ERAN. Rectè dicis. ORTH. Si autem cum Arrio & Eunomio de unigeniti incarnatione dissera
 mus, quid eos suæ confessioni addere suadebimus?
 ERAN. Animæ adsumptionem. Dicunt enim Deum Verbum corpus solum adsumpsisse.
 ORTH. Quid deest autem Apollinari, ut humanæ susceptæ naturæ rationem exactè teneat?
 ERAN. Ne mentem ab anima disjungat, sed fateatur animam ratione præditam vnâ cum corpore ad
 sumptam esse. ORTH. Ergo cum eo quoque de hoc differemus.
 ERAN. Maximè.
 ORTH. Marcionem autem, Valentinum, & Manetem, & qui ad eos accedunt, quid diximus quidem
 in hac parte fateri, quid verò omnino negare?
 ERAN. Quod dixerunt quidem se credere in Christi diuinitatem, quod autem de humanitate dicitur,
 non admittunt.
 ORTH. Eis itaque persuadere tentabimus, ut quod de humanitate dicitur, amplectantur, & ne visio
 nem, ac imaginationem, diuinam æconomiam appellent.
 ERAN. Ita facere conuenit.
 ORTH. Eis ergo dicemus, quod non oportet solum Deum, sed etiam hominem vocari Christum.
 ERAN. Maximè.
 ORTH. Quomodo fieri potest, ut nos, qui recusamus hominem Christum vocare, hoc aliis præcipia
 mus? neque enim nostris concedent suasionibus, sed nos eadem sentire conuincunt.
 ERAN. Et quomodo nos idè cum illis sentimus, qui fatemur carnè & animam ratione præditâ Deū
 Verbum

Hereses de Christo

Morbis multiplex

Medicandi lex. Plantandi ars.

Fabricandi

Verbum sumpsisse? ORTH. Si ergo res fatemur, cur nomina fugimus?
 ERAN. Ab iis quæ sunt præstantiora Christum appellare conuenit. ORTH. Serua ergo regulam,
 & ne crucifixum appellaueris, neque à mortuis excitatum, & quæ sunt his similia.
 ERAN. Sed hæc quidem sunt affectionum & passionum salutarium nomina: Passionum autem nega
 tio, salutis est peremptio.
 ORTH. Hoc autem nomen, homo, naturæ nomen est. Huius autem reticentia, est naturæ negatio, na
 turæ autem negatio, est passionum peremptio. Earum autem peremptio, efficit ut intereat & euanescat
 salus. ERAN. Scire quidem adsumptam naturam conducibile esse statuo: orbis autem terrarum ser
 uatorem hominem appellare, est de Domini gloria detrahere.
 ORTH. Te ergo & Petro, & Paulo, & ipso etiam Seruatore sapientiore existimas? Dominus enim
 dixit Iudæis. Quid me queritis interficere, hominem, qui veritatem vobis locutus sum, quam audiui à
 patre meo? Et multis in locis seipsum hominis filium appellauit. Benedictus autem Petrus cum popu
 lo Iudaico differens ait. Viri Israëlitarum audite verba hæc. Iesum Nazarenum virum à Deo approbatum
 in vobis. Et beatus Paulus, in Arco pago, iis, qui præerant, salutarem prædicationem afferens, inter mul
 ta alia hæc quoque dixit. Tempora ergo ignorantia respiciens Deus, nunc annunciat vbique omnibus
 ut penitentiam agant, eo quod statuit diem in quo iudicaturus est in iustitia orbem, in viro in quo sta
 tuit, fidem præbens omnibus, suscitans eum à mortuis. Qui ergo nomen, quod à Domino, & Apostolis
 impositum est, & prædicatum, recusat, is seipsum vel magnis Doctoribus doctiorem existimat, atque
 ad eam etiam ipso sapientissimorum Doctorum fonte.
 ERAN. Illi infidelibus doctrinam attulerunt, nunc autem totius orbis pars maxima credidit.
 ORTH. Imo sunt adhuc & Iudæi, & Gentiles, & innumerabiles Hæreticorum cateruæ, & oportet
 vnicuique eorum conuenientem doctrinam exhibere. Quod si etiam omnes eadè sentiremus, dic quid
 obest Christum Deum & hominem conseruari? An non diuinitatem in eo perfectam, & humanitatem si
 militer, cui nihil deest, consideramus?
 ERAN. Hæc sæpè confessi sumus.
 ORTH. Cur ergo nunc tollimus, quod sæpè confessi sumus?
 ERAN. Vocare Christum hominem superuacaneum existimo, maximè cum fidelis quispiam cum
 fide loquitur. ORTH. Diuinum Apostolum fidelem esse putas?
 ERAN. Fidelium quidem omnium magistrum.
 ORTH. Timotheum autem dignum hac appellatione existimas?
 ERAN. Vt illius discipulum, & aliorum magistrum.
 ORTH. Audi ergo magistrum magistrorum ad perfectissimum scribentem discipulum. Vnus Deus
 vnus etiam intercessor Dei & hominum homo Iesus Christus, qui dedit seipsum redemptionem pro
 omnibus. Cessa ergo frustra nugari, & leges nobis de diuinis nominibus imponere. Quinetiam ipsum
 nomen intercessoris hic & diuinitatem & humanitatem significat. Neque enim si Deus solum esset, ap
 pellatus fuisset intercessor. Quomodo enim inter nos & Deum intercessisset, si nihil nostri penitus ha
 buisset? Sed quoniam Patri, ut Deus, coniunctus est, ut qui eandem habeat substantiam, ut homo autem
 nobis, à nobis enim accepit serui firmam, merito intercessor dictus est, vnione naturarum, diuinitatis,
 inquam, & humanitatis, ea quæ sunt distantia & distincta coniungens.
 ERAN. Annon Moyses dictus est intercessor, cum esset homo solum?
 ORTH. Ille erat typus & figura veritatis, figura autem non habet quæcunque habet veritas. Quam
 obrem non erat ille quidem natura Deus, sed tamen Deus nominatus est, ut figuram impleteret. Ecce e
 nim inquit, posui te Deum Pharaoni. Protinus ergo illi tanquam Deo etiam prophetam constituit. Aa
 ron, enim inquit, frater tuus erit tibi propheta. Veritas autem, & Deus natura, & natura homo est.
 ERAN. Et quis typum figuramve appellauerit eum, qui non habet euidentes archetypi exemplaris
 characteres? ORTH. Vt videtur, Regis imagines, non vocas imagines Regis.
 ERAN. Imo voco.
 ORTH. Atqui eæ non habent omnia, quæ habet exemplar archetypum. Primum enim sunt inanimæ,
 & rationis expertes, dein de carent intestinis, corde, inquam, ventre, & iecore, & aliis quæ his coniuncta
 sunt. Præterea habent quidem firmam sensum, sed non habent eorum actionem, neque enim audiunt,
 nec loquuntur, nec vident, nec scribunt, nec incedunt, nec quidquam eorum, quæ sunt ab hominibus,
 & tamen Regis imagines vocantur. Ita etiam Moses intercessor, & Christus intercessor. Sed ille quidè
 ut typus & imago, hic verò ut veritas. Ut autem hoc tibi etiam per alia apertius ostendam, fac mihi in me
 moriam reuocet ea, quæ dicta sunt de Melchisedec in Epistola ad Hebræos.
 ERAN. Quænam?
 ORTH. Vbi Leviticum Sacerdotium cum Christi sacerdotio comparans, assimilauit quidem in aliis
 Melchisedec Christo Domino, sacerdotium autem dixit habere Dominum secundum ordinem Mel
 chisedec. ERAN. Existimo diuinum ita dicere Apostolum. Hic enim Melchisedec Rex Salem, Sacer
 dos Dei altissimi, qui obuiam factus est Abraham reuerenti à eadè Regum, & benedixit ei, cui & deci
 mas omnium diuisit Abraham, qui primum interpretatur Rex iustitiæ, deinde & Rex Salem, quod est
 Rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum habens, neque finem vitæ, assi
 milatus autem filio Dei, manet sacerdos in perpetuum. Existimo te de iis verbis dixisse.
 ORTH. De his dixi, & laudo quod locum non dissecueris, sed totum posueris. Dic ergo, conuenit ne
 vnumquodque eorum Melchisedech natura & veritate?

Ioan. 7. tomo.

Act. 2

1. Tim. 2.

70. Intercessor 86. 85. 75. 135.

Moses

Imagines

Melchisedech.

1. sal. 109. Heb. 7.

Eran

ERAN. Et quis fuerit tā audax, & tā temerarius, vt ea feiungat, quę diuinus Apostolus ei adaptauerit?
 ORTH. Dicis ergo hęc Melchisedec secundum naturam conuenire?
 ERAN. Dico.
 ORTH. Hominem eum esse dicis, an aliam assumpsisse naturam?
 ERAN. Hominem.
 ORTH. Genitum, an ingentum?
 ERAN. Adducis admodum absurdas interrogaciones.
 ORTH. Tu quidem in causa es, qui tam a pertę veritati repugnans: Responde ergo.
 ERAN. Est vnus solus ingentus, Deus & Pater.
 ORTH. Genitum verò Melchisedec esse dicimus?
 ERAN. Genitum.
 ORTH. Sed id, quod de eo dicitur, docet contraria. Recordare enim eorum, quę nuper in memoriã reuocasti. Sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque vitę finem habes. Quomodo ergo illi conuenit illud, Sine patre, sine matre? Quomodo autem hęc quoque, neque initium coepisse vt esset, neque finem capturum, non humanam naturam superant?
 ERAN. Hęc re vera superant modum humanę naturę.
 ORTH. Quid ergo, falsum ne dixisse dicemus Apostolum?
 ERAN. Absit.
 ORTH. Quomodo ergo fieri potest, vt & Apostolus de veritate testimonium ferat, & Melchisedec ea, quę naturam superant, tribuat?
 ERAN. Valde obscurus locus, & qui longiori in primis explicatione indiget.
 ORTH. Qui volunt attendere, ii horum verborum sententiam facile possunt assequi. Cum enim dixisset diuinus Apostolus, Sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque vitę finem habens, subiicit. Assimilatus autem filio Dei, manet in perpetuum sacerdos: & nos aperte docet, quod Melchisedec eius, quę humanam naturam superat, archetypum exemplar est Christus Dominus. Melchisedec quidem certę dicit assimilatum filio Dei, sic autem consideremus. Dicisne Dominum habuisse Patrem secundum carnem?
 ERAN. Nullo modo.
 ORTH. Quamobrem?
 ERAN. Quoniam ex sola virgine genitus est.
 ORTH. Iure ergo nominatus est sine patre.
 ERAN. Verum.
 ORTH. Dicis ne eum, quod ad diuinam naturam attinet, habuisse matrem?
 ERAN. Nequaquam.
 ORTH. Ex eo ergo solo Patre, qui est ante sæcula, est genitus?
 ERAN. In confesso est.
 ORTH. Itaque & sine genealogia, vt qui ineffabilem eam, quę ex patre est, generationem habeat, appellatus est. Generationem enim eius, inquit Propheta, quis enarrabit?
 ERAN. Rectę dicis.
 ORTH. Ita ei hoc conuenit, neque dierum initium, neque vitę finem habere, neque enim habet principium, nec in eum cadit interitum, & vt semel dicam, est æternus, & Patri coæternus.
 ERAN. Hęc ita mihi quoque videntur. Oportet autem deinceps considerare, quomodo hęc etiam admirabili Melchisedec conueniant.
 ORTH. Vt imagini & figurę. Imago autem, sicut antę diximus, non habet omnia, quę habet exemplar archetypum. Seruatori ergo hęc natura, & ipsa rei veritate conueniunt. Melchisedec autem ea veteris genealogię historia attribuit. Cum enim nos docuisset Patriarchę Abraham patrem, Isaac autę patrem & matrem, & Iacob similiter, & eius filiorum, & eorum etiam genealogiam ostendisset, qui diu etiam ante nos fuerant, Melchisedec nec patrem dixit, nec matrem, nec eum ex aliquo ex filiis Noę genus ducere docuit, vt esset figura eius, qui verę est sine patre, & sine matre. Hoc autem ita intelligere nos diuinus docuit Apostolus. In eodem enim loco hęc quoque adiecit. Cuius autem generatio nõ annumeratur in eis, decimas sumpsit ab Abrahā, & hunc, qui habebat repro missiones, benedixit.
 ERAN. Et quoniam eorum, qui ipsum genuerunt, non meminit scriptura, potest sine patre, & sine matre vocari?
 ORTH. Si verę esset sine patre & sine matre, non esset imago, sed veritas. Sed quoniam non hęc habet natura, sed ex diuinę scripturę œconomia, ostendit figuram veritatis.
 ERAN. Oportet imaginem habere expressos & euidentes exemplaris characteres.
 ORTH. An non homo Dei imago appellatur?
 ERAN. Non est imago Dei, sed ad Dei imaginem factus est.
 ORTH. Audi ergo diuinum Apostolum dicentem, Vir quidem non debet velare caput, cum sit imago & gloria Dei.
 ERAN. Sit imago Dei.
 ORTH. Oportet ergo, si est ita, vt dicis, cum seruari euidentes archetypi characteres, & nec esse creatum, nec compositum, sed nec esse circumscriptum. Oporteret eum non secus ac ipse, ex iis, quę nõ sunt, fabricari. Oporteret eum verbo & sine labore omnia architectari, præterea autem nec ægrotare, nec animi

1/2. 53.

Homo dei imago.

animi ægitudine affici, nec irasci nec peccare, sed esse immortalem, & ab interitu & corruptione remotum, & omnia denique habere, quę habet exemplar archetypum. ER. Non est in omnibus homo imago Dei. OR. Verum in quibuscunque eum imaginem esse dederis, eum maximo interuallo a veritate abesse inuenies. ER. In cõfesso est. OR. Hęc que vnũ cõsidera. Diuinus Apostolus filiũ patris imaginem appellauit. Dicit enim, Qui est imago Dei inuisibilis. ER. Quid ergo, non habet filius omnia, quę pater? OR. Pater non est, nec sine causa, nec ingentus. ER. Si hęc haberet, non esset filius. OR. Verũ est quod dixi, non habere imaginem omnia quę archetypus? ER. Verum. OR. Ita ergo etiam dixit diuinus Apostolus assimilatum esse Melchisedec Dei filio. ER. Demus illud, Sine patre, & sine matre, & sine genealogia ita esse vt dixisti, Illud autę, Neque initium dierum, nec vitę finem habens, quomodo intelligimus? OR. Antiquam genealogiam conscribens diuinus Moses, docuit nos, quoddam Adam, cum tot annos natus esset, genuit Seth, & cum tot annis vixisset, vitę finem accepit. Ita etiam dixit de Seth & Enos, & aliis: Melchisedec & generationis initium, & vitę finem silentio præterit. Ergo si historia spectetur, nec initium dierum, nec vitę finem habet, re vera autem Dei filius, nec esse coepit, nec finem accipiet. ER. In confesso est. OR. In his ergo maximis & verę diuinis fuit Melchisedec figura Christi Domini, in Sacerdotio autem, quod hominibus magis, quàm Deo conuenit, Dominus Christus Pontifex fuit secundum ordinem Melchisedec. Melchisedec enim gentium fuit Pontifex. Et Dominus Christus pro omnibus hominibus sanctum & saluterum sacrificium obtulit. ER. Multa de ea re verba consumpsimus. OR. Etiam pluribus opus erat, vt scis, dixisti enim locum esse intellectu difficilem. ERAN. Redeamus ad id, quod erat propositum. ORTH. Quid autem a nobis quærebat? ER. Cum dicerem non oportere vocare Christum hominem, sed solum Deum, & multa alia testimonia adduxisti, & hoc etiam dictam Apostoli, quod posuit scribens ad Timotheum. Vnus Deus, vnus etiam intercessor Dei & hominũ, homo Christus Iesus, qui dedit seipsum redemptionem pro omnibus.
 ORTH. Memini quomodo ad hanc digressionem defleximus. Cum ego enim dixissem, quod hoc ipsum intercessoris nomẽ, Seruatoris nostri duas naturas significat, tu dixisti etiam Mosẽ vocatum esse intercessorem, is autem homo solum erat, non autem Deus & homo, ea de causa necesse habui hęc persequi, vt ostenderem figuram non habere omnia, quę habet archetypum. Dic ergo, an confiteris Seruatorem Christum etiam hominem appellari? ERAN. Ego ipsum voco Deum, est enim Dei filius.
 ORTH. Si eum Deum vocas, quod doctus sis eum esse Dei filium, voca etiam hominem. Ipse enim seipsum sæpe filium hominis appellauit. ERAN. Non conuenit ei hoc nomẽ, homo, sicut illud nomẽ Deus. ORTH. Vt quod non sit verum, vel propter aliquam aliam causam? ERAN. Hoc nomẽ, Deus, est nomen naturę, illud autem, homo, est appellatio seu vocabulum œconomiz. ORTH. Oeconomiam autem veram ne dicimus, an imaginariam, & falsam? ERAN. Veram. ORTH. Si vera est gracia œconomiz, Dei autem verbi incarnationem vocamus œconomiam: hoc quoque nomen, homo, verum est. Humana enim natura suscepta, homo appellatus est. ERAN. Ante passionem vocabatur homo, post passionem autem non vocatus est amplius. ORTH. Atqui post passionem & resurrectionem scripsit Timotheo Epistolam diuinus Apostolus, in qua Christum Seruatorem appellauit hominẽ post passionem & resurrectionem. Scribens enim ad Corinthios, clamat, Quandoquidem enim per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et docens apertius de quonam dicat, subiuñxit, Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita etiam in Christo omnes viuificabuntur. Post passionem & resurrectionem diuinus Petrus cum Iudæis differens, ipsum virum appellauit. Post eius in celos assumptionem, gloriosus Stephanus lapidibus appetitus, dixit Iudæis, Ecce video celos apertos, et filium hominis sedentem a dextris Dei. Ne nos ergo existimemus sapientiores magnis Dei præconibus ERAN. Non existimo me esse sapientiores sanctis doctoribus, sed non inuenio vsum nominis. OR. Eis ergo, qui negant humanitatem Domini, Marcionistis, inquam, & Manichæis, & alijs, qui hoc morbo laborant, quomodo persuaseris, vt confiteantur prædicationem veritatis, an non, si hęc & alia eiusmodi testimonia afferas, docens quod non est Deus solum, sed etiam homo Christus Dominus? ER. Iis fortasse hęc afferre necesse est. ORTH. Fideles autem cur non doceas veritatem dogmatis? Oblitus ne es legis Apostolicę, quę iubet esset paratum ad respondendum? Ita autem consideremus. Oportet Imperator cum solis ne hostibus manus conferat, & in eos sagittat, & iaculatur, phalangisque eorum & ordines pertrumpit: an suos etiam milites armat, & ordinat, & ad se fortiter gerendum animos & spiritus excitat? ERAN. Hoc ei potius faciendum est. ORTH. Non sunt enim partes Imperatoris, vt ipse quidem pericula adeat, ipse stet in acie, sinar autem milites in vtramuis aurem dormire sed oportet eum etiam illis animum addere, vt stent in acie, & ordines rectę seruent. ERAN. Verum ORTH. Hoc etiam dicit diuinus Apostolus. Ad eos enim qui crediderant scribens, dicit. Accipite armaturam Dei, vt possitis resistere insidijs diaboli. Et rursus. State ergo succincti lumbos vestros in veritate. & cetera. Recordare etiam eorum, quę antea diximus, quod medicus quoque adiecit qualitatem, quę deest naturę. Si enim inuenit redundantem frigidam, adiecit calidam, & similiter alias. Hoc etiam fecit Dominus, ERAN. Et vbi ostendes hoc fecisse Dominum? ORTH. In sanctis Euangelis. ERAN. Ostende ergo, & imple promissum. ORTH. Quid Seruatorem Christum existimabant Iudæi? ERAN. Hominem. ORTH. Quod autem etiam Deus erat, omnino ignorabant. ERAN. Verum. Cum ergo ignorarent, eõsne didicisse oportuit. ERAN. In confesso est. ORTH. Audi ergo ipsum eis dicentem. Multa opera ostendi vobis a patre meo, propter quodnam eorum lapidatis me? Cum autem dixissent, Non è bono opere lapidamus te, sed de blasphemia, quod eum homo sis, facis teipsum Deum, subiunxit. In Lege vestra scriptum est. Ego dixi, Dii estis. Si illos dixit Deos, ad quos

F. dei ima
go
Col. 1
P. nõ sine
cau.

Intercesso
ris nom

Oeconomi
a.

1 Cor 15

Act. 7

1 Pet 3
Impera
tor

Eph 6
medicus
Ioan. 10

Nu

Deus verba fecit, nec potest scriptura solui, Quem pater sanctificauit, & misit in mundum, is iure De⁹ vocatur. Vos me blasphemare dicitis, quod me dixi deum esse. Si non facio opera patris mei, nolite credere. Nam & ego in patre meo, & pater in me est.

E R. In iis quæ modo legisti, ostendisti dominum se Iudæis Deum, non hominem ostendisse.

O R. Neque enim opus habebant discere, quod nouerant. Quod enim homo erat, nouerant. Quod autem Deus etiam esset non nouerant. Hoc autem ipsum etiam fecit in Pharisæis. Cum enim vidisset eos tanquam ad communem hominem accedere, eos sic interrogauit. Quid vobis videtur de Christo, Cuius est filius? Cum illi autem dixissent, Dauid, ipse subiunxit. Quomodo ergo Dauid in spiritu Dominum ipsum vocat. Dixit enim, inquit, Dominus Domino meo, sed à dextris meis. Deinde ratiocinatur. Si Ergo est eius Dominus, quomodo est eius filius?

E R. A N. Aduersus te ipsum adduxisti testimonium. Dominus enim Pharisæos aperte docuit, ne vocarent ipsum filium Dauid, sed Dominum Dauid, Per hæc autem clare ostendit se Deum velle vocari, non hominem.

O R. T. H. Non attendis, vt videtur, sacram doctrinam. Neque enim sustulit quominus vocetur filius dauid, sed adiecit, oportere etiam credi eum esse filium Dauid. Hoc enim aperte docet illud, Si Ergo dominus eius est, quomodo est filius eius? Non dixit enim, Si Dominus est, filius non est, sed quomodo filius eius est? pro eo quod est. Quæ ratione Dominus & quæ ratione filius? Hæc autem Diuinitatem & Humanitatem aperte indicant.

E R. A N. Non opus est syllogismis. Dominus enim manifestè docuit se nolle vocari filium Dauid.

O R. T. H. Oportebat ergo & cæcos, & Chananzam, & etiam turbas docere, ne eum vocarent filium Dauid. Nam & cæci clamabant, Fili Dauid miserere mei, & Chananza. Fili Dauid miserere mei, Filia mea malè à Demonio vexatur, & multitudo populi, Osanna fili Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini, & non modò egredulit, sed etiam fidem laudauit. Cæcos enim à nocte longissima liberauit videndique eis actum donauit. Chananzæ autem filiam instar Corybantis debacchantem, & furore percitam curauit, & longè sceleratissimum Demone ab ea expulit. Cum autem Pontifices & Pharisæi iis succenserent qui clamabant, Osanna filio Dauid, non modo non prohibuit ne clamarent, sed etiã faustam illam acclamationem confirmauit. Amen, enim inquit, dico vobis, etiam si ita tacerint, lapides loquentur.

E R. A N. Ante Resurrectionem has appellationes sustinuit, se dimittens ad eorum imbecillitatem qui nondum sincerè & germanè crediderant: Sed post Resurrectionem hæc nomina sunt superuacanea.

O R. T. H. Age Beatum Paulum in quo ordine statuimus, inter perfectos an imperfectos? E R. Non est ludendum in rebus seriis. O R. Non est ergo negligenda lectura sacrarum scripturarum. E R. A N. Et quis est ad eò miser, vt suam salutem negligat? O R. T. H. Responde ad rogatum, & cognosce ignorantiam. E R. A N. Quod rogatum? O R. T. H. Quo in loco ponimus diuinum Apostolum? E R. Clarum quòd inter perfectissimos, & perfectiorum magistrum. O R. Quando autè cepit predicare? E R. A N. Postquam Seruator est assumptus, venitque sanctus spiritus, & insignis victor Stephanus fuit lapidatus.

O R. T. H. Is, cum circa vitæ finem, vltimam scriberet Epistolam ad discipulum Timotheum, & ei veluti paternam quandam hereditatem in testamento traderet, hæc etiam adiecit. Memèto Iesum Christum suscitatum à mortuis ex femine Dauid secundum Euangelium meum. Ostendit autem ea etiam quæ pro Euangelio passus est, ea ratione ostendens veritatem Euangelii. In Quo, enim inquit, affligor vt male operans facile esset multa mihi alia testimonia adducere, sed hoc superuacaneum existimo.

E R. A N. Pollicitus te ostensurum, Dominum, quæ deerat doctrinam, iis qui opus habebant, adiecere quòd is cum Pharisæis quidem & aliis Iudæis de sua diuinitate differbat, dixisti: Quòd autem etiam de carne doctrinam attulerit, non ostendisti.

O R. T. H. Fuisset quidem valde superuacaneum, differere de carne quæ videbatur, aperte enim cernebatur & comedens, & bibens, & laborans, & dormiens. Veruntamen vt multa eaque diuersa omittam, quæ fuerunt ante passionem, post resurrectionem diffidentibus Apostolis non diuinitatem ostendit, sed humanitatem. Videte enim, inquit manus meas, & pedes meos, quòd ipse ego sum. Palpate me, & videte quòd spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere. Ecce impleuimus quod polliciti sumus, ostendimus enim iis, qui ignorabant Diuinitatem, allatam fuisse de ea doctrinam, iis autem qui diffidebant resurrectioni carnis, eam fuisse ostensam. Cessa ergo contendere, et confitere duas esse naturas Seruatoris.

E R. A N. Erant duæ ante vnionem, postquam autem conueniunt, vnã naturam effecere.

O R. T. H. Quando autè dicis factam fuisse vnionem? E R. A N. Ego dico statim in ipsa conceptione.

O R. T. H. Deum autem verbum dicisne nõ fuisse ante conceptionem? E R. A N. Imo dico eum ante secula.

O R. T. H. Carnem autem vnã cum illo exiitisse? E R. A N. Minime. O R. T. H. Sed à spiritu sancto fuisse formatam, postquam prædictum est ab Angelo? E R. A N. Ita dico.

O R. T. H. Non erant ergo duæ naturæ ante vnionem, sed vna tantum. Si enim vnã præexistit quidem diuinitas, non simul autem existit humanitas, formata enim est post salutationem angelicam, formatio autem coniuncta est vnio: vna ergo natura erat ante vnionem, quæ semper est, & est ante secula. Verumenimvero hoc quoque rursus consideremus. Incarnationem, seu humanæ naturæ susceptionem aliquid ne existimas esse aliud, quàm vnionem? E R. A N. Non.

Matt. 22.

quomodo.

Filius dauid

Matt. 20.

Luc. 19.

2 Tim. 2

Luc. 24

naturæ vnio.

A

B

C

D

ORTH.

O R. T. H. Carne enim assumpta incarnatus est. E R. A N. Videtur.

O R. T. H. Coniuncta est autem adsumptioni vnio. E R. A N. Ita dico.

O R. T. H. Vna ergo erat natura ante humanæ naturæ adsumptionem. Si enim idem est vnio, & humanæ naturæ adsumptio, homo autem factus est humana suscepta natura, accepit autem Dei forma seruit formam, erat ergo vna natura diuina ante vnionem.

E R. A N. Et quomodo idem est vnio, & humanæ naturæ susceptio?

O R. T. H. Cõfessus es nuper hæc nomina non differre. E R. Tu me tuis decepisti ratiocinationibus.

O R. T. H. Idipsum quod diximus, iterum resumamus. E R. A N. Hoc faciendum.

O R. T. H. Incarnatio differt ne ab vnione in ipsa rei natura? E R. A N. Vel maximè. O R. T. H. Doco paulo fustus eius species.

E R. A N. Quin ipsa nominum intelligentia ostendit differentiam. Incarnatio enim carnis adsumptionem significat, vnio autem, eorum, quæ sunt distincta, coniunctionem.

O R. T. H. Incarnationem autem dicisne vnione antiquiorem? E R. A N. Minime. O R. T. H. Sed in conceptione factam esse vnionem. E R. A N. Ita dico.

O R. T. H. Ergo si ne momentum quidem temporis intercessit inter carnis adsumptionem & vnionem: adsumpta natura non fuit ante adsumptionem & vnionem, eandem quidem rem significat: incarnatio & vnio. Vna erat ergo natura ante vnionem seu incarnationem: sed post vnionem duas dicere conuenit, eam videlicet quæ adsumpsit, & eam quæ adsumpta est.

E R. A N. Ex duabus quidem naturis dico Christum, sed non duas naturas.

O R. T. H. Explica quomodo dicis illud, Ex duabus naturis, an vt argentum auro illitum, aut electri compositionem aut collam, quæ ex plumbo & stagno temperatur. Dico hanc vnionem esse nulli eorũ similem, neque enim dici, nec explicari potest, & omnem intelligentiæ captum superat.

E R. A N. Ego quoque fateor vnionis rationem neminem posse consequi: Quòd autem vtraque natura etiam post vnionem pura & integra remansit, sacra scriptura docuit.

E R. A N. Et vbi me docuit hoc sacra scriptura? O R. T. H. Ea vbi que hæc doctrina plena est. E R. A N. Affer eorum quæ dicis probationes. O R. T. H. An tu non confiteris, quæ sunt vtriusque naturæ propria? E R. A N. Minime post vnionem. O R. T. H. Idipsum nos docuit sacra scriptura. E R. A N. Ego credo sacra scriptura.

O R. T. H. Cum ergo audieris diuinum Ioannem clamantem: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, & omnia per ipsum facta sunt, & quæcũque alia huiusmodi, dicis carnem in principio fuisse apud Deum, & natura Deum esse, & omnia fecisse, an Deum verbum, quòd est à Patre ante seculum genitum? E R. A N. Deo quidem verbo hæc conuenire dico, ipsam autem à carne vnita non separo. O R. T. H. Nec carnem à Deo verbo separamus, nec ex vnione confusionem facimus. E R. A N. Ego vnã noui naturam post vnionem. O R. Euangelistæ quando scripserunt Euangelia, ante vnionem, an longo tempore post vnionem?

E R. Clarus est quod post vnionem, & Natiuitatè, & miracula, & passionem, & resurrectionem & assumptionem in celos, & post aduentum sancti spiritus. O R. T. H. quidem Audi ergo Ioannem dicentem. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hic erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil & cætera. Mattheum autem, Liber generatio Iesu Christi filii Dauid, filii Abraham, & quæ sequuntur. Lucas quoque eius genealogiam ab Abraham et Dauid recenset. Hæc ergo et illa vni naturæ accommoda. Sed non poteris: Et enim quòd est, in principio esse, contrarium est, esse ex Abraham, et ei quòd est, omnia fecisse, creatum proauum aut atauum habuisse.

E R. A N. Hæc cum dicis, filium vnigenitum in duas personas diuidis.

O R. T. H. Vnum quidem filium Dei et adorò Dominum Iesum Christum diuinitatis autem et humanitatis didici differentiam. Tu autem, qui dicis vnã naturam factam esse post vnionem, ei Euangeliorum proemia accommoda.

E R. A N. Tu nimis, vt videtur, validam, et fortasse etiam in expugnabilem propositionem putas.

O R. T. H. Sit tibi expedita et facilis, nobis tantum soluc, quod queritur.

E R. A N. Vtraque Christo Domino conueniunt, et in principio esse, et ex Abraham et dauid secundam carnem germinasse. O R. Statuisti post vnionem non oportere vnã naturam dicere, tuam ergo legem ne transgrediaris, carnis mentionem faciens. E R. Etiam absque eo quòd carnis mentionem faciam, propositionem facile est solucere. Vtrique enim Christo Seruatori attribuo. O R. Ego quoque et hæc, et illa dico conuenire domino Christo, sed duas in ipso naturas contempans, et vtrique ea, quæ conueniunt, attribues.

Sinaurè vnã est natura Christus, quomodo fieri potest, vt illi ea, quæ sunt contraria, ad aptes? Et enim quod est, esse in principio, contrariũ est, ex Abraham et dauid in principio cepisse, atque ad eò nescio quot generationibus post dauid natũ esse. Rursus autè ei quòd est, omnia fecisse, contrariũ est ex iis, quæ facta sunt germinasse, et ei quòd est ex Deo esse, Partes mortales habuisse, æterno quoque contrariũ est id, quòd est reteris. Atque ideo ita consideremus, dicimusne verbum esse omnium opificem? E R. Ita credere si ciamos scriptura docuit. O R. Quoto autè die didicim? formatũ esse a dā post cælum et terram opificium?

E R. Sex. O R. Ab adā autè vsque ad abrahã, quot trãsiere generationes? E R. Ego eas esse viginti existimo. O R. Ab abrahã autè vsque ad Seruatorẽ nostrũ Christũ, quot generationes enumerat Mattheus Euangelistã? E R. Quadraginta duas. O R. Si ergo vnã est natura nominis Christus, quomodo fieri potest vt idem sit tam eorum quæ sub aspectũ cadunt, quàm quæ non cadunt, opifex, et post tot generatio-

Na ij

Incarnatio. Assumptio.

Simile.

Ioan. x

Ioan. 1

Matt. 1

Luc. 3

nes à sancto spiritu in virginali vtero formatus sit? Quomodo autem est & Adam effector, & eorum qui ab Adam descenderunt filius? ERAN. Iam autè dixi & hæc & illa ei conuenire vt Deo incarnato Vnam enim scio verbū incarnatam naturam.

ORTH. Nec nos, ò bone, duas Dei Verbi natus incarnatas esse dicimus. Vnam enim scimus Dei Verbi naturam, sed carnem, qua incarnatus est, alius esse naturę didicimus. Existimo autem te hoc quo que confiteri. Dic ergo per quānam mutationem dicis incarnationem factam esse?

ERAN. Nescio quomodo, sed ipsum incarnatum esse credo.

ORTH. Improbè, & non secus ac Pharisęi, ignorantiam prætexis. Illi enim cum viderent quę valida esset Domini interrogatio, & ne conuinceretur timerent, se nescire dixerunt. Ego autem apertè clamo diuinam incarnationem esse à mutatione liberam. Si enim per mutationem & conuersionem aliquam fuisset incarnatus, nec diuina nomina, nec res post conuersionem ei amplius conuenirent.

ERAN. Sepe confessi sumus Deum verbum esse immutabile.

ORTH. Carne ergo sumpta incarnatus est. ERAN. Verum.

ORTH. Alia quidem est incarnati verbi natura, alia autem carnis, quam cum accepisset Dei verbi natura, incarnata homo facta est.

ERAN. In confesso est. ORTH. Non est ergo versum in carnem. ERAN. Nequaquam.

ORTH. Si ergo non conuersum, sed carne accepta incarnatum est, & hæc & illa tanquam incarnato Deo conueniunt, hoc enim paulo ante dixisti: non confusa sunt natura, sed pura, & integræ remanserunt. Si enim ita intelligamus, etiam Euangelistarum concordiam videbimus. Vnius enim vnigeniti, Domini, inquam, Christi, hic quidem diuinitatē, ille verò humanitatem prædicat. Ita etiam intelligere nos docet ipse Christus Dominus, nunc quidem seipsum filium Dei appellans, nunc autem filium hominis, & aliquando quidem matrem, vt quę eum genuerit honorat, aliquando autem vt Dominus increpat, & aliquando quidem eos qui ipsum filium David nominant admittit, aliquando autem docet eos, qui nesciunt, se non solum esse filium, sed etiam Dominum David, & vocat quidem Nazarethi & Capernaum patriam: Rursus autem clamat, Priusquam Abraam fieret ego sum. Sacram autem scripturam multis eiusmodi refertam inuenies. Hæc autem non vnam naturam sed duas significant.

ERAN. Qui duas naturas in Christo considerat, in duos filios diuidit vnigenitum.

ORTH. Ergo etiam qui Paulum ex anima & corpore constitutum esse dicit, duos esse Paulū qui vnus est ostendit. ERAN. Non est exemplum simile.

ORTH. Ego quoque id scio. Hic enim est naturalis eorum, quę sunt contemporanea, & creata, & cōsimilis. serua, vnio. In Domino autem Christo id totum est bonæ eius ac liberæ voluntatis, humanitatisque & gratiæ. Verum hic etiam naturali vnione manente, pura & integræ manserunt ea, quę sunt naturarum propria.

ERAN. Si non commixta manserunt, quę sunt naturarum propria, quomodo anima vnā cum corpore nutrimentum appetit?

ORTH. Non anima nutrimentum appetit. Quomodo enim id faceret, quę est immortalis, & nutrimento melior ac præstantior? sed corpus, ab ea vitalem facultatem recipiens, sentit indigentiam, & quod deficit accipere desiderat. Ita etiam quietem post laborem appetit, & somnum post vigiliam, & alia similiter. Cum primum itaque facta est dissolutio, dum vitalem non habet amplius operationem, nec quod deficit appetit, & dum id non suscipit, corruptionem interitumque patitur.

ERAN. Vides esse animæ sitire & esurire, & quę sunt his similia?

ORTH. Si hæc essent animæ, etiam postquam à corpore liberata est, & famem, & sitim, & alia similiter sentiret.

ERAN. Quanam ergo dicis animæ propria? ORTH. Esse ratione præditam, simplicem, immortalem & sub aspectum non cadere. ER. Quid autem corporis? OR. Esse compositum, aspectabile, mortale, ER. Ex his autem hominem compositum esse dicimus? OR. Dicimus.

ER. Definimus ergo hominem animal præditum ratione, mortale. OR. In confesso est. ER. Eum autem ex his & illis nominamus. OR. Verum, ER. Sicut ergo hic non diuidimus, sed eundem vocamus & rationis participem & mortalem, ita etiam in Christo faciendum est, et diuina et humana sunt ei tribuenda.

ORTH. Nostrium est quod dicis, etiam si non id perfectè tractaueris. Ita autem considera. Quando humanam animam examinamus, ea solum, quę eius operationi et naturę conueniunt, dicimus? ER. Sola.

ORTH. Quando autem rursus de corpore verba facimus, non ea sola quę sunt eius propria persęquimur? ER. Verum. OR. Quando autem rursus de toto animali differimus, audacter deinceps et hæc et illa adducimus. Homini enim conueniunt tam quę sunt corporis, quam quę animæ propria. ER. Pulcherrimè locutus es. OR. Ita ergo etiam de Christo verba facere conuenit, et de naturis quidē discretis, vt trique tribuere, quę ad eam pertinent, et scire aliqua quidē diuinitatis, aliqua verò humanitatis propria.

Quando autē de persona loquimur, oportet ea facere cōmunia, quę sunt naturarū propria, et hæc et illa Christo Seruato tribuere, et eundē vocare et Deū et hominē, et filiū Dei, et filiū hominis, et Dauid filium, et Dauid Dominum, et semen Abrahę, et Abrahę effectorem, et alia omnia similiter.

ER. Vnam quidē esse Christi personā, eique diuinā et humanā conuenire, admodū rectè dixisti, et fides decretū suscipio. Quod autē rursus dicis, oportere de naturis discretis, vniciquę quę sunt eius propria tribuere, hoc mihi vnionem soluere. Quomobrem ea, & quę similiter videtur videtur non admittit. OR. Atqui quando quę de anima et corpore dicebantur examinabamus, magni tibi faciendā, et est mandata

Incar-natio sine mutatione

Ioan. 8.

Athanasii similitudo dissimilis.

Sitis famem som-nus corporis, non vni-me.

Anima propria.

Corporis

homo

Propria naturis cōmunia sūt per sonia.

manda visa est illorum rationum diuisio, protinus enim bonis verbis & laude eam es profecutus. Cur ergo in Christi Domini diuinitate & humanitate eandem regulam non admittis? An ne animæ quidē & corpori Christi diuinitatē & humanitatē exæquas? sed animæ quidē & corpori das incōfusam vnionē, cōmixtionem autem & cōfusionē sustinuisse audes dicere Christi diuinitatem & humanitatem?

ERAN. Ego quidem Christi diuinitatem, atque adeò vel ipsam carnem, anima & corpore multis itis que infinitis partibus esse præstantiorem & pretiosiorē iudicio, sed vnā tamē naturā post vnionē esse dico.

ORTH. Et quomodo non est impium & miserum, dicere quidem animam corpori coniunctā, cōfusionis affectionem minime subisse: vnuerforum autem Domini diuinitatem nec potuisse propriā naturam integram conseruare, nec quam accepit humanam in suis finibus retinere, sed quę confundi non possunt, confudisse, & quę non permisceri, permiscuisse? Vnā enī natura vt hæc suspicemur efficit ERAN. Ac mihi quidem fugiendum est nomen cōfusionis, duas tamen dicere naturas recuso, ne cōdeueniam, vt duos filios dicere censear.

ORTH. Ego autem studeo vitare vtrunque præcipitium, tam impię cōfusionis, quam diuisionis impię. Mihi enim est æquē nefarium, & vnum filium bifariam diuidere, & duas esse naturas inficiari. Dic mihi autem per veritatem, si quis eorum, qui Arii & Eunomii factionem sequuntur, tecum differēs de filio retrahere conetur, et patre esse minorem et inferiorē ostendat, illa dicens, quę dicere cōsueuerunt, et ex sacra scriptura illud afferens, Pater si possibile est, transeat à me calix iste, et illud, Nunc anima mea turbata est, et alia eiusmodi, quomodo has obiectiones dissolueris? Quomodo autem ostenderis ex his non effici minorem esse filium, nec alius sustantia, sed esse ex patris substantia genitum?

ERAN. Dixerim quòd sacra scriptura hæc quidem dicit theologice, illa verò œconomice, et quòd non oportet ea quę œconomice dicta sunt, Theologicis attribuere.

ORTH. Atqui ille dixerit quòd etiam in veteri Deus multa dicit œconomice. Tale est enim illud, Audiuit Adā vocē Domini Dei ambulātis, et illud, Descendā, et videbo an secūdū clamorē eorū ad me venientē faciāt, sin minus, vt cognoscā, et illud, Nūc cognoui quòd tu times Deū, et multa eiusmodi alia.

ERAN. Ad hæc rursus responderim, quòd multiplex est œconomiarum differētia. In veteri enim est eiusmodi verborum œconomia, hic autem etiam rerū. OR. Sed interrogauerit ille quānam rerū.

ERAN. Sed ita tū audier, earū, quę pertinent ad incarnationē. Homo enim Dei filius, et verbis et factis aliquando quidem carnem, aliquando diuinitatem ostendit, sicut certè hoc in loco ostendit & anima, & carnis imbecillitatem, est enim timiditatis affectio.

ORTH. Sinautem excipiens dixerit, Atqui non animam, sed solum corpus accepit, diuinitas autē corpori pro anima vnita, omnia quę sunt animæ suscepit, quibusnam rationibus contradictionem solueris? ERAN. Ex sacra scriptura rationes afferens, & ostendens quòd non solum carnem, sed etiam animam Deus verbū suscepit. ORTH. Et quānam eiusmodi probationes inueniemus in scripturis?

ERAN. Non audisti Dominum dicentem, Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem rursus habeo accipiendi eam, pono eam à me ipso, vt rursus accipiam ipsam. Et rursus Anima mea nunc turbata est. Et rursus, Tristis est anima mea vsque ad mortem, & quòd à Dauid dictum est, & à Petro interpretatum, Non Derelicta est in inferno anima mea, neque caro eius vidit corruptionem. Hęc, & quęcunque sunt eiusmodi, apertè ostendunt, quòd non solum corpus, sed etiam animam Deus verbum suscepit.

ORTH. Aptè admodum & sapienter adduxisti testimonia. Ille autem obiecerit quòd etiam ante humanæ naturæ suspensionem, Iudæos Deus alloquens dixit, Ieiunium, & sabbata, & festa vestra odit anima mea, deinde ratiocinans dixerit, quòd sicut in veteri, animam non habens, anime meminit, ita etiam hic fecit. ERAN. Sed audiet rursus, quòd etiam corporis partium sacra de Deo differens scriptura meminit. Inclina, enim inquit, Aures tuas, & aperi oculos tuos, & vide, & Os Domini hoc locutus est. Et Manus tuæ fecerunt me, & formauerunt me & alia innumerabilia. OR. Si ergo etiā post incarnationē anima non est intelligēda anima: nec corpus ergo corpus intelligēdū est, & inuenietur visio quaedā & apparitio magnū œconomiaē mysteriū, & nihil à Martione & Valentino & Manete differem?

Nam illi etiam quędā eiusmodi fabulantur. Quid si autē nobis differētibus venerit repere quispiā scētor Apollinaris, & roget, Quānam, ò vir optime, dicis animā suscepisse, quid responderis? ER. Primum quidē, quòd vnā noui hominis animā, deinde adiecerim, Quòd si tu duas existimas, & hanc quidē rationis expertē, illa verò ratione præditā arbitris, eā quę est ratio prædita susceptā esse dico. Tu enim vt videtur eā habes, quę est rationis expertis, imperfectā nostrā salutē existimans. OR. Quid si eorū quę dicis probationes postuleris? ER. Dabo facili, & ei responsa Euāgelica in mentē reuocabo. Puer Iesus crescebat, & cōfirmabatur in spiritu, & Dei gratia erat in ipso. Et rursus, Iesus autē proficiebat ætate, et sapientia, et gratia apud Deū et homines, et dixerit quòd nihil horū cōuenit diuinitati. Ætate enim corpus proficit, sapientia autē anima, non quę caret ratione, sed, quę est cōpositio rationis. Ratione ergo prædita animā Deus verbū, qui est etiam ratio, nempè logos, suscepit. OR. Valde quidem fortiter tres aduersarios perripisti cuneos, sed vnionem illam, et iam diu factatam cōmixtionem, ac cōfusionem non so-

profuit anima.

ERAN. tu non aliam dicis esse substantiam animæ, quāam corporis? OR. Ne. ER. Quomodo ergo tibi visum est admirabile quòd dictum est: OR. Quoniam duas dicere recufas, tres naturas confessus es. ER. Quę contra aduersarios suscipitur concertatio nos hoc cogit facere. Quomodo enim aliter cū eis

confusio naturarū diuisio per sona.

Matt. 26. Ioan. 12. Theologia œconomia Gen. 3.

22.

Ioan. 10. 8

Matt. 26. Psal. 15. Act. 2.

Ezra. 1. Psal. 44.

118

Vna anima.

Luc. 2.

Logos.

differtur, qui carnis, velamine, vel mentis negant assumptione, nisi eorum probationes ex sacra scriptura afferantur? Quomodo autem eos qui de vngenti diuinitate detrabere contendunt, refellere, corūque rabiem compescere poterimus, non si ostenderimus sacram scripturam aliaquidem dixisse Theologice, alia œconomice? O R. Verum est quod dicitis, id ipsum est enim quod dicimus, atque ad omnes qui firmam ac stabilem seruant regulam Apostolicam. Ipse autem noster dogmatum defensor apparuit. E R. Et quomodo vestra defendo, qui duos non dico filios? O R. Vbi vnquam nos audiuit duos filios in dicens? E R. Qui duas dicit naturas, non duos dicit filios? O R. Tu ergo tres dicit filios res enim dixisti naturas. E R. Non poterant aliter solui quæ ab aduersariis obieiebantur. O R. Hoc ipsam quoque à nobis audias, eosdem enim habemus aduersarios. E R. Sed ego post vnionem non dico duas naturas. O R. Atqui post multas vnionis generationes isdem nuper verbis vsus es. Tu tamē doce nos, quomodo dicitis vnā naturam post vnionem? an quod vna ex ambabus facta sit, an quod altera delecta altera remanserit? E R. Ego dico mansisse diuinitatem, humanitatem autem ab ipsa absorptam esse ac deuoratam. O R. Hæc sunt fabule Græcorum, & nuge Manicheorum. Ego autem, vel eas in mediū proferre erubescō. Illi enim Deorum deuorationes, hi verò filii lucis, suis scriptis commendarunt. Nos autem huiusmodi dicta, non solū vti impia, sed etiam vti valde stulta refugimus & auersamur. Quomodo enim simplex & incomposita natura, & quæ omnia complectitur, quam nec vllus vnquam assequi potest, nec vllis finibus circumscribere, eam deuorauit naturam, quam adsumpsit? E R. Vt mare, quod melis guttam adsumpsit. Illa enim gutta statim euanescit aquæ maris permixta. O R. Maris & guttæ est in quantitate differentia, & in vna quidem certè qualitate. Illud enim est maximum, hæc verò minima, et hæc quidem dulcis, illud verò salum, in aliis autem quidem certè plurimā cogitationem inuenire possumus. Habent enim vtraque liquentem, & humidam, fluxamque naturam. Quinetiam hoc illis commune est quod sint creata & inanima. Corpus quoque & hæc & illud appellatur. O R. Est ergo satis probabile, nec quidquam habet absurdum, si quæ propè accedunt naturæ, permisceantur ac confundantur, et altera ab altera perimatur. Hic autem est infinita diuersitas, & tanta vti nulla omnino veritatis inueniatur similitudo. Ego autem tibi etiam multa ostendam, quæ commiscetur quidem & confunduntur, sed tamen pura & integra permanent. E R. Et quis vnquam meram ac puram audit mixtionem? O R. Ego quidem efficiam vti hoc confitearis. E R. Si verum esse quod dicitur apparuerit, veritati minimè repugnabimus. O R. Responde ergo annuens, vel renuens, prout quod dicitur se tibi habere videbitur. E R. Respondebo. O R. Viderur ne tibi lux oriens omnem aerem implere, nisi forte si quis in speluncis subterraneis inclusus nunquam illuminatus fuerit? E R. Ita mihi videtur. O R. Et lux tota per totū aerē procedere? E R. Hoc quoque ita mihi videtur? O R. Mixtio autem ac temperatura non per omnia procedit quæ miscetur? E R. Verum. O R. Qui illuminatur autem, aerem, non lucem, & videmus, & nominamus? E R. Maximè. O R. Sed tamen etiam præsentē lucē, siccam qualitatem humidamque sentimus, sepe etiam frigidam & calidam. E R. Ea sentimus. O R. Postquam autem lux recessit, manet dein ceps aer ipse per se. E R. Ea vera sunt. O R. Hoc quoque considera. Ferrum, quod cum igne coniungitur, candens ignitumque redditur? E R. Maximè. O R. Et ignis per totam eius substantiam procedit? E R. Certe. O R. Quomodo ergo non mutat ferri naturam summa vnio, & quæ per totum procedit commixtio? E R. Atqui mutat omnino, neque enim amplius ferrum, sed ignis esse censetur. Jam verò habet etiam ignis operationem. E R. An non ergo Faber ferrarius ipsum adhuc ferrum nominat, & in incude statuens ei malleum incutit? E R. Hæc in confesso sunt. O R. Non corruptit itaque ferri naturam ignis coniunctio. Si potest ergo inueniri inconfusa mixtio, inera est & aperta insania, in natura quæ nec corrumpti, nec immutari potest, cogitare confusionem, & naturæ quæ adsumpta sit deletionem, & interitū id quæ cum adsumpta sit ad beneficium generis. E R. Non dicimus esse deletā naturam, quæ adsumpta est, sed tantum mutatam in substantiam diuinitatis. O R. Non habet ergo genus humanum & priorē circumscriptiōnem? E R. Nequaquam. O R. Quando autem accepit hanc mutationem? E R. Post summam vnionem. O R. Quando autem eam dicitis fuisse factam? E R. Dixi sæpe, in conceptione. O R. Atqui post conceptionem fuit & fœtus in vtero? & natus infans & fuit & dicitur est, & à pastoribus adoratus, & puer similiter euasit, & ita ab Angelo vocatus est, scis hæc, an nos fabulas fingere existimas? E R. Hæc nos docet sanctorum Euangeliorum historia, eiq̃ue contradici non potest. O R. Reliqua quoque consideremus, non confitemur Dominum fuisse circumcisum? E R. Confitemur. O R. Cuius ergo fuit circumcisio, carnis, an diuinitatis? E R. Carnis. O R. Cuius autem est augeri, ætatēque & sapientia proficere? E R. Clarum est, nihil eorum cōuenire diuinitati. O R. Ergo nec esurire, & sitire. E R. Minime. O R. Sed nec ambulare, nec laborare, nec dormire, nec alia, vti semel dicam, eiusmodi. E R. Nequaquam. O R. Si ergo facta est in conceptione vnio hæc, autem omnia post conceptionem & natiuitatem facta sunt non ergo post vnionem suam naturam amisit humanitas. E R. Non recte defini, postquam enim à mortuis resurrexit, accepit caro mutationem in naturam diuinitatis. O R. Nihil ergo in ea mansit, post resurrectionem, eorum quæ naturam declarant? E R. Si mansit, ne facta quidem est diuina mutatio. O R. Quomodo ergo diffidētibus discipulis & manus ostēdit & pedes? E R. Sicut clausus ianuis ingressus est. O R. Sed ingressus est clausus ianuis, quem admodū egressus est ex vtero, cum virginis claustra obstitērent, et sicut in mari ingressus est, nondū autem, vti tu dicitis, facta erat naturæ mutatio. E R. Ostēdit Dominus manus Apostolis, sicut cū Iacob luctatus est. E R. Sed nō sinit Dominus nos sic intelligere. Cum enim discipuli coniectassent se spiritum videre, hanc Dominus suspicionem remouit, et naturam carnis ostēdit. Quid enim, inquit Turbati estis, et cur cogitationes ascendūt in cordibus vestris? Videte manus meas, et pedes meos, quod ipse ego sum. Palpate me, et videte quod spiritus carnem et ossa non habet,

humanit. absorpta.

ut mel à mari.

Lux Aer.

Ferrum Ignis.

Circuncis Chri.

Gen. 32.

Luc. 24.

haber, sicut me videtis habere. Et videte quā accuratè, & exactè locutus est. Non enim dicit, Carnem & ossa esse, sed carnem & ossa habere, vt ostenderet aliud quidem esse quod habet secundum naturam, aliud autem quod habetur. Sicque enim aliud quidem est id quod accepit, aliud quod acceptum est, vti autem ex ambobus Christus consideratur: ita id quod habet, plurimum differat ab eo quod habetur, nō tamen diuidit in duas personas id quod intelligitur. Dominus quidem, discipulis adhuc dubitantibus & cibum petiit, & cum accepisset, comedit, nec visione tantum cibum consumens, nec quod corpori deerat, explens. E R. Atqui duorum necesse est eligas, vel enim egens sumpsit, vel non egens, vilius est quidem comesse, verum cibum non sumpsit. O R. Cibo quidem non egebat corpus, quod immortale factum fuerat. De iis enim qui resurgunt dicit Dominus. Illic nec vxores ducunt, nec nubunt sed sunt tanquam Angeli. Quod autem cibum sumpsit, testes sunt Apostoli. Beatus enim Lucas dixit in Prohemio Actuum, quod conuescens cum Apostolis Dominus iussit ne Hierosolymis discederent. Diuus autem Petrus dixit apertius. Qui cum eo comedimus, & bibimus, postquā resurrexit à mortuis: Quoniam enim eorum qui sunt in præsentī vitæ proprium est comedere, necessario Dominus carnis resurrectionem ostendit per cibum & potum iis qui ea vera esse non putabant. Hoc ipsum autem fecit & in Lazaro, & in filia Iairi. Cum eam enim suscitasset, iussit ei dari quod comederet, & vnā cum Lazaro conuiuium inuit, ostendens ea ratione veram esse resurrectionem. E R. Si dederimus Dominum verè comedissemus, demus etiam omnes homines post resurrectionem cibum sumere. O R. Quæ consilio aliquo, & propter certam œconomiam à Seruatore facta sunt, non sunt regula & decretum naturæ. Etenim nō nulla fecit certo suæ dispensationis consilio, quæ iis qui reuiscunt minimè eueniēt. E R. Quanam hæc? O R. T. H. Eorum qui resurgunt corpora nōne sunt à corruptione aliena, & planè immortalia? E R. A. N. Nos diuus Paulus ita docuit. Seminatur, enim inquit, in corruptione: surgitur in incorruptione. Seminatur in ignominia: surgitur in gloria. Seminatur in infirmitate: surgitur in potentia. Seminatur corpus animale: surgit corpus spiritale. O R. T. H. Sed Dominus, qui minimè mutila & manca, sed integra & perfecta omnium corpora suscitatur (neque enim cæcitas, nec claudicatio inuenitur in iis, qui suscitantur) in suo corpore quæ à clauis facta erant foramina, & vulnus, quod in latere acceperat, reliquit. Huius autem testes sunt & ipse Dominus, & manus Thomæ. E R. A. N. Verum. O R. Si ergo post resurrectionem cibum sumpsit Dominus, manusque & pedes suis ostendit discipulis cum iis, quæ erant in ipsis, clauorum foraminibus, & etiam latus cum ipso vulnere, quod ex ictu acceperat, eis autē dixit, Palpate me, & videte quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere: māsit ergo etiam post resurrectionem natura corporis, & non mutata est in aliam substantiam. E R. A. N. Est ergo & mortale & patibile post resurrectionem? O R. Nequaquam, sed à corruptione, & interitu alienum, & impatibile & immortale. E R. A. N. Si est ab interitu alienum, & impatibile, & immortale, in aliam naturam mutatum est. O R. Ergo omnium quoque hominum corpora mutabuntur in aliam substantiam, erunt enim omnia ab interitu aliena, & immortalia. An non audiuiti Apostolum dicentem. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptibilitatem, & hoc mortale induere immortalitatem. E R. A. N. Audiui. O R. Ergo manet quidem natura: muratur autem quod est eius corruptibile, in incorruptione, & mortale in immortalitatem. Sic autem consideremus. Quod est infirmum corpus, & quod sanum, ex æquo corpus appellamus? E R. Ita est. O R. Quamobrem? E R. Quia vtrumque est eiusdem substantiæ particeps. O R. Atqui videmus in iis multam differentiam. Hoc est enim sanum, integrum, & illæsum: illud autem vel effossum oculum, vel eius faucium, vel aliquam aliam grauissimam habet affectionem. E R. Sed circa eandem substantiam versatur vtrumque, & sanitas, & infirmitas. o r. Corpus ergo substantia vocandum, morbus autem & substantia accidens. E R. Vtique. Nam hæc quidem corpori & accidunt, & recedunt. o r. Corruptionem ergo, interitum, & mortem, accidentia, & non substantias nominare conuenit, eueniunt enim, & recedunt. E R. Conuenit. o r. Ergo etiam hominum corpora, surgentia quidem, à corruptione ac interitu, & mortalitate liberantur, sed tamen propriam naturam non amittunt. E R. A. N. Verum. o r. Igitur corpus Dominicum surrexit quidem à corruptione & interitu alienum, & impatibile, & immortale, & diuina gloria glorificatum, & à cælestibus adoratur potestatibus, corpus tamen est, & habet quam prius habuit circumscriptiōnem. E R. In iis videris dicere verisimilia & rationi consentanea. Sed postquam in cælos assumptus est, non existimo te dicturum eum non fuisse conuersum in naturam diuinitatis. o r. Ego quidem non dixerim humanis rationibus persuasus, nec sum vsque aded audax & temerarius vt dicam aliquid, quod sacra scriptura silentio præterit. Sed tamen audiui diuum Paulum clamantem, Statuit Deus diem in quo iudicaturus est terrarum orbem in iustitia, in viro quem præfinit, fidem præbens omnibus, suscitans è mortuis seipsum. Didici etiam à sanctis Angelis, quod veniet eo modo quod viderunt ipsum Discipuli euntem in cælum. Viderunt autem naturam circumscriptam, non eam quæ circumscribi non potest. Audiui autem etiam Dominum dicentem. Videbitis filium hominis venientem in nubibus cæli. Scio verò esse circumscriptū quod videtur ab hominibus. Videri enim non potest natura, quæ non potest circumscribi. Porro autem & sedere in throno gloriæ, & statuerè quidem agnos à dextris, hæc eos verò à sinistris, id quod circumscriptum est significat. E R. Ergo nec antequam homo factus esset, erat eiusmodi vt circumscribi non posset. Vidit enim Propheta cū à Seraphim circumdatum. E R. Non vidit Propheta ipsam Dei substantiā, sed quandā visionem suæ facultati cōuenientē. Sed post-

Quod habet habetur.

Mat. 22.

Act. 2. Ioan. 12.

1. Cor. 15.

Luc. 24.

1. Cor. 15.

Accidētia

Corpus d. circumscriptum.

Act. 17.

Act. 1.

Mat. 26.

Mat. 15.

Ez. 6.

Zach. 11.

refurrectionem, omnes videbunt iudicis eam, quae videtur, naturam. ER AN. Pollicitus te dicturum non sine testimoniis, tu nobis tuas rationes adducis.

Aff. 7.

OR TH. Sacra scriptura haec me docuit. Audiui enim Zachariam Prophetam dicentem. Viderunt in quem transixerunt. Quomodo autem finem accipiet Prophetia, si qui crucifixerunt, naturam non cognoscent quam crucifixerunt? Audiui autem etiam praclarum victorem Stephanum clamantem. Ecce video caelos apertos, & filium hominis stantem a dextris Dei. Vidit autem eam quae videtur naturam, non quae sub aspectu non cadit. ER AN. Haec quidem ita scripta sunt. Sed postquam in caelos assumptus est, existimo te non ostensurum corpus a visis sancto spiritu inspiratis corpus dici.

Phil. 3.

OR TH. Maxime quidem etiam ea, quae praedicta sunt, corpus aperte significant, quod enim videtur, corpus est, ostendam tamen etiam post assumptionem corpus Domini corpus vocari. Audi ergo Paulum dicentem. Nostra enim conuersatio in caelis est, ex quo etiam expectamus Seruatorem Dominum Iesum qui transformabit corpus humilitatis nostrae, ut sit conforme corpori gloriae ipsius. Non est ergo mutatum in aliam naturam, sed mansit quidem corpus verum, diuina gloria impletum, & lucis emittens radios. Illi sicut sanctorum corpora conformia. Sin autem illud in aliam naturam mutatum est, eorum quoque corpora similiter mutabuntur, sicut enim illi conformia. Sin autem corpora sanctorum seruant suam naturae characterem, corpus quoque Domini similiter habet suam substantiam immutabilem.

Quomodo nostra cor

ER AN. Erunt ergo corpora sanctorum corpori Domini aequalia.

pora cor

OR TH. Ab interitu quidem & corruptione erunt ea quoque aliena, & mortalitatis participia. Habebunt etiam gloriae partem, & communionem, quemadmodum dicit Apostolus. Siquidem compatimur, ut etiam glorificemur, in quantitate autem magna potest inueniri differentia, & tanta, quantum differt Sol a stellis, vel potius quantum Dominus a seruis, & quod illuminatur, ab eo quod illuminat. Sicut tamen seruos etiam suis nominibus impertit, & qui lux appellatur, sanctos quoque lucem vocauit. Vos, enim inquit, estis lux mundi, & qui sol iustitiae nominatur, dicit de seruis. Tunc fulgebunt iusti sicut sol.

Rom. 8.

In qualitate ergo, non quantitate, erunt sanctorum corpora corpori Domini conformia. Ecce tibi aperte ostendimus quod nobis mandauisti. Sin autem tibi videtur, hoc quoque aliter consideremus.

Matth. 13.

ER AN. Oportet omnem mouere lapidem, ut est in proverbio, ut verum inueniatur, sed vel maxime cum diuina decreta proponuntur.

Eucharistia.

OR TH. Dic ergo, Mystica symbola, quae Deo a Dei sacerdotibus offeruntur, quorundam dicit esse symbola? ER AN. Corporis & sanguinis Domini. OR TH. Corporis, quod verè est, vel verè non est? ER AN. Quod verè est. OR TH. Optime, oportet enim imaginis esse exemplar archetypum. Et enim pictores imitantur naturam, & eorum quae videntur depingunt imagines.

ER AN. Verum. OR TH. Si ergo diuina mysteria corpus quod verè est representant: ergo corpus etiam nunc Domini quoque corpus est, non in naturam diuinitatis mutatum, sed impletum diuina gloria. ER. Opportune accidit ut verba faceres de diuinis mysteriis. Nam vel ex eo ipso tibi ostendam corpus Domini in aliam mutari naturam. Responde ergo ad mea interrogata.

Ante inuocationem.

OR TH. Respondebo. ER AN. Quid appellas donum quod offertur, ante inuocationem sacerdotis? OR TH. Non oportet aperte dicere, est enim verisimile a deesse aliquos mysteriis non initiatos.

Panis vium.

ER AN. Respondeatur enigmaticè. OR TH. Id quod sit ex huiusmodi seminibus nutrimentum. ER. Aliud autem signum quomodo nominamus? OR. Commune etiam hoc nomen, quod potus speciem significat. ER. Post sanctificationem autem quomodo ea appellas? OR. Corpus Christi, & sanguinem Christi. ER. Et credite fieri participem Christi corporis & sanguinis? OR. Ita credo.

Post consecrationem.

ER. Sicut ergo symbola Domini corporis & sanguinis, alia quidem sunt ante inuocationem Sacerdotis, sed post inuocationem mutantur, & alia fiunt: ita etiam corpus Domini post assumptionem mutatur in diuinam substantiam. OR. Quae ipse texuisti rebus captus es. Neque enim signa mystica post sanctificationem recedunt a sua natura. Manent enim in priore substantia, & figura, & forma, & videri, & tangi possunt, sicut & prius, intelliguntur autem ea esse, quae facta sunt, & creduntur, & adorantur, ut quae illa sunt quae creduntur. Confer ergo imaginem cum exemplari, & videbis similitudinem. Oportet enim figuram esse veritati similem. Illud enim corpus habet priorem quidem formam, & figuram, & circumscriptionem, & ut semel dicam, corporis substantiam. Immortale autem post resurrectionem factum est, & potentius quam ut vlla in ipsum cadat corruptio, & interitus, sessioneque a dextra dignatum est, & ab omni creatura adoratur, ut quod appellatur corpus naturae Domini.

Euch. ad ratio. 102.

ER. At qui symbolum mysticum priorem mutat appellationem, neque enim amplius nominatur, quod prius vocabatur, sed corpus appellatur. Oportet ergo etiam veritatem, Deum, & non corpus vocari.

Panis vita.

OR. Ignarus mihi esse videris, non enim corpus solum, sed etiam panis vitae nominatur, ita Dominus ipse appellauit. Porro autem ipsum corpus diuinum corpus nominamus, & vniuersum, & Dominicum docentes non esse commune alicuius hominis, sed Domini nostri Iesu Christi, qui est Deus & homo. Iesus enim Christus heri & hodie idem, & in saecula.

Heb. 13.

ER. Multa quidem de hac re differuisti, ego autem sequor sanctos, qui olim in Ecclesia fulserunt. Ostendit ergo illos post vnionem suis verbis naturas diuidere.

OR. Ego quidem ea, quae ab illis scripta sunt, tibi legam. Tu autem sat scio admiraberis, eos in suis scriptis toties diuisionis mentionem facere, dum aduersus impias haereses decertant. Audi ergo eos, quorum iam tibi testimonia citauimus, haec aperte & dilucidè dicentes.

Sancti

Sancti Ignatii Antiocheni Episcopi pars Epistolae ad Smyrnaeos.

Ego enim etiam post resurrectionem ipsum in carne esse scio, & credo, & quando ad eos qui cum Ignatio Petro erant, accessit, dixit eis. Accipite, palpate me, & videte quod non sum daemonium incorporeum, & protinus ipsum tetigerunt, & crediderunt. Eiusdem ex eadem epistola. Post resurrectionem autem vna cum ipsis comedit, & bibit, ut qui carnaliter & spiritualiter Patri esset vnitus.

Irenaei antiqui Episcopi Lugdunensis ex libro secundo de Haeresibus.

Vniuit ergo, sicut ante diximus, hominem Deo. Nisi enim homo vicisset hominis aduersarium, non iuste victus esset hostis. Et rursus. Nisi Deus dedisset salutem, eam non firmiter ac stabiliter haberemus. Et nisi Deo vnitus esset homo, non potuisset non esse corruptioni, & interitui obnoxius. Oportebat enim intercessorem Dei & hominum, per suam cum vtrisque familiaritatem & necessitudinem, utrosque in amicitiam & concordiam redigere, & Deo quidem hominem commédare, Deum autem in hominum notitiam deducere. Eiusdem ex tertio libro eiusdem operis.

Et ideo rursus dicit in epistola. Quicumque credit quod Iesus Christus ex Deo genitus est, vnum & eundem sciens Iesum Christum, cui sunt aperta portae caeli propter suam in carne assumptionem, qui etiam in eadem carne, in qua passus quoque est, veniet, Patris gloriam reuelans. Eiusdem, ex quarto libro de Haeresibus. Quemadmodum dicit Esaias, Filii Iacob germinabunt, & efflorescet Israhel, & implebitur orbis fructu eius. In vniuerso ergo terrarum orbe fructu eius disseminato, merito relicta, & de medio sublata sunt, quae aliquando quidem pulchre fructu tulerunt, ex iis enim quod ad carnem attinet, Christus fructus productus est, & Apostoli, nunc autem non sunt amplius apta ad fructum ferendum. Eiusdem, ex eodem libro.

Interrogat autem etiam Ebionitas, quomodo possint seruari, nisi Deus esset, qui eorum salutem in terra operatus est, vel quomodo ad Deum procederet, nisi Deus ad hominem processerit. Eiusdem ex eodem libro. Qui ex virgine natus Emanuel praedicabit, vnionem Dei verbi cum sua creatura declarabant. Eiusdem ex eodem opere.

Non enim haec in visione, sed in veritatis substantia facta essent, si qui non erat homo, homo apparuisset, nec qui erat in veritate, mansisset spiritus Dei, quandoquidem spiritus videri non poterat, nec vlla esset in eo veritas, non enim essent illa, quae viderentur, diximus enim antea, quod Abraham, & reliqui prophetae, eum propheticè videbant, id quod futurum erat per visionem praedicentes. Si ergo nunc etiam talis apparuit, cum non esset qui videretur, prophetica quaedam visio hominibus apparuit, & oportet eius aliam expectare praesentiam, in qua talis erit, qualis nunc videtur propheticè. Ostendimus autem hoc esse visionem apparuisse, & nihil ex Maria coepisse. Neque enim verè carnem & sanguinem habuit, per quae nos redemit, nisi antiquam Adae creationem in seipso instaurauerit. Vani ergo & inepti Valentiniani, qui haec decernunt, ut carnis vitam abiciant.

Sancti Hippolyti Episcopi pars, ex libro, qui est de distributione talentorum.

Eos autem, & illos qui aliter sentiunt, dixerit quispiam esse vicinos, ut qui errent similiter. Nam illi etiam vel nudum hominem consententur apparuisse Christum in vita, diuinitatis eius talentum negantes, vel deum consententes, rursus hominem reuunt, docentes visionem esse pullos eorum visus, qui aspiciant, ut homo, non qui verè hominem gestauerit, sed apparenti quadam potius opinione, & existimatione fuerit, quemadmodum Valentinus, & Marcion, & Gnostici, dum carnem a verbo diuellunt, vnum talentum abiciunt, nempe carnis humanae susceptionem.

Eiusdem, ex epistola ad Reginam quandam. Eum ergo dicit primitias dormientium, ut pote mortuorum primogenitum, qui cum surrexisset, vellente ostendere id esse excitati, quod erat etiam mortuum, dubitantibus Discipulis, aduocato Thoma, ait, Palpa hic, & vide quod spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videris habere. Eiusdem, ex oratione de Helcana & Anna.

Et ideo tria anni tempora praefigurabantur in ipso Seruatore, ut quae de ipso praedicta sunt mysteria, peragerent. In Paschate quidem, ut ostenderet seipsum tanquam ouem sacrificandum, & verum Pascha ostendendum, ut dicit Apostolus. Pascha autem nostrum pro nobis immolatus est Christus. In Pentecoste autem, ut praefignificaret regnum caelorum, cum ipse primus caelos conscenderit, & hominem donum Dei obtulerit. Eiusdem, ex Oratione in magnum canticum.

Qui primum ex terra creatum hominem, perditum, & mortis vinculis alligatum, ab inferis inferis extraxit: qui a superioribus descendit, et eum qui erat inferius, in superioribus partibus deduxit: qui mortuorum Euangelistes seu felix annunciator, animarumque redemptor, eorumque qui sepulcri erant, fuit resurrectionis erat qui fuit de iuncti hominis per se auxiliator, ei simile verbum primogenitum, protoplastum Adam in virgine visitans, spiritalis terrenum in matrice requirens. Qui semper viuens, eum qui per inobedientiam erat mortuus, et caelestis terrenum ad superna vocabat. Ingenuus, qui seruum per suam obedientiam liberum volebat efficere. Qui cum hominem in terram solutum, et serpentis cibum effectum in adamantem vertisset, eumque in ligno suspensum Dominum aduersus victorem effecisset, is propterea per lignum victor inuenitur. Eiusdem, ex eadem Oratione.

Qui enim filium Dei incarnatum nunc non agnoscunt, agnoscent ipsum iudicem in gloria venientem, qui nunc in vili, humilique corpore iniuriis afficitur. Eiusdem, ex eodem sermone.

Et enim Apostoli cum venissent ad monumentum die tertio, non inuenierunt corpus Iesu, quomodo filii Israhel montem conscendentes Moyses sepulcrum quarebant, et non inueniebant. Eiusdem, ex interpretatione secundi Psalmi. Hic qui processit in mundum, Deus et homo est.

Intercessor.

1. Ioan. 5.

Ezra. 27.

Hippolyt.

1. Cor. 15.

Col. apoc.

1. Ioan. 20.

1. Cor. 5.

1. Ioan. 20.

Mosis sepulchrum est.

Humani est. Et eum quidem hominem facile est intelligere, quando esurit, & defatigatur, & fatigatus fuit, & timentis fugit, & omni tristitia afficitur, & super cervical dormit, & passionis calicem deprecatur, angoreque & agritudine confectus sudat, & ab Angelis confirmatur, & à Iuda traditur, & à Caipha probis & concumeliis afficitur; & ab Herode contemnitur, & à Pilato flagellatur, & à militibus illuditur, & à Iudæis ligno affigitur, & ad Patrem clamans suum commendat spiritum, & inclinans caput expirat, & latus ei lancea pungitur; & sindone inuolutus in monumento ponitur, & tertio die à Patre suscitatur. Diuinitas autem eius rursus potest aperte videri, quando ab Angelis adoratur, & à pastoribus inuisitur, & à Simeone expectatur, & Annæ ostenditur testimonio, & à Magis queritur, & per stellam significatur, & in nuptiis: ex aqua vinum efficit, & mare vi ventorum commotum increpat, & super mare ambulat, & eum, qui à natiuitate cæcus erat, videre facit, & mortuum Lazarum quattuordecim excitat, multaque virtutes facit, & peccata remittit, & dat potestatem Discipulis.

Diuinitas. Venit ad portas cælestes. Angeli vnâ cum eo incedunt, sunt autem portæ cælorum clausæ, nondum enim cælus ascendit, nunc primum videtur à cælestibus potestatibus caro ascendens. Dicitur ergo potestatibus ab Angelis, qui Seruatorem & Dominum præcurrunt. Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternæ, & introibit Rex gloriæ.

Eustach. Sancti Eustachii Episcopi Antiocheni, & confessoris in inscriptionibus Tis Silographias. Illinc ergo eum in throno sancto sedere scripsit, significans quod cum diuinissimo spiritu confessor effectus est, propter Deum in ipso assidue habitantem.

Ante passionem quidem corporalem suam mortem semper prædicebat, se tradendum Sacerdotibus dicens, & crucis trophæam annuntians. Post passionem autem cum post triduum à mortuis surrexisset, & dubitarent Apostoli, an suscitatus esset, & eis in ipso corpore apparuisset, se omnem quidem carnem cum ossibus habere confessus est: eorum autem oculis perforata latera, & ipsorum clauorum fissuras subiiciens, ostendebat.

Eiusdem, ex Oratione habita super eo. Dominus creauit me initium viarum suarum.

Rom. 8. Non enim dixit Paulus conformes filii Dei, sed conformes imaginis filii ipsius, aliud quidem ostendens, filium esse, aliud verò, imaginem ipsius. Filius enim diuina paternæ virtutis indicia ferens, est imago patris. Nam etiam similes qui ex similibus generantur: & qui nascuntur, veræ apparent genitorum imagines. Homo autem quem gestauit, est imago filii, quoniam & ex dissimilibus sunt coloribus imagines, & hæc quidem compositione manu fabricata, illæ verò natura et similitudine factæ sunt. Hoc autem vel maxime dicit ipsum veritatis oraculum. Nō enim incorporeus sapientiæ spiritus est corporalibus hominibus conformis: sed qui per spiritum corpore præditum homo factus est character, is omnibus aliis fert membra numero æqualia, et similia vnicique forma, ac specie indutus est.

Imagines. Eiusdem, ex eadem Oratione.

Phil. 3. Quod autem dicit corpus esse humanis corporibus conforme, nos docet apertius scribens ad Philippenses. Nostra conuersatio, inquit, in cælis est, ex quibus etiam Seruatorem expectamus Dominum Iesum Christum, qui transformabit corpus humilitatis nostræ, ut sit ipsum conforme corpori gloriæ ipsius. Si autem humile transformans corpus hominum, proprio corpori conforme constituit, inanis omnino demonstrata est aduersariorum calumnia.

Eiusdem, ex eadem Oratione.

Gal. 4. Sed quemadmodum ex virgine natus, ex muliere factus esse dicitur, ita etiam sub lege factus esse scribitur. Quoniam per legalia præcepta quandoque incesit, quandoquidem et ipsum, cum esset infans octo dierum, Parentes magno studio circumcidere festinauerunt, sicut tradit Lucas Euangelista. Postea autem etiam in templum deduxerunt, ut sisterent Domino, purificationis oblationem peragentes, ut darent hostiam, prout dictum est in lege Domini, per turturem, vel duos pullos columbarum. Si ergo purificationis munera, ut lex volebat, pro ipso oblata sunt, et octauo die circumcisus est: ideo non sine causa eum sub lege factum esse scribit. Neque verò verbum erat legi subiectum, ut opinantur sycophantæ, cum ipse esset lex, nec Deus indigebat lustrantibus et expiantibus sacrificiis, cum ipse deus, ac repente motu omnia purificet, ac sanctificet, sed etiam si ex virgine humanum instrumentum susceptum tulit, et sub lege fuit pro primogenitorum dignitate purgatus et expiatus, non ipse egens horum subministracione, has obseruationes, cultusque sustinuit, sed ut eos à legis seruitute redimeret, qui vnquam dati erant condemnationi maledictæ.

Athan. Sancti Athanasii Episcopi Alexandrini, ex secundo libro aduersus Hæreses.

Et quemadmodum non liberati essemus à peccato et maledicto, nisi natura humana caro esset, quæ verbum induit, nihil enim nobis fuisset commune cum alieno, ita nec homo Deus factus esset, nisi natura ex patre, et verum, et proprium esset eius verbum, quod caro factum est. Propterea enim talis facta est comuniõ, ut diuinitati, quæ est secundum naturam, qui est secundum naturam, hominem coniungeret, firmaque ac stabilis esset eius salus et Deificatio. Qui ergo ex patre natura esse negant, et proprium eiusdem substantiæ filium: negent etiam eum veram carnem et humanam sumpsisse ex Maria Virgine.

Eiusdem ex epistola ad Epictetum. Si ex eo quod sit et dicatur in scripturis ex Maria esse, et humanum corpus Seruatoris, existimant

mant pro Trinitate dici quaternionem, itaque propter corpus factio additamento: valde falluntur, ut qui effectum effectori exæquent, & existiment posse Deitati aliquid accedere, & ignorant quod verbum non ideo caro factum est, ut Deitati aliqua accessio fieret, sed vt caro resurgeret, nec vt melius haberet, verbum ex Maria processit, sed vt genus humanum redimeret. Quomodo ergo existimant, propter per verbum redemptum & viuificatum corpus, verbo viuificanti ad Deitatem aliquid accessisse?

A Eiusdem, ex eadem epistola. Audiant quod si verbum esset creatura, non accepisset corpus creatura, ut hoc viuificaret. Quodnam enim creaturis est à creatura auxilium, quæ ipsa quoque salute indiget? Sed quoniam verbum, cum esset creator, fuit ipse creaturarum opifex: propterea etiam in sæculorum consummatione ipse sibi creatum constituit, ut rursus ipsum vt creator renouare, & recreate possit.

Ex Oratione de Fide, maiore. Quæ autem de eo adiecit, Sede à dextris meis, de corpore Dominico dicta sunt. Si enim cælum & terram ego impleo, dicit Dominus, vt inquit Hieremias: omnia autem cõtinet Deus: à nullo autem continetur: in quam sede sedet? Corpus ergo est, cui dicit, Sede à dextris meis.

Eiusdem ex eadem Oratione. Corpus est ergo cui dicit, Sede à dextris meis, cuius etiam fuit inimicus Diabolus cum malis potestibus, & Iudæi, & Græci, per quod corpus, Pontifex, & Apostolus & fuit, & dictus est, per id, quod nobis tradidit mysterium, dicens. Hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur, & sanguis noui testamenti, non veteris, quod pro vobis effunditur. Diuinitas autem neque corpus habet, nec sanguinem sed homo, quem ex Maria portauit, eorum causa est, de quo dixerunt Apostoli, Iesum Nazarenum virum à Deo ostensum in vobis.

Eiusdem ex Tomo aduersus Arrianos. Et quando dicit, Quare & Deus ipsum super exaltauit, & dedit ei nomen, quod est super omne nomen, de templo corporis eius dicit, non de diuinitate. Non enim exaltatur altissimus, sed caro altissimi exaltatur: & carni altissimi dedit nomen, quod est super omne nomen, nec verbum Dei ab initio accepit, vt vocaretur: sed caro eius cum ipso deificata est.

Eiusdem ex quadam Oratione. Et quando dicit, Nondum erat spiritus sanctus, quoniam Iesus nondum erat glorificatus, dicit carnem eius nondum fuisse glorificatam. Non enim Dominus gloriæ glorificatur, sed caro domini gloriæ ipsa gloriæ accipit, cum ipso in cælum ascendens. Vnde dicit, Et spiritus adoptionis nondum erat in hominibus, quia primitiæ acceptæ ex hominibus, nondum cælum conscenderant. Quæcumque ergo dicit scriptura accepisse filium, & esse glorificatum, dicit propter eius humanitatem, non diuinitatem.

Eiusdem, ex eadem Oratione. Quare hic est verus Deus, antequam homo fieret, & etiam postquam factus est, intercessor Dei & hominum Iesus Christus, vnitus patri secundum spiritum, nobis autem secundum carnem, qui intercessit inter Deum & homines, qui non solum est homo, sed etiam Deus.

Sancti Ambrosii Episcopi Mediolanensis in Expositione Fidei. Confitemur Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei vngentum, ante omnia quidem secula sine principio à patre genitum secundum diuinitatem, in vltimis autem diebus ex sancta virgine Maria eundem incarnatum esse, & perfectum hominem ex anima rationali & corpore suscepisse, consubstantiali patri, secundum diuinitatem, & nobis consubstantiali secundum humanitatem.

Quamobrem vnus Iesus Christus, vnus filium Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei confitemur, scientes quod Patri suo secundum diuinitatem coæternus existens, secundum quam est etiam hominum opifex, voluit post sanctæ virginis ascensum, quando dixit Angelo, Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum, sibi ex ipsa templum inenarrabili & arcana ratione edificare, & id sibi ipsi ex ipsa conceptione vnire, non coæternum ex sua substantia cælitus allatum corpus, sed id ex nostræ substantiæ massa, hoc est de virgine Maria, sumens, & sibi vnians, non Deus verbum in carnem conuersum; neque vitum aut phantasma apparens, sed inconuertibiliter, & immutabiliter suam substantiam conseruans, sumptas nostræ nature primitias sibi vnuit, non Deus verbum sumens principium ex virgine, sed patri suo coæternum existens, nostræ nature primitias per multam bonitatem sibi vnire dignatum est, non confusum, sed in vtrisque substantiis vnus & idem apparens, sicut scriptum est, Soluite templum hoc, & triduo excitabo illud. Soluitur enim Christus Deus, secundum meam substantiam, quam suscepit: & solutum excitat templum idem secundum diuinam substantiam, secundum quam etiam est omnium opifex: nunquam post vnionem, quam sibi ex ipsa conceptione vnire dignatus est, vel à suo templo recedens: vel propter ineffabilem benignitatem potens recedere. Sed est idem paribilis, & imparibilis, paribilis secundum humanitatem, imparibilis secundum diuinitatem. Videte enim, videte me, quod ego sum, & non mutor. Cum ergo suum templum Deus verbum excitasset, & natura nostræ resurrectionem, & renouationem in eo effecisset, & suis eam discipulis ostendisset, dicebat. Palpate, videte, quod spiritus carnis & ossa non habet, sicut me videtis; non esse, sed habere. Vt cum & qui habet, & id quod habetur cogitaueris, non confusionem, non conuersionem, non mutationem, sed vnionem factam intelligas. Propterea & clauorum fissuras, & lanceæ puncturam ostendit, & coram Discipulis comedit, vt per omnia nostræ nature resurrectionem in ipso esse renouatam eis fidem faciat, & quia secundum beatam diuinitatis substantiam est perpetuo inconuertibilis, immutabilis.

quaternio

Creatura nō potest assumere.

Psal. 109. Sedere à dextris. Hier. 23.

Matt. 26. Act. 2.

Philip. 2. exaltatus 81.

Ioan. 7.

F. accipe re dicitur. 80.

Ambro.

Luc. 1.

Ioan. 2.

Mal. 3.

Luc. 24.

Hereses in christu

mutabilis,impatibilis,immortalis nulla re indigens:omnes affectiones,&passiones ex permissione suo templo inferri sunt:& ipsum propria potentia excitauit:& per suum templum perfectam nostræ naturæ renouationem effecit.Eos autem qui dicunt solum hominem Christum,vel patibile Deum verbum vel in carnem conuersum,vel habuisse corpus consubstantiatum,vel id è cœlis derulisse,vel visum ac phantasma esse,vel qui dicunt mortale Deum verbum opus habuisse,vt à Patre suscitaretur,vel inanimatum corpus sumpsisse,vel sine mente hominem,vel duas Christi naturas per commixtionem confusas vnã naturam factas esse, & qui non confitentur in Domino nostro Iesu Christo duas esse naturas inconfusas,vnam autem personam,quatenus vnus Christus, vnus filius: eos anathematizat catholica & Apostolica ecclesia.

Eiusdem.

Ioan.10.

Ergo si caro omnium in Christo contumeliis subiecta est, quomodo cum diuinitate vnus esse substantiæ existimatur? Si est enim vnus substantiæ verbum, & caro, quæ ex terra habet naturam, vnus ergo substantiæ est verbum & anima, quam perfectam accepit. Est enim vnus substantiæ verbum cum Deo, etiam secundum Patris & ipsius filii confessionem, quæ dicit. Ego & Pater vnus sumus, ergo etiã pater debet existimari eiusdem substantiæ cum corpore. Et quid ergo adhuc Arrianis succensetis, qui dicunt filium esse Dei creaturam, cum ipsi dicatis Patrem esse vnus substantiæ cum creaturis?

Eiusdem, ex Epistola ad Gratianum Imperatorem.

Conseruemus diuisionem diuinitatis & carnis, siquidem vtriusque respondet filius Dei, quoniam vtræque sunt in eo naturæ. Idem loquitur, sed non semper nobis. Attende autem quomodo nunc quidè gloriam, nunc autem passiones loquitur. Vt Deus, diuina loquitur, quoniam verbum est, vt homo, humilia loquitur, quoniam in ea substantia loquitur.

Eiusdem, ex eodem libro.

1. Cor. 2.

Vnde illud quod lectum est, quod Dominus gloriæ crucifixus est: ne in sua gloria crucifixum esse existimemus. Sed quoniam is est Deus & homo, secundum diuinitatem quidem Deus, secundum carnis autem assumptionem homo Iesus Christus Dominus gloriæ crucifixus esse dicitur, est enim vtriusque naturæ particeps, hoc est diuinæ & humanæ. In natura enim hominis passionem sustinuit, vt indiuisibiliter & Dominus gloriæ, & filius hominis esse dicatur, qui passus est, quemadmodum scriptum est, qui de cœlo descendit.

Similiter eiusdem.

Sileant ergo vanæ de verbis quæstiones. Regnum enim Dei, sicut scriptum est, non est in persuasibilibus verbis, sed in ostensione potentiarum. Seruemus differentiam carnis, & humanitatis. Vnus enim Dei filius, vnus vtraque dicit, quoniam vtraque natura in ipso est. Sed etsi idè loquitur, non vno tamen semper modo loquitur. Vides enim in ipso nunc quidem Dei gloriam, nō autem passiones, affectionesque hominum. Vt Deus, diuina loquitur, quoniam verbum vt homo, humana loquitur, quoniam in ea natura loquebatur.

Eiusdem, ex libro de Incarnatione Domini aduersus Apollinaristas.

Sed interea dum eos coniungimus, exorti sunt alii, qui dicunt corpus Christi & diuinitatem esse vnus naturæ. Quis infernus tantam eructauit blasphemiam. Arriani enim iam sunt iis tolerabiliores, quorum infidelitas per hos confirmatur, vt magis contendant Patrem, Filium, & Spiritum sanctū non esse eiusdem substantiæ, quoniam hi diuinitatem, & carnem Domini vnus esse naturæ ausi sint dicere.

Eiusdem.

Nicen.

Et hic mihi quidem assidue se tenere Nicenæ Synodi expositionem. Sed in illa expositione Patres nostri, non carnem, sed Dei Verbum ex vna esse in Patre substantia dixerunt: & verbum quidem ex Patris substantia accessisse, carnem autem ex virgine habuisse confessi sunt. Cur ergo nobis Nicenæ Synodi nomen prætendant, noua autem, & quæ nostri maiores non cogitarunt, inuadunt?

Eiusdem, aduersus Apollinarem.

Lib. de incarn. ca. 4 vbi legitur.

Transfiguratione.

gurand.

transmutatio in al

tari 18.

Gen. 4. In lxx.

Basil. Ioan. 11. Luc. mat. 4. Ioan. 19

Ne velis ergo corpus esse æquale diuinitati secundum naturam, etsi enim credideris esse verum corpus Christi, & altari obtuleris ad transmutationem, non distinxeris autem naturam corporis & diuinitatis: tibi quoque dicemus. Si rectè obtuleris, rectè autem non diuideris: peccasti, que fecit. Diuide enim quod nostrum est, & quod verbi proprium. Ergo ego quidem non habebam quod erat ipsius, ille autem non habebat quod erat meum: & accepit quod erat meum, mihi impertiturus quæ sua erant, & hoc ad implementum, non ad confusionem accepit.

Eiusdem, paulo post.

Cessent ergo qui dicunt quod verbi natura in carnis naturam cōuersa est, ne videatur ex eadem interpretatione mutata esse verbi natura, & eisdem cum corpore affectionibus, & passionibus corrupta esse. Aliud est enim quod assumpsit, & aliud quod assumptum est. Potentia accessit ad virginem, vt ei dicit Angelus. Virtus altissimi obumbrabit tibi, sed ex corpore virginis erat quod natum est, & propter ea diuinus quidem est descensus, humana autem conceptio. Ipsa ergo non idem poterat quod corporis spiritus, & natura diuinitatis.

Sancti Basilii Episcopi Cæsariensis, ex oratione de Eucharistia.

Quamobrem ipse quidem propter amicū lachrymatus, ostendit humanæ naturæ communionem. nōque ab iis quæ sunt vtrinque immoderationibus & exuperationibus liberauit, nec vt in ferendis iis quæ accidunt, nimis effeminati, mollēsque uideamur, nec vt eorum, quæ molesta sunt, nullum omnino sensum habeamus, permittens. Sic ergo esurit Dominus, ei folido cibo perfato, & sitiit, consumpta incor

in corpore humiditate, & defessus est, neruis & musculis ambulando extensus, non diuinitate oppressa labore, sed corpore, quæ ex natura consequuntur, accidentia suscipiente.

Eiusdem, aduersus Eunomium.

Ego enim in forma Dei esse perinde existimo ac esse in Dei substantia. Sicut enim formam serui accepisse, in humanitatis substantia, Dominum fuisse significatū cum dicit in forma Dei esse, diuinæ substantiæ proprietatem constituit.

Sancti Gregorij episcopi Nazianzeni, ex oratione de nona dominica.

Venturum rursus cum sua gloriosa præsentia iudicantem viuos & mortuos, non amplius quidem carnè, non tamen in corpore um, ius quas ipse nouit rationibus diuiniore corpore, vt & videatur ab iis qui pupugerunt, & maneat Deus à crassitudine remotus.

Eiusdem, ex epistola ad Cledonium.

Dua enim naturæ Deus & homo, quia & anima & corpus, filij autem non duo, neque enim hic sunt duo homines: etiam si sic Paulus vocat id quod est intra hominem, & quod extra, & si oportet paucis dicere, aliud quidem, & aliud ea sunt ex quibus Seruator constitutus est. neque enim idè est id quod est aspectabile, cum eo quod non cadit sub aspectum: & id quod est expers temporis, cum eo quod temporari subicitur. Non est autem aliud & aliud ablit.

Eiusdem ex prior i expositione ad Cledonium.

Si quis dicit carnem nunc esse depositam, & Deitatem esse corpore nudatam: & non cum eo quod accepit, & esse, & venturam esse: præsentiam aduentus non viderit. Vbi enim nunc est corpus, nisi cū eo quod id assumptum? Neque enim, vt nugantur Manichæi, in sole est depositum, vt honoretur propter ignominiam: vel in aërem effusum est, & dissolutum, vt vocis natura, & odoris fluxus, & fulguris minime consistentis cursus. Vbi est autem etiam palpatum esse post resurrectionē, in qua aliquando videbitur ab iis qui pupugerunt: Diuinitas autem per se sub aspectum non cadit.

Eiusdem, ex secunda oratione de filio.

Vt enim quatenus Verbum, nec obediens erat, nec inobediens. Hæc enim sunt eorum quæ subiecta sunt, & secunda. Illud quidem meliorum: hoc verò eorum qui digni sunt qui condemnentur. Quatenus autem serui forma, se ad conseruos demittit: & eius quod est alienum formam suscipit, totum in seipso me ferens cum meis. Vt in seipso consumat id quod est deterius, vt terram ignis: vel vt sol, terræ vaporem.

Eiusdem, ex oratione in theophania.

Quoniam ergo processit ex virgine cum adsumptione duorum quæ sunt sibi contraria, carnis, & spiritus. Quorum hæc quidem ex eis, in Deum relata est: ille verò præbuit gratiam diuinitatis.

Eiusdem, paulo post.

Missus est quidem, sed vt homo. Duplex enim erat eius natura. Hinc certè & laborauit, & esuriit, & sitiit, & defatigatus est, & fleuit lege humani corporis.

Eiusdem in secunda oratione de filio.

Et hoc est quod facit errare Hereticos, nōminum coniunctio. Signum autem hoc est, quod quando naturæ intelligentia seiunguntur, vnā quoque nomina diuiduntur.

Eiusdem in eadem oratione.

Vt Deus Domini nostri Iesu Christi, pater gloriæ. Deus quidem Christi, pater autem gloriæ. Nam et si vtraque vnus sint, sed non natura, sed coitione & congressu.

Eiusdem in eadem oratione.

Dicitur autè Deus, non verbi, sed eius quod videtur. Quomodo enim fuerit Deus eius quod proprie Deus est: quemadmodum etiam pater non eius quod videtur, sed verbi. Erat enim duplex. Quare illud quidem proprie in vtriusque, hoc verò non proprie, sed contra quā in nobis habebit, noster enim proprie quidem Deus est: sed non proprie pater. Et hoc est quod in causa est vt errent Heretici, nōminum coniunctio. Signum autem hoc est quod quando naturæ intelligentia seiunguntur, diuiduntur etiam nomina. Audite Paulum dicentem. Vt Deus Domini nostri Iesu Christi, pater gloriæ, Christi quidem Deus, pater autem gloriæ, etsi enim vtrunque simul vnus, sed non natura. Eorum autem cōgressu & coniunctione quid potest esse notius? Quintum dicatur ipsam accipere vitam, vel iudiciū, vel hereditatem gentium, vel potestatem accipere dicitur omnis carnis, vel gloriam, vel discipulos, vel quæcunque dicuntur. Et hæc sunt humanitatis.

Eiusdem, ex eadem oratione.

Vnus enim Deus, vnus etiam intercessor Dei, & hominum, homo Christus Iesus. Nam nunc etiã vt homo pro mea salute intercedit, quia est cum corpore quod accepit, donec me Deum fecerit, potestatem susceptæ humanitatis, etiam si non amplius secundum carnem cognoscatur, carnales dico affectiones, & sine nostro peccato.

Eiusdem, ex eadem oratione.

An non omnibus manifestum est quod cognoscit quidem vt Deus, ignorat autem, inquit, vt homo si quis id quod apparet separauerit ab eo quod intelligitur. Esse enim absolutam filij appellationem, & absque relatione, nulla re addita filio, præbet hanc coniecturam, vt ignorantiam existiment. Sed nos eam magis pie humanitati non diuinitati attribuimus.

Sancti Gregorij Episcopi Nysseni, ex oratione Catechetica.

esse in forma dei ex serui Pat.

2. Nazian.

homo interior & exterior.

Aliud. Non, alius vbi corp.

Non in solo.

Caroet. Spiritus.

Deus. Pater.

Deus Pater.

1. Tim. 2.

1. Cor. 2.

Et quis hoc dicit, quod carnis circumscriptione, tanquam vase aliquo, infinitas carnis circumscriptione est?

Eiusdem, ex eadem oratione.

Anima ubique. Si autem hominis anima ex nature necessitate corpori commixta, per potestatem est ubique quid necesse est dicere in natura carnis diuinitatem includi?

Eiusdem ex eadem oratione.

Quid prohibet quandam diuine nature vnionem & appropinquationem ad humanam naturam cognoscere: & diuinitatis tamen intelligentiam etiam in ea appropinquatione conseruare, extra omnem circumscriptionem credentes esse diuinitatem, etiam si sit in hominibus?

Eiusdem ex oratione aduersus Eunomium.

Ioan. 4. Luc. 24. Si autem qui ex Maria quidem natus est, cum fratribus differit: vnigenitus autem fratres non habet quomodo enim inter fratres conseruaretur esse vnigenitum. Et qui dixit, Spiritus deus est, idem dicit discipulis, Palpate me, vt ostenderet esse palpabilem suam naturam humanam, Deum autem tangi non posse, Et qui dixit, Vado, localem designat remotionem. Qui autem omnia comprehendit, in quo, sicut dixit apostolus omnia creata sunt, & in ipso consistunt omnia nihil in his quae sunt extra se habet, quod vlla ratione transeat, aut moueatur.

Eiusdem ex eadem oratione.

Act. 2. exaltatus. Dextera dei exaltatus. Quis ergo est exaltatus, humilis, an altissimus? Quid est autem humile nisi humanitas? Altissimus autem, quid est aliud nisi diuinitas? Atqui Deus non habet opus vt exalteretur, cum sit altissimus. Apostolus ergo dicit humanitatem fuisse exaltatam. Exaltatam autem esse eo, quod Dominus & Christus facta sit. Non ergo Domini substantiam, quae fuit ante secula, per hoc verbum ostendit apostolus, sed humilis in altum euectionem, quae a dextris Dei facta est. Declaratur autem per hoc verbum pietatis mysterium. Qui enim dixit, Dextra Dei exaltatus, aperte detegit arcanam mysterij oconomiam, quod Dextra Dei quae est eorum omnium quae sunt effectrix, quae est Dominus, per quem omnia facta sunt, & sine quo nihil subsistit eorum quae facta sunt, ipsa hominem sibi vnitum ad propriam deduxit altitudinem per vnionem.

Amphiloc. Sancti Amphilochoj Episcopi Iconij, ex oratione habita, super hoc, Pater meus maior me est.

Discerne deinceps naturas Dei & hominis, neque enim homo factus est quod a Deo exciderit, neque Deus ex homine, quod profecerit, prouectusve sit.

Eiusdem ex oratione habita, super eo, Non potest filius quidquam ex se facere.

Ioan. 26. clausis. Post resurrectionem Dominus vtrunque ostendit, & quod corpus est eiusmodi, & quod id est quod resurrexit. Recordare historiae, vtant discipuli congregati post passionem & resurrectionem, & portis clausis stetit in medio eorum Dominus. Neque hoc vnquam fecit ante passionem, an non potuit hoc iam olim Christus facere? Deus enim potest omnia. Sed non fecit ante passionem, ne exultimare visionem aut apparentiam esse oconomiam: nec putares esse spiritalem Christi carnem, nec ex caelis descendisse, nec alius esse substantiam quam sit nostra caro. Haec enim omnia nonnulli visione, & imaginatione concipientes, & per haec se Dominum magni facere putantes, non aduertunt se per ipam eucharistiam blasphemare, & falsi veritatem accusare, vt omniam quod est mendacium omnino a ratione alienum. Si enim aliud corpus accepit, quid ad meum quod salute indiget? Si autem carnem a caelis deduxit, quid ad meam carnem quae a terra sumpta est?

Eiusdem ex eadem oratione.

Propterea ergo non ante sed post passionem, portis clausis stetit Dominus in medio discipulorum vt scias quod etiam tuum animale corpus, seminatum, surgit corpus spiritale. Ne autem rursus exultimes aliud esse quod surgit: cum Thomas resurrectioni diffideret, ostendit illi fissuras clauorum: ostendit illi vulnerum vestigia. An non poterat sibi ipsi mederi, maxime post resurrectionem, qui omnes etiam ante resurrectionem curauerat? Sed per hoc quid quod clauorum fissuras ostendit, tradit esse idem. Per illud autem quod clausis portis ingreditur, ostendit quod non tale. Hoc quidem, vt diuinae oconomiae & dispensationis modum impleret, eo excitato quod morte erat affectum. Non tale autem, ne rursus in corruptionem & interitum incideret, nec rursus mortem obiret.

Non tale. Beati Theophili episcopi Alexandrini, ex iis quae scripsit aduersus Origenem. Nec nostra similitudine, cuius fuit particeps, in naturam diuinitatis mutata, nec eius diuinitate conuersa in nostram similitudinem. Manet enim quod erat ab initio, Deus, manet etiam nostram in seipso substantiam preparans.

Eiusdem ex eodem opere.

Sed enim non quiescens rursus blasphemias, Dei filium calumnians, & sic dicens his verbis. Quemadmodum filius & pater vnus sunt, ita etiam quae accepit filius, anima, & ipse, vnus sunt, nesciens quod filius quidem & pater vnus sunt, propter vnā substantiam & eandem diuinitatem, anima autem, & filius, altera est ab altero, substantia & natura. Si enim quemadmodum pater & filius vnus sunt, ita etiam anima filij & filius vnus sunt: erit etiam vnus pater & anima, & dicet etiam aliquando anima filij. Qui vidit me, vidit & patrem. Sed non ita est, absit. Filius enim & pater vnus, quia non sunt diuersae qualitates. Anima autem, & filius est & natura & substantia alterum, quandoquidem ipsa quoque per ipsum facta est, estque eiusdem

eiusdem nobiscum substantiae. Si enim quomodo pater, & filius vnus sunt, eodem modo & anima, & filius vnus sunt, vt vult Origenes: erit etiam anima, vt filius, splendor gloriae Dei, & character eius substantiae. Atqui hoc fieri non potest. Fieri ergo non potest vt filius & eius anima vnus sint, sicut ipse & pater vnus sunt. Et quid faciet rursus, sibi ipsi repugnans? Sic enim scribit. Non enim vtique perturbata trilitique anima erat vnigenitus, et totius creaturae primogenitus. Deus enim verbum, vt quod sit anima praestantius, ipse, inquam, filius dicit. Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo accipiendi eam. Si ergo filius est sua anima praestantior, sicut esse praestantior, inconfesso est, quomodo est eius anima deo aequalis & in forma ipsius? Si eam enim esse dicimus, quae seipsam exinanit & serui formam accepit, quomodo non erit aliorum Haereticorum propter insignem impietatem, sicut annotauimus, longe nobilissimus? Si enim in Dei forma est verbum, & deo est aequale: In forma autem dei esse, & Deo aequale seruatoris animam esse, is putat qui sic scribere ausus est quemadmodum id quod est aequale, est praestantius: Quae enim naturam subeunt, eorum quae supra ipsa sunt praestantiam testantur.

Sancti Ioannis Chrysostomi Episcopi Constantinopolitani, ex oratione qua habita est in magna ecclesia.

Dominus quidem tuus hominem in caelum deduxit. Tu autem ne forum quidem ei impertis, & quid dico in caelum? etiam in throno regali eum collocauit: tu autem etiam ex vrbe expellis.

Eiusdem in principio 41 Psalmi.

Non cessat Paulus in hodiernum vsque diem dicere. Pro Christo intercedimus, tanquam Deo per nos adhorante, pro Christo rogamus, & reconciliamini Deo, & non hic quidem constitit, sed de tua natura acceptis primitiis, eam supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & omne nomen quod nominatur collocauit, non solum in hoc saeculo, sed etiam in futuro. Quis honor huic aequalis esse potest? Primitiae generis nostri, quod in tot rebus offendit, & ignominia ac dedecore affectum est, sedet in tanta altitudine, & tanto honore fruatur.

Eiusdem de diuisione linguarum.

Cogita quale sit videre nostram naturam vbi supra Cherubin, & omnem potestatem esse ei circumfusam. Considera autem etiam Pauli sapientiam: quot nomina conquirat vt Christi ostendat humanitatem? Non enim dixit per se & absolute gratiam, nec itidem diuinitas sed excellentes diuinitas gratiae in bonitate.

Eiusdem, ex oratione dogmatica.

Quia quae humiliter a Christo dicta & facta sunt, non propter potentiae imbecillitatem, sed propter varias & multiplices oconomie rationes, & post resurrectionem, cum videret diffidentem discipulum, non recusauit ipsi & vulnera, & clauorum fixuram ostendere, & manus contactui cicatrices subiicere, & dixit, Scrutare, & vide quod spiritus carnis, & ossa non habet. Et ideo nec a principio, perfecta aetatis hominem suscepit, sed sustinuit & concipi, & nasci, & lacte nutrir, & tanto tempore in terra versari, vt & temporis diuturnitate, & aliis omnibus hoc confirmaret.

Eiusdem aduersus eos qui dicunt quod Demones res hominum administrant.

Nihil erat homine villius: & nihil homine praestantius, & honestius factum est. Is erat vltima pars creaturae ratione praedita. Sed pedes caput euaserunt, & in regalem sedem deducti sunt per primitias. Sicut enim homo qui spiam liberalis ac magnificus, cum vidisset quandam ex naufragio euasisse, & solum corpus nudum a fluctibus conseruare potuisse, supinis eum manibus exceptum splendida veste induit, & ad supremum honorem deducit: Deus quoque hoc ipsum in nostra fecit natura. Homo omnia quae habebat perdidit: libertatem, cum Deo consuetudinem, & quam in paradiso acceperat conuersationem, eamque misera, & calamitosa vita commutauerat, & tanquam ex naufragio nudus ita illinc exceserat. Sed Deus eum exceptum protinus amicitiae: & paulatim veluti manu deducens, ad caelum perduxit.

Eiusdem, ex eadem oratione.

Sed Deus fecit vt lucrum damno maius esset: & ad regalem sedem nostram naturam perduxit. Et Paulus clamat, dicens. Suscitauit & consideret fecit in dextra sua in caelestibus.

Eiusdem, de iis qui pascha primum

caelos aperuit, hostes amicos effecit, in caelum deduxit, ad dextram throni nostram naturam collocauit, & aliis innumerabilibus nos beneficiis affecit.

Eiusdem, ex oratione de assumptione.

Ad hanc ergo distantiam & altitudinem naturam nostram perduxit. Vide vbi erat inferius posita, & quo sursum ascendit. Neque inferius descendendi poterat, quam quo homo descendit, neque superius ascendi, quam quo cum rursus deduxit.

Eiusdem, ex interpretatione epistolae ad Ephesios. Secundum bonam voluntatem, quam proposuit in ipso, hoc est, quod desiderabat, hoc peperit. Vt si quis dixerit, effari mysterium: Quodnam hoc? Quod vult hominem superius collocare, quod etiam factum est.

Eiusdem, ex eadem interpretatione.

De hoc dicit Deus, videlicet Domino nostro Iesu Christo, non de Deo verbo. Eiusdem ex eadem interpretatione.

Et cum essemus mortui peccatis, nos, Christo conuificauit. Et rursus, Christus medius, & res fide digna. Si enim principium vult, & nos etiam viuificauit & illum, & nos. Vides quod omnia dicta sunt de eo quod est secundum carnem.

Eiusdem ex Euangelio secundum Iohannem.

Quidem enim inducit? Et habitauit, & chymiosen tentoria fixit, in nobis, propemodum dicens, nihil absurdi existimaueris ex eo quod dixi. Factum est, non enim conuersionem & mutationem illius naturam mutabilis, sed significat in habitacionem, & quasi in tabernaculo mansionem. Quod autem in tabernaculo manet aut habitat, non est idem, quod tabernaculum, sed alterum in altero habitat, alius non esset in tabernaculo habitatio. Nihil enim in seipso habitat. Aliud autem dixi in substantia. Vnionem enim, & conuentionem unum est Deus verbum, & caro, non confusus nec delectis substantiis, sed quadam ineffabili, & inexplicabili vnione.

Eiusdem, ex euangelio secundum Mathaeum.

Et quem admodum stans quisquam in confinio duorum a se iuicem distantium, ambabus vtrinq; extensis manibus, ea coniunxerit, ita etiam fecit ipse, antiquam nonam, diuinam naturam humanam, & quae sua sunt, nostris, coniungens.

Eiusdem de assumptione Christi.

Sicut enim cum duo cominus pugnare incipiunt, quidam alius in medio interiectus, contendendum pugnam & discordiam componit, ita etiam fecit Christus. Nobis succentebat, vt Deus: nos autem illius iram contemnebamus, benignum Dominum auersantes, & medium seipsum iniciens Christus, vtraque naturam ad amicitiam reduxit, & quod erat nobis a patre imposuimus supplicium sustulit.

Eiusdem, ex eadem oratione.

Medius Obtulit ergo patri nostrae naturae primitias, & manus ipse pater admiratus est, & propter maximum Cbr. eius, qui obtulit meritum, & quod id quod oblatum est, esset ab omni vicio & reprehensione alienum ipsum itaque suis manibus excepit, & propriae sedis particeps esse fecit. Et quod magis est, ipsum in sua dextra parte collocauit. Agnoscamus ergo quis ille est qui audit, Sede a dextris meis, Quae erat illa natura cui dixit. Terra es, & in terram reuertes.

Eiusdem paulo post.

Psal. 109. Quae vtraque oratione, quibus verbis eloquar nescio. Putrida natura, natura vilis, & abiecta, quae omnibus minor ac inferior euaserat, omnia vicit, omnia superauit, hodie quae omnibus esset superior digna hobita est, hodie accepit quod longo tempore desiderarunt Angeli, hodie Archangeli eorum quae valde desiderabantur, spectatores esse potuerunt, & naturam nostram in throno Regis immortalitatis gloria resurgentem contemplati sunt.

Sancti Flauiani episcopi Antiocheni ex euangelio secundum Lucam, 35.

Flavian. In omnibus nobis Dominus describit pietatis characterem, & variae nostrae naturae ostendit vias salutis, multasque & euidentes praebet nobis demonstrationes corporalis sui aduentus, & diuinitatis, quae per corpus operatur. De vtriusque enim suis voluit naturis fidem facere, easque comprobare.

Eiusdem in Theophania.

Quis verè loquetur potentias domini, auditas faciet omnes laudationes eius? Quis illius in nos beneuolentiam magnitudinem verbis expresserit? Humana natura diuinitati coniungitur, vtraque in se natura manente.

Cyrilli episcopi Hierosolimitani, ex carechetica quarta oratione de decem dogmatibus.

Cyrill. Crede autem quod hic vnigenitus Dei filius, propter peccata nostra ex caelis in terram descendit, similibus affectionibus obnoxia hac nostrae suscepta natura, & generatus ex sancta virgine, & sancto spiritu, incarnatione non per visionem aut apparitionem, sed re vera facta, inque tanquam per carnalem, aut tubum per virginitatem transmissus, sed verè ex ipsa incarnatus, qui verè comedit, sicut & nos & lacte ab ipsa verè nutritus est. Sic enim in visione, aut imaginatione esset humanae naturae susceptio, visum quoque & phantasma esset Salus. Duplex erat Christus: homo quidè id quod videbatur, Deus autem quod non apparebat. Comedens quidem vt homo uerè, vt nos habebat enim carnis nobis similes affectiones: quinque autem panibus nutrens quinque millia virorum, vt Deus, moriens quidem verè vt homo: quatuor diuini autem cadaver suscitans, vt Deus, dormiens in nauis, vt homo, & ambulans super aquas, vt Deus.

Antiochi episcopi Ptolemaidis.

Antioch. Ne confundas naturas, & circa aconomiam minimè ostupesces. Sancti Hilari episcopi & confessoris in nono libro de fide sua.

Sua enim vitam non verè hodie, qui Iesum Christum, vtrumque Deum, ita etiam verum hominem, nescit. Res enim in eodem periculo versatur, si Christum Iesum, & spiritum Deum, vel carnem corporis nostri negemus. Quicumque ergo me confessus fuerit coram hominibus, & ego quoque confitebor ipsum coram patre meo qui est in caelis. Quicumque autem negauerit me coram hominibus, & ego negabo eum coram patre meo qui est in caelis. Haec dicebat caro verbum factum, & homo Iesus Christus Dominus

minus gloriae docebat ad salutem ecclesiae, ipse intercessor existens in ipso mysterio, per quod fuit Deo & hominibus intercessor, vtrunque simul vnus existens ex duabus in eodem vnitis naturis. Vnè & idem existens per vtraque naturam, sed sic vt in vtroque, neutro eorum orbatus aut viduatus esset ne vtrique cessaret Deus esse, dum homo nascitur, vel rursus homo non esset, quod Deus permaneret. Haec est ergo beatitudo verè fidei quae est in hominibus, Deum quidè & hominè praedicare, carnè autè & verbum confiteri, & Deum quidè scire quod etiam homo sit, & carnè non ignorare quod etiam sit verbum.

Eiusdem in eodem libro.

A Ex virgine itaque natus homo Deus vnigenitus, & adimpleto tempore vt homo sibi in Deum procheretur effecturus, hunc ordinem seruauit in omnibus, quae dicuntur in Euangelis, vt se quidem esse Dei filium credi doceret, & filium hominis praedicare admoneret, eo quidem quod homo esset, omnia loquens, & faciens quae sunt hominis: ita tamen vt eo ipso qui est in altero genere sermone nunquam loquatur, nisi etià eo ipso significet se esse Deum, & hominè. Simpliciores ergo, & ignorantes iscaecanti fuit haereticis occasio ac praetextus, quod quae ab illo secundum humanitatem dicta sunt mentientes, dicant quod secundum diuinam naturam imbecillitate dicta sunt: & quoniam vnus, & idem est qui omnia loquebatur quae cumque locutus est, ipsi contendant ipsum omnia de se dixisse, neque nos negamus omnia eius verba ac dicta esse proprie eius naturae: Sed quia vnus Christus homo & Deus, & neque homo tunc primum, Deus, neque quando homo tunc non erat etià, Deus, & neque post hominè in Domino, non etià verbum homo, & verbum Deus: necesse est vnè & idem esse mysterium eorum quae ab eo dicta sunt, quod etià fuit natiuitatis, & quando in ipso pro tempore hominem à Deo diuidis, tunc etià quae dei sunt, & quae hominis verba diuide, & quando Deum & hominè confiteris in tempore, Dei quoque & hominis verba discerne. Quando autem Dei & hominis, & rursus hominis omnino, & Dei omnino tempus cogitas, si quid eiusmodi dictum est ad illud tempus significandum, tempore quae dicta sunt accommoda. Et quoniam aliud est ante hominè Deus, aliud autem rursus homo, & Deus, & aliud post hominè, & Deum, totus homo & totus Deus, ne iis quae dicuntur & quae facta sunt confundas diuinam aconomiam mysterium. Necesse est enim, pro qualitate generum & naturarum, aliquid quidem fuisse ipsorum sermonè, cum nondum esset mysterium humanae eius natiuitatis, alium autè, cum adhuc ad mortem tenderet alium cam iam esset aeternus. Ostendens ergo omnia, haec quidem vt Christus Iesus, & natus homo nostri corporis, pro nostrae naturae consuetudine locutus est, haec verò vt Deus, quod Deus esset. Si enim etiam in natiuitate, & passione, & morte, ea quae sunt nostrae naturae peregit, haec tamen omnia suae naturae potentia perfecit.

Eiusdem in eadem oratione.

Vides ita Deum & hominem esse confessum, vt mors quidem homini, Deo autem carnis resurrectione adscribatur. Dei quidè naturam in resurrectionis potentia cogita: humanitatis autem aconomiam, in morte cognosces, & quoniam vtraque propriis naturis facta sunt, fac vnus Iesu Christi illius recorderis, qui est vtrunque. Haec autem ideo paucis ostendi, vt vtraque naturam esse in Domino nostro Iesu Christo meminerimus. Qui enim erat in Dei forma, serui formam accepit.

Eiusdem ex epistola ad Blasium, Sanctissimi episcopi Augustini 38.

Nunc autem hic inter Deum & hominem intercessor apparuit, vt ipse in personae vnione vtraque naturam coniungeret, & mores veris aucturus, & vera moribus temperatus.

Eiusdem de expositione Euangelij

secundum Iohannem.

Quid ergo haereticæ, quando quidem Christus Deus est & homo. Sed si quidem vt homo, Deum autem calumniaris, ille in seipso humanam naturam extollit, tu autem audes illius diuinitatem vilipendere.

Eiusdem de expositione fidei.

Nostrum enim est credere, illius autem scire, & ita ipse Deus verbum, cum quidquid est hominis suscepit, homo sit, & qui adsumptus homo est, cum id totum suscepit quod Deus est, non aliud sit quam quod Deus. Nec quoniam incarnatus & mixtus esse dicitur, diminutam eius substantiam esse existimandum est. Scit Deus seipsum miscere absque propria corruptione & interitu, & verè quidem miscetur, ita autem nouit in se suscipere, vt nihil ei additamenti cresceret. Vt ipse nouit, seipsum totum infudit, ita vt nulla ei diminutio eueniret. Ne ergo ex nostra imbecillitate iudicantes, & ex sensibus experientiae doctrinis coniectantes, quemadmodum creaturae ex aquo inter se miscentur, Deum & hominem commixtum esse putemus, nec verbum carnem fuisse confusum, & tanquam aliquid ex eis corpus factum esse credamus, ne forte instar eorum quae confunduntur, duas naturas in vnam substantiam deductas esse existimemus. Eiusmodi enim mixtio, est vtriusque partis corruptio & interitus. Christus autem continens, sed non contentus, scrutans non scrutatus, D implens non impletus, vbique totus simul existens, & per vniuersum simul procedens, vt suam infunderet potentiam, vt pote misericors, humanae naturae mixtus est: non tamen hominis natura diuinæ commixta est.

Seueriani Episcopi Gabalarum, De natiuitate Christi.

Verè caeleste & terrestre mysterium, quod videtur, & non apparet. Talis enim quoque Christus natus: caelestis, & terrestis, qui continebatur, & non continebatur, qui videbatur, & sub visum non cadebat. Caelestis, secundum naturam diuinitatis, terrestis, secundum naturam humanitatis. Vide.

batur secundum carnem, non videbatur secundum spiritum, & continebatur quo ad corpus, quantum autem ad verbum attinet, contineri non poterat.

Attici Episcopi Constantinopolitani, ex epistola ad Euphychium.

Quid ergo oportuit facere sapientissimum? Adsumpta carnis intercessione, & Dei verbi ex Maria genito homini vnione, sit vtrunque, vt qui ex veris que vnitus erat Christus, diuinitate quidem disponens, in sua impatibilis naturae maneret auctoritate, cum carne autem morte conuersans, simul quidem & carni cum qua generis affinitate iunctus erat, se mortem per mortem despiciere ostenderet, & simul etiam noui testamenti iura morte confirmaret.

Cyrilli Episcopi Alexandrini, ex epistola ad Nestorium.

Et quod diuersae quidem naturae in vnam veram vnionem collocatae sunt, vnus autem ex ambabus Deus & filius, non tanquam naturarum differentia propter vnionem sublata.

Eiusdem ex epistola ad Orientales.

Duarum enim naturarum vnio facta est. Quare vnum Christum, vnum filium, vnum Dominum, confitemur per hanc inconfusam vnionis intelligentiam. Confitemur Sanctam virginem Deiparam, quae Dei verbum incarnatum, & homo factum, ex eius conceptione templum ex ipsa factum sibi vnierit.

Eiusdem.

Vnus enim Dominus Iesus Christus, etiam si naturarum non ignoretur differentia, ex quibus ineffabilem vnionem factam esse dicimus.

Eiusdem.

Laudantes ergo, vt dixi, modum incarnationis, videmus duas naturas inter se inuicem conuenisse vnione inseparabili, absque vlla confusione, & diuisione. Caro enim caro est, & non diuinitas, etiam si Dei caro facta sit. Similiter autem etiam verbum Deus est, & non caro, etiam si certo suae economiae consilio propriam carnem fecerit.

Eiusdem, ex interpretatione epistolae ad Hebraeos.

Si enim etiam diuersae, & inter se inaequales, eorum quae ad vnionem concurrerunt, naturae, carnis, inquam, cogitentur & Dei, vnus tamen est qui ex vtriusque constat filius.

Eiusdem, in interpretatione eiusdem epistolae.

Et si enim forte dicatur vnigenitum Dei verbum esse carni in substantia vnitum, non dicimus vllam fuisse factam naturarum inter se confusionem, sed vtranque potius id exitisse quod est.

Eiusdem de scholiis.

Homo nominatus est, licet secundum naturam Deus esset, quod ex virgine natus est verbum vt quod similiter ac nos fuit carnis & sanguinis particeps. Ita enim visus est iis, qui in terra erant, & non dimisit quidem quod erat, sed nostram humanitatem adsumpsit, quae se perfecte habet, propria ratione.

Eiusdem, de incarnatione.

Vnus ergo est etiam ante incarnationem verus Deus, & manens in humanitate, quod erat, est, & erit. Non est ergo diuidendus vnus Dominus Iesus Christus seorsum in hominem, & seorsum in Deum, sed vnum & eandem Christum Iesum esse dicimus, scientes naturarum differentiam, & eas inter se inconfusas seruantes.

Eiusdem post alia.

Intellige enim omnino vt alterum, quod in altero habitat, hoc est, diuina natura in humanitate: & nec vllam commixtionem, nec concretionem, nec translationem passa fuit quod non erat. Quod enim in altero dicitur habitare, non est id quod est, in quo habitat. Intellegitur enim potius alterum in altero. Sed in natura verbi & humanitatis, nobis solam differentiam significat. Vnus enim Christus ex ambobus intelligitur. Hoc ergo pulchre conseruans, quod nulla sit confusio, dicit verbum in nobis habitasse. Vnum enim filium nouit vnigenitum, qui caro factus est, & naturam humanam suscepit. Audi uisti, O uir egregie, magna orbis lumina, & eorum doctrinae radios intuitus es, & exacte didicisti quod non solum post natiuitatem, sed etiam post salutiferam passionem, & resurrectionem, & ascensionem, inconfusam diuinitatis & humanitatis vnionem ostenderunt.

E R. Non existimabam eos diuidere naturas post vnionem: sed diuisionem inueniri infinitam.

Apollin. O R. Insani est & nimium temerarij hominis aduersus viros illos insignes fideiq; principes linguam mouere. Vt autem scias quod etiam Apollinaris dicit inconfusam fuisse vnionem, eius quoque tibi verba afferam. Audi ergo eum dicentem.

Apollinaris, ex libro compendiaro.

Vnitur ergo Deus & corpus adorandus opifex sapientia, & qui est aeterna potentia. haec ex diuinitate filius Mariae ultimo tempore natus, adoro Deum. Sapientia proficiens, virtute confirmatus, haec ex corpore. Pro peccato quidem passio & maledictum processit. Sed non praeteribit, neque in incorporeum mutabitur.

Et rursus paulo post.

Homines autem sunt eiusdem substantiae cum animalibus ratione carentibus, quod ad corpus attinet quod caret ratione. alius autem sunt substantiae, quatenus sunt ratione praediti. Ita etiam Deus eum sit eiusdem substantiae cum hominibus, quod ad carnem attinet, est alius substantiae, quatenus est verbum & homo. Alibi autem sic dicit. Eorum quae commiscetur, qualitates miscetur, non intereunt. Quo fit vt etiam nonnulla a commixtis separentur, sicut vinum ab aqua, nec comixtionem cum

cum corpore, nec qualis est corporum cum corporibus, sed quae est etiam absque commixtione, ita vt prout oportuerit, semper diuinitatis operatio, vel sit seorsum, vel admisceatur: quemadmodum vsu venit in ieiunio Domini, admixta quidem diuinitate, quod ea nullius egeat, arcebat fames. cum autem non opponeret indigentiae suam nullius rei indigentiam, exorta est fames ad Diaboli confusionem. Si autem corporum mixtio nequaquam mutata est, quanto magis diuinitatis? Et in alio etiam loco haec dicit. Si ignis cum ferro comixtio, quae ferrum ita ostendit, vt etiam eafaciat quae sunt ignis, eius naturam non mutat: nec Dei cum corpore vnio, est mutatio corporis. Atqui corpore diuinas praebente operationes iis qui possunt attingere, eis rursus coniungit. Si homo habet animam & corpus, eaque manent in vnione: multo magis Christus habens diuinitatem cum corpore, habet vtranque permanentia, & non confusa.

Et rursus paulo post.

Est enim humana diuinae operationis particeps, quoad licet: est autem alia, vt minima a maxima. Et homo quidem seruus Dei est. Deus autem non est seruus hominis, nec suus, & ille quidem Dei est creatura: hic vero nec hominis, nec sui ipsius est creatura.

Et paulo post.

Si secundum diuinitatem in Christo accipit quispiam hoc, Qui videt patrem, & ipse fecit: & non secundum carnem, per quam qui est incarnatus, seorsum est ac separatum a patre non incarnato: diuidit duas diuinas operationes, sed non diuiditur, non dicit ergo diuinitatem. Deinde rursus haec quoque posuit. Sicut homo non est expertus rationis, addita ratione rationis vacuitas, ita nec Seruator est creatura, in creatura Deo creatura addita. nis autem haec quoque adiungit. Quod sub aspectum non cadit, & est compositum, ideoque aspicitur, manet etiam non aspectabile, manet autem etiam incompositum, quatenus non vna circumscribitur cum corpore, manensque in sua mensura corpus adsumit cum Deo vnionem eo quod viuificetur, neque viuificatum viuificat.

Et paulo post, sic rursus dixit.

Si ne animae quidem cum corpore commixtio, licet ab initio concreuerit & coaluerit, efficit vt ea per corpus cerni possit, nec eam in alias corporis proprietates commutat & conuertit, vt id scilicet vel secetur, vel diminuat: quanto magis Deus, qui non est cum corpore congenitus & coalitus, vnitur corpori immutabiliter: & si corpus hominis manet in propria natura, idque animatum: neque in Christo commixtio immutauit corpus, vt non esset corpus.

Et post plurima, haec rursus posuit.

Qui animam & corpus confitetur, tanquam vnum, a scriptura statui, sibi ipsi repugnat, vt qui quam dicit verbi cum corpore vnionem esse mutationem, nec in anima dicat considerari. Audi eum rursus aperte clamantem. Si qui carnem Domini dicunt non remanere, sunt impij: multo magis qui nec ab initio quidem incarnatum fuisse consentunt.

Et in libello de incarnatione rursus haec scripsit.

Illud ergo, Sede a dextris meis, dicit tanquam ad hominem. Neque enim ei qui semper sedet in throno gloriae, quatenus Deus verbum, dictum est, post ascensionem e terra: sed ei qui nunc in caelestem gloriam fuit exaltatus, quatenus homo, vt dicunt Apostoli. Non enim Dauid in caelos ascendit. Ipse autem dicit. Dixit Dominus Domino meo sede a dextris meis. Humanum quidem iussum, quod dat sessioni principium, sed diuina est auctoritas, & dignitas, cum Deo considerare, cui ministrat mille millia, & quem innumerabiles circumsunt myriades.

Et paulo post.

Non enim tanquam Deo subiicit inimicos, sed tanquam homini, vt idem sit & Deus qui videtur, & homo. Quod autem tanquam homini dicitur illud, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum, docet Paulus, proprium eius factum esse, dicens videlicet quod attinet ad diuinitatem, & actus naturam, quatenus ipse potest etiam sibi omnia subiicere. Vide inseparabilem in vna persona diuinitatem & humanitatem.

Et post quaedam alia pauca.

Glorifica me tu apud te ipsum, gloria quam habebam apud te, antequam mundus esset apud te. Illud enim Gloriae, dicit vt homo, se autem habuisse gloriam ante saecula, vt Deus reuelat.

Et rursus paulo post.

Sed nos ne humiles abiectique reddamur, humilem abiectamque existimantes filij Dei adoratione etiam cum humana similitudine, sed tanquam regem aliquem, qui vel in vili veste apparuerit, regia gloria, & honore afficientes, & maxime cum videamus ipsum quoque indumentum gloriae & honore affectum, vt conueniebat corpori, Dei, & Seruatori mundi, & vitae aeternae femini, & diuinarum actionum instrumento, qui omne vitium sustulit, & mortem peremit, & resurrectionis author fuit, & princeps, etenim etsi naturam habuit ex hominibus, sed vitam ex deo habuit, & potestatem ex caelo diuinamque virtutem.

Et paulo post.

Vnde nos corpus adoramus, vt verbum: corporis sumus participes, vt spiritus. accetibi eum, qui primus naturarum confusionem inuexit, ipsum quoque diuisione vt aperte ostensum est. Is corpus & vestem, & creaturam, & instrumentum appellauit. Quia etiam seruum quoque & mancipium vo-

ieiunium ferrum ignium

Seruus Creatura Anima est corp.

Aff. 2.

10 an. 17.

Attici

Cyrill.

homodc

Apollin.

Homines.

A

B

C

A

B

C

D

cauit, quod nullus nostrum vnquam dicere ausus est. Hoc etiam dixit dignatum esse sessione à dextris & alià etiam plurima, quæ à vana vestra hæresi eiciuntur.

E R. Et quam obrem, qui primum commixtionem & confusionem induxit, tantam verbis suis diuisionem statuit?

O R. Cogit vis veritatis, eos etiam, qui ei valde repugnant, iis quæ ab ipsa dicuntur assentiri. Sed si tibi videtur, id etiam quod de impatibilitate Domini dicitur agitemus.

E R. Scis etiam Musicos solere chordas quieti tradere, easque remittere, paxillos circumagentes. Quod si ea etiam quæ anima & ratione carent penitus, aliqua quiete indigent, nihil vti quæ à ratione alienum absurdum fecerimus qui sumus animæ & rationis participes, si vtriusque laborem metiamur. Differamus ergo in crastinum.

O R. Diuinus quidem Dauid iubet nos die & nocte diuina eloquia meditari. fiat tamen vt dixisti, & in crastinum referemus eorum quæ restant inquisitionem.

Finis Secundi Dialogi.

IMPATIBILIS DIALOGVS

TERTIVS.

ORTHODOXVS ET ERANISTES.

ORTH.

QUOD DEVS quidem Verbum, sit immutabilis, & homo factus sit, non in carnem conuersus, sed humana perfecte accepta natura, in iis quæ antea fuerunt examina ostendimus. Quod autem etiam post vnionem mansit qualis erat, ab interitu & corruptione alienus, immutabilis, & qui circumscribi non potest, & quod quam accepit naturam inegram conseruauit, nos docet aperte sacra scriptura. Quinetiam ecclesiarum doctores, & orbis terrarum lumina, nos id docuerunt. Restat ergo nobis vt de passionem verba faciamus, quod est nobis propositum. Id autem erit longe vtilis simum, vt quod nobis diuina fluenter obtulerit.

E R. Hanc ego quoque valde vtilem disputationem existimo, sed à nobis prius institutum ordinem non seruabo, verum ipse interrogabo.

O R. ego autem respondebo, nec ordinis mutationem formidabo. Veritatis enim patronus, non solum inter rogans, sed etiam interrogatus, veritatis robur obtinet. Roga ergo vt volueris.

E R. Quem dicis passionem sustinuisse? O R. Dominum nostrum Iesum Christum. E R. Homo ergo nobis salutem præbuit. O R. Hominem enim esse Dominum nostrum Iesum Christum confessi sumus solum. E R. Nunc defini quid Christum esse credis. O R. Filium Dei viuentis, qui homo factus est. E R. Dei autem filius, Deus? O R. Deus, eandem habens substantiam cū Deo qui genuit.

E R. Deus ergo passionem sustinuit. O R. Si in corpore cruci affixus est, diuinitati passionem tribuit. Sin autem carne adsumpta homo factus est, cur id quidem, quod est paribile, impatibile esse finis, quod autem est impatibile, passionem subiicit? E R. Sed ideo carnem adsumpsit, vt per patibile, id quod est impatibile, passionem sustineret. O R. Impatibile dicis, & ipsi passionem tribuis.

E R. Dixi cum accepisse carnem, vt pateretur. O R. Si ea fuit eius natura, vt posset passionem suscipere: & id etiam sine carne pati potuisset: erat ergo caro superuacanea. E R. Diuina natura est immortalis, carnis autem, mortalis. Itaque immortalis mortali vnita est, vt per illam mortem gustaret.

O R. Quod est natura immortale, ne si mortali quidem coniungatur, mortem subit, & hoc est facile cognoscere. E R. Hoc ostende & solue dubitationem. O R. Dicis humanam animam immortalem, an mortalem? E R. Immortalem. O R. Corpus autem, mortale an immortale? E R. Mortale scilicet. O R. Ex his autem naturis dicimus ne constare hominem? E R. Ita dicimus. O R. Immortale ergo mortali coniunctum est. E R. Verum. O R. Sed coniunctione seu vnione dissoluta, quod mortale quidem est, suscipit mortis terminum: manet autem anima immortalis, quanuis peccatum mortem introduxerit. An non mortem supplicium esse putas? E R. Hoc diuina docet scriptura. Ab ea enim discimus, quod cum Deus Adæ prohibuisset ne cognitionis arboris esset participes, subiunxit, Qua autem die ex ipso comedetis, morte moriemini. O R. Mors ergo eorum qui peccarunt pœna est. E R. In confesso est. O R. Quænam ergo causa est, quod cum corpus, & anima simul peccarunt, solum corpus subit mortis supplicium? E R. Ipsum enim lignum male aspexit, & manus extendit, & fructum vitium diripiuit, ipsumque rursus os dentibus hoc comminuit, & molatibus læuigauit: porro autem cū Oesophagus seu gula id suscepisset, trāsmisit ad vetriculū. Ille autem conuersus & immutatū iecoti tradidit. Iecur autem quod accepit id mutauit in naturam sanguinis, & venæ causæ tradidit. Illa autem venis quæ proxime coheret. Illæ verò per alias corpori, & ita ad omne corpus peruasit preda cibi prohibiti. Iure ergo solum corpus pro peccato supplicium subiit. O R. Nobis naturaliter de nutrimento discimus, & per quot partes procedens, & quot mutationes suscipiens, conuertitur in naturam corporis. Sed illud quidem certe non potuisti peripicere, quod sine anima nihil eorum quæ dicta sunt corpus efficit. A coniuncta enim anima derelictū, iacet vocis, & respirationis expers, mutumque & immobile, & neq; oculus videt, aut benè, aut malè, neq; aures vocū sonū admittit, manus nō mouetur: pedes nō ingrediuntur, & est simile instrumento cui deest musculus. Quomodo ergo dixisti corpus solum peccasse,

Mat. 10.

caste, quod sine anima ne potest quidem omnino respirare? E R. Corpus quidem vitam ab anima accipit, sed damnosam peccati possessionem animæ conciliat. O R. Quonam modo? E R. Per oculos quidem, efficit vt malè videat, per aures autem vt audiat ea quæ non est vtile, & per linguam, vt loquatur quæ damnus atque adeo exitium afferunt, & per alias partes, ea quæ nefas est facere. O R. T. H. Surdi nobis, vt videtur beati existimandi sunt, quique visu orbati, & aliis partibus priuati sunt. Neque enim eorum animæ vllam ex corporis improbitate omnino iacturam sentiunt. Cur autem, o sapientissime, vituperandorum quidem corporis ministeriorum meministi, quæ sunt autem vel magna laude digna prætermisisti? Licet enim & amicè, & benignè intueri, & compunctionis lachrymam abstergere, diuinamque audire eloquia, & egenti & roganti aurem præbere, linguamque creatorem celebrare, & proximum docere quæ opus est, manusque porrigere ad misericordiam, & vt semel dicam, ad omnem virtutem assequendam vti partibus corporis. E R. Vera hæc sunt.

O R. T. H. est ergo proprium animæ, & corporis, & leges seruare, easdemque transgredi. E R. Comune. O R. T. H. Mihi videtur vtrique præesse animæ, vt quæ ante corpus vtatur ratio cinatione.

E R. Quo modo hoc dicis? O R. Mens primum virtutem vel vitium describit, ac de lineat, & ea ita format, vtrens quidem instrumentis partibus corporis, coloribus autem & materiis, iis quæ ad vtrunuis conferunt. E R. Videtur. O R. Si ergo peccat vnà cum corpore, vel potius peccato imperat: vt animal enim reget, & id perinde, ac auriga currum, gubernaret, eius fidei creditum est: cur si peccati est focia, non partem quoque habebit supplicij. E R. et quomodo fieri posset, vt quæ est immortalis ei mors obueneret? O R. T. H. Iustum tamen erat, vt quæ peccati fuit participes, esset quoque participes supplicij. E R. Iustum. O R. Non fuit autem participes. E R. Nequaquam. O R. In futura autem vita simul cum corpore tradetur gehennæ.

E R. Ita dixit. Ne timeat eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Sed magis eum timeat, qui animam & corpus post perdere in gehennam.

O R. ergo in hac quidem vita effugit mortem, vt quæ sit immortalis. In illa autem vita dabit pœnas, non mortem quidem subiens, sed in vita punita. E R. Hoc etiam docet sacra scriptura.

O R. Fieri ergo non potest, vt mortem subeat natura immortalis. E R. Ita visum est.

O R. Quomodo ergo dicitis Deum verbum mortem gustasse? Si enim quod immortale creatum est, visum est fieri non posse mortale: quomodo fieri potest, vt qui non creatus, & ab æterno est immortalis, quique mortalium & immortalium naturarum est effector, sit mortis participes?

E R. Scimus nos quoque eius immortalis naturam, carne autem ipsum dicimus mortis fuisse participem. O R. Sed nos aperte ostendimus nullo modo posse mortis esse participes, quod est natura immortale. Neque enim anima quæ vnà cum corpore creata, eique coniuncta est, & cum eo peccati fuit participes, potuit cum eo mortis habere societatem, propter solam naturæ immortalitatem. Hoc ipsi autem etiam aliter consideremus. E R. Nihil verat quod minus omnem moueamus lapidem, vt veram inueniamus. O R. Sic ergo queramus. Virtutis & vitij dicimus ne esse aliquos magistrōs, aliquos autem eorum ipsorum Discipulos? E R. A N. Dicimus. O R. Virtutis autem magistrum, maiori ne mercede ac remuneratione dignum esse dicimus? E R. Maximè.

O R. Similiter autem vitij magistrum duplæ ac triplæ pœna dignum? E R. Verum.

O R. Diabolus autem quo in loco ponendus est? Magistrum ne esse dicimus, an discipulum? E R. Magistrorum quidem magistrum. Ipse enim omnis vitij & iniquitatis est & pater & magister.

O R. Quinam ergo homines fuerunt primi eius Discipuli? E R. Adam & eua.

O R. In quosnam autem lata est mortis sententia? E R. In Adam & vniuersam genus illius.

O R. Discipuli ergo pœnas dederunt eo quod male docti sunt. Magistrum autem, quem nuper duplo ac triplio supplicio dignum esse dicimus, etiam pœnam effugere consentaneum est. E R. Videtur. O R. et tamen quanuis hæc ita facta sint, iustum iudicem & scimus & nominamus. E R. Maximè.

O R. Cur ergo cum sit iustus, non exegit ab illo rationem malæ suæ doctrinæ?

E R. Illi quidem nullo vnquam tempore extinguendam gehennæ flammam construxit. Ite, inquit, male dicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & angelis eius. Hic autem ea de causa nō fuit cum suis discipulis mortis participes, vt qui naturam haberet immortalem.

O R. Nec ergo, qui maxima crimina perpetrarunt, existimantur posse esse mortis participes, si naturam habeant immortalem. E R. A N. In confesso est. O R. Si ergo ne ipse quidem vitij inuentor & magister, mortis participes effectus est, propter immortalitatem nature, quomodo non horretis, dicentes ipsum immortalitatis & iustitiæ fontem, mortem obiisse?

E R. Si quidem eum inuitum mortem subiisse diceremus, aliquem fortasse iustum pretextum haberet vestra nostri accusatio. Si autem passio spontanea, & mors voluntaria à nobis predicatur non nos accusandi, sed laudanda est eius insignis humanitas. Lubens enim passus est, & volens mortem obiit.

O R. Diuinam, vt est veri simile, naturam penitus ignoratis. Dominus Deus nihil vult eorum, quæ non sibi suapte natura iustis, potest autem quæcunquæ vult, vult autem quæ sunt suæ nature apta & conuenientia.

E R. Nos dicimus omnia esse Deo possibilia.

O R. Indefinitè enuntians, ea quoque cōprehendis quæ diabolo conueniunt. Qui enim absolutè dixit, omnia, & quæ bona sunt, & quæ his contraria, simul dixit.

Anima præst.

Mat. 10.

Diabolus vitij Magister.

Discipuli primi homines.

Mat. 25.

ERAN.

I. 110.

ERAN. Beatus ergo Iob non dixit absolute. Scio quod omnia potes, & nihil est tibi impossibile.
 O R. Si legeris quae à iusto antea dicta sunt, horum quoque scopum & institutum ex illis inuenies. Sic autem dicebat. Memento quod lutum me formasti, in terram autem me rursus conuerteris, an non sicut lac me mulsisti, coagulasti autem tanquam caseum, pelle & carne induisti me, ossibus autem & pernis compegisti me, vitam autem & misericordiam posuisti apud me, uisitatio autem tua seruabat spiritum meum. His subiungit. Hæc habens in me ipso, scio quod omnia potes, & nihil est tibi impossibile. Quæcumque ergo his conueniunt, & à corruptione & interitu alienam decent naturam, possibile dicit uniuersorum Deum, E R. Nihil non potest qui omnia potest Deus. O R. Et peccare ergo potest qui omnia potest Deus, ut tu quidem desinis. E R. Nullo modo. O R. T. H. Quare? E R. Quoniam non uult. O R. T. H. Quare? E R. Quoniam ab eius natura alienum est peccare. O R. Multa ergo non potest, multa sunt enim peccatorum genera. E R. Nihil horum est eiusmodi, ut ea Deus uel velit uel possit. O R. T. H. Sed nec illa quæ sunt diuinæ naturæ contraria. E R. Quæ hæc? O R. Quæ admodum, intelligentem & ueram lucem Deum esse didicimus. E R. Verè. O R. Sed nec ipsum esse tenebras dixerimus aut posse, aut uelle. E R. A N. Nequaquam. O R. T. H. rursus inuisibilem eius naturam dicit sacra scriptura. E R. A N. Ita dicit. O R. T. H. Sed ut ea sit uisibilis fieri posse nunquam dixerimus. E R. Minimè.
 O R. Sed nec ut sit comprehensibilis. E R. Neutiquam.
 O R. Est enim incomprehensibilis, & quem nemo omnino possit assequi, E R. Vera dicis.
 O R. Ergo nec qui est, fieri potest ut non sit. E R. Absit. O R. Sed nec ut pater sit filius.
 E R. Est ex numero eorum quæ fieri non possunt. O R. Neque uerò ut qui est ingenuus, sit genitus.
 E R. Quomodo enim fieri posset? O R. Sed neque filius fuerit unquam pater.
 E R. Nequaquam. O R. Neque spiritus sanctus fieri unquam poterit filius uel pater.
 E R. Hæc omnia sunt ex numero eorum quæ fieri non possunt.
 O R. Multa quoque alia eiusmodi inuenimus quæ fieri non possunt. Neque enim quod est æternum, fuerit subiectum temporis: neque quod est increatum, creatum uel factum: neque finitum, quod est infinitum, & quæ sunt his similia. E R. Nihil horum potest fieri. O R. Multa ergo inuenimus, quæ qui omnia potest Deus. E R. Certè. O R. sed horum quidpiam non posse, est infinitæ potentia signum non imbecillitatis, posse autem, utique impotentia, non potentia. E R. Quomodo hoc dicit?
 O R. Quoniam unumquodque eorum, Deum esse immutabilem, ueritque & diuersum fieri nõ posse prædicat. eum enim qui bonus est, non posse malum fieri, in signum bonitatem significat, & eum qui iustus est non posse esse iniustum, nec eum qui uerus est, mendacem, in ueritate ac iustitia firmitatem stabilitatemque significat. Ita etiam uera lux nunquam fuerit tenebræ, nec qui est, fieri unquam possit ut non sit. sufficiens enim & perpetuum habet esse, lux que est immutabilis, nec diuersa potest fieri. Ita etiam si alia consideraueris, inuenies illud non posse, summam potentiam significare. Ita in Deo talia non posse, diuinus Apostolus & intellexit & posuit. Ad hebræos enim scribens, sic dicit. Ut per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, firmam consolationem habeamus, nõ esse infirmum ac imbecillum illud impossibile, sed ipsum ualde potens, & validum ostendens. Ita enim inquit, uerum est, ut fieri non possit, ut in eo unquam sit falsum aut mendacium. Veritatis itaque potentia per id quod fieri non potest significatur. Ad Beatum autem Timotheum scribens, hæc quoque adiecit. Fidelis sermo, nam si commortui sumus, & conuiuemus, si sustinebimus, & contregnabimus, si negauerimus, & ille negabit nos. si diffidimus, ille fidelis manet, se ipsum negare non potest. rursus ergo illud, non potest, infinitam potentiam significat. Nam etiam si omnes homines ipsum negauerint, ipse, inquit, Deus est, & à propria natura non recedit. Habet enim suum esse eiusmodi, ut in ipsum non cadat interitus. Hoc enim significat illud, se ipsum negare non potest. redundantem ergo potentiam significat eius in deterius mutationis impotentia.
 E R. Hæc uera sunt, & sacra scripturæ dictis conuenientia.
 O R. si ergo multa sunt quæ deus non potest, & tot quæ sunt diuinæ naturæ contraria: cur alia omnia omittentes quæ sunt ei secundum naturam, bonum, iustum, uerum, quod uideri non potest, quod nemo eum assequi potest, & quod nequit circunscribi, æternum, & alia quæ Deo adesse dicimus, solam immortalitatem & impatibilitatem mutabiles esse dicitis, & in eis conceditis ut uerit & diuersa fieri possint: Deoque potentiam datis, quæ infirmitatem & imbecillitatem significat.
 E R. Hoc nos sacra scriptura docuit. etenim diuinus Ioannes clamat. sic deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. et diuinus paulus. si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filii sui, multo magis reconciliati, seruabimur in uita ipsius.
 O R. Hæc quidem uera sunt sunt enim diuina eloquia sed recordare eorum quæ sæpe confessi sumus. E R. Quænam dicis? O R. Quod filium Dei Deum uerbum non in corporeum apparuisse, sed humanam naturam perfectam suscepisse confessi sumus. E R. Hæc confessi sumus.
 O R. si ergo corpus & animam accepit humanam, ea ratione etiam filius hominis appellatus est.
 E R. Verum. O R. ergo Dominus Iesus Christus, etiam Deus noster uerè. Earum enim naturarum aliam quidem semper habuit, aliam uerò uerè accepit.
 E R. Hæc sunt sine omni controuersia. O R. T. H. Ergo ut homo passionem subiit, ut Deus autè, maior & potentior mansit, quam ut possit pati. E R. A N. Quomodo ergo sacra scriptura Dei filium passum esse dicit? O R. Quoniam quod passum est corpus, fuit eius corpus. sic autem consideremus. Quando

Operis multa non potest.

Quedam non posse potentia, posse, impotentia. Heb. 6.

2. Tim. 2.

Ioan. 3. Rom. 3.

Quando audimus sacram scripturam dicentem. Factum est postquam conuenerunt Isaac, caligauerunt eius oculi ne uiderent, mens nostra quo fertur, & in quem desigitur, in animam Isaac, an in corpus? E R. Clarum est quod in corpus.
 O R. Ergo etiam animam conuicimus fuisse caritatis affectionis participem? E R. Neutiquam.
 O R. Sed solum corpus sensus uisum priuatum esse dicimus? E R. Ita dicimus. O R. et rursus quando audierimus Amasiam dicentem propheta Amos, Videns, uade in terram Iuda, atque etiam Saul scilicet tantem, ubi est domus uidentis, nihil corporale suspicamus. E R. Minimè.
 O R. ea tamen omnia significant sanitatem eius partis qua uidetur. E R. Verum.
 O R. Scimus tamen quod purioribus animis suppeditata spiritus operatio gratiam immittit prophetam. Ipsa autem efficit ut uel occulta uideat. Quod ea autem uideant, ut ipsi uidentes & cernentes appellerentur facit. E R. Vera dicis.
 O R. T. H. I ergo illud quoque consideremus. E R. Quidnam? O R. Quando audierimus sacrorum euangeliorum historiam declarantem, quod obtulerunt Deo Paralyticum in lecto iacentem, partim enim animæ dicimus fuisse solutionem, an corporis?
 E R. Clarum est quod corporis. O R. Quando autem epistolam ad Hebræos legentes, inuenimus illum locum ubi dicit Apostolus. Propter quod remisit manus & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus uestris, ut non quod claudicat auertatur, magis autem sanetur, de partibusne corporis dicemus hæc sanctum Apostolum dixisse? E R. Nullo modo.
 O R. T. H. Sed animæ timiditatem & ignauiam eum auferre dicemus, & ad uirtutem & animi magnitudinem incitare discipulos? E R. Maximè.
 O R. T. H. Sed non inuenimus hæc sacra scriptura distingui, neque enim cum Isaac narraisset cæci-
 tatem, corporis meminit, sed Isaac absolute dixit esse cæcum, nec cum prophetas nominasset uidentes, phetæ dixit eorum animas uidere, & intueti quæ occulta sunt, sed ipsarum tantum personarum meminit.
 E R. Hæc ita habent. O R. Neque uerò paralytici corpus ostendit esse solum, sed hominem nomen uauit paralyticum. E R. Verum.
 O R. Nec diuinus Apostolus animarum nominatim meminit, eas confirmare, & excitare uolens.
 E R. Non certè. O R. Nos autem sensum uerborum perscrutantes, cognoscimus quænam animæ, et quænam sunt corporis propria. E R. et merito quidem ita facimus. Nos enim rationis facultate præditos fecit Deus. O R. Hæc ergo ratione in eo etiam qui nos fecit & seruauit utamur: & agnoscamus quænam eius diuinitati, & quæ humanitati conueniunt.
 E R. Sed si ita fecerimus, summam illam unionem soluemus.
 O R. Atqui cum in Isaac, & Prophetis, & Paralytico, & in aliis hoc fecimus, naturalem animæ & corporis unionem non soluimus, sed nec à propriis corporibus animas separauimus: sed sola ratione discreuimus, quid sit proprium animæ, quid corporis. Quomodo ergo non est miserum, nos qui hoc in animis & corporibus facimus, id in seruatoris nostri corpore facere recusare, & naturas confundere quæ habent inter se differentiam, non quantā habet anima ad corpus: sed quantum distat quod esse recens ab æterno: & quod factum est, ab eo qui fecit.
 E R. Sancta scriptura dicit filium Dei passionem sustinuisse. O R. T. H. Nec nos aliquem alium passum esse dicimus: scimus tamen, docti à sacra scriptura, esse impatibilem naturam diuinitatis. Cum ergo impatibilitatem & passionem audimus, humanitatisque & diuinitatis unionem, patibilis corporis passionem esse dicimus. Impatibilem autem naturam à passione liberam mansisse constitemur.
 E R. Corpus ergo nobis salutem procurauit.
 O R. T. H. Nõ solum hominis corpus, sed Domini nostri Iesu Christi unigeniti Dei filij. Si in autè id tibi paruum & uile putatur, quomodo eius typum ac figuram uenerabile & salutarè existimas? Cuius autem typus est adorandus & uenerandus, quemadmodum est ipsum exemplar archetypum uile, & aspernandum? E R. A N. Non existimo uile corpus, sed ut à diuinitate separetur non patior.
 O R. T. H. Nec nos quidem, ò uir bone, unionem diuidimus, sed quæ sunt naturarum propria consideramus, atque tu ea utique statim fateberis. E R. Hæc tu prophetice dicis.
 O R. Non prophetice, sed ut qui sciam vim ueritatis. Sed tu mihi hoc quoque interroganti responde. Quando Dominum dicentem audieris, ego & pater unum sumus, & qui uidit me, uidit & patrem, dicitur ne hæc propria carnis, an diuinitatis? E R. et quomodo fieri potest, ut caro & pater in substantia unum sint. O R. Hæc ergo diuinitatem significant. E R. A N. Verum.
 O R. et hoc in principio erat Verbum, & Deus erat uerbum, & quæ sunt his similia. E R. In cõfesso est. O R. Quando autem rursus dicit sacra scriptura. Iesus autem defatigatus ex itinere sic sedebat supra fontem, cuius existimanda est lassitudo, diuinitatis an corporis.
 E R. Non possum ferre ut quæ unita sunt diuidantur. O R. T. H. Diuinæ ergo, ut uidetur, naturæ lassitudinem tribuis. E R. Ita mihi uidetur. O R. Sed aperte Prophetæ contra dicis, qui clamat, Non esuriet, neque defatigabitur, neque est eius prudentia inuentio, qui dat robur esurientibus, & iis qui non dolore afficiuntur tristitiam. et paulo post. Qui autè me sustinent, uires mutabunt, penas ut aquila producent, current, & non defatigabuntur, ambulabunt, & non esurient. Quomodo ergo qui aliis largitur ut nec egeat nec defatigetur, ipse lassitudinis famisq; & sitis affectionem sustinuit. E R. Sæpe dixi Deum esse impatibilem, & nullius rei egentem: sed post incarnationem affectiones sustinuit.
 O R. T. H. Diuinitatē affectiones suscipiens, an patibilis naturæ cedens, secundum naturam affectiones

Gen. 27.

Heb. 12.

nes sustinet, & eo ipso quod patitur, predicat & proclamat, quod non est visioe aut imaginatione apparens, sed vere ex humana natura desumptum. Ita autem consideremus. Diuinam ne naturam non posse circumscribi dicimus? ERAN. Certè.

OR. Quæ autem circumscribi non potest, natura à nullo circumscribitur? ER. Nequaquam. OR. Non eget ergo à loco ad locum transiitione, est enim ubique? ER. Verum.

OR. Quod autem transiitione non indiget, neque ambulatione? ER. Videtur. OR. Quod autem non vadit aut ambulat, non defatigatur? ER. Nequaquam. OR. Non ergo defatigata est diuina natura, cum circumscribi nequeat, & ambulatione non eget? ER. Sed diuina scriptura narrat Iesum fuisse defatigatum. Iesus autem Deus est. Vnus enim Dominus Iesus Christus, per quem omnia.

1. Cor. 8. OR. Quoniam ergo sacra scriptura ipsum dicit defatigatum esse, & non defatigari: considerandum est quomodo hoc & illud potest vni personæ accommodari. ERAN. Tu hoc ostende. Tu is enim es qui nobis diuisionem inuehis. OR. T. H. Existimo hoc facile esse vel barbaro discernere, quod eum dissimilium naturarum vnio in confesso sit, Christi quidem persona, & hæc, & illa propter vnionem suscipit, vtri que autem naturæ quæ ei sunt apta attribuntur, ei quidem quæ circumscribi nequit, esse indefatigabilem, ei verò quæ transit & ingreditur, labor & defatigatio. Pedum enim proprium est, ingredi, & neruorum, nimio labore extendi. ERAN. Has esse corporales affectiones in confesso est.

OR. T. H. Est ergo vera illa prædictio, quam ego quidem protuli, tu verò ludificatus es: ecce enim nobis ostendisti, quænam diuinitati, & quæ humanitati conueniunt.

ERAN. Sed non diuisi vnus in duos filios. OR. T. H. Nec nos hoc facimus, amice, sed naturarum diuersitatem intuentes, consideramus quid deceat diuinitatem, & quid corpori conueniat.

ERAN. Non nos sic diuidere docuit sacra scriptura, sed Dei filium dixit esse mortuum. Ita enim dixit apostolus. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij sui, & Dominum dixit suscitatum esse à mortuis. Deus enim, inquit, & dominum suscitauit.

1. Cor. 6. OR. Quando ergo dicit sacra scriptura. Extulerunt autem Stephanum viri pii, & fecerunt planctum magnum super ipsum, dicentes animam vnà cum corpore esse sepulturæ mandatum?

ER. Minime. OR. Et quando audieris Iacob Patriarcham dicentem, Sepelire me cum patribus meis, de corpore an de anima hæc dicta esse conuicis? ERAN. Clarum est quod de corpore.

OR. Ego autem etiam ea quæ deinceps sequuntur. ERAN. Illic sepelierunt abraham, & sarâ uxorem eius, & illic sepelierunt Isaac, & Rebeccam uxorem eius, & illic sepelierunt Liam.

OR. T. H. In his quæ legisti, corporis non meminit sacra scriptura, sed per nomina, animam simul, & corpus significauit. Nos autem rectè diuidimus, & dicimus animas esse immortales, sola autè corpora patriarcharum esse in duplici spelunca deposita. ER. Verum.

A. E. 12. OR. Et quando audierimus Actuum historiam narrantem, quod Herodes interemit Iacobum fratrem Domini gladio, neutquam animam mortuam, esse existimabimus.

ER. Quomodo enim, qui sumus Dominicæ suasionis memores, quæ dicit, Ne timet eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere? Non tibi valde videtur impium & miserum, eos quidem qui hominum nomina audiunt, non semper animam simul & corpus intelligere: nec cum scriptura de morte & sepulchro loquatur, intelligere quod vnà cum corpore animam comprehendat, sed ea soli corpori conuenire putare, scire autem immortalitatem animæ, Domini doctrinæ credentes: qui autem filij Dei passionem audiunt, ne hoc quidem facere, sed corporis quidem, cui conuenit passio, minime meminisse, diuinam autem naturam, quæ est impatibilis, & immutabilis, verbis suis mortalem & patibilem ostendere, idque cum sciant quod si pati posset Dei verbi natura, fuisset superuacua ea corporis adsumptio. ER. A sacra scriptura id dicimus quod filius Dei passionem sustinuit.

OR. Atqui diuinus apostolus passionem interpretatur, & ostendit naturam quæ passa est.

ER. Ostende ergo hoc quam primum, & solue dubitationem.

OR. T. H. Non nosti illum locum epistolæ scriptæ ad Hebræos, vbi dicit Diuus Paulus. Quare non erubescit ipso vocare fratres, dicens, annuntiabo nomen tuum fratribus meis, in media ecclesia laudabo te. Et rursus. Ecce ego, & pueri, quos mihi dedit Deus.

ERAN. Hæc scio, sed nihil est in his eorum quæ te ostensurum es pollicitus.

OR. T. H. Subindicant quidem hæc quoque ea quæ me ostensurum pollicitus, nomen enim paterni tatis cognationem significat, cognationem verò effecit adsumpta natura, adsumptio, diuinitatis impatibilitatem apertè proclamat ac predicat. Vt autem te clarius doceam, lege etiam ea quæ sequuntur.

ERAN. Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini, ipse quoque eorum similiter fuit particeps, vt per mortem eum destrueret, qui habebat mortis imperium, & eos liberaret, qui timore mortis per totam vitam erant obnoxij seruituti. OR. T. H. Existimo hæc declaratione non egere. Apertè enim docent diuinæ œconomiae mysterium.

ER. In his nihil vidi eorum quæ te ostensurum es pollicitus.

OR. Atqui apertè diuinus docuit apostolus, & quod effector hominum naturam miseratus, quæ nõ solum acerbè à morte rapiebatur, sed in tota vita timoris seruituti addicta fuerat, per corpus, corporibus procurauit resurrectionem, & per mortalem naturam mortis potentiam confregit. Quoniam enim habebat ipse naturam immortalem, volebat mortis imperiũ in se delere, ex iis quæ morti subiecta sunt acceptis primitiis. Quas cum ab omni reprehensione alienas, & peccato minime iniurias conseruasset, morti quidem cedit: sed cum eas mors corripuisset, suam quidem ipsam inexplibilem expleuit

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

expleuit in linguam, sed, propter summam eius in illas iniuriam, vt iniusta quoque in alios ipsius tyrannus cessaret effecit. Cum enim iniuste deuoratas absorptaque primitias Christus suscitauerit, vt eas quoque genus sequatur efficiet. Confer cum verbis Apostolicis hanc interpretationem, & diuinitatis impatibilitatem clarè videbis.

ER. In iis dictis quæ selecta sunt, de diuina impatibilitate nihil significatū est. OR. Cum itaque dicat Apostolus, eum propterea pueris communicasse carni & sanguini, vt per mortem eum destrueret qui mortis habebat imperium, an non impatibilem diuinitatem, patibilem autem carnem apertè significat, & quod cum pati non posset diuina natura, accepit eam quæ pati posset, & per eam Diaboli imperium confregit ac profregit? ER. Quomodo per carnem & Diaboli imperiũ confregit, & mortis potentiam? OR. Quibusnam armis vsus ab initio Diabolus humanam naturam in seruitutem redegit?

ER. Per peccatum, captiuum abduxit eum qui paradisi cuius fuerat constitutus.

OR. Præcepti autem transgressiõni quamnam pœnam Deus constituit? ER. Mortem.

OR. Ergo peccatum quidem mortis mater est, eius autem pater est Diabolus. ER. Verum.

OR. Ab eo peccato oppugnabatur hominum natura. Ipsum enim eos qui persuadebantur, in seruitutem redigens, & ad sceleratissimum patrem adducebat, & ad acerbissimum conceptum, factum transmittibat. ERAN. Videtur.

OR. T. H. Iure ergo volens effector vtranque potentiam delere, quæ ab eis oppugnabatur suscepit naturam, quam cum nulli penitus peccato initiam, puramque & immaculatam conseruasset, & à Diaboli tyranni delibauerit, & per eam Diaboli imperium fregit ac deleuit. Quoniam enim mors erat pœna eorum qui peccarant, corpus autem Domini, quod peccati labem non habebat, præter legem diuinam mors iniquè arripuit, primum quidem restituit ac suscitauit id quod contra leges inuasum & occupatum fuerat, deinde autem, iis etiam qui iuste retenti fuerant, liberationem est pollicitus.

ERAN. Et quemadmodum tibi iustum esse videtur, vt corpora, quæ morti iuste dedita fuerant, cum eo quod iniuste inuasum & occupatum fuerat, resurrectionem participant?

OR. Tibi inueste quomodo videtur esse iustum, vt cum Adam sit præceptum transgressus, genus quoque primum parentem consecutum sit? ERAN. Etiam si non illius fuit peccati genus particeps, sed alia tamen peccata perpetravit, & ea de causa fuit mortis quoque particeps.

OR. Atqui non solum peccatores, sed etiam iusti, & Patriarchæ, & Prophetæ, & Apostoli, & qui in variis virtutis generibus refulserunt, mortis laqueis implicati fuere.

ER. Quomodo enim fieri potest, vt qui ex mortalibus parentibus orti sunt, immortales permanent? Ad eum post transgressionem, & diuinam sententiam sub mortis esset potestatem subiunctus, cognouit uxorem, & pater est appellatus. Cum ergo factus esset mortalis, mortalium pater constitutus est.

ER. Optime nobis ostendisti quæ sit causa quod sumus mortis particeps. Hoc ipsum ergo dandum est etiam in resurrectione. Oportet enim medicamentum esse affectioni accommodatum. Quomodo enim principis generis condemnato, vniuersum quoque genus simul condemnatum est, ita cum Seruator excecrationem & maledictionem soluisset, naturæ quoque vt liberatè frueretur euēnit, & quemadmodum descendentem ad inferos Adam secuti sunt qui erant naturæ participes: ita cum Christo Domino resurgente resurrectionis erit particeps vniuersa hominum natura.

ERAN. Probanda sunt, & non instar sententiæ pronuncianda, ecclesiæ decreta. Ostende ergo scripturam quæ hæc doceat.

OR. Audi Apostolum ad Romanos scribentem, & hæc per illam omnes homines docentem, Si enim vnus delicto multi mortui sunt: multo magis gratia Dei & donum, in gratia vnus hominis Iesu Christi in multis abundauit, & non sicut per vnũ qui peccauit, donum. Nam iudicium ex vno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Si enim vnus delicto mors regnauit per vnũ: multo magis abundantiam gratiæ, & donationis, & iusticiæ accipientes, in vita regnabunt per vnũ Iesum Christum. Et rursus. Igitur sicut per vnũ delictum in omnes homines in condemnationem: sic & per vnũ iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiã vnus hominis, peccatores constituti sunt multi: ita etiam per obediẽtiã vnus, iusti constituentur multi. Per rō autem Corinthijs de resurrectione sermocinationem afferens, diuinæ œconomiae mysterium eis summam aperit, & dicit. Nunc autem Christus suscitatus est à mortuis, primitiæ dormientium fuit. Quandoquidem enim per hominem mors: et per hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur: ita etiam in Christo omnes viuificabuntur. Ecce tibi etiam ex diuinis eloquijs testimonia adduxi. Vide ergo quomodo quæ Christi sunt, cum ijs quæ sunt Adam, conferantur cum morbo medicina, cum vulnere medicamentum, cum peccato iustitiæ copia, eum excecratione benedictio, cum condemnatione remissio, cum transgressione obseruatio, cum morte vita, cum inferis regnum. Christus cum Adam, homo cum homine. Quamquam non homo solum, sed etiam omnibus seculis prior Deus est Christus Dominus. Sed ex adsumpta eum natura nominauit Diuinus Apostolus, quoniam cum ea, illa, quæ Adæ erant, conferebat. Eius enim est iustificatio, eius lucta eius victoria, eius affectiones eius mors, eius resurrectio, eius sumus naturæ particeps, ea conregnans, qui regno cõueniẽtem vitæ rationem præmeditati fuerint. Ea autem dixi, non diuinitatem separans, sed dicens quæ sunt propria humanitatis.

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

ER. Multa de hac re differuisti, & ea scripturæ testimonijs confirmasti. Si ergo verè carnis est passio, quomodo clamat diuinus apostolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans. Qui propter filio nõ

peccatum origin. per Adam

Satisfactio per Christum.

Rom. 8.

1. Cor. 15.

Rom. 8.

vigenit

pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit ipsum, quem filium dixit esse traditum?
 O R T H. Bona verba d homo. Vnus est Dei filius, & ea de re vigenitus appellatus est.
 E R A N. Si ergo est vnus Dei filius: ipsum diuinus Apostolus proprium filium appellauit.
 O R T H. Verum. E R A N. Ipsum ergo dicit fuisse traditum.
 O R T H. Ipsum, sed non incorporeum, vt sepe confessi sumus. E R A N. Sæpe confessi
 sumus ipsum corpus & animam sumpsisse.

Gen. 22.

O R T H. Apostolus ergo dixit de iis quæ corpori euenerunt. E R A N. Valde apertè clamauit diuinus
 Apostolus. Qui proprio filio non pepercit.
 O R T H. Quando ergo audis Deum dicentem Abraham, Propterea quod non pepercisti filio tuo
 dilecto propter me, occisum Isaac fuisse dicis? E R A N. Nequaquam.
 O R T H. Atqui Deus dixit hoc. Non pepercisti, verus est autem vniuersorum Deus.
 E R A N. Abraham promptitudini, hoc, non pepercisti, attributum est, ea enim fuit impulsus, vt suum
 filium vellet sacrificare, sed Deus prohibuit.

Abraham
sacrific.

O R T H. Quemadmodum ergo in iis quæ dicuntur de Abraham, non adhæcisti litteræ, sed ea explica
 ra, sententiam declarasti, ita etiam dicti Apostolici institutum persecrutare, Videbis enim diuine nature
 minimè partum esse, sed carni, quæ ligno affixa est. facile est autem etiam in typo veritatem perspicere
 Videtur enim Abraham sacrificium, typus esse ac figura sacrificij, quod pro mudo oblatum est?

Ioan. 8.

E R A N. Non omnino, neque enim dogmatum ac decretorum regulam, ea duco, quæ in ecclesiis pa
 negyricè & declamatoriè dicuntur.
 O R T H. Maximè quidem sequi oportebat doctores ecclesiæ, sed quoniã iis aduersaris, non rectè qui
 dem faciens, ipsum certè Seruatorem audi dicentem Iudeis. Abraham pater vester exultauit vt videret
 diem meum, & vidit, & gauisus est, & considera quod Dominus diem passionem appellat.
 E R. Accepit testimonium Domini, & credo figuræ.

O R. Confer ergo figuram cum veritate: & videbis etiam in typo diuinitatis impatibilitatem. Pater
 enim est & hic, & illic: & filius similiter dilectus & hic, & illic, & ferens vterque materiam sacrificij.
 Hic enim ligna, ille verò crucem portauit humeris. Dicunt autem & montis verticem vtriusque sacrifi
 cij operatione esse dignatum, conuenitque dierum & noctium numerus, & quæ post eos facta est re
 surrectio, etenim Isaac patris sui animi promptitudine interfectus, à quo die magnorum donorum lar
 gitor, Deus, hoc iussit fieri, tertio typicè reuixit, eiusdem benignissimi, & humanissimi voce. Vitis est
 autem aries ab arbore pendens, & crucis imaginem ostendens, qui eadem pro puero passus est. Si au
 tem hæc sunt figura veritatis, in figura autem eadem non sustinuit vigenitus, sed pro eo aries intro
 ductus est, altarique oblatum impleuit mysterium sacrificij cur hic quoque non carni passionem tribui
 rit, sed diuinitatem esse impatibilem predicatis? E R. Tu quoque qui hanc exponis figuram, dicebas I
 saac diuina voce reuixisse. Nihil ergo absurdi fecimus, si typo veritatem accommodantes, & Deum
 verbum passum esse, & reuixisse prædicemus.

O R. Sepe dixi fieri non posse vt imago habeat quæcunque habet exemplar archetypum. Hoc quoque
 hinc etiam facile sciri potest. Isaac enim, & aries, quod ad naturarum quidem diuinitatem attinet, si
 militudine & imagine conueniunt. Quod ad diuisionem autè attinet, separatis substantiis non vtique
 Nos enim diuinitatis & humanitatis talem vnionem prædicamus, vt vnã quæ diuidi non potest per
 sonam cogitemus, eundemque Deum & hominem sciamus, qui videtur, & videri non potest, circun
 scriptus est, & nequit circumscribi, & alia omnia, quæ diuinitatem, & humanitatem significant, vni ex
 personis tribuentes. Quia ergo fieri non poterat, vt in ariete præfiguraretur resurrectio, cum sit animal
 expertis rationis, & diuina carens imagine, ita æconomix mysterij figuram partiuntur, vt hic quidem
 mortis, ille verò resurrectionis imaginem ostenderet. Hoc autem ipsum etiam in Mosaisis sacrificijs
 inuenimus. Nam in illis etiam videri potest antè descripta salutaris passionis figura.
 E R. Et quodnam Mosaicum sacrificium adumbrat veritatem?

Heb. 10.

Cor. 10.

O R. Omne quidem, vt semel dicam, verus est noui figura. Et ideo Diuinus quoque Apostolus apertè
 dicit. Vmbra enim habens lex futurorum bonorum. Et rursus. Hæc autem omnia in figuris eueniebãt
 illis. Apertissime autem archetypum imaginem ostendit Quis in ægipto sacrificata, iuuenca ruffa quæ ló
 gè à castris vrebatur. Huius quoque Apostolus in Epistola ad Hebræos mentionem faciens, subiunxit.
 Quare Iesus vt populum per proprium sanguinem sanctificaret, extra ciuitatem passus est. Sed de iis
 quidem in præsentia nihil dicam, sed illius sacrificij mentionem faciam, quod duos habet hircos qui of
 ferebantur, & alter quidem sacrificabatur, alter verò dimittebatur. Hi enim duarum naturarum Serua
 toris imaginem præfigurant, is quidem qui dimittebatur, diuinitatis impatibilis, qui verò mactabatur,
 patibilis humanitatis.

Heb. 13

Leu. 16.

E R A N. Deinde non tibi videtur impium, & blasphemum, Dominum hircis assimilare?
 O R T H. Quid magis fugiendum, magisque odio habendum, & abhorrendum existimas, serpentem
 an hircum? Serpentem esse odio habendum, & auersandum certū est. Iis enim qui appropinquat affert
 exitium. Sæpe autem eos etiam lædit qui nullam iniuriam fecerunt. Hircus autem est ex numero eorū
 quæ sunt esculenta & munda ex lege.

Num. 21.

Ioan. 3.

O R T H. Audi ergo Dominum salutiferam passionem æneo serpenti assimilantem. Sicut Exaltauit,
 inquit, Moses serpentem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipso, nõ
 pereat, sed habeat vitam æternam. Si autem serpens æneus cruci affixi corporis typum impleuit: quid
 absurdi fecimus, cū salutifera passione hircorū sacrificij cõferentes? E R. Quia Ioãnes Dominū agnū
 appellauit,

appellauit, et Esaius similiter agnū & ouem. O R. Beatus autè Paulus vocat ipsum peccatū & maledi
 ctū. Itaque vt maledictum quidem, maledicti & execrandi serpentis implet figuram. Vt peccatum
 autem, hircorū sacrificij ostēdit imaginē. Pro peccato enim, ex lege, nõ agnus, sed capella ex capris of
 feritur. Et propterea Dominus quoque in Euangeliis agnus quidem iustos assimilauit, hæc autem
 peccatores. Quoniam ergo non pro iustis solum, sed etiam pro peccatoribus erat passionem subiturus
 iure per agnos & hircos suum sacrificium præfiguratur. E R. Sed duorum hircorum typus duas personas
 præbet intelligendas. O R. Non poterant in vno hircō ambo simul præfigurari, & patibilis humani
 tatis, & diuinitatis impatibilitas. Is enim interfectus viuentem naturam non ostendisset, & ideo duo as
 sumpti sunt ad duas naturas declarandas. Hoc autem etiam in alio sacrificio intellexeris. E R. Quoniam
 O R. Vbi duas aues ex mundis iubet Legislator offerri, & hanc quidem sacrificari, alteram verò in eius
 quæ est sacrificata sanguine intinctam dimitti. Nam hic quoque videmus figuram diuinitatis & huma
 nitatis, huius quidem quæ sacrificatur, illius verò quæ sibi passionem adaptat & accommodat.
 E R. Multas nobis adduxisti figuras: ego autem quæ enigmaticè dicuntur non admitto.

O R. Atqui diuinus Apostolus etiam historias figurat esse dicit, & Agar testamenti veteris figuram ap
 pellauit, & Sarram cælesti Hierusalem assimilauit, & Ismael quidem dicit esset figuram populi Israhel.
 Isaac autem noui populi. Accusa ergo etiam magnam spiritus tubam, quod nobis omnibus dicta æni
 gmatica attulerit. E R. Et mihi alia huiusmodi innumerabilia attuleris, vt passionem diuidam minimè
 persuadebis. Audiui enim Angelum dicentem Mariæ, & eius comitibus. Venite, videte vbi positus er
 at Dominus. E R. Nos hoc quoque facere cõsueuimus. Cõmunibus enim nominibus etiam partè appel
 lamus. In sanctorū enim Apostolorū, vel Prophetarum, vel Martyrū ædes sacras ingredientes, interro
 gamus, Quis situs est in arca? Qui verū autè scit, respondentes dicūt, vel Thomā forte Apostolū, vel Ioã
 nē Baptistā, vel Stephanū primū Martyrē, vel aliquem aliū ex sanctis nominatim dicētes, licet valde par
 uæ nõnunquã reliquiæ in eis site sint. Nemo autè cõmunia hæc nomina audiens, quæ & animã simul
 & corpus significat, in thecis animas quoque esse inclusas existimabit, sed scit quod corpora sola in the
 cis, vel parua etiam corporū particula sita sunt. Hoc ipsum etiã fecit factus ille Angelus, qui personæ
 nomine corpus appellauit. E R. Et vndenam ostendes, quod de corpore Domini dixerit Angelus mu
 lieribus? O R. Primū quidè ad id soluendū quod quæritur, ipsum sepulchrū sufficit. Neque enim an
 ma sepulchro traditur, vel diuinitas, quæ suapte natura minimè circūscribitur: corporibus enim sepul
 chra construuntur. Porro autè hoc quoque diuina apertè docet scriptura. Diuinus enim Matthæus hoc
 modo narrat. Vespere facto venit homo diues ab Arimathia nomine Ioseph, qui & ipse fuerat discipu
 lus Iesu. Is accedens ad Pilatū petiuit corpus Iesu. tūc Pilatus iussit red di corpus, & acceptū corpus Ioseph
 inuoluit in sindone munda, & posuit ipsum in nouo suo monumento, quod exciderat in petra: &
 cum aduoluisset saxum magnū ad hostium monumēti, recessit. Vide quoties corporis meminit, vt eorū
 qui diuinitatē blasphemant ora obturaret. Hoc etiam fecit beatissimus Marcus. Dicã autè etiã ea
 quæ is narrat, Cum iam sero factū esset, inquit, quia erat parasceue, quod est ante sabbatum, venit Ioseph
 ab Arimathia, nobilis decurio, qui & ipse erat expectans regnum Dei, & audacter introiuit ad Pi
 latum, & petiuit corpus Iesu. Pilatus autem mirabatur si iam obuissset, & accessio Centurione interro
 gauit an iã mortuus esset, & cum cognouisset à Centurione donauit corpus Ioseph. Ioseph autè mercatū
 sindonē, & deponens eum, inuoluit sindone, & deposuit in monumento, & quæ sequuntur. Admirare
 ergo vidēs concordia, et quod concorditer et continenter fertur nomen corporis. Benedictus quoque
 Lucas similiter narrauit, quod Ioseph corpus petiit, et acceptum iis quæ iusta erant est profecutus. Diu
 nitissimus autem Ioannes alia quoque adiecit. Rogauit enim Pilatum Ioseph ab Arimathia, qui erat disci
 pulus Iesu, sed occultus propter metum Iudeorum, vt tolleretur corpus Iesu, et permisit Pilatus. Ven
 nit ergo, et tulit corpus Iesu. Venit autè et Nicodemus qui venerat ad Iesū nocte primū ferens mix
 turam Myrrhæ et aloes libras cētum. Acceperunt ergo corpus Iesu, et ligauerunt illud linteis cum
 aromatibus, sicut mos est Iudeis sepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus est ortus, et in orto monu
 mentum nouum, in quo nondum quispiam positus erat. Ibi ergo propter parasceuem Iudeorum, quia
 iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum. Vide ergo quod qui toties corporis meminisset, & id cruci
 affixum esse, & id Ioseph à Pilato petiisse, & id de ligno deposuisse, & id linteis cum myrrha et aloë in
 uoluisse ostendisset, tunc personæ nomen posuit, et Iesum dixit in monumento esse positum. Ea de eadē
 sa dixit vtique etiam Angelus. Venite, videte vbi positus erat Dominus, à cõmuni appellatione cor
 pus vocās. Ita enim nos quoque dicere cõsueuimus. In hoc, vel illo loco, hic, vel ille sepulchus est, & nõ
 dicimus corpus huius, vel illius, sed hic, vel ille. Quicunque autem est sanæ mētis, scit nos loqui de cor
 pore. Itaque etiam sacra scriptura dicere cõsuevit. Mortuus est, enim inquit, Aaron, & sepelierunt ipsum
 in hoc monte, & Mortuus est Samuel, & sepelierunt ipsum in Armathem, & eiusmodi alia innumerabi
 lia. Hanc cõsuetudinem seruauit diuinus Apostolus, cum mortis Domini mentionem faceret. Tradi di
 enim vobis, inquit, in primis, quod & accepi, quod Christus mortuus est pro peccatis nostris secundū
 scripturas, & sepultus est, & resurrexit tertia die secundū scripturas, & quæ sequuntur. E R. In iis quæ
 iã legisti, Apostolus nõ meminit corporis, sed nostrū omniū Seruatoris Christi. Aduersus teipsum ergo te
 stimoniū produxisti, & tu teipsum telis cõfodisti. O R. Citò oblitus es, vt videtur, eorū quæ fãlè discerui
 ostēdens quæ sæpe nominibus personarum corpus quoque appellant. Hoc autem ipsum nunc quo
 que fecit diuinus Apostolus. Hoc autè hinc quoque facile cognosci potest. Sic autè eõs deremus. Quare
 re scripsit hæc vir diuinus Corinthijs: E R. Quidam eos deceperant, in hanc opinionem inducentes,
 quod non sit resurrectio corporum. Hoc ergo cum rescuissset orbis terrarum magister, apud eos de re

2. Cor. 3.
Gal. 3.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.
Leu. 11.

Gal. 4.

Matt. 28.

Sanctorū &
des sacra
reliquiæ

Matt. 2.

Marc. 15.

Ioan. 19.

1. Leg. 25.

1. Cor. 15.

urrectione verba fecit.
 O R. Et quamnam ob causam, cum vellet corporum resurrectionem ostendere, resurrectionem Domini in medium adduxit?
 E R. Ut quæ satis sit ad ostendam omnium nostrum resurrectionem.
 O R. Quam habet similitudinem cum morte aliorum, ut ex eius resurrectione, de resurrectione omnium coniecturam faciat?
 E R. A N. Ea de causa vnigenitus Dei filius, homo factus, & passus, mortemque expertus est, ut mortem deleter ac perfingeret. Cum ergo resurrexit, per suam resurrectionem omnium hominum resurrectionem prædicat.
 O R. Et quis Dei resurrectionem audiens, omnium quoque hominum resurrectionem ei consimiliter futuram crediderit? Non finit enim, ut ei, quod de resurrectione dicitur, credamus, naturarum dissimilitudo. Ille enim, Deus, Hi verò, homines. Inter Deum autem & homines plurimum interest. Hi enim sunt mortales, corruptionique & interitui obnoxii, sænòque & flori assimilati, Ille autem est omnipotens.
 E R. Sed corpus habebat Deus verbū homo factus, & per id cum hominibus ostendit similitudinem.
 O R. Corporis ergo omnino est affectio, seu passio, & mors, & resurrectio. Et hoc etiam alibi ostendens diuinus Apostolus, resurrectionem omnibus pollicetur, & iis quidem qui Seruatoris credunt resurrectioni, communem autem omnium resurrectionem fabulam existimant, clamauit dicens. Si Autem Christus prædicatur quod à mortuis suscitatus est, quomodo dicunt nonnulli in vobis quod non est resurrectio mortuorum? Si autem non est resurrectio mortuorum, nec Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est fides vestra, adhuc estis in peccatis vestris. Et ex eo quidem quod factum est, quod futurum est confirmat. Ex eo autem quod non creditur, repellit quod creditur. Si. n. illud, inquit, vobis videtur non fieri posse, & hoc utique falsum est. Sin autem hoc verum & credibile esse videtur illud quoque similiter videatur esse credibile. Corporis enim resurrectio hic quoque prædicatur & hoc quidem illorum primitiæ appellatur. Hoc enim post multas præcedentes ratiocinationes tandem pronuntiat. Nunc autem Christus surrexit à mortuis, primitiæ eorum qui dormierunt factus est. Quoniam enim per hominem mors: & per hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim In Adam omnes moriuntur, ita etiam in Christo omnes viuificabuntur, & non solum quod de resurrectione dicitur confirmat, sed etiam diuinæ œconomiae mysterium aperuit. Ea ratione etiam hominem quoque Christum appellauit, ut morbo medicinam conuenientem ostenderet.
 E R. A N. Homo ergo solum est Christus?
 O R. Absit. Contrarium enim sæpe diximus quod non solum homo est, sed etiam Deus ante sæcula Passus est autem ut homo, non ut Deus. Et hoc nos aperte docuit diuinus Apostolus, cum dixit, Quoniam enim per hominem mors: & per hominem resurrectio mortuorum. Iam verò ad Thessalonicenses scribens, ex Seruatoris nostri resurrectione, quod de communi resurrectione dicitur, confirmat. Si enim credimus, inquit, quod Iesus mortuus est, & resurrexit: ita Deus etiam eos qui dormierunt per Iesum cum ipso habebit.
 E R. Probauit quidem Apostolus communem resurrectionem per resurrectionem Domini, & clarum est, quod hic quoque corpus erat quod mortuum est, & resurrexit, non enim per id conatus esset omnium resurrectionem ostendere, nisi cum illis esset in substantia cognatio, non feram tamen ut soli humanæ naturæ passio attribueretur: sed consequens mihi esse videtur dicere Deum verbum carne esse mortuum.
 O R. Sæpe ostendimus, quod id quod natura est immortale, nullo modo mori potest. Si ergo mortuus est, non est utique immortalis. Quanta autem in sunt verborum blasphemie pericula?
 E R. A N. Est quidem immortalis, homo autem factus passus est.
 O R. Mutationem ergo sustinuit. Quomodo enim alioqui, cum sit immortalis, posset mortem suscipere? Atqui confessi sumus esse immutabilem trinitatis substantiam. Mortem ergo minime fortitus est, ut qui naturam habeat mutatione superiorem.
 E R. A N. Diuus Petrus dixit, Christo ergo passo pro nobis carne.
 O R. Ei quidem id etiam conuenit quod à nobis dicitur. A sacra enim scriptura didicimus dogmatum & decretorum regulam: E R. Quomodo ergo non dicitis Deum verbum carne esse passum? O R. Quia in sacra scriptura non inuenimus hanc vocem. E R. Atqui magni Petri nuper talem sententiam adduxi O R. Ignoras, ut videretur, nominum differentiam E R. Quorum nominum? non videretur tibi Deus esse verbum Dominus Christus?
 O R. Hoc nomen Christus, in Domino & Seruatore nostro, quod homo factum est verbum significat Emmanuel autem, Deum qui est nobiscum, Deum & hominem. Illud autem, Deus verbum ita dictum simpliciter naturæ, quæ est mundo prior, tẽpore superior, & incorporea, significat. Quamobrẽ factus spiritus, qui per Sanctos Apostolos locutus est, nequaquam passionem vel mortem huic vocabulo attribuit.
 E R. Si Christo passionem attribuit, Deus autem verbum homo factum, Christus nominatum est: nihil absurdi puto facit, qui Deum verbum carne passum esse dicit. O R. Audacissimus itaque est & valde temerarius conatu. Ita autem quod dicimus examinemus. Deum verbum ex Deo & patre dicit esse sacra scriptura. E R. Vera dicitis. O R. Iam verò spiritum sanctum similiter ex Deo esse docet. E R. In cõfesso est. O R. Sed Deum quidẽ verbum filium nominat vnigenitum. E R. Ita nominat. O R. Spiritum autẽ factum nusquam sic appellauit. E R. Nequaquam. O R. Atqui is quoque ex patre & Deo suã habet substantiam.

1. Cor. 15.

1. Thess. 4.

1. Pet. 4.

Emmanuel Verbum

Sanctus.

B

C

D

stantiam. E R. Verum.
 A O R. Quoniam ergo ex Deo & patre esse & filium & spiritum confitemur, auderes ne vnquam appellare spiritum sanctum filium?
 E R. Nequaquam. O R. Quamobrem? E R. Qui non inuenies hoc nomen in sacra scriptura.
 O R. Sed factum? E R. A N. Ne hoc quidem. O R. T. H. Qua de causa? E R. A N. Nec hoc me sacra scriptura docuit.
 O R. T. H. Quod autem nec genitum est, nec rursus creatum, quamnam est appellationem habiturum? E R. A N. Id ingentum & increatum nominamus.
 O R. T. H. Spiritus autẽ factus nec creatus est, nec eum rursus genitum esse dicimus? E R. Nullo modo.
 O R. T. H. Auderes ne autem vocare spiritum sanctum ingentum? E R. A N. Nequaquam.
 O R. T. H. Et cur eum non vocas ingentum, qui natura quidem est increatus, minimẽ autem genitus?
 E R. Quod hoc à sacra scriptura non didici, & valde vereor ea dicere quæ sunt ab illa silentio præterita.
 O R. T. H. Hanc ergo nobis, b vir bone, religionem in salutari quoque passione conserua, & quæcunque diuina nomina dimisit scriptura à passione libera, tu quoque ea libera esse sine, nec eis passionẽ tribue.
 E R. A N. Et quæ ea sunt? O R. T. H. Huic vocabulo, Deus, nequaquam passionem adiunxit.
 E R. Nec ego Deum verbum dico passum esse sine corpore, sed dico passum fuisse carne.
 O R. T. H. Dicitis modum passionis, nõ incompatibilitatẽ. Hoc autẽ ne de humana quidẽ anima dixerit quispiam Quis. n. dixerit, nisi valde delirius, quod carne mortua est anima Pauli? Hoc enim ne de homine quidẽ improbissimo & sceleratissimo diceretur. Sunt. n. etiam malorum immortales animæ, sed illum quidẽ, vbi gratia, homicidã, intereptum esse dicimus, eius autẽ animã nemo dixerit occisam esse carne. Quod si homicidarum, eorumque qui sepulchra effodiunt, animas à morte liberat esse dicimus: multo certẽ iustius est immortalem esse cognoscere Seruatoris nostri animam, quæ ne sub peccato quidem fuit. Si enim, quæ maxima scelera perpetrarunt, mortis experientiam propter naturam euaserunt: quo modo illa quæ & habet immortale naturã, & cui nec minima peccati labes infedit, mortis hamũ ceperit?
 E R. Frustra tam longa apud nos oratione vteris, fatemur enim immortalem Seruatoris animam.
 O R. T. H. Et quo non supplicio digni estis, qui animam quidem, quæ creatam habet naturam, immortalem dicitis, mortalem autem verbo substantiam diuinam adstruitis? & Seruatoris quidẽ animam nõ dicitis mortem carne gustasse, ipsum autem Deum verbum, qui est omnium opifex, eum mortem esse passum auderet dicere? E R. A N. Incompatibiliter ipsum passum esse dicimus.
 O R. T. H. Et quis compos mentis ridiculas has captiones & tendiculas tulerit? Incompatibile enim passionẽ nemo vnquam audiuit, nec mortem immortalem. Quod est enim incompatible, non passum est, & quod passum est, non manserit incompatible. Nos autem Diuum Paulum clamantem audiuius. Qui Solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem.
 E R. Cur ergo dicimus & inuisibiles potestates, & hominũ animas, & ipsos etiã Dæmones immortales?
 O R. Dicimus. Sed Deus propriẽ est immortalis, est enim immortalis, substantia, non participatione, neque enim alii acceptam fert immortalitatem. Angelis autem, & aliis, quorum nuper meministi, ipse immortalitatem largitus est. Si ergo ipsum immortalem diuinus Paulus nominat, & solum dicit habere immortalitatem: quomodo ei mortis passionem tribuitis?
 E R. A N. Post incarnationem ipsum mortem gustasse dicimus.
 C O R. Sed ipsum immutabilem sæpe confessi sumus. Sin autem cum prius esset immortalis, per carnem mortẽ postea sustinuit: præcedente mutatione mortẽ sustinuit: defecit autem eius quoque vita tribus diebus & totidem noctibus, hæc autem si dicantur, quid dici potest magis impium? Existimo certẽ ne iis quidem qui aduersus impietatem decertant, hæc lingua proferre tutum esse.
 E R. Cessã nos impietatis insimulare. Neque enim nos diuinam naturã passam esse dicimus, sed humanam: diuinam autem vnã cum corpore passam esse.
 O R. Illud, Vnã passam esse, quomodo dicitis, an tãquã clauis corpori infixis, diuinam naturam sensum doloris accepisset? E R. A N. Ita.
 O R. Atqui nunc etiam, in iis quæ prius examinata fuerunt, ostendimus, nec animam quidem omnium quæ ad corpus pertinent esse participem: sed corpus vitalem facultatem suscipiens, affectionum sensum habere per animam. Quod si etiam concesserimus animam vnã cum corpore pati per consensum nihil fecius incompatible diuinam naturam inueniemus, Non enim pro anima corpori cõiuncta est.
 An non confiteris ipsum animam adsumpsisse?
 E R. Sæpe confessus sum. O R. Et animam ratione præditam? E R. Maximẽ.
 O R. Si ergo vna cum corpore suscepit animam: concessimus autem animam pati vnã cum corpore per consensum: anima ergo, non diuinitas, vnã cum corpore passa est, dolores, ut est verisimile, per corpus suscipiens. Sed cum corpore quidem per consensum pati animam dixerit fortasse quispiã, sed nõ cum ea commori, immortalem enim naturam sortita est. Quapropter hoc quoque dixit Dominus. Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Si ergo nec Seruatoris quidem animam dicimus fuisse mortis cum corpore participem: quemadmodum, quam audetis dicere, blasphemiam admiserit quispiam, quæ diuinam naturam mortis fuisse participem non veretur asserere id quæ cum Dominus nunc quod offertur corpus, nunc autem etiam animam turbatam ostendat. E R. Et vbi corpus quod offertur ostendit Dominus? an rursus illud vulgo iactatũ testimonium nobis afferetis? soluite rẽplũ hoc, & in tribus diebus excitabo ipsum, & cum graui quodã supercilio dicentẽ nobis Euãgelista producetis: Ipse autẽ dicebat de tẽplo corporis sui, & quando surrexit a mortuis, cognouerunt
 Pp iij

sanctus an ingentus.

animæ eorum mortuorum immortalis.

1. Tim. 6.

quo solus deus immortalis

anima cõ sensu patitur.

Matth. 10. 10 an. 2.

heretici
Eusebii.

Ioan. 6.

Aff. 8.

Matt. 26.

Marc. 14.

Luc. 22.

1. Cor. 11.

Ioan. 20.

Luc. 24.

Aff. 2.

Psal. 15.

Ioan. 11.

Ezech. 37

1. Tim. 2.

1. Cor. 2.

discipuli ipsius quod hoc dixit Iesus, & crediderunt scripturę & sermōni, quem dixit Dominus. OR. Si diuinas voces tam agrę fertis, quę magnum diuinę œconomię misterium prædicant: cur non similiter ac Marcion, & Valentinus, & Manes, eiusmodi voces delectis? illi enim hoc ipsum fecerunt. Sin autem hoc videtur & audax & impium: ne verba Domini ludificemini, sed sequamini Apostolos, qui crediderunt post resurrectionem diuinitatem excitasse templum quod Iudæi soluerant. E. R. Si validū habes testimonium, cessa maledicere, & imple quod es pollicitus. OR. Meministi omnino eorum dictorum Euāgelii, in quibus Manne & veri nutrimenti Deus fecit comparationē. ER. Memini. OR. In eo loco cum de pane vitę proluxē dixeris, hæc quoque subiunxit. Panis autem, quem ego dabo, caro mea est, quā ego dabo pro mundi vita. In his autem verbis videre licet beneficentiam ac liberalitatē diuinitatis, & donationem carnis. E. R. Ad soluendam dubitationem non sufficit vnum testimonium. OR. Æthiops Eunuchus non multas legit scripturas. Sed cum vnum Propheticum inuenisset testimonium, per illud ad salutem deductus est, ad vobis autem persuadendum, non sufficiunt omnes Apostoli, & Prophetę, & qui post illos fuerunt veritatis præcones. Sed tamen tibi quoque alia de corpore Domini testimonia afferam. Scis certē locum illum Euāgelicę historie, in quo pascha cum suis discipulis comedens, ostendit quidem typicę ouis sinem, docuit autem quodnam sit illius vmbre corpus. E. R. Noui historiam. OR. Recordare ergo quid acceptū quē fregit Dominus: quid autē acceptū appellauit & dixit. ER. Propter eos, qui non sunt initiati mysteriis, dicam aliquāto magis mysticę. Cum accepisset & fregisset, & discipulis diuisisset, dixit, Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur, vel frangitur, vt dicit Apostolus. Et rursus, Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effunditur. OR. Non meminit ergo diuinitatis, passionis typum ostendens. E. R. Nequaquam. OR. Sed corporis & sanguinis. ER. Verum. OR. Corpus ergo cruci affixum est. ER. Videtur. OR. Age verō hoc etiam examine mus: Quando post resurrectionem, clausis ianuis ad sanctos suos discipulos Dominus ingressus est, & eostimore percussos aspexit, quonam modo metum soluit, & pro me tu fidem immisit? ER. AN. Dixit eis. Videte manus meas & pedes meos, quōd ego sum, palpate me, & videte quōd spiritus carnis, & ossa non habet, sicut me videtis habere. OR. Corpus ergo ipsi diffidentibus ostendit? ER. Clarum OR. Corpus ergo surrexit? ER. Videtur. OR. Quod autem surrexit, hoc vtique etiam mortuū fuerat. ER. Est verisimile. OR. Quod autem mortuum fuerat, hoc est cruci affixum. E. R. Necessē est. OR. Corpus ergo passum est, vt ipse dicit. ER. Hoc dicere cogit verborum series. OR. Consideremus autē sic quoque. Ego autem interrogabo, tu autem ingenuē, & vt veritatis amicum decet, responde. ER. Respondebo. OR. Quando ad Apostolos sanctus venit spiritus, & ad incredibile spectaculum, eaque audienda, quę inaudita, & inuitata fuerant, multa hominum millia ad illam domunculam conueniunt, quanam Apostolorum primus, tunc concionans, dixit de resurrectione Domini? ER. Diuinum Dauid in medium produxit, dixitque eum ab vniuersorum Deo promissiones accepisse, quōd Dominus Christus de fructu lumborum eius germinabit, eisque credidisse, & Propheticę eius resurrectionem præuidisse, & apertē dixisse, quōd anima eius non relicta est in inferno, nec caro eius vidit corruptionē. OR. Horum ergo est resurrectio. E. R. Et quemadmodum quis sanę mentis dixerit resurrectionem esse animę quę non est mortua? OR. Qui immutabilis, & quę circumscribi non potest, diuinitatis & passionem, & mortem, resurrectionem esse dicitis, quomodo vobis repente sanę mentis vultus estis, vt clanimę recusetis resurrectionis nomen tribuere? ER. Quia ei quod cecidit conuenit nomen resurrectionis. OR. Sed non sine anima corpus resurrectionem assequitur, sed diuina voluntate renouatum, & cōiungi coniunctam, vitam recipit. An non sic Dominus Lazarum suscitauit? ER. Clarum est quōd non solum corpus resurgit. OR. Apertius docet diuinus Ezechiel. Ostendit enim quemadmodum iussit Deus ossa concurrere, & quomodo vnumquodque eorum propriam accepit compagem, & produxit neruos, & venas, & arterias & carnes, quę inter ea interiectę sunt, & pellem, quę est eorum omnium integumentum, & tunc iussit animas reueri ad propria corpora. E. R. Hęc vera sunt. OR. Corpus verō Domini, hanc corruptionem & interitum non sustinuit: sed integrum & incorruptum remanens, tertio die suam animam recepit. ER. In confesso est. OR. vobis itaque est passio quorum est mors. ER. Maximē. OR. Resurrectionis autem mentionem faciens, magnus Petrus, ac etiam diuinus Dauid, dixerunt quidem animam non esse relictam in inferno, corpus autem non subuisse corruptionem. ER. Ita dixerunt. OR. Non ergo diuinitas mortem obiit, sed corpus, separatione animę. ER. Absurda hæc ego dicta non feram. OR. Propriis ergo dictis repugnas, hæc enim tua sunt, quę absurda vocasti. ER. Tu me omnino calumniaris. Nullum enim horum dictorum meum est. OR. Quando interrogante aliquo, quodnam est animal simul præditum ratione, & mortale, responderit quispiam & dixerit, homo quemnam eius dicti interpretem, & explicatorem vocaueris, cum qui interrogat, an eum qui responderet? ER. AN. Eum qui responderet. OR. Iure ergo dixit, hæc a te dici. Tu enim vtique respondens, & hæc quidem inficians, illa verō cōfitemens, quę dicta sunt confirmasti. ER. Ergo nequaquam quidem respondebo, sed tantum interrogabo, tu autem responde. OR. Respondebo. ER. AN. Quid dicit ad illud dictum Apostoli. SI ENIM cognouissent, Dominum D glorię non crucifixissent. Hic enim nec corporis nec animę meminit. OR. TH. Ergo nec illud carne, hic adiciendum est, ER. Hęc est uestra aduersus verbi diuinitatem excogitata machinatio.

ORTH.

ORTH. Sed nudę verbi diuinitati est ne attribuenda passio?
 ER. AN. Nequaquam carne enim passus est. In corporea autem natura ipse per se pati non poterat.
 OR. TH. Sed verbis Apostoli nihil adiciendum est.
 ER. AN. Non est absurdum, vt qui nouit scopum & institutum Apostoli, id quod deest adiciat.
 OR. TH. Diuinis quidem aliquid adicere insanum est & temerarium, quę autem scripta sunt explicata, & quę latent sententiam aperite, & pię & sanctę sunt. *Diuinis nihil adiciendum.*
 ER. AN. Rectē dixisti, OR. TH. Nihil ergo alienū nec impium fecerimus, si nos quoque eorum quę scripta sunt sententiam perscrutemur. ER. AN. Neutiquam.
 OR. TH. Communiter ergo quod occultum videtur esse quæramus.
 ER. AN. Maximē. OR. TH. Fratrem Domini diuum Iacobum magnus appellauit Paulus. *1. Cor. 15. Quomodo Iacob. fr. domini.*
 ER. AN. Verum. OR. TH. Quomodo ergo ipsum fratrem esse intelligemus, vt tunc propter diuinitatis, an humanitatis necessitudinem?
 ER. AN. Non feram, vt vitę naturę diuidantur. OR. Atqui in iis quę antea examinata sunt, eas sæpē diuisisti, hoc ipsum autem nūc quoque facies. Dic enim mihi, vnigenitum Deum verbum dicit filium? ER. Ita dico. OR. Vnigenitus autem solum filium significat?
 ER. AN. Admodum. OR. Vnigenitus autem minimē habet fratrem. ER. Non habet. Si enim fratrem haberet, non diceretur vnigenitus. OR. Fallo ergo vocauerunt Iacobum fratrem Domini. Vnigenitus enim Dominus. Vnigenitus autem minimē habet fratrem.
 ER. Sed non est Dominus incorporeus, vt ea sola, quę diuinitati conueniunt, dicant veritatis prædicatores. OR. Quomodo ergo verum ostenderis quod dicit Apostolus?
 ER. Si dicam quōd is secundum carnem fuit dominicę cognationis particeps.
 OR. Ecce rursus nobis induxisti eam, quę a vobis accusatur, diuisionem.
 ER. Non poterat aliter ostendi cognatio. OR. Ne accusa eos ergo, qui ea, quę sunt eiusmodi, non possunt aliter dissoluere. ER. Orationem aliō abducis, volens declinare quæstionem.
 OR. Nequaquam, o vir bone. Per ea enim quę sunt examinata, illud quoque soluetur, & sic considera. Cum audisti Iacobum fratrem Domini, non diuinitati, sed carni dixisti conuenire cognationem?
 ER. AN. Ita dixi. OR. Itaque hic etiam cum crucis passionem audieris, eam carni tribue.
 ER. Apostolus Paulus Dominum glorię vocauit crucifixum. *1. Cor. 2.*
 OR. TH. Et idem Apostolus Iacobum fratrem Dominum appellauit. Idem est autem Dominus & hic & illic. Si ergo rectus es, & cognationem carni tribuisti: & passio vtique est ei tribuenda. Est enim longē absurdissimum, cognationem quidem ex diuisione intelligere, passionem autem ei citra diuisionem tribuere. ER. Ego credo Apostolo, qui Dominum glorię crucifixum appellat.
 OR. TH. Et ego mihi persuadeo, & credo eum esse glorię Dominum. Non enim communis alicuius hominis, sed Domini glorię corpus fuit ligno affixum. Oportet autem scire quōd vnio facit nomina communia. Illa autem considera. Carnem Domini dicitis ē cælis descendisse?
 ER. AN. Minimē.
 OR. TH. Sed in virginis vtero formatam esse.
 ER. AN. Ita dico.
 OR. TH. Quomodo ergo dicit Dominus. Si videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius. Et rursus. Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit, filius hominis qui est in cælo. *Ioan. 6.*
 ER. AN. Non dicit de carne, sed de diuinitate.
 OR. Sed diuinitas est ex Deo & patre. Quomodo ergo eum vocat filium hominis?
 ER. Communia personę euaserūt quę sunt propria naturarum. Idem enim propter vnionem, & filius hominis, & filius Dei, & æternus, & recens, & filius Dauid, & Dominus Dauid, & alia huiusmodi similiter. *Communia natura propria persona.*
 OR. Rectē admodum. Illud quoque tamen sciendum est, quōd nomen confusio, non fecit naturarum confusionem. Propterea enim etiam discernere quærimus, quemadmodum est quidem filius Dei, quemadmodum autem rursus idem filius hominis, & quomodo idem heri, hodie, & in sæcula sæculorum, & pia verborum discretionem, quę sunt contraria inter se consentire, & conuenire inuenimus. *Heb. 13.*
 ER. Rectē dixisti.
 OR. Quemadmodum ergo diuinam quidem naturam dicebas ē cælis descendisse, filium autem hominis propter eam vnionem vocatum esse dixisti, ita ligno quidem carnem esse affixam conuenit dicere, sed diuinam naturam ab ea inseparabilem confiteri, & in cruce, & in sepulchro, passionem illinc non suscipientem, quandoquidem nec ad patiendum nec moriendum sua naturę apta est, sed habet immortalem & impartibilem substantiam. Hac vtique ratione Dominum quoque glorię crucifixum appellauit, impartibilis naturę nomen patibili attribuens, Quoniam eius corpus appellatum est. Hoc quoque præterea examinemus. Diuinus dixit Apostolus, Si enim cognouissent, Dominum glorię non crucifixissent. Crucifixi ergo naturam quam cognouerunt, non quam penitus ignorarunt. Si autem cognouissent quam ignorarunt, non crucifixissent quam cognouerunt. Quia autem diuinam ignorauerunt, humanam crucifixerunt. An non eos audiuit dicentes: De bono opere non lapidamus te, sed dei blasphemia, quod cum homo sis, te ipsum facis Deum. Per hæc autem ostendunt, quōd quam videbant quidem naturam cognoscebant, quę autem sub visum non cadit, eam omnino ignorabant. Sin autem illam quoque nouissent, Dominum glorię non crucifixissent. *Ioan. 10.*

Pp iij

Nicea.

ERAN. Hæc quidem sunt utrunque satis probabilia. Sed patrum qui Nicæ conuenerunt de fide doctrina, ipsam unigenitum, verum Deum, & eiusdem cum patre substantiæ, passum & crucifixum esse dixit. ORTH. Eorum, quæ sæpè in confesso fuerunt, ut videtur, oblitus es.

ERAN. Quotumnam? ORTH. Quod post unionem, tam quæ sunt sublimia, quam quæ humilia, diuina scriptura, vni personæ attribuit. Fortasse autem illud quoque ignorasti, quod cum prius dixissent sancti Patres, Incarnatum, hominem factum, tunc subiunxerunt, Passum, crucifixum, & cum prius passionis susceptricem naturam ostendissent, ita passionem iis quæ dixerant adiunxerunt.

ERAN. Patres filium Dei, lumen de lumine, & qui est de substantia Patris, dixerunt passum esse & crucifixum. ORTH. Sæpè dixi, vnam personam, & diuina & humana suscipere. Erat ideo beatissimi patres, cum quomodo oportet in patrem credere docuissent, & ad filii personam transissent, non statim dixerunt, Et in filium Dei. Atqui valde erat consequens, ut qui de Deo, & patre dixerat, statim quoque filii appellacionem ponerent. Sed voluerunt nobis simul, & de Theologia seu de diuinitate, & de œconomia, hoc est de suscepta humanitate, tradere, ut non alia quidem diuinitatis, alia verbò humanitatis persona crederetur. Erat ideo iis quæ de Patre dicta erant subiunxerunt, quod oportet etiam credere in

Christus.

Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei. Christus autem post incarnationem Deus verbum appellatus est. Hoc ergo nomen omnia suscipit, & quæcunque diuinitatis, & quæcunque humanitatis sunt propria, & tamen cognoscimus quæ sunt huius, & quæ illius naturæ. Et hoc etiam ex ipso fidei symbolo facile potest intelligi. Cui enim dic mihi conuenit illud, Ex substantia patris, diuinitati, an formatæ ex semine? Dauid naturæ? ERAN. Clarum est quod diuinitati.

ORTH. Deum autem verum, de Deo vero, cuiusnam proprium esse dicis, diuinitatis an humanitatis? ERAN. Diuinitatis. ORTH. Eiusdem ergo cum patre substantiæ, non caro, nec anima, sunt enim creatæ, sed diuinitas, quæ omnia fabricata est.

can. patr.

ERAN. Verum. ORTH. Oportet ergo eos qui passionem & crucem audiunt, agnoscere naturam, quæ suscepit passionem, & non tribuere impatibili, sed illi quæ ea de causa assumpta est. Quod enim etiam sancti & admiratione digni patres impatibilem diuinam confessi sunt naturam, carni autem passionem attribuerunt, testatur fidei finis. Sic enim habet. Eos autem qui dicunt, Erat aliquando, quando non erat, & priusquam nasceretur non erat, & quod ex iis quæ non sunt factus est, vel ex aliqua alia hypostasi vel substantia, & qui dicunt esse mutabilem, vel verti posse filium Dei, eos anathematizat, sancta, catholica, & Apostolica ecclesia. Vide ergo cuiusmodi supplicium iis comminati sunt, qui diuinæ naturæ passionem tribuunt.

Ex œconomia.

ERAN. De mutatione, & conuersione ab eis hoc in loco agitur. ORTH. Passio autem quid est aliud quam versio & mutatio? Si enim qui ante incarnationem erat impatibilis, post incarnationem passus est: mutationem vtiq; sustinens passus est, et si qui antequam homo fieret erat immortalis, postquam homo factus est mortem gustauit, ut vos asseritis, postquam homo factus est, omnino mutatus est, mortalis ex immortalis factus. Sed huiusmodi dicta, eorumque parentes & authores, benedicti patres à sacris septis exterminant, et tanquam putrida membra à sano corpore resecant. Quamobrem te adhortamur, ut penam timeas, et blasphemiam odio habeas. Ostendam autem tibi sanctos patres ea quæ nos differimus in suis scriptis sensisse. Quorum nonnulli quidem admirabilis illius conuentus socii fuerunt, nonnulli autem post illos se in ecclesiis pulcherrime et præclarissime gesserunt, aliqui autem à multis iam retro seculis vniuersum terrarum orbem illustrarunt. Sed neque

Symphonia spat.

temporum diuersitas, nec linguarum varietas, eorum læsit concordiam, sed similes lyre fuerunt, quæ multas quidem et diuersas habet chordas, vnam autem symphoniam, et sonorum vnum concentum emittit. ERAN. Valde mihi gratam et expetendam narrationem afferes. Certa est enim eiusmodi doctrina, et valde utilis.

Ignat.

ORTH. Fac ergo aures pateant, ut spiritualium fontium fluentia accipias. Sancti Ignatii Episcopi Antiocheni et martyris, ex epistola ad Smirneses.

Eucharistia.

Eucharistias et oblationes non admittunt, quod non confiteantur Eucharistiam esse carnem Seruatoris nostri Iesu Christi, quæ pro peccatis nostris passa est, quam pater sua benignitate suscitauit.

Iren.

Irenæi Episcopi Lugdunensis, ex tertio libro aduersus Hæreses.

1. Cor. 13.

Clarum est ergo quod Paulus alium Christum non nouit, quàm eum qui et passus, et sepultus est, et resurrexit, et natus est, quem etiam hominem dicit. Cum enim dixisset, Si autem Christus prædicatur surrexisse à mortuis, subiungit red dens causam eius incarnationis. Quia enim per hominem mors: per hominem resurrectio à mortuis, et vbiq; in passione Domini nostri, et eius humanitate, et morte, Christi nomine usus est, Sicut in illo, Ne cibo perde fratrem tuum, pro quo Christus mortuus est.

Rem. 14.

Et rursus.

Eph. 1.

Nunc autem in Christo, qui aliquando longè fuistis, prope facti estis sanguine Christi. Et rursus.

Gal. 3.

Christus nos redemit à maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Scriptum est enim, Maledictus omnis qui pendet in ligno.

Eiusdem, ex eodem libro.

Quemadmodum enim fuit homo ut tentaretur, ita etiam verbū, ut glorificaretur, et quiescebat quidem verbum, dum tentaretur, et crucifigeretur, et mortem obiret, homini autem aderat, dum vinceret, sustineret: se benignum humanumque præstaret, resurgeret, in cœlos ascenderet.

Eiusdem ex quinto libro eiusdem operis.

Cum

Cum ergo proprio sanguine nos Christus redemerit, & animam suam pro nostris animis dederit, & carnem suam pro nostris carnibus.

Sancti Hippolyti Episcopi & Martyris, ex epistola ad Reginam quandam.

Hippolytus.

Dicit eum primitias eorum qui dormierunt, tanquam mortuorum primogenitum. Qui cum resurrexisset, & veller ostendere id ipsum fuisse suscitatum quod fuerat mortuum: ambigentibus discipulis accessit Thomæ dixit. Palpa hic, & vide quod spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere. Eiusdem ex eadem epistola.

1. Cor. 15. Col. 2. 24. Luc. 24.

Cum dixit eum primitias, id suo testimonio confirmauit quod à nobis dictum est, quod qui ex eadem massa carnem acceperat Seruator, eam excitauit, iustorum carnis primitias constituens, ut omnes in spe eius qui resurrexit, resurrectionem expectemus qui credidimus.

Primitia.

Eiusdem ex oratione, De duobus latronibus.

Corpus Domini vtrunque mundo præbuit, sanguinem sacrum, & aquam sanctam. Eiusdem, ex eadem oratione.

Atque etiam cum sit corpus mortuum humano more, magnam vitæ in se habet facultatem. Quæ enim ex mortuis corporibus non profuunt, ea ex ipso proflexerunt, sanguis & aqua, ut sciamus quantum ad vitam valeat potestas, quæ in corpore habitauit, ut nec ipsum corpus mortuum aliis simile appareat, nobis autem ea quæ sunt vitæ causæ possit profundere.

Eiusdem, ex eadem oratione.

Non confringitur autem os sanctæ ouis, ostendente figura passionem non attingere virtutem. Ossa enim sunt vires corporis.

Sancti Eustathii Episcopi Antiocheni & confessoris ex libro de anima.

Eustath.

Paucis conuinci potest impia eorum calumnia, & maximè quidem, si neque salutis hominum causa ad mortem suum corpus sponte tradidit. Primum quidem ei magnam imbecillitatem & impotentiam tribuunt, quod non potuerit inimicorum impetum reprimere.

Eiusdem, ex eodem libro.

Cur autem magni faciunt ostendere Christum corpus inanimatum suscepisse, terrestres fraudes conuincunt, ut si potuerint aliquos corrumpere, ut hæc ita habere definiant, tunc affectionum mutationes diuini spiritui tribuentes, eis facile persuadeant, non esse mutabile quod ex immutabili natura genitū est.

Eiusdem, ex oratione habita super illo, Dominus creauit me initium viarum suarum.

Homo enim qui erat mortuus, tertio quidem die resurgit, Mariæ autem, quæ propter animi fortitudinem ad sancta membra tangenda magna alacritate ferebatur, eam repellens dixit, Ne me tangas, nondum enim ascendi ad Patrem meum. Vade autem ad fratres meos, & dic illis. Ascendo ad Patrem meum & patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum. Illud autem, Non dum ascendi ad patrem meum, non dixit verbum, & Deus, qui è cælo erat profectus, & in sinu patris versabatur, nec quæ omnia genita continet sapientia: sed is qui ex omnibus membris erat compactus, homo hoc protulit, qui cum esset à mortuis excitatus, nondum post mortem ad Patrem ascenderat, sibi autem profectiois primitias reponerat.

Ioan. 20.

Eiusdem, ex eadem oratione.

Dominum autem gloriæ, ipsum hominem crucifixum aperte nominat, scribens, quandoquidem & Dominum & Christum ipsum ostendit, quemadmodum Apostoli cum sensili Israël concorditer discerentes, dicunt. Certè ergo sciat omnis domus Israël quod Dominum eundem & Christum Deus fecit, eum Iesum, quem vos crucifixistis, qui passus est. Iesum ergo fecit Dominum, & non sapientiam, nec verbum, quod ab omni antiquitate habet Iesum, sed eum qui in sublime erectus est, & qui in cruce manus expandit.

1. Cor. 2.

Ast. 2.

Eiusdem, ex eodem libro.

Si enim est incorporeus: nec manuum tactui cedit, nec sensilibus oculis apprehenditur, non accipit vulnera, non clavis configitur, non est mortis particeps, non terræ conditur, non sepulchro includitur, non surgit ex monumento.

Eiusdem, ex eadem oratione.

Nemo tollit à me animam, potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo rursus accipiendi ipsam. Si autem vtriusque habet potestatem, utpote deus, eis quidem concessit templum solvere inconsideratè volentibus, resurgens autem, ipsum pulchrius & magnificentius reedificauit. Valèdissimis, & quibus contradici non potest, sententiis ostensum est, quod ipse per se proprium templum resurgens refecit, ascribenda sunt autem etiam diuinissimo patri quæ à filio magna & præclara gesta sunt. Neque enim filius absque patre fabricatur, ut sacra scripturæ constanter & stabiliter pronuntiant. Ea enim de causa, aliquando quidem diuinissimus genitor scribitur Christum à mortis suscitasse: quando verò pollicetur filius se proprium templum excitaturū, Si ergo ex iis quæ antè examinata sunt ostensum est, esse impatibilem diuinum Christi spiritum, decretis Apostolicis frustra nituntur impii. Si enim dixit Paulus Dominum gloriæ esse crucifixum, ad hominem aperte respiciens, non propterea oportebit diuinitati passionem tribuere. Cur ergo coniungunt contextentes ex imbecillitate, dicentes Christum esse crucifixum.

Ioan. 10.

Suscitatio Christi cōmunis p. & f.

Eiusdem, ex eodem libro.

Sinaute m etiam imbecillitatis formā ei attribuere conueniebat: hæc homini adscribere consentaneum esse di-

esse di-

esse dici potest, non autem diuinitatis plenitudini, vel supremæ sapientiæ authoritati, vel ei qui in omnibus à Paulo scriptus Deus est.

Eiusdem, ex eodem libro.

Hic est autem modus imbecillitatis, per quem secundum Paulum dicitur ad mortem venisse. Viuit enim ex virtute Dei, qui diuino scilicet spiritu vnà versatur homo, quoniam & cum qui in ipso creditur esse, altissimi virtutem ex iis quæ præcesserunt decretis ostensum est.

Eiusdem, ex eodem libro.

Si autem virginis vterum ingressus, non minuit potestatem: nec corpore ligno crucis affixo, spiritus polluitur. Corpus enim sublime cruci affigebatur, diuinus autem sapientiæ spiritus, & intra corpus versabatur, & cælestibus infidebat, & omnem terram continebat, & abyssis imperabat, & singulorum animas perferutans discernabat, & omnia vt consueuerat tanquam Deus faciebat. Non enim intra moles corporeas suprema sapientia inclusa cõtinetur, quemadmodum humidæ & siccæ materiæ intra vasa quidem includuntur, continentur autem potius quam repositoria contineant: Sed quæ est quidem diuina & inexplicabilis potentia, & quæ intra, & quæ extra templum sunt, comprehendens continet, & illinc vltorius procedens, omnes simul moles ac magnitudines continens, coercet ac moderatur.

Eiusdem, ex eadem oratione.

Si autem sol, cum sit corpus, quod cadit sub visum, qui sensu potest comprehendere, tot & tantas vbi que terrarum inturias, & probraferens, non mutat ordinem, nec paruum vel magnum istum sentit: incorpoream sapientiam polli existimas, & mutare naturam, si eius templum cruci affigitur, vel solutio nem suscipit, vel vulnera perperitur, vel corruptionem aut interitum admittit? Sed templum quidem patitur, substantia autem immaculata, & omni ex parte impolluta remanet.

Eiusdem ex libro, de descriptione graduum.

Acquisitum autem gloriam pater non suscipit, vt qui sit perfectus, infinitus, & nec mente comprehendendi potest, & nec pulchritudine indiget, & est ab omni probro & contumelia alienus, sed neque verbum eius, qui Deus est ex ipso genitus, per quem facti sunt Angeli, & cæli, & infinitæ terræ magnitudines, & omnes, vt semel dicam, rerum generabilium materiæ & compositiones: sed homo in Christo, qui surgit à mortuis, exaltatur, & glorificatur, aduersariis probrum & ignominiam in se accipiētibus.

Eiusdem, ex eodem libro.

Qui autem propter inuidiam aduersus eum inimicitias susceperunt, & infesta acie in eum procefferunt, funduntur & fugantur, cum verbum & Deus suum ipsius templum splendide & magnifice restituit.

Eiusdem, ex interpretatione 92. Psalmi.

Tandem ergo Propheta Esaias ipsa quidem eius passionū vestigia prosequens, iis hoc quoque maiori & altiori voce subiunxit. Et vidimus ipsum: & non habebat nec speciem, nec pulchritudinem, sed speciem eius sordidam & abiectam præter filios hominum. Deinde aperte ostendens, quod ad hominem, non ad Deum, referuntur indecoræ species, & affectiones, protinus subiungit. Homo in plaga exstans, & sciens ferè infirmitatem.

Eiusdem, ex eadem interpretatione.

Ipsè ergo is est, qui post contumelias indecorus, & deformis visus, deinde rursus mutatione facta decorem induit. Neque enim qui in ipso inhabitabat, Deus, instar agni ad mortem ducebatur, & tanquam ouis mactabatur, qui naturaliter sub visum non cadit.

Sancti Athanasii Episcopi Alexandrini, & confessoris, ex epistola ad Epictetum. Quis est adeò impius, vt dicat simul & sentiat, quod diuinitas, quæ est eiusdem cum patre substantiæ fuit circumcisa, & imperfectus ex perfecto factus est, & quod id quod ligno affixum est, non erat corpus, sed ipsa opifex substantia?

Eiusdem, ex eodem opere.

Quæ enim verbi patiebatur humanitas, ea conuenienter ad seipsum referebat, vt nos diuinitatis vbi participes esse possemus, & erat admirabile, quod idem erat patiens, & non patiens. Patiens quidem, quod eius proprium corpus patiebatur, & erat in ipso patiente, non patiens autem, quod cum natura sit Deus verbum, est impatibilis. & ipse quidem incorporeus erat in corpore patibili, corpus autem in se habebat verbum impatibile, quod delet ipsius corporis infirmitas.

Eiusdem, ex eadem Epistola.

Cum enim esset Deus, & Dominus gloriæ, erat in corpore turpiter & ignominiosè cruci affixo. Corpus autem, patiebatur quidem in ligno punctum, & ex eius latere fluebat sanguis & aqua, cum verò esset verbi templum, erat plenum diuinitate. Propterea ergo sol quidem, cum videret suum opificem ac creatorem, in corpore probro & contumelia affecto patientem, radios contraxit, & terram obscurauit. Ipsum autem corpus, quod naturam habebat mortalem, præter suam naturam resurrexit propter verbū quod in ipso erat, & cessauit quidem à naturali interitu & corruptione, indutum autem verbo, quod est supra hominum, ab interitu, et corruptione alienatur euasit.

Eiusdem, ex libro maiore de fide.

Quod excitatur à mortuis, homo erat, an Deus? Interpretatur Petrus Apostolus, qui melius nobis scit, et dicit. Cum eum de ligno deposuissent, posuerunt ipsum in monumento.

Deus autem suscitauit à mortuis. Corpus ergo Iesu mortuum, quod de ligno depositum est, et in monumento positum, à Ioseph autem ab Arimathia sepultum, ipsum Deus verbum suscitauit, dicens. Solui te templum hoc, et in tribus diebus excitabo ipsum. Qui cum etiam omnes mortuos viuificet, etiam ex Maria

ex Maria susceptum hominem Christum Iesum viuificauit, quem adsumpsit. Si enim cum esset in cruce, quæ prius dissoluta erāt, sanctorum mortua corpora suscitauit: multo magis suscitare potuit corpus quod gestauit, qui est semper viuens Deus verbum, vt dicit Paulus. Viuens enim Dei verbum, & efficax.

Eiusdem, ex eadem oratione.

Vita ergo non moritur, sed mortuos viuificat. Sicut enim lux in loco tenebricoso nō læditur: ita nec vita pati potest, quæ mortalem naturam inuicit, est enim immutabilis, & nec verti, nec diuersa & altera esse potest verbi diuinitas. Sicut enim in prophetia dicit de seipso Dominus. Videte me, quid ego sum, & non sum immutatus.

Eiusdem, ex eadem oratione.

Qui viuuit, mori non potest, sed mortuos potius viuificat. Est ergo & fons vitæ, diuinitate, quam habet ex patre: & homo qui mortuus est, vel potius à mortuis suscitatus: qui etiam intercedit pro nobis; qui ex virgine Maria natus est: quem verbi diuinitas propter nos suscepit.

Eiusdem, ex eadem oratione.

Accidit vt Lazarus morbo affectus, moreretur. Homo autem Domini, non ægrotans, nec inuitus perit, sed ex se ad mortis æconomiam accessit, confirmatus à Deo verbo, qui in ipso habitabat, qui dixit. Nemo tollit animam à me, ex me ipso eam pono. Potestatem habeo ponendi ipsam. Diuinitas ergo est filii, quæ ponit, & accipit animam hominis, quem gestauit. Plenum enim hominem suscepit, vt & plenum ipsum, & cum ipso mortuos viuificet.

Eiusdem, ex oratione aduersus Arrianos.

Quando ergo dicit beatus Paulus, Pater suscitauit filium à mortuis, Ioannes nobis narrat, quod Iesus dixit, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo ipsum, dicebat autem, inquit, de proprio corpore: clarum est ergo iis qui attendunt, quod corpore excitato, dicitur filius apud Paulum surrexisse se à mortuis. Quæ sunt enim eius corporis, in ipsius persona dicuntur. Ita etiam quando dicit, Vitam dedit patri filio, vitam carni datam, intelligendum est. Si enim ipse vita est, quomodo vita vitam accipit?

Eiusdem, ex oratione de incarnatione.

Cum enim vidisset verbum non aliter esse soluendum hominum interitum, nisi omnino moreretur: fieri autem nō poterat, vt verbum moreretur, quod est immortale, & patris filius: ea de causa, quod mori posset sibi corpus adsumit, vt rationis ac verbi quod ad omnes peruenit effectum particeps, pro omnibus morti satisfaceret, & propter verbum inhabitans, ab interitu & corruptione sciugarum maneret, & deinceps interitus & corruptio cessaret ab omnibus, resurrectionis gratia. Vnde tanquam hostiam ab omni macula liberam, corpus à se acceptum ad mortem offerens cōuenienti oblatione, ab omnibus similibus protinus mortem deleuit. Cum enim super omnes esset Dei verbum, merito suum ipsius templum, & corporale instrumentum, pro omnium animis pretium offerens, id quod morti debebatur impleuit: & ita per id quod erat simile, cum omnibus conuersans, ab interitu & corruptione alienus Dei filius, iure quoque omnes incorruptione induit, in promissione resurrectionis. Ea etenim quæ erat in morte corruptio & interitus, aduersus homines non amplius habet locum, propter verbum quod in eis habitat per vnum corpus.

Eiusdem, ex eadem oratione.

Ea de causa post diuinitatis sui ex factis offensiones, iam etiam pro omnibus sacrificium obtulit, pro omnibus templum suum morti tradens. Vt omnes ab antiqua transgressione immunes & liberos faceret, seipsum autem, vel morte superiorem ostederet, primitias vniuersorum resurrectionis, proprium corpus ab interitu alienum ostendens. Corpus etenim ipsum quidem commune habebat substantiam: erat enim humanum corpus, etiam si recentiori miraculo ex sola virgine constitutum. Cum esset tamè mortale, ex similitudine consuetudinis mortuum est, sed propter verbum quod ipsum inuaserat, non amplius secundum propriam naturam corrumpebatur, sed propter inhabitans Dei verbum, fuit ab interitu & corruptione sciunctum.

Eiusdem, ex eadem oratione.

Vnde, vt antea dixi, verbum, cum fieri non posset vt ipsum moreretur, erat enim immortale, accipit sibi corpus quod posset mori vt ipsum, tanquam proprium, pro omnibus offerret, & vt ipse pro omnibus patiens, eo quod in ipsum deuenisset, eum deleteret qui mortis habebat imperium.

Eiusdem, ex eadem oratione.

Patens enim corpus secundum corporum naturam, moriebatur, habebat autem fidem incorruptionis ex verbo in eo habitante. Neque enim moriente corpore verbum quoque moriebatur. Sed erat quidem ipsum impatibile, & ab interitu alienum, & immortale, vt pote quod esset Dei verbum, imo potius cū ipso corpore conuersans, arcebat ab ipso eam, quæ est secundum naturam, corporū corruptionem. Vnde etiam dicit ei spiritus. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Sancti Damasi Episcopi Romani, ex expositione.

Si quis dixerit quod in passione crucis dolorem sustinuerit filius Dei, & Deus, & non caro cum anima quam induit forma serui, quam sumpsit, sicut dixit scriptura, anathema sit.

Sancti Ambrosii Episcopi Mediolanensis, ex libro de fide catholica.

Sunt nonnulli qui eo impietatis procefferunt, vt existiment Domini diuinitatem fuisse circumcisam, & ex perfecto factum esse imperfectum, & quod in ligno non fuit caro, sed illa diuina substantia, quæ est omnium opifex.

Eiusdem, ex eodem libro.

Caro

Matt. 10. Cato passa est, diuinitas manet à morte immunit. Corpus lege humanæ naturæ cessit vt pateretur. Quomodo enim potest mori Deus, cum anima mori nequeat? Ne timere enim inquit, eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Si ergo anima occidi non potest, quomodo potest diuinitas subiecta esse morti?

Basil. Sancti Basilii Episcopi Cæsariensis. Quod cuiuslibet notum est, qui dictionis Apostolicæ voluntatem parumper attenderit, quod nõ tra-
Aet. 2. lit nobis modum diuinitatis, sed œconomie rationes, declarat illud. Dominum enim ipsum, & Christum Deus fecit hunc Iesum quem vos crucifixistis, voce indicatiua, ad id quod est in eo humanum, & quod ab omnibus videtur, apertè referens.

Nazan. Gregorii Episcopi Nazianzeni, ex epistola ad beatum Nectarium Constantinopolitanum.

Apollina. Quod autem in ecclesiasticis difficultatibus est omnium difficilimum, est Apollinaristarum licentia, quos nescio quomodo tua contempsit sanctitas, sibi æquè ac nos, communicandi arrogantes potestatem. Et paulopost. Et nondum est hoc graue, sed quod est omnium grauisimum, ipsum vniuersum Dei filium, eorum qui sunt iudicem, vitæ principem, mortis euerforem, mortalem esse asserit, & sua diuinitate passionem suscepisse, & in tridua illa corporis morte, diuinitatem quoque vnà cum corpore morte affectam esse, & ita rursus patrem eum à morte suscitasse.

Arrian. Eiusdem ex priorè expositione ad Cleodonium. Si est homo quidem inanimus, hoc etiam dicunt Arriani, vt passionem ad diuinitatem referant, tanquam quod mouet corpus, id etiam patiatur.

Eiusdem, ex oratione de filio. restaret, vt de eo quod est, ei mandatum esse, eumque mandata seruasse, & omnia quæ ei grata & accepta erant fecisse tractaremus, præterea autem de perfectione, & exaltatione, & quod didicit ex iis quæ passus est obedientiam, & de sacerdotio, & oblatione, & traditione, & oratione ad eum qui à morte potest seruare, & anxietate, & guttis & precatione, & si quid aliud eiusmodi, nisi omnibus esset manifestum, quod eiusmodi nomina, quæ sunt eius quod afficitur ac patitur, non naturam immutabilem, & quæ est altior quam vt patiatur, significant.

Ez. 4. 63. Eiusdem, ex oratione de paschate. Quis is est qui venit de Edom, & de terre tribus? Vel quomodo rubræ vestes eius qui caret & sanguine, & corpore, tanquã eius qui torcular ingressus est, & plenum torcular calcauit? Propono tibi pulchritudinem vestis corporis passi, & passione exornati, qua nihil est amabilius, neque formosius.

Nissen. Sancti Gregorii Episcopi Niseni ex oratione catechetica. Et hoc quidem est Dei naturale, quod attinet ad œconomiam de morte, et resurrectione à mortuis vt morte quidem solui animam à corpore, ex necessaria naturæ consequentia non prohibeat, sed ea inter se rursus reducat per resurrectionem.

Eiusdem, ex eadem oratione. Quoniam enim non aliunde quã in nostra massa erat homo qui Deum suscepit, qui per resurrectionem exaltatus est cum diuinitate. Quomodo in nostro corpore, vnius seniori operatio, ad omnem consensum secum trahit id quod parti vnitum est. Ita perinde ac si vniuersa natura sit vni quodpiam animal, quæ sit ex parte resurrectio, peruenit ad vniuersum quod est in natura contrarium et vnitum, ex parte toti impartita, et communicata. Quid ergo præter probabile mysterium dicimus, si qui stat, inclinatur ad eum qui cecidit: qui iacet, ad id quod resurrexit?

Eiusdem, ex eadem oratione. Consequens autem fuerit etiam in hac parte, non hoc quidem respicere, illud verò negligere: sed in morte quidem id quod est humanum intueri: in labore verò, id quod est diuinius curiose inquirere?

Ioan. 11. Eiusdem, ex opere aduersus Eunomium. Neque humana natura Lazarum viuificat, nec cæset iacentem impatibilis potentia. Sed lachryma quidem est hominis propria, vitæ autem ea quæ verè vitæ sunt. Non nutrit multa hominum millia humana mendicitas, non adcurrit, ad sicum omnipotens potestas. Quis ex itinere defatigatur, et quis vniuersum mundum citra vllum laborem verbo constituit, quid est splendor gloriæ, et quid est quod clavis configuratur, quænam forma in passione colaphis cæditur, et quæ ex æterno glorificatur, hæc aperta sunt, licet nemo orationes interpretetur.

Eiusdem, ex eodem opere. Reprehendit eos qui humanæ naturæ passionem adscribunt. Vult autem omnino ipsam diuinitatè passioni subiecte, cū enim sit duplex et ambigua existimatio, diuinitasne an humanitas passa sit, vnius accusatio, est omnino eius quod deest confirmatio. Si ergo eos reprehendunt, qui passionem in humanitate fuisse vident, eos omnino laudant, qui dicunt fuisse passam filii diuinitatem. Quod autè per hæc confirmatur, est absurdum eorum dogmatis patrociniū. Si enim patitur quidem, vt ii volunt, filii diuinitas, patris autè diuinitas feruatur impatibilis: impatibilis ergo natura ab ea quæ passionem suscipit aliena est.

Amphiloch. Sancti Amphilochi Episcopi Iconii, ex oratione in illud, Amen amen dico vobis. Qui sermonem meum audit, et credit ei qui misit me, habet vitam æternam. Cuius ergo sunt carnis affectiones? Ergo si das quidem carni affectiones, et quoque verba humilia concedes, et cui miracula adscribis, sublimia quoque et magnifica verba tribues. Qui enim miraculorum effector Deus est, alta et factis

*Amphiloch.
Ioan. 5.
humilia
& subli-
mia.*

factis digna loquitur. Qui autem patitur, homo rectè humilia & suis affectionibus dicit conuenientia,

Eiusdem, ex oratione in illud Pater maior me est. Quando autem carni affectiones, & Deo miracula dederis, necesse est vt velis nolis, humiles quidem sermones ex Maria nato homini, sublimes autem & Deo conuenientes, verbo quod erat in principio: Propterea enim alicubi quidem magnifica & sublimia, alicubi verò humilia & abiecta verba loquor, vt per sublimia inhabitantis verbi nobilitatem ostendam: per humilia autem, humilis carnis imbecillitatem significem. Quocirca alicubi quidem dico me esse patri æqualem, alicubi verò maiorem patrem, non mecum pugnans, sed ostendens me esse Deum & hominem: Deum quidem per sublimia, per humilia verò hominem. Si autem vultis scire quomodo pater meus maior me est, id dixi ex carnis, & non ex diuinitatis persona,

Eiusdem ex oratione in illud. Si possibile est, transeat à me calix iste. Ne ergo carnis passiones verbo impatibili inieceris. Deus enim sum & homo, Hæretice. Deus vt spondent miracula. Homo, vt testantur affectiones, & ea quæ passus sum. Quoniam ergo Deus sum & homo, dic quis passus est? Si Deus passus est: id dixisti quod est blasphemum. Sin autem caro passa est cur non ei tribuis passionem, cui timorem adiungis? Alio enim patiente, alius non pertimescit, & dum homo crucifigitur, Deus non perturbatur.

Eiusdem, ex oratione aduersus Arrianos. Et ne longiori vtar oratione, paucis rogo te Hæretice, Qui ex Deo est antè secula genitus, passus est an qui ex David postremis temporibus natus est Iesus: Si ergo diuinitas passa est: dixisti quod est blasphemum. Sin autem homo, vt habet veritas: quare homini passionem non adscribis?

Eiusdem ex oratione de filio. Cum enim dixisset Petrus, quod & Dominum & Christum ipsum fecit Dominus, subiunxit. Iesum què vos crucifixistis, eū Deus suscitauit à mortuis. Nõ diuinitas autè morte affecta est, sed homo, & qui eū suscitauit à mortuis, verbū est Dei potètia, qui dixit in Euangelio. Soluite templum hoc, & triduo excitabo illud. Quare si dicatur, & Dominum ipsum & Christum fecit Deus, qui morte affectus est, & ex mortuis resurrexit, carnem dicit, & non diuinitatem filij

Eiusdem, ex oratione in illud, Non potest filius ex seipso facere quidquam. Neque enim habebat naturã, vt vitæ à corruptione & interitu derineretur. Quandoquidem diuinitas ad passionem non attracta est. Quam enim id posset ratione? Sed humanitas ad incorruptionem renouata est. Oportet enim, inquit, mortale hoc induere immortalitatem, & hoc corruptibile induere incorruptionem. Vides quam exactè & accuratè dictum sit, mortale hoc monstrauit, ne putares esse alius carnis resurrectionem.

Sancti Flauiani Episcopi Antiocheni in dominica paschæ. Propterea etiam crux nobis liberè prædicatur, & mortè Domini confitemur, nihil præbente diuinitate, est enim diuinitas impatibilis: sed corpore œconomiam implente.

Eiusdem de Iuda proditore. Quare quando Dominum traditum audiueris, ne diuinam autoritatem ad humilitatem & abiectionem detraxeris, neque corporales affectiones diuinæ potestati adscriperis. Quod enim est diuinum, est impatibile, & ab omni mutatione versionèque remotum. Etsi enim propter humanitatem, suam tamèn naturam non mutauit. Sed cum esset id quod erat, concessit diuinitas vt corpus mortis periculum faceret.

Theophilacti episcopi Alexandrini, ex festiuo tomo. eorum enim quæ carent ratione, non tolluntur: & ponuntur rursus animæ, sed vnà cum corporibus intereunt, & in terram resoluuntur. Seruator autem, cum animam suam passionis tempore è proprio corpore abstulisset, resurgens à mortuis, in eo rursus reposuit. Huius autem rei nobis fidem faciens, prædixit per Psalmistam clamans, NON relinques animam meam in inferno neque sanctum tuum adire corruptionem.

Beati Gelasii episcopi Cæsareæ Palestine ex oratione in epiphania. Vinctus, vulneratus, crucifixus, contrectatus est, vibices tulit, lanceæ cicatricem accepit. Hęc omnia corpus ex Maria natum sustinuit. Id autem quod ante secula ex patre genitum est, nemo poterat lædere, neque enim ea sunt verbi natura. Quomodo enim posset diuinitas retineri, quomodo vulnerari, quomodo incorporea natura cruentari, & quomodo sepultura vinculis implicari? Da ergo ea quæ non potes lædere, & honora diuinitatem, & te necessitatis oratio contineat.

Sancti Ioannis episcopi Constantinopolitani, ex oratione in illud. Pater meus vsque adhuc operatur, & ego operor. Quod signum ostendis nobis quod hæc facias? Quid ipse: Soluite templum hoc, inquit, & ego triduo excitabo illud, dicens de suo corpore. Sed illi hoc non intellexerant.

et paulopost. Quomodo non prætermisit hoc euangelista, sed subiunxit correctionem, dicens. Ille autem dicebat: Templum de templo sui corporis. Non dixit enim, Soluite corpus hoc, sed templum, vt Deum inhabitantem ostenderet. Soluite templum hoc Iudaico multo melius. Iudaicum enim habuit legem, hoc verò legislatorè Illud literam quidem occidentem, hoc verò spiritum viuificantem.

Eiusdem, ex oratione, quod quæ humiliter dicta & facta sunt, non propter potentiam imbec-

*Aet. 2.
Ioan. 2
1. Cor. 15.
Eulian.*

*Theophyl.
Anima Irrationales mortales.
Psal. 15.
Gelas
Cry.*

*Ioan. 2.
Iudaicorū.*

Matt. 26.

Quomodo ergo hic dicit, Si possibile est? Ostendit humanę naturę imbecillitatem, quę a pręsenti vita abrumpi nolebat, sed recusabat, & tergiversabatur, propter pręsentis vitę amorem illi a Deo ab initio inditum. Si enim cum ipse tot & tanta dixit, ausi sunt quidem dicere, quod carnem non accepit: Si nihil horum dictum esset, quid non dixissent?

Eiusdem, ex eadem oratione.

Vide quomodo etiam priorem eius atatem exposuerunt. Interroga ergo Hęreticum, Deus veretur ne, & recusat, & cunctatur, & dolore afficitur: & si dixerit ita, deinceps recede, & statue eum infra cū Diabolo, vel potius eo inferius. Neque enim ille audebit hoc dicere. Sin autem dixerit nihil horum esse Deo non indignum, dic ergo nec orat Deus. Nam pręter hęc, aliud quoque erit absurdum, si Dei verba sint. Non enim angorem solum & tristitiam hęc verba significant, sed etiam duas voluntates: vnam quidem patris, vnam filii, inter se contrarias dicere enim, Non ut ego volo, sed sicut tu esteius qui hoc indicat.

Dne volū tates.

Eiusdem, ex eadem oratione.

Si hoc enim in diuinitate dictum sit, exoritur quędam contradicctio, & multa ex eo absurda enascuntur. Si autem in carne, sunt rationi consentanea quę dicta sunt, & nihil erit quod possit reprehēdi. Neque nolle mori carnem, damnari poterit, hoc est enim naturę. Ipse enim, quęcuque sunt naturę, pręter peccatum, copiosissimę ostendit, vt ora Hęreticorum obturaret. Quando ergo dicit, Si possibile est, transeat a me calix iste, & Non ut ego, sed vt tu vis, nihil aliud ostendit, quām se verę esse circumdatum carne, quę mortem timeret. Timere enim mortem, & recusare, & angore ac męrore affici, est illius. Quandoque ergo eam nudam, & a sua operatione destitutam relinquit, vt cum eius infirmitatem ostenderit, eius quoque naturam probet. Quandoque autem eam cęlat, quia non est homo tantum.

Seuerian.

Seueriani Episcopi Gabalarum, ex eius oratione de signaculis.

Iudęi de iis pugnant quę apparēt, ignorantes id quod non apparer, & carnem quidem crucifigunt diuinitatem autem non perimunt. Si enim scripto, quod est verborum indumentum, mea verba nō pe reunt: quomodo Deus verbum, fons vitę vnā cum carne interiit? Passio est in corpore, incompatibilis au tem in dignitate. Ecce tibi eos qui & orientales, & occidentales, & etiam australes & boreales orbis terrę partes colunt, vanam vestram hęcsem reprehendere ostendimus, & diuinam naturam esse impa tibilem apertę prędicare, & vtranque linguam, gręcā dico & romanam consentientem de diuinis confessionem proferre.

Scriptū verb. in dumentū

Hyperbo le veterū similes ar boratori bus.

E R. Ego quoque admiror virorum concordiam, multā quidem certę in eorū scriptis diuisionę aspexi. OR. Ne agrę tuleris. Vehemens enim aduersus aduersarios contētio, in causa fuit vt modū excederēt. Hoc ipsum solent etiam facere qui plantant arbores. Quando enim viderint inclinam arborem, non solum eam erigunt, sed in alteram etiam partem inflectunt, vt per nimiam in contrarium inclinatio nē vt recta sit efficiant. Vt autem scias, quōd, qui hanc multiplicem, & multiformem hęcsem immodicis blasphemis confirmare contendunt, veteres quoque Hęresis archas cęlare conantur, audi rursus scripta Apollinaris, quę diuinam naturam incompatibilem prędicat, & corporis esse passionem consententur.

Apollina.

Apollinaris, ex summa.

Solutum templum, hoc est corpus eius qui excitat, dicit Ioannes. Omnino autem vnum est corpus apud ipsum, & non est aliquod aliud apud ipsos. Si autem apud Dominum vnum fuit corpus Domini quę sunt propria corporis, fuerunt eius propria per corpus.

Et rursus.

Hoc enim verum est, quōd verbi cū corpore coniunctio non sit ex verbi circumscriptione, vt nihil amplius habeat quām corporis complexus. Quare etiam in morte manet circa ipsum immortalitas. Si est enim hac compositione superior, est etiam dissolutione. Dissolutio autem mors est. Neque enim cō positione comprehensus est. exinanitus enim esset mundus, neque in dissolutione, quę ex dissolutione oritur, indigentiam habuit, vt anima.

Et rursus.

Sicut enim ex monimētis mortuos egredi dicit Seruator, & si animę illinc nō egrederētur: ita seip sum dicit ex mortuis resurrecturum, etiam si corpus quod resurgat.

Et in alio etiam simili opere hęc scripsit.

Est hominis surgere a mortuis, Dei autem excitare. Vtraque autem Christus. Deus ergo erat, & ho mo. Si homo solum Christus, non viuificasset mortuos, & si solum Deus: non seorsum a patre aliquos mortuos viuificasset. Vtraque autem Christus. Deus ergo & homo idem. Si solum homo Christus: mū dum non seruasset, & si solum Deus, per passionem non seruasset. Vtraque autem Christus. Deus ergo nō est & homo. Si solum homo Christus, si solum Deus, non inter homines & Deum intercederet. Et paulo post. Caro est non vitę instrumentum, quod affectionibus cum diuinis consiliis congruit, nec verba sunt, nec facta carnis propria, & affectionibus subiecta, vt carni conuenit, affectionibus dominatur, eo quōd sit caro Dei.

Et rursus paulo post.

Filius in mundo peregrinatur, carne a virgine sumpta, quam sacto spiritu impleuit ad omniū nostrū sanctificationem: morti autem morte tradita per resurrectionem, mortem soluit ad omnium nostrum resurrectionem.

In libello autem de fide hęc scripsit.

Et

Et cum essent circā carnem affectiones, suam incompatibilitatem habuit potentia. Impius est ergo, qui affectionem aut passionem ad potentiam deducit.

Et in libello de incarnatione hęc rursus scripsit. Hic ergo eundem significans, vt hominem quidē, surrexisset a mortuis, vt Deam autem, vniuersę creaturę imperare. Vides vnum ex nouę hęcis Magistris diuinitatem impatibilem apertę prędicare, & templum corpus vocare, & Deum verbum id suscitasse asserere.

ER. Audiui, & miratus sum, & me valde pudet nostrā magis visa esse fugienda, quām quę ab hoc viro noua introducta sunt.

OR. Ego autem tibi quoque ex altero Hęreticorum grege testem producam, qui vni geniti diuinitatē esse impatibilem apertę prędicat.

ER. A. N. Quemnam eum dicis

OR. T. H. Eusebium fortasse audiisti Phęnicem, qui Emesę vrbs ad libanum fuit Pontifex.

E. R. Incidi in aliquo eius scripta, & inueni eum valde consentire cum dogmatibus Arrii.

OR. Is erat illius scētę & tamen cum vellet ostendere Patrem maiorem vni genito, prędicat esse impatibilem eius cui detrahitur diuinitatem, & de eare magna & admirabilia certamina suscepit.

E. R. Valde mihi cupienti eius quoque dicta asseres.

OR. Prolixius ergo tibi testimonium asseram, vt tuum desiderium expleam. Audi ergo virum clamantem. Existima autem eum ad vos his verbis vti.

Eusebii Emeseni.

Qua de causa timet mortem? ne quid a morte patitur? quid. n. erat illi mors: an non secedere virtutem & potentiam a carne? nunquid enim clauum suscepit virtus ac potentia vt timeret. Si enim anima nostra nō patitur quę sunt corporis, licet cū eo vna sit: sed excęcatur quidē oculus, mens autē confirmatur: pes amputatur, & non claudicat ratio, id quę & natura testatur, & Dominus sui sigilli autoritate cōprobat, dū dicit, Nolite timere eos qui corpus possūt occidere animā autē occidere nō possunt. Si nō possunt, qui non fecerunt, nō quod nolint, sed quod nō possunt si velint, efficere, vt eadem patiatur quod ei coniunctum corpus: qui creauit animam, & corpus formauit, is eadem patitur quę corpus, & si maximē corporis affectiones in se suscipit. Sed passus est Christus pro nobis, & non mentimur. Panis enim quem ego dabo caro mea est, quam dedit pro nobis. Detentū est quę detinetur, crucifixū est quod crucifigitur. Qui autē habet potestatem & habitādī & recedēdi, hoc dicit. Pater in manibus tuis deponā spiritum meū, in manibus eorū qui vim afferūt vt exeat. Non sū cōtentiosus, sed a cōtētiōne abstinco. benignē autem de iis, quę sunt in controuersia, volo rogare tanquam frātres. An non verum dico quōd virtus nō potuit carnis affectiones passiones ve suscipere? ego itaque taceo, dicat qui velit, quid passa est potentia defecit, vide periculum, extincta est, vide blasphemiam, non amplius erat, hoc est enim mors virtutis. Dic quid potes obtinere quod ea passa sit, & non contendo. Si autem non potes dicere: quid mihi succentes, quōd id non possūm dicere quod non potes? Non suscepit clauum? Infige in animum, & fatebor in virtutem. Sed per consensum passus est. Explica mihi quid sit pati per consensum. Passus est per consensum, vt pote in carnem clauum, in potentiam autem peruadit dolor. Hoc dicamus per consensum passa est, dolore affecta est potentia non percussa. Dolor enim passionem omnino con sequitur. Si autem etiam corpus, sepe confirmata & corroborata mente, dolores contemnit propter vi res cogitationis: hic exponat aliquis ingenuē & non cōtentiosę, vel quid passa est, vel quid per cōsensū passa est. Quid igitur? Christus non mortuus est pro nobis? Quomodo mortuus est? Pater in manibus tuis depono spiritū meū, recessit spiritus: māsit corpus: non spirās māsit corpus. Nō mortuus est ergo? Mortu⁹ est pro nobis. Pastor ouē obtulit sacerdos obtulit hostiā, dedit pro nobis seipsum, & Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit suum filium. Non infirmo aut abrogō hęc dicta, sed quāro eorum sensum. Dicit Dominus. Panis Dei descēdit de cęlo, & interpretans, etiam si non possū apertius dicere propter mysteria, tātum vult dicere ac si diceret, caro mea est. Caro filii descēdit ne de cęlo? Non descendit de cęlis. Quomodo ergo dicit, Panis Dei viuūt & descendit de cęlis, Interpretans autem dicit. Quoniam virtus, suscepto corpore, de cęlis descēdit: id quod habet virtus, carni ascri bitur. Ergo etiam conuerte. Quę caro patitur, virtuti adscribuntur. Quomodo passus est Christus pro nobis? Consputus est, in maxilla percussus est, fronti eius coronam imposuerunt, fossi sunt eius manus & pedes. Hęc sunt omnes in corpore passiones: referuntur autem etiam ad eum qui inhabitat. Proice lapidem in Imperatoris imaginem, Quid dicitur? Fecisti iniuriam Imperatori. Cōscinde vestem Imperatoris, Quid dicitur? Insurrexisti aduersus Imperatorem. Crucifige corpus Christi, Quid dicitur? Chri stus mortuus est pro nobis. Sed quid te aut me opus est? Accedamus ad Euangelistas. Quomodo accepistis a Domino, quemadmodum mortuus est Dominus? Dicunt, Pater in manus tuas commēdo spi ritum meum, spiritus sursum & corpus in cruce pro nobis. Obrulit enim ouem, quod, quę in eius sunt corpore, illi attribuantur.

Euseb. Emes. Phenic. Arrian.

anima nō patitur cū corpore.

Matt. 10.

Ioan. 6.

Ioan. 19. consensu pati.

Rom. 8.

Ioan. 6.

Imago. Imp.

Absurda.

Eiusdem, ex eodem libro.

Venit ad nostram naturam seruandam, nō ad suam perdendā. Si voluero dicere camelū volare, uos protinus alienum ac peregrinū ducitis, quia naturę nō conuenit, & rectē facitis. Si voluero dicere, homines in mari habitare, nō toleratis, & rectē quidem facitis. neque enim id admittit natura. Quemadmodū ergo, si aliena & peregrina dixerō deus naturis, vos ea peregrina, & aliena ducitis, ita si dixerō quod virtus illa, quę est ante secula, quę est incorporea natura, quę est dignitate impatibilis, quę est apud patrem, quę est a dextris eius, quę in gloria: si dixerō quōd illa natura incorporea patitur, non

Qqij

Angel.

Anima.

Mors Im-
mortalitū
annihila-
tio.

Señe con-
tra Chr.

Apes

arr.
Euno.

Tētor.
Ioan. 1.
Ioan. 2.

vestras aures obturatis: Si aures vestras non obturatis hæc audientes, ego quidem certe cor meum obstruam. An Angelo possumus aliquid facere, ut pote ense ferire, vel omnino scindere aut findere? Quid dico, Angelo animæ ne possumus? Nō admittit clauū anima, non scinditur anima, nō vitur. Et si dixeris mihi, Quamobrem? Dico tibi, Ita enim condita est. Opera eius sunt imparibilia, & ipse patibilis: Nō vilipendo carnis susceptæ æconomiam, sed iubeo valere improbitatem & malitiam. Mortuus est Christus pro nobis, & crucifixus, ita scriptum est. Ita ut admisit naturā, nec verba deleo, nec naturā blasphemio. Sed hæc vera non sunt, dicantur veriora, non grauis est qui benefacit, nec inimicus qui docet, nisi forte ingratus sit qui docetur. Potes aliquid pulchri dicere? aures patent vel lubentissimè. Vincendi cupiditate ducitur aliquis, & ita ei studens contendit. Potuerunt Iudæ filium Dei crucifigere, ipsam potentiam morte afficere. Potest ne viuens mori? eius potentie mors, est eius defectio. Corpus nostrū, postquam fuerimus mortui, manet. Si illam potentiam morte affecerimus, eo illam duces, ut non sit amplius. Nescio an non possitis audire. Corpus si mortuum fuerit, anima separatur, & manet. Si autem anima mortua fuerit, quoniā est incorporea, non est amplius. Anima quæ moritur, nō est penitus, Mors enim eorum, quæ sunt immortalia, illa eo redigit vt non sint. Aliud considera. Nam nec dicere quidem audeo. Hæc dicimus vt sentimus: legem autem non ferimus, si quis contra contendat. Vnū autem scio, quod vnusquisque ex iis quæ sentit fructum percipiet, & accedit vnusquisque ad Deum, & proponit quod de eo dixit & sensit: Ne putes enim Deum libros legere, vel in recordando discrucari. Quid dixisti, & quis audit, omnia manifesta sunt. Seder Iudex. Producitur Paulus qui hic est. Hominem me dixisti, non habes vitā meā. Quoniā me nō cognouisti, nec te cognosco. Accedit alius: Dixisti me vnū eorū quæ sunt, nō nosti meā dignitatē, non te noui. Accedit alius, Dicis me non accepisse corpus, gratiā meā pro nihilo duxisti, non eris meā immortalitatis particeps. Accessit alius. Dixisti me nō esse natum de virgine, vt seruare corpus virginis. non seruaberis. Vnusquisque refert ea quæ sentit de fide. Vidisti etiā aliam vestrorum magistrorum sectam, à qua passā esse vnigeniti diuinitatē nos didicisse putatis, hanc blasphemiam execrari, & diuinitatem esse impartibilem prædicare, & eorum, qui illi passionem audēt attribuere, ceteruam rumpere ac dissoluere.

ERAN. Vidi, & præclaram eius disputationem admiratus sum, pulchraque viri sentia & cogitata demiror.
OR. Imitare ergo apes, d' vit bone, & sacra scripturæ prata, & sanctorum patrum pulchros flores mēte circunvolās, fidei fauos in te contexe. Quod sicubi herbam inueneris, nec ducem, nec esculentā, cuius modi est hic Apollinaris & Eusebius, habet tamen aliquid vtile ad mel conficiendum: non est alienum quod bonum quidem est sumere, quod verò noxium relinquere. Etenim apes sæpe in venenosis fructibus insidentes, quod est quidem perniciosum relinquunt, quod est verò sibi accommodatum accipiunt. Hæc tibi quidem, d' amice, iure fraternæ amicitie consulo. Tu autem recte quidem feceris, si monitioni parueris. Sin autem non parueris, nos cum Apostolo dicemus, Nos mundi. Diuinus enim secundū Prophetam, vt iussi sumus.

Quod Deus verbum est immutabile.
Vnam patris, & filii & spiritus sancti substantiam confessi sumus, & eam esse immutabilem communi cōsensu diximus. Si est ergo vna trinitatis substantia: ipsa autē est immutabilis: est ergo immutabilis vnigenitus Dei filius, qui est vna persona trinitatis. Si est autē immutabilis: non vtique mutatus cōuersusque caro factus est, sed carne accepta dicitur caro esse factus.

ALITER.
Si per mutationem & conuersionem in carnem Deum verbum caro factum est: nō est ergo immutabile. Quod enī mutatur, & fit diuersū, nemo sanæ mētis immutabile appellauerit. Si autē est mutabilis, nec est eiusdē cum eo qui genuit substantiæ. Quomodo enim fieri potest, vt simplicis substantiæ hoc qui dē sit mutabile, illud verò immutabile: Si hoc autē concesserimus, omnino in Arii & Eunomii blasphemiam incidemus. Illi enim filium dicunt esse alterius substantiæ.

ALITER.
Si filius est eiusdem cum patre substantiæ: factus est autē caro filius, suscepta in carnem mutatione: est ergo mutabilis substantia, & non immutabilis. Si autem hanc blasphemiam quis dicere ausus fuerit eā omnino augebit blasphemiam in patrem. Etenim ipsum quoque nominabit mutabilem, vt qui sit eiusdem substantiæ particeps.

ALITER.
Deum verbum, carnem, & etiam animam sumpsisse dicunt sacra scripturæ. Diuinitas autem Euangelista dixit. Verbum caro factum est. Necessè est ergo duorum alterum facere, vt vel verbi mutationem in carnem, vt falsam, vt pote quæ doceat omnem sacram scripturam, tam nouam quam veterē iuersari, suscipiamus, vel diuinæ scripturæ credentes, carnis quidem adsumptionem confiteamur, ex animo autem mutationem eiiciamus, dictum Euangelicum pie intelligentes. Hoc est ergo faciendum, quandoquidem immutabilem Dei verbi naturam confitemur, & adsumptæ carnis habemus innumera testimonia.

ALITER.
Quod tentorium inhabitat, aliud est ab eo quod inhabitatur. Euangelista autē carnem tabernaculū appellauit. In eo autem dixit Deum verbum habitasse. Verbum enim, inquit, caro factum est, & habitauit in nobis. Si autem conuersum caro factum est: non habitauit in carne. Atqui cum in carne habitasse didicimus. Idem enim Euangelista etiam in alio loco corpus eius templum appellauit. Credendum

um est ergo Euangelistæ qui hoc dictum explicauit, & quod aliquibus videbatur dubium, interpretatus est.

ALITER.
Si Euangelista, qui scripsit, Verbum caro factum est, nihil attulisset quod posset dubitari nō solue re: iustam fortasse haberet excusationem de hoc dicto decertatio, scripti scilicet obsecuitatem. Sed cum statim subiunxerit Kæ eskinio sēn en imin, hoc est, tanquam in tabernaculo in nobis habitauit, frustra ergo confertis manibus dimicantes nugantur. Id enim quod anrè scriptum est, id quod sequitur interpretatur.

ALITER.
Deum verbum esse immutabile sapientissimus Euangelista apertè prædicauit. Cum enim dixisset, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, statim subiunxit. Et vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti a patre, plenum gratiæ & veritatis. Si autem in carne mutatus esset, vt stulti volunt: non mansisset id quod erat. Sin autē etiā carne tectus, emittit radios paternæ nobilitatis: habet naturā immutabilem, splendet autē etiā in corpore, & ex eo emicat iubar naturæ quæ sub aspectū non cadit. Illa enim lucē nihil potest obscurare. Lux enim lucet in tenebris, & tenebræ eam non comprehenderunt, vt dicit diuinitissimus Ioannes.

ALITER.
Cū benedictus Euangelista vellet explicare gloriam vnigeniti, deinde non posset implere quod conabatur: ex societate quam habet cum patre eam ostēdit. Ex illa enim est, inquit, natura, perinde faciēs ac si quis iis qui Ioseph præter dignitatem seruire viderent, & eius generis nobilitatem ignorarent, diceret, Iacob quidem eius esse patrem, proauum autem Abraam. Ita enim hic quoque dixit, quod in nobis inhabitans, non obscurauit naturæ gloriam. Vidimus enim gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a patre. Si autem etiam cum in carnem esset, manifestum erat quis esset: mansit ergo id quod erat, nec mutationem in carnem sustinuit.

ALITER.
Non solum carnem, sed etiam animam, Deum verbum suscepisse confessi sumus. Cur ergo diuinus Euangelista animam quidem hic prætermisit, solius autem carnis meminit? Non quid manifestum est quod naturam quæ videtur ostēdit, eam autem quæ ei naturaliter coniuncta est per eam declarauit? Facta enim mentione carnis, animæ quoque mentio vtique consequitur. Quando enim audimus Prophetam dicentem. BENE DICTA omnis caro nomen sanctum eius, non existimamus Prophetam carnibus inanitis præcipere: sed ex parte totum ad Dei laudem hymnosque dicendos vocari credimus.

ALITER.
Illud, Verbum caro factum est, non mutationem, sed suam humanitatem declaret. Cum enim dixisset beatus Euangelista, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, & ostēdidisset cum esse tam eorum quæ videntur, quam quæ non videntur opificem, & vitam & veram lucem nominasset, & quædam alia similia posuisset, & Theologiam tractasset, quantum posset mens humana capere, & lingua eius fluentis inscribere, subiunxit, Et verbum caro factum est, tanquam obstru pscens, & admirans insignem eius humanitatem. Qui est, & semper est, & Deus est, & omnia fecit, & vitæ æternæ, & veræ lucis fons est, hominum salutis causa carnis sibi tabernaculum imposuit: existimatus est autem id solum esse quod apparebat, ea de causa nec animæ meminit, sed solius carnis, in qua cadit interitus, & est mortalis: animam autem vt pote immortalem prætermisit, vt ostenderet immensam bonitatem.

ALITER.
Semē Abrahæ diuinus vocat apostolus Christū Dominū. Si hoc autē verum est, vt certe est, non ergo Deus verbum in carnem mutatum est, sed semen Abrahæ accepit, vt ipse docet apostolus.

ALITER.
Iurauit Deus Dauid se ex fructu lumbi eius secundum carnem Christum excitaturum, sicut & Prophetam dixit, & magnus Petrus interpretatus est. Si autem Deus verbum in carnem conuersum, Christus nominatum est, nequaquam iuramenti veritatem inueniemus. Atqui Deum esse verum, imo ipsam potius veritatem didicimus. Mutationem ergo in carnem Deus verbum non sustinuit: sed ex semine Abrahæ, vt erat pollicitus, accepit primitias.

ALITER.
Quod est vnio inconfusa.
Qui vnam diuinitatis & humanitatis naturam post vnionem effectam esse credunt, naturarum separatas proprietates ea ratione tollunt: earum autem ablatio, est vtique natura negatio. Non enim permittit vniorum cōfusio, vt carnem, carnem intelligamus, nec Deum, Deum. Sin autem etiam vnionem discerni potest eorum quæ vnita sunt diuersitas: non est ergo facta cōfusio, sed est inconfusa vnio. Si hoc autem in confesso est, non est ergo vna natura Christus Dominus, sed est vnus filius puræ & sinceram vt ranque naturam ostendens.

ALITER.
Vnionem & nos dicimus, & ipsi consentunt, factam esse in conceptione. Si ergo vnio naturas cōmixta, & confudit: quomodo caro post partum nihil moui habere visa est, sed etiam humanam effigiem & characterem ostendit, & infantis mensuram seruauit, & fascias sustinuit, & matris mamam suxit. Sin autem hæc non per visum & existimationem, & quod ita apparet facta sunt, per visum ergo & existimationem, vt aiunt, non admittunt: verè ergo corpus erat quod videbatur. Sin autem hoc in cō-

487
fesso est, non ergo confudit naturas vnio, sed vtraque pura & integra remanet.

A L I T E R.

Qui hanc variam & multiformem hæresim composuerunt, aliquando quidem Deum verbum carem factum esse dicunt, aliquando autem carnem dicunt suscepisse mutationem in naturam diuinitatis. Vtrunque autem est & vanum & ineptum, & plenum falsitatis. Si enim Deus verbum, vt hi dicunt, caro factum est: cur ipsum Deum nominant, & hoc solum, nempe hominem, cum nominare reculant, sed nos etiam qui cum eo quoddam Deum facerent, etiã hominem esse dicimus, valde accusant. Sin autem caro mutata est in naturam diuinitatis: cur iis communicant quæ corpus representant? est enim figura superua canea, si ablata sit veritas.

Eucharistia.

circuncisio

A L I T E R.

Incorporea corporaliter natura non circumdatur. Corporaliter autem adiectum est, propter spiritalem cordis circuncisionem. Circuncisio autem est vtique corporis. Circuncisus est autem post vnionem Christus Dominus. Sin autem hoc in confesso est: quod de confusione dicitur confutatum est.

A L I T E R.

Esuriisse quidem & sitiisse. Christus Seruatore nostrum didicimus, & hæc quidem verè & non apparitione sola facta fuisse credimus. Hæc autem non incorporeæ naturæ sed corporis propria. Hæc ergo corpus Christus Dominus, quod ante resurrectionem naturæ affectiones suscepit. His autem sit fragatur diuinus quoque Apostolus. Non enim habemus, inquit, Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia in similitudine absque peccato. Peccatum enim non est naturæ, sed malæ electionis & instituti.

heb. 2. 4.

Peccatum

A L I T E R.

De diuina natura dixit Propheta Dauid, Non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel. Euangeliorum autem historia ostendit Christum Dominum in nauis dormientem. Et autem quod est non dormire, dormire est contrarium. Sunt ergo Prophetiæ contrariæ Euangelicis, si vt illi dicunt, solum Deus est Christus Dominus. Atqui non sunt contrariæ, ab eodẽ enim spiritu & hæc & illa fluẽta promanauit. Corpus ergo habuit Christus Dominus cognatum aliis corporibus, quod somno itidẽ opus habuit, & quod de confusione dicitur, fabulam esse ostensum est.

Psal. 120. dormi.

Chri.

Marc. 4.

A L I T E R.

Esatis Propheta dixit de diuina natura, Non esuriet, neque defatigabitur, & quæ sequuntur. euange lista autem dicit, Iesus autem defatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. Non defatigabitur autem contrarium est ei quod est defatigari. Contraria est ergo Prophetia historiæ Euangelicæ. At qui non est contrariæ, nam & hæc & illa vnus Dei sunt. Naturæ ergo, quæ circumscribi non potest, est non laborare, implet enim omnia. Corporis autem, quod circumscribitur est, est transire proprium. Quod autem transit, suam ingredi cogatur, ex itinere labore capit, Corpus ergo erat, quod & ambulauit, & defatigatum est. Vnio enim non confudit naturas.

Ez. 40.

Ioan. 4.

A L I T E R.

Dominus Christus dixit diuo Paulo in carcere incluso. Noli timere Paule, & quæ sequuntur, Is autem, qui ab eo timorem expulit, passionem timuit, vt dixit beatus Lucas, vt etiam cruentæ guttæ ex toto corpore promanarent, & terram corpori subiectam irrigarent, ipsæque ab angelico auxilio confirmarentur. Sunt autem hæc contrariæ. Quemadmodum enim non sint contrariæ, imere, & timorem expellere? Verumtamen non sunt contrariæ. Idem enim est & Deus natura & homo, & vt Deus quidem eis animum addit qui opus habent, vt eis animum addatur, vt homo autem, ab Angelo fidenti esse animo monetur, & ab eo audaciam, & confidentiam accipit, licet & diuinitas, & spiritus vnã adesset vt vnctio, sed nec coniuncta diuinitas, nec sanctus spiritus tunc corpus aut animam sustentauerunt, sed Angelo hoc ministerium permiserunt: vt & animæ & corporis imbecillitatem ostenderent, & per imbecillitatem ostenderentur nature infirmorum. Hæc autem facta sunt, diuina scilicet natura permittere vt eorum qui postea futuri erant, qui animam quidem & corpus susceptum crederent, probationibus & demonstrationibus confirmarentur: qui autem contradicerent, euidentibus testimoniis confutarentur. Si ergo conceptioni coniuncta est vnio: vnio autem, vt illi dicunt, ambas naturas vnã effecit: que madmodum integra permanerint, quæ sunt naturarum propria? Et tristis quidem fuit anima, suauit corpus, vt etiam cruentæ guttæ ex nimio timore promanarent. Si autem hoc quiddam corpus, illud verò animæ proprium. Non ergo vnã natura carnis & diuinitatis ex vnione facta est, sed vnus apparuit filius qui in se diuina & humana ostenderet.

Act. 27.

Luc. 22.

A L I T E R.

Sin autem dicant post resurrectionem corpus in diuinitatem mutatum esse: ita eis resistere oportet. At qui post resurrectionem visum est circumscriptum, & habens manus, & pedes, & alias corporis partes & tangi poterat, & sub aspectum cadebat, vulneraque & cicatrices habebat sicut ante resurrectionem. Quorum ergo alterum dicere necesse est, vel diuinæ etiam naturæ has partes esse retributas, siquidẽ corpus in diuinitatis naturam conuersum has partes habuit, vel fateri corpus mansisse in sue naturæ finibus. Atqui diuina natura simplex est & incomposita. Corpus autem compositum, & in multas partes diuisum. Non est ergo mutatum in naturam diuinitatis, sed post resurrectionem quidem est & immortale, & à corruptione, & interitu alienum, & diuina gloria plenum, sed tamen corpus quod habet propriam circumscriptionem.

Luc. 24.

A L I T E R.

Apostolis non credentibus ostendit Dominus post resurrectionem & manus, & pedes, & fissuras clauorum. Deinde docens non esse visionem quod videatur, subiunxit. Spiritus carnem, & ossa non habet, sicut

sicut me videtis habere. Corpus ergo non mutatum est in spiritum: erat enim caro, & ossa, & manus & pedes. Ergo etiam post resurrectionem corpus remansit corpus.

A L I T E R.

Diuina natura sub aspectum non cadit. Beatus autem Stephanus dicit se vidisse Dominum. Corpus ergo Domini etiam post adumptionem corpus est. Id enim vidit insignis victor Stephanus, quando quidem diuina natura cerni nequit.

Act. 7.

A L I T E R.

Si vniuersa hominum natura visura est filium hominis venientem in nubibus cæli, vt ipse dicit Dominus. Mox autem rursus dixit ipse, Nemo videbit faciem meam, & viuere. Sunt autem ambo vera. Veniet ergo cum corpore, cum quo in cælos ascendit: illud enim est aspectabile. Hoc autem Angeli quoque dixerunt Apostolis. Hic Iesus à vobis in cælum assumptus, ita veniet rursus quomodo vidistis eum euntem in cælum. Si autem hoc verum est, vt certè verum est: non est ergo vnã natura carnis & diuinitatis, est enim inconfusa vnio.

Mat. 26. Exod. 33.

Act. 1.

Quod diuinitas Seruatoris est impatibilis.

Filium eiusdem esse substantiæ cum Deo & patre, à sacra scriptura, & sanctis patribus qui Niceæ conuenerunt, confiteri docti sumus. Patrem autem esse impatibilem, & natura docet, & scriptura prædicat. Impatibilem ergo etiam filium confitebimur. Ex eo enim quod eadem est substantia, hæc docetur definitio. Quando ergo Domini Christi crucem & mortem diuina prædicat scriptura audierimus dicamus esse passionem carnis. Diuinitas enim quæ est natura impatibilis, nullo modo pati potest.

Nicen.

A L I T E R.

Omnia quæcunque habet pater, mea sunt, inquit, Christus Dominus. Omnium autem vtique vnum est, impatibilitas. Si ergo est impatibilis, vt Deus: vt homo ergo passus est. Diuina enim natura affectionem & passionem non admittit.

Ioan. 17.

A L I T E R.

Dixit Dominus Panis autem quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita. Et rursus. Ego sum pastor bonus, & cognosco mea, & cognoscor à meis, & animam meam pono pro ouibus. Corpus ergo & animam dedit pastor bonus pro ouibus, quæ animam & corpus habebant.

Ioan. 6.

A L I T E R.

Ex corpore & anima constituta est hominum natura. Ipsa autem peccauit, & opus habuit hostia, quæ nulli esset reprehensioni affinis. Cum ergo corpus & animam accepisset opifex, & ea à peccati maculis pura intactaque seruasset: pro corporibus quidem dedit corpus, pro animis autem animam. Si autem hæc vera sunt, vt sunt, ab ipsa enim veritate dicta sunt. nugantur simul, & blasphemant, qui diuinæ naturæ passionem affectionemque tribuunt.

A L I T E R.

Primogenitum ex mortuis Dominum Christum Beatus Paulus appellauit. Primogenitus autem habet vtique eandem naturam cum illis quorum dicitur primogenitus. Vt homo ergo, est primogenitus ex mortuis. Primus enim soluit dolores mortis, & dedit omnibus iucundam spem resurrectionis. Quæ ergo ratione surrexit, ea etiam passus est. Vt homo ergo passus est, vt Deus autem admirabilis, manet impatibilis.

Col. 1. Prigenitus.

A L I T E R.

Primitias eorum qui dormierunt Seruatorẽ Christum Diuus nominauit Apostolus. Primitiæ autem habent eandem cognationem cum vniuerso eo cuius sunt primitiæ. Non ergo quatenus Deus est, appellatus est primitiæ. Quæ est enim cognatio diuinitatis & humanitatis? Illa enim natura est immortalis: hæc verò mortalis, huiusmodi autem est natura eorum qui dormierunt, quorum primitiæ Christus appellatus est. Huius ergo naturæ est & mors & resurrectio. Huius enim resurrectionem habemus, tanquam fideiussores communis resurrectionis.

Primitiæ. 1. Cor. 15.

Resurrexio Christi.

si fideiussores resurrectionis nostræ.

Ioan. 20.

A L I T E R.

Cum dubitantibus Apostolis vellet Christus Dominus persuadere se morte profligata resurrectisse, ipsis corporis partes ostendit, latus, & manus, & pedes, & quæ in his seruata erant passionis indicia. Hoc ergo surrexit, hoc enim iis qui non credebant vtique ostensum est. Quod autem surrexit, hoc etiam sepultum est. Quod autem sepultum est, hoc etiam fuerat mortuum. Quod autem fuerat mortuum, hoc vtique etiam cruci affixum fuerat. Diuina ergo natura permansit impatibilis, & coniuncta corpori.

A L I T E R.

Qui viuificam Domini carnem appellant, ipsam vitam esse mortalem dictis suis confirmant. Oportet autem eos intelligere, quod propter vitam e vitam ipsa est viuifica. Sin autem, vt ipsi dicunt, mortalis vita est: quomodo caro, quæ est natura mortalis, propter vitam autem facta est viuifica, viuifica manserit?

Caro viuifica.

A L I T E R.

Deus verbum est natura immortalis, caro autem mortalis natura. facta est autem ipsa quoque immortalis post passionem, propter communionem cum verbo. Quemadmodum ergo non est miserandum, eum, qui immortalitatis dator est, mortem esse sortitum?

ALITER.

*Verbi nō
= aīa loco.* Qui carne Deum verbum passum esse affirmant, rogentur quid sentiant, & si dicere quidem ausi fuerint, quod corpore affixo diuina natura dolorem subiit, discant diuinam naturam animæ usam non implese, etenim Deus verbum, animam cum corpore suscepit. Sin autem hoc dictum, vt impium & blasphemum, auerſentur, dicant autem carnem quidem naturā esse passam, Deum autem verbum passionem utpote propriæ carnis sibi accommodasse: ne perplexas verborum tendiculas tenebrāque afferant, sed peruerſi dicti sententiam aperte pronuntient. Huic enim interpretationi eos suffragantes habebant, qui sacram scripturam sequi volunt.

ALITER.

1. Pet. 4. Diuus Petrus in sua catholica Christum carne passum esse dicit. Qui autem Christum audit, non incorporeum Deum verbum intelligit, sed incarnatum. Christi ergo nomen vtrāque naturam significat. Illud autem Carne, adiectum passioni, non vtrāque, sed alterutram passam esse designat. Qui enim audit Christum carne esse passum, eum rursus vt Deum impartibilem intelligit, soli autē carni passionem tribuit. Sicut enim cum ipsum rursus dicentem audimus, quod Deus iurauit David, se de fructu ventris sui secundum carnem Christum suscitaturum, non Deum verbum ex semine David initium sumpsisse dicimus, sed carnem quæ est eiusdem generis cum David, quam Deus verbum sumpsit. Ita oportet eum qui audit Christum carne esse passum, scire quidem carnis passionem, sed impartibilem esse diuinitatem confiteri.

ALITER.

Ioan. 19. Crucifixus Christus Dominus dixit. Pater in manus tuos commendo spiritum meum. Hūc autem B. spiritum, Atriani quidem & Eunomiāni dicunt esse diuinitatem vngenti. Inanimum enim corpus susceptum fuisse existimant. Qui veritatem autem prædicant, ita animam vocatam esse dicunt, hoc ex iis quæ consequuntur intelligentes, statim enim subiunxit sapientissimus Euangelista, Et cum hoc dixisset Expirauit. Hæc quidem sic narrauit Lucas. Beatus quoque Marcus similiter posuit illud, Expirauit. Diuinitissimus autem Mattheus, quod emisit spiritum. Admirabilis verò Ioannes, quod tradidit spiritum. Omnia quidem ex humano more dixerunt. Nam & expirauit, & emisit, ac tradidit spiritum, de iis qui moriuntur dicere consueuimus. Nihil ergo horum diuinitatem sed animam aperte significat. Quod si quis etiam Atrii hac in re sententiam admiserit, nihilo fecius sic quoque diuinæ naturæ immortalitatem ostendet. Patri enim eam commendauit, non autem morti tradidit. Si ergo ii etiam qui animam adsumptam esse negant, & Deum verbum creaturam esse dicunt, & pro anima ipsum in corpore fuisse asserunt, eum non dicunt fuisse morti traditum: quænam eis venia dari potest, qui vnā quidem esse Trinitatis substantiam consentunt, & animam in sua immortalitate esse sinunt, Deum autem verbum, qui est eiusdem cum patre substantiæ morrem gustasse impudenter audent dicere?

ALITER.

Si Christus est, & Deus & homo, vt & sacra docet scriptura, & beatissimi Patres perpetuo prædicant: vt homo ergo passus est, vt Deus autem mansit impartibilis.

ALITER.

Si carnem adsumptam fuisse consentunt, & eam dicunt fuisse patibilem ante resurrectionem, diuinitatis autem naturam prædicant impartibilem: cur patibilem naturam dimittentes, impartibili passionem tribuant?

ALITER.

Col. 2. Si chirographum nostrum Seruator & Dominus cruci affixit, vt ait diuinus Apostolus: Corpus ergo affixit. Quilibet enim homo, peccatorum maculas, tāquam aliquas litteras, in corpore imprimit, & ea de causa pro iis qui peccauerunt, immune ab omni peccato corpus tradidit.

ALITER.

Quando corpus: vel carnem, uel humanitatem passam esse dicimus, diuinam naturam non separamus. Sicut enim vnita erat & esurienti, & sitienti, & defatigata, quinetiam dormienti, & de passione subeunda tristitia ac mœre confecta, nihil horum quidem suscipiens, sed ei permittens vt naturæ affectiones, & passiones susciperet: ita etiam ei coniuncta erat dum crucifigeretur, & concessit vt perageretur passio, vt passione mortem solueret, dolorem quidem ex passione non suscipiens, passionem autē sibi adaptans & accommodans, utpote templi sui, & carnis coniunctæ: per quam etiam membra Christi appellantur qui crediderunt, & eorum qui crediderunt ipse caput appellatus est.

Finis libri beati Theodreti qui inscribitur Eranistes seu Polymorphus.

Hæretica-

HÆRETICARVM FABVLARVM COMPENDIUM.

A MAGNIFICENTISSIMO ET ILLUSTRISSIMO
Domino, & Christi amatissimo filio Sporacio Theodoretus Episcopus
Cyri augustocypreste in Domino Salutem.



Aude quidem dignum est vestræ magnificentiæ institutum. Cupitis enim scire, quænam ab utroque rectæ viæ latere à quibusdam innotatæ sunt semitæ, quorum finis est barathrum perditionis. Hoc autem nos cepit desiderium, non vt pessimè confictas, & quæ tetrum emittunt odorem, fabulas audiat, sed vt eos qui ignorat doceatis, quæ sit via publica, quæ Apostolicis, & Propheticis vestigiis exornatur, & finem habet regnum cœlorum, & quæ sunt hæreticorum semitæ, quæ summum exitum iis qui in eis ingrediuntur afferunt. Institutum itaque vt dixi, est optimū, & valde laudandum. Piam autem vestram animam scire decet, quod plurimæ ex antiquis hæresibus, Dei gratia, extinctæ sunt, & fuerunt, vt cum Propheta dicam, tanquam scœnum domorum, quod priusquam efflorescere exaruit. Et nos fortasse quispiam reprehenderit, quot quæ obliuionis tenebris mandata sunt, eas in memoriæ lucem rursus proferamus. His accedit, quod plurimæ sunt fabularum nugæ, & temerè ac impudenter aduersus Deum susceptæ blasphemiarum magnitudo, quam nefarium est effari linguis, quæ ad pie loquendum instituta sunt. Quæ autem ab eis lege lata instituta, & re ipsa exercita est impudicitia, vitæque obscenitas, ne qui in scena quidem educti sunt, vel dicere, vel alios audire sustinerint, adeo vel insignes libidinum artifices longè à tergo relinquit. Quoniam autem si sceleratissimo rum horum dogmarum abominatio aperiatur, magis inuisos reddit tam eos qui genuerunt, quam eos qui stolidè crediderunt: hunc laborem prompto & alacri animo suscipiam, quod ex eo redit emolumentum respiciens. Conabor autem de fabularum nugis quam breuissimè fieri poterit dicere: ex blasphemis autem, eas quæ sunt maximæ pretermittere, & libidinosissima & maximè execranda orgia transilire. In quibusque autem libris, si Deus velit, opus nostrum diuidemus. Et primus quidem, illarum fabularum narrationem continebit, quarum parentes alium quidem opificem & creatorem confixerunt: cum vnū autem vniuersorum principium negassent, alia quæ non sunt principia posuerunt, visione autem & existimatione Dominum inter homines apparuisse dixerunt. Eorum autem dogmatum, primus quidem inuentor fuit Simon Magus Samaritanus: vltimus autem Manes Præstigiator Persæ. Secundus autem, eos ostendit, qui his contrariam religionem obseruarunt: Qui esse quidem vnū vniuersorum principium confessi sunt, hominem autem solummodo Dominum appellarunt. Huius autē hæresis princeps quidem fuit Hebron, vsque ad Marcellum autem, & Phorinum varia sententia & diuersas accepit intelligentias. Tertius verò, eos ostendit, qui inter hos & illos germinarunt, & diuersorum decretorum parentes fuerunt. In quarto autem demonstrabimus recentiores hæreses, Atrii inquam, & Eunomii, quæ cunquē post illas exortæ sunt, vsque ad hanc vltimam, quam Dominus repente euellit radicitus. In his ergo quatuor libris multiplicem hæresum sectarumque errorem aperiemus. Vt autem eorū qui lecturi sunt, linguas, & eorum qui audituri sunt, aures abstergamus, & à terro ac pestifero odore liberemus: veluti quendam suffitum, & odoriferum vnguentum, afferemus Euāgelicorum Decretorum veritatem: & omnem hæresim diuinorum eloquiorum doctrinæ contrariam ostendemus. Porro autem hæresum antiquarum fabulas ex antiquis ecclesiæ doctoribus collegi, Iustino philosopho, & Martyre, & Ireneo, qui Galliæ gentes & coluit & illuminauit, & Clemente, qui cognomine Stromateus appellatus est, & Origene, & Eusebio, tam Palestino, quam Phœnicè, & Adamantio, & Rodone, & Tiro, & Diodoro, & Georgio, & aliis qui linguas suas aduersus falsum armarunt. Quæ autem ab illis partim scripta sunt, in ordinem redigam, & quæ ab illis prolixè dicta sunt paucis dicam. Neque enim eis contra dicere in præsentia institui, nam etiam aduersus eas quæ nunc sunt, libris editis in acie depugnaui, sed ipsarum fabularum differentiam, quod mihi mandatum est, ostendere decreui. Execrabiliū autem hæresum collectioni, nomen est, Hæreticarum fabularum compendium. Veritatis autem doctrinæ, Diuinorum decretorum epitome. Horum autem, & illorum commune est, veritatem à falso discernere. Horum autem eos qui in illos incident, vt vnūquodque dogma Hæreticorum, cum veritatis doctrina collatum, examinent. Ea enim etiam de causa quintum librum conscripsi. Videbit enim eam sequi spiritus eloquia: illa autem esse prauæ cogitationis inuenta. Qui autem in alienis laboribus veritatis vires aperte inuenierit, in precationibus suis gratiam reddat tam ei qui conscripsit, quam ei qui vt conscriberetur postulauit, quod cum sago, & cingulo vtatur, & ei regendus exercitus mandatus sit, & propterea ad regiam addidere cogatur, rerum tamen diuinarum cognitionem, & veritatis doctrinam præfert omnibus, & cum Propheta clamat, Quam dilexi legem tuam Domine: tota die meditatio mea est.

D

Veri, & falsi diiudicatio.
De Dei benignitate, & Diaboli malignitate.
De Simone Mago.
De Septem hæresibus.
De Menandro.
De Sartonilo.
De Basilide.
De Isidoro.
De Carpocrate.
De Epiphane.
De Prodico.
De Valentino.
De Secundo, & de iis qui ex Valentino occasionem acceperunt.
De Marco præstigiatore.
De Ascodrytis, vel qui vocantur Ascodrupitæ.
De Archonticis.
De Colobaris, qui ex iis excisi sunt.
De Barbeliotis seu Borborianis.
De Sethianis, seu Ophianis, vel Ophitis.
De Cainis.
De Antichristis.
De Peratis.
De Monoimo.
De Hermogène.
De Tatiano.
De Seucro.
De Bardisane.
De Armonio.
De Ephnem.
De Florino, & Blasto.
De Cerdone, & Marcione.
De Marcione.
De Apelle.
De Potito, & Præpone, & aliis.
De Manente.

Sapientissimus vniuersorum Deus, paucis viris, iisque piscatoribus & publicanis & vni funium contextori, vniuersum terræ habitabilis orbem colendum tradidit. Sceleratissimus autem Dæmon hominum pernicies, cum videret eos multorum Deorum adorationis errorum spinas radicitus euellere, seque iis qui ei obedirent priuari ac destitui: cum sit machinarum confarcinator, & improbitatis artifex, alias insidians rationes excogitauit. Cum enim homines sua operatione dignos elegisset, & veluti personam quandam, eis Christianorum appellationem imposuisset, & tanquam melle quodam os poculi illuisset, exitiale mendacii venenum hominibus obtulit: & cum hominum perniciem stiret, non expectauit vt Apostolorum prædicatio confirmaretur & inualesceret, & tunc fraudem offerret: Sed cum primum illi terram colere cæperunt, & veræ pietatis ac religionis semina deicere, is interea feminauit Zizania.

De Simone.

Simon autem primus, Samaritanus Magnus, scelerati illius artificii administer extitit. Qui ex Githis profectus, is est autem vicus Samariæ, & ad summum prestigiarium gradum prouectus, primum quidem admirabilium & prodigiosarum quas efficiebat rerum operationibus, multis persuasit, vt ei assiderent, & diuinam quandam eum potentiam nominarent. Deinde cum uidisset Apostolos vera & diuina miracula peragere, & iis qui accedebant spiritus gratiam elargiri: & vellet ab eis æqualem potestatem accipere: postquam magnus Petrus sceleratum eius animum deprehendit, & immedicabilia mentis eius vulnera iussit poenitentia curare remediis, ille statim ad priorem improbitatem reuersus, est & relicta Samaria, vt pote quæ salutifera semina susceperat, ad eos, quos nondum Apostoli coluerant excurreret, vt cum suis præstigiis ac imposturis simplices, & qui facile capi poterant, decepsisset, fabulosisque suis narrationibus vincitios tenuisset, efficeret vt sanctorum Apostolorum decreta difficilius susciperentur. Sed diuina gratia magnum Petrum armauit aduersus eius insaniam. Is enim consequens, execrandam eius doctrinam, veluti quandam caliginem & tenebras, discussit: lucis autem veritatis radios ostendit. Sed tamen quamuis vel aperte esset conuictus homo longe miserimus, non cessauit aduersus veritatem dimicare, donec venit Romam Claudio Cæsare imperante. Romanos autem suis præstigiis tanta admiratione affectit, vt etiam ænea columna honoraretur. Sed rursus veniens diuinus Petrus, fraudis eum penam nudauit. Qui cum eum tandem in miraculorum certamen prouocasset, & diuinæ gratiæ & prestigiarium discrimen ostendisset, omnibus Romanis videntibus eum ex magna altitudine deturbauit, cum orasset: & qui miraculum viderant, eos cepit ad Salutem.

Simonis hæresis.

Itaque eiusmodi fabulam peperit: In finitam quandam posuit potentiam, eam autem vniuersorum radicem appellauit. Eam autem ignem esse dicebat, qui duplicem habebat operationem: hanc quidem quæ cernebatur, illam verò quæ latebat: mundum autem esse genitum, genitum autem ex operatione ignis, quæ cernebatur, ex ipsa autem primo productas esse tres coniugationes, seu tria paria, quas etiam radices appellabat. Et primam quidem appellabat mentem, & mentis inuentionem. Secundam, vocem, & mentis comprehensionem, tertiam autem, rationem, & cogitationem. Se ipsum autem nominabat infinitam potentiam, & se Iudæis quidem tanquam filium apparuisse ad Samaritanos autem tanquam patrem descendisse: ad alias autem gentes tanquam spiritum sanctum accessisse & cum meretricem nescio quam, quæ stabat in prostibulo, vocabatur autem Helena, secum habitare, fecisset, eam esse primam suam mentis comprehensionem dicebat: & matrem omnium nominabat, & se per ipsam Angelos & Archangelos fecisse: ab Angelis autem mundum esse Architectatum Angelos verò ei inuidentes ipsam apud se detinuisse assererat. Dolebant enim, inquit, se eius dici opera aut effecta, qua de causa eam quoque in multa muliebria corpora introduxerunt, atque ad eam in ipsam etiam Helenam, propter quam Troianum bellum gestum est. Propter eam quoque se ipsum dicebat descendisse vt ipsam ab ei impostis vinculis liberaret, & hominibus per eius agnitionem salutem præbere, mutatum autem descendisse, ne ab Angelis, qui creatoris officium administrant, cognosceretur, & in Iudæa tanquam hominem apparuisse, cum non esset homo, & passum esse, cum non esset passus. Prophetas autem fuisse Angelorum administratos. Iubebat autem eos, qui in ipsum credebant, illos non attendere, nec legis minas pertimescere, sed eos, tanquam liberos, facere quæ voluerint. Non enim per bonas actiones sed per gratiam eos esse salutem consecuturos. Quocirca, qui eius sectæ erant, se audacter omni libidini & intemperantiæ dedebant, & omni incantationum & præstigiatorum genere utebantur, amatoria quædam & pellicentia machinantes, & quæcunque alia sunt incantationum & præstigiatorum propria, tanquam diuina mysteria, persequentes, & cum eius quidem statuam in Iouis figuram construxissent, Helenæ autem in Mineræ speciem, eis thura adolebant, ac libabant, & tanquam Deos adorabant, Simonia nos seipso nominantes. Ex hac autem amarissima radice exorti sunt Dositiani, Cleobani, Gorthetij, Masbothei, Adrianista, Butichista, Canista. Sed ii omnes, cum impiæ sectæ paruas quædam mutationes excogitassent, non diu durarunt, sed obliuioni omnino traditi sunt.

De Menandro.

Menander autem, qui ipse quoque fuit Samaritanus, ex Chabrai, qui dicebatur, vico profectus, illius quidem excepit præstigiis: Se autem non primam nominauit potentiam, dicebat enim, eam cognosci non posse: Sed ab illa se missum esse iactitans, se ipsum seruatorem appellauit.

Similiter

Seruator Angel. Baptism. Iustin.

Similiter autem ac Simon, dicebat fuisse Angelos à mentis comprehensione productos, & eos mundum esse fabricatos, seruari autem eos qui in ipsum baptizabantur, & potètiore effici, etiam in hac vita, & potestatem accipere ut mundi effectrices potestates possent facillimè superare. Aduersus eum scripsit Iustinus, qui in habitu philosophi fuit defensor veritatis, & fuit Martyrii corona redimitus, & Irenæus, cuius etiam ante meminimus fuit autem hic quoque vir Apostolicus, & Origenes, qui in multis disciplinis studiosè versatus est. Eum cum habuissent Magistrum Saturnilus & Basilides, ille quidem Antiochiam, quæ est propè Oronem fluium, patriam esse suam prædicans, Basilides verò Alexandriam, & Magistro & sibi inuicem repugnantes fabulas confinxere. Vterque autem fuit tempore Adriani Cæsaris.

De Saturnilo.

Angel. Gen. Faciamus. 162.

Seruator.

Naturæ duæ.

Dæmones. 169. 164.

Matrimonium quæ carniū propheta.

Go autem Saturnili primum fabulas ostendam. Is quem admodum Menander, dicebat vnum esse patrem, qui omnino cognosci non potest: eum autem fabricatum esse Angelos, & alias potestates. Septem autem ex iis mundum fecisse, & hominem finxisse, & ipsos, inquit, dixisse, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Cum autem figmentum non posset erigi, sed instar vermis serperet, miserta, inquit, diuina potentia, vitæ scintillam immisit, & imperfectum hominem perfecit, hanc autem vitæ scintillam, post vitæ dissolutionem, reuerti ad potètiā, quæ illam miserat. Seruatorem autem & Dominum non solum dicit ingenitum, sed etiam ingenitum, & incorporeum, & nulla forma præditum. Visione autem, potiusquam rei veritate, hominibus apparuisse. Deum autem Iudæorum dixit vnum fuisse ex Angelis. Deinde commenti oblitus, Ingenium enim seruatorem appellauerat, dicit patrem Christi volentem cum aliis angelis Iudæorum quoque Deum euertere, misisse Christum in mundum, ad salutem eorum hominum qui in ipsum crederent. Duas hominum dicit esse differētias, & hos quidem bonos, illos verò malos, & hanc in natura cœpisse differētiam. Dum autem mali Dæmones malis auxilium ferrent, venit, inquit, Seruator, ut bonis subueniret. Hic autem primus, matrimonium, Diaboli doctrinam nominauit. lubet etiam abstinere ab animatis. Ex prophetis autem, alias quidem dicebat distas esse ab Angelis, qui mundum effecerunt: alias verò à Satana. Eum autem esse Angelum, qui Iudæorum Deo valde aduersatur.

De Basilide.

Angeli cœli.

Christus Sim. cyre.

169. 166.

162.

Caro resur. propheta.

Lex Ido-

lothyta opera.

Abraxax.

Basilides autem, has vt viles fabules contemnens, alias multo magis impias confinxit. Dixit enim ingenitum primum mentem genuisse, à mente autem prudentiam productam esse, prudentiam autè à ratione, à prudentia sapientiam & potentiam, ex iis autem, Angelos & Archangelos, eos autem cœlum esse fabricatos, post autem ex eorū defluxu alios factos Angelos aliud cœlum fecisse primo simile deinde rursus ex eorum defluxu alios enatos, architectatos autem esse etiam aliud cœlum, & qui ex his enati sunt, rursus aliud, & vsque ad tricentesimum & sexagesimum quintum enatum hunc defluxum, & cœlorum fabricationem durasse. Angelos autem, qui hoc cœlum vltimum, quod à nobis videtur, habitam, mundum fabricatos esse, & terræ dominium diuisisse, vnum autem, Iudæorum administrationem sortitum esse, & eum aliis imperare. Volenti autem ei suis gentibus omnes gêtes subiicere, alios principes restitisse. Ingenitum autem hæc videntem, primogenitam mentem suam misisse, quam etiam Christum appellauit, vt seruaret eos qui vellēt credere. Dicit autem eum minime esse passum, sed Simonem Cyrenæum passionem sustinuisse, dum Christus esse putaretur. Christum autem eminens videntè Iudæorum insaniam & stuporem irritasse, deinde postea ad eum qui miserat recessisse. Dicebat autem oportere credere non in crucifixum, sed in eum qui visus erat crucifigi. Ita enim, inquit, fieri poterit vt à potestate eorum qui mundum fecerunt liberentur. Is autem negauit etiam carnis resurrectionem. Prophetas quoque dixit ab Angelis esse factas: legem autem fuisse latam à principio Iudæorum. Iussit autè immolatis securè vesci, & veritas actiones nullo adhibito discrimine peragere. Porro autem ii quoque, sicut qui Menandri, & Simonis sectam sequuntur, incantationibus, & præstigiis, & omnis generis imposturis vtuntur. Quinetiam Angelorum nomina effingentes, hos quidem dixerūt primum habere cœlum, illos verò secundum, & ita deinceps vsque ad tricentesimum sexagesimum quintum. Seruatorem autem, & dominum Caulacum nominant. Hæc autem dicunt esse ineffabilia, & nec ab omnibus capi aut comprehendī posse, præterquam ab vno ex mille. Dicit autem principem ipsorum esse Abraxax. Nominis enim supputatio trecentorum sexagintaquinque numerum significat. Habebat autem etiam Prophetas Basilides Barcabam, & Barcoph, & quosdam alios similiter barbaros. Quinetiam his alias sceleratiores fabulas confinxit, quas non addidi, ne ii qui in eas inciderent, aliquid detrimenti ex eis acciperent.

De Isidoro.

Angel. d ex Io- seph.

Isidorus quoque filius Basilidis, cum aliquo additamento Patris fabulosa commenta confirmauit. Aduersus eos autem decerrant Agrippa, cui etiam cognomen est Castor, & Irenæus, & Clemens Siromateus, & Origenes pro veritate pugnantes.

De Carpocrate.

Carpocrates autem Alexandrinus genere, ab Angelis quidem dicebat ipse quoque creationis factum esse opificium. Dominum autem Iesum ex Ioseph & Maria natum esse, sicut & alii homines. Virtute autem fuisse insignem, vt qui puram habebat animam, & memorem suæ cum ingenito consuetudinis. Dicit autem etiam eos qui illi similes fuerint, contemptis mundi effectores Angelis, potestatem accipere ad faciendā similia. Quod si etiam puriorem quis habuerit animam, superabit, inquit, vel filii dignitatem. In tantam arrogantiam insaniam impegerunt hi homines, præstigiis quidem vtentes, & Demonas

monas inuocantes, libidinem autem & impudicitiam regere non ferentes, sed incontinentiam & in- temperantiam pro lege habentes. Opinione enim, inquit, non veritate, hæc quidem mala, illa verò bona esse videntur. Verum enimvero quoniam nunc in hoc loco versor, nescio quomodo possim transilire legem impudicitie. Cum enim Pythagoricas à corporibus in corpora traiectiones admisisse, quod ei connexum à Pythagora dicebatur, non admiserunt. Pythagoras enim dicebat animas quæ peccarant mitti in corpora, vt & pœnas darent, & ritè ex piarentur. Hi autem causam afferunt illius in corpora transitus, quæ Pythagoricæ ex diametro repugnat. Dicunt enim animas mitti in corpora, vt omne genus libidinis & petulantiae per agant. Eas ergo, quæ in vno descensu impleuerint, non egere alia missione. Quæ autem parum peccarunt, & bis mitti, & ter, & sepius, donec omnia vitoriorum genera impleuerint. Ne quis autem existimet me hæc aduersus eos fingere, Irenæi viri Apostolici, qui occidentem illuminauit, testimonium proferam. Is autem scribit in primo libro eorum quos scripsit aduersus hæreses. Et fieri quidem ab eis impia, nefaria, & verita ego non crediderim, sed in libris eorum ita scripta sunt, & ipsi ita exponunt, dicentes Iesum in mysterio cum discipulis suis & Apostolis seorsum esse locutum, eumque iis qui digni erant, & parebant tradere voluisse. Per fidem enim & dilectionem seruari, reliqua autem, cum sint indifferentia, pro opinione hominum aliquid quidem bona, aliquando mala existimari, cum nihil sit natura malum. Hæc ergo de his dixit admirabilis Irenæus. Quæ autem sequuntur non adiciunt. Insignem enim continent insaniam.

Metaphy- cho- sis. Mala et bona.

Irenæus

Fides dilectio opera

De Epiphane.

Epiphanes autem eius filius, in platonica institutus doctrina, eius fabulas vberiores & ampliores effecit. Hi autem Adriano imperante improbas has hæreses confirmarunt.

De prodico.

Evem verò secutus Prodicus, eorum qui Adamiræ dicuntur hæresim cōstituit. Is apertè & palà scortati adiecit decretis Carpocratis. Mulieres enim esse communes constituit. Quamobrem non solum in conuiuiis publicis, candela lumine paulo longius remoto, in quancunque inciderat, cum ea vnusquisque coibat, sed etiam mystica initia eiusmodi incontinentiam existimabant. Atque huius quidem etiam testem Stromareum Clementem producam, virum sanctum, & qui multarum rerū peritia omnes antecellit. Ita autem dicit in tertio Stromatum. Sunt autem qui publicam venere mysticam communionem nominant, vel ipso nomine se perulant, & contumeliosè gerentes. Deinde cum nonnulla subiecisset de suilla eorum intemperantia, hæc quoque subiunxit. Homines infelicissimi carnalem concubitus communionem consecrant, & eam existimant illos ad regnum Christi perducere. Eos ergo ad fornices, & laupanaria hæc deducit communitio: & cum eis communicauerint & sues & hirci: in maxima autè spe apud eos fuerint meretrices, quæ præfunt prostibulo, vt quæ volentes omnes passim & liberè admittant. Cum autem etiam alia similia adiecisset, subiunxit. Talia etiam Prodicus sectatores, qui se Gnosticos falso nomine appellant, dogmata decernunt.

Prodicus Adamitæ. Mulierum communitio. Mystica.

De Valentino.

Valentinus, accepra occasione ex his omnibus hæresibus, infinitas fabulas composuit. Constituit autem hæresim tempore Antonini primi. Posuit autem primum æonem, hoc est æum, perfectum quem, & ante principium, & propterea, & profundum appellat. Quin etiam ennoeam quædam, hoc est mentis conceptionem, esse vnā cum illo, quæ gratia & veneranda dicitur. Eum dicit infinitis scenulis amplexum esse quietem. Sequente autem postea tempore, ex vtriusque factam esse mentem & veritatem. Vnigenitum autem mentem nominant. Has autem duas coniugationes vocant Pythagoricū quaternionem, & omnium radicem. Ex mente autem & veritate dicit productam esse rationem & vitam, ex ratione autem & vita hominum etiam ecclesiam. Quatuor autem coniugationes esse generis, principem ogdoadem, & radicem, & substantiam omnium, & primum æona esse dicunt, deinde rationem & vitam, post hominis & ecclesie productionem, produxisse alios æonas decem, profundū, & mixtionem, senij expertem, & vnionem, per se nascentem, & voluptatem, immobilem, & concretionem vnigenitam, & beatam, Ex homine autem & ecclesia alij producti sunt æones duodecim, Patraclæus, & fides, Paternus, & spes, maternus, & dilectio, mens, & intelligentia, ecclesiasticus & beatitudo, voluntarius, & sapientia. Hos xxx. æonas dicunt cæteros quidem omnes latere, sibi verò esse cognitos. Deinde cum multa fabulosa commenta narraffet, vt ostenderet esse venandum octonariū, & denariū, & binariū, & trigesimum numerum, dicit profundum esse eiusmodi naturæ, vt ab iis quæ ab eo orta sunt nec apprehendi, nec videri, nec aliis declarari possit, retinuit silentium, & hoc agredi prohibuit. Postremus autem æon, quem vocant sapientiam, cum idem eum cepisset desiderium quod autem desiderabat non potuisset aliquid, pepetit, inquit, in formam substantiam. Talem autem sortum editum argre ferens, accessit ad Propatrem, & suam ei affectionem exposuit. Vnā autem cum ipsa reliqui quoque æones supplicauerunt, & ei quidem aliqua vana data est: Informem autem factū dicunt esse materiam, quæ ex ignorantia, & tristitia, & metu, & increpatione orta est. Providens autè

Gnostici. Acones. Pythagora. Ecclesia.

Christus.

Iesus. Angel.

Iao.

Materiala
luis Inca
par.
Opera.
Idoleby
ia.

profundum, nē alij quoque aoni aliqua eiusmodi affectio acceideret, prōducit terminum, non cum femina coniuge. Aliorum enim aonum vnusquisque cum femina coniunctus est. Hunc autem terminum crucem quoque nominat. Quinetiam alia quoque nomina consingunt. propterea dicit etia expiatam purgatamque sapientiam, ab affectu fuisse liberatam, cogitationem autē illam, quam & affectionem, & foetum informem, & materiam nominarunt, terminus ab ea procul abiecit. Postea dicit virigenitum, patris consilio & sententia, ad aonum securitatem & constitutionē, produxisse Christum & sanctum spiritum. Dicunt enim Christum docuisse aonas patrem esse incomprehensibile, spiritus autem sanctus præstantiorem æqualitatē aonibus inter se dedit. Hæc autem assecuti aones, Propatrem quidem laudant. Cum autem communiter pulcherrima eorū que habebant vnusquisque contulisset, per ea Iesum producant, que & seruatore nominant, & Christum verbum. Cum ipso autē alios quoque Angelos produxerunt, vt essent eius satellites. Hęc autē omnia intra pleroma nominant. Extra pleroma autem hæc sunt ea que dicuntur. Cogitationem sapientię illius, quem etiā foetum informem appellarunt, vocant Achamoth, esse autem extra pleroma, & in vmbra quadā & inani degere, misericordia autē motum, eum qui dicitur Christus, extensum esse per terminum, & crucē que dicitur, & formam que est ex substantia illi dedisse, cognitione autem destituta reliquisse, & postea ad seipsum contraxisse potentia. Illam autem cū sensisset lucem, que eam apprehenderat, ad eum quidem in quirendum cucurrisse, à termino autem prohibitam esse progredi, cum dixisset, Iao. hinc enim hoc quoque nomen factum esse dicunt, deinde egressentem se progredi prohibitam, tristitia, & metu, & dubitationē admisisse, postea ad eam accessisse conuersionis desiderium. Ex his autē affectionibus dicunt hunc mundum constitutum. Ex conuersione quidem, Creatorē, & omniū animas: ex aliis autem affectionibus, reliqua. Ex eius quidem lachrymis humidā substantiam, ex risu autē lucem, ex alijs verō alia. Non enim à reprehensione alienum futurum, puto, si dicam omnia que illi fabulantur. Dicunt autē eā rogasse Christum, qui eius erat miserus, vt ei lucem impertiret, eum autem preces quidē suscepisse, non autem accessisse, sed Iesum misisse vt in eo crearentur visibilia & inuisibilia & throni, & dominationes, & diuinitates, vt ipsi dicunt. Accessit ergo cum productis Angelis, & ab iis que euenerant affectionibus separauit, ea que separata compegit. Ipsam autē separatam ab affectionibus cepit Angelotum desiderium, & spiritale foetum produxit Angelis simile. Is autem sursum recurrit. Ex conuersione autem, dicunt animalem factam esse substantiam, Deūque ex ea esse formatū, & Patrē, & Regē eorum, qui eandem, inquit, cum eo habent animam, quæ dextra appellant, & materię, quæ sinistra nominant. Dicunt enim omnia que videntur eum sibi propria effecisse. Vocant autem eū & Matripatrem, & Patrem, & Creatorem seu opificem. Et quid opus est vt eorum fabularū omnes ineptias recensentur enim que dicta sunt est vniuersum figmentū simile. Dicit Christum, cū apparuisset, ex Achamoth quidem accepisse id quod est spiritale: à Creatore autē id quod est animale. Christū indutum esse ab Oeconomia autem adiectum esse corpus, quod habet animalem substantia, arcano autē & ineffabili modo factū est, fuisse autē contrectabile, aspēctabile, & patibile, materialē autē nihil penitus dicunt eum cōpisse. Nihil enim eorum que ex materia constant, salutē suscipit. Dicunt autem se quidem seruati ex sola cognitione, nos autē ex fide & bona actione. Se autem operibus non egere, cū ad salutē sufficiat cognitio. Quocirca qui sunt apud eos perfectissimi, quidquid est diuinis legibus prohibitum, securē & absque vilo metu perperrant. Nam & festa gentilium celebrant, & immolatis vescuntur, & libidinis ac voluptati seruiunt, & quidquid malum est indiscriminatim audent admittere.

De Secundo.

Secundus autem, qui Valentino successit, bipertito diuisit ogdoadem, & hoc quidē illius vocat dextrū, illud verō sinistrum, & adiecit lucem & tenebras. Porro autē hinc quoque innumerabiles exorti sunt hæreseon principes & authores, Cosmianus Theodotus, Heracleon, Ptolemæus, Marcus, qui diuersa dogmata excogitarunt.

De Matco.

Ridiculum
silentium
aones litte
re. Baptif.
Hebraic.
161. 2.

Matco autem in arte quoque Magica versatus est: & cum prestigis & incantationibus quædam admirabilia faceret, multos simplices, & qui facile capi poterant, decepit. Is cum magnā quantitatē fabularum confinxisset, hæc sibi dicebat dixisse silentiū, nec cum pudet ineptum pronunciare silentium. Is etiam XLIIII. litteris aones assimilauit, & has quidem mutas, illas semiuocales, alias verō vocales appellauit. Hi falsis nominibus inscriptorum & adulterinorum bellorū magna conscripta multitudine, stultos conantur per terre facere. Tingentes autem eos qui decipiuntur, dicere consuevere, in nomine ignoti patris vniuersorum, in veritatem matre omnium, in Iesum qui descendit, in vñionem, & redemptionem, & potestatum communionem. Admiserunt autē etiam nomina Hebraica teñrentes eos qui inuitantur, quorum meminisse duxi superuacaneum. Ex his plurimæ, postquam serpens agrostis germinant: pullularunt hæreses. Eorum quoque partem esse dicunt eos: qui à nonnullis Ascodrute; ab aliquibus autem Ascodrute vocantur.

De iis qui dicuntur Ascodruti vel Ascrodupete.

I autem dicunt non oportere diuina mysteria: que sunt inuisibilium signa: per res que videntur peragi: nec incorporea per sensibilia: & corporea. Esse autem perfectam redemptionem, veram eius quod est cognitionē. Quæcunque enim videntur: ex ignorantia & affectione constituta: per cognitionem

tionem dissoluntur. Oportet ergo etiam spiritalem esse redemptionem, quapropter nec eos qui accedunt baptizant, nec ab eis peragitur mysterium baptismatis. Vocant enim redemptionem, vniuersorum cognitionem. Ex his autem nonnulli, qui dicuntur Archontici, confictis quibusdam libellis, eos vocant reuelationes prophetarum. Vnum autem appellant, ensymphonia in quo septē cælos conscripserunt. Vnumquēque autem ipforum habere vnum principem, Matrem autem quandam Phorinam esse supremam. Anathematizant autem lauacrum, & mysteriorum communionem, vt que fiat in homine Sabaoth. Dicunt enim eum in septimo cælo tyrannidem exercere. Principum autem nutrimentum dicunt esse animas, & sine eo non posse illos viuere. Diabolū verō esse filium Sabaoth. Esse autem Sabaoth, Deū in Iudæorum, filium autem, eum malus sit, non honorare ipsum, sed ei in omnibus aduersari. Cain autem & Abel dicunt filios diaboli. Quædam autem alia quoque fabulosa referunt, quæ sunt omni impietate referta. Aliqui autem alij, post mortem, mortuorū capitibus oleū & aquam iniiciunt. Ita enim dicunt fore, vt ipsi sint inuisibiles, & potentiores iis quæ intercedunt dominationibus, & potestatibus. Docent autem eos quoque dicere quandam fabulam, quam si scriptis inseram, me illarum quoque ineptiarum socium esse duxerim.

De Colorbasitis.

Colorbasij autem, ab eo quem ipsi propatrem appellat, dicunt primam factam esse ogdoadem. Seruatore autem hi quidem ex triginta aonibus productum esse dicunt, & ideo vocari etiam Sydochiteon hoc est complacendum, quia omne pleroma per ipsum complacuit patrem glorificare. Alij autem ex solis decem aonibus, alij verō ex Christo, & spiritu, ad pleromati, stabilimentum factū esse, ipsumque Patris appellatione vocari Christum, & multa eiusmodi alia prodigio sa recentent.

De Barbeliotis seu Borborianis.

EX Valentini seminibus, Barbeliotarum, seu Borborianorum, vel Naasinorum, vel Stratjoticorū, vel Phemionitarum, qui vocantur, execranda secta pullulauit. Ponebant enim aonem quandam ab interitu alienum degere in spiritu virginali, quem nominant Barbeloth. Barbeloth autem ab eo petiuisse præscientiam. Cum ea autem processisset, deinde rursus petiuisset, processit in corruptibilitas deinde vita eterna. Læratam autem Barbeloth concepisse, & lucem peperisse. Eam dicunt inunctam spiritus perfectione, Christum fuisse nominatam. Hic rursus Christus mentem annunciauit, & accipit. Patet autem adiecit etiam rationem. Deinde coniugati fuerunt mentis conceptio, & ratio, in corruptio, & Christus, vita eterna & voluntas, mens & præscientia. Deinde rursus ex mentis conceptione & ratione dicunt vnā cum ea fuisse productam veritatem, & aliam rursus factam esse coniugationem Per se geniti, & veritatis. Et quid opus est dicere alias quoque productiones ex luce, & incorruptiones: Longa est fabula, & quæ præterquam quod est impia, nihil habet delectationis. His quoque Hebraica nomina adiecerunt, simpliciores per terrere conantes. Per se genitum autem, dicunt produxisse hominem perfectum & verum, quem etiam Adamantem appellant. Vnā autem cum eo productam quoque esse coniugem, perfectam cognitionem hinc rursus ostensam esse matrem, Patrem, & filium, ex homine autem & cognitione lignum germinasse. Cognitionem autem hoc quoque nominant. Iam verō ex primo Angelo productum esse dicunt spiritum sanctum, quem etiam sapientiā pronyicon appellant. Hanc autem dicunt coniugem appetentē, peperisse opus, in quo erat ignorantia & arrogantia. Hoc autem opus protarchonta, hoc est primum principem appellant, & eum esse dicunt creaturam opificem. Ipsum autem cum arrogantia congressum genuisse vitium, & partes eius. Hęc ergo summam exposui, figmenti prolixitatem prætermittens. Eorum autē mysteria quis est adeo infelix, vt vel lingua proferat. Omnem enim improbam rationationem, omnem denique execrabilem cogitationem superant, quæ ab illis tāquam diuina peraguntur. Sufficit autē vel cognomen ad sceleratissimā eorū audaciā vt cūque significandā. Borboriani ea de causa cognominati sunt De Sethianis, seu Ophianis, vel Ophitis.

Sethiani autem, quos Ophianos, vel Ophitas quidam nominant, hominem vocant omnium Deū, lucem ipsum rursus cognominantes, & beatum, & ab interitu alienum vocantes, & in profundo habitationem habere affirmantes, eius autem mentis comprehensionem, filium hominis, & secundū hominem appellant. Post eum autem esse spiritum sanctum. Infra eos autem esse quatuor elementa, aquam, tenebras, abyssum, chaos. Fœmininum autem spiritum vocant, & eum super elementa ferri dicunt, amasse autem primum & secundum hominem formā spiritus, & progenuisse lucē, quæ Christum vocant, cum non posset autem mulier fere nimiam lucis magnitudinem, scaturisse, & Christum quidē vnā cum matre attractum esse in aonem à corruptione & interitu alienum, quam etiā veram ecclesiam appellant, rotam autem qui de luce scaturit, deorsum cecidisse dicunt, & appellatū esse sapientiam, & pronyicon & masculo fœminam. In aquis autem natantem corpus quidem ex ipsis accepisse, & ne submergeretur in periculum venisse, sed tamen emeruisse, ex corpore autem quo cōtactus fuit cælum esse constitutum. Deinde cum reliquum abiecisset, ad matrem euolasse. Illam autem appellant filium Prunici. Is autem rursus alium filium produxit, & ex illo dicunt alium esse constitutū, & vsque ad septenarium numerum processisse productiones, ab vnoquoque autem eorum vnū cælum fuisse fabricatum, & vnumquenque proprium habitasse. Prædictis autem filiis nomina imposuerunt, vsi lingua Hebraica, quorum meminisse duxi superuacaneum. Dicunt autem alios cum primo seditionē agitate, qui horum quidem erat auus, illorum verō abauus, aliorū tritauius, eū verō animi

Baptifm.
Archontici.
Cael.
Sacra.
Sabaotib.
Cain.
Abel.
Bapt.
mortuorū.

Seruatore.
Christus.
Naasin.
Stratjotic.
Phemionite.
Christ.

Hebraic.
Adamas.
Lignū sciētia.

Secundus
homo.
Elementa
Fœmi. spi.
Christus.
ecclesia.

Hebraic.
Rr ij

pes esse vetuit, ille verbū permittit. Nec animaduertentur impij quōd serpentis consiliū mortem perierit. Nonnulli itaque eorum serpentem quoque venerantur, & ego quidem apud eos inueni serpētem in eum in arcula quadam situm cum execrandis eorum mysteriis. Non solum autem Creatorē blasphemant: Sed etiam Patriarchas, & Prophetas iniquos appellant, vt Creatorē malorum amatorē esse ostendant. Is ex euangeliis quidem id quod est secundum Lucam solum suscepit, etiam genealogia magna ex parte amputata. Legem autem & prophetas & omne vetus testamentum reiecit, vt quod ab aliquo Deo datum esset. Dicit autem Dominum nostrum Iesum Christum descendisse, vt qui in eum credidissent, eos à Creatoris seruitute liberaret. Visum autem esse hominem, cum nihil humanum in se haberet, & visum esse pati, cum nequaquam passus esset. Reiecit autem etiam corporum resurrectionem, eam fieri non posse existimās. Is Cain quidem, & Sodomitas, & omnes alios impios salutem dicebat assecutos, cum apud inferos ad Christum seruatores accessissent, & in regnum esse adsumptos. Abel autem, & Enoch, & Noc, & Patriarchas, & reliquos Prophetas, & iustos, datam illis libertatem non esse adeptos, cum ad eum accedere nolissent. Qua de causa, inquit vt etiā apud inferos habitarent condemnati sunt. Hæc Marcion aduersus Creatorem furore debacchatus est, atque adeo his etiam multo grauiora. Maiores enim blasphemias silentio preterij. Noui autem quendam eorum senem nonagenarium, qui mane surgens spūi sui excremento faciem suam lauabat, & causam rogatus, dixit se nolle opus habere Creatore, nec aquam, quæ est ex illius operibus, accipere. Cū autem præsentēs dixisset, Quomodo ergo comedis, quomodo bibis, & vestiris, & dormis, & quæ cōstituta sunt mysteria peragis? Dixit se necessitate adductum hoc facere, quod nec possit aliter viuere, nec mysteria per agere, & confessus est insanus vel inuitus nihil habere eum qui ab illis vocatur bonus, sed omnibus bonis frui ex operibus Creatoris. Ego autem plurimis relictis, ad ea quæ deinceps consequuntur transibo. Nam hic rursus conuentus in multas partes diuisus est.

Scripturæ reiecit. Christ. Resurr. Impij salutem. Pii dānati Oridiculi hereticū.

In quot & quænam dogmata diuisa est Marcionis secta.

A Pelles enim Marcionis ingenitis alium quoque Pyrinon hoc est Igneum, adiecit. Is quoque alium librum à se compositum Philumenes Prophetiam appellauit. Christo autē corpus attribuit, non humanum, sed è mundi substantia effectum.

Ign. Corp. d.

De Potito, & Prepone, & aliis.

Potitus autem, & Blastus, & Syneros, & Prepone & Pithon, diuersis doctrinis præfuerunt. Ij autē omnes acceperunt occasionem ex blasphemā Marcionis. Plurimi aduersus hanc impietate scripserunt. Iustinus enim philosophus & Martyr, & Theophilus Antiochenus Episcopus, & Philippus Gortinæ Episcopus, & Irenæus, cuius ante meminimus, Lugdunensis Episcopus, & Modestus, & Origenes, & Rhodon, & Adamantius, & Hyppolytus, & Emefenus Eusebius, ij omnes optime, & doctissime, hanc blasphemiam rabiem confutarunt.

Seruus.

De Manente.

Manēs autem erat quidem Persa genere, vt aiunt, longo autem tempore seruitutis iugum pertulit. Dum autem seruus esset, appellabatur Scythianus. Qui cum Domina suæ hæres factus esset, non satis habuit præter spem discedere, quinimo nec bonorum donatorum laudauit, sed ad blasphemiam impietatumque fabularum narrationem, linguam suam mouit, fuitque perfectissimum instrumentum inimici veritatis. Is dixit duos esse ingenitos & æternos, Deum & materiam, & Deum quidem lucem appellabat materiam verò tenebras, & lucem quidem bonum, tenebras autem malum. Inposuit autem eis etiam alia nomina. Lucem enim appellauit bonam arborem, bonis fructibus plenam: materiam autem, malam arborem fructus radici conuenientes ferentem. Dicebat fuisse Deum longè à materia remotum, ipsumque à materia ignorari, & ab ipso materiam, & tenuisse quidē Deū septentrionales partes, & orientales, & occidentales, materiam verò, meridionales, multis autē postea sæculis materiam cum seipsa seditionem agitalle, fructusque eius, inter secum autem ceptum esset bellum, & hi quidem persequebantur, illi verò fugerent, eos vsque ad lucis fines venisse, deinde lucem contemplatos, simul & letitia & admiratione affectos esse, & voluisse omnibus simul cōiunctis copiis aduersus ipsam bellum gerere, & rapere, & cum suis tenebris lucem miscere. Profecta est ergo, vt dicit stulta, & inepta, & quæ non potest consistere, fabula, cum Dæmonibus, & imaginibus, & aqua, aduersus lucem quæ apparuerat. Deus autem veritus rem vniuersam pugnae discrimini committere: neque enim habuit, inquit, ignem, vt fulgure & fulmine uti posset: neque aquam, vt inundationem induceret: neque ferrum, vel aliqua alla armatale quid machinatur. Acepta lucis particula,

Materia. Lucis tenebrae. Arbores. Mādi part. Bellum. Lux.

Dæm. Imagin. homo. Adam. Eua. Ioel.

veluti quadam esca, vna quoque hamum materiam immisit. Cum autem iuxta illum sita, & supra ipsū strata esset, ea id quod immisum erat deuorauit, & alligata, ac veluti quadam glacie concreta & confixa est. Hinc dicunt coactum esse Deum mundum fabricari. Partes autem mundi dicunt non esse eius effecta, sed materiam. Fabricatus est autem, dum vult eius disensionem componere, & quæ pugnabat in pacem redigere, ad eum etiam paulatim lucem, quæ tenebris confusa est, liberaret. Porro autem hominem quoque dicunt non esse à Deo formatum, sed à Principe materiam, eum autem Saclam nominant, & similiter dicunt Euam à Sacla & Nembrode factam esse, & Adam quidem, beluina forma præditum fuisse creatum, Euam autem, inanimam & immobilem. Masculinam autem virginem, quā filiam lucis nominant, & Ioel appellant, vitam, & lucē Euz impertisse. Adam verò ab Eua feritate liberatum



beratum esse: deinde eam postea luce nudatam esse. Saclam autem cum ea primum coisse, & beluæ forma præditum filium ex ea suscepisse. Deinde cum ea etiam rursus coniunctū esse dicunt. Sed merito quisquam reprehenderit qui hæc vt scribam possum in animum inducere. Quamobrē aliis fabulis nugisq; prætermisissis, dicam paucis capita impia hæresis. Si solem & Lunam Deos nominant, ipsum quidem quandoque Christum vocantes: & eius rei sufficiens argumentū afferunt, quod sol defecerit dum esset crucifixus: aliquando autem dicentes defunctorū animas esse nauigia, quæ à materia in lucem transeunt. Ita enim, inquit, paulatim liberantur à mala temperatūra. Lunā autē diuidia sui partē cælam fieri, quod exinaniatur, & luminosas animas à materia quidem accipere, apud lucē autē deponere, & ita lucem paulatim à mala temperatūra liberari. Quando autē vniuersa lucis natura à materia separata fuerit, tunc dicunt Deum eam igni traditurum, & glebam, aut cespitem vni facturum, cum ea autē illas quoque animas, quæ in Manentem non credidissent. Diabolum autē, aliquando quidem vocat materiam, aliquando verò materiam principē. Nuptias autē dicit à Diabolo fuisse constitutas. Quæ autem in pauperes exercetur benignitatem, & humanitatem reprehendunt, dicentes eam esse venerationem materiam. Dicunt autem Dominum nec stumpsisse animam, nec corpus, sed tanquam hominem quidem apparuisse, cum humani nihil haberet. Crucem quoque, & passionē, & mortem, visionē tantum fuisse. Porro autem corporum resurrectionem, tanquā fabulā, reiciunt. Nullam enim materiam particulam dignam salute existimant. Dicunt autē animas quoque transire in corpora, & has quidē in volucrum, illas vero in lumentorum & ferarum & serpentum corpora immitti. Omnia autē esse animata, & ignem, & aquam, & aerem, & plantas etiam & semina existimant. Quamobrē qui apud eos perfecti vocantur, nec panem frangunt, nec olus scindunt, sed eos etiā qui hæc agunt, tanquā homicidas, aperte execrantur: ex iis tamen quæ franguntur & scinduntur comedunt. Præstigijs quoque egregie vtuntur, scelerata sua mysteria peragentes. Ea de causa valde diffidit elui potest eorū doctrina, & qui execrandis eorum Orgijs interfuerit, eorumque particeps extiterit, valde est difficile transuolare à perniciem animis afferentium Dæmonū operatione, qui ipsos incantationibus eorū animas alligant. Hic autem Manes habuit ab initio tres discipulos, Aldan, & Thomam, & Herman. Et Aldan quidem misit prædicatum in Syriam: ad Indos verò Thomam. Postquam autem ij reuerſi sunt, dicentes, se multa grauiā, & perpeſſu difficilia sustinuisse, quod nemo posset in animum inducere, vt Manentem magistrū susciperet, ausus est sceleratissimus se Christum appellare, & sanctum spiritū nominare, & dicebat se esse missum sicut Seruator erat pollicitus. Promiserat enim discipulis se alium paraclætum missurum. Is cum xij. discipulos ad Domini exemplum fecisset, venit in Mesopotamiā, fugiens Regem Persarum. Cum enim se iactasset curaturum Regis filium, qui in morbum quandam inciderat, effecit vt in grauiora mala incideret. Postquam illinc quoque vt Dei aduersarius expulsus est, & Persidem repetiit, ac rege correptus, Persico supplicio luit penas. Pelle enim nudatus, canibus deuorandus obiectus est. Is fuit exitus Manentis. Hæc sunt impie hæresis capita. Si quis enim vellet persequi omnes fabularum ineptias, multis libris opus esset. Talia impiorū hominū mentibus dogmata immisit Dæmon sceleratissimus, eiusmodi vsus est Tribunis militū & Centurionibus, aduersus veritatem dimicans. Sed araneæ telā, vt Prophetice dicitur, texuit. Dominus enim facillimè mendaciū conuicit, & eius defensorū classes & ceteras dissoluit. Aduersus autē Manentis impietate scripserunt præclari veritatis patroni, Tirus, & Diodorus, quorū alter quidem fuit pastor Bostrenorū ecclesie: alius vero rexit Cilicum Metropolim. Scripsit etiā Georgius Laodiceus, vir qui fuit quidem author hæresis Arriane, in philosophicis autem disciplinis eruditus, præter eos autem Phœnix quoque Eusebius cuius etiam prius meminimus. Ego autē ad aliam transibo cateruam.

Sol. Luna. Anima separata. Luna. Diabol. Nuptia. Aleemoſina. Chri. Incarn. Resurr. Metepſychosis. Omnia animata. Præstigiū. Anctatio nes. Discipuli. Man. Chri. sus & Paraclæt. Manentis mors. Eza. 39. Geor. Arr. Phi.

LIBER SECVNDVS.

- De improba diaboli machinatione.
- De hereticis, qui fuerunt tempore Apostolorum.
- De Hymenæo, et Philæto, et alijs. Quod etiam de alijs Hereticis prædixit diuinus Apostolus.
- De Hebione.
- De alia Hæbæorum secta.
- De Nazoreis.
- De Cerintho.
- De Artemone.
- De Theodoto.
- De Melchisedechianis.
- De Elcesæis.
- De Paulo Samosateno.
- De Sabellio.
- De Marcello.
- De Photino.



VIVS MODI ramos edidit amarissima radix Simonis, & quæra exitiales ij fructus produxerunt, in primo libro aperte ostendimus, fabularum quidem proximitate quam breuissimè fieri potuit amputatam narrantes, maximas autem blasphemias dicere formidantes, ex sceleratis autem mysteriis, ea quæ erant nimis impia & execranda, silentio prætermittentes. Nos enim peccaturos existimauimus, si eos doceremus qui illa nesciunt. Neque enim, qui se omnino voluptati, & libidini manciparunt, ea quæ illi improbe, & scelerate audebant cogitare, vt tanquam execranda auersarentur. Hæc autem eorum animis immisit Dæmon sceleratissimus, cum aduersus veritatis præcones bellum suscepisset, & aduersus eos, qui deum vitæ colunt, malam per hæc famam & existimationem spargere conaretur. Appellationis enim societatem, vt in omnes maledictum caderet, effecturam existimabat. Christiani enim, & execrandorum dogmatu magistri, & ij qui erant Euangelicorum decretoru prædicatores, nominabantur. Quicumque autem ignorabat differentiam, omnes impios & nefarios existimabat, qui erant vnius appellationis participes, & hæc ausus est improbitatis inuentor & artifex, cum primum veritatis lux exorta est, & instar radiorum diuinos apostolos in vniuersum terrarum orbem emisit. Cum enim adhuc essent superstites, & Simon exortus est, & Menander, & alij Simonis discipuli, quorum antea meminimus. Porro autem dicunt Cerinthum, cum benedictus Ioannes, qui diuinum euangelium conscripsit, adhuc viueret, seminasse suæ hæresis zizania. Diuinus quoque Paulus alios accusauit in suis Epistolis ad Timotheum. Ita autem dicit, Prophanas autem vocum nouitates deuita, multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum vt cancer serpit, ex quibus est Hymenæus & Phyletus, qui a veritate exciderunt, dicentes resurrectionem esse iam factam, & subuertunt quorundam fidem. Deinde ostendit veritatis firmitatem & stabilitatem. Sed solidum fundamentum fidei stat, habens siue opaculum hoc. docet autem etiam quomodo dominus omnium suorum curam gerit. Cognouit enim, inquit, dominus qui sunt sui. Deinde hortatur fugere improborum consuetudinē, & discedat ab iniquitate omnis qui vocat nomen Domini. Deinde exemplo medetur eis qui ægrè ferunt, quod mali vna cum bonis versentur. In magna enim, inquit, Domo non sunt solum aurea vasa & argentea, sed & lignea, & fictilia, & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. Docet autem nostri etiam arbitrij libertatem, mentemque esse imperatricem, & quæ potest suam inclinationem conferre quæ uoluerit. Ita autem dicit. Si quis emundauerit seipsum ab eiusmodi, erit vas in honorem sanctificatum, & utile, ad omne opus bonum paratum. Scripsit autem etiam similia in prioribus epistola. Hoc præceptum enim, inquit, commendo tibi fili Timothee, secundum præcedentes in te prophetias, vt milites in illis bonam militiam, habens fidem, & bonam conscientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt, ex quibus est Hymenæus & Alexander, quos tradidit Satana, vt discant, non blasphemare. Per hæc autem aperte docuit vitam iniquam esse fundamentum impietatis. Bonam enim conscientiam bonam vitam appellauit. Dicit autem illos ea reiecta naufragasse circa fidem. Et rursus. Prophanas autem & aniles fabulas deuita. Et rursus. Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est doctrinæ, superbus est, nihil sciens, sed uerbis pugnans, & circa questiones ægorans, & cetera. Et paulo post. Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes, aberrauerunt a fide, & seipos confixerunt doloribus multis. Porro autem in ipso sine clamor præcipiens. O Timothee depositu custodi, deuota prophanas uocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientia, quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt. Hæc quidem aperte indicant, quæ eis adhuc prædicantibus, exorti sunt multi execrandarum hæreseon auctores. Prædicat autem etiam, quod postquam excefferint, nonnulli eos qui ipsi crediderint uana dogmata docebunt. Spiritus enim manifeste dicit, quod in nouissimis temporibus deficient quidam a fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis demoniorum, in hypocritis loquentium mendacium & cauteriarum habentium suam conscientiam, prohibentium matrimonium, contrahere, abstinere a cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & iis qui cognouerunt veritatem. In secunda etiam, cum multa eorum qui post se futuri erant probra prædixisset, hæc quoque adiecit. Ex his sunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis, semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. Quemadmodum autem Ioannes & Mambre resisterunt Moyssi, ita & hi resistent veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem. Deinde etiam prædicat fore vt falsum facile deprehendatur. Sed non multum proficiunt. In sapientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. Ego autem apostolica adduxi testimonia, vt ostenderem quod dum adhuc seminarent, communis inimicus hæreseon zizania seminauit. Sed sapientissimus Dominus maloru quidem feminum deiectionem non prohibuit: plurima autem zizania in frumentum conuertit. Testantur & vrbes, & vici, qui a Simonis, & Menandri, & Cleobij, & Dositheij, & Gorthæ, & Adriani, & Saturni, & Basilidis, & Ilidori, & Carpo cratis, & Epiphanijs, & alijs, vt semel dicam, eiusmodi zizanijs liberati sunt. Frumeta enim ab illis dispersa Dominus matura nominauit. Pauci autem admodum, iij, dispersi per aliquot ciuitates, Valerini, & Marcionis, & Manetis pernicie affecti remaserunt, ad eos forte conuincendos, quibus nunc ecclesiaru pascendaru cura commissa est, qui nec paruas quidè impiaru heresiu reliquias mutare possunt. Dei autè aduersariu Dæmonè belli aduersus pietatè gerèdi nõdum cæpit

christiani
Catholici
hæretici

Hæretici
apostolici
contemp
ranci

2. Tim.

1. Tim.

1. Tim.

1. Tim.

1. Tim.

1. Tim.

1. Tim.

1. Tim.

1. Tim.

1. Tim.

1. Tim.

1. Tim.

1. Tim.

1. Tim.

1. Tim.

1. Tim.

1. Tim.

1. Tim.

1. Tim.

1. Tim.

1. Tim.

1. Tim.

1. Tim.

1. Tim.

1. Tim.

1. Tim.

1. Tim.

1. Tim.

1. Tim.

1. Tim.

1. Tim.

1. Tim.

1. Tim.

1. Tim.

1. Tim.

1. Tim.



pit fatietas Sed alij rursus aduersus veritatem bellum mouerunt, qui prædictis Hæreticis aperte contraria sanxerunt.

De Ebione.

HVius autem carerue princeps fuit Ebion. Hebræi autem mendicum ita vocant. Is vnum quidem dicebat ingenitum, sicut & nos, & eum ostendebat esse mundi opificem. Dominum autè Iesum Christum dicebat ex Ioseph, & Maria esse natum, qui homo quidem erat, sed virtute vitæque innocentia & integritate alijs antecellebat, ex lege autem Moisaica vitam instituebat. Solum autem admittunt Euangelium, quod est secundum Hebræos. Apostolum autem vocant apostatam.

Ioseph.
Lea.

De alijs Ebionitjs.

EXiis erat Symmachus, qui vetus testamentum ex lingua Hebraica in Græcam linguam transtulit. Erat autem præter eam, alia secta, quæ idem cognomen habebat. Hi enim etiam Ebionitæ vocantur, qui in alijs quidem omnibus cum prioribus conueniunt, nisi quod Seruatoris & Dominum dicunt natum esse de virgine. Vtuntur autem solo Euangelio secundum Mattheum, & honorant quidem quidem sabbatum, vt vult lex Moisaica, Diem autem Dominicum sanctificant, sicut & nos.

Heb. Enā.
Paul.

De Nazoræis.

NAzoræi autem sunt Iudæi, qui Christum tanquam iustū hominē venerantur, & Euangelio quod dicitur secundum Petrum vtuntur. Constat esse has hæreses imperante Domitiano dixit Eusebius, aduersus eos scripsit Iustinus Philosophus & Martyr, & Irenæus successor Apostolorum, & Origenes.

De Cerintho.

Eodem autem tempore, Cerinthus quoque aliam cepit hæresim. Is cum in Egipto plurimo tempore esset versatus, & in philosophicis scientiis esset eruditus, venit postea in Asiam, & suos discipulos ex suo nomine appellauit. Is autem docuit esse quidem vnum vniuersorum Deum: eum autè non esse mundi creatorem, sed separatas quasdam potestates, & eum omnino nescientes. Iesum autè, similitè ac Hæbrei, dicebat natum esse secundū naturā ex viro & muliere, nempe Ioseph & Maria, temperantia autem, iustitia, & alijs bonis excelluisse. Christum autem in specie columbæ de supernis posuit. Domini quoque regnum terrenū futurū esse dicebat, & cibum & potū somniabat: læritiasque & voluptates visione comprehendebat, nuptiasque & sacrificia, & dies festos, qui Hierosolymis celebrarentur, eaque mille annorum spatio esse complenda: tanto enim tempore putabat duraturum regnum Domini. Aduersus eum autem scripserunt, non solum ij quos antè diximus, sed cum illis etiam Gaius, & Dionysius Alexandrinus Episcopus. Eum cum lauante, vt aiunt, vidisset diuinus Ioannes Euangelista, accidit enim vt ipse quoque propter imbecillam valitudinē balneo vteretur. Fugiamus hinc, inquit, ne si balneum propter Cerinthum ruerit, nos quoque simus damni participes.

De Artemone.

Quidā quoque Artemon, quæ nonnulli Arteman nominant, de vniuersoru Deo idem quod nos sentiebat, eum esse dicens effectorem vniuersi. Dominū autem Iesum Christū solū hominē esse dicebat, natum ex virgine, Prophetis autem virtute præstantiorem. Hæc autem dicebat etiam Apostolos prædicasse, sacrarum scripturarū sensum interpretans qui illos autem consecuti sunt, Christum in Deos retulisse, cum non esset Deus.

Euan. Pet.
Angel.
Christus.
Iesus.

De Theodoro.

QVinetiā Theodotus, Bizantinus coriarius, idē cum eo sentiens, alij sodalitati præfuit. Eum beatissimus Victor Romanorum Episcopus abdicauit, & excōmunicauit, vt qui decreta ecclesiæ conatus esset adulterare. Aduersus eius hæresim paruus conscriptus est Labyrinthus, quæ nonnulli esse opus Origenis existimant, sed eos qui hoc dicunt ipse stylus conuincit. Siue autè ille, siue alius hoc conscripserit, talis in eo refertur narratio. Dicebat quendā nomine Natalē, qui fuit vnus ex præclaris confessoribus, fuisse deceptū ab asclepiade & Theodoro: alio, qui erant eiusdem sectæ, vt mercede proposita vellent præesse sodalitati, propter insignē eius confessionē. Promittebant autè se ei singulis diebus daturus centū & quinquaginta denarios. Eius animarum sæpe sua sit medicus, vt ab errore recederet, dicens eum non prohibis sed pro Euangelicis decretis decertasse. Postquā autè non acquieuit, pretio seruiens quod se habiturum existimabat, eoru qui decepti erant Præfectus, gratiæ per Angelos ei verbera infixit. Cū autè experientia didicisset, qualia sunt, quæ Deo resistere, conciliet, mane quidē velociter accessit ad ecclesiā. Ad Pontificis autè genua deuolutus, rogabat vt intercessio proficeret apud benignissimū & clementissimū Dominum. Etus autè deslens, & se afflictiantis ille miserus est, & manū præbuit ad pœnitentiā. Qui hæc autè de eo scripsit, prædictus scriptor hoc quoque adiecit, quod qui hæresim cōposuerunt, diuinā etiā scripturā temere innouare ausi sunt, & hæc quidē amputare, illa verò adicere, se quæ non bene habebant corrigere dicentes, & se sancto spiritu sapientiores pronunciantes. Et nec in eo quidem faciendo eos inter se conuenisse dicit. Sed aliter quidem Theodorum, aliter verò Asclepiadem, & aliter Hermophilum, aliter verò fecisse Apollonidem.

Victor.
Labyrinth.

Scriptura
Spiritus S.

Quinctiam

Quinetiam vnumquonque eorum sua propria correxisse, adeo vt exemplaria plurimum inter se dis- sentirent. De his ergo hæc didicimus.

De Melchisedechianis.

Melchisedechianos autem dicunt eorum esse partem: in vna autem re tantum dissentire: quod Melchisedech potentiam quandam & diuinam & maximam existimarent, ad eius autem imaginem Christum esse formatum. Incepit autem hanc hæresim Theodorus artificiosus argentarius.

De Elcesais.

Elcesai autem, cum ex quodam Elcesai, qui hæresim incepit, appellationem accepissent, fabulis ex diuersis hæresibus corrogatis, suum errorem composuerunt, & quod ad vniuersorum quidam præcipuum attinet, nobiscum consentiunt, Vnum enim ingenitum dicunt, & eum vocant omnium opificem. Christum autem non vnum dicunt, sed hunc quidem infernè, illù verò superne, & eù olim in multis habitasse, postremo autem descendisse. Iesum autem aliquando quidem ex Deo esse dicit, aliquando autem vocat spiritum, quandoquæ autem virginem matrè habuisse, in aliis autem scriptis ne hoc quidem. Rursus autem eum etiam dicit transire in alia corpora, & in vno quoque tempore diuersè ostendi. Incantationibus autem, & Dæmonum inuocationibus, & baptismatibus hi quoque vsi sunt in elementorum confessione. Astrologiam autem & Magicam, & Mathematicum errorem amplectebantur, & seipfos Prognosticos appellabant. Apostolum autem omnino abnegarunt. Librum quoque quendam composuerunt, quem dicebant descendisse de cælis: Qui eum autem audiuisset, peccatorum remissionem consequi, præter eam quam Christus dedit. Aduersus hanc hæresim verè scribit Origenes. Eam autem conlauit Alcibiades, ex Apamea Syria profectus.

Chri. Iesus.

Magie. Paul. Lib. celic.

De Paulo,

Paulus autem Samosatenus fuit quidem antiochenus Episcopus, cum autem illo tempore impetaret zenobia (Perfæ enim, victis Romanis, eam Syria, & Phenicia gubernatricem dederant) in Artemonis impedit hæresim, se ea ratione illam sibi conciliaturam existimans, quæ idem cum Iudæis sentiebat, eis que fauebat. Hoc cum intellexissent ecclesiæ rectores, tutum esse non putabant tantum morbum negligere, qui seipere contendebat, & maximæ ciuitatis principem habebat adiutricem. Et Dionysius quidem alexandrinus Episcopus, qui fuit doctrina insignis, peregrinationem quidem distulit, propter senectutis imbecillitatem: Literis autem ei suasit ea quæ conueniebat: & Episcopus qui conuenierant ad zelum pro veritate suscipiendum excitauit. Eorum autem qui conuenierant, primas partes obtinebant & Gregorius ille magnus, & celeberrimus, qui quæ ab omnibus decantantur miracula, per in se inhabitantem spiritus gratiæ peregit, & Athenodorus eius frater, & Firmilianus Cæsareæ Cappadociæ Episcopus, vir illustris, & qui vtranque habebat, & diuinam scientiam, & præterea Helenus qui Cilicum regebat Metropolitim. Ij autem, cū multi essent qui conuenierant, præerant, & primū quidē suasionibus & exhortationibus conati sunt Paulum ab improba opinione abducere. Postquam autē ille apertè negauit se tale quid sensisse, sed se apostolica decreta sequi dixit, laudato pro concordia, & confessione Domino, ad suos greges redierunt. Procedente autē tempore, fama vbiq; peruadens significat Paulum declinasse. Sed ne sic quidē benedicti patres ad eū amputandū processerunt. Sed primū quidem literis eius morbum sanare tentarunt. Sed postquā affectionem viderunt esse immedicabilem, Antiochia rursus redierunt, & rursus lenia mendicamenta adhibuerunt ad monentes, & exhortantes, & pacta eius conuenta in memoriā reuocantes. Deinde videntes eum quidem inficiantē, instantes autem accusatores, & se eū conuicturos pollicentes, conuenierunt in cōciliū. Cū autem quidā Malachio, qui prius quidem fuerat Rhetor, postea autem ordinatus erat Presbyter, cū Paulo disseruisset, deprehensus est dicere Christū hominē, qui diuina gratia fuerat insigniter dignatus. Tunc ergo illū à sacris numeris separarunt, concorditer aduersus eū sententiā ferentes. Quoniam autem resistebat, & ecclesiæ principatū obtinebat, cū aurelianū, qui tunc imperabat, Pauli audaciā docuissent, ei persuaserūt illū ab ecclesiā abigere. Etenim vel idolorū cultui seruies, iustū existimauit, vt qui eorum sententiæ resisteret qui erant eiusdem fidei, ab eorum societate & communione abscederetur.

Grego. m. r. aculorū operator.

Aurelian. Imp.

De Sabellio.

Sabellius autem Apher Pentapolitanus talē inchoauit hæresim. Dicebat patrem & filiū & spiritum sanctum vnam esse hypostasim, & vnā personā, quæ tria habet nomina, & eundem aliquando quidē vocat vt patrem, aliquando autem vt filium, aliquando verò vt spiritum, sanctū, & in veteri quidem testamento, vt Patrem legem tulisse, in nouo autem vt filium hominem factum esse: vt spiritum autē sanctum, ad Apostolos venisse. Aduersus eum conscripsit Dionysius alexandrinus Episcopus.

De Marcello.

Marcellus autem Galata: ei quidē consimiliter: negauit trinitatem personarum. quandā autē extēnsionem diuinitatis patris dicebat ad Christum venisse: & eam vocabat Deum verbum. Vniuersa autem peracta œconomia: eam rursus retractam: & reuersam esse ad Deum: a quo extensa fuerat. Spiritum

Extensio.

Spiritum autem sanctum dixit esse extensionem extensionis, & eam Apostolis esse exhibitam, & omnino existimabat trinitatem, & extendi, & contrahi pro consiliorum & œconomiarum diuersitate. De Photino.

Photinus autem existimabat vnam esse operationem Patris, & filij, & spiritus sancti, aliis nominibus dogmatum Sabellij sensum prædicans. Aduersus hos quatuor scripsit Diuinus Diodorus, qui rexit Cilicum Metropolitim, ostendens Christum Deum ante sæcula in vltimis diebus hominem factum esse, & hominum salutem procurasse. Has omnes hæreses ad euertendam vniuersitatis diuinitatē excogitauit qui hominum perniciem molitur Dæmon. Sed omnes extinxit qui increpat abyssum, & eam exiccet, qui dicit abyssus, Fies deserta, & tuos fluuios exiccabo. Neque enim eorum vel minima manserunt reliquæ: non Cerinthianorum non Ebionitarum, non Elcesarū, non Melchisedechianorum, non Sabellianorum, non Paulianistarum, non Marcellianorum, non Photinianorum. Sed omnia obliuionis tenebris semel tradita sunt, & nec eorum quidem sunt nomina multis cognita. Verum est enim quod à nostro Seruatore dictum est, Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cælestis, eradicabitur. Diuina autem Evangeliorum dogmata pullularunt, & ad mare vsque extensi sunt Apostolorum Palmites, & propages terrarum orbem impleverunt, & impleta est vniuersa terra cognitione Domini, at multa aqua maria tegat, & prædictionis veritatē rerum testimoniū ostendat. Quod de futuris hæresibus Dominus quoque Christus prædixit.

- De Nicolaitis. De Montanistis. De alia eorum hæresi. De Noeto Smyrnæo. De Tessarescæ decatitibus. De Nauato. De Nepote.

HÆRETICARVM FABVLARVM TOMVS TERTIVS.

Vniuersam hæreses inter se contrarias in prioribus libris explanauimus: age alias quoque quæ inter has & illas pullularunt, eos qui ignorant doceamus. Quemadmodum enim terrestres mutes, ex quadam ætis intemperie, & fœtida putrefactionis qualitate de terra nascuntur, & sentinibus quidem exitum afferunt, & arbores quoque perdunt, Agricola autem venantes eos interimunt: ita ex maligno diaboli artificio hæreses exortæ sunt, quæ paulo quidem leuiore homines lædebant: Sed optimi veritatis Agricola eas ex diuinis segetibus expulerunt, & vt omnino de medio tollerentur effecerunt. Earum autem insidias & per Zaniam parabolam prædixit Dominus, & apertè Apostolos docuit, aliquando quidem dicēs multos Pseudochristos, & falsos Prophetas, falsosque Apostolos exorturos: aliquando autem præcipiens vt eos cauerent, & subiungens. Multi venient ad vos in vestimentis ouium, intus autem sunt lupi rapaces. Deinde docet quomodo oportet discernere differentiam ouis, & lupi, qui ouillo velle indutus est. Ex fructibus, enim inquit, eorum cognoscetis eos. Deinde per quandam similitudinē, quod docet apertius ostendit. Nunquid, inquit, colligunt ex spinis vīas, vel ex tribulis ficus? Ita omnis arbor bona bonos fructus facit, mala autem arbor malos fructus facit. Deinde cum de eo prolixius esset locutus, subiunxit. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Impia ergo & execranda dogmata per se sufficiunt ad suū patrem ostendendum. Ex fructu, enim inquit, arbor cognoscitur. Sufficit autem etiam eorum exitus ad falsitatem conuincendam. Quod enim falsum est, facile dissoluitur, firmæ autem & stabiles sunt veritatis vires. Quo circa euauerunt quidem diabolice operationis fabulæ, floruerunt autem, & germinarunt Evangeliorum dogmata. & cum multi ea oppugnarint populi, & populorum duces, regesque & imperatores, permanferunt supra petram collocata ecclesiæ fundamenta. Infastiarum autem execrandarūque hæreson paedicatores, fugerunt vt dixit sapiens, nullo persequente. Eius enim vox est. Inuisti manus meas, & aruerunt, & facti sunt tanquam fœnum siccum supra domos. Salutare autem meum erit in æternum, & iustitia mea non deficiet. Sed transeamus ad narranda quæ restant dogmata.

De Nicolaitis.

Nicolaitarum hæresis, non solū ex ignorantia, sed etiam ex intemperantia & impudicitia constat. Nemo autem Clemens apertius docuit. Dixit autem Nicolaum fuisse vnum ex septem Diaconis quos Apostolorum Chorus elegit ad viduarum ministrum. Tum autem, eum aspectu pulchram vxorem haberet, apud Apostolos fuisse accusatum, quod zelotypia morbo laboraret, cum autem hæc opinionem amovere conaretur, mulierem in medium adduxisse, & permisisse, vt qui velle, cum ea haberet consuetudinem, non hoc quidem decernentem, sed eorum qui accūsauerant calumniā cōnuincentem. Hinc nonnulli, quod ob causam iam antè dictam ab eo factū fuerat, pessimè accipientes, communes habere oportere vxores sanxerunt. Clemens autem dicit Nicolaum fuisse ex eorum numero, qui propter temperantiam clari, & insignes fuerunt, & liberos suos super-naturale castitatem dōcuisse.

Cōtrafio

Matt. 15. Psal. 79.

Mures hæretici. Matt. 13. Marc. 24. Matt. 7.

heretic. falsum ve ritas.

cuisse: & filium quidem suum cœlibem permansisse, filias vero virgines. Ex quibus pulchrè conuincitur eos falso ex illius appellatione nomen sumpsisse, qui ante dictam intemperantiam exercent. Aduersus eos scripsit, & Clemens quem antè diximus, & Irenæus, & Origenes, & Hyppolytus Episcopus: & Martyr

De Montanistis.

Paraclet. Hæresim autem, quæ Cataphryges vocatur, incepit Montanus, ex quodam vico, qui illic situs est, in nomine Ardaban, exortus. Is ambitione, & primum locum obtinendi cupiditate motus, seipsū Paracletum vocauit: & duas fecit Prophetissas, Priscillam, & Maximillam: & earū scripta libros Propheticos appellauit. Vicum autem Pepuzam nominauit Hierusalem. Is vt & matrimonium solueretur constituit, & noua ieiunia præter ecclesiæ consuetudinem introduxit. Quod autem ad veram trinitatis rationem attinet, non offendit, & de mundi creatione eadem nobiscum sensit. Qui autem ab eius doctrina pendet, vocantur quidem ab eo Montanistæ, vocantur autem etiam Cataphryges, à gente. Pepuziani autem, a vico quem illenominauit. Hierusalem. Priscillæ autem & Maximillæ prophetiæ in maiori sunt apud eos honore quàm sacrum Euangelium. De mysteriis autem nonnulla quidam iactitant: Sed illi non fatentur, & sui accusationem calumniam appellant. Nonnulli autem eorum, tres personas diuinitatis, sicut & Sabellius negarunt, eundem esse dicentes, patrem, & filium, & spiritum sanctum, quemadmodum Asianus Noetus. Aduersus eos scripsit Apollinaris, qui fuit sacræ vrbs in Phrigia Episcopus, vir laude dignus, & qui præter rerum diuinarum cognitionem, erat quoque externa disciplina præditus. Similiter autem & Miltiades, & Apollonius, & alij scriptores. Aduersus Patroclum autem qui huic hæresi præfuit, scripsit Canius, cuius etiam paulo antè meminimus.

De Noeto.

Noetus autem erat genere quidem Smyrnæus, renouauit autem hæresim, quam quidam Epignius nomine primus peperit. Cleomenes autem acceptam confirmauit. Hæc sunt autem capita hæresis. Vnum dicunt esse Deum & patrem omnium opificem, latentem quidem quando voluerit, rursus autem apparentem, quando placuerit, & eundem esse inuisibilem, & videri, & genitum & ingentum, ingentium quidem ab initio: genitum autem, quando nasci voluit ex virgine, incompatibilem & immortalem: rursus partibilem & mortalem. Cum enim esset incompatibilis, crucis, inquit, passionem sua sponte sustinuit. Eum & patrem & filium nominant, prout vsus exegerit, vel hoc vel illud appellantes. Noeti autem appellati sunt qui hanc sunt hæresim secuti.

De Calisto.

Ieiunia. Pepuzia. Eam post Noetum, defendit Callistus, qui etiam ex cogitauit quædam additamenta impietatis dogmatis.

De Tesseræde catiris.

Test. Paschæ. Apocrypha. Tesseræde catitarum autem, seu Quarti decimariorum hæresis, hoc habet argumentum. Dicit Ioannem Euangelistam, cum prædicaret in Asia, docuisse ipsos celebrare festum Paschæ luna quattordecima. Apostolicam autem traditionem male intelligentes, non expectant diem resurrectionis Domini, sed quandoque quidem tertia, quandoque vero quinta, aliquando autem sabbato, vel quomodocumque acciderit, passionis memoriam celebrant. Venerunt autem etiam aberrantibus Apostolorum Actibus, & aliis adulterinis, vel potius à gratia alienis, quæ vocantur Apocrypha. Conueniunt autem etiam cum Nauato. Nam ipsi quoque poenitentiam auersantur.

De Nauato.

Luc. 22. Nauatus autem erat Romanæ ecclesiæ Presbyter. Cum autem vehementissima tempestas in ecclesiis inuasisset, accidit vt quidam eorum, qui in pietate educti fuerant, post multa probra & tormenta renouarent, & verbis abnegationis abuterentur, hunc eorum esset tranquillitas, rogarunt vt poenitentiam medicamenta sibi consequi liceret, atque optimis quidem Pastoribus visum est timenda esse Domini sententiam, quæ dicit, O pastores, quod contractum erat, non colligastis, & quod aberantauerat non reduxistis, & quod ceciderat, non erexitis: lapsis que manum esse porrigendam, & eos esse confirmandos, vt vult præceptum Domini. Ad magnum enim Petrum dixit Dominus, Simon, Simon, expeperit Satanas, vt vos cribraret sicut triticum, & ego rogavi pro te, vt non deficeret fides tua. His consiliis Nauatus non acquieuit, sed aperte contradixit, dicens non oportere eos qui abnegassent, salutem consequi, similiter faciens ac si qui ægrotis prohibentur vtantur medicamentis. Qui autem poenitentiam remedium postulabant, arguebant eum sepe suis rogatum, & admonitum, vt ad eos veniret, & verbis saltem confirmaret: qui Tyranni machinis pulfabantur, eum autem se occultante: & latere conantem: se quoque esse Presbyterum inficias iussit. Sed tamen quamuis hæc audissent qui Romæ conueniant Episcopi: conati sunt persuadere: vt iis quæ optimè constituta fuerant assentiretur. Postquam autem viderunt eum furere: & Deo inuisam crudelitatem statuere: eum ab ecclesiæ corpore separarunt: cum Cornelius Romæ ecclesiæ regeret. Hic autem Nauatus: cum admodum paucos: & qui

facile numerari possent, suæ esse hæresis socios persuasisset, abiit in Italiam, & tres oppidulorum Episcopos decipiens, deduxit, itaque apud Romanum Episcopum pro eo intercessuros. Cum autem in quædam vicum vnâ cum ipsis venisset, coegit vt eum manibus impositis Episcopum ordinarent. Atque ipsi quidem, cum Roman venissent, hanc vim sibi factam conquesti sunt, & que facta fuerant docuerunt. Miser autem ordinè suffragatus, hæresis princeps effectus est. Qui suæ autem sectæ affectus erant, eos non solū Nauatianos, sed etiam Catharos, hoc est mundos, appellauit, & nec Domini Dei accusatione veri tuis est, quam fecit aduersus nonnullos, dicens. Qui dicunt, mundus sum, ne me tægas, & subiūxit, Ipse sumus ira meæ, ignis ardet in ipso omnibus diebus Dominus enim superbis resistit. Eius autem successores etiam alia ipsius dogmati adiecerunt. Eos enim qui secundum matrimonium coissent, à sacris mysteriis arcebant. Poenitentiam autem à suo conuentu arcent penitus, iisque qui ab ipsis tinguntur sacræ christi non præbent. Quocirca eos etiam qui ex hac hæresi corpori ecclesiæ coniunguntur, benedicti patres vngi iusserunt. Aduersus hanc hæresim, multas quidem epistolas scripsit Cornelius, multas autem Dionysius Episcopus Alexandrinus, & multi alii qui fuerunt tunc temporis Episcopi, per quos, omnibus statim aperta euasit Nauati crudelitas.

De Nepote.

Chiliasis. Nepos autem Episcopus vrbs Aegyptiæ, in aliis quidem omnibus conueniebat cum dogmatibus ecclesiæ: in diuinis autem promissionibus errabat, vt qui eas in terra futuras crederet, & cibum & potum, & festa Iudaica, & mille annorum ambitus, qui in his insumentur. Aduersus eum rursus scripsit Dionysius Alexandrinus Episcopus, in aliis quidem laudans: in his autem errorem conuincens. Hæc quidem inter eos, qui Dei & Seruatoris nostri negant humanitatem, & eos, qui hominem solum vocant, qui est Deus ante sæcula, exorta sunt dogmata. Et plurima quidem ex his, cum primum germinassent, emarcuerunt, & arida manserunt. Quis enim nunc vllum nouit, qui à Nepote, vel Nicolao, vel Noeto, vel Proclo cognominetur? A Montanistis autem & Nauatians & Tesserædecatitis liberatus quidem est omnino oriens, liberata est autem etiam Aegyptus, & Lybia. Ab his autem etiam immunitus est occidens, parua vero Asia & Pontica particula adhuc habent eorum Zizania. Neque enim Pontus Polemoniæ, nec Helenopontus, nec Armenia, nec Cappadocia, non Lycaonia, non Pisidia, non Pamphilia, non Lycia, non Caria hæreses susceperunt. His autem, qui colunt veritatem, plena quidem est terra: pleni quoque sunt ipsi orbis terræ fines. Vera est enim Dei vniuersorum prædictio quam fecit per linguam Prophetæ, dicens Seruatori. Ecce dedite in testamentum generis, in lucem gentium, vt sis salus vsque ad extremum terræ. Esaiæ quoque conuenientia dicit beatus Dauid. Dominatur enim inquit, à mari vsque ad mare, & à fluuiis vsque ad fines orbis terræ, coram eo procident Aethiopes, & inimici eius terram lingent. Reges Tharsis & insularum dona offerent. Reges Arabum, & Saba dona adducunt, & adorabunt eum omnes Reges terræ. Omnes gentes seruient ipsi. Hæc autem prædictio nescit per ecclesiæ finem accipere. Hæreticorum autem doctrina, partim quidem radicitus euulsa est partim autem à semariis arboribus nihil differt, in paucis vrbibus & vicis manens, & eorum qui illa composuerunt imbecillitatem & falsitatem ostendens. Dominus enim dispergit ac dissipat signa venarum, & diuinationes à corde, & statuit verba filii sui, & consilium Angelorum suorum verum esse ostendit, & dissipat consilia gentium, & infirmat cogitationes populorum. Consilium autem Domini manet in æternum. Cogitationes cordis eius in generatione & generationem. Beatus ergo Populus, cuius est Dominus Deus eius, populus quem elegit in hereditatem suam.

- De Ario
- De Eudoxio.
- De Eunomio & Actio.
- De Psatyrianis.
- De Cyrtianis.
- De Dulianis.
- De Macedonianis.
- De Donatistis.
- De Meletianis.
- De Apollinaristis.
- De Polemianis.
- De Aliis Apollinaristis.
- De Audianis.
- De Messalianis, et Euchitis.
- De Nestorianis.
- De Eutychanis.

HAERETICARVM FABVLARVM TOMVS QVARTVS.

Di. val. Ioan. 8. Vnde plurimæ infaustæ & execrandæ hereses, antiquis Valentini Deis profundo & silentio traditæ sunt, in libris iam scriptis ostensum, est. Verum autem esse quod diximus, testantur vrbes & vici ab eis liberati. Sed pater mendacii, quem Dominus merito homicidam appellauit, hominum enim animis semper insidiatur, alias insidiatum machinas fabricatus est. Cum enim animaduertisset omnibus execranda videri, quæ de Deo vniuersorum ab illius discipulis dicta sunt, & quæ de diuina œconomia ab eis dicuntur, non esse probabilia: Illi enim solum apparuisse diuinitatem, hi vero humanitatem destitutam, œconomiam peregrisse dixerunt: temperauit impietatem ab vtraque exuperatione remotam. De Ario.

Sf Et cum inuenisset Arium humanæ gloriæ cupidum: & in eo arrogantiam affectionem inflammavit, Et hæresis errorem ei indidit. Cum enim is esset relatus in numerum Presbyterorum Alexandrinæ ecclesiæ, et magnum Alexandrum in Pontificali sedentem videret inuidiæ stimulo percitus est, et cum pugna cum eo committendæ materiam quæreret, occasionem inuenit dogmatum impietatem.

Cum ille enim herbam Apostolicam gregi offerret, & oues ad fontes. Evangelicos duceret: is contra dixit iis quae dicebantur, et cum sapientissimus doctor diceret filium esse eiusdem cum patre substantiam, is repugnauit, creaturam vocans, quem filium germanum appellabat, & cum ille diceret Deum verbum Deo patri esse coeternum, ut qui esset in principio, & Deus verbum, & splendor gloriae: is eum qui est, ex iis quae non sunt factum esse dicebat, & ipsum mutabilem habere naturam asserbat. Porro autem ipsam quoque incarnationem mutabilem & truncam efficiebat. Ipsum enim corpus inanimatum accepisse affirmabat. Diuinitatem autem ea quae ad animam pertinebant exercebat, ut ei etiam attribueret qui ex corpore procedit confesum. Is etiam gloriae diuinae decantanda legibus praetermissis, quas qui ab initio viderunt, & verbo inseruerunt, tradiderant, aliam formam introduxit, docens eos quos deceperat, glorificare Patrem per filium in spiritu sancto, & quae in diuino quidem sit baptismate inuocationem, propter nimiam apertam transgressionem mutare non ausus est: sed ex Domini quidem praeccepto tradidit baptizandum esse in nomine patris, & filii, & spiritus sancti: ex lege autem baptismi glorificare prohibuit, licet Deus, & Seruator noster, non absolute baptizaret, sed prius docere iusserit.

Gloria. p. F. S. 8.

Matt. 28.

Nicea.

Arii mors

Autor hist. eccl.

Seleucia.

Imp. cogit. concil.

Aetii 191.

Cost. imp.

Omoou- sion e re- rousion.

Euntes, enim, inquit, docere omnes gentes, baptizantes ipsos in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Ex hac lege autem, & diuini Apostoli, & qui illos secuti sunt, ecclesiae doctores, docent eos qui accedunt, credere in nomine patris, & filii, & spiritus sancti, & eos quos docuerunt baptizant in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Quocirca si qui donum acceperunt, ut docti erant, ita etiam baptizati sunt. Patrem enim, & filium, & spiritum sanctum glorificant. Est enim miserabile eos qui a trinitate baptismi donum receperint, soli patri gloriam dare, & filium, & spiritum sanctum nullo honore affectum relinquentes. Sed haec quidem in iis quae aduersus illos scripsimus prolixè diximus. Praesens autem operis est institutum vniuersiusque haeresis formam ac figuram ostendere. Hunc ergo Arium, qui haec sentiebat, qui Niceae conuenerunt, sancti Patres aperte abdicarunt, ut qui omnino a diuinis scripturis aliena planeque externa dogmata introduceret. Paulo post autem penitentiam praetexens, eis qui apud magnam Constantinum autoritate valebant, persuasit, ut sibi daretur locus penitentiae. Imperator autem, suscepta supplicatione, iussit Regiae urbis Episcopum ei salutem desideranti manum porrigere. Diuinus autem Alexander, is enim illius ciuitatis clauum tenebat, primum quidem conatus est persuadere. Imperatori, ne factis Arii verbis seduceretur. Postquam autem vidit eum aegre ferre, tacitus exiit constitutum autem erat ut mane admitteretur Arius. Sabbatum enim erat quando haec dicta sunt. Alexander ergo, qui Dei verè homo erat, cum duobus ex iis qui cum eo versabantur, diuinum templum ingressus, rogauit ecclesiarum Dominum, ante sancta altaria humi prostratus, & lachrymas effundens ne permitteret ut lupus miseretur cum ouibus, siquidem quae sunt luporum verè volens agere, se ouis pelle contegit. Ferunt autem eum hoc quoque verbum suis precibus adiecisse. Sin autem permittis, ut quantuis haec molitur, tamen ingrediatur, per tuum ineffabile consilium, neque enim inuestigari possunt tua iudicia, me famulum tuum a praesenti vita libera. Ita facta oratione, in domuculam lachrymas reuersus est. Arius autem existimans esse confirmanda Imperatoris promissa, diluculo processit. Deinde cum venter ad egerendum vrgeret, publicas latrinas ingressus est, qui cum sequebatur famulus foris relicto. Repente autem dissolutus & excretis intestinis, intus sedens mortuus est. Cum ii autem qui vna sedebant, quod acciderat vidissent, & exclamassent, accurrens famulus & videns mortuum, id quod euenerat domesticis renunciauit. Cum autem plaga diuinitus immissa vniuersae populosa ciuitati significata esset, in templum omnes simul accurrerunt. Postquam autem & Imperatoris promissum, & Pontificis preces cognouerunt, ecclesiarum praesidem collaudarunt, & impietatis haeresim abominati sunt. Sed quantuis haec ita facta sunt, & diuina sententia aperte ostensa fuit, perstiterunt tamen qui mortuum susceperant, aduersus vniuersum & sanctum spiritum suas linguas acuentes. Sed eum haec in ecclesiastica historia fuisse scripsimus, eadem dicere superuacaneum existimo. Relicto itaque Eusebio, & Theognio Perinthio, & Menophanto Ephesio, & Patrophilo Scythopolitano, & aliis, Eudoxii tantum meminerò. Quae enim de Actio, et Eunomio narranda sunt, postulant ut eius fiat mentio.

De Eudoxio.

Haec Eudoxius fuit Episcopus Germaniae, quae est ciuitas prope Taurum. Sed contempto oppidulo Antiochiam profectus est, cum Leontii mortem intellesset. Deinde arripit sedem praeter leges ecclesiasticas. Imperatoris autem literis illinc expulsus, et venire ad Synodum, quae in Seleucia Isauriae celebrabatur, iussus, accessit quidem, ut ei imperatum fuerat: Sed tamen confessum ingredi non ausus est, sed maxima celeritate contendit Constantinopolim, et Imperatoris blanditus cubicularis, persuasit ut illic cogere Synodus, et ne in illis dicendis sim prolixior, eorum enim omnium in illis scriptis memineri, potuit et illius ciuitatis sedem inuadere, et ecclesias praedicatoribus veritatis priuare.

De Eunomio et Actio.

Tunc cum benedictum Eleusium Cyzico amouisset, Eusebium pro illo ordinauit. Eunomius autem Syrum Magistrum iactabat, et magnifice efferebat, cuius miseriam vitam et quae persequebatur studia, et Gregorius Nyssenus, et Theodorus homo psychus, in iis quae aduersus Eunomium scripsit, perfecte docuerunt. Is Arii blasphemias aperte auxit. Qua de causa ipsum Constantius in quandam Phrygiae solitudinem relegauit, idque cum nodum a recta via deflexisset, nec in aliam declinasset. Post Patris enim mortem, seductus a quibusdam, quibus cura illius corporis fuerat credita, legem tulit, quae prohibebat, ut ne que Omoousson neque eterousson auderet aliquis dicere filium Dei, non enim fas esse dicebat Dei substantiam scrutari, in omnibus autem eum Patri simile iussit dicere, et ideo Aetium, qui primus aufererat dicere filium esse in omnibus dissimilem patri qui genuerat, misit in ante dictam solitudinem. Haec cum sciret

sum sciret Eudoxius, persuasit Eunomio ne quid sentirent aperirent, sed occultum tenerent, & tanquam furtiuum factum in tenebris alerent, donec loquendi opportunitatem & potestatem acciperent. His acquiescens Eunomius, adumbratam multis in Cyzico doctrinam asserbat. Impietatem autem parturians, eam inter differendum praese ferebat, & eorum qui audiebant animas sauciabat. Tunc diuino quidam Zelo inflammatus, zelum quidem praedicant: haeresis autem personam suscipiunt, & domum Eunomii venientes, rogarunt ut aperte doceret veritatem dogmatis. Illi autem inductus, & eos eiusdem secum esse sententiae ratus, euomit venenum quod celabat. Illi autem rursus vehementius orarunt ut eam doctrinam toti populo exhiberet, & Imperatoris obseruantiae gregem suam praeferreret, qui veritatem scire desiderabat. Ita rursus deceptus Eunomius blasphemiam publicat. Ille autem, statim multis acceptis ex iis qui erant eiusdem fidei, in aulam contenderunt, & Eudoxium, quam ausus erat dicere, blasphemiam docuerunt. Eudoxius autem aegre quidem tulit, cum audiisset Eunomium pacta conuentu transiisse, accusatoribus autem pollicitus est rem sibi curae fore. Sed eam omnino negligebat, ne gotiorum quibus derinebatur multitudinem praetexes. Eunomii vero accusatores, cum Eudoxii institutum animaduertissent, Eunomii blasphemias Imperatori significarunt. Imperator autem primum quidem iussit Eunomium ad Eudoxium deducere, & propositam accusationem examinare. Postquam autem cognouit eum differre, assidue enim veniebat accusatores, minatus est se vtrumque missurum in solitudinem in qua agebat Aetius. Timens itaque Eudoxius, duxit Eunomium, & primum quidem pacta conuenta ei in memoriam reuocauit, postea autem manifesto conuictum deposuit, etiam si ipse eodem morbo laboraret. Imperatoris enim minas formidabat. Eunomius autem se protinus haeresis authorem & principem constituit, idque cum in quadam Pamphylic solitudine esset habitare coactus, hinc exorta est secta Eunomianorum. Is Theologiae Tethnologiae, id est, ex Theologia artem effecit, & aduersus vniuersum & sanctum spiritum palam blasphemias eructauit, & filium quidem primam & eximiam Patris creaturam esse dicebat: spiritum autem sanctum ante alias creaturas esse a filio fabricatum. Ipse quoque subterit sancti baptismi ritum: a Domino & Apostolis ab initio traditum: & contrariam legem aperte tulit, dicens non oportere se immergere cum qui baptizatur, nec trinitatem inuocare, sed semel baptizare in mortem Christi. Porro autem baptizantes, ad pectus vsque aqua madefaciunt, reliquis autem partibus corporis, tanquam abominandis, aquam adhibere prohibent. Qua de causa, quando in solio quidem baptizabant, cum hominem extra id statuisent, eius caput vsque ad pectus semel in aquam depri mebant. Postquam autem contigit sauciari que mpiam, cum caput ad solium impegisset, excogitauerunt aliud genus baptismatis. In aliquo enim sublellio pronum hominem, extra id autem, caput sublime erigentes, effundunt aquam, quae nullam aliam partem attingit. Alii vero ex iis alium quoque modum baptismatis inuenerunt. Maximam enim vitam componunt, eamque consecrant, & ea hominem ad vi gues vsque inuoluunt, a pectore incipientes, deinde sic aquam infundunt. Haec autem significarunt, qui illorum impietatem effugerunt, & se Seruatoris & Dei nostri ouibus conuinxerunt. Porro autem eos quoque aliud adere dicunt, quod non ausim scriptis committere. Sufficit enim vel sola rei nefariorum & execrandae auditio ad mentem polluendam. Sed an haec quidem ab illis perpetrentur, an non, ego quidem non ausim affirmare: audiui tamen a viris qui res eorum perfecte tenebant. Cum aduersus veritatem ita debacchatus esset Eunomius, studebat in dies morbum amplificare. Ausus est enim dicere se nihil ex rebus diuinis ignorare, sed ipsam etiam Dei substantiam excoctè scire, eandemque habere de Deo cognitionem, quam ipse de seipso habet Deus. Hoc eius furore perciti qui sunt execrandae illius sectae participes, audent aperte dicere se ita Deum nosse, ut ipse seipsum. Alia quoque excogitauit, ut videretur nouorum esse dogmatum inuentor.

De Arianis & Eunomianis seu Aetianis.

Haec Ariana secta bipertito diuisa est, & hi quidem appellati sunt Ariani, illi vero Eunomiani. Ariani autem Eudoxiani quoque appellati sunt tempore Eudoxii. Vanè enim gloriae seruiens, suam appellationem iis qui idem sentiebant imponere cupiebat. Illi ipsi autem etiam Exaconites vocantur, nempe quod Eunomius Aetium, suum magistrum & doctorem appellasset. Idem autem etiam Troglytae seu Trogloditae vocantur, ut qui clanculum in domibus conuentus suos celebrent, sunt enim admodum pauci, cum omnes eos abhorreant & auerterentur, propter blasphemiam impudentiam, & maxima quidem pars orbis terrarum ab eorum perniciose liberata est, paucae autem admodum ciuitates habent eorum aliquos, qui ipsi quoque conantur latere.

De Psatyrianis, qui ipsi quoque ab Arii haeresi dariuati sunt.

Ex Arii autem blasphemias alia rursus secta erupit. Hi autem dicunt, Pater Deus, semper autem etiam filius a Deo creatus est. Idem est enim in Deo, & creare, & gignere. Eos Antiocheni vocant Psatyrianos. Eum enim qui fuit illius sectae princeps, dicunt eiusmodi placentiarum fuisse effectorem. De Cyrtianis seu Pythecianis. Porro autem alii quoque ab ipsis separati, a nonnullis quidem Cyrtiani, ab aliis vero Pitheciani appellati sunt, cum quidam homunculus, & qui scapulas altas habebat, cum eis esset egressus, & ut hoc cognomen eis imponeretur effecisset.

Simulare haeresi ad ea depre hendendā

Bapt

Eudoxia ni. Exaconi- ta. Troglytae Trogloditae

creare gignere Psatyri

De Dulianis.

Postea autem alius quoque conflatu est cœtus, ab Arianis separatus. Appellationem autem ab impietate sortiti sunt. Duliani enim appellati sunt, quod vnigenitum Dei filium doulum, hoc est feruū Patris vocare ausi sunt. Eiusmodi autem syllogismo vtentes, suam blasphemiam confirmant. Omnis, inquit, creatura seruit ei qui illam creauit. Filius autē patris est creatura. Quot autē ceperunt ex Arrii furore blasphemiarum ansas, in tot etiam sectas Arrii hæresis diuisa est.

Seruus. Creatura

De Macedonianis.

Am verò alia quoque præter prædictas ex his germinauit hæresis, quæ minus esse impia existimata est. Cum enim Paulus regiæ vrbis pastor, ab iis qui morbo Arrii laborabant, esset expulsus: Macedonius in illius Ecclesiæ administratione in eius locū susceptus est. Hic autem Macedonius filium quidem esse eiusdem cūm patre substantiæ omnino repudiavit. Vt similis autem in omnibus diceretur cōstituit, & vt Omoiosios pro Omoiosios hoc est similis substantiæ, pro eiusdem substantiæ, diceretur, excogitauit. Spiritum autem sanctum similiter ac Arrius & Eunomius blasphemare perrexit. Vnde quæ ab eius secta appellabatur, pneumatomachi, hoc est, spiritus aduersarii, nominati sunt. Hinc etiam Macedonianorum seminata est zizania.

Omoiosios Omoiosios

De Donatistis.

In ea quoque regione, quæ olim Lybia, nunc autem Aphrica appellatur, eorum qui Donatistæ vocantur amentiam excitauit communis humani generis hostis. It autem in Hæresi quidem cum Arrianis cōueniunt: sed nouum insanæ genus excogitarunt violentam enim mortem martyrium nominant, & qui hanc quidem appellationem assequi volunt, id longo antè tempore iis qui idem secum sentiunt significauit. Illi autem eos omni genere officii obseruant, eisque inferunt, & omne ciborum genus afferunt, veluti quædam sacrificio destinata animalia præpascunt, & pinguefacientes. Cum diuturno autem tempore in his deliciis lautè & opiparè vixerint, cogunt eos quos in viis inuenerint, lætalia eis vulnera ense afferre, & nonnulli quidem institutum assequuntur, alii verò ab eo excidunt. Quis enim sanum quemdam iuuenem incidissent, deinde nudum enfem ei porrexissent, iusserunt vt eis afferret vulnera: & se eam interfecturum minati sunt, nisi imperatum faceret. Is autem dixit se vereri, ne aliquibus occisis, qui superessent, pœnitentia ducti, pœnam cordis ab eo exigerent. Oportere itaque prius vincula que eorum vinculum imponere, deinde sic enfem adigere. Cum illi autem acquiescissent, & vinculo ac cepissent, cum virgis omnes cecidisset, eos vincetos relinquens, abiit. Eis verè hanc phrenesim inuenit fit malus Dæmon.

Martyrii mors violenta. Corybant.

De Meletianis qui sunt in Aegypto.

In Alexandria autem Aegipti, quo tempore Arrius aduersus vnigenitum blasphemiam inchoauit, Meletius quidem episcopus aduersus Alexandri magno principatum seditionem agitans, in multis ciuitatibus ordinauit Episcopos, & Presbyteros, & Diaconos, non nouæ hæresis principatum gerens, sed eadem quidem cum ecclesia sentiens, sed ambitionis & imperandi cupiditatis morbo laborans. Eū qui Nicæa conuenerunt, sanctissimi Patres, ab ecclesiæ administratione remouerunt. Qui autem ab eo ordinati fuerant, iis quæ præter leges donata erant priuarunt. Hinc Meletianorum schisma in Aegypto conflatum est. Sed ille quidem pietatis dogmatum nihil innovauit, hi autem, cum Arrianorum hæresim ab iis qui tunc imperabant cōfirmari viderent, ad illam declinarunt. Nunc autem dicunt quidem esse eos ab hoc morbo liberatos, sed sine vilo metu degere, nec velle ab illis regi, & cum ecclesiis coniungi reculare. Ea ratione, tanquam liberi & sui iuris, illa quoque ridicula excogitarunt, interdiu quidem corpus aqua mundare, cum plausu autem manuum, & quadam saltatione hymnos concinere, & multa tintinabula sunt appensa mouere, & alia his similia. Qua de causa magnus ille Athanasius perpeuo cum eis bellum gessit.

Nicæa Schisma.

De Apollinari.

Apollinaris autem Laodicenus, nonnullis quidem scriptis, quod de Trinitate pronūciatum est non violauit, sed quemadmodum & nos, vnam quoque diuinitatis substantiam, & tres hypostasces, seu personas, prædicauit: in nonnullis autem gradus dignitatum definiit, se diuinæ distributionis diuisorem constituens. Eius enim inuētum est illud, magnum, maius, maximum, tanquam magnus quidem sit spiritus, maior autē filius, maximus autē pater. Quid autem hoc magis ridiculū esse potest? Si enim vnā reuera esse dicit trinitatis substantiā, quo modo eandē & parū & magnā existimauit? In corporibus enim quātitas & qualitas eiusmodi mēsuras efficiunt. Natura autē ab his libera, ne horū quidē mēsuras admittit. Sed nunc nō cōtra dicere, sed diuersas opiniones ostendere proposuimus. Hic ergo rursus in nonnullis scriptis hypostascon seu personarum proprietates cōfundebar, & idē faciebat in trinitate, quod in cœonomia ausus est. Vnde etiā in simulatus est quod esset Sabellianus. Dixit autē incarnatū esse Deū verbū, corpore & anima suscepta, non ea quæ est ratione prædita, sed quæ est expertis rationis, quā naturalem, seu vitalem, nonnulli nominat. Cum autē diceret mētem aliud esse quā animam, nō dicebat eam esse adsumptā, sed diuinam suffecisse naturam ad vsum mētis implēdam, nec animaduertit sapientissimus, quod ne corpore quidem opus habuisset si voluisset, sed vel sine corpore visus esset, sicut olim Patriarchis. Sed de cœonomia sermonem differemus in librum sequentem.

Mens. anima.

Gradus Trinit.

De

De Polemianis.

Polemianus autem qui spiām, ex eius scriptis ansa sumpta, dicit fuisse factam consubstantiationem & commixtionem diuinitatis & corporis. Hinc germinauit Polemianorum hæresis.

De aliis Apollinaristis.

Porro autem quidam alii ex conuentu Apollinaris, dicebant corpus Domini descendisse de cœlis. Cum autem diuersa dogmata in illius scriptis inuenissent, hec quidem his, illa verò his placuerunt. Quomodo autem hic ab ecclesiæ corpore refecatus, diuersas pepererit dogmatum nugas, duxi superuacaneum dicere.

De Audiāis.

Quidam autem Audæus, ex Syria trans Euphratem ortus, dixit Deum esse similem hominis, & corporis illi partes tribuit, quæ à sacra scriptura ad captum hominum se submittere dicta sunt, stultè intelligens. Etenim sacra scriptura loquens hominibus, qui ne eorum quidem que videntur naturam exactè intelligunt, prout eis audire licuit, doctrinam adhibuit, & ideo qua deus vidit facultatem, oculos appellauit, aures verò, quæ audit, potestatem autem agēdi, manus, & similiter alias operationes. Horum stultus nihil intelligens, humanam formam Deo attribuit. Ita enim hoc quoque intellexit, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Ac rationis quidem inopia laboras, non perperit animam immortalem, & quæ sub aspectū non cadit, in solum autem corpus suam cogitationē defixit. Sed etiam de eo, in ijs quæ de hominis formatione, dicenda sunt, si Deus velit, dicitur. Dicunt ergo hunc Audæum, & tenebras, & aquam, & ignem dicere ingenita. Qui sunt autem huius appellationis participes, hæc celant. Prætexunt autem se fugere ecclesiæ communionem, propter facinorosos, & eos qui cum mulieribus cohabitant, quamuis multa etiam his grauiora ab eis perpetrentur, & nō animaduertunt, quod ne diligentibus quidem, & suo officio exactè fungentibus Episcopis abscondere facile est, sed opus est quidem acculatoribus, opus autem est etiam testibus, ut vult lex Apostolica. Accusationem, enim inquit, aduersus Presbyterum non admittes sine duabus vel tribus personis. Quod autem eos qui deprehenduntur aut conuincuntur puniunt leges ecclesiasticæ, vbiq; & in terra, & maritestantur ea quæ sunt. Nam & Episcopi, & Diaconi, & Presbyteri ab ecclesiasticis numeris separantur. Hi autem se iactant peccata remittere. Postquam enim sacros libros vnā cum adulterinis bipertito diuiserint, eos enim mirandum in modum arcanos & mysticos existimant, & hinc & illinc peruersus posuerint, iubent unumquenque inter eos transire, & quæ à se peccata sunt confiteri. Deinde confessi donant remissionem, non tempus ad pœnitentiam, vt iubent leges ecclesiæ, præscribentes, sed sua potestate condonantes. Sciens autem, qui transeunt, id quod agitur ludum esse, vera quidem peccata celant, quædam autem parua, & ridicula dicunt, quæ etiam dicere vereretur aliquis, nisi eadem qua ipsi amentia laboraret.

Anthropomorphitæ.

Fenerator res. Fornicator res. Excommunicatio.

1. Tim. 5.

Peccata remissa.

Confessio

De Messalianis, seu Euchitis.

Messaliani autem, (hoc autem nomen in græcam linguam traductum, Euchitas, latine verò precatores significat) dicunt quidem baptismum nihil iuuare eos qui ad eum accedūt. Instar enim nouaculæ aufert priora peccata, peccati autem radicem non excindit. Perpetua autem oratio, & peccati radicem radicitus euellit, & malum Dæmonem, qui ab initio sorte datus est, ab anima expellit. Dicunt enim vnū quem que hominem, cum nascitur, protinus sequi dæmonem, eumque ad improbas et sceleratas actiones incitare, eum autem nec baptismum, nec aliquid aliud posse ab anima exigere, præterquam solam orationem, egredi autem dicunt inhabitantem, per mucum, & sputorum excrementa ita decepti homines longè miserimi, nullum opus agrediuntur, vocant enim se ipsos spirituales. Sed orationi vtique vacantes, maximam diei partem dormiunt. Deinde à Dæmone qui eos infurias adigit decepti, dicunt se vidisse reuelationes, & quæ futura sunt, prædicare conantur. Rebus autem ipsi mentiri conuincuntur. Iactant autem se videre patrem, & filium, & spiritum sanctum corporeis oculis, & spiritus sancti aduentum sensu percipere. Sunt autem ad negandum parati, & si vergeantur, protinus anathematizant eos qui horum aliquid dicunt. Iam enim cum apud benedictum Flavianū Antiochenum Episcopum essent in ius vocati, quæ aduersus eos intendebantur criminationes, calumnias vocabant. Sed vir ille sapientissimus latentem deprehendit hæresim. Cum enim visus esset succensere acculatoribus, & egre ferre, quod quæ dicebant confinxissent, iussit sibi assidere Adelpium is enim eis præerat qui accersebantur hæresis, capularis senex, & portis mortis proximus. Ei dixit beatissimus Flavianus, accusatores, vt pote crassiores, ignorete spiritalem viuendi formam. Nos autem, inquit quæ confestim, eam tempore, cognitionem accepimus, sed dic mihi verè & ingenuè, quænam sunt ea quæ dicuntur. Ita delinit Senex, & se suorum dogmatū lociū inuenisse ratus, confessione accusationē cōfirmavit. Hæc cum intellexisset vir diuinus, eos à sinibus orientis expulit.

Baptisma ratio.

Reuelatio

De Enthusiasticis.

Porro autem multa quoque alia faciunt, quæ phrenesim eorum arguunt. Nam & repente saltant, & super Dæmones se saltatè iactant: & digitis sagittantium speciem præ se ferunt, se in Dæmones iaculari affirmantes: & quædam alia faciunt simili furore plena, & ideo Enthusiasticarum, hoc est diuino furore correptorum, nomen sortiti sunt. Huic hæresi præfuit Sabbas, & Adelpitus, & Daodes, & Symeones, & Hermas, & quidam alii. Scripsit autem aduersus eos epistolâ is qui deprehendit hæresim benedictus Latopius Melitines Episcopus, omnium autē optimus Amphilocheus, qui Iconii rexit ecclesiā, hæresim exactius confodit, eorum voces suis monumentis inserens quæ eorum dogmatis differentiam aperte declarant.

Sc iij

De Nestorio.

Postquam autem mundo paulatim labente, & ad huius vniuersi dissolutionem festinante, vniuersi- que existimabat se esse idoneum pietatis & religionis magistrum, cum propter ignorantie arrogā- tiam nemo discere sustineret, homicida Dæmon, mendacii pater, zizaniorum seminator, non amplius per externos & manifestos hostes aduersus ecclesiam arma mouit. Sed cum inuenisset instrumentum, quod omnē eius, vt semel dicā, arte susciperet: ut orthodoxæ specie, simul & diuinitatis & humanita- tis vniuersi negationem inducit, nostræ fidei simplicitatē, à dicēdi artificio alienā, philosophicis cō- turbās arguitis. De Nestorio omnino auduistis, fuit enim is vir insignis ex Germanicæ orū oppidulo or- tus. Qui nescio cuiusmodi ab initio studiis educatus, alia aliā regionē cōmutās, vt mastix Aegyptiaca, in magnā Antiochiæ ciuitatē irripuit. In ea cum in liberalibus disciplinis mediocriter esset eruditus, vocē quē quā, pulcherrimā & quā maximā exercuisset, in ecclesiā Dei procedere tēpore adoptatus, & in nu- merū Presbiterorū relatus est, cui cum docēdi populū munus esset commissū, statim in exordio ostēdit qualis tota vita sua esset futurus. Neque enim generosum, & genitālē, & qui hominū possit animas ex- colere, dicēti charactērē secutus est. Sed eū ad populū delectationē suam orationem cōferret, & inanes plausus, vt si quis alius, aucuparetur, inconsideratū & iudicio defectum vulgus in sui desiderium exci- tauit, susca veste indutus, tristis incidens, strepitus forētes declinās, corporis pallore vt continēs videre tur auctupans, libris domi vt plurimū animū intēdens, & in otio & quiete secum versans, & habitās. Hoc habitu, & hac simulatione multos inēcans, magnā ætatis suæ partem peregit, vt Christianus videretur, magis quām vt esset, persequens, & Christi gloriæ suam præferens. Quoniam autem, vt à Domino dictū est, Nihil est tam occultū quod non cognoscatur, neque tā secretum, quod nō manifestetur, & bona opera manifesta sunt, & quæ aliter habent, celari non possunt, per inuestigabilem Dei iudiciorū a- byssum, & eorum qui in regia sedibusque regalibus versabantur, eiusque qui vniuersi terrarum orbis sceptrā tunc tenebat, suffragio. Nestorius Constantinopolitanæ orthodoxorum ecclesiæ, Presul eligitur, illiusque administratio eius fidei committitur. Hinc mihi deinceps ea acta protulit quorū & terra & mare plena sunt. Postquā enim maximā illam sedē accepit, cum Pontificatus principa- tū, summāque dignitatē, veluti quandā tyrannidē, arripuisset: nō potuit quam diu parturiebat impie- tatē ampli⁹ cōtinere, sed ex ea, quā habebat, potestate, stolidā accepta dicēdi libertate, profert in me- diū, & omnibus exponit blasphemiam, quā iam olim aduersus vniuersū cōceperat, & aduersus de- creta Apostolica apertē bellū gerit, & sanctorū Patrum, qui ex quo annunciatū est Euangeliū, ortho- dorū fidei præferant, dicta rejicere contendit, regē vrbis turbans ecclesiam, atque ad eū vniuersū ter- rarū orbē diuini Pauli nullam curam gerens, qui clamat, Qui autem turbat vos, portabit iudicium, qui- cūque is sit sed super candelabrum diuini Pontificatus suggestus, non lapadē veritatis, sed obscurita- tis & incertitudinis tenebras imponit. Primum autē quod innouare aggressus est, fuit, non oportere san- ctam virginem, quæ Dei verbū peperit, quod ex ipsa carnē suscepit, Deiparam cōstiti, sed tantū Chri- stiparam cum tamen antiquissimi orthodoxæ fidei predicatorēs, ex Apostolica traditione, Deiparā do- cuerint nominare, & credere matrem Domini. Age mihi deinceps oblerua non prius cognitum impiū & blasphemum dicēdi artificio. Christi, inquit, appellatio duas naturas significat, diuinitatē vni- geniti, & humanitatem. Vox autem Dei, si absolutē dicatur, simplicem & incorpoream Dei verbū sub- stantiam ostendit. Hæc autem vox, homo, solam humanā naturā in dicat, & ideo dicit esse necessarium non Deiparam, sed Christiparam virginem cōstiti, ne forte imprudentes dicamus Deum verbū ini- tium ex sancta virgine sumpsisse, et ideo antiquiorem esse matrē eo, quod ex ipsa genitū est, ex cōsequē- tia confiteri cogamur. Ne videar autē vana solū maledicta in eum torquere, illū ipsum suis verbis sua- im pietatis testem producam. Apostolicorum enim documentorum, et cuiusvis sancti memoria ex sua cogitatione exterminata, in orthodoxorum ecclesia huiusmodi non paucas voces edidit. Non peperit o optime, Maria Deum, sed peperit hominem diuinitatis instrumentum. Et in alijs rursus nugis. Nulli est reprehensionī affinis gentilis, qui Diis matrem inducit. Hæc mihi quidem pauca ex multis illius verbis dicta sint, dum ad ea quæ sequuntur festinat oratio. Vnde quoniam turpissima & maximē igno- miniosa morte perituri sunt iniqui, Pontificatu per sanctos, qui Ephesi congregati fuerant, diuino suf- fragio eiectus, est & iussu Imperatoris Oasim habitare damnatus, futuri impiorū supplicii illinc cō- cepit exordium, vt qui à sua amentia consumptus sit, & in se dictum Apostoli cōpleuerit, Quorundā ho- minū peccata manifesta sunt præcedentia ad iudiciū. Sed hæc quidem, vt quæ à multis alijs sunt exami- nara, necesse est præter currere, ad id autem quod in historia sequitur veniamus.

philoso.

Hypotri.

Matt. 10.

1. Tim. 5.

Primatus Constantinopolitane eccle.

Gal. 5.

deipara. Christipara.

Ephes. Conc. 1. Tim. 5.

De Eutyche.

Vltimam autem omnium infaustam Eutychianorum hæresim inuidus Dæmō introduxit, per quā quæ sunt in vniuerso terrarum orbe ecclesias afflixit, cum suæ improbitatis capax instrumentum miserū Eutyche inuenisset: & quæ iā olim exaruerat, Valētini hæresim rursus fecit pullulare. Arri⁹ enim solū corpus, Apollinaris solam animā adsumptā confitebatur. Hic autē etiam corpus adsumptū esse ne- gabat. Dicebat enim Deum verbū nihil humanū ex Virgine sumpsisse: Sed ipsum immutabiliter cōuer- sum, et carnē factum, (ridiculis enim eius vror verbis) solum per virginem traicisse, cruci que affixam et appensam esse, quæ citē scribi et comprehendī ac contineri non potest, vniuersi diuinitatē, eaque sepulchro madatū resurrexisse. Vt autem insignem illius insanā relinquamus, illud cōsideremus, quod nulla ad nos ex humanæ nature susceptione redit vilitas, nostræque resurrectionis nullū pign⁹ habemus Neque



Neque enim si Deus resurrexit ex mortuis, omnino quoque homo resurget, est enim maxima naturarū diuersitas. Cur ergo diuinus Paulus ex Christi resurrectione nostram futuram confirmat, & ad Corin- thios scribens, clamat, Si autem Christus prædicatur quod à mortuis resurrexit, quomodo dicunt qui- dam inter vos quod non est resurrectio mortuorum? Si autem non est resurrectio mortuorū, nec Chri- stus resurrexit. Per id enim quod credebatur, id quod non credebatur ostendit, cum eo autem quod nō credebatur, etiam id quod credebatur cōtulit. Si enim, inquit, verum est Christum resurrexisse: verum est ergo nos quoque resurrecturos. Si autem hoc falsum est: & Christum ergo resurrexisse falsum est. Nam illud etiam corpus & cum hæc ita pluribus syllogismis confirmasset, affirmatiuē deinceps subiun- xit. Nunc autem Christus à mortuis resurrexit, primitiæ eorum qui dormierunt. Per primitias autem, apertē quoque massam ostendit. Primitiæ enim eandem habent naturam cum illo cuius sunt primitiæ. Docet autem etiam causam æconomia. Quoniam enim per hominem mors, & per hominem resurre- ctio mortuorum. Deinde à naturis ad personas transit. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita etiam in Christo omnes viuificabuntur. Sed cum de eo iam multa sēpē scripserim, de eo fusius dicere duxi su- peruacaneum, maximē, cum in quinto libro sim de iis, si Deus velit, dicturus. Huic ergo quarto libro si- nem imponens, Euangelicæ doctrinæ veritatem & ingenuitatem ostendere conabor.

1. Cor. 15.

CAPITA QVINTI LIBRI.

Proœmium.	Quod quam suscepit naturam resituerit.
De Principio.	Quod idem bonus est iustus.
De Patre.	Quod idem nouum & vetus dedit testamētum.
De Filio.	De baptisinate.
De Sancto spiritu & diuinis nominibus.	De resurrectione.
De opificio seu creatione.	De iudicio.
De materia.	De promissionibus.
De Æonibus, seu sæculis.	De secundo Christi aduentu.
De Angelis.	De Antichristo.
De Dæmonibus.	De virginitate.
De Homine.	De nuptiis.
De prouidentia, & de Seruatoris æconomia.	De secundis nuptiis.
Quod Dominus corpus suscepit.	De fornicatione.
Quod etiam animam cum corpore adsumpsit.	De poenitentia.
Quod perfectam naturam humanam suscepit.	De abstinentia.

DIVINORVM DECRETORVM EPITOMES PROEIMIYM.

Mel. El quidem omnibus hominibus dulce esse viderur, etiam si cum nullo conferatur. Sed dulcius esse apparet, si amara aliqua qualitas iuxta ipsum statuatur, & sanitatē quidem valde esse diligendā omnes existimant, sed post morbum multo magis cō- plectendam statuunt. Iam verò tranquillitas quoque est post tempestatem gratior. Ita etiam veritatem, quicunque sapiunt, rem & sedulo comparandam, & diligētē retinendam intelligunt, eam tamen splendidiorem, & diuiniorem reddat, si cum ea conferatur & examinatur quod falsum est. Quoniam ergo falsi turpitudinem & ig- nomiam ostendimus, & hæreticas fabulas aperuimus, & planum factum est quā sunt impia, iniucū- da, & minimē probabiles: age cum his doctrinam Euangelicam conferentes, ostendamus quid inter se differant lux & tenebræ, & perfectā sanitas & morbus molestissimus & difficilissimus. Verum enim uero non potest inueniri similitudo, quæ nobis propositæ comparationi conueniat. Nam & tenebræ, etsi lu- ce careant, necessarium tamen vltimū hominibus afferunt. Iis enim qui inter diu laborant, quietē nox cō- ciliat. Morbus quoque multis fuit utilis. Per eum enim, Seruatorē & Creatorem agnoscentes, & vt à ma- lis liberarentur vota fecerunt, & quæ petierunt adepti, virtutis curam gesserūt. Ex sceleratissimis autem illis fabulis, & ineffabilibus blasphemis, nihil non detrimentū & exitiū redit ad eos, qui illis fidem adhi- bent. Non potest ergo inueniri aliqua similitudo, quæ contrariorum horum dogmatum differentia re- spondeat: Imo verò inueni vnā, eamque longē euidentissimam. Quantum enim inter Deum & Dia- bolum interest, tanta est Dei & Diaboli doctrinæ differentia. Hoc autem apertius ostendet cum illis fa- bulis collata diuinorum eloquiorum pulchritudo, intelligentiæ lucis splendorem emittens. Oportet au- tem ante omnia alia, dicere quid de vniuersorum principio didicimus. De Principio. V Num esse vniuersorum principium, & vetus & noua docet scriptura, Deum vniuersorum, & Patrē Domini nostri Iesu Christi, ingenitum, ab interitu alienum, æternum, infinitū, qui nec desiniri, nec circumscribi potest, incompositum, incorporeum, sub aspectum nō cadentem, simplicem, bonū, iustū, lucem intelligentē, potentia quæ nulla mensura cognoscitur, eam autē sola diuina voluntas dimeritur. Quæcūque enim vult, potest. Et hoc nos Propheeta apertē docuit. Omnia, enim inquit, quæcūque vo- luit Dominus fecit. Ea autē quæ dicta sūt docet sacra scriptura. Audimus enim Deū dicēte in principio legis, Ego Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, non erūt tibi alii Dii præter me. Et rursus Audi Israel, Dominus Deus tuus est. His quoque conuenientia docet per Esaiam Propheeta. S f iij

Ego, enim inquit, Deus, ante me non est alius Deus, & post me non erit, & præter me non est. Et rursus Ego Deus, & post me non erit. Et rursus, Ego sum Deus, & non est alius præter me, iustus Seruator non est præter me. Apertè autem per hæc, & Valerini, & Marci, & Basilidis, & Marcionis nugæ resellit. Neque enim ante ipsum, neque post ipsum, alium Deum esse dicit, sed eundem esse, & primum & vltimū. His quoque conuenit doctrina sanctorum Euangeliorum. Ipse enim Seruator & Dominus noster, qui omnem pro nobis implet iustitiam: ipse enim dicit Ioanni, Sine modo, ita enim oportet omnem imple iustitiam: ut qui homo esset, accepit utilitatem ex oratione, & ut Pater Apostolos doceret petiit: Sub orationis autem specie Apostolos diuinitatis doctrinam docuit. Hæc est, inquit, æterna vita, ut cognoscant te solum verum Deum. Et rursus, Confiteor tibi pater Domine cæli & terræ, quod abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Porro autem diuinus etiam Apostolos sic dicit, Regi autem seculorum, immortalis, inuisibilis, soli Deo, gloria & honor in seculorum. Amen. Et rursus, Vnus Deus, vnus intercessor Dei & hominum, homo Christus Iesus. Et rursus, Vnus deus pater, ex quo omnia. Per multæ quoque aliæ possunt inueniri sententiæ, quæ veteris & noui testamenti concordiam ostendunt, & vnum Deum prædicant. Iam verò eum esse inuisibilem, & vetus & nouum docet testamentum. In veteri enim dicit Moysi, Nemo videbit faciem meam, & viuet. In sacris autem Euangelis dicit Dominus, Non videt aliquis Patrem, nisi qui ex Deo est, is vidit Patrem. Hoc idem etiam clamat diuinus Euangelista. Deum nemo vidit vnquam. Ostendit autem etiam vnde didicerit. Subiungit enim, Vnigenitus filius qui est in sinu patris ille enarrauit. Clamat autem etiam Apostolos, Immortali, inuisibili, soli sapienti Deo honor & gloria, in secula seculorum. Amen. Et rursus, Quem nullus homo vidit, nec videre potest. Eum rursus esse infinitum, nec circumscribi posse, & ex veteri & ex nouo testamento didicimus. Et in veteri quidem, dicit Deus, Nunquid ego cælum & terram impleo, & vetus & nouum docet testamentum. Cælum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Quam domum ædificabitis mihi, dicit Dominus: vel quis est locus quietis meæ? Diuinitatis autem Dauid clamat, In manu eius sicut omnes fines terræ. Et manum quidem appellauit operationem potestatis æconomiz. Ostendit autem non esse ipsum in omnibus circumscriptum, sed omnia pendere ab eius prouidentia. In alio autem hymno ei dicit, Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tuâ fugiam? Si ascendero in cælum, tu illic es, & si descendero in infernum, ades. Si accipero pennas meas mane, & habitauero in finibus maris, etiam illic manus tua deducet me, & retinebit me dextera tua. Hæc autem circumscribi non posse nec substantiam nec potentiam indicant. Quinetiam Esaias Propheta clamat, Qui continet ambitum terræ, & habitantes in ea, tanquam locustas. Et rursus idolorum imbecillitatem & infirmitatem conuincens, hanc nobis de vniuersorum Deo doctrinam præbuit. Quis enim, inquit, mensus est manu sua aquam, & cælum pugillo? Quis statuit montes trutinâ, & sylvas lance? Quis nouit mentem Domini, vel quis consiliarius eius fuit? Quis conciliabit ipsum, vel quis ostendit ipsi iudicium, vel viam prudentiæ quis ostendit ipsi? Deinde quoad eius fieri potest, cogitatione humana, & lingua ex luto facta, ostendit infinitam potentiam. Si omnes, enim inquit, gentes, tanquam gutta ex cado, & tanquam momentum trutinæ, & tanquam salina existimati sunt & reputabuntur: cui assimilabit Dominum, vel cui similitudini ipsum assimilabit? Si autem cælum, & terra, & aquarum natura, omnem naturam creatam comprehendunt: eorum autem omnium mensura, est mensura manus Domini: considerent, qui Deum lingua metiri conantur, illius naturæ infinitatem, manum intelligentes, nõ corporis particulam, sed quæ omnia fabricata est & gubernat operationem. Hæc itaque de vniuersorum Deo vetus docet scriptura, inueniri autem possent etiã alia quæ dicta sunt similia, quæ & substantiam, & sapientiam, & diuinam potentiam docent comprehendendi non posse. In sanctis autem Euangelis Dominus quoque Samaritanam his similia sentire docuit. Cui illa enim Deum loco circumscriptum esse coniceret, & ea de causa dixerit, Patres nostri in hoc monte adorauerunt. Vos autem dicitis quod Hierosolymis oportet adorare: Dominus eam contrariam sententiam docuit, & diuinam naturam circumscribi non posse indicauit. Dicit enim ei, Amen dico tibi mulier, veniet hora, & nunc est, quando nec Hierosolymis, nec in loco hoc adorabunt patrem. Cum sic dicit, non aliquibus locis circumscriptam esse adorationem, subiunxit, Spiritus Deus, & qui eum adorant, in spiritu & veritate adorare oportet. Simul autem & esse incorpoream, & circumscribi non posse diuinitatem ostendit. Quod autem etiam est æternus vniuersorum Deus, docet beatus Dauid, nunc quidem dicens, A seculo & in seculum seculi tu es, nunc autem, Audiet Deus, & humiliabit ipsos, qui est ante secula. Docet autem etiam Propheta Esaias, clamans, Deus æternus qui constituit fines terræ non esuriet, neque defatigabitur, neque est inuentio prudentiæ eius. Diuinus autem Apostolus scit eum esse etiam seculorum effectorem. Dominus autem dicit non solum diuinam naturam esse ante creationem sed etiam regnum fuisse sanctis paratum ante mundi constitutionem. Hæc & à noua scriptura de vniuersorum principio didicimus, non prout volunt Valentini & Basilidis fabulæ, qui masculorum & foeminarum æonum coniunctiones, & congressiones, & productiones inducunt, nec quemadmodum Cerdo, et Marcion, & Manes, diuersa et contraria principia, sed vnum principium attulimus, idque iustū, ut postea ostendemus.

Manus.

Manus.

Creatura

De Filio.
 Quæ admodum autem in vnum Deum credere didicimus: ita etiam in vnum filium, qui est ante secula generatus, et nec vt volunt Valentini fabulæ, alium esse dicimus vnigenitum, et aliū Verbū et aliū Christum, et rursus Iesum. Neque, vt vult Atrii et Eunomiū blasphemiam, Christum Dominum nostrum creaturam nominamus. Vnigenitum enim esse dicit sacra scriptura. Sin autem est creatus, non est vnigenitus. Habet enim creaturam sortem, et quæcunque sunt creaturæ partes. Sin autem est, vt certè est, vnigenitus: nulla est ergo ei societas cū creatis. Quod autem sit vnigenitus, docuit ipse vnigenitus, dicens,

dicens. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum dederit, vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam. Et paulo post. Qui credit in ipsum, non iudicatur. Qui autem nõ credit, iam iudicatus est. Quoniam non credit in nomen vnigeniti Dei filii. Euangelista autem sic dixit. Et verbū caro factum est: & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, tanquã vnigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis. Neque enim carnis natura de diuinitatis dignitate quidquam detraxit. Sed etiã carne amictus paternam nobilitate ostendit. Et rursus. Vnigenitus Dei filius, qui est in sinu patris, ille enarrauit. Iam verò Baptista quoque clamat, Qui credit in filium, habet vitam æternam. Qui autem non credit in filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super ipsum. Quinetiam omnes Apostoli, eum filium Dei & germanum, & verum nominant. Porro autem ipse quoque pater bis de cælo loquutus, eum esse suam veram, & germanã prole ostendit. Dixit enim. Hic est filius meus dilectus in quo complacui. Et quid dico Baptista, & Euangelista, & alios Apostolos, & vniuersorum Deum? Neque enim ipse Diabolus pater mendacii aliter eum nominare ausus est. Sed antequam decerneret quidem, dubitans dicebat, Si Filius Dei es. Post victoriã autè cū apertè quisnam esset didicisset, clamat, Quid nobis & tibi fili Dei? Venisti ante tempus torquere nos. Philippis autè ipsum & altissimū, & Deū appellauit. Hi, enim inquit, Homines, serui altissimi Dei sunt, qui annūnciant vobis viam salutis. Seruos autè Apostolos Christi appellabat, vt qui hoc ab eis didicisset. Diuū enim Paulū hoc & dicentē & scribentē audiebat. Paulus, enim inquit, seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, & Paulus & Timotheus serui Iesu Christi. Si autem ipse quoque mēdacii magister, & filiū nominat, & altissimū, & filiū dei, cedens veritatis fulguribus: Patris ergo appellationem superare contendunt, qui audēt filium appellare creaturam. Quod autè etiam diuini Patres eum altissimum nominant, licet audire Zachariam suo filio dicentem. Et tu, puer, Propheeta altissimi vocaberis. Præbis enim ante faciem Domini parare vias eius. Præiuit autem magnus Ioannes non Deum & patrem, sed vnigenitum filium. Ipse autem eius quoque fuit testis. Interrogatus enim an ipse sit Christus, hoc quidem negauit, dixit autem, Missus sum ante illum. Iam verò Diuinus quoque Dauid ei dicit, Cognoscant, quod nomen tibi Dominus, tu solus altissimus super omnem terram. Si enim Dominus filius: vnus enim Dominus Iesus Christus, Per quem omnia, secundū diuinum Apostolum, & vnus Dominus, vna fides: Altissimus ergo filius, quandoquidem & Dominus. Sed de iis quidē aduersus Atrii & Eunomiū in iis quæ aduersus illos scripsimus, copiosè disseruimus. Ad propositã ergo doctrinam transeamus, & ostendamus, quod eundē & Dominū, & vnigenitū, & Deū esse verbū, & Seruatorem, & Iesum didicimus. Petrum autem primum in mediū adducamus, qui has appellationes vno & concordiori confessus est. Primus enim Apostolorum à Seruatore rogatus, Vos autem quæ me esse dicitis, respondit, Tu es Christus filius Dei viuentis. Diuinus autem Ioannes Euangelista, eundē appellat & verbū ante secula, & vnigenitum filium, & omnium opificem, & Christū Iesum. In principio, enim inquit, erat verbum, id autem eum esse æternum significat. Qui enim erat in principio, scilicet semper erat. Non dixit enim, In principio factus est, vel in principio creatus est, sed erat in principio. Docet autem etiam quid erat. Subiunxit enim, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbū. Deinde proximum rursus assumit, & dicit. Hic erat in principio apud Deum, & per nominis quidem cõmunem eum esse eiusdem substantiæ ostendit, eo autem quod dixit Deum apud deum, personarū differentiam declarauit. Eum & filium vnigenitum, & Iesum Christum sæpè vocauit. Porro autem sapientissimus quoque Paulus sic dixit. Quando autem venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt filiorum adoptionem reciperemus. Et rursus, Quando autem placuit ei qui me segregauit ex utero matris meæ, & vocauit me per gratiam suam ad reuelandum filium suum in me. Huiusmodi autem innumerabiles possunt inueniri sententiæ, per quas ipsum & Christū nominant, & æternum filium. Et qui Patri eum docet cõæternum, idem Doctor primum quidem ipsum seculorum effectorem ostendit. In vltimis, enim inquit, his diebus locutus est nobis in filio, quem posuit hæc ædem omnium, per quem etiam secula fecit. Quoniam autè qui diuina diuinè nolunt intelligere, existimant fieri non posse vt sit Deo cõæternus, qui ex Deo est: Hominum enim natura legi diuinam quoque naturam esse subiectam stultè existimantes, Patrem esse filio antiquiorem existimarunt: satis insitens Diuinus Apostolus, per quãdam similitudinem apertè ostendit, quod & ex Deo, & cum Deo est vnigenitus filius. Splendorem enim ipsum appellauit gloriæ. Splendor enim & suam habet ex igne substantiam, & est simul cum igne. Splendor enim suapte natura est simul cum igne, & radius cum sole. Ex quo enim sol, ex illo etiam radii. Sed sol quidem radiorum author, & igne causa est, & ignis, splendoris. Non enim sol ex radiis, sed radii ex sole gignuntur, & splendor ex igne producit. Ita vnigenitus filius ex patre quidem est genitus: est autem vnã cum mente, vt verbū cū eo qui genuit, et splendor cū igne, et radius cum sole. Sed vnumquodque corū, non ipsum per se subsistit, sed in illo, ex quo productū est, habet substantiam. Deus autem verbū splendor gloriæ, non est aliqua Patris operatio non subsistens, sed substantia viuens, et per se ipsam subsistens. Non enim absolute verbū nominatus est, sed Deus verbū, nec solū splendor gloriæ, sed etiam character substantiæ. Quoniam enim fieri non poterat vt vna similitudine diuina apertè doceret, per plures similitudines ea sic vtrūque discimus. Et splendor quidē gloriæ, eum docet cõæternum. Character autem substantiæ, et perfectam similitudine ostendit, et personarum docet differentiam. Verbū autem, impartibilem fuisse generationem significat. Ne enim filii audientes, in humanas intelligentias, et coniecturas incidamus, et vniuersorum opificem ita vt nos genitum esse putemus, eum verbum appellauit, ea ratione docens, illius generationem fuisse ab omni affectione liberam. Neque enim mens nostra sermonem parturiens, opus habet coniunctione feminæ: aut sectionem fluxionem sustinet, sed vt quæ perfecta ipsa est, perfectum sermonem efficit.

Ioan. 3.

Albissim.

Autor cõtra Atr. & Eunom.

F. cõæternus p.

heb. r. splendor simul cum igne. radius est sole. Verbum cum mente.

Per hæc

Ioan. 5.

Visio fidei contemplatio.

Autoris xxi. libri prof. Theologia moralis.

Act. 2.

Act. 5.

templum

Matth.

Rom. 1. A doratio creatura.

Per hæc ergo, & generationis impatibilitatem, & vnigeniti aternitatem didicimus. Quod autem & ei qui genuit æquales habet vires, & in omnibus æqualis est, & similis, ex Domini doctrina facile sciri potest. Pater enim meus inquit, vsque modo operatur, & ego operor, & sicut Pater excitat mortuos, & viuificat, ita etiam filius quos vult viuificat, & omnia quæcunque habet pater, mea sunt, & ego in patre, & pater in me, & qui vidit me, vidit & Patrem. In his autem aperte immutabilem similitudinem ostendit. Cum enim Philippus rogasset vt patrem ostenderet, Dominus seipsum ostendit, ea ratione docens se esse viuam etus qui genuit imaginem, aperte ostendens eius qui genuit characteres. Dixit enim Philippo, Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouisti me, Philippe Patrem, inquit, desideras videre, cum me vides ergo, non me nouisti. Si enim me nouisses, non illum videre desiderasses. In me enim Pater cernitur. Propterea enim subiunxit, Qui vidit me, vidit patrem. Visionem autem, hic fidei contemplationem appellauit. Tanto enim inquit, tempore vobiscum sum, & non cognouisti me, Philippe. Nō dixit, Non vidisti, sed non cognouisti. Videbat enim Philippus quod videbatur. Sed quæ sub visum nō cadebat, diuinitatem non contemplantur. Qua de causa etiam reprehensus est, vt qui filium perfectè non cognouisset, & ideo etiam Patrem videre desiderasset. Verumenimvero si aduersus omnem hæresim probationibus vteremur, non solum decem, nec viginti libros accusationem implem. Aduersus eos autem nuper iam xli. libros conscripsimus, & præter eos nunc etiam alius moralis Theologiæ, & doctrinæ scopum ostendimus.

De sancto spiritu. Spiritum ergo sanctum ex Deo & Patre substantiam habere didicimus. Substantiæ autem modus nec creaturæ est similis, in creaturæ est enim spiritus sanctus, nec vnigenito filio. Nullus enim sanctus sancti spiritus substantiam appellauit generationem. Ipsum autem ex Deo esse, & diuinum esse, docent sacra scripturæ. Dominus enim Christus hæc de ipso dicit. Expedi vobis vt ego recedam. Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos. Et rursus, Cum autem venerit Paracletus spiritus veritatis, qui a Patre procedit, deducet vos in omnem veritatem. In eo autem quod dixit, Ex Patre procedit, ostendit Patrem esse fontem spiritus & non dixit, Proceder, sed Procedit, ostendens eandem esse naturam, & in seibilem, & minime differentem substantiam, & personarum vnionem. Quod enim procedit, nō potest ab eo separari a quo procedit. Diuinus autem Apostolus hæc dixit de spiritu. Spiritus autem omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Et ne quis ignoracionem scrutacionem existimaret, subiunxit, Nullus homo nouit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est. Ita etiam quæ Dei sunt nemo nouit, nisi spiritus Dei. Ita etiam cum de eius cognicione testimonium tulisset, ostendit etiam vndenam habeat substantiam. Nos, enim inquit, non accepimus spiritum mundi, sed spiritum qui ex Deo est. Ea itaque ratione eum Patri & filio perpetuo coniungit, creaturæ autem nunquam coniunxit. Non enim eum nouit partem creaturæ, nec primam facturam nominat, vt vult Atrii, & Eunomii, & Macedonii blasphemia. Sed diuinæ gratiæ dona ostendens, sic dicit, Diuisiones autem gratiarum sunt, idem autem spiritus, & diuisiones ministracionum sunt, idem verò spiritus, & diuisiones operationum sunt, idem autem Deus qui operatur omnia in omnibus. Deinde cum ostendisset gratiarum donationem, subiunxit, Omnia autem hæc operatur vnus & idem spiritus, diuidens seorsum vnicuique prout vult. Non enim ferulis, inquit, ministerii, sed dominicæ autoritatis est sanctissimus spiritus: nec ad opus exequendum subseruit, sed cooperatur, & vt Dominus operatur. Ita etiam in fine secundæ ad eos epistolæ, benedictione contexit. Gratia Domini nostri Iesu Christi, & dilectio Dei, & communicatio sancti spiritus sit cum omnibus vobis, Amen. Et in priore quidem Epistola primum statuit spiritum, hic autem vltimum docens ordinem nominum non facere dignitatum differentiam. Hac ratione etiam hic patri filium preposuit, non euertens ordinem quem posuit Dominus, sed trinitatis in honore æqualitatem ostendens. Ita etiam ad Apostolos diuine accessit. Primum enim domum concussit, Deum apparere ostendens. De vnuerforum enim Deo dicit Propheta. Qui respicit super terram, & facit eam tremere. Deinde autem linguis in specie ignis insedit, sicut olim dixit Moses Deum in rubo apparuisse, & sicut ille, dum verba tur, non consumebarur: ita etiam linguæ Apostolorum vrentis operationis periculum non sensere. Hæc cum non verbis sed factis diuus Petrus didicisset, Deum ipsum vocauit, Ananiam furtum conuincens. Cum enim dixisset, Cur seduxit Satanæ cor tuum, vt tu mentireris in spiritum sanctum, subiunxit, Nō es mentitus hominibus, sed Deo. Conueniunt autem etiam quæ à Diuino Paulo de spiritu dicta sunt. Eos enim qui crediderunt, Dei templa appellauit, vt qui inhabitantem spiritus gratiam habuerint. Nescitis quodd corpora vestra sunt templum sancti spiritus, qui est in vobis, quem habetis à Deo? Hæc autem aperte docens sanctissimum spiritum esse diuinæ naturæ. Si enim qui crediderunt, Dei templum appellatur, quia spiritus gratiam susceperunt: ex Deo est ergo sanctus spiritus. Eius enim gratiam habentes inhabitantem, Dei templum nominati sunt. Evidentius autem nobis ostendit Dominus dignitatem spiritus. Docens enim baptismatis mysterium, ita dixit discipulis, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & filii, et spiritus sancti. Si autem creatam haberet naturam filius vel spiritus sanctus, nō cum Deo qui creauit connumerati essent. Eos enim accusant sacra scripturæ, qui creaturam adorarunt præter eum qui illam creauit. Quamobrem etiam vnigenitus homo factus est, vt ab hoc errore homines liberaret, et Dei et creaturæ differentiam ostenderet. Cum autem creaturæ adorationem sustulerit, non iussit rursus creatam naturam adorare. Est enim longè absurdissimum, homines quidem à Diis qui non sunt abducere, eos autem ad creaturis rursus seruiendum adducere. Clarum est ergo quod non creatam habet naturam filius et spiritus sanctus. Propterea enim docemur credere in patrem, et filium, et spiritum sanctum, et baptizamus in nomine patris, et filii, et spiritus sancti.

Quoniam

Autoris lib. de Spiritu sancto in hebraica d. nomina

Natura ante rem creatam

Philos.

Quoniam enim primum hominē non solus formauit Pater, sed & filius, & spiritus sanctus: dixit enim, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: iare ergo eius quæ sit reformationis, & nouæ quæ peragitur creationis, particeps est cum Patre filius, & spiritus sanctus: & trinitatis inuocatio vniqueque eorum qui baptizantur renouat. Verumenimvero de sancto spiritu, aduersus eius gratia delitatos Hæreticos, tres libros conscripsi: & superuacaneum existimo hic pluribus agere, cum capita adiecerō, ad illam conferam. Quoniam enim stolidi, Hebræicorum nominum ignorantibus significacionem, diuersos esse Deos existimauerunt, Adonai, Eloī, & Sabaoth, operæpretium me facturum existimo, si quid vniquoque eorū græca lingua significet, iis qui nesciunt ostendero. Nomen ergo Eloth Deus interpretatur. Eloī autem est Deus meus. El autem, si tenetur quidem, ipsum quoque Deum significat. Si verò aspiretur, fortem. Adonai autem Dominum: Dominus autem Sabaoth, Dominus copiarū interpretatur, vel Dominus exercituum. Militares enim ordines copiarū latinè appellatur. Saddai autem sufficientem & potentem significat. Alia verò eum qui est. Id autem erat etiam apud Hebræos ineffabile. Samaritani autem id dicunt Iauz, ignorantibus verbi virtutē. Hæc cum stulti non intellexissent, Deos diuersos appellarunt. Nos autem ad reliqua quæ restant scribenda nos conferemus.

De creatione.

Portet autem ante omnia ostendere, quod creationis est opifex, non qui, vt vult Valentini fabula, ex passione Achamoth formatus est, & post xxxv. æonum productiones ex conuersione & passione factus est: neque Angli quidem, vt vult Basilides, & Cerinthus, & alii, quorum principatum dicunt obtinere Iadabaoth, nec, vt execrandus Marcion, aliquem alium præter bonum opificem esse dicimus. Sed vnuerforum Deum cum verbo vnigenito & sanctissimo spiritu omnia esse fabricatum, & didicimus, & docemus. Verbo enim Domini Cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnes virtutes eorum. Et alibi cum tam quæ videtur creaturæ, quàm quæ sub aspectum non cadit, mentionem fecisset, & effectorem laudare præcepisset, subiunxit. Ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt. Et rursus. Qui extendit cælum, rāquam pellem, qui tegit aquis superiora eius. Et paulo post. Qui fundas terram super stabilitatem suam. Et rursus. Et qui fecit cælos in sapientia, qui firmavit terram super aquas. Ante eum autem, magnus Moses nos docet certius, quod ipse fecit cælum & terram cum aliis elementis: quod ipse lucis naturam fabricatus est, & cælum quidem exornauit luminaribus, terram autem syluis, pratis, & segetibus: & ipse animalium produxit genera: & volucris quidem dedit habitandam aerem, natiuitatibus autem humidam substantiam: pecoribus autem, & feris terram distribuit: & quomodo post omnia humanam naturam formauit. His conuenienter nos quoque docent omnes Propheta, & clamat quidem Esaias, Qui fecit cælum, & coniegit ipsum qui firmavit terram, & quæ in ipsa sunt. Qui dat statum populo, qui est in ea, & spiritum iis, qui eam conculcant. Et rursus. Qui statuit cælum tanquam fornix, & extendit ipsum tanquam tabernaculum. Quinetiam ipse Deus dicit per ipsum. Extendit cælum solus. Beatus autem Hieremias sic dixit. Hic est Deus qui ostendit terram, impleuit eam pecoribus, quadrupedibus, qui emittit lucem, & ambulat, vocauit ipsam, & obediit ei in tremore. Verum enim numero mihi Prophetis vocibus non opus est. Ante legem enim, & Prophetas, natura hæc homines docuit. Et antiquus ille Melchisedech benedicens Abraham sic dixit. Ipse quoque Patriarcha Sodomitis hæc dicit, Extēdam manum meam ad Deum altissimum, qui creauit cælum & terram. Benedictus Abraham à Deo altissimo qui creauit cælum & terram. Et rursus emittens Abraham famulum ad numerum petendam. Pone, inquit, manum tuam super femur meum, & adiurabo dominum Deum cæli & terræ. Generosus autem Iob, qui antequam lex ferretur, fuit virtute insignis, verum Deum nouit creatorem. Qui extendit, inquit, cælum solus, qui ambulat super mare, tanquam super solum. Quinetiam ipse Agonothera fortis ac præclarum deceratore multa docet de creatione. Sed ne demus occasionē iis, qui vetus testamentum non admittunt, contradicendi iis quæ dicta sunt: transeamus ad nouum, & ostendamus ipsum his conuenientia dicere. Ita enim & hæc & illa fluente ex eodem fonte manare videbuntur. Audiamus ergo diuinum Ioannem omnia per Verbum facta esse dicentem, & creaturarum quæ vel cernuntur, vel intelligentia apprehenduntur, nihil sine eo factum esse. Sine eo, enim inquit, factum est nihil. Audiamus autem diuinum quoque Paulum clamantem. In ipso creata sunt omnia siue visibilia, siue inuisibilia. Et rursus. Per ipsum sæcula fecit Pater. Porro autem in Areopago concionans, sic dixit. Deus, qui fecit mundum, & omnia quæ in ipso sunt. Is cæli & terræ existens Dominus, non in manufactis templis habitat: neque ab humanis manibus colitur, tanquam qui ipse aliquo indigeat, dās omnibus vitam, & spiritum, & omnia: fecitque ex vno sanguine omne genus hominum habitare super vnuerfam faciem terræ. Et Lystris iis qui sacrificare volebant hæc dixit. Nos quoque similiter vt vos patibiles homines sumus, annunciantes vobis ab his vanis conuerti ad Deum viuum, qui fecit cælum & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt, & quæ deinceps sequuntur eandem habent sententiā. Sed superuacaneum est de his amplius dicere, & plura ex sacra scriptura testimonia afferre, cum quietiā apud Græcos fuerunt insignes Philosophi, ii Deum esse opificem & creatorem dixerint. Nā & Socrates Sophronisci, & Plato Aristonis filius, & eorum successores, et alii etiam plurimi in hac opinione fuerunt, & ex subiecta materia creationis causam accepisse dixerunt. A ge ergo in hoc quoque capite, quæ sunt vera & germana ecclesiastica dogmata, ostendamus.

De Materia.

Illic ergo dicebam, ex subiecta materia omnia dicunt esse fabricata, & eam Deo esse coeternam dicentes, Deum eius autorem nominant, non tamen ipsam malam definiunt, vt est Marcionis, & Marcionis impietas, blasphemiam enim maximam existimant, dicere Deum esse effectorem malorum.

Atque

philosop. scripturis destituti. Rationibus nituntur.

Argumentum ab arte.

Heb. II. Rom. 4. Quid creatum est quia fact.

Anima.

Gen. I.

Aeon. Tempus.

Heb. I.

Arque illis quidem fortasse aliqua venia dari potest, cum nec quid dicant Prophetæ audierint, nec diu nos Apostolos doctores habuerint, solis autem rationibus eorum quæ sunt cognitionem permiserint. Si autem quamquam pro sua impietate pœnas dederint, qui cum diuina Euangelia acceperint, eorum lucem emittunt, & non secus ac Vesperiliones tenebras amplexi sunt. Oportebat autem eos horum saltem Philosophorum tenere sententiam: quoniam aures obturauerunt, & diuini spiritus eloquia audire noluerunt: & materiam quidem introducere, non tamen eam malam vocare. Est autem hoc quoque humanarum rationum imbecillitatis argumentum. Quoniam enim omnis ars, apud homines subiecta materia indiget: & fingendi quidem ars, lapidei, ædificandi verò, lapidibus, & lateribus, lignis autem, fabrilis, & nauium adificatrix: texendi ars, lanis; & coriariorum quidem ars, pellibus: pingendi autem & incrustandi coloribus: & ut semel dicam, vna quæque ars materia conuenienti existimantur stolidi etiam Deum non posse sine materia fabricari, nec intellexerunt quanta sit Dei & hominum differentia, & quod fieri non potest, ut imago omnia habeat quæ exemplar, & quod homo quidem, ut imago, ex iis quæ sunt fabricatur: Deus autem, & ex iis quæ non sunt, & hoc nos aperte docuit sacra scriptura. Apostolus enim dicit. Fide intelligimus aptata esse sæcula verbo Dei, ut ex inuisibilibus visibilia fierent. Et rursus. Qui vocat ea quæ non sunt, tanquam quæ sunt. Qui autem mundi ortum conscripsit, aperte docuit, quænam quidem ex iis quæ non erant, & quænam ex iis quæ erant fabricatus est opifex, & quod cœli quidem & terram & alia elementa ex iis quæ non erant fecit. IN principio enim, inquit, fecit Deus cœlum & terram. Similiter autem & lucem ex iis quæ non erant fabricatus est. DIXIT, enim inquit, Deus, fiat lux, & facta est lux. Firmamentum autem produxit ex iis quæ iam facta fuerant. Fiat, enim inquit, firmamentum in medio aquæ, & sit diuidens inter medium aquæ & aquæ. Semina quoque & arbores à terra germinare iussit. Germinet, inquit, terra herbant sœni seminans: semen secundum genus, & secundum similitudinem, & lignum fructiferum facient fructum, cuius semen ipsius in ipso secundum similitudinem, secundum genus in terra. Ita etiam ratione carentium animalium genera produxit. Ex aquis quidem, quæ per aërem ingrediuntur, & quæ in aquis degunt, & quæ amphibia, quod nunc in aquis, nunc in terris viuunt, appellantur. Producat, enim inquit, aquæ reptilia animalium viuentium, & volucres volantes in firmamento cœli. Ex terra autem, quadrupes & serpentes. Producat, enim inquit, terra animam viuentem, quadrupes, et pecora. Hominum autem, ex iis quæ erant, et ex iis quæ non erant fecit. Corpus enim formauit, limo de terra accepto, animam autem ex iis quæ non erant fabricatus est. Neque enim ut impius dicit Marcio, anima est eiusdem substantiæ cum Deo qui illam fecit: sed ex iis quæ non erant creata est, facillimè enim quæcunque vult fabricatur. Non enim oportet iis quæ facta sunt creatoris potentiam metiri. Longè plura enim his est ei facillè producere. Diuinus autem Dauid id ostendit, cum dixit. Omnia enim, inquit, quæcunque voluit Dominus fecit. Non dixit, Quæcunque potuit, sed quæcunque voluit. Habet enim potentiam voluntati æqualem. Vnde non solum ex iis quæ sunt, sed etiam ex iis quæ non sunt, fabricatur. Iure ergo à veritatis decretis expulsum est quod de materia dicitur. Qui autem creationem maledictis persequuntur, & omni ex parte reatum & aptum opificium calumniari conantur, & ideo id quod de materia dicitur introducunt, audiunt diuina oracula clamantia. Vidit Deus omnia quæcunque fecit, & ecce valde bona. Nihil enim ex iis, quæ à Domino facta sunt, est natura malum, Sed quæ de eo dicuntur postea explicabimus. Interea de Aeonum fabulis pauca dicamus.

De Aeonibus.

Valentinus, & Secundinus, & Marcus, & illorum successores, dicunt permultos æonas esse rerum opifice antiquiores, cum id non ex diuinis eloquiis didicerint, sed in fabulis confinxerint, nec antea dixerunt stolidi quod non, quod est latinè æuum, aut sæculum, non est aliqua subsistens substantia, sed aliqua distantia, quæ tempus significat, aliquando quidem infinitum, quando de Deo dicitur, aliquando verò creationi, aliquando autem humanæ vitæ commoderatum. De se enim Diuinus Dauid, æuum nostrum in illuminationem vultus tui. De oratione autem dicit Dominus. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi. De Deo autem vniuersorum rursus dicit beatus Dauid. A Sæculo & vsque in sæculum tu es, pro eo quod est, nec principium nec finem habes. Et quoniam æuum, aut sæculum, distantiam aut spatium significat: ne quis stultè existimaret non esse ante sæcula Deum vniuersorum, in alio psalmo dicit idem Propheta. Audiet Deus, & humiliabit ipsos qui est ante sæcula. Vniuersorum ergo Deus, qui est omnium creator & opifex, non post xxxv. æonas natus est ex affectione Acchamoth post Ogdoadem & decadem, & dodecadem, & Acchamoth, & terminum & filium, & spiritum. Sed est ante omnia sæcula, non hæc turpia, quæ per coniugationem conficta sunt, sed quæ quantancunque distantiam & spatium significent. Propterea etiam sæculorum esse creatorem patrem & filium Beatus dixit Paulus. Locutus est enim nobis in filio, inquit, quem fecit hæredem omnium, per quem & sæcula fecit. Illud autem, Fecit, non significat sæculorum substantiam: Sed quod nullus est Deo vniuersorum antiquior. Porro autem in alio etiam loco dicit, Regi sæculorum immortalis, inuisibilis, soli Deo honor & gloria in sæcula sæculorum, non docens quidem aliqua sæcula subsistere, sed Dei æternum regnum prædicans. Et rursus idem Apostolus. Sapientiam autem loquimur inter perfectos, sapientiam autem non sæculi huius, neque principum sæculi huius qui euacuantur. Sed loquimur sapientiam Dei in mysterio absconditam, quam præfinit Deus ante sæcula. Si autem Domini dispensationis & incarnationis consilii mysterium, est, ut definit Apostolus, sæculis antiquis: est extremæ impietatis, Deum vniuersorum, sæculis iuniorum ac recentiorum dicere. Propheta quoque clamat Esaias, Deus æternus qui constituit fines terræ. Et rursus. A sæculo non audiuimus, neque oculi nostri viderunt Deum

Deum præter te. Ante sæcula ergo Deus est vniuersorum opifex.

De Angelis.

Angelos autem, nec, ut Græcorum Poetæ & Philosophi, in Deos referimus: nec in masculinum & femininum sexum incorpoream naturam distinguimus: nec inter præteritis cœtus quæ sub aspectum non cadunt potestates accusamus, neque, ut statuit Hæreticorum fabule, esse creationis esse cœtes definimus, neque cœternos esse dicimus Deo vniuersorum. Fœmina enim est hominibus utilis ad incrementum generis. Hoc enim præuidens Deus vniuersorum, hanc naturam ita formauit. Quamobrem hanc quoque generi benedictionem præbuit, dicens, Crescite & multiplicamini, & replete terram, & dominamini eius. Quoniam enim mors hominum naturam deprædatur, & tanquam messor quidam, non solum senes, sed etiam iuuenes amputat: natura necessario opus habuit iis qui terram colerent, & seminarent, & pro iis quæ excinduntur alias spicas introducerent, & per agriculturam vince rent manus messoris. Immortali autem naturæ supernacaneæ est generis diuisio, neque enim incremento opus habent, cum non diminuantur, neque coitu, cum sint à corporibus liberi. Hæc docet sacra scriptura. Angelos enim non duos ab initio solos, quemadmodum homines, fabricatus est, sed quotquot voluit produxit myriadas. Quæ enim ab interitu aliena est natura, non eget incremento. Homines autem qui mortale corpus sortiti sunt, mortique sunt obnoxii, necessario egēt fœmina. Nemo autem eorum qui libidini & voluptati sunt dediti, propter ignorantiam Angelos accusat, ad maledicendum occasione sumpta ex eo quod apud sapientissimum Mosem narratum est, quod videtes filii Dei filias hominum quod pulchras sunt, acceperunt ex ipsis in vxores. Est enim extremæ amētia, hominum incontinentiā Angelis tribuere. Erant enim tunc duo genera, genus Cain, & genus Seth. Et genus quidem Cain erat execrandum & maledictum: genus autem Seth, pietatis & religionis curā gerebat. Enos enim filius eius sperauit inuocare nomen Domini Dei. Hinc qui ex eo nati sunt, qui filij Dei appellabatur, cauebant ne cū genere Cain permiscerentur, & vllā cum eis haberet cōsuetudinē. Cum multi autem anni præterissent, illorum filias elegantes & venustas contēplati piorum nepotes, à pulchritudine victi, & legē paternā trāgressi sunt, & cum eis infinitatem libenter contraxerunt. Deinde quæ fuit eis cum illis coniunctio, vitium & improbitatē inuexit. Quando ergo audierimus sacram scripturam, dicentē, Ingressi sunt filij Dei ad filias hominum ne incorporeos Angelos accusemus. Homines enim iniquitatem perpetrare ausi sunt, qui filij dei appellabantur. Et quod hæc ita se habeant, testis est ipse dētus vniuersorum, qui ita dicit. Non manebit spiritus meus in his hominibus, quia carnes sunt. Et rursus historiographus. Et vidit dominus terram, & erat corrupta, quia omnis caro corruptit viam suam in terra. Noe quoque dixit vniuersorum deus. Ecce ego perdo omnem carnem: et cum iussisset eum construere arcam, subiunxit, Quia te inueni iustum in generatione hac. Neque verò si Angeli peccassent, homines punisset iusticiæ legislator, & homines, non decem, et viginti, et centum, sed innumerabiles. Neque ergo incrementi, neque coniunctionis gratia, opus habet fœmina Angelorum natura. Est enim multas Angelorum myriades docet sacra scriptura. Mille, inquit, millia ministrabant ei, & decies mille myriades adstabant ei. Angelorum autem ministerium, est dei laudatio, & hymnorum decantatio. De Seraphim enim dicit Beatus Esaias, quod clamabant, & dicebant, Sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus Sabaoth, plenum cœlum & terra gloria eius. De Cherubim autem dixit diuinus Ezechiel, quod audiuit dicentes, Beata est gloria domini ex loco eius. Non solum autem hymnos decantant, sed diuinæ etiam œconomix ministrant. Et hoc nos sapientissimus docuit Paulus, cum dixit, Non omnes sunt ministratorij spiritus, in ministerium missi propter eos qui sunt hæreditarij salutem? Ipse quoque dominus dixit in sacris Euangelijs. Videte ne cœternatis vnum ex paruis vel minimis eorum qui credunt in me. Amen enim dico vobis, quotidie Angeli eorum vident faciem patris mei, qui est in cœlis. Diuinus autem daniel Propheta, etiam gentium principes esse dicit aliquos. Imò verò non ipse: sed Angelus, qui eum illo loquebatur. Restitit enim mihi, inquit, Princeps Persarum. Meminit autem etiam Principis Græcorum, & adiecit, quod nullus alius ei opem ferat pro Iudæorum libertate ad deum intercedenti, nisi Michael Princeps eorum. Magnus quoque Moyses dixit in cantico. Quando diuidebat altissimus gentes, quos disseminabat filios Adam, statuit terminos gentium secundum numerum Angelorum dei. Ex his autem, & ijs quæ à daniel, & quæ à Domino dicta sunt, conijci potest, nonnullos quidem ex Angelis præflegentibus, aliquibus autem vniuersiisque hominis creditam esse curam, ne eos laederent, & perniciem eis afferrent scelerati & execrati Dæmones. Ab vniuersorum autem Deo Angelos factos esse credimus. Ita enim docti sumus. Psalmista enim Dauid præcipiens Angelis, & cœlestibus potestatibus Deum laudare, subiunxit. Quia ipse dixit, & facti sunt, ipse mandauit, & creati sunt. Et rursus. Qui facit Angelos suos spiritus, et ministros suos flammam ignis. Tres autem pueri Deo in fornace benedicentes, omnem quidem creaturam ad laudum societatem vocarunt, primam autem Angelos. Ita autem habet laudationis principium. Benedicite omnia opera domini Domino, laudate, et superexaltate eum in sæcula. Deinde protinus subiungunt, Benedicite Angeli Domini Domino, docentes eos quoque esse partem diuinorum operum. Diuinus autem Apostolus nos hoc aperte docuit. Cum enim Domini nostri Iesu Christi mentionem fecisset, subiunxit, quod in ipso creatæ sunt omnia quæ in cœlo, & in terra, siue visibilia, siue inuisibilia, & ijs quæ videntur relictis tanquam manifestis, dicit ordines inuisibilibus, siue Throni, siue Dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum & in ipso creatæ sunt. Hæc de Angelis sentire didicimus.

De Diabolo, & Dæmonibus.

Diabolum autem, & qui illi subsunt, Dæmones, non ut Marcion, & Cerdo, & Manichei fabulantur, ingenitos esse dicimus. Si enim ingeniti, æqualem eum vniuersorum Deo honorem sortiti sūt.

Cōtra pœnas & phi. Fœmina.

Mors.

Gen. 6.

Genera Cain & Seth.

Dan. 7. Ang. mini. sterij.

Eza. 6. m.

Heb.

Matt. 18.

Dan. 10.

Deu. 32.

Psal. 103.

Da. 3.

Col. 1.

fo, scio quod omnia potes, & nihil est tibi impossibile. Prioris autem temporis privilegij Deus corpus honoravit, equalitatem procurans. Quoniam enim animam effecit immortalem, corpus autem mortale: attribuit corpori privilegia temporis, ne anima aduersus ipsum glorietur, seque iactaret, si & natura & tempore esset superior.

De prouidentia.

Hanc de anima, & corpore sententiam à diuinis eloquijs didicit ecclesia. Non solum autem nouit opificem Deum vniuersorum, sed etiam curatorem, administratorem, & vniuersorum gubernatorem. Est enim longè absurdissimum, dicere quidem ipsum omnia fecisse, non quod ipse vilius opus haberet, sed sola sua benignitate & humanitate adductum: eorum autem quæ fecit nullam curam gerere, & creaturam, veluti cymbam aliquam & clauo & gubernatore destitutam, à contrariis ventis huc & illuc impelli, scopulisque & rupibus allisam confringi. Execrantur enim Diagoram impium, auersamur autem etiam Epicurum, qui deum quidem esse concedit, sed eum ad se conuersum esse dicit & nihil eorum quæ sunt in creatione sentire. Aristotelis quoque prouidentiam reprehendimus. Ei enim lunam limitem constituit, duorum alterum, vel eius impotentiam, vel socordiam accusans. Vel enim non habet potentiam quæ ad vniuersorum curam gerendam sufficiat. Vel si habet, propter socordiam nostra sine regimine & gubernatione relinquit. Sed vtrunque est plenum blasphemiz. Qui enim vel nimias creationis partes fabricari voluit, quomodo poterit impotens vocari? Quomodo autem propter socordiam, eorum curam abiciet quæ fecit propter bonitatis abyssum? Sed illorum stultitiam satis conuincit Platonis prouidentia. Ille enim, & qui sunt eiusdem cum illo sententiz, dicunt vniuersorū Deū omnium curam gerere. Deo autem prouidente, & curam gerente, de fato, & Parcis nentibus, fabula explosa est. Est enim extrema amentia, Deo gubernante, in terrarum orbis nauem alium gubernatorem introducere. Oportet autem oratione diuini ac distingui, quænam a prouidentia clausis & gubernaculis pendeant, & quæ ratiocinandi animæ facultati attributa sint, & quænam quidem naturalia, quænam verò æquiuocè appellentur, vt quæ non sint, sed mala esse existimantur. Rerum itaque humanarum, natura quidem bona sunt, prudentia, & temperantia, & iustitia, & animi magnitudo, & aliz partes virtutis. Mala autem, imprudentia, & intemperantia, & iniustitia, et timiditas, et alia quæ sunt his similia. diuitiæ autem, et paupertas, et seruitus, et dominium, et sanitas, et morbus, et aliz vitæ humanæ profperitates, et aduersitates, sunt cuiusdam mediæ sortis et conditionis. Sunt enim veluti quædam instrumenta hominibus proposita. Et qui sunt quidem ex hominibus optimi et prestantissimi, pervnum quodque eorum quæ dicta sunt, sibi virtutem cõparant. Tam enim eos qui se propter diuitias efferunt, quàm qui in paupertate degunt, videre licet virtutis curam gerentes, et benefactorem in sanitate laudantes, et in morbo se tolerantes, et fortiter gerentes: et seruos qui propter temperantiam et iustitiam clarè eadunt, et rursus alios, qui in paupertate quidem vitium amplectuntur, et non solum furantur, sed etiam mortuorum monumenta diripiunt, et sacrilegia committere non verentur, alios verò qui diuitias iniustitiæ instrumentum efficiunt, et in sanitate quidem superbi sunt et insolentes, in morbis autem maledicta et blasphema verba eructant. Per quæ facile sciri potest, quod eorum quidem qui vtuntur, diuitiæ et paupertas, et seruitus, et dominium, et quæ sunt his similia, nunc quidem laudanda, nunc verò vituperanda sunt quemadmodum et ferrum nunc quidem hominum vitæ opem ferre dicimus, vt quod per aratum bipalium, et ligonem terram colat, per falcem autem putet arbores, per colubram verò et ferram, et domorum et variorum instrumentorum et multiplicis suppellectilis constitutionem præbear: nunc autem nonnulli id illi insidiari dicunt, dum vident enses, & carde quæ per eos sunt. Sed neque ensis cædium causa est, sed is qui ense malè vsus est, neque diuitiæ & paupertas, alizque vitæ prosperitates & aduersitates reprehendi & accusari merentur, sed qui vno quoque eorum præter leges vtuntur. Si enim vnunquodque eorum esset malum natura, non vllis vnquam bona conciliaret. Inuenimus autem multos per hæc se rectè & ex virtute gessisse. Neque ergo malum est quod boni instrumentum efficitur, neque rursus bonum, quod alij sit instrumentum ad vitium. Est ergo in ordine medium, sicut etiam medicamenta. Opium enim, & cicuta, si à medicis cum optimo iudicio adhibita fuerint, sunt ad propulsandos morbos optima remedia. Sin autem præter artis rationem sumpta fuerint, venena sunt & exitalia. Panis autem & vinum non vnquam etiam morbos iis qui vtuntur afferunt. Exuperatio enim detrimentum procreat. Ita etiam prosperitatem & aduersitatem, qui ea quidem rectè & sapienter gubernant, salutaria medicamenta constituunt. Qui autem kultè & insipienter, exitij occasionem per ea suscipiunt. Hæc ergo, & quæcunque sunt his similia, terræ fertilitas & sterilitas, secunda nauigatio, et naufragium, dependunt a diuina prouidentia. Quocirca oportet omnes ijs qui ab ipso sunt acquiescere, et de causis non esse sollicitos. Diuinæ enim administrationis rationem nemo potest assequi: eorū autem quæ sunt in nostra potestate curam gerere: et vitium quidem omnino expellere, virtutem autè admittere, et eius partibus oblectari, et quemadmodum mulieres, quæ se ornandi sunt studiosæ, exornandi arte corpus elegans et splendidum efficiunt: ita etiam animæ ornare decorem, temperantiæ, et iustitiæ, & fortitudinis, et prudentiæ floribus. In nostra enim est potestate eorum acquisitio. Est autem extrema stultitiæ, eorum quidem quæ non sunt in nostra potestate possessionem, eamque facillimis mutationibus obnoxiam, tam anxie querere: quæ autem in nostra sunt potestate, quæ sunt & illustria & sufficientia, firmæque & stabilia, tanquam vilia quædam, & vili facienda negligere. Si hanc rerū humanarū diuisionem cognouerimus: Diuinæ gubernationis motibus acquiescemus, & de prouidentia quæ omnia gubernat non dabitabimus. videmus enim ordine mutari anni tēpora, in tempore autè omnia produci, & vnūquodque fieri in tēpore. Neque enim, vt volunt perulantissimæ Manentis fabulæ, Materie

Deus digor.

Epicure.

Aristotel.

Plat.

Fata. Parc.

Bona.

Mala.

Medi.

Ferrum.

Medicam.

Lib. aob. Subiectum virtut.

Psal. 134.

ria principes lucis filiam concupiscentes, & eam persequentes, sudant, & pluuiam suppeditant. Sed vniuersorum opifex inuuit, & cõdēntur nubes. Id autem docet aperte sacra scriptura Sustollēs, enim inquit, nubes ex finibus terræ, fulgura in pluuiam fecit. Qui educit vètos ex thesauris suis. Et rursus. Qui euocat aquam maris, & effundit ipsam in faciem terræ. Et rursus. Flabit spiritus eius, & fluent aquæ. Et 14.7. alibi. Qui irrigat montes è tabularis suis, de fructu operū tuorū cibabitur terra, qui producit foenū iu-103. mētis, & herbā seruituti hominū, vt producat panē è terra. Innumerabilia quoque alia possunt inueniri. Autor de ia sacra scriptura, que Dei prouidentia ostendat. Sed cū iā decē libros de prouidentia scripserim, existimo prouidentia.

De Seruatoris dispensatione, seu incarnatione

De diuina autem incarnatione quid sentiamus operæ pretium est ostendere. Quod enim de ea dicitur, id vniuersorum Dei prouidentiam apertius prædicat. Valentinus ergo in fabulis quæ finxit, alium quidem dixit esse vnginitum, alium verò verbum, et alium Christū qui est intra pleroma, & aliu Iesū, aliu rursus Christū qui extra est. Incarnatum autè dixit esse Iesum. Christo qui extra est indutū & accepisse corpus esse animæ substantia per virginē autem traiecit, nec ex humana natura quidquam cõpisse. Basilides quoque similiter alium vnginitum, & aliud verbum, & aliam dixit sapientiā. Cerdo autem, & Marcio, & Manes, tanquā hominem apparuisse Christū dicebāt, cum nihil humani haberet. Cerinthus autè Iesum quidē ex Ioseph et Maria esse genitum ex cõmuni lege hominū: Christū autè è superis ad Iesum descendisse. Ebionci autem, & Theodotiani, & Artemoniani & Photiniani, dixerunt solum hominem Christū ex virgine natum esse. Arius autem, & Eunomius, eum quidē corpus dicebant accepisse, sed diuinitatem vsū animæ exercuisse. Apollinaris autè dicebat quidem Seruatoris corpus esse animatum, sed ratione præditam non habuisse animam. Mens enim est, inquit, superuacua canex, vbi Deus adest. Multarū autè hæresū posui opiniones, volens ostendere veritatē ecclesiæ. Ecclesia enim eundem & filium, & vnginitum, & Deum verbum, & Seruatorem Dominum, & Iesū Christū nominat. Sed filius quidem vnginitus, & Deus verbum, & Dominus nominabatur, etiam ante incarnationem, & post incarnationem similiter vocatur. Iesus autem Christus post incarnationem idem nominatus est, ex rebus ipsis acceptis appellationibus. Iesus enim interpretatur Seruator. huius autè testis est Gabriel, dū dixit virgini, Vocabis nomē eius Iesum, quia ipse seruabit populū suum à peccatis eius. Christus autè, hoc est vnctus, appellatus est, propter vnctionē spiritus. Dicit enim psalmista David. Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ cõfortibus tuis. Per linguā autè Esaiæ Prophete dixit ipse Dominus Spiritus Domini super me, quia de causa vnxit me. Ita autè intelligere Prophetica ipse nos Dominus docuit. Synagogā enim ingressus, cum librum Propheticum accepisset, antè dictū quidē locū legit. Dixit autè præsentibus. Hodie impleta est scriptura hæc in auribus vestris. prophetis quoque cõuenientia prædicauit magnus Apostolus petrus. Cornelio enim, & eius familie ostēdens mysteriū, sic dixit. Vos scitis verbum quod factum est per vniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa post baptismū, que prædicauit Ioānes. Iesum à Nazaret vnxit eū Deus spiritu sancto & virtute. Ex his ergo manifestū est quod propter vnctionem spiritus nominatus est Christus. Vnctus est autem, nō vt Deus, sed vt homo. Et si autem quatenus homo, vnctus est, & post incarnationem Christus nominatus est, nō est tamen alius Deus verbū, & alius Christus. Deus enim verbū homo factus, nominatus est Iesus Christus. Homo autem factus est, vt à peccato corruptam naturā renouaret, propterea totā que peccauit accepit, vt toti mederetur. Neque enim diuinitatis integumentum vtens, suscepit naturam corporis, vt voluit Artij & Eunomij delirium. Erat enim ei facile vel sine corpore videri, vt olim Abraham, & Iacob, & alij sanctis rprophatis visus est. Sed voluit ipsam deiquam naturam, superare aduersariū, & referre victoriā. Ea de causa & corpus accepit, & animam ratione præditam. Hominem enim sacra scriptura nō diuidit tripartito: Sed ex anima & corpore dicit hoc animal cõstare. Deus enim cū ex limo corpus finxisset, inspirauit animam, & duas naturas ostendit, non tres. Ipse autem Dominus dixit in Euangelijs. Nē time te eos qui occidunt corpus, animam autem nō possunt occidere. Multa autem eiusmodi possunt inueniri in sacra scriptura. Quod autem non diuinitati integumentum cõstruens, vt volunt Hæreticorum fabulæ, sed per primitias toti generi victoriā procuras, perfectā humanā accepit naturā, testis verus & doctor. absolutus est diuinus Apostolus. In Epistolā enim ad Romanos, æconomiz aperiens mysteriū sic inquit, propterea sicut per vnū hominē peccatū in hunc mundū intrauit, & per peccatū mors, & ita in omnes homines mors peruasit, in quo omnes peccauerūt. Cū autè per hæc, peccati initium, & fructū qui ex eo germinauit, & eū qui à principio illud suscepit, ostēdisset, eius quoque finē ostēdit. Vique ad legē enī, inquit, peccatū erat in mūdo; peccatū autē nō imputatur, cū lex nō sit. Sed regnauit mors ab Adā vsque ad Moysē etiā in eos qui nō peccauerunt, in similitudinē præuaricationis Adā, qui est forma futuri. Moysē autē vocat legē. Vique ad Seruatoris autè aduentū, vigeat legis institutio, & administratio. Transgrediētibz autē & iis qui sub illius erāt regimine, & iis qui legi naturæ suberant, iure mors regnauit, eius potentiā peccato confirmate. Mors enim erat peccati cõdēnatio. Cum ita docuisset, & vndē peccatū accepit initium, ei quousque mors regnauit, ostēdit quomodo dissoluta est & cõfracta eorum potentia, & immensam Dei laudat benignitatem, dicens, Sed non sicut delictū, ita et donū. Si enim vnus delictū multi mortui sūt: multo magis gratia Dei & donū, in gratia vnius hominis Iesu Christi in multos abundauit. Superat, inquit, benignitas et humanitas iustitiæ. Iustitiæ enim dēcretū, cum vnus peccasset, vniuersorū genus morti tradidit. Diuina autē misericordiā, cū omnes homines esset sub maledictō, et peccati laqueis essent implicati, per vnus iustitiam dedit omnibus salutē. Seruato

Veritas ecclesiastica

Iesus.

Luc 1.

Mat. 1.

Christus.

Psal. 44

2a. 61.

Luc. 4.

Act. 10.

Homo.

Matth. 10.

Rom. 5.

et. 10.

et. 10.

rem autem appellavit hominem, non negans eius divinitatem: sciebat enim eum esse Deum, & honore patri equaliter: sed docens quod simile simili curatum est: & primitivis totum fuit sanctificatum. Quantum enim ad humanitatem attinet, cum legi subiectus legem impleverit, eos qui legem transgressi erant liberavit a maledicto: Deinde idem rursus dictum aliter veritas. Et non sicut per unum qui peccavit, donum. Nam iudicium ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Quando inquit, unus peccavit, omnes condemnati sunt: nunc autem cum omnes peccaverint, omnibus volentibus salus proposita est per fidem. Cum sic ostendisset unius iustitiam fuisse communis peccati salutarem medicamentum, ostendit per ipsum quoque fuisse peccatum mortis dissolutionem. Si enim unius delicto mors regnavit per unum: multo magis abundantiam gratiae & donationis & iustitiae accipientes, in vita regnabunt per unum Iesum Christum. Peccatum inquit, mortem obicit, vitam autem in regno, unius hominis iustitia. Servamur, non lege, sed divina misericordia iustitiam assequentes. Lex enim eius quod iustum est, omnes ad supplicium adduxit. Omnes enim fuimus peccati perpetratores. Si enim cum unus peccasset, genus condemnatum est, erat utique omnino iustus eos qui sub peccato fuerant subire supplicium. Sed divina misericordia eius quod iustum est limites transiit, & benignitas vicat equalitatem, & cum unus legem impleverit, licet omnibus ei credere volentibus frui salute. Cum autem in his ostendisset humanitatis inaequalitatem, rursus ad reddendam sui dicti rationem se confert. Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem: sic & per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitae. Deinde transit a rebus ad personas. Sicut enim per unius hominis inobedientiam peccatores constituti sunt multi: ita & per obedientiam unius, iusti constituentur multi. Valde autem necessarium illud. Multi, in utroque posuit. Et enim cum Adam peccasset, & plurimi divinas leges transgressi essent, per manserunt nonnulli in decretis naturae, & virtutis curam gessere, sicut Abel, Enoch, & Noe, & Patriarchae, & Prophetae, & alij plurimi, non solum apud Iudaeos, sed etiam apud alias gentes, de quibus dixit divinus Apostolus: Quando enim gentes, quae legem non habent, quae legis sunt natura faciunt legem non habentes sibi ipsis sunt lex, & post Servatoris adventum, non omnes salutem assequuntur, sed qui credunt, & vitam ex divinis eius legibus instituunt. Ea de causa, & in exo plari, & in imagine, illud Multi, posuit. Sed videamus quam de causa homo factus est unigenitus Dei filius, & humana suscepta natura, homo appellatus est. Hanc autem doctrinam nobis obtrahit, etiam in epistola ad Corinthios. Sic autem dicit: Nunc autem Christus resurrexit a mortuis, primitivae eorum qui dormierunt quia enim per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Deinde a natura transit ad personas, & dicit: Sicut enim omnes in Adam moriuntur, sic etiam in Christo omnes vivificabuntur. Et non dixit: Servabuntur, sed: vivificabuntur. Communis enim est resurrectio post resurrectionem autem fiat distinctio. Et hoc declaravit subiungens, Unusquisque autem in proprio ordine: Multitudo enim sunt, & eorum qui puniuntur, & eorum qui servantur, ordines. Pro qualitate enim & quantitate iustitiae praebeantur donorum remunerationes: Similiter autem & pro peccatorum differentia, erunt supplicia.

Multi.

Rom. 2.

Cor. 15.

Ordines

servandorum

et dandorum

na dorum.

Gen. 18.

Langitur

Phantasio

docite.

Heb. 2.

Gen. 49

Heb. 10.

Quod Dominus suscepit supplicia:

Quoniam ergo divinae incarnationis causam didicimus, age ostendamus divinatorum eloquiorum differentes testimonia, quod homo factus Deus verbum humanum corpus suscepit. Primum enim, factus erat corporis, non divinitatis. Deinde butyrum, & mel, quod propheta longe ante praedicit, et lac materiam, & alius cibus, & potus ostendit naturam eorum susceptam. Si quis autem per stultitiam obijciat nutrimentum, quod fuit in Abraham tabernaculo, is se stulte loqui intelligat. Illa enim si illi videbantur: alio autem sunt consumpta modo, quem is demum novit qui consumpsit. Quod si quis etiam solidum concesserit incorpoream illorum fuisse participem. illic tamen nec famem, nec sitim invenies. hic autem in digentia tales excitavit affectiones, non quod non posset efficere unita divinitas, vt corpus ab indigentia alienum esset. Qui enim paulo post omnibus corporibus immortalitatem largitus est, facilius suam corpus ab egestate inuitum reddidisset. Sed ei concessit suam naturam ostendere, vt huiusmodi res, quae illius adumptionem negarent, falsum dicere aperte convincerentur. Quem admodum enim cum id morte potentius posset reddere (nam hoc etiam fecit post tres dies) pati tamen, & mori permittit, vt incarnationis oeconomicae mysterium impleret: ita etiam concessit esurire, & sitire, & defatigari, et dormire, ne ullam caperent occasionem Docitae, id est, qui non verè, sed sola visione et apparitione credebant fuisse mysterium incarnationis; confirmandi falsam suam haesim. Fames, ergo, et sitis, et praeter defatigatio, et labor, et somnus, humanum esse corpus testantur corpus Domini. Hoc autem confirmans divinus Apostolus, clamat, dicens. Quia ergo pueri communicarunt carni et sanguini, similiter et ipse eorum fuit particeps, vt per mortem destrueret eum qui mortis habebat imperium, et liberaret eos qui quocumque timore mortis per totam vitam erant morti obnoxii. Per hoc autem aperte declaravit, quod eandem quam nos naturam induit. Si quis autem egre fert indumentum, audiat Patriarcham Iacob praedicens, Lauabit in vino vestem suam, et in sanguine vitae indumentum suum. Audiat autem divinum quoque paulum clamantem, Habete itaque fratres, libertatem in introitu sanctorum in sanguine Christi, qua inquitur nobis viam novam et viventem, per velamen, id est carnem suam, et Sacerdotem magnum super domum Dei, accedimus cum vero corde in plenitudine fidei, et quae deinceps sequuntur. Velamen enim carne eius appellavit, sicut Patriarcha Iacob vestem et indumentum. Caeterum superiacaneum est de his dicere prolixius, cum et novum, et vetus testamentum aperte ostendant corpus Domini.

Quod

Quod suscepit etiam animam cum corpore. Quod autem etiam animam ratione praeditam suscepit unigenitus Dei filius, homo factus, docet Lucas Evangelista, dicens. Iesus autem proficiebat aetate, & gratia apud Deum & homines. Proficit autem aetate quidem corpus sapientia autem anima. Divinitas enim neutrum incrementum suscipit. Est enim omni ex parte perfectus Dei verbum. Iure autem, aetatis augmento coniunxit incrementum sapientiae. Pro mensura enim gratiae corporis, revelebat divina natura suam sapientiam. Apertius autem adsumptam esse animam docet Dominus. Iis enim, qui consuebant passione esse involuntaria, dicebat ante passionem. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo rursus accipiendi ipsam. Nemo tollit ipsam a me, ego pono ipsam a me ipso vt rursus accipiam ipsam. Per hoc autem aperte declaravit, quod alia quidem est quae ponitur & sumitur anima, alia autem, quae ponit & sumit, divinitas. Aliam autem & aliam dixit, non in duas personas dividens, sed naturarum ostendens differentiam. Sic etiam alibi dixit. Propterea pater me diligis, quia ego pono animam meam pro omnibus. In alio autem loco etiam turbationem quam sustinuit anima tempore passionis aperte ostendit. Dixit enim. Nunc anima mea turbata est. Et, quid dico? Pater serva me ab hac hora. Sed propterea veni ad horam hanc. Per has autem cogitationes, nunc quidem passionem reformidantes, nunc autem metum abicientes, tristitiam & angorem ostendit, hunc autem eius timorem docuit Lucas apertius. In tanta enim eum agonia fuisse scribit, vt cruentus esset sudor eius corporis. Fuit, enim inquit, sudor eius tanquam guttae sanguinis. Hoc autem etiam adiecit, quod Angelus veniens confirmavit ipsum, Considera autem mihi per omnia humanae naturae imbecillitatem. Cur enim etiam unita unigeniti divinitate, & spiritu tanquam unctioe praesente, Angelus sustentat animae & corporis imbecillitatem? an clarum est quod divina permittente natura haec omnia facta sunt, vt eorum qui postea futuri erant, si quidem qui animae & corporis adsumptioni crederent, confirmarentur demonstrationibus: qui autem contradicerent, evidentiibus testimoniis convincerentur?

Luc. 2.

Ioan. 10.

Alia

Ioan. 12.

Luc. 22.

Quod perfectam humanam suscepit naturam.

Propterea autem seipsum & hominem, & filium hominis appellat. Saepe enim dixit Apostolis. Tradetur filius hominis in manus hominum, & occident ipsum, & tertia die resurget. Et autem qui seipsum volebat. Vt pes, inquit, foveas habent, & volucres caelinos, filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. Iudeis autem aperte dixit. Quid me queritis interficere, hominem qui veritatem dixi vobis, quam audivi a patre meo. Divinus autem Apostolus clamat. Unus Deus, unus etiam intercessor Dei & hominum. Et rursus. Quoniam per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Ea de causa semen Abraham, & filius David nominatus est. Quia enim pollicitus est Abraham uniuersorum Deus se in semine eius benediceturum omnes gentes, & promissionem dedit & Isaac, & Iacob: iure divinus Apostolus scribens ad Galatas dixit. Abraham autem dicitur sunt promissiones & semini eius, et docens quem nam dicit semen, subiunxit. Non dicit ei, Semini, vt in multis, sed in vno. Et semini tuo, qui est Christus et ad Hebraeos scribens, sic dixit. Non enim Angelos utique apprehendit, sed semine Abraham apprehendit. Vnde debuit in omnibus, fratribus, assimilari, vt misericors esset et fidelis Sacerdos, in iis quae ad Deum pertinent. Praeterea autem etiam Iude, quam ab uniuersorum Deo accepit, Iacob Patriarcha benedictionem tribuit, dicens. Non deficiet princeps ex Iuda, et dux ex femoribus tuis, donec venerit cui repositum est, et ipse erit expectatio gentium. Iam vero Michas quoque Propheta reuocat praedictionem, dicens. Et tu Bertheem terra Iuda, nequaquam es minima in principibus Iuda, Ex te enim egredietur mihi dux, et egressus eius ab initio a diebus saeculi. Et rursus divinus Apostolus ostendit finem praedictionum, et subiunxit. Manifestum est enim quod ex Iuda exortus est Dominus noster. Has autem promissiones David quoque Rex et Propheta ab uniuersorum Deo accepit. Dixit enim ei, Vtique in saeculum parabo semen eius: et edificabo in generationem et generationem thronum tuum. Et rursus. Et ponam in saeculum saeculi semen ipsum, et sedem eius, vt dies caeli. Et paulo post. Semel iuravi in sancto meo, si David meatiar, semen eius in saeculum manet, et sedes eius tanquam sol eorum, et tanquam luna perfecta in saeculum, et testis in caelo fidelis. Has autem promissiones, per Esaiam prophetam, verax rursus Dominus renouavit. Egredietur enim, inquit, virga de radice Iesse, et flos de radice accendet, et requiescet super ipsum spiritus Dei, spiritus sapientiae, et prudentiae, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus cognitionis, et pietatis, spiritus timoris Dei implebit ipsum, et quae deinceps sequuntur in eadem sententia. Et rursus. Erit radix Iesse, et exurgens ad imperandum gentibus, in ipsum gentes sperabunt, et erit requies eius honor. Et in alio loco. Et disponans, inquit, testamentum novum, sancta Davidi fidelis. Quae enim promissi illi implebo, et per semine illius seruabo orbem terrae, est enim mihi fidelis: et vera promissio. Harum promissionum veritatem ostendens Mattheus Evangelista in ipso proemio libri sui annunciat orbi terrarum quod floruit expectatio. Liber enim inquit, generationis Iesu Christi, filij David, filij Abraham. Vtrisque enim factae erant de semine promissiones. Quinetiam divinus Apostolus scribens ad Romanos, in principio epistolae ostendit finem promissionis factae David. Paulus, enim inquit, seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Evangelium Dei, quod promissum per Prophetas suos in scripturis sanctis, de filio tuo, nato ex semine David secundum carnem. Cum autem adfuerit illud secundum carnem, ostendit quod Dominus noster Iesus Christus erat etiam Deus ante saecula. Filius autem David secundum humanam naturam appellatus est, & hoc docens, apertius subiunxit, Filius Dei in virtute secundum spiritum, sanctificationis, ex resurrectione a mortuis Domini nostri Iesu Christi.

Filius

hominis.

Luc. 9.

Ioan. 8.

1 Tim. 2.

1 Cor. 15.

Semen A-

brahae.

Gal. 3.

Heb. 2.

Gen. 49.

Mich. 5.

Heb. 7.

David ger-

me Psa. 88.

Eza. 11.

Eza. 55.

contin.

Rom. 9.

2. Tim. 2.

Cum enim à mortuis, inquit, resurrexisset, & spiritus gratia Apostolos impleset, per miracula quæ ab illis facta sunt Deus ostentus est. In nomine enim eius maxima miracula fecerunt. In medio autem epistolæ, cum bonorum olim Iudæis datorum mentionem fecisset, subiunxit. Quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est in omnibus Deus, & in vna persona duarum naturarum differentiam ostendit, ex Iudæis quidem naturam secundum carnem, in omnibus autem Deum, vt Deum, & in sæcula benedictum. Beato autem Timotheo præcipit, dicens. Memento Iesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine Dauid secundum Euangelium meum, in quo laboro vsque ad vincula quasi maleficus. Multa quoque alia possunt inueniri testimonia in vtroque testamento, quæ prædicant Domini nostri cognationem secundum carnem. Hæc autem sufficiunt ad docendum, quod perfectam humanam accepit naturam, & ideo & filius Dauid, & filius Abrahæ, & filius hominis, & homo, & Adam, & Iacob, & Israel nominatus est. Quemadmodum enim erat perfectus Deus: ita etiam homo perfectus, perfectam salutem præbuit hominibus.

Quod quam suscepit naturam suscitauerit.

Luc. 24.

1. Ioan. 5.

Act. 2.

Diuinitas ab humanitate in separabilis.

Matt. 27.

Mar. 15.

Luc. 23.

Ioan. 19.

Quod autem etiam quam suscepit naturam suscitauerit, testatur quidem ipse, Apostolis & manus, & pedes ostendens, testatur & Thomæ digiti, qui vulnera tetigerunt. Hoc autem reliqui quoque fecerunt Apostoli, iubente Domino. Palpate, enim inquit, & videte, quoniam spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Clamat autem etiam diuinus Ioannes Apostolus in principio epistolæ. Quod vidimus, & manus nostræ contrectauerunt. Magnus autem Petrus apud Iudæos concionans, cum mentionem fecisset prædicationis Dauid, quam predixit de resurrectione Domini, hæc quoque dicit. Viri fratres, cum liceat liberè ad vos dicere de Patriarcha Dauid, quod & mortuus est & sepultus, & sepulchrum eius est apud nos vsque in hodiernum diem. Propheta igitur cum esset, & sciret quod iure iurando iurasset illi Deus de fructu lumbi eius secundum carnem suscitaturum Christum, vt sederet super sedem suam: prius significauit dicēs de resurrectione eius, quod non derelicta est in inferno anima eius, nec caro eius vidit corruptionem. Duo ergo nos simul testes docent, hic quidem Apostolus, ille verò Propheta, alter quidem prædicans, alter verò post finem interpretans prædicationem, quod non diuinitatis sed corporis & anime est resurrectio, quorum autem resurrectio, eorum vtrique carat passio, anima non vnà cum corpore precepta, sunt enim immortales etiam animæ hominum, sed corpore per separationem animæ finem accipiente. Diuinitas autem non est quidem separata ab humanitate, nec in cruce, nec in sepulchro. Sed cum esset immortalis & immutabilis, nec mortē, nec passionem sustinuit. Si enim anima, propter immortalitatem ei insitam, non fuit particeps mortis corporis quomodo fieri potuit, vt natura quæ circumscribi non poterat, vel crucifigeretur, vel sepulchro mandaretur? Hoc significantes quatuor Euangelistæ, Ioseph ab Arimathia mentionem fecere, dicentes eum accessisse ad Pilatum, & petiisse corpus Iesu, & cum Pilatum dedisset, corpus de ligno deposuisse, & sine donec inuoluisset, & sepulchro tradidisset. Sæpè autem corporis nomen posuerunt, impudens os blasphemantium apertis & euidentibus testimoniis obstruentes.

Quod idem sit & bonus & iustus.

Matt. 5.

Euangelii

lex comparatur.

Amor inimici.

Quia autem execrandus Marcion alium dicit iustum, quem etiam Creatorem appellat, alium autem bonum, quem dicit esse Iesum Christum: age de eo quoque pauca differamus, & ostendamus Dominum nostrum Iesum & seruatore, eundemque & creatorem, eundemque & bonum & iustum. Quia enim audiuit sceleratissimus legem dicentem, Oculum pro oculo, & dentem pro dente, aduersionem pro aduersione, liuorem pro liuore: Dominus autem iubet percipientem dextram maxillam, obuertere etiam aliam, & volenti iudicio contendere, & tunicam capere, dare etiam pallium: existimauit stolidus illum quidem esse iustum, hunc verò bonum, nec animaduertit quod legum Evangelicarum perfectio est legibus Moisaicis terribilior. Lex enim Moisaica vetat homicidium. Lex verò Evangelica ei etiam qui fratrem stultum appellat minatur gehennam. Quicumque enim, inquit, dicit fratri suo, stulte, reus est in gehennam ignis. Ita rursus Lex antiqua accusat adulterium. Evangelica verò etiam turpem cupiditatem per lasciuum aspectum ingredientem vocat adulterium. Et antiqua quidem, prohibet periurium; noua autem, etiam iurandum, & antiqua quidem, eum qui mulierem odio habet, iussit illam dimittere recens autem vocat adulterium, dimissionem quæ sit absque fornicatione. Quicumque, enim inquit, dimittit uxorem suam, præterquam fornicationis causa, facit eam adulterari, & qui dimissam ducit, adulteratur. Præterea autem etiam pro otioso sermone se rationem exacturum minatus est, & supplicium æternum, & tenebras exteriores, & gehennam ignis, et multa eiusmodi alia. Ex his autem inuenietur is qui ab ipso quidem appellatur iustus, bonus, qui autem bonus nominatur, iustus. Leges enim seueriores constituit, & grauiora supplicia minatus est. Verum hæc etiam dicere aperta est insania. Qui enim in Euangelis præcipit inimicos diligere, iussit etiam in veteri non despicere iumentum inimici quod oneri succubuerit, sed opem ferre, & non meminisse inimicitiarum, in tempore necessitatis. Ita etiam rursus inimici bouem errantem iubet reducere, & reddere Domino. Non solum autem in homines docet: Lex vetus humanitatē & beneficentiā, sed etiam brutorum animalium præcipit misereri. Non alligabis, inquit, os boui trituranti, & Non coques agnū in lacte matris suæ. Quinetiam iis qui quarūdam auiū pullos inueniunt, prohibet vnā etiam illarum venari parentes. Septimo quoque die iussit ferari, vt non solū feruus & ancilla quiescant, sed etiam bos & iumentum, tantam vel brutorum animalium curam gerit. Inueniri

Inueniri quoque possunt leges scriptæ de Profelytis, plenæ omni humanitate. Non affligetis, enim, inquit, aduenam, quia fuitis aduenæ in Aegypto. Eos quoque qui metunt, iussit eas quæ excidunt spicas relinquere aduenæ, & Orphano, & viduæ. Ita etiam eos qui vinde miant, vnas quæ excidunt, & botros qui latent, bis colligere. Hoc ipsum iubet fieri etiam in aliis fructibus. Non reuindemiabis, inquit, vineam tuam, nec rursus decerpes oleam, sed erit aduenæ & orphano, & viduæ, & volucris cæli, & bestis terræ. Nec verò captiuæ quæ magnam curam gerit. Neque enim libidinosis eam abutendam permittit. Sed primum iubet vt ei concedatur suos lugere, deinde tonderi, & tunc coniungi. Quod si Dominus fuerit voluptate satiatus: nec concedit vt vendatur, nec permittit vt feruiat, sed liberam iubet dimittere, quam cum illa habuit consuetudinem pro pretio reputantem. Quasnam ergo luent pœnas, quæ blasphemie magnitudini respondeant, qui eam, qui verè bonus est, Legislatorem, non solum non iustum, sed etiam malum vocare ausi sunt?

Quod idem & vetus & nouum dederit testamentum.

Nos autem vnum scimus & veteris, & noui testamenti datorem. Idque per Hieremiam Prophetam aperte docet. Disponam enim, inquit, domui Israel, & domui Iudæ testamentum nouum, non secundum testamentum quod disposui patribus vestris, in die quo apprehendi manum ipsorum ad educendos eos de terra Aegypti, sed disponam eis testamentum nouum, dans leges meas in mentem ipsorum, & in corde ipsorum scribam eas. Aperte autem per hæc quæ dicta sunt docuit, quod qui vetus dedit, etiam nouum præbebit. Disponam enim, inquit, non secundum testamentum quod disposui. Et per Esaiam Prophetam dixit. Et disponam eis testamentum nouum sancta Dauid fidelia. Et Dauid similiter Propheta clamat. Exurge Domine, ne roboretur homo, iudicentur gentes coram te, constitue Domine Legislatorem super ipsos. Sin autem fidem non habent Prophetis: audiant Legislatorem leges veteres non tubuerere, sed adstringere. Subuertentis enim esset dicere, dictum est antiquis, Non adulteraberis, ego verò dico vobis, Adulterare. Et dictum est antiquis, Non occides, ego verò dico vobis, Occide. Hoc enim faciunt Antitactæ cognati Marcionis. Dominus autem, per leges quas fert, aperte docet, quod non vteres leges rescindit, sed perfectiorem administrandæ reip. formam inducit. & quemadmodum Grammaticus, eos quidem qui discere incipiunt, docet literarum characteres, his autem qui illas didicerunt, præbet syllabarum connexiones, alios autem docens, quomodo sint coniungenda nomina, & alios quomodo sit in legendo seruandus accentus, non affert leges doctrinæ repugnantes, sed præbet ætati conuenientem disciplinam. Ita etiam Dominus Christus dedit vnicuique generationi leges conuenientes. Necessarias enim & primas conscripsit in natura hominum. Habet enim vnusquisque boni & mali discernendi facultatem, & dum facimus quæ pati nolumus, eo ipso prædicamus nos scire id esse malum quod fit a nobis. Qui enim occidit, vel adulteratur, scit id esse malum quod facit. Non modo enim non vult occidi, sed nihil etiam non facit, ne id ei pati contingat, & stuprata vxore, cum qui violauit cubile, accusat adulterij, & si contumeliam acceperit, agit iniuriarum, & si cætera hoc modo examinauerimus, inueniemus omnes homines scire quod malum est malum. Eas ergo in natura inseruit Deus, qui nos fabricatus est, alias autem variè dedit, in vna quaque generatione. Adæ enim dedit legem de arbore. Noc autem legem de esu carniū, circumcisionem verò Abraham Patriarchæ constituit, alias autem per Moysen magnum Prophetam conscripsit. In diuinis autem Euangelis, de paruis rebus: latas leges, veluti quorundam elementorum meditationem, cessare faciens, leges dedit perfectissimas, & sicut matres recenter natis infantibus mammam præbent, paulo post autem cibum dentibus comminatum, deinde cum pueri & adolescentes euaserint, solidum. Sic vnuerforū Deus, iis qui illa didicerant, præbet perfectiorem disciplinam. Vetus tamen etiam testamentum, vt mammam maternam amplectimur, & honoramus: sed lactis non sumus participes. Perfectis enim est superuacaneum lac eius quæ nutrit: nutricem tamen honorant, vt qui ab illa sint nutriti: ita nos etiam, circumcisionem quidem, & sabbatum, & sacrificia, & aspersiones seruare non ferimus: alia autem veteris testamenti utilitate fruimur. Pietatem enim, & fidem in Deum, & dilectionem in proximum, & temperantiam, & iustitiam, & animi magnitudinem, perfecte docet: et veterum sanctorum exemplaria imitanda proponit.

De Baptismate.

Pro illis autem aspersioibus, sufficit iis qui credunt, donum sanctissimi baptismatis. Non solum enim donat remissionem veterum peccatorum, sed etiam spem inserit promissorum bonorum, et mortis Dominicæ resurrectionisque efficit participes, et doni spiritus largitur participationem, et filios Dei reddit, et non solum filios, sed etiam hæredes Dei, et cohæredes Christi. Non enim, vt dicunt amentes Messaliani, baptismus nouaculam imitatur, quæ præcesserunt peccata auferens, hoc enim ex super abundanti largitur. Si enim hic solus esset baptismi effectus, cur pueros baptizamus, qui peccatum nondum gustarunt? Non enim hoc solum pollicetur sacramentum, sed his etiam maiora et perfectiora, est enim arra futurorum bonorum, et futuræ resurrectionis typus, & passionis Domini communicatio, & Dominicæ resurrectionis participatio, & pallium salutaris, & tunica lætitiæ, & stola luminosa, vel potius lux ipsa. Quotquot enim in Christum baptizati estis, Christum induistis, & quicumque in Christum baptizati sumus, in mortem eius baptizati sumus, vt sicut suscitatus est Christus per gloriam patris, ita etiam nos in vitæ nouitate ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, etiam resurrectionis erimus. Hæc nos de sanctissimo baptismate sentire docuit diuinitissimus Apostolus, quod Christo conscripti, erimus resurrectionis participes. Verum enim uero hic magis xij. mystico sermone opus est, & cum alioqui duo decim mythis libros conscripserimus, studiosos ad eos remitemus. Nos autem quæ restant capita examinabimus.

De

De resurrectione.

Ita baptismatis sacramentum peragentes, resurrectionis spem accipimus, corporum autem resurrectionem expectamus. Hoc enim declarat ipsum resurrectionis vocabulum apud Græcos, nempe Anastasis, Anastasis enim dicitur quasi Anothesis, quasi dicas, quæ sit de superis restitutio, est autem corpus, quod interit & dissolvitur, & in terram mutatur. Exibit, enim inquit, spiritus eius, & reuertetur in terram suam. Et rursus. Tollis spiritum ipsorum, & deficient, & in terram suam reuertentur. Porro autem ipse quoque Creator dicit Adæ. Terra es, & in terram reuerteris. Huius ergo quæ sit de superis restitutio, iure vocatur Anastasis. Immortalis enim animæ non est resurrectio, sed est ad corpus reuersio. Marcion autem, & Cerdo, & Manes, & quicumque corporum resurrectionem non admiserunt, hunc in vitam regressum, tanquam qui omnino fieri non posset, reiecerunt. Quemadmodum enim existimant Deum non posse fabricari absque materia: ita putant cum non posse id quod semel est dissolutum, & in exiguum puluerem conuersum, & tempore consumptum, in priorem rursus formam reducere. At qui ipsi quoque dicunt, Deum, accepto de terra cespitem, hominem fabricatum esse, & considerare eos oportuit, quod quemadmodum tunc eum cespitem in corpus facile mutauit vniuersorum Deus, & multas, & diuersas fecit partes: ita est ei facile ex paruis his reliquiis corporis substantiam constituere, etenim hoc quoque modo, veteri fabricationi non ab simili, nunc videmus in matrice fieri, ex parua enim materia seminis, producuntur & ossa, & membrana, & nerui, & venæ & arteriæ, & adeps, & caro, & alia omnia, ex quibus corpus constitutum est. Ex diuino enim prescripto natura procedit & veluti quidam statuarius, statuam animatam effingit, & neque materiæ paruitas, nec loci angustia, nec quæ circumstant: tenebræ fabricationem continent. Est ergo extremæ amentia, iis quæ videntur fidem non habere, & maxime cum id Deus pollicetur. Ipse enim Christus dixit, Qui sunt in monumentis audient vocem filii Dei, & egredientur qui bona fecerunt in resurrectione vitæ, qui autem mala fecerunt, in resurrectionem iudicii. In monumentis autem animas agere nemo dixerit rectè sentiens, corpora enim in iis sita sunt. Iam verò Saducæos quoque id quod de resurrectione dicitur, non admittentes, increpans Dominus, dixit. De resurrectione autem mortuorum non legistis quod à Deo dictum est, dicente, Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, & subiunxit. Non est Deus, Deus mortuorum, sed viuentium. Quinetiam Martha dixit. Resurget frater tuus. Illa autem quæ ex veteri hoc scriptura didicerat, respondit. Scio quod resurget frater meus in resurrectione in nouissimo die. Deinde excipiens Dominus dicit. Ego sum resurrectio & vita. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet. Quemadmodum ergo qui tunc dixit, Resurget frater tuus, non solam animam Lazari sufficitauit, sed eam quidem reduxit, corpus autem factidum & dissolutum suscitauit: ita etiam cum sit communem resurrectionem pollicitus, dissoluta corpora, rursus composita & constituta reddet animis, ea à morte & interitu libera efficiens. Et hoc apertè docuit diuinus Apostolus. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem. Et rursus. In quo nolimus expoliari, sed superuestiri, ut absorbeat mortale à vita. Et rursus. Seminatur in corruptione, resurgit in incorruptionem. Seminatur in infirmitate, resurgit in virtute. Seminatur in ignominia, resurgit in gloria. Seminatur corpus animale, resurgit corpus spiritale. Et rursus. Canet enim tuba, et mortui resurgent incorrupti. Posuit autem etiam ea quæ ab iis qui non credunt obiciuntur. Sed dicet quispiam. Quomodo resurgunt mortui? Quo autem corpore veniunt? Et primum quidem eos stultos appellauit, ut qui viderent in feminibus typum resurrectionis, et ex eo non inducerentur ad credendam corporum resurrectionem. Insuper enim, inquit, tu. Quod seminas, non viuificatur, nisi mortuum fuerit, et quod seminas, non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, ut puta tritici, aut alicuius cæterorum. Respicit, inquit, ea quæ sunt quotidie. Sulci enim nihil differunt à sepulchris. In iis enim, tanquam in sepulchris, semina effodiuntur. Omnium autem Dominus imbrem suppeditans, efficit ut ea radices producat, et folia, et culmos, et stipulas, et aristas, et agricolis nihil aliud facientibus, nisi quod sepeliunt, eius, qui omnia fabricatus est, prescriptum reliqua efficit. Hoc enim dixit etiam diuinus Apostolus. Deus autè deus et corpus sicut voluit, et ne quis existimaret aliud corpus fingi, necessario adiecit etiam vnicuique semini proprium corpus. Et ad Philipenses etiam scribens, clamat. Conuersatio enim nostra in cælis est, ex quo etiam Seruatorem expectamus Dominum Iesum, qui transformabit corpus humilitatis nostræ, ut sit ipsum conforme corpori gloriæ eius. Transformationem autem appellauit, non mutationem in aliam formam, sed mutationem ex corruptione in incorruptionem. Et Thesalonicenses, qui propter morientes nimium dolorem capiebant, consolans, eis resurrectionem adduxit. Nolo, enim inquit, vos ignorare fratres de dormientibus, ne contristemini, ut et reliqui qui spem non habent. Si enim credimus quod Iesus mortuus est, et resurrexit: ita Deus etiam eos qui dormierunt, per Iesum ducet cum ipso. Et ne quis existimaret eum hæc diceret suis propriis vrentem rationibus, subiunxit. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quod nos qui viuimus qui residui sumus in aduentu Domini, non præueniemus eos qui dormierunt. Alia quoque innumerabilia apud eum testimonia possunt inueniri, quæ apertè resurrectionem prædicant. Iam verò Hierosolymis quoque, cum accusaretur quod legem transgredere-tur, clamat. De resurrectione mortuorum ego hodie iudico. Et quid dico Apostolos manifestiorem hanc de resurrectione doctrinam à Domino accedisse? Etenim diuini quoque Prophetæ hanc de resurrectione spem perpetuo habuerunt: Audimus enim diuinissimum David Deo dicentem. Auferes spiritum ipsorum, & deficient, & in terram suam reuertentur. Emittes spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Audimus diuinum quoque Esaiam clamantem, Resurgent mortui, & resurgent qui sunt in monumentis. Ter beatus Iezechiel dixit etiam se vidisse ipsum modum resurrectionis. Cum enim vidisset multa ossa, iussus est ipse eis præcipere, ut carnem producerent, & neruos, & pellem.

Corpus. Psal. 145. 103. Gen. 3.

Ioan. 5.

Saducæi.

Matt. 22. Ioan. 11.

1. Cor. 15.

Phil. 3.

1. The. 5.

Artic. 23.

Psal. 103.

Esai. 26.

Ezech. 37.

Et

Et factum est, inquit, cum prophetarem, & ecce terræ motus, & coniunxerunt se ossa, os ad os, vnunquodque ad compagem suam. & vidi, & ecce super ea erant nerui, & caro ascendit, & excreuerunt eis carnes, & ascenderunt super ipsa, & pellis super ea extensa est. Deinde docet quomodo iussi vndique sunt reuerti spiritus, & quod illis his coniunctis resurrectionis futura: typus præfiguratus est. Si autem etiam ante aduentum Seruatoris, hæc prædixerunt Prophetæ: quo non ergo supplicio digni fuerint, qui post Seruatoris resurrectionem, & Apostolorum prædicationem, ei quod de resurrectione dicitur non credunt?

De iudicio.

Quomodo autem iustè fiet iudicium, si corpora, ut dicunt infideles, minime resurgant, à solis autem animis peccatorum ratio exigatur? Neque enim æquum est ut anima quæ cum corpore peccauit, & per oculos & inuidiam, & improba desideria suscepit, per aures autem impiis verbis delinita est, & per vnanquamque corporis particulam non bona irritamenta admisit, sola peccatorum pœnas luat, & hoc sustineat, non paruo aliquo tempore, sed in infinitis sæculis. hæc enim à diuina scriptura didicimus. Hi enim, inquit, ibunt in vitam æternam, & hi in supplicium & ignominiam sempiternam. Quomodo autem rursus fas & sanctum est, ut sanctorum animæ solæ promissis bonis fruantur, quæ coniunctæ corporibus ex virtute rectè gesserunt? Oculi enim profundunt lachrymas compunctionis, aures diuina eloquia ad vitam transmittunt lingua autem & laudat benefactorem, & assidue offert orationem, manus autem subseruiunt ad ministrandum egenis, & pedes nunc quidem currunt ad domos orationis, nunc stant in orationibus, & plurimum laborem sufferunt. Quomodo ergo iustum est, ut corpus, quod vnà cum anima virtutis opes comparauit, puluis sit & abiiciatur: sola autem anima ut victrix pronuncietur? Sin autem hoc graue est & miserum: iustum est ergo ut corpora prius resurgant, deinde eorum quæ gesserunt ab eis communiter ratio exigatur. Hoc enim diuinus quoque dixit Apostolus. Omnes enim, inquit, sistemur ante tribunal Christi, ut referat vnusquisque ea quæ gessit per corpus, siue bonum, siue malum. His autem conuenientia dicit etiam beatus David. Tu reddes vnicuique secundum opera sua. Itaque Pythagoras animarum in corpora transitus fabulatus est, dicens eas non solum in corpora brutorum, sed etiam in arbores transire. Itidem etiam Plato hanc fabulam nescio quomodo secutus est. Hinc Manes, & quæ eum præcessit, impiorum Gnosticorum hæresis, accepta occasione, dixerunt hoc esse supplicium. Scelerati autem Carpocrates, & Epiphanes, & Prodicus, & Caieni, suillam planè vitam conuincuentes, dicebant animas in corpora transmitti, ut per libidinem & omnem intemperantiam vnquamque Angelorum mundi conditorum colerent. Piorum autem ecclesia, eos & huiusmodi fabulas execrat: diuinos autem sermones sequens, credit corpora resurgere, & vnà cum eis animas iudicari, & eos quidem qui vitio vixerunt, puniri, qui verò virtutis curam gesserunt, quæ eis promissa sunt consequi.

De promissionibus.

Pollicitus est autem magnificus & liberalis Deus nihil fragile, caducum, aut momentaneum, sed æternum bonorum fructum. Non enim, ut vult Cerinthus, & qui sunt illi similes, terrenum erit Dei & Seruatoris nostri regnum, nec præfinito tempore circumscriptionem. Apprehendant illi visionem & phantasia mille voluentium annorum curriculum, & quæ intereunt delicias, & alias voluptates, & præterea sacrificia, & Iudaicorum festorum celebritates nos enim vitam sempiternam expectamus. Hi enim, inquit Dominus, resurgunt in vitam æternam, illi verò in supplicium & ignominiam sempiternam. Et rursus. Venite benedicti patris mei, hæredes estote parati vobis regni ante constitutionem mundi. Et, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Et, Beati qui persecutionem passi fuerint propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum. & prædicantibus Apostolis iussit dicere, Appropinquauit regnum cælorum, & alibi eis dixit, Quando exaltatus fuero à terra, omnia mecum traham, & rursus, Apud patrem meum mansiones multæ sunt, & Sin autem non dixissem vobis quod ibo, & parabo vobis locum, & rursus. Veniam, & accipiam vos ad me, ut vbi ego sum, sitis & vos. Et rursus. Qui comedit carnem meam, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. Quinetiam patri loquens, sic dixit, Pater, quos dedisti mihi, volo ut vbi ego sum, & illi quoque sint mecum, ut videant gloriam meam quam dedisti mihi. Quoniam dilexisti me ante constitutionem mundi. Hæc cum dixisset diuinus Apostolus, dixit. Rapiemur in nubibus in occursum Domini, & ita semper cum Domino erimus. Et rursus. Fidelis sermo. Si enim commortui sumus, & coniuuemus, si sustinemus, & cõregnabimus. Ad Romanos autem scribens, dixit. Si vnus peccato mors regnauit per vnum, multo magis abundantiam gratiæ, & doni, & iustitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Iesum Christum. Et rursus. Id enim quod in præfenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt. Quæ autem non videntur, æterna sunt. Bonorum autem summa est, & colophon, promissam vitam à peccato esse immunem. Cum enim resurgant corpora ab interitu aliena, & animæ immutabilitatem suscipiant, nullum deinceps locum habebit peccatum. Sublato autem peccato, et procul exturbato, ac Diabolo cum Dæmonibus gehennæ tradito, cessabunt etiam labores certaminum, et metus ne vincamur, et de victoria sollicitudo. Vita autem iucunda, et molestiæ expertis qui digni fuerint dabitur, et luce fruuntur diuina, et intelligentes, vel ipsi potius sicut luminosi. Tunc enim, inquit Dominus, Fulgebunt iusti sicut sol.

De secundo Dei et Seruatoris nostri aduentu seu apparitione.

Anima cum corp.

Ioan. 5. Matt. 25.

2. Cor. 5. Psal. 61. Pythago. Plato.

Chiliasia

Ioan. 5. Matt. 25. Matt. 5. Ma Luc. 3. Ioan. 12.

1. The. 5. 2. Tim. 1. Rom. 5.

2. Cor. 4.

Matt. 13.

Erunt

ERunt autem hæc post secundum Seruatoris nostri aduentum. Sic enim etiam Apostolis promissit. Reuertor & venio ad vos. Et rursus. Veniam ad vos, & adsumam vos ad meipsum. Et in alio loco. Tunc videbitis filium hominis venientem in nubibus cæli in gloria sua, & omnes sancti Angeli cum ipso, tunc sedebit in throno gloriae suae, & congregabuntur ante ipsum omnes gentes, & separabit ipsos a se inuicem, sicut pastor separat oves ab hœdis, & statuet quidem oves a Dextris suis, hœdos autem a sinistris. Hunc autem eius aduentum diuinus quoque vidit Daniel. Vidi, inquit, donec throni positi sūt & antiquus dierum sedit, indumentum eius album sicut nix, & pilus capitis eius, sicut lana pura, thronus eius flamma ignis, rotæ eius ignis ardens, fluius ignis ambulans protrahabatur ante ipsum, mille millia ministrabant ipsi, & decies mille millia assistebant ipsi, iudicium sedit, & libri aperti sunt, & ecce in nubibus cæli venit tanquam filius hominis, & vsque ad antiquum dierum peruenit, & illi data est potestas, & regnum, potestas eius, potestas æterna, & regnum eius erit in æternum, & translatum est imperium bestiarum, & datum regnum filiis altissimi. Tanta est concordia prædicationis Euangelicæ, & Prophetarum prædictionum. Vetus enim Dei hæc sunt & illa oracula. De hoc igne dicit etiam Esaias Prophetæ, Quis annuntiabit vobis locum æternum? Et in fine prophetiæ dicit. Verbis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Hunc etiam aduentum diuinum Dauid prædicans, dixit, Deus deorum locutus est, & vocauit terram. Ab ortu solis vsque ad occasum, ex Sion decor pulchritudinis eius. Deus manifeste veniet, Deus noster, & non tacebit. Ignis coram ipso ardebit, & in circuitu eius tempestas valida. In alio quoque psalmo. Nebes & caligo in circuitu eius, iustitia & iudicium correctio sedis eius. Ignis autem ipsum præcedet, & inflammat in circuitu inimicos suos. Et rursus. Quando venit iudicare terram, iudicare orbem terræ, in iustitia, & populos in rectitudine. Et per Malachiam Prophetam idem vniuersum Deus. Ecce ego mitto vobis Heliam thesbitem, vt non veniens percuciat terram dicit. Diuinus quoque Apostolus scribens ad Beatum Titum, priori nostri Seruatoris aduentus etiam secundum coniunxit. Apparuit enim inquit, gratia Dei salutaris omnibus hominibus, docens nos, vt abnegantes impietatem, & secularia desideria, modesti, & iusti, & pie viuamus in hoc seculum, expectantes beatam spem & aduentum gloriae magni Dei & Seruatoris nostri Iesu Christi. Per hæc autem ostendit priorem quoque aduentum fuisse propter secundum. Ideo enim, inquit, apparuit, vt, cum nos ab impietate, & iniquitate liberasset, & omnem virtutem docuisset, bono & alacri animo secundum aduentum expectaremus effugeret. Et admiratur & suspicit Thessalonicenses, quod ab Idolorum seruitute liberati, elegerint seruire Deo viuenti & vero, & expectare filium eius e cælis quem suscitauit a mortuis, Iesum qui liberat nos ab ira veniente. Et ad Hebræos scribens, hunc aduentum significauit Prophetico vsus testimonio. Adhuc enim inquit, modicum, veniens veniet, & non tardabit. Hæc autem docuit etiam Philippenses. Nostra enim, inquit, conuersatio est in cælis, ex quo etiam saluatorem expectamus Dominum Iesum. Similiter etiam ad Thessalonicenses. Ipse enim, inquit, Dominus in insu, in voce Archangeli, & in tuba Dei, de cælo descendet, et mortui in Christo resurgunt primi, et quæ sequuntur, facile est autem etiam alia adducere testimonia, quæ secundum Seruatoris nostri aduentum prædicent. Sed sufficiunt hæc ad persuadendos vel maxime contentiosos.

De Antichristo.

Llud quidem necesse est addere iis quæ dicta sunt, quod ante aduentum Domini veniet humanam naturam subiens hominibus perniciosus, Deique aduersarius Dæmon, diuini nominis prædo, et sicut olim hoc nomen, nepe Deus, suffuratus, id sibi imposuit, suæque improbitatis et nequitie administris, et auxiliatoribus: et persuasit hominibus, per manus hominum fabricatas statuas, et diuinum honorem exhibere. Ista Christi Domini appellatione vsurpata, omnes quidem, vt semel dicam, decipiet, multis quoque imponet ex iis qui sanctum, et venerabile nomen accepere, dicens se esse Christum, quem diuini vaticinantes Prophetæ apparituum prædicebant. Inescabit autem etiam simplices, et ad capiendum faciles, fraudulentis quibusdam miraculis mens. Et hoc quidem multi ex Prophetis in veteri enigmaticè prædixerunt. Latius autem et apertius de eo vaticinatus est diuinus Daniel. Quod si etiam aliqua ex iis declaranda sunt, ea antea explicauimus, vt qui omnem eius Prophetiam verbatim interpretati sumus, et quæ Thessalonicensibus a diuo Apostolo scripta sunt, vnâ cum aliis epistolis interpretati, prolixiori quâ pro nostra consuetudine oratione vsi sumus, cum locum qui est de Antichristo scrutantes. Nonnullos enim qui existimabant aduentum Domini tempus appropinquare, necessario diuinus docuit Apostolus, quod oportet prius diuinæ cognitionis radiis illuminari orbem terræ, et manifestos fieri alumnos fidei, et ab iis qui crediderunt separari eos qui contradicunt, deinde sic prius aduenire, seque ostendere artificem mendacii, ad eos conuincendos qui veritatis prædicationem non admiserunt. Hoc enim etiam Dominus dixit Iudæis. Ego veni in nomine patris mei, et non accipitis me, venit alius in proprio nomine, et illum accipietis. Hoc ipsum dixit etiam diuinus Apostolus. Eo quod veritatis dilectione non susceperunt, vt ipsi seruarentur, et propterea mittet eis Deus operationem erroris, vt ipsi credant mendacio, vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed assensu sunt iniustitiæ ad reprobationem. Eorum ergo, qui veritatis prædicationi non crediderunt, veniet improbitatis pater et magister. Quia enim Iudæi, pro Deo vtique pugnantes, Dominum tanquam Dei aduersarium cruci affixerunt, maxima impietatis eorum confutatio, erit Antichristi præsentia. Dominus enim Christus, cum esset verus Deus, et veri Dei filius, se filium hominis, et hominem appellauit, à natura quæ videtur appellationes imponens: raro autem seipsum Dei filium nominauit. Sceleratissimus autem Dæmon Deum maximum seipsum

Dæm ante incarnat.

Antois opus de Antich.

1. Thef. 2.

Ioan. 5.

D

seipsum nominabit. Hoc enim etiam sanctus Angelus docuit Daniele prophetam. Super Deos, enim inquit, patrum suorum non intelliget, & Deum Mazurim in loco suo glorificabit, hoc est, fortè & potentem seipsum Deum appellabit. Sed tamen ii qui Dominum crucifixerunt, quod se Dei filium nominasset, ei credet cum apparuerit, ea ratione ostendentes, quod sunt veritati infelissimi, mendacii, autè operarii, ea de causa permittit sapientissimus vt adueniat & se ostendat ille scelestus & perditus. Clarum est enim quod si Deus nollet, non appareret, non tamen actione aut operatione eius voluntate vocaretur. Deus enim non est causa malorum, vt volunt etiam externi philosophi. Nec enim ipse Cain effecit homicidam, quia cum veller fratrem occidere, non prohibuit. Neque vt filii Iacob fratrem venderent perfecit, quia eorum conatum non repressit. Inuenire enim possumus illos quoque male esse vsos libero suæ mentis arbitrio: sapientissimum autem Dominum per illorum improbitatem somniorum veritate ostendisse. Permittit ergo vt is appareat, & illius improbitatem aperiens, & Iudæorum scelus arguens. Affert autem & quidem quàm primum exitium, Iudæis verò remedium. Mittit enim Thessbitem, qui & illius fraudem conuincat, & salutarem eius aduentum prænunciet. Hic autem veritatis aduersarius Domini aduentum omnino imitabitur, & electo humano instrumento sua operatione digno, ita abuteretur hominibus, falsis vtès miraculis, & hoc aperte docuit diuinus Apostolus, per ea quæ scribit ad Thessalonicenses. Sic autem dicit, Rogamus autem vos fratres, pro aduentu Domini nostri Iesu Christi, & nostra congregatione in ipsum, vt non cito moueamini à vestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermones, neque per epistolam, tanquam per nos missam, quasi inisset Dies Domini. Per hæc autem ostendit, quod quidam eos deceperant, dicentes dixisse Apostolum appropinquare diem Domini. Vnde non solum per verba & scripta prohibuit deceptionem, sed etiam per eam quæ existimabatur prophetica prædictionem. Hoc enim dixit, Neque per spiritum. Deinde subiungit, Ne quis vos seducat vilo modo, quoniam nisi venerit defectio primum, & reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis, qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat ostendens se tanquam sit Deus. Defectione appellat, Antichristi præsentia. Multi enim à futuris miraculis decepti, à veritate deficient, & mendacium amplectentur. Ipsum autem hominem peccati, & filium perditionis vocauit, & naturam quæ videtur ostendens, & omnis generis peccati operatio nem reuelas. Ostendit autem eius tyrannidem, fastum, arrogantiam, & superbiam, aduersarium, & qui super extollitur, appellans, & ostendens quod non solum iis qui Dii falso nominantur seipsum superiores nominabit, sed etiam in templo Dei vt Deus sedebit. Dei autem templum, vocat ecclesias. Deinde eis in memoriâ redigens ea quæ sepe docuerat. Non meministis, inquit, quod cum adhuc essem apud vos hæc dicebam vobis, & nunc quid detineat scitis, vt reueletur in suo tempore. Iam, inquit, apparuisset, nisi ipsum diuina gratia prohibuisset, & eius aduentum conuenienti tempore præsinisset. Iam enim mysterium iniquitatis exercetur. Per hæc autem significat eas quæ tunc exortæ sunt hæreses. Tanquam vt qui tenet nunc tenet, donec de medio fiat. Diuinum, inquit, præscriptum prohibet quod minus ipse appareat. Oportet enim ex diuina prædictione in omnes gentes prædicari Euangeliū, deinde sic illi videri. Et tunc reuelabitur ille inimicus, quæ Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui. Aperte ostendit quod cum primum apparuerit Dominus, faciet vt sceleratus ille euanescat, & tradet eum æternis supplicijs, cuius est præsentia secundum operationem Satanæ, in omni virtute signis, & prodigijs falsitatis, & in omni seductione iniquitatis ijs qui pereunt. Non enim omnes venabuntur ad exitiū, sed eos qui mobilem, & ad persuadendum facile mentem habent. Docuit autem quod etiam Satan Diaboli operationem suscipiet. Sicut enim vnigenitus Dei filius, sanctis quidem Prophetis, & factis Apostolis, & aliis etiam sanctis diuinitè dona sancti spiritus: homo autem factus non particularem aliquam sumptæ nature dedit gratiâ, sed omnem diuinitatis plenitudinem, vt vult Apostolus, visum est ei in ipso habitare: ita Diabolus aliis quidem hominibus, quoscūque persuasit esse operarios iniquitatis, non omnes immisit species iniquitatis: huic autem ipse totus conuictus, omnis generis vitiorum & scelestus machinas per ipsum ostendit. Deinde dicit etiam causâ permissionis. Eo quod charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. Hæc de Antichristo à sacra scriptura didicimus. Summatim autem quæ de eo dicta sunt scripsimus, quoniam & Prophetam Daniele & Apostolum interpretates, de eius aduentu prolixius diximus, facile est autem ei qui voluerit, illa scripta adire, & si quid in his prætermisum est, in illis inuenire. Hæc à viris diuinitus inspiratis, Prophetis, inquit, & Apostolis, & qui eis successerunt, accepit ecclesia dogmata, non impias confingens fabulas, nec humanas rationes secuta, sed diuini credens sermonibus. Quoniam autem moralem etiam doctrinam scelerati corrumpere, & vias sibi inuicem contrarias excogitare: Alij enim matrimoniam fornicationem nominauerunt: alij verò omnem illicitam, & nefariam libidinem amplexi sunt: age etiam ostendamus quidnam in moralibus senserit ecclesia.

Dan. 11.

Gen. 4.

Lib. arb.

Defectio.

Hæreses temporibus apostolo.

Col. 2.

Antoin. Dan. & Paul. hæcenus de fide iude de morib.

De virginitate.

Cerdo itaque & Marcio virginitatem lege constituerunt, aduersus Creatorem bellum gerentes, ne per matrimonium, illius auerent officium. Manes autem dixit nuptias esse materiam adiutricem, et ea de causa iussit virginitatem exerceri. Saturnilus autem et Tarianus aperte matrimonium Diaboli nominarunt. Dominus autem Deus non tulit quidem leges de virginitate: intellexit enim esse rem supra naturam: eam autem laudibus prosequendo, eos qui vellent ad certamen adhortatus est. Cum

Ufio.

lit autem etiam continentiam: Beatorum autem erit, si sic permanferit, secundum meam sententiam. Et inductione ostendit esse legem fide dignam. Pato enim, inquit, quod & ego spiritum Dei habeam. No rationibus humanis utens, hanc decerno, sed diuini spiritus existens instrumentum. Notandum est autem quod non beatam, sed beatiorem dixit eam quae se contineat, ea ratione docens, quod etiam quae secundum matrimonium amplectitur, non est omnino beatitudine destituta, si quidem, ut uult lex hic posita coniugium susceperit. Porro autem ad Romanos scribens, & legis & gratiae docens differentiam, posuit exemplum secundum matrimonij. An ignoratis fratres, inquit, facientibus enim legem loquor, quod lex in homine dominatur quanto tempore uiuit, Deinde exemplum. Naque sub viro est mulier, uiuente viro alligata est legi. Si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est a lege viri. Igitur uiuente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro. Si autem mortuus fuerit vir eius, libera est a lege viri, ut non sit adultera si fuerit cum alio viro. Et hic ergo comprobauit secundas non esse reiiciendas nuptias. Scribes quoque ad beatum Timotheum, & de ecclesiasticis ordinibus decernens, cum de viduarum ordine multum differuisset, subiunxit. A dolescentiores autem uiduas deuota. Et cum dixisset causas, subiungit. Volo ergo iuniores nubere, filios procreare, matres familias esse, nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. Sed Paulo dicente, Volo, Nauatus audet dicere, Nolo. Sed nos leges Pauli sequamur. Nauati autem arrogantiā uale iubeamus.

Rom. 7

Tim.

Nonat.

De fornicatione.

Eph. 5.

Heb. 12.

1. cor. 6.

Gal. 5

Phi. 4.

col. 3.

Fornicationem autem, & omnem intemperantiam, tanquam iniquas actiones legique contrarias, prohibemus. Audimus enim diuinissimum Paulum clamantem, Fornicatio autem & immunditia ne nominetur quidem in uobis, sicut decet sanctos. Et rursus. Ne quis fornicator vel prophanus, ut Esau, et honorabile coniugium in omnibus & cubile immaculatum: fornicatores autem & adulteros iudicabit Deus, Et in epistola ad Corinthios. Si quis qui frater nominatur, sit fornicator, vel auarus, vel idolorum, vel conuitiator, vel ebriosus, vel raptor: cum eo ne commedatis quidem. Propter hanc intemperantiam & libidinem, eum etiam qui fornicatus est tradidit satanae, & clamat aperte. Si quis templum Dei perdit, perdet & ipsam Deum. Templum enim Dei sanctum est, quod estis uos. Hoc modo certe iubet omnino vitare omnem intemperantiam. Nescitis enim, inquit, quod qui adharet meretrici, est unum corpus. Et unum enim, inquit, duo in carne una. Qui autem adharet Domino, est unus spiritus. Fugite fornicationem, Omne peccatum quod fecerit homo, extra corpus est. Qui autem fornicatur, in proprium corpus peccat. Scribens etiam ad Galatas, eandem doctrinam attulit. manifesta enim sunt opera carnis quae sunt adulterium fornicatio, immunditia, intemperantia, idololatria, ueneficium, inimicitia, simulationes, irae, seditiones, dissensiones, haereses, caedes, ebrietates, comestiones, & quae sunt his similia. Quae praedico uobis, sicut & iam praedixi, quod qui haec agunt, regnum Dei non possidebunt. Haec autem Basilides, & Carpocrates, & Epiphaneus, & Prodicus, & reliqui intemperantiae & iniquitatis magistri, legerunt quidem, sed eis contrariam legem introduxerunt, legibus spiritus aperit repugnantes. His quoque conuenientia scripsit ad Ephesios. Dico enim inquit, & testificor in Domino, ut iam non ambuletis, sicut & reliquae gentes ambulant, in uanitate mentis suae, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati a uita Dei propter ignorantiam quae est in ipsis, propter cecitatem cordis ipsorum qui desperantes tradiderunt semetipsos impudicitiae, in operationem immunditiae in avaritia. Vos autem non ita didicistis Christum, siquidem ipsum audistis, & in ipso docti estis, quatenus est ueritas in Iesu: ut deponatis uos secundum priorem conuersationem ueterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris, & quae sequuntur. Et paulo post. Hoc enim intelligite quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatem in regno Christi & dei. Haec etiam scripsit ad Philippenses. De cetero fratres, quaecumque sunt uera, quaecumque pudica, quaecumque bona, quaecumque iusta, quaecumque casta, quaecumque amabilia, quaecumque bonae fame, si qua uirtus, & si qua laus, haec cogitate, quae & didicistis, & accepistis, & uidistis in me, haec agite. Similiter autem scribit etiam ad Collocenses. Mortificate ergo membra uestra, quae sunt supra terram, fornicatione immunditiam, passionem, cupiditate malam, & avaritiam, quae est idolorum seruitus, propter quae uenit ira Dei super filios dissidentiae. Verus quoque testamentum ea statuit quae sunt nouo conuenientia. Et teniam dicit ipse Deus. Sancti estote sicut & ego sanctus sum, & ne mentem adhibe mulieri male. Mel enim distillat a labijs mulieris meretricis: quod ad tempus quidem delinit guttur tuum: postea autem inuenies felle amarum. Possunt etiam alia innumerabilia inueniri, quae hanc accusant libidinem & intemperantiam. Scelerati autem & execrandi Heretici etiam mysticam communionem nominarunt intemperantiam.

De Pœnitentia.

Nonat.

Exec. 14.

Diuina autem scriptura non solum iniquitates & peccata prohibet, sed etiam iis medetur qui eorum uulnera acceperunt. Nauati enim feritatem & beluinam crudelitatem abhorret: & accusat pastores qui non suarum ouium curam gesserunt. Et dicit ipse Deus. O Pastores, quod infirmum fuit non conseruastis: & quod aegrum non curastis: & quod male habebat non refecistis: & quod aberrabat non reduxistis: & quod perierat non requisistis. Qui autem eos accusat qui eam curam non gesserunt, clarum est quod uult infirmas oues curari, propterea dixit eidem propheta. Speculatorem dedite domui Israel & audies ex ore meo uerbum: & eum ex me praemunies. Cum dixero impio, morte morieris, & non annunciaueris peccatori ut caueat, impio ut se auertat a uia sua mala, ut ipse uiuat: ipse quidem impius morietur in iniquitate sua, sanguinem autem eius ex manu tua requiram. Et paulo post.

Viuo

Viuo Ego dicit Adonai Dominus, quod nolo mortem peccatoris, sed ut se conuertat a uia sua mala & uiuat. Deinde uas foris. Conuersione conuertimini a uia uestra mala, & cur morimini Domus Israel: uenit enim in uos uerbum ad eos transmittere. Et tu fili hominis dic filiis populi tui. Iustitia iusti non eximet ipsum in die quo errauerit & iniustitia iniusti non interficiet ipsum, in quo die conuersus fuerit a sua iniquitate, & fecerit iudicium & iustitiam, & dignus debitoris reddiderit, & quod raptum fuerat restituerit, si iniustus in preceptis uitae ambulat, ut non faciat id quod iniustum est uita uiuet, & non morietur, & omnia peccata eius quae peccauit, obliuioni mandabuntur, quia iudicium & iustitiam fecit, in eis uiuet. Et Nabuchodonosor beatus Daniel penitentiae medicamenta praebuit. Et nunc, inquit enim, Rex consilium meum tibi placeat: & in elemosina elue iniquitates tuas, & in iustitias tuas in miserationibus pauperum. Diuini autem Hieremiae Prophetia hac doctrina plena est. Nunc enim dicit quidem. Conuertimini filii qui defecistis, & conuertat ad uos, dicit Dominus Deus: nunc autem abluat a uicio cor tuum Israel ut serueris, ne forte inueniantur in te disputationes laborum tuorum. Et rursus, Num qui cadit, non resurgit, vel qui auertitur non conuertitur? Plurimas quoque licet alias eiusmodi inuenire admonitiones. Sapientissimus autem Esaias clamat. Quando auersus iugibus, tunc seruaaberis, & cognosces ubi eras quando confidebas in uanis. Quinetiam in Proemio cum multas populi iniquitates esset persecutus, & morbum esse curatu difficilem ostendisset. Non est enim inquit, imponere malagma, nec oleum, nec ligamenta: paulo post eis penitentiae medelam adhibuit, cum dixit. Lauamini, mundi estote, auferite iniquitates uestras ab animabus uestris coram oculis meis, cessate a malis uestris, discite bonum facere, quaerite iudicium, libertate eum qui iniuria afficitur a manu eius qui cum iniuria afficit. Deinde pollicetur se eos lanae albae & niui similes redditurum, etiam si coccineum & puppureum colorem habuerint, hoc autem potest solus Deus facere. Infectores enim in alios quidem colores album mutant: aliquem autem alium colorem in album mutare non possunt. Creatori autem sunt omnia familia. Verum enim uero orationem ultra modum extendemus, si omnes Prophetarum adhortationes collegerimus. His enim plena sunt & cantico Prophetica, & aliorum Prophetarum oracula. Sed ij qui nauati arrogantiam susceperunt, dicunt non oportere post baptismum ijs qui Nauati arrogantiam susceperunt, dicunt non oportere post baptismum ijs qui peccant praebere medicinam. Oportebat autem eos considerare, quod etiam ueteres sacrorum mysteriorum typum & figuram habebant, asperitiones, & diuina sacrificia. Ut autem fusillimè & copiosissimè eam ignorantiam conuincamus, Aaron in medium producamus. Is enim cum uictus, & primus Pontifex creatus, diuini spiritus gratiam accepisset, impijs iniqui populi cessit petitionibus. Construxit autem vituli effigiem, & cum alijs Leuitis sacrificia obtulit. Veniam tamen consecutus est, & in Pontificatu ad mortem usque permansit. Magnus quoque Dauid, cum esset Propheta, & diuini spiritus gratiam haberet inhabitantem, fecit duo graua peccata: sed uulnera curauit per penitentiam, nec est spiritus gratia priuatus. Sed etiam post peccatum multa futura uaticinatus est. De eo uero qui Corinthi fornicatus erat quid dixerint, qui non solum diuinis sacramentis dignus est habitus, sed etiam docendi gratiam assecutus est. Quamobrem cum qui illi suberant, de eo tanquam de viro docto & sapiente se iactarent, sibi que placebant, eos reprehendit, dicens. Et uos inflati estis, & non potius luxistis, ut tollatur de medio uestri qui opus hoc facit: sed tamen cum eum qui & Doctor erat, & maximum flagitium perpetrare ausus fuerat, Satanae tradidisset, ab illius manibus eum rursus eripuit, & corpori ecclesiae reddidit. Ita autem scribit in secunda epistola. Cui autem aliquid donatis, & ego. Nam & ego si quid donauit, propter uos. Et ne quis existimaret eum id fecisse in gratiam hominum, adiecit, In persona Christi. Hoc est, tanquam uidentem uniuersorum Dominum, ut pote sciens id quod fiebat illi quoque esse gratum. Unde etiam causa subiungit. Ne a Satana propter eius plura habendi cupiditatem inuadamur. Non enim eius cogitata ignoramus. Ut uos potius ei condonemini, & consolemini, ne is forte nimia tristitia absorbeat. Eiusmodi habebant commiserationem ecclesiae. De cetero, erant enim medici spirituales, sanorum quidem ualitudinem conseruantes, eorum autem qui male affecti erant, morbos propulsantes. Hoc procurans haec quoque adiecit in ijs quae ad eos scripsit. Ne rursus cum uenero me humiliet Deus meus apud uos & iugem multos eorum qui prius peccauerunt, & penitentiam non egerunt de immunditia, & fornicatione, & intemperantia quam egerunt. Ita etiam Galatas, qui post gratiae uocationem, & diuinorum sacramentorum perceptionem, a fide declinauerant, & circuncisionem susceperant, & legalium obseruationem amplexi erant, reducit ad salutem, & eis ipsorum penitentiae medicamenta adhibet, perque matris uocem emittit. Filii mei, quos ego rursus parturio, donec formetur in uobis Christus. Porro autem eandem nobis doctrinam Dominus quoque Christus per suas parabolas praebuit. Nam ouis quae perierat, & drachma quae exciderat, docent nos curam gerere eorum qui peccauerunt. prodigus autem filius transgressionem quae post baptismum facta est aperte significat. paternarum enim facultatum, quae ad eum redibat parte accepta, ea que prodigè & per luxum excessa, reuersus est, & tamen prima stola dignus est habitus, & per anulum Dei imaginem recepit, & de saginato vitolo comedit, & ut maximum festum celebraret pater, causa fuit. Iam uero omnis Domini doctrina & actio docens peccatorum curationem. Vocati quoque publicani, & quae accessit meretrix, & latro qui credidit, et uerba haec humanitatis et clementiae. Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad penitentiam. Non enim opus habet medico, sed qui male habent. Quod si haec dicunt facta esse ante baptismum, discant primum ecclesiam fundamentum fuisse labefactatum et a diuina gratia confirmatum. Cum ter enim magnum negasset pertrus, mansit primus, suis lachrimis curatus. Hanc alijs etiam fratribus adhibere medicinam iussit Dominus. Et tu, inquit enim, conuersus, confirma fratres tuos, et cum discipulis orandi formam dedit, ius

Dan. 4.

Pœnitentia post bap.

Exod. 31

Dauid.

Fornicator Pauli uir doctus

1 cor. 5

2 cor. 2

2 Cor. 12.

Gal. 4

Luc. 15.

Matt. 9

Petr. eccl.

secundum.

Luc. 22.

Matt. 6. sit eis dicere, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Hanc autem orationem, non eos, qui non sunt sacramentis initiati, sed qui sunt initiati, docemus. Nullus enim eorum qui non sunt initiati audeat dicere, Pater noster qui es in caelis, cum nondum adoptionis filiorum vocatione suscepti fuerint. Qui autem baptismatis donum est assecutus, Patrem vocat Deum, ut qui in gratia filiorum vocatione sit allectus. Si ergo iussi sunt dicere, Dimitte nobis debita nostra. Sunt ergo medicabilia etiam quae post baptismum sunt vulnera: medicabilia autem, non ut olim per solam fidem data remissione, sed per multas lacrymas, & fletus, & luctus, & ieiunium, & orationem, & laborem facti peccati quantitati commoderatum. Qui enim non sic affecti sunt, eos nec admittere quidem didicimus, nec diuina sunt eis manu impertienda. Nolite, inquit dare sanctum canibus, nec margaritas porcis. Has habet ecclesiae leges de Penitentia.

De Abstinencia.

Vino autem, & ab esu carniurn, & ab aliis eiusmodi abstinentiam, non similiter ac Haeretici amplectitur. Illi enim ab iis, tanquam abominandis, abstinendum esse censent. Ecclesia autem nihil horum decernit, neque enim eorum prohibet participationem, & ideo alij quidem permissis a lege bonis & voluptatibus securè fruuntur, alij vero ab eis abstinent, nullus autem qui sapit, & rectè sentit, cõdeinat eum qui comedit. Nam & abstinentia, & esus participatio, sunt in mentis potestate. Porro autem vitam monasticam non est ex necessitate sed libera animi voluntate suscepta. Et hoc ex Apostolicis legibus didicimus. Qui comedit, inquit, non comedentem non spernat, & qui non comedit, comedentem non iudicat. Erratus. Omnia munda, sed malum est homini, qui per offendiculum comedit. Itaque ipsos impios in epistola ad Timotheum reprehendens, hæc scripsit. Spiritus autem manifestè dicit quod in nouissimis temporibus aberrabunt quidam a fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmonium, in hypocritis loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium matrimonium contrahere, abstinere a cibis quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & ijs, qui cognouerunt veritatem. Quod omnis creatura Dei bona est, & nihil est reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei & orationem. Et Corinthijs etiam iussit quidquid in macello venditur comedere, nihil interrogantes propter conscientiam, & eum qui ab aliquo infideli vocatur ad conuiuium, eorum quæ apponuntur securè participem esse iussit, nisi forte aliquis significauerit aliqua ex obsonij fuisse immolata. Tantum absuit ut dicitur ille vir carnis vesci prohiberet. Iam vero ipse quoque Dominus de seipso dixit. Venit fili hominis comedens & bibens, & dicunt, Ecce homo vorax, & vini potor, publicanorum amicus et peccatorum, & cum pascha perageret, agnum comedit, scilicet cum discipulis, et ad nuptias vocatus, non solum non prohibuit bibere, sed etiam conuiuantibus vinum admirabiliter fabricatus est. En cratium ergo seu abstinentium errorem diuina etiam decreta pulchrè conuincunt. Dei autem ecclesia aduersatur quidem fabulis Haeticorum: diuina verò decreta sequitur. Rogo ergo eos qui in hæc scripserunt, ut cum vnoquoque malo dogmate diuina conferant, et ex collatione intelligant quantum sit discrimen inter verum et falsum. Quæ est enim societas luci cum tenebris? Quæ autem conuentio inuenta: hæc autem diuini spiritus decreta, quæ assidue sequi conuenit, ea immobiliter eorum seruare regulam, et per ea suam animam corrigere. In Christo Iesu Domino nostro, cum quo Patrem sancto spiritu conuenit gloria, honor, et magnificentia, nunc, et semper, et in secula seculorum.

A. M. E. N.

FINIS. DEO. HONOR. ET GLORIA.

[Faint, mostly illegible text in the lower section of the left page, likely bleed-through or very faded print.]

Cum hic liber nunc editus sit in multorum manus venturus, quorum non deerunt aliqui etiam in rebus sacris versari, qui fortasse facillè offenduntur, Lectorem admonendum duximus, esse in hoc autore nonnulla, quæ si non diligenter attendantur, in malam partem accipi, & aliquid fortè scrupuli iniicere possint: animaduersa autem & rectè ponderata nihil omnino offensionis afferant. Ac primum quod de Sacrosanctæ Eucharistiæ mysterio dicit charta 424. pagina 2. & charta 447. pag. Eucharistia prima, dictum esse videtur ex eorum sententia, qui falso asseruerunt esse in eo pane corpus Christi, remanente tamen panis substantia: quod quidem falsum est, cum ecclesia, & ipsius Christi verbis id aperte significantibus, & omnium tam veterum quam recentium Doctorum autoritate mota, facto Occumenico concilii decreto pronunciarit, substantiam panis in corpus Christi transsubstantiari. Quamquam Theodoretus hoc fortasse nomine aliqua venia dignus videatur, quod de ea re eius tempore ab ecclesia nondum fuisset aliquod promulgatum. Et minus mirandum est, si dum aduersus Haeticos accerimè disputat, veritatis tuendæ studio longius prouectus, in alteram partem nimium quandoque declinet. Cum illud in primis ponderari soleat qua mente aliquid a quopiam dicatur. Quod autem alicubi videtur minus plene loqui de veritate corporis & sanguinis Domini, ut cum symbola & typos corporis & sanguinis Domini sæpè repetat, charta etiam 424. ita scribit, In mysterio autem traditione corpus panem appellauit, & sanguinem id quod in calice commixtum est. Et paulo post. Seruator noster nomina commutauit, & corpori quidem id quod erat symboli nomen imposuit: symbolo vero quod erat corporis. Et statim aliquot interiectis. Qui enim quod natura corpus est triticum & panem appellauit, & vitam rursus seipsum nominauit, is symbola & signa, quæ videntur, appellatione corporis & sanguinis honorauit. Rursus ibidem. Cuius symbolum & figuram esse existimas sanctissimam escam? Responderetur autem, Corporis & sanguinis Domini. Et charta. 462. Corpus ergo salutem procurauit. Non solius hominis corpus, sed Domini nostri Iesu Christi vnigeniti Dei filii. Simautè hoc tibi paruum & vile putatur, quo modo eius typum ac figuram venerabilem & salutarem existimas? Vbi autem typus est adorandus & venerandus: quemadmodum est ipsum exemplar & Archetypum vile & aspernandum? Et charta. 481. Si autem caro mutata est in naturam diuinitatis, cur iis communicant quæ corpus representant: Clarum est enim hæc verba Theodoretus posse ad impium sensum torqueri, quanquam pius & verè catholicum sensum etiam habere possint. Rectè autem Theodoretum sensisse de veritate corporis & sanguinis, & de reali & substantiali (vt Theologorum verbõtar) præsentia Domini, satis apparet ex multis quæ ab eo huic operi inspersa sunt. Et in iis hoc primum valde ponderandum est, quod de Sacrosanctæ Eucharistiæ, tanquam de abditissimo & profusio incredibili fidei Christianæ arcano, verba facturus, tam diligenter præfatur se nolle Christianæ religionis arcanis pro palare qui non christiani mysterijs initiati. Vnde etiam Orthodoxus dicit Eranista. Velim te paulo magis mysticè respondere. Ad sunt enim fortasse nonnulli qui non sunt mysterijs initiati. Neque verò vquam in hoc opere præfatur, nisi quando in Eucharistiæ mentionem incidit. Quid autem tanta præfatione opus fuisset, si nihil in Eucharistia exhiberi credidisset præter signa? Credendum certè est Theodoretum non alia ratione in solius Eucharistiæ mentione præfari, quam qua præfati Christiani & patres sacramentum hoc & huius sacramenti fidem maxima inter se religione tractabant, & Prophetas nos procul arcebant. Porro autem idem Theodoretus se non nisi mysticè de Eucharistia locuturum præfatur, ne sanctum daret canibus, aut sacra prophanis proderet, satis clarè se Orthodoxam tenere fidem ostendit, quando ait eodem in loco. Volebat enim eos qui sunt diuinorum mysteriorum participes, non attendere naturam eorum, quæ videntur, sed propter nominum immutationem mutationi quæ fit ex gratia credere. Hæc ille. Quenam est autem illa mutatio quam dicit Theodoretus, nisi ea quam nos credimus? Si eius itaque verba & sensa penitus inspiciamus, non erit quod dubitemus asserere, eum non solum de vera corporis Christi præsentia, sed etiam de transmutatione & transsubstantiatione nobiscum sentire. Ad ostendendum autem quàm rectè de corporis Christi in Eucharistia veritate sentiat, nihil magis facit, quam quod charta 471. ad suam sententiam confirmandam allegat hoc præclarum Ignatii Episcopi Antiocheni & Martyris testimonium, ex epistola ad Smyrneses. Eucharistias & oblationes non admittunt (Haeretici scilicet quos ille taxat) quod non consistantur Eucharistia esse carnem Seruatoris nostri Iesu Christi, quæ pro peccatis nostris passa est: quam pater sua benignitate suscitauit. Quo quid clarius & apertius dici potest? Valde etiam facit, quod charta 452. citat ex Ambrosio his verbis. Ne velis ergo corpus esse æquale diuinitati secundum naturam. Est enim credideris esse verum corpus Christi: & altari obruleris ad transmutationem, non distinxeris autem naturam corporis & diuinitatis, & c. Accedit his quod ipse Theodoretus in epistola ad Corinth. cap. 11. exponens locum illum, Accepi a Domino, hæc dicit. Sacram illam & omni ex parte sanctam noctem in memoriam reuocant, in qua & typico Paschati finem imposuit, & verum typi archetypum ostendit, & salutaris sacramenti portas aperuit, & non solum vndecim Apostolis, sed etiam Iudæ proditori pretiosum corpus & sanguinem impertit. Et rursus exponens illud, Reus erit corporis & sanguinis Domini, hæc dicit. Hoc significat, quod quemadmodum tradidit ipsum Iudas, ipsi autem insultarunt, & eum probris, & conuiris affecterunt Iudæ: ita eum ignominia & dedecore afficiunt, qui sanctissimum eius corpus immundis manibus accipiunt, & in pollutum & incestum os immittunt. Hæc ille, quæ quidem satis indicant, eum de corpore & sanguine Domini, verè, & vel in primis catholicè sensisse.

V v iij

Transsubstantiatio

Mysterij Eucharistiæ

Mutatio

Transmutatio

Jud. cor. d.

Sæcūlī pro-
cessio.

Theod dā
natus.

Et restitu-
tus.

Origin.
peccatum

Antichri-
stum.

Angelorū
visio.

Chri. cor.
resurg.

F. non sine
causa 50.

Secundo cum charta. 206. pagina. 2. dicit spiritum sanctum à patre procedere atque existere, nec subiungit. Et à filio, id ex eorum Græcorum sententia dictum videri possit, qui negarunt spiritum sanctum ex patre, & filio procedere. Quæ quidem sententia est ab Ecclesia ad eum improbat, ut ipse etiam Theodoretus à Concilio Ephesino damnatus, & episcopatu priuatus sit, ad quem tamen, cum ipse erratum suum confessus esset, à Chalcedonenſi synodo restitutus est, ut locupletissimus testis est Beſſarion in Concilio Florentino. Tertio quod charta. 231. pagina. 1. dicit infantes nondum peccatum gustasse, quo in loco non peccatum originis, sed quod actuale, & personale vocant, illic intelligendum est, & si verò minus clarè loquitur de peccato originis, id illi ferè cum aliis omnibus Græcis commune est. Quamquàm ipsum Theodoretum non negare peccatum originis, ex hoc ipso etiam opere constat. Charta. n. 106. pagina prima ait. Quemadmodum. n. Principe generis condemnato, vniuersum quoque genus simul condemnatum est: ita cum Seruator noster execrationem & maledictionem soluisset, naturæ quoque vt libertate fruereſſet euenit, & rursus charta. 223. pagina prima. Cum omnes homines essent sub maledicto & peccati laqueis implicati, per vnius iustitiam dedit omnibus salutem. Caurè etiam legendum est quod charta. 106. pagina prima dicit Eranistes, quod etiam confirmat Orthodoxus. Eranistes. Etiam, inquit, si genus illud non fuit peccati illius (nimirum Adæ) particeps, sed alia tamen peccata perpetravit, & ea de causa fuit mortis quoque particeps & c. Orthodoxus. Optimè nobis ostendisti, quæ sit causa quod sumus mortis participes. Quarto quod charta. 237. pagina. 2. dicere videtur Antichristum fore Diabolum humanam naturam indutum: ita Sanctis Ecclesiæ Doctoribus damnatum est. Neque. n. Antichristus futurus est Diabolus cum humana natura copulatus, sed homo qui spem omnem Satanæ operationem ostendens. In hac sunt sententia præclari Doctores. Hieronymus, Augustinus, Chrysostomus, Ioannes Damascenus, Thomas Aquinas. Quamquam probabile est Theodoretum non sentire Antichristum fore repurum Dæmonem, sed velle quæ ab illo homine perpetrabuntur scelera, inhabitanti Dæmoni tribuere: quemadmodum etiam supra, hæreses omnes à quibuscunque hominibus inuentas, confictas, & disseminatas, ei tribuit, qui impiis illis hominibus tanquam instrumento vsus est. Dicit autem de Antichristo. Hic autem veritatem aduentus Domini omnino imitabitur, & electo humano instrumento sua operatione digno, & rursus. Ipsum autem hominem peccati & filium perditionis vocauit, & naturam quæ videtur, & omnis generis peccati operationem ostendens. Et rursus, Sicut, inquit, Vnigenitus Dei filius sanctis quidem. Prophetis, & factis Apostolis, & aliis etiam sanctis diuinitate dona Spiritus sancti, homo autem factus non particularem aliquam sumptæ naturæ dedit gratiam, sed omnem diuinitatis plenitudinem, vt vult Apostolus, visum est ei in ipso habitare: ita Diabolus (noteatur verba) aliis quidem hominibus, quoscuque persuasit esse operarios iniquitatis: huic autem ipsa coniuncta ratio, omnis generis vitiorum & scelerum machinas per ipsum ostendet. Hactenus Theod. Ecce audis Diabolum hominem aliquo vsurum tanquam omnium scelerum instrumento quod in eo sensu accepit quo dicit Hieronymus in septimum caput Danielis. Ne eum putemus iuxta quorundam opinionem vel Diabolum esse vel Dæmonem, sed vnum ex hominibus in quo totus Satanus habitaturus sit corporaliter, & multa similia legimus variis in locis apud Augustinum. Antichristum autem futurum esse verum hominem se sensisse docet aperte Theodoretus in 2. cap. epistolæ Pauli ad Thessalonicenses, his verbis. Ipsum autem hominem peccati appellauit, quando quidem natura homo est, qui omnem operationem Diaboli in se suscepit. Filium autem perditionis, vt qui & ipse pereat, & aliis interitum procuret. Imitatur enim capitalis hominum hostis Dei & Seruatoris nostri humanæ naturæ susceptionem, & sicut ipse, humana suscepta natura, nostram procurauit salutem: ita ille eum elegit hominem qui possit eius omnem suscipere operationem, & per eum omnes homines decipere conabitur, se ipsum Christum & Deum nominans. Hæc & multa alia in hanc sententiam dixit Theodoretus, quæ ab omni calumnia eum facile liberant. Præterea quod charta 16. pagina prima ita scribit. Ita etiam de Angelis intelligamus, audientes quod quotidie vident faciem patris, non. n. vident substantiam diuinam, forsità aliquos offenderet, cum Angeli sint beati, & videant deum facie ad faciem, & sicuti est. Sed nodus facile soluitur. Theodoretus. n. iudicat se non loqui de simplici visione, sed de ea quam nonnulli appellant comprehensiuam. Similiter quando charta. 68. pagina prima ex Diui Greg. Nazianz. magni sententia sic scribit. Venturum rursus cum gloriosa sua præsentia iudicatum viuos & mortuos, non amplius quidem carnem, sed non incorporeum, iis quibus ipse nouit rationibus diuini corpore, & vt videatur ab iis qui pupugerunt, & maneat Deus à crassitudine remotus: quando, inquam, ita scribit, nemo debet offendi, quasi aut Theodoretus aut Basilius sentiat cum Origenianis Christum substantiam veræ carnis non resumpsisse in resurrectione, sed nescio quod corpus. Stacim enim subiungitur ex eiusdem Basili sententia Christum in resurrectione carnem non deposuisse. Item, 80. Carnem inquam, carnales dico affectiones. Denique post resurrectionem, inquit, vtrunque ostendit Dominus, & quod non tale corpus, & quod id quod est, resurrexit. Nonnullos etiam non nihil fortasse offendere poterit, quod de filio loquens, ita scribit, Pater nec est, nec sine causa, & pronunciat filium non esse *ἀδελφόν*, quasi scilicet filius sit à causa aliqua. Gregorius autem Nazanzenus libro primo de filio ita scribit de eodem, *ὁ ἀδελφὸς ἢ ἀδελφός (τίς γὰρ ἀδελφός ἐστὶν ἡμεῖς ἢ ὁ Θεὸς ἢ ὁ υἱὸς ἢ ὁ πᾶς ὁ ὄντων) ἀλλὰ καὶ ἕτερον γένος ἢ ἀδελφός*. Et lib. 2. *ὁ δὲ ὡς ἐκείνου ὑπάρχοντος ἀρχή, καὶ ἀνεκτίστος*. Intelligendum est ergo illud *ἀδελφός* pro *ἀδελφός*, & causa pro principio, quemadmodum admonent quidam recentiores Theologos Græcos nonnuquam fecisse. Quinimo ipse Gregorius lib. 2. de filio, tractans illud Pater maior me est, & coniungens cum illo, Non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo, ait. *ἢ ἄλλοι ἔτι τὸ μὴ μείζον ἔσθαι τῆς αἰτίας, τὸ δὲ ἴσον τῆς φύσεως*. Maius, (inquit) est causa, æquale natura. Hæc sunt, quorum lectorem

Theodo-
ret. in
pau.

ctorem admonendum esse censuimus, vt omnibus quæ cum remorari poterant impedimentis sublati, hoc opus lectu longè dignissimum citra vllam offensionem perlegat. Quamquam ipse Theodoretus, se ipsum in suis libris satis defendat, & maximè in commentariis in Epistolas Diui Pauli. Qui ab eodem interprete in linguam latinam versi, in omnium studiosorum vtilitatem in lucem propediem prodibunt, & quàm sit sacrarum literarum doctus interpres, & omni ex parte orthodoxus Theodoretus, facile indicabunt.

